

Plate 1
No. A
Date 1
Sheet 8

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34

Plate 2.



ANNALES

ECCLESIASTICI

AB ANNO MCXCVIII.

UBI DESINIT

CARDINALIS BARONIUS,

AUCTORE

ODORICO

RAYNALDO

CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERO.

Accedunt in hac Editione

NOTÆ CHRONOLOGICÆ, CRITICÆ, HISTORICÆ,

QUIBUS RAYNALDI ANNALES ILLUSTRANTUR, SUPPLENTUR, EMENDANTUR,

AUCTORE

JOANNE DOMINICO MANSI

LUCENSI

CONGREGATIONIS MATRIS DEI.

Tomus Sextus.



LUCÆ

Typis LEONARDI VENTURINI MDCCL.

De Superiorum Licentia.





ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS 1334
JOANNIS XXII. PAP. ANNUS 19.
VAC. IMP. OCCID. 21.
ANDRONICI JUN. IMP. OR. 3.

I.



REGAT suscepta pro re-
stituenda in Syria Chri-
stiana religione consilia
Romanus Pontifex, Sol-
danumque Babylonium
religiosorum virorum o-
pera sollicitabat (a), ut

(a) To. 9.
p. 2. ep.
sect. pag.
191.

Turce in
Græcos
incur-
runt.

Joannis
pro Græ-
cis ad ec-
clesiæ
gremium
revocan-
dis studium.

(b) Ib. p.
236.

II.
Pontifi-
ciæ ca de
re ad An-
dron.
Imp. lit.

consecratis dominico cruore terras fide-
libus redderet, cum ad sacrum bellum
feliciter conficiendum anno a partu Vir-
ginis millesimo trecentesimo trigesimo
quarto ind. secunda, comprimendum me-
ditatus Orchanem Regem Turcarum, qui
Græcis & Latinis graviores excursionibus
suis clades inferebat; atque in belli so-
cietatem alliciendum Constantinopolita-
num Imperatorem arbitratus, altius &
augustius consilium ad hæc perducenda
molitus est, intermissam orientalis cum
occidentali ecclesia conjunctionem redin-
tegrare. Apostolicis itaque literis Andro-
nicum ad Græcos in gremium ecclesiæ
revocandos hortatus, proposuit (b) in-
fidelias divinitus ob schisma inveteratum
pœnas, hinc a Turcis, inde a Catalanis
cum ecclesia dissensione attritum ad pri-
stinum splendorem, si schisma sustulerit,
excitatum iri.

Magnifico principi Andronico modera-
tori imperii Græcorum illud gratiam in
presenti, per quam obtineat gloriam in
futuro.

Utinam tua magnificentia consideran-
ter attenderet damna tam spiritualia quam
temporalia, que jamdudum Latinorum &
Græcorum dissensio peperit populo Chri-
stiano. Utinam que adhuc comminatur in-
ferre, consideraret attentè. Utinam que
Ann. Eccl. Tom. XXV.

bona spiritualia, & temporalia ipsorum
concordia produceret, tua circumspectio in
consistorio deduceret rationis; non quidem,
ut firmiter credimus, si hoc sedule faceret,
opus esset tuam excellentiam præveniri ex-
hortationibus, ut ad unionem Latinorum
& Græcorum tuum inclinares animum, sed
potius exhortantis officium prævenires. Et
quia Rex Regum dominusque dominantium
Christus Jesus redemptor noster te ad hoc
per Turcorum & Catalanorum molestias
invitavit, magnificentiam tuam monemus,
rogamus; & hortamur in domino Jesu Chri-
sto, per asperionem sui pretiose sanguinis
obsecrantes, quatenus diligenter attendens,
quantum tibi accresceret meritum, quam-
que accedet ad gloriam & exaltationem
tui nominis ampliandam, si datum tibi de-
super fuerit, ut oves, que perierant, tua
diligentiæ studio ad ovile Domini redu-
cantur, si tuis fiat laboribus, ut unum sit
ovile unusque pastor Latinorum & Græ-
corum, populis tuis temporibus in unitate
orthodoxæ fidei adunatis; sic studeas ha-
bitare materiam, sicque animos tuum tuor-
umque disponere, quod Redemptoris nostri
præfati beneplacitis te conformans, Dei
patris heres & filius, ac ipsius Salvatoris
coheres & frater dici & effici merear-
is. Quod tibi concedat qui perversorum
conversionem desiderat, ut de morte ad vi-
tam transire mereantur eternam. Dat. VIII.
kal. martii anno XVIII.

Excitavit aliis literis Pontifex Joan-
nam Imperatricem, que institutis catho-
licis imbuta erat (Joannes Cantacuzenus
(c) ducis Sabaudie sororem eam fuisse ait,
atque Annam vocat; cum, ut notat Ni-
cephorus Gregoras (d), mutatum ab
Im-

III.
Joanna
Impera-
trix ca-
tholica.
(c) Chron-
ic. l. i. c.
42.
(d) Nice-
ph. Greg.
1. 9.

A

Im-

Infidelium terrarum marique excursionibus.

(a) Ib. Greg. 1. 11.

(b) To. 9. p. 2. ep. fecr. p. 236. & 237.

Sumpta ex iis claudibus convertendi Græcos occalto.

Gallus Rex ad mittendos Constantinopolim oratores sollicitatus. (c) Ib. p. 191.

Imperatore illius nomen fuisset) ut studium ad virum ab schismate abducendum collocaret: acceptas jam a Turcis clades divinæ justitiæ adscribendas. Et quidem graves eas fuisse, deplorat Gregoras (a): *Turci, inquit, plurimis navibus edificatis, non insulas tantum vexaverunt in Aegæo & ultra Aegæum mare sitas, sed mercatorias etiam naves spoliarunt, & crebros exsensus in mediterranea fecerunt, non secus ac si in sua terra versarentur, obstitente nemine.* Ex iis vero malis sumendam monuit occasionem Pontifex (b) ad Græcos excitandos, ut ecclesiæ catholicæ se aggregent; laudemque immortalæ collecturam, si ex Apostoli oraculo infidelem maritum, id est schismaticum, ad fidem orthodoxam traduxerit.

Charissime in Christo filie Joanne Imperatrici Constantinopolitane.

Hortatur nos Apostolus & instruit, ut dum tempus habemus, bonum operari sedule studeamus. Profecto, filia charissima, si tempus presens attente consideres, tempus est, quo erga virum tuum populumque sibi subditum bonum valeas operari: Deus enim per manum Turcorum, qua ipsum tuum virum ejusque populum iis diebus præteritis afflixit satis graviter, & veremur quod, nisi respiciat, affligat adhuc gravius in futurum, hoc videtur efficere, ut hæc vexatio sibi tribuat intellectum, scriptum est enim: Imple faciem eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Et alibi: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Cum igitur tibi adsit ad bene operandum temporis opportunitas circa ipsos, magnificentiam tuam rogamus per viscera Jesu Christi, ut sic sedule hoc cures peragere, ut illarum consortio, de quibus scriptum est: Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem; merito possis, & debeas aggregari, quod tibi dignetur concedere, cui cum voluerit subesse posse. Et infra: Gratia Domini nostri Jesu Christi te in agendis dirigat, & protegat ab adversis. Amen. Dat. viii. kal. martii anno xviii.

Præterea ad Græcos facilius ad conjunctionem ecclesiæ adducendos Pontifex Francorum Regis auctoritatem adhibuit, auctorque extitit, ut oratores ad rem urgendam mitteret; ac primum datis iv. idus martii literis ut hac ratione se gereret, consuluit (c): *Si ad Imperatorem Græcorum, inquit, intendat aliquem mittere super ejus reditu ad Romanæ ecclesiæ unitatem regia celsitudo, expedit quod illa legatio sit secreta; alia vero esse poterit publica super passagio & facto Turcorum. Et quantum ad legationem illam, quod ad unitatem ecclesiæ redeat, expediens videretur, quod excellentia regia offerret illi, quod iret per aquam pro illa apud ecclesiam offerens interponere partes suas, &c. Dat. iv. id. martii anno xviii.*

Decreverat porro Pontifex legatos ad Andronicum, qui ipsum ad redintegrandam ecclesiæ conjunctionem provocarent: rogantique Philippo Regi, ut literis Imperatorem ad rem perficiendam hortaretur, respondit (d) se jam ea de re ad Andronicum scripsisse, iterumque literis eum ac nuntiis excitaturum. Applicuisse Constantinopolim pontificio nomine refert Nicephorus Gregoras duos (e) episcopos, sacrarum literarum peritia insignes, Franciscum Vospreensem & Richardum Cersonensem, quos Alanos & Zicchos a schismate abduxisse vidimus, qui patriarcham & clerum Constantinopolitanum ad theologicas concertationes, pro illustranda nimirum Spiritus Sancti ex Patre Filioque processionis veritate, provocarunt; ac populum Constantinopolitanum studiis maximis applausisse, ut disputationes solemnes instituerentur: patriarcham vero Constantinopolitanum non parum, qua ratione præfulum illorum doctrinæ resisteret, æstuasse.

Is, inquit, cum nec linguam dicendi exercitatione instructum haberet, & suos episcopos maximam partem indoctissimos esse cerneret, tergiversabatur ille quidem; sed quomodo populi tumultum sedaret nesciebat: quare & nos in id certamen mittendos putabat, qui linguam exercitatum haberemus, quamvis in sacrum catalogum inscripti non essemus. Adverte lector Græcos, qui dum Romanæ ecclesiæ conjuncti fuere, sacrarum literarum gloria adeo floruerunt, ubi ab ea se discidere, pristinum scientiæ splendorem apud eos obsolevisse adeo, ut in imperiali urbe nemo, qui cum internuntiis pontificiis in theologicum certamen posset descendere, reperiretur; atque Imperatoris historiographus, vir laicus, producendus esset, qui non sacra scripturæ oracula, sed ineptias gentilitias afferret.

Is vero fugiendam de dogmatibus inter Latinos & Græcos controversis disceptationem astruere natus est, ut qui Spiritui Sancto in nuntiis apostolicis loquenti resistere posse diffideret. Non profanandam theologiam atque in vulgus adducendam ex Platone vir schismaticus magno supercilio contendebar; quasi Christus dominus contra philosophorum arcana anilia, divina mysteria palam & super recta prædicari non jussisset: non tertium esse judicem, qui de Latinorum & Græcorum controversiis ferret sententiam; quasi Christus dominus sacris œcumenicis conciliis de dogmatibus certissime pronuntiandi non contulisset auctoritatem; Græcorum dogmata jam vetustate corroborata, nec post tot tempora labefactanda; ac patres Græci antiquiores sanctitate & scientia clarissimi, Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, sunt professi, ut Nicepho-

IV. Decreti a Pont. Apostolici nuntii.

(d) Ib. p. 200.

(e) Greg. 1. 10. Bar. in not. MSS. ad an. 1333.

Græcorum sacerdotum inscitia.

V. Laici cum nuntiis Apost. disceptantis ineptia.

Schismaticorum insana pertinacia.

(a) Ext. ad calcem no. 14. an. 1311.

(b) To. 9. p. 2. ep. fecr. p. 200.

Proposita ex ecclesiarum conjunctione bona.

(c) Ib. p. 204.

(d) Ib. p. 203.

Andronicus a Gallo ad induendam crucem contra infidelitatis sollicitus.

* Roberto.

phorus Blemmydes eleganti commentario, a nobis supra allato (a), demonstravit. Denique Gregoras scripturarum oracula obscura esse contendebar & perplexa, ex quibus nil certi statui posset. At si nonnulli textus obscuriores, ex aliis oraculis illustrantur, ac verus earum sensus ecclesiæ catholicam non latet; & quæ vertebantur in controversiam cum Græcis dogmata, a conciliis œcumenicis, & antiquissimis patribus orientalis ecclesiæ fuerant explanata. Cæterum ad eam ecclesiæ conjunctionem magis magisque urgendam hortatus est Pontifex (b) Philippum Francorum Regem, ut oratores Constantinopolim mitteret, qui Andronico exponerent, quantam sibi ex illa amplitudinem compararet, precibusque minas adderet, si in schismate obduresceret: *Et providentia, inquit, regia sibi scribat, & per certum inducat nuntium ad præmissa; exponens sibi commoda varia, quæ ex hoc poterit consequi & dispendia, quæ tam temporaliter quam spiritualiter incurreret, si suis consiliis salutaribus contradicatur. Dat. non. martii anno xviii.* Optimas porro spes ab Andronico injectas, ex literis pontificiis (c) ad Rothomagensis archiepiscopum colligitur, quibus e Græcia præclara nova affluxisse significat, rogatque ut arcana servet.

VI. Quod ad alia legationis ad Andronicum a Pontifice & Rege Francorum missæ capita attinet: hæc erant duo præcipua, ut vires contra Turcas, a quibus immensas clades acceperat, cum Latinis conjungeret: tum ad expeditionem Asiaticam pro recuperando Domini sepulchro alliceret. De Andronico quidem ad sacri belli societatem pro religione Christianâ in Syria instauranda trahendo, hoc consilium Pontifex Regi Francorum suggestit (d): *Si serenitas regia interim sibi intendat scribere, salva deliberatione regia, expediens videretur, quod sibi insinuet, quomodo ipsum ad transmarinum passagium invitasset, cum multum desideret ipsum magnifice aggredi & prosequi negotium antea dictum: sed quia ab unitate sanctæ Romanæ ecclesiæ catholice dicebatur divisus, hoc non potuerat adimplere; quare hortabatur in Domino & rogabat, ut ad gremium & unitatem dictæ rediret ecclesiæ: quo facto ipse rogabat eundem, ut ad dictum passagium se disponeret in præfixo termino faciendum, tuoque procuraret excellentia, quod crux deberet in illis partibus & indulgentia prædicari. Dat. xv. kal. augusti anno xviii.*

De alio fœdere in Turcas faciundo meminit Gregoras subiectis verbis, ubi immenses excursionibus Turcicas, de quibus antea egimus, descripsit: *Latinorum principes concesserunt de re inter sese, & cum Carolo Italia Rege communicant, seque ad propul-* Ann. Eccl. Tom. XXV.

sandos barbaros paratos fore pollicentur. Missis etiam ad Imperatorem legatis, consensum suum exponunt, hortantes, ne communibus periculis deesset; sed summo studio in rem gerendam incumberet; intolerabilia enim esse quæ Turci Latinis & Romanis detrimenta in dies inferant, & in posterum illaturi sint. Ad hæc absurdum & ignavissimum esse ingenii, cum liceret ea jactura & ereptione opum nostrarum, quibus inviti a barbaris spoliemur, ad navatum copiarum apparatus & alionem hostium uti, ultro cedere illis, & in evidens ac indubitatum discrimen nos ipsos una cum facultatibus nostris ultro præcipitare. Legationi illud etiam appendicis vice adjecerunt, ni expurgisceretur & una secum communes hostes oppugnaret, & ipsum hostis loco futurum. Ita Imperator communis illius belli socius esse coactus, exhausto scilicet, celerrime tributorum exactores in Thraciam & Macedoniam misit, quamvis jam crebris exactioibus exhaustas ob frequentes Turcorum & Bulgarorum impressiones. Interea & veteres naves rescinduntur, & alia nova per totam hyemem ad fundamentis extruuntur. Sub veris exitum Imperator, viginti navibus completis, e portu solvit, & ipse ultro classis præfectum agit, quamvis & uxore & cæteris omnibus prohibentibus, quod istiusmodi res ab Imperatoria majestate alienæ essent. At ille ut cætera, ita hanc quoque rem sua presentia & opera confici volebat alacritate & bellico impetu plenus; Latinorum tamen copiarum adventum expectabat. Verum illi nuper inter ipsos ortis tumultibus occupati, ea quæ promiserant fefellerunt.

VII. Quæ gesta sint gloriosissime in Turcas a Latinis, silentio obruit Gregoras, sed ipsos in invidiam traducit, promissis nimirum Andronico factis non stetit: intermissisque expeditionem in Turcas. At historia veritas e pontificiis literis, scriptoribusque catholicis petenda est. In primis quidem de bellico in Turcas apparatu sancitum, ut quadraginta trirèmes egregie instructæ immitterentur, ac Pontifex, Philippus Francorum & Robertus Siciliæ Reges, Franciscus Dandulus Venetorum dux, Rhodiorum equitum magister Helionus, atque Andronicus Græcorum Imperator ad eam conflandam classem se obstrinxere, scriptæque hæc fœderis leges (e).

Super subsidio contra Turcos est tractatum de beneplacito sanctissimi in Christo patris domini nostri summi Pontificis, præsentibus nunciis domini Regis Franciæ, scilicet nobili viro domino Hugone Guereri, & magistro Guidone Baudeti decano Parisiensis; nec non & gentibus hospitalis & civitatis Venetiarum nunciis, videlicet dominis Andrea Basterio & Joanne Gradonico, in hunc modum. Primo quoniam pro-

Oratorum ad Andronicum oratio.

Qui principes in Turcas conjuncturint.

(e) Ext. apud Jo. 10. 9. p. 2. ep. fecr. pag. 133.

pter temporis brevitatem non videtur possibile, quod hoc anno tempore, quo proficerent, possent haberi homines armorum in equis, ideo ad providendum, ne Turci nocent Christianis & ad nocendum eisdem, videtur quod pro hoc anno habeantur quadraginta galeæ pro quinque mensibus, quæ postquam, ut præfertur, propter causam prædictam homines armorum mitti non prodesset, dicuntur sufficere. Quæ quadraginta galeæ possunt per modum istum haberi, videlicet decem ab Hospitalariis, decem a communi Venetiarum, sex a Rege Cypri, sex ad minus ab Imperatore Constantinopolitano, qui tamen debet ponere decem secundum conventiones cum præfatis Hospitalariis & Venetis habitas: & residuas octo suppleant sanctissimus in Christo pater dominus noster Papa & dominus Rex Franciæ.

Conferenda a fociis principibus subdia.

VIII.

Actum est etiam, quod xl. galeæ prædictæ debeant esse in insula Nigripontis infra totum mensem maii. Pro anno vero venienti, in quo magnus numerus hominum in armis secundum consilium illorum, qui plus de negotiis istis sentiunt, requiretur, est tractatum, quod habeantur pro prædicto subsidio quæ sequuntur. Videlicet octingenti homines armorum in equis & ad minus xxx, galeæ & xxxii. ufferis, quæ per modum, qui sequitur, habebuntur. Videlicet quod sanctissimus in Christo pater & dominus noster Papa & dominus Rex Franciæ & iurabunt de quadringentis hominibus armorum in equis & de sexdecim ufferis, hospitales de sex galeis & ducentis hominibus armorum, & de octo ufferis seu vasis aliis equipollentibus pro equis portandis, de quibus hominibus armorum obtulerint cl. pro isto anno: Rex vero Cypri de sex galeis & centum hominibus armorum & quatuor ufferis. Item supponitur quod Rex Siciliæ non omittet, quin faciat quatuor ufferis & quatuor galeas: immo ab eo multo majus auxilium expectatur. Item commune Venetorum faciet x. galeas pro dicto anno futuro.

Instruendarum navium numerus.

A Pont. & Gallo.

A Rhodiis.

A Cyprio.

A Siculo.

A Venetis.

Ab Imp. Constantinopol.

Genuefes & Pisani in belli fociocieratem vocati. IX.

Item supponitur, quod Imperator Constantinopolitanus faciet etiam plusquam sex galeas, & adhuc homines in armis: & sic etiam posito, quod Imperator prædictus non faceret aliquem hominem in armis, non deficit de prædictis, nisi centum homines, qui multis modis satis faciliter supplebuntur: & si quid etiam deficeret, quod non completeretur ab aliquo de prædictis, adhuc restat, quod requirantur Januenses & Pisani & alii, quos potest negotium tangere, ut adjuvent ad prædicta. Et infra.

Tractatum fuit etiam pro dicto dominum nostrum Papam cum unciis ducis & communis civitatis Venetorum & cum gentibus hospitalis, tunc in curia existantibus, quod super galeis & hominibus totaque armata, quæ fieret anno isto, &

etiam super alia majori, quæ dante Deo fiet anno sequenti contra Turcos, esset capitaneus principalis & superior in omnibus quæ tangerent factum guerra, ille quem dominus Rex Franciæ in galeis, quas ibi transmittet, per suas literas deputaret: ita tamen, quod haberet prædicta, quæ guerram & factum armorum concernerent, facere cum deliberatione & consensu capitaneorum galearum, quos alii, qui mittent in suis galeis deputarent: vel ubi non concordarent omnes in unum propositum, quod habeant sequi consilium majoris partis ipsorum. Super iis autem, quæ iustitiam & correctionem delinquentium concernerent, faceret iustitiam quilibet capitaneorum de hominibus illis qui erunt in galeis, quorum unusquisque ipsorum fuerit capitaneus constitutus. Conceptam hinc verbis formulam initi in Turcas foederis transiit ad sacri belli focios Pontifex (a), atque inter cæteros ad Robertum Siciliæ Regem, ut quas instruere tenebatur triremes compararet.

Præficiendus a Gallo Rege classi fociali dux.

(a) Reg. post eand. ep.

Præfectus est a Pontifice & Gallo Rege foederatæ classi Joannes e Cepeyo dux strenuus, quem Joannes fidelibus, ut opera illi in bello Turcico non deficerent, commendavit (b).

X. Joannes e Cepeyo.

Joannes, &c. charissimis in Christo filiis nobilibus viris, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, seneschallis, iustitiariis, universitatibus quoque & communitatibus civitatum, castrorum, villarum, terrarum, & aliorum quorumcumque locorum, & aliis universis & singulis, ad quos literæ præsentis pervenerint, salutem.

(b) An. 18. ep. ult. sup. passagio terre Sanctæ.

Clamor validus, & rumor horribilis, qui de Romanis & aliis orientalibus partibus auribus nostris pridem infonuit, quod inundans Turcarum superbia suis non contenta finibus, sed in Christianos partium ipsarum dire deserviens, quosdam capere, & nonnullos trucidare immaniter, ac partes easdem vastare intrepide præsumebat, nostræ mentis præcordia crudeliter sauciavit. Quis enim orthodoxæ fidei zelo fervens non doleat, dum illos, quos mater ecclesia regeneravit in filios, impiorum gladiis lacerrari, & hostium efferrorum subici conspiciat servituti.

Super tantis igitur angustiis eisdem Christianis compatientes interne, nos & charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris certum galearum numerum in ipsorum Christianorum subsidium ad partes ipsas deputavimus destinandum. Voluimus quoque quod ille quem idem Rex galearum suarum capitaneum deputaret, esset capitaneus & nostrarum. Cum itaque dictus Rex dilectum filium nobilem virum Joannem dominum de Cepeyo militem Belvacensis diocesis dictarum galearum capitaneum deputaverit generalem, & propterea idem nobilis ad partes ipsarum cum

Foederatæ classi contra Turcas præficiatur.

cum dictis galeis in præsentiarum accedat; universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente quatenus, & infra, ad vindicandum tantum fidei præfate opprobrium, ac corundem Turcorum conterendam superbiam, & malignum propositum refrænandum vos ut Christi athleta strenui per opportunam exhibitionem favoris liberales exhibere curetis, &c. Dat. Avin. xiv. kal. junii anno xviii.

XI. Parta de Turcis navalis victoria. (a) Jo. Vill. l. II. c. 18.

Inveſta est feliciter contra Turcas classi Christiana, quam e triginta duabus triribus conflata Joannes Villanus refert (a). Ex quo facile colligitur, Andronicum Imperatorem promissis de conjungendis suis in hostem Christiani nominis triribus defuisse. Extersita nostrorum aspectu infidelium infinita classis ad terram diffugere conata est: cæsa sunt quinque Turcarum millia, navium majoris alvei ducentæ quinquaginta incensæ: eaque parta victoria, Christiani Asiæ oram circumveſti maximas ex hoste prædas abegere, ac præteritas Turcarum excursions ultis sunt.

(b) Anton. 3. p. 21. c. 6. §. 15.

Robert. Rex ad conjungendas vires suas sollicitatus. (c) To. 9. p. 2. ep. fecr. pag. 230.

Relatum de crudelissimis hostibus Joannis Pontificis sollicitudine triumphum, narrat S. Antoninus his verbis (b): Paulo antequam moreretur, una cum Philippo Rege Francorum & Venetis in adjutorium Græcorum & defensionem contra Turcos classem armaverat, & victoria habita, ipsos represserat. Accepto gloriosissima victoriae nuntio Pontifex, non intermittendum in Turcas bellum, sed generosius in illud incumbendum putavit: atque adeo Robertum Siciliæ Regem, ut vires in Turcico bello communicare pergeret, est adhortatus (c): Quamvis, inquit, sicut læto percepimus animo, quadam prospera partium illarum Christianis contra Turcos infideles successerunt his diebus; non est tamen propter hoc a te, fili dilectissime, & aliis quos hujusmodi tangit negotium, a procurandis adversus Turcorum ipsorum sevitiam & fraudulentam malitiam opportunis remediis desistendum.

XII. (d) Ead. p. pag. 235. Ind. Borbonius classi præfectus.

Destinatus ob id jam animo Joannes aliam anno insequenti validissimam classem ornare non ad contendendos modo Turcas, verum ad Armeniam (d) contra Saracenos impetus tutandam: cumque Francorum Rex suæ ac Pontificis, Venetorum & Rhodiorum equitum classi Ludovicum Borbonium ducem præfecisset; Pontifex Robertum Regem Siciliæ rogavit, ut eundem suis navalibus copiis, quas ex foedere conjuncturæ erat, præficeret: nec levem ea re gratiam a sede Apostolica initurum, ni forte regiæ Siculiæ principem illi muneri admovere vellet. Præmitti vero eas navales copias ex sacri foederis fociorum consilio decreverat Pontifex, antequam Philippus Francorum Rex universas copias duxerat, ut facilius iter secuturæ

expeditioni muniretur; tum barbarorum impetus, qui Ciliciam infestabant, retunderentur: eaque spe laborantem sub hostium mole Leonem Armeniæ Regem, qui ad maturanda auxilia oratorem miserat ad sedem, Apostolicam Joannes subjectis literis sustentare est conatus (e).

De ferendis Armeniæ auxiliis agitur.

Leoni Regi Armeniæ. Ecce, fili charissime, quod deliberatione præhabita diligenti ordinatum est, ut anno sequenti tam hominum armatorum multitudine, quam certus galearum numerus pro Christianicolarum partium illarum tuitione ac defensione, repulsionemque infidelium illuc debeant interesse: charissimus enim in Christo filius noster Philippus Rex Franciæ illustris zelo accensus catholice fidei ad generale passagium, per nos dudum ad ipsius Regis instantiam pro fidelium consolatione indictum, cujus capitaneatum & rectoriam generalem assumpsisse Rex ipse noscitur; potenter & viriliter se disponit: ita quod speramus in Domino, cujus in hac parte res agitur, regno tuo & eisdem Christianicolis taliter subveniri, quod per crucis hostes blasphemus nominis Christiani non poterunt prægravari. Quare, fili dilectissime, age viriliter & constanter, fiduciam habens in Domino, qui dat humilibus gratiam, & cornua conterit superbiorum; de nobis & eodem regno Franciæ spem tenens etiam indubiam, quod regno & Christianicolis ipsis divina suffragante gratia opportune, sicut præmittitur, intendimus subvenire. Dat. non. martii anno xviii.

(e) To. 9. p. 2. ep. fecr. p. 305. Facta Leoni Regi promissa.

Deliberavit præterea Philippus Rex an præter Pontificem, Venetos, Rhodios equites, Robertum Siciliæ, Hugonem Cypri, Leonem Armeniæ Reges, Andronicum Imperatorem Constantinopolitanum, quos ad bellum illud traherebat, novis foederibus Reges infideles contra Babylonium Ægyptiumque soldanum sibi conciliaret. De Tartaris vero Philippum intellexisse non levis est conjectura, cum ii Saracenos hostes essent, extiterintque olim Francis foedere vincti. Consulenti porro ea de re Apostolicam sedem Joannes rem maturius cum Cardinalibus discussum iri, respondit (f): Utrum autem, inquit, nobis expediens videatur, quod excellentia regia requirat aliquem principem infidelem, ac cum eo foedus inear, ad præsens non possumus respondere: intuentibus enim nostris fratribus S. R. E. Cardinalibus, quod deliberarent super hoc an liceret, & quid sentirent super hoc nobis exponerent; quod adhuc non fecerunt: cum autem fecerint curabimus intimare. Formam autem, secundum quam dicto moderatori, nimirum Andronico, scripsimus, continet cedula præsentibus interclusa. Dat. non. martii anno xviii.

XIII. Qui Reges foedus in Saracenos junxerint.

(f) Ead. p. 2. ep. fecr. pag. 175. Deliberatum, an infideles aliqui in societatem associandi.

Dum agitabatur de conciliandis ad promovendam sacram expeditionem novo

XIV. Retardata ea consilia nova discordia.

Missi in-
ternuntii
pro conci-
lianda
lite.

(a) Ib. p.
174.

Qui prin-
cipes in
Machli-
niam jus
obtende-
runt.

(b) Ib. p.
205. 206.

(c) Eod.
10.9. p.2.
pag. 205.
Pontifex
se litis ju-
dicem fu-
turum of-
fert.

foedere principibus orientalibus, pericu-
losa inter occidentales ex levi occasione
diffensio exarsit: ad quam sopiendam missi
sunt a Pontifice Ugo Tricassinus & Jo-
annes & Massiliensis episcopi apostolici
internuntii, instructique ad illos in con-
cordiam adducendos auctoritate. In pon-
tificiis vero diplomatibus de munere iis
demandato, diffensionis illius causæ sub-
jectis verbis sunt expressæ (a): *Pacis
emulus, invidus charitatis, antiquus il-
le humani generis persecutor occasione
cujusdam venditionis factæ per venera-
bilem fratrem nostrum Adolphum episco-
pum ac dilectos filios capitulum Leodiense
de villa Machliniensi Cameracensis diocesis,
quæ ad præfatum episcopum ratione Leo-
diensis ecclesiæ pertinebat, dilecto filio no-
bili viro Ludovico comiti Flandrensi, inter
episcopum & comitem prædictos suosque
valitores, factores, & coadjutores ex una
parte; & dilectos filios nobilem virum
Joannem ducem Brabantie, qui certa jura
in eadem villa se habere asserit, nec non
& scabinos ac commune ejusdem villæ, qui
contra conventiones, inter ipsum episcopum
& scabinos & commune villæ prædictæ de
non alienando villam eandem ac in alium
transferendo initas, formaque non servata
debita in ipsorum ducis & scabinorum ac
communis grande præjudicium venditionem
hujusmodi asseruit attentatam; episcopo &
comite præfatis ex adverso asserentibus,
dictam venditionem juste ac observata forma
debita esse factam, materiam gravis qua-
estionis iniecit, usque adeo ipsos commo-
vens dissidentes, quod jam ad congressus
bellicos sic dicuntur mutuo processisse, quod
strages horrendæ hominum, non absque
animarum periculis, deprædationes rerum,
& incendia terrarum varia subsæcuta di-
cantur, &c. Cum hæc discordia in totius
rei Christianæ damnum vergeret, atque ex-
peditio Asiatica, quam Philippus Rex me-
ditabatur, retardaretur, præcipit ut ad
conciliandos dissidentes intercedant, ac
fœdera contraria dissolvant. Dat. Avin.
kal. martii anno xviii.*

De ea legatione scripsit Pontifex (b)
ad Joannem Brabantie ducem, ut se paci-
incundæ accommodaret: tum etiam ei si-
gnificavit, controversiam de vendita Ma-
chlinia ad sedem Apostolicam spectare; at-
que a se æquitate diremptum iri (c): *Cæ-
terum, inquit, si viam juris duxeritis potius
eligendam, nos ad quos dictæ causæ cognitio,
scilicet an dicta villa, que res erat ec-
clesiastica, per pactum in rei datione seu
traditione appositum, & per juramentum
a præfato episcopo de rebus dictæ ec-
clesiæ non alienandis in sua promotione,
prout asseritur, præstitum noscitur pertinere;
offerimus nos paratos simpliciter & de plano
per nos justitiam exhibere: vel si elegeritis
potius, quod causa illic debeat tra-*

*ctari, nos dictis nuntiis & eorum cuilibet
causam audiendam simpliciter & de plano
commisimus, & sine debito terminandam.
Datum kalen. martii anno xviii. Solicitati
(d) etiam ad pacem incundam Coloni-
ensis archiepiscopus & episcopus Leodiensis:
cumque Brabantie dux sollicitaretur,
ut in ea controversia juri stare vellet,
Adolphusque Leodiensis episcopus ad id
paratum se exhiberet, Joannes Ludovi-
cum Flandrie comitem monuit, sedem A-
postolicam paratam ad dirimendam legum
æquitate contentionem, objurgavitque
diutius in pertinacia obduratum per-
stare.*

Iniit porro sopiendæ periculossimæ XV.
diffensionis eam rationem Pontifex, ut a- Pontificia
postolico diplomate, quod internuntii ad prin-
suis divulgandum, ac singulis principibus pes diffen-
eo implicitis bello exponendum dedit (e), tientes
omnes Christianos principes per augustis- monita.
simum Dei nomen, perque effusum pro (c) Ib. p.
nostra redemptione in cruce sacratissi- 176.
mum Christi cruorem ab armis temperare
obsecravit, cum id bellum ingens exitium
universæ rei Christianæ pareret, sacra-
craque expeditio orientalibus Saracenis
pro restituenda Syriæ religione indicta,
quam Philippus Rex susceperat, distur-
banda esset: permitterent sedi Apostolicæ
ejusmodi controversiam, quam æquitate
se dirempturum pollicebatur.

Joannes, &c. ad perpetuam rei
memoriam.

Attendentes paternæ sollicitudinis studio,
& intenta meditatione pensantes, quam sit
præfata diffensio multis onusta periculis,
magnisque plena dispendiis, & quam mul-
torum discrimina secum trahat, quodque
plura pia Dei negotia, si procedat, disse-
rat & utinam non extinguat; considerantes
insuper quod si, quod absit inter præfati
partes ipsarumque valitores prædictos,
quos in bellis animorum vigor & corpo-
rum virtuosos efficit, locum sibi congressus
sua collisio vendicaret, aliquis existimare
non possit quantum illa Christiani effusio-
nem sanguinis exhauriret, quas hominum
strages ingereret, que animarum pericula,
quot damna rerum inferret, quot bella pa-
reret, quot odia suscitaret, quantumque ex
iis partes prædictæ Deum offenderent, qui
vindictæ sibi retributionem retinuit, si ipsi,
ad quos non pertinet sibi jus in prædictis
dicere, præsumerent ultionem; advertentes
insuper, quod si procederet dicta diffensio,
cum totam quasi militiam Franciæ & Ala-
manniæ secum traheret, sic possent debili-
tari regna prædicta viribus & facultati-
bus, quas expensarum abyssus & quasi pro-
fluvia sumptuum apparatus bellici exhauriri,
& facultates non sufficeret resumendas, sic-
que charissimi in Christo filii nostri Phi-
lippi Regis Franciæ illustris aliorumque lau-

(d) Ib. p.
206.

XV.
Pontificia
ad prin-
cipes diffen-
tientes
monita.
(c) Ib. p.
176.

Proposita
mala in-
gentia ex
eo bello
emeritura.

Sacram
ex eo ex-
peditio-
nem di-
sturbatum
iri.

(a) Ead.
p.2. pag.
202.
XVI.

Cur cen-
suræ di-
micatariis
objectæ
non sint.
(b) Ead.
ep.

(c) Ead.
ep.

laudanda devotio, quos vivificæ crucis in-
signavit signaculum, non posset prosequi in
magnum fidei periculum negotium transma-
rinum; urget nos officii debitum, ut tantis
malis & tantis periculis occurramus.

Ideoque monemus tenore præsentium, &
rogamus præfatas partes, ac earum quem-
libet, & utriusque ipsarum valitores, &
exhortamur per viscera misericordiæ Dei
nostri, ut sedula meditatione considerantes
prædicta; quodque non solum de malis,
quæ quisque per se faciat, sed & de cun-
ctis, quæ ab omnibus prædictis singulis
sint in talibus congressibus, habebit in di-
stricti examine judicii reddere rationem;
& a bellicis prorsus cessantes congressibus,
per vias pacificas, vel justitiam semitas super
diffensionibus hujusmodi suam justitiam pro-
sequantur. Nos enim ad quancumque viam
prædictarum offerimus nos paratos inten-
dere, & non vitatis laboribus cum dili-
gentia laborare, &c. Addit cum forte
plures ob jusjurandum, quo se in iis coi-
tionibus nonnullas inter Robertum Sic-
ciliæ & Alfonso Aragonum Reges diffen-
siones scindere, ne ad patranda scelera reli-
gione adduci se arbitrentur, pacem con-
ficere detrectent, hujusmodi sacramentum
rescindere, ne ad patranda scelera reli-
gione adduci se arbitrentur, neque ullam
infamiæ notam, qui illud infregerint, su-
scepturos decernit. Dat. Avin. xvi. kal.
aprilis anno xviii. Promulgandi istius-
modi diplomatis provinciam Ambianensi
& Noviomensi episcopis imposuit, ac de-
cretum pontificium singulis principibus,
qui se eo bello implicuerant, denunciari
jussit (a).

Optabat Philippus Francorum Rex
conciliandæ pacis studio, ut Joannes Pa-
pa superioribus precibus ad confir-
mandos officii religione principes cen-
suras adiceret, intentaretque iis anathema,
interdictumque ecclesiasticum, qui bellum
moverent, & inducias apostolica autho-
ritate indiceret: at Pontifex, ea re cum
Cardinalibus discussa, Regi respondit
(b), id consentaneum non videri, cum
eo bello Joannes Boemiæ, & Philippus
Navarra Reges, Coloniensis archiepi-
scopus, episcopus Leodiensis, alique am-
plitudine ditionis conspicui principes im-
pliciter essent, indeque periculum ingens
immineret, ne plures provincie ma-
gno rei catholicæ exitio ecclesiasticam
multam incurrerent. Adhibitam vero a
Philippo Rege ad sopiendam discordiam
solicitudinem maximam, ex iisdem literis
constat, quibus Pontifex ad sedem Apo-
stolicam Hugonem Tricastrinum & Jo-
annem Massiliensem episcopos a se revoca-
tos apud Regem eundem excusat (c):
*Attendentes, inquit, quod sicut præfati
nuntii nobis scripserant, pax inter ducem
& comitem prædictos regio ministerio fue-
rat reformata, pro qua specialiter fue-
rant præfati nuntii illuc missi, & pro certo
reformaretur inter alios satis cito. Verum*

non ita pax coaluerat, ut periculum. Sopita in-
novæ diffensionis abesset; atque ideo in- ter Flan-
driterat Philippus, ut alii ab iis episco- drum &
pis mitterentur; cujusmodi literis septima Brabantii-
kal. julii est adscripta. Demum sopita- num lis.
tunc ea discordia, quæ postea iterum re-
cruduit.

Urgebat etiam Pontificem Francorum De com-
Rex, ut expeditionis Asiaticæ a se sus- penda
ceptæ causa Genuenses cum Regibus A- inter Ge-
ragonum & Balearium conciliaret; cui nuenfes
significavit (d) nonis martii Joannes, se & Catal-
ad adducendam inter eos pacem incubi- lanos pace
turum. Agunt de bello a Genuensibus actum.
(d) Ib. p.
cum Aragoniis gesto authores (e), ac 200.
refert Surita Sardiniam ab ipsis in sum- (e) Jo.
mum adductam discrimen, cum plures ar- Vill. l. 11.
ces in ora maritima expugassent. Ipsos c. 17. Sur.
vero ad pacem coeundam cum Alfonso l. 7. c. 22.
Aragonum & Jacobo Balearium Regibus Foliet. l.
animos precibus pontificiis flexisse, Pon- 6. hist.
tifex Francorum Regem xiv. kal. augusti Gen. &
certiorem fecit (f). Pari studio Joannes alii.
exorientes nonnullas inter Robertum (f) To.9.
Siciliæ & Alfonso Aragonum Reges diffen- p.2. ep.
siones sopire studuit (g). His adjungi- Jeer. pag.
mus de censu ab utroque Rege, Roberto 104.
(b) Ib. p. 247.
(b) Ib. p. 247.
ab Alfonso (i) autem mille marcharum (i) Pag.
argenti pro Corsicæ & Sardinia regnis 313-
soluto Apostolicæ sedi extare syngraphas. 315.

Explicuit se pontificius in aliis prin- XVII.
cipibus, quos discordia in mutuas cedes Sabaudus
effecerat conciliandis zelus (k): Imber- & Delphi-
tum enim Viennensem delphinum & Ay- nus solici-
monem comitem Sabaudia, misso Brun- tati ad
dusino archiepiscopo (l), redigere in pacem.
concordiam annis est, atque in primis (k) Ib.
sopire Italica bella universæ rei Christianæ pag. 301.
exitialia; quamquam impiorum ambitio 302. &
illius conatus infregit. Habiti autem sunt 304.
Lerice (m) Itolorum fœderatorum (l) Ead.
conventus, cumque initæ a Pontifice ac Jo- pag. 301.
anne Rege Boemiæ cum Insubribus aliis- (m) Jo.
que sociis induciæ effluerent, ac ponti- Vill. l. 11.
ficio nomine, ut spe pacis producerentur, c. 5.
agitatum esset, assentientibus cæteris, Habiti
Martinus Scaliger tyxannus, ac Floren- pro sopi-
tini tractatum discutere, & undique ad endis bel-
arma concursus est. Lugebat Pontifex I- lis Itali-
talia in fuso toties Christiano sanguine im- cis con-
butam novo iterum cruore madere, atque ventus.

archiepiscopum Ebredunensem transmisit,
qui fœderatos principes ad pacem alli-
ceret. Congregatis iis Pelschieræ archie-
piscopus (n) perhonorificas leges concor-
diæ Pontificis nomine pollicebatur, ac tria
flagitabat, ut Argentæ oppidi, quod spe-
stabat ad Ravennatem ecclesiam, obsi-
deretur; comes Armaniacus restitueretur
liberati; ac fœdus inter ipsos adversus
ecclesiam Regemque Joannem percussum
rescindere. Diuturne iterum illum pacis
tractatum Martinus Scaliger & Florentini,
qui

Sopita in-
ter Flan-
drium &
Brabantii-
num lis.

(e) Jo.
Vill. l. 11.
c. 17. Sur.
l. 7. c. 22.
Foliet. l.
6. hist.
Gen. &
alii.
(f) To.9.
p.2. ep.
Jeer. pag.
104.
(g) Ib. p.
247.
(b) Ib. p.
247.
(i) Pag.
313-
315.

XVII.
Sabaudus
& Delphi-
nus solici-
tati ad
pacem.
(k) Ib.
pag. 301.
302. &
304.
(l) Ead.
pag. 301.
(m) Jo.
Vill. l. 11.
c. 5.
Habiti
pro sopi-
endis bel-
lis Itali-
cis con-
ventus.

Missi a
Pont. le-
gatio.

(n) Ead.
l. c. 6.

Bononia
rebellat
in Pont.

(a) *MS.*
bibl. Vat.
sign. num.
3765. in
Jo. XXII.

Tyranno-
rum feri-
tate la-
niatur.

(b) *Jo.*
Vil. l. 11.
c. 10.
(c) *To. 9.*
ep. fecr.
p. 253.
XVIII.
Venturi-
nus ma-
gnos in
animis
pietatis
motus
conciat.
(1) *Jo.*
Vil. l. 11.
c. 23.

Ejusdem
ad sacra
Urbis lo-
ca pere-
grinatio.

In suspi-
cionem
novitatis
adductus.

qui expetere, ut Ferraria Romanæ ec-
clesiæ ditionis, atque Argenta Ravenna-
tis marchionibus Atestinis jure fiduciario
traderentur. Interea dum archiepiscopus
Ebredunensis abit apostolicum legatum
consulturus, marchiones Atestini Argenta-
tam expugnant, eaque elati victoria in
Bononiam agrum excurrunt: dumque
hos reprimere Bertrandus Cardinalis pa-
rat, Bononiæ conjuratio in legatum erum-
pit (a): ejus administri cæterique Galli
ad necem postulati: arx in qua versaba-
tur obsidione a perduellibus cingitur; in-
tentabatque illi necem furens populus,
cum Florentini, licet ex invidia pontifi-
ciam potentiam concidere audirent ala-
cres, servandæ tamen legati vitæ cu-
pidi, missis oratoribus egere cum Bono-
niensibus, ut pacta legati ac militum sa-
lute arx iis dederetur. Egressus itaque
vigesimo octavo martii legatus cum ex tot
bellicis in Italia laboribus non alios fru-
ctus quam tristitia pericula collegisset, A-
vinionem se recepit. Potiti arce perduel-
les eam solo æquarunt, fenstrique mox Bo-
nonia rebellionis suæ poenas, quæ justî
principis excusso jugo a tyrannis, qui de
urbis principatu contendebant, laniari
cepit. Neque tumultibus caruit reliqua
ditio pontificia; magni enim motus Urbe-
vetere concitati; (b) ac Roma contra-
riis factionibus laborabat, quibus fopien-
dis Pontifex Robertum Siciliæ Regem ad-
hibuit. (c)

Dum magnates Itali rapinis, cæ-
dibus, aliisque victorum exemplis fœda-
bant Italiam, Venturinus Bergomas (d)
Dominicanæ familiæ religiosus vir, zelo
lucrandarum Christo animarum accensus
pius motus in plurimis Insubiæ urbibus
conciavit, pluresque a vicis abduxit:
instituitque inter cætera ad limina Apo-
stolorum peregrinationem, quam decem
hominum millia & eo amplius peregere.
Instructis agminibus religiosis crucem præ-
ferentes incedebant in veste candida pal-
lioque cæruleo, assuto columbæ terna o-
livæ folia præferentis symbolo: atque ubi
urbem aliquam erant ingressi, adibant
Prædicatorum templum, & coram prin-
cipe altari nudati pube tenus loris ad cri-
mina expianda se cædebant. Ubi vero
sacra Urbis loca Venturinus cum suis per-
lustravit, Avinionem se contulit, ut in-
dulgentiarum præmia a Pontifice proiis,
qui ipsum erant secuti, obtineret: sed
non desuere invidi, qui ipsi nonnulla te-
mere jussisse, ac plausus humanos captasse
objecerint; habendisque ad populorum con-
cionibus & exomologesibus excipiendis
interdictus est: cujus tamen opera postea
Clemens VI. ad conscribendam in Turcas
Religiosam militiam usus est. Acerbe vero
propterea a Joanne exceptus est, ut alii
a rebus novandis detererentur: cum ma-

xime metus non abesset, ne a nonnullis
sub pietatis specie impietas simplicibus af-
flaretur.

Ex eo genere erant Fraticelli, qui li-
cet a Pontifice exagitati, plures tamen
pervertere non destiterunt. Extant plura a-
postolica diplomata hoc anno ad reprî-
mendos pestiferos hosce hypocritas exa-
rata: jussus (e) est enim, qui præerat
urbano monasterio Minoritarum, cui Ara-
cœli nomen inditum, ut illorum signifi-
cari, quem ministrum vocitabant, carceri
addiceret: censoribus fidei in patrimonio
B. Petri in illius sectæ homines inquirendi
provincia demandata (f): renovatæ in
eos, aliosque cum ipsis sentientes editæ a-
postolicæ constitutiones (g); atque An-
gelus episcopus Viterbientis pontificius vi-
carius ad Urbem ab hujusmodi labe li-
berandam diligentissime incumbere jus-
sus. (h)

Nec minus studii operæque defixit
Pontifex, ut reliquias Corbariani schis-
matis evelleret e Germania, ac Ludovico
Bavari sequaces ab ecclesiæ conjunctione
segregatos ad illius sinum revocaret. Præ-
cipuus inter eos erat dignitate dux Au-
striæ, quem superioribus annis Ludovi-
cus in suas partes pellexerat: cujus re-
conciliatio cum magnas utilitates rei ca-
tholicæ esset allatura, Pontifex Alber-
tum Pataviensem episcopum excitavit, ut
illum ad partes ecclesiæ traduceret nitere-
tur. Non solum autem præferere desi-
derium redeundi ad ecclesiæ gremium Au-
striacus, verum operam navabat (i), ut
Ludovicus Bavarus in Apost. sedis gra-
tiam reciperetur: sed cum eam legem
adjiceret, ut correptum Ludovicus retine-
ret imperium, Pontifex qui rei Christianæ
pontificiæque majestatis plurimum inte-
resse putabat, ut ille ob perpetram gesta
cæteris principibus exemplo esset, ne re-
ligionem ex vindictæ cupiditate evertere
molirentur, ecclesiamque venerari disce-
rent; neve ecclesiæ fœderati illi subijce-
rentur, apud Austriacum se excusavit, il-
lius postulatis ad Bavari gratiam porre-
ctis assentiri non posse. Cum igitur eccle-
siæ gratiam adipisci, ac fidelium commu-
nioni restitui desperaret Bavarus, nisi
jactura correpti imperii præterita facinora
expiaret: divini Numinis & ecclesiæ gra-
tiam caducis sceptris præferre decrevit.
Indicarunt Pontifici Joannes Boemiæ tum
Philippi Francorum Regum oratores pium
a Ludovico susceptum consilium, lætitia-
que ex felici nuntio Joannes delibutus
subiectas literas ad ipsum dedit. (k)

Magnifico viro Ludovico de Bavaria
gratiam in presenti, quæ perducatur ad glo-
riam in futuro.

Habet nuntiorum charissimorum in
Christo filiorum nostrorum Philippi Fran-
ciæ & Joannis Boemiæ Regum illustrium,
ad

In Frati-
cellos di-
strictæ le-
ges.

(e) *To. 9.*
p. 2. ep.
fecr. p.
252.

(f) *Ib. p.*
240.
(g) *Ib. p.*
250.

(h) *Ib. p.*
249. 251.
XIX.

Pont. cu-
ra pro re-
vocando
ad partes
eccl. Au-
striaco.

(i) *Ib. p.*
223.
Cur Pont.
Bavaro
imperium
confirma-
re nolue-
rit.

Præ se fert
Lud. ca-
fareos a-
pices po-
siturum
pro eccl.
gratia re-
cuperan-
da.

(k) *Ib. p.*
224.
XX.

Hortato-
ria, ut in
ea mente
perferet li-
teræ.

* relatio.

ad nostram præsentiam transmissorum, ad-
modum nobis grata * quod tu ad tuam,
omniumque tibi adherentium salutem diri-
gens vota tua, abjecto prorsus omni fer-
mento schismatis & malitiæ, votivo redire
desideras ad S. Romanæ ecclesiæ unitatem,
paratus statui regali ac imperiali, quem oc-
cupatum detines, ac nomini & omni regali &
imperiali exercitio sub spe nostri amoris &
gratia renunciare realiter & expresse. Pro-
fecto cum hæc voce auribus nostris inso-
luit, exultavit cor nostrum in Domino,
& in salutari suo nosser animus multa fuit
lætitiæ dilatatus. Utinam tua circumspectio
patenter inspiceret quanta nos hujusmodi
relatio jucunditate resperfit; quantamque
nobis, si de ea nobis constitisset plenius,
exultationis & gaudii materiam abundan-
tius ministrasset. Et quia salutem tuam,
& tibi adherentium plenius desideramus af-
fectibus, de nostro favore, ac gratia, si
præmissa impleveris, absque hesitatione a-
liqua volumus te tenere, quod libenter ex-
tensis intima charitatis brachiis, & sine
pietatis aperto redeundi ad salutem filio
Apostolicæ sedis benignitas favorem suum
& gratiam, quantum d- center cum Deo po-
terit, prompte & delectabiliter exhibebit.
Hæc etenim, salutem videlicet animarum,
in cunctis nationibus divinitus humilitatis
nostræ curæ commissis desideranter exquiri-
mus, ac plenius desideris & totis visceribus
accuratius affectamus.

XXI. Sane quia huic tuo proposito ziza-
narum fatorem non est dubium invidere,
proculdubio immisiones in cor tuum per an-
gelos malos curabit immittere, per quas
te a tam sancto proposito possit revocare;
nobilitatem tuam hortamur in Domino &
rogamus attente, quatenus illi strenue cu-
res resistere fortis in fide: quod si feceris,
a te, teste Apostolo, fugiet, teque in pace
dimittet. Ut autem ipsum promptius repel-
lere valeas, considera quam cito hujus mun-
di figura præterit, quam subito, quam fa-
cile hominis compago dissolvatur; & cum
quanta celeritate poteris, perface quod cœ-
pisti. Adhuc attente recogita, quanta tue
menti infundetur jucunditas, dum infra
claustra tui revolvæ pectoris, quod te cum
tanta multitudine tibi adherentium de ini-
mici eripueris faucibus, quantoque securius
in die tremendi judicii ante tribunal Christi
recepturus pro meritis, poteris comparere: &
adverte proinde si, quod concepisse diceris,
ad partem usque non produxeris, cum quanto
tremore cum tibi adherentibus, quorum dam-
nationis auctor exiteris, comparere poteris;
quantisque poenis interminabilibus tam pro-
tuis, quam ipsorum erroribus merueris
te affligi.

XXII. Rumpe itaque moras, & fac cito quod
diceris concepisse. Quid tardat ipsum quem
jam concepisti, spiritum parturire salutis?
Nil mortalibus, vel morte certius, vel
Ann. Eccl. Tom. XXV.

incertius hora mortis. Nili quæsumus pro-
craftinare ulterius, nec de die in diem
differre tam salutaris inspirationis partu-
rire spiritum, ne subito ira Dei in te de-
scendat, & extincto spiritu in vindictæ
tempore te disperdat. Verum quia super
præmissis de tuo beneplacito aliam certi-
tudinem non habemus, dilectos filios ma-
gistros Raimundum de Cisse decanum eccle-
siæ Lingonenfis, & Bertrandum Cariti ar-
chidiaconum S. Augii in ecclesiâ Rothoma-
gensis, de quorum prudentia, puritate ac fide-
litate plenam in Domino obtinemus fiduci-
am, ad tuam destinamus præsentiam; per
quos nobis velis rescribere plenius tuæ cir-
ca præmissa beneplacitum voluntatis, ut quid
erga te habeamus agere certius agnosca-
mus. Spiritus ille, qui ubi vult spirat,
omnesque salvos desiderat fieri, te dirigat
in præmissis. Amen. Datum xv. kalend.
juli anno XVIII.

Data est apostolicis internunciis Rai-
mundo & Bertrando, de quibus in al-
latis literis memorat Joannes, autoritas
(a) ut sacramenta Ludovico & aliis Ger-
maniæ principibus ac præfulibus nuncu-
panda, ac promissa ad honorem ecclesiæ
præstanda admitterent. Sumptram autem
eam concordia rationem refert Prolemæus
Lucensis (b), ut Bavarus cederet imperio,
quod in Henricum alterum Bava-
riæ ducem sanguine illi conjunctissimum
transferendum foret, ut imperialis honos
in præclarissima stirpe Bavara retineretur:
Anno, inquit, Domini MCCCXXXIV,
circa quadragesimam incepit tractare cum
septem Cardinalibus ex procuratore Regis
Boemiæ, quod Ludovicus qui se Imperatorem
intitulabat, deberet cedere, & quidam Hen-
ricus dux Bavarie consanguineus prædicti
Ludovici deberet eligi in Regem, & pro-
moveri ad imperium: quod tamen fuit
contra Regem Robertum, qui ex hoc cepit
Papæ indignari, cui Rex Ungariæ favet
cum Gibellinis tyrannis, qui jura imperii
usurparant, & cum Guelfis maxime Flo-
rentinis, qui super hoc impediendo suos
ambasiatores una cum ambasiatoribus Regis
Roberti & Regis Ungariæ ad Papam Jo-
annem direxerunt, ne ipsi creationi novi
Imperatoris consentiret. Rex autem Fran-
corum una cum Joanne Rege Boemiæ labo-
rabant, ut eligeretur Henricus dux Bava-
riæ, in Imperatorem promovendus.

Increbuisse tum rumorem, Ludovicum
cedere correpto imperio, atque Henri-
cum ducem Bavarie successurum sceptris,
confirmat Albertus Argentinensis: addit-
que Ludovicum, mutata scilicet mente,
iras ex eo in Henricum concepisse, eum-
que bello persecutum. Abduxere nimi-
rum Ludovicum a consilio exuendi cæ-
sarei nominis ipsius consultores, qui Hen-
rici & Boemi Regis, invitum in ordinem
redacturos jactantium aperuere consilia.

Missi a
Pont. ad
eum nun-
tium.

XXIII.

(a) *Eod.*
to. 9. p. 2.
ep. fecr.
p. 221.

(b) *Prot.*
Luc. hist.
eccl. l. 24.
c. 42.

Agitatum
ut in
Henr.
Bav.
transfer-
retur im-
perium.

Abiicit
pristinum
pium con-
silium
Ludovic.

Apostoli-
ca in eum
functiones
promul-
gata.

(a) To. 9.
p. 2. ep.
seer. pag.
225.

(b) Ib. su-
per p. 224.

(c) Ib. p.
225.

Intrusi a
Lud. epi-
scopi schi-
matici.

(d) To. 9.
p. 2. ep.
seer. pag.
215.

XXIV.
De pace
inter Po-
lonos &
cruciferos
agitatum.

(e) Mi-
chov. l. 4.
c. 17.

Crom. l. 1.
12. in Ca.
sim.

(f) To. 9.
p. 2. ep.
seer. pag.
227. &
237.

(g) Mi-
chov. &
Chro.
ubi sup.

(h) Lib.
conf. cum
MS. arch.
V. ut. sig.
lit. B. n.
445. pag.
333.

Sparius autem rumor conciliatum Ludovicum, ex quo cum ille potentiam magis confirmaret, Pontifex Bremensem, Magdeburgensem, Mogunium, & Coloniensem archiepiscopos docuit (a) ab apostolicis in Ludovicum & sequaces decretis divulgandis non supersedendum: Non expedit, inquit, ab eadem publicatione diffinitionumque processuum executione desistere, cum idem Ludovicus ad ecclesiam nequaquam redierit unitatem. Ericum pariter Hildesemensem episcopum ad fidei erga ecclesiam constantiam excitavit, certiorumque fecit (b), Ludovicum in gratiam non admissum; colligeret in hostem animos: excitatos a se in illius auxilium memoratos archiepiscopos ac plures alios principes. Inter eos vero Ericus (c) dux inferioris Saxonie ob latam illi opem, commendatus est: vexabar enim bello a Ludovico, qui contra pontificiam auctoritatem episcopos ecclesiis prefacebat; ac deturbabat catholicos, ut queritur Joannes (d). At de his hactenus.

Quod ad cetera Joannis gesta attingit; consulturus Poloniae, Livoniae, atque aliis septentrionalibus terris Pontifex, ne in superiores bellorum fluctus incidere, & barbarorum animi ad fideles obferendos esserentur, cum suscepto recenter a Casimiro Rege Poloniae sceptro, inita a patre Vladislao cum Luthero magistro cruciferorum equitum Livoniae induciae ad recurrentem hoc anno S. Joannis diem extractae (e) essent, apostolicum internuntium Galhardum e Carceribus in eas regiones misit, ut bellum imminens, quo de Pomerania a Joanne Rege Boemiae cruciferis dividenda certabatur, sospiret (f). Tantum potuit apud Polonos & cruciferos pontificia auctoritas, ut armorum inducias extraxerint in longius tempus, donec sequenti anno a Carolo Ungariae & Joanne Boemiae Regibus controversae arbitris pacis leges pronuntiatae (g) sunt; qua de re sermo recurrit inferius in Benedicti XII. pontificatu. Addemus nunc, Pontificem tuendi juris ecclesiastici sollicitum adegisse (h) cruciferos, ut Pomerani & Culmenses consuetum vestigial ecclesiae Romanae penderent. Intermissum id fuerat aliquot annis, bello iis regionibus ardentibus: demum cruciferi, ut censurarum religione solverentur, de pendendo intermisso censu cum Pontifice pepigerunt: demandata est restituendi Pomeranis usus sacrorum provincia Mathiae episcopo Vladislavienfi subiecto diplomate, quo in solemnibus coetibus perlecto, Pomeraniae ordines, qui a Polonorum imperio ad cruciferorum ditionem traducti fuerunt, jurati spondere, se Romanae ecclesiae Polonico more censum persolutores; de quo publica haec documenta confecta sunt.

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate ejusdem MCCCXXXIV. indictione secunda die x. mensis novembris constitutus apud Grudent. Calmensis diocesis coram reverendo patre domino Mathia, divina & Apostolica sedis gratia, ecclesiae Vladislavienfi episcopo, in praesentia reverendi patris domini Othonis eadem gratia Culmensis episcopi, ac venerabili & discreti viri domini Gualhardi de Carceribus licentia in legibus Apostolicae sedis nunciis, quaedam apostolicae litterae more solito Romanae curiae lectae & publicatae fuerunt, quarum tenor hic de verbo ad verbum est inferus, qui talis est.

Joannes episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo Vladislavienfi salutem, & apostolicam benedictionem.

Dudum pro eo, quod civitas, habitatores, & incolae civitatis & diocesis Culmensis & terrae Pomeraniae tuae Vladislavienfi diocesis, in qua dilecti filii magister & fratres hospitalis beatae Mariae Theotoniorum temporale dominium exercere dicuntur, per processum auctoritate apostolica dudum factos moniti & requisiti legitime censum annuum, qui denarius B. Petri vulgariter nuncupatur, in eis partibus per ipsos ecclesiae Romanae debitum solvere, deductis in contemptum dictis processibus, damnabiliter non curarunt; personae singulares civitatis & diocesis ac terrae praedictarum, nec non communitates & universitates earum suppositae interdicto ecclesiastico existerunt.

Cum autem dicti civitas, habitatores, & incolae ad cor reducti de dicto censu, per eos pro retroactis temporibus usque ad annum a natiuitate Domini MCCCXXX. inclusivae praefatae Romanae ecclesiae debito, certo modo juxta voluntatem & ordinationem nostram, cum camera nostra per dilectum filium Theodoricum de Aveocapite fratrem & procuratorem ordinis dicti hospitalis in Romana curia generalem duxerint componendum; & intendant ac velint nihilominus, sicut pro parte dilectorum magistrorum & fratrum nobis nuper exposuisti, de dicto censu, pro aliis tribus annis sequentibus & terminandis in festo natiuitatis dominicae instanti proximo debito nobis & ecclesiae supradictae satisfacere, dictumque censum deinceps solvere perpetuis temporibus annuatim, ac humiliter petierint atque petant, sibi de absolutionis & relaxationis beneficio ab eisdem excommunicationis & interdicti penis & sententiis per sedem Apostolicam provideri; nos compositionem hujusmodi, per quam praefatam cameram de hujusmodi censu pro toto effluxo ante dictos tres annos in eodem proximo instanti festo natiuitatis Domini terminandos tempore, volumus contentari, ratam & gratam habentes, & etiam approbantes. Et nihilominus nostris & ejusdem Roma-

Pomerania ledis
Apost. vestigialis.

A Polonico di-
vulla im-
perio con-
suetum
solaturam
spondet.

mana ecclesiae super iis indemnitatibus, praefatorumque habitatorum & incolarum saluti animarum providere salubriter cupientes, fraternitati tuae per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus postquam praedictae in tua Vladislavienfi diocesi constitentes, de dicto censu, pro tribus annis praedictis ab eis nobis & ecclesiae memoratae debito, ut praefertur, tibi nostro & ejusdem ecclesiae nomine recipienti satisfactionem integram duxerint impendendam: & de solvendo integraliter censum ipsum postquam annis singulis infra quadragesimam nobis & ipsi ecclesiae seu collectoribus, per sedem deputatis seu deputandis eandem, se per suos sufficientes procuratores & syndicos ad haec legitime constitutos obligaverint solemniter & efficaciter; juramento ab eisdem praestito nihilominus corporaliter, & confectis exinde instrumentis publicis, seriem praesentium continentibus, quae tuo ac magistrorum & conventus hospitalis praedicti, nec non communitatis ipsorum, in tua praedicta diocesi constitentium, communita sigillis nobis per te una cum iis, quae de dicto censu collegeris, quantocius fideliter transmittantur; eisdem habitatoribus & incolis praedictae terrae, in tua diocesi commorantibus, videlicet singularibus personis per te, vel alium, seu alios de absolutionis beneficio juxta formam ecclesiae ab eisdem excommunicationis sententiis providere auctoritate nostra; & interdicta in castra, villas, & oppida ejusdem terrae, prout in eadem tua constituntur diocesi, eorumque communitates & universitates propter haec apposta relaxare procuret, cum personis ecclesiasticis terrae & tuae diocesis praedictarum, quae propter praemissa vel eorum aliqua irregularitatis maculam contraxerint, eadem auctoritate ac vice nihilominus dispensando, adjecto tam speciali & expresso, quod nos ex nunc prout ex tunc haberi volumus pro adjecto.

Cruciferorum ea
de re
sponso.

Pontificio
ad sensu
confirmata.

tionem & relaxationem obtinere nequeant, quousque plene de censu satisfecerint supradicto. Quod si secus forsitan praesumptum extiterit, id ex nunc irritum decernimus & inane. Dat. Avinione id. decembris pontificatus nostri anno XVIII.

Quibus lectis & publicatis, Theonicis in Theotonico & Polonis in Polonico etiam interpretatis & expositis, omnes & singuli ad hortationem dicti magistrorum praedicti, elevatis in caelum manibus, clamaverunt dicentes, quod parati erant, volebant & promittebant sibi Apostolicae obedire, & denarium beati Petri solverent secundum litterarum praedictarum continentiam & tenorem: & tunc ibidem suos veros, certos & legitimos syndicos & procuratores generales & speciales elegerunt & constituerunt, videlicet Kenonem de Bantoum, Nicolaum de Pisechouuo, Consulium dictum Taditi milites, Joannem Scoberum de Derfoma, & Henricum de Gdauti & ipsorum quemlibet in solidum ad obligandum efficaciter & solemniter pro ipsis constituentibus procuratorio nomine eorundem tenere, observare, & approbare ordinationem factam juxta seriem & formam litterarum praedictarum, dantes & concedentes eisdem & ipsorum cuilibet plenam & liberam potestatem praemissa faciendi, ratificandi, & jurandi in animas ipsorum, & omnia alia faciendi, quae ad obligationem hujusmodi pertinent, prout ipsi possent facere, si essent praesentes juxta ordinationem & litteras supradictas. Tandem cum dicto censu seu denario beati Petri pro tribus annis incipientibus in anno Domini MCCCXXX. & terminantibus in anno ejusdem MCCCXXXIII. satisfecissent domino episcopo Vladislavienfi supradicto, tactis corporaliter sacrosanctis Dei evangelii ibidem coram dicto domino episcopo jurarunt & promiserunt super his verbis.

Nos syndici & procuratores universitatum & habitatorum seu incolarum terrae Pomeraniae partium diocesis Vladislavienfi, ditioni dominorum magistrorum & fratrum de domo Theotonica temporaliter subiectae, promittimus & juramus in animas nostras & in animas communitatum, quae nos constituerunt, quod ab hac hora in antea in perpetuum secundum formam dictarum litterarum apostolicarum solvemus denarium beati Petri singulis annis in quadragesima mense usualis secundam modum, quem incolae terrae Poloniae etiam solvere consueverunt eandem. Ita nos Deus adjuvet & sancta Dei evangelia. Et nihilominus bona fide promiserunt suo ac successorum suorum & nomine procuratorio, quo supra, supradicto domino Vladislavienfi episcopo, nomine praedictae Romanae ecclesiae praemissa omnia recipienti & stipulanti, quod ipsi dictum censum Romanae ecclesiae ex tunc, a quibus quidem penis & sententiis absol-

XXV.
Corroborata
Cruciferis
primae partiones.

Promissus
census.

quadragesima, vel collectoribus ad eundem recipiendum ab ipsa sede deputatis seu deputandis; & non contravenire vel facere aliqua ratione, verbo vel opere, de jure vel de facto, se & nomine procuratorio quo supra pro praemissis tenendis efficaciter & solemniter obligando. Acta fuerunt haec ut supra anno, indictione, die, mense, ac loco supradictis, pontificatus sanctissimi patris & domini nostri domini Joannis divina providentia Papae XXII. anno, decimono. Haec praetereunda silentio non sunt visa, ut vetera Romanae ecclesiae in eas septentrionales oras jura oblivione non obscurerentur.

XXVI. Carolus Ungarus ecclesiae athleta.

(a) An. 18. p. 1. ep. com. 1033.

Plura cum infidelibus praemia conferit.

Proposita occulitur in praelio indulgentia.

(c) Ib. ep. 230. Concessum Ungaro Regi factum beneficium.

Joannes, &c. Carolo Regi Ungariae illustri.

Cum, sicut ex parte tua fuit nobis expositum, fideles Christi per regnum tuum Ungariae aliasque terras tibi subditas consiliati a schismaticis, Tartaris, & paganis, aliisque permixtis infidelium nationibus impugnationes, depopulationes, servitutes, & carceres, aliasque diversorum generum poenas & cruciatus multiplices patiantur, pro quorum & fidei catholicae defensione te plerumque contra schismaticos, Tartaros, & paganos & alios praedictos bellum seu pugnam inire contigit; nos tuis supplicationibus inclinati de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi tibi, si in bello seu pugna hujusmodi aut ex vulneribus tibi receptis postmodum te mori contigerit, omnium tuorum, de quibus corde contritus, & ore confessus fueris, plenam concedimus veniam peccatorum; sic tamen, quod heredes tui de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, satisfactionem hujusmodi facere teneantur. Dat. Avin. v. id. julii anno xviii. Affecti etiam praemiis indulgentiarum fideles Ungari (b), qui Carolum Regem adversus fidei hostes in praelio sequerentur, ut proposita felicitis immortalitatis spe intrepide quavis discrimina penetrarent.

Ornatus etiam Rex (c) hoc sacro beneficio, cum rei divinae recurrentibus solemnibus mysteriorum fidei Christianae diebus interesset: Tuae, inquit, celsitudinis supplicationibus inclinatus, ut quando in diebus solemnibus & festivis coram te missam contigerit solemniter ce-

lebrari, hujusmodi missam celebrans, si episcopus vel superior praelatus unum annum ac centum & quadraginta dies, si vero abbas vel alterius ecclesiae collegiate praelatus, centum, si autem inferior sacerdos fuerit sexaginta dies omnibus vere poenitentibus & confessis, qui hujusmodi celebrationi praesentes exierint, de injunctis eis poenitentibus auctoritate apostolica misericorditer relaxare valeat; tibi de speciali gratia auctoritate praesentium indulgentium, &c. Dat. Avin. v. id. julii anno xviii. Solvit etiam ad Caroli gratiam legem de gradibus consanguinitatis, ut ipsius filii Andreas & Ludovicus cum Joanna (d) & Maria Roberti Regis nepotibus consubugio jungerentur; sed Carolus Dyrrachii princeps postea dolo Mariam sibi junxit: quo facto & sibi necem peperit, & Andree mortem accessivisse acculatus est; de quibus inferius. Nunc ad gesta hoc anno in difficillima quaestione properat historia.

Dirimendam susceperat Joannes gravem controversiam, quae theologos & sanctos patres, re nondum ab ecclesia definita, in acie occumberet. Conjecerat (e) de sacro illo dogmate, an animae beatae ante universale judicium facie ad faciem, ut loquitur Apostolus, Deum intuerentur. Utque humanam diligentiam pro indaganda veritate adhiberet, antequam orthodoxum dogma Spiritus Sancti illo singulari praesidio, quod Petri successoribus datum est, frater staret, Cardinales, praefules ac doctores, objecta anathematis religione, quod jam antea a nobis ex Joanne Villano indicatum, ad excutiendam controversiam diligentissime iussit incumbere: inique libellum, in quo sanctorum patrum dicta in utramque partem allata, & alia argumenta continebantur, porrexit. Qua de re Petrum archiepiscopum (f) Rothomagensis & Francorum Reginam (g) his literis certiore fecit.

Reginae Franciae. Quid circa quaestionem visionis animarum ordinaverimus, ad regalem notitiam credimus, diu est, pervenisse. Injunctum quidem fratribus nostris, scilicet S. R. E. Cardinalibus ac praelatis aliis, & doctoribus theologiae ac juris canonici praesentibus in curia, ut super illa cum diligentia studeant, nobisque quid eis videatur exponant: quod ut promptius possent facere, multarum auctoritatum tam canonicarum, quam originalium sanctorum pro utraque parte collectorum copiam fecimus. Et ut haec diligentius studerent facere, sententiam excommunicationis ipsos volumus incurere, qui praemissa non adimplerent, absolutione nobis nostrisque successoribus reservata. Gratia domini nostri Jesu Christi sit tecum, charissima filia, quae in agendis

lebrari, hujusmodi missam celebrans, si episcopus vel superior praelatus unum annum ac centum & quadraginta dies, si vero abbas vel alterius ecclesiae collegiate praelatus, centum, si autem inferior sacerdos fuerit sexaginta dies omnibus vere poenitentibus & confessis, qui hujusmodi celebrationi praesentes exierint, de injunctis eis poenitentibus auctoritate apostolica misericorditer relaxare valeat; tibi de speciali gratia auctoritate praesentium indulgentium, &c. Dat. Avin. v. id. julii anno xviii. Solvit etiam ad Caroli gratiam legem de gradibus consanguinitatis, ut ipsius filii Andreas & Ludovicus cum Joanna (d) & Maria Roberti Regis nepotibus consubugio jungerentur; sed Carolus Dyrrachii princeps postea dolo Mariam sibi junxit: quo facto & sibi necem peperit, & Andree mortem accessivisse acculatus est; de quibus inferius. Nunc ad gesta hoc anno in difficillima quaestione properat historia.

(d) Ep. 1232.

XXVII. Controversia de visione beatifica. (e) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765.

(f) To. 9. p. 2. ep. sect. pag. 192. (g) Ead. pag.

Agitata in utramque partem quaestio.

te dirigit & protegat ab adversis. Dat. xv. id. martii anno xviii.

Aperfa inde Joanni calumnia.

Ea confutata publicis documentis. (a) Ext. in MS. perga. rep. in arc. Avin. sign. n. 118. leg. Otho. Card. A. Guarivra an. 1594. & Rom. allato. Item apud Ber. an. 1. p. 1. inserta ep. cur. 12. XXVIII. Proficitur Joannes in quaestione accipiti, pueram seclari veritatem.

Na quis fuisse interpretari possit, nos sensisse aliquid aut sentire, quod sacra scriptura obviet aut fidei orthodoxae, dicimus & protestamur expresse, quod quid in quaestione seu materia visionis accipiti, pueram seclari veritatem.

XXIX. De Joannis hujusmodi professione, solempni edita in ea controversia meminere etiam ejus hostes infensissimi pseudodominorae. Ex quibus Bonagratia haec in suum commentarium intulit (b): Anno Domini mcccxxxiv. de mense januarii in consistorio publice coram Cardinalibus, & maxima multitudine praedicatorum & clericorum primo fecit legi allegationes, & rationes aliquorum, qui tenent, quod anima sanctorum ex nunc clare vident faciem Dei, sive divinam essentiam; nonnullique interjectis, quibus etiam contraria argumenta juxta sanctis patribus decerpta, quibus contraria sententia, nimirum purgatas animas non videre Deum facie ad

(b) Ext. in MS. bibl. Vat. sign. n. 429. p. 164.

In consistorio utramque sententiam perlegi jubet.

faciem, defendebatur, ait: lecta fuisse, subjicit Joannem haec verba protulisse. Quia nos studuimus in originalibus, ista proposuimus; nunquam tamen fuit nostrae intentionis dicere aliquid contra fidem; & si aliquid diximus, totum ex nunc revocamus: & si quis magnus vel parvus, aliquid habet pro conclusione affirmativa, se cure det nobis, & libenter recipemus, & super hac mandamus fieri publicum instrumentum. His consentientia tradit historiae Ptolemæus (c). Lucensis his verbis: In consistorio protestatus fuit coram Cardinalibus, praelatis, & capellanis, quod in praedicta quaestione nihil definiendo, sed recitando dixerat; & quod paratus esset revocare, si qua enormia dixisset; & quae plures auctores pro & contra collegerant, fecit tunc legi in consistorio quinque diebus.

Quod vero his praemiserit Ptolemæus permotum ideo Pontificem, quia in ea de visione beatifica ante judicium universale quaestione Parisiensis academiae doctores & Francorum Rex ipsi restitissent; scripsit quae ex publica fama hauserat: non enim defuere calumniatores, qui Joanni eam labem falso asperferint, sensisse animas solutas corporeis vinculis & ab omni labe criminis liberis ante universale judicium claro divinitatis intuitu non frui: cum enim Geraldus Otho summus Minoritarum praepositus internuntius apostolicus, quem ad sopienda Angliae & Scotiae bella transmiserat, illum errorem Parisiis pro concione sacra exposuisset, percubuit rumor ipsum a Pontifice Parisios missum, ut eam opinionem fallam disseminaret; quam calumniam hinc verbis apud Regem Francorum purgavit Joannes: (d) Adhuc in eisdem literis regis vidimus contineri, quod a pluribus dicebatur, quod nos miseramus dilectum fratrem Geraldum Othonis generalem nuntium fratrum Minorum Parisios ad docendum & praedicandum, quod animae separatae a corpore & a poenis purgatae divinam essentiam usque post resurrectionem corporum non videbant. Ad quod dicimus & asserimus coram Deo, quod nunquam hoc cor nostrum intravit, nec exiit ab ore, &c. Subjicit veras causas, ob quas legatus fuerit, una cum Arnaldo, & S. Michaelis poenitentiaro ad aulam regiam, ut nimirum Francorum Regem consulerent, an oratores pro urgenda Eduardi & Davidis concordia mittere vellet; ac se opinatum, nuntios iustum iter aggressos: sed cum Parisiis confiterent, Davidis Regis Scotiae procuratorem ipsis significasse, irritos fore eorum labores, cum Rex Scotiae David, nec quisquam ab eo subrogatus, cum quo pacis tractatum agitatum essent, in Scotia confiteret; eaque re tum a nuntiis, tum a procuratore sedi Apostolicae

(c) Ptol. Luc. hist. eccl. MS. l. 24. c. 42. Ad revocanda, si qua male dixerit paratum se exhibet. XXX.

Minoritarum praepositus eroneam circa ea sententiam disseminat.

(d) To. 9. p. 2. ep. sect. pag. 191. Joannis querela adversus calumniatores.

Ob quas causas missus fuerit in Gallias.

(a) Ext. ib. ea de re lit. p. 215.

licæ significata, nuntios ipsum a demandatō munere revocasse (a): fecisse tamen Geraldo Othoni trañciendi in Angliam ad Instranda ordinis sui monasteria potestatem: denique Philippum Regem a Regis Scotiæ procuratore reiveritatem sciscitari jussit, nec patulas in posterum calumniatoribus aures præbere. Quæ literæ vi. id. martii pontificatus anno xviii. consignatæ sunt.

XXXI. Pseudominorita calumnia: verum aucta in Bavaria, dista que a pseudominoritis, qui stylum in Pontificem acuerunt: ac Bonagratiâ commentarium ad oppugnandam memoratam Pontificis professionem edidit (b), & maligne eundem traduxit, quod patrum dicta, quibus sensisse videntur aliqui, animas sanctorum divinitatem facie ad faciem ante iudicium non intreri, perlegi jussisset, quasi eam opinionem audientium animis imprimere voluisset. Quæ in re improbitatem suam detegit; quid enim magis conveniens, quam ut in discutienda controversia argumenta hinc inde contraria inter se conferantur? Non hic stetit improbitas: Michael enim pseudominoritarum signifer, qui plures sua nefaria secta irriterat in variis regnis & provinciis, concitandis in ecclesiam novi turbis consilia est molitus (c): cumque Ludovicus Bavarus ira in Joannem, cæsarum ipsi fastidium asserere derectantem, immo novum Cæsarem ad solum provehere annitentem, esset incensus, & Neapoleo Urfinus Cardinalis a Joanne abalienatus esset, quod nimirum ille sedem Apostolicam Italiæ, uti præ se tulerat, non restitueret; conflata coitio est de congregando in Germania conciliabulo (d), in quo de Joanne veluti heretico ob agitatum de visione beatifica controversiam exauthorando ageretur. Hac de causa Ludovicus Neapoleonem & si quos alios posset in eandem conjugationem pellicere adorsus est; pollicitus subjectis literis (e) Neapoleonis arbitrio superiores cum Roberto Rege Siciliæ controversias compositum iri.

(c) In eod. MS. pag. 196. Neapol. Card. Urfinus conjurat cum Lud. in Pont.

(d) Ibid.

(e) Ext. ib. ead. pag.

Ludovici ad eum lit. de conciliabulo congregando.

Ludovicus, &c. venerabili viro Neapoleoni diacono Cardinali tit. S. Adriani, amico suo diligendo gratiam suam, & omne bonum.
Noverit vestra sinceritas, quod literas nostras publicas & solemnes sigillo majestatis nostræ sigillatas transcribi jussimus & componi diligenter, per quas sacrum collegium Cardinalium studiosissime requirimus & hortamur, quatenus concilium in aliquo loco tuto procurant fieri, & de subito ordinari: in quo possimus personaliter, prout pro firmo volumus & intendimus, assumptis nobiscum principibus ecclesiasticis & secularibus Alemanniæ, fore constituti, altissimo Deo gratias an-

nuerit. Quas literas dilectioni vestrae totique collegio Cardinalium supradicto duximus transmittendas, supplicantes dilectioni vestre omni conamine, quo valeamus, quatenus si aliquid aliud nobis per nos faciendum vel sciendum videatur, hoc excellentiæ nostræ curetis vestris literis intimare. Insuper de facto Regis Roberti lautori presentium fidem adhibeatis credulam in dicendis. Dat. in oppido nostro imperiali Uberlingæ III. kal. julii, regni nostri anno xx. imperii vero VII.

Affensisse ferunt huic conspirationi Neapoleonem Cardinalem, deque nefariis hisce consiliis literas dedisse ad Balduinum archiepiscopum Trevirensem, cujus ac Trevirensis ecclesiæ nomine provocationis formulam ad concilium pseudominorita hereticus concepit, atque in ea deliras Fraticellorum hereses compegit. Horum vero scelere minister Gualterus proditor pseudominorita, Michaelis hæresiarchæ emissarius, significavit eidem Michaeli (f), provocationem Bonagratiæ ad concilium adversus Joannem Neapoleoni Cardinali placuisse, atque a Ludovico Bavaro alias literas mitti ad curiam pontificiam ad plures in ejusdem concilii societatem trahendos; tum addidit: Mittit & vobis literam Cardinalis, nempe Neapoleonis, signatam, ut possitis eam mittere in Italiam, & ubicumque videbitur pro honore imperii: & placet sibi, ut per mundum divulgetur & publicetur. Insuper domino Neapoleoni Cardinali intimavit per suas literas, quod cum Rege Roberto de consilio suo faceret libenter pacem, dummodo velit recognoscere regnum suum ab imperio. Item significat eidem domino Neapoleoni per me, quod si domini Cardinales concilium dare noluerint, si tunc dominus Neapoleo poterit aliquos alios Cardinales inducere ad recedendum secum, tunc dominus Imperator vult omnes episcopos & archiepiscopos & alios prelatos totius Alemanniæ convocare, & adducere ubicumque voluerit dominus Neapoleo, si ipse cum suis concilium celebrare voluerit.

Quæ porro Neapoleo Cardinalis responderit Gualtero, quasve pactiones inierit cum Ludovico, ut conciliabulum adversus Pontificem cum suis sequacibus confisteret, ita describit idem M. S. Frater Gualterus ipse ad curiam, & literas Imperatori presentavit, & Imperatori retulit ex parte dicti domini Neapoleonis infrascripta. Primo quod dominus Neapoleo procurabit & faciet quod concilium fiat, velit nolit ille de Caturco, si Imperator fecerit infrascripta, quæ sibi scribuntur, videlicet: Quod duo nuntii habeantur per dominum Imperatorem, qui continue curvant, qui sint informati per dictum Gualterum de literis presentandis, & de via faciendâ. Item quod mittat unam literam

XXXII. Sollicitas arch. Trevir. ad societatem sceleris. Pseudominoritarum fraudum artifices: (f) Sup. MS. sign. 4009. P. 109.

Ludovici præsumptio de Sicilia ecclesiastico imperio eripiendâ.

Malus animus ad cogendam pseudodynodum.

XXXIII.

Neapoleonis Card. pactiones nefariæ.

Sollicitati Germani ad perendum concilium.

collegio Cardinalium ad petendam fidantiam pro nunciis, quod venient ex parte ejus ad curiam, quamvis credat quod non dabit. Item quod fiat pax inter Regem Robertum & Imperatorem. Item de magistro Marsilio, ut expediatur, &c. Hoc postremum laude dignum fuit, tanta enim infamia laborabat scelestus hæresiarcha, ut schismaticos se illius societate inquinare puderet. Item quod custodiat se a Rege Boemia & duce Henrico, & quod non confidat eis, quia dixerunt, quod cogere cum potentia Imperatorem ad renunciandum. Item quod Imperator scribat Regi Franciæ, quod falsa sunt, quæ dicuntur, quod ipse Imperator velit renunciare. Item quod Imperator faciat, quod prelati & principes Alemanniæ, de quibus dicitur in suis literis, petant concilium. Item quod Imperator mittat alias literas sub forma illa, quæ scribitur per literas domini Neapoleonis. Item dominus Neapoleo dixit, respondendo ad literam sibi missam, quod nullo modo intendebat se movere de curia. Et infra. Item quod una litera universalis mittatur per Imperatorem omnibus Regibus, principibus, &c. Item quod una litera appendatur ad fores palatii in Avinione. Item nova domini Trevirensis de citatione & nova de Iperpolen. Item mittantur rationes, per quas probatur, quod Geraldus est hereticus (Is erat Minoritarum præpositus de quo antea actum est, qui temere plura Parisiis de visione animarum effutierat, dum nuntium apostolicum agebat). Mittendum ad curiam sunt primo litera cum responsione, secundo tractatus factus contra protestationem illius de Caturco, tertio litera Imperatoris missa cum novis & responsione reportata, quarto quod tenet habere sermones de animabus, qui missi fuerunt domino archidiacono, quinto quod scribat archidiacono, quod mittet tractatum dominis de Verona.

XXXIV. Parata hæresios calumnia ob dicta in quæst. visionis animarum.

Non passa est divina providentia hanc conjugationem in Joannem erumpere, & tanto turbine quassari ecclesiam: perhorruit enim Trevirensis archiepiscopus suggestum a pseudominoritis facinus admittere, ac provocationem ad concilium, quam illi confixerant, non edidit. Pontifex vero, cum in excutienda superiore de visione animarum controversia affecto senio corpore studiis indefessis desudaret, lethali morbo implicitus, excitis Cardinalibus professus est, sentire se animas ab omni labe puras in cælo versari, & claro divinitatis intuitu perfrui, ac si quæ contra eam sententiam attulisset, non ferendo sententiam, sed aliena scripta repetendo protulisset, dictaque omnia sua edendo ab ecclesia decreto fidei subjicere; quæ de re xxi. non. decembris pontificatus sui anno xix. diploma ejus jussu exaratum; quod cum ob securam illius mortem pon-

tificis bulla munitum non esset, Benedictus anno proximo una cum aliis publicis tabulis, quibus Joannes adversus calumniatores nullam ab ipso prolatam sententiam decretoriam, ac si quæ forte perperam dicta essent, illa a se revocari professus erat, promulgavit (a), ne calumniatoribus sua in Joannem venena fundere liceret.

Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Sicut habet humanæ naturæ corruptio, quod dictum unius facile sequitur multitudine, quodque minores dicta majorum in deteriore partem frequenter interpretari nituntur; sic habet rectæ rationis ordo, cui testimonium sanctorum patrum affertur, quod facilitati & interpretationi hujusmodi semper veritas prævalet rei gestæ. Sane cum jam dudum per nonnullos revocaretur in dubium, an anima a corporibus separata, ac a peccatis & pœnis peccatorum purgata ante resurrectionem corporum videant divinitatem essentiam, illa videlicet visione, quam vocat Apostolus faciem, & super hoc, tam in sermonibus quam in aliis collationibus & colloquutionibus per felicis recordationis Joannem Papam XXXII. prædecessorem nostrum, & plures alios in ejus presentia multa dicta, recitata, scripta, & prædicata fuissent; volens idem prædecessor verbis & linguis malignantium obviare, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione secunda, die tertia mensis januarii S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, multisque prelati, & in sacra theologia magistris, aliisque personis & tabellionibus publicis in consistorio apostolico coram eo personaliter constitutis, dixit, asseruit, & protestatus extitit sub hac forma: Ne quis sine stre interpretari possit, nos sensisse aliquid, aut sentire, quod sacra Scriptura obviet, aut fidei orthodoxæ, dicimus & protestamur expresse, &c. (repetitur superior allata a nobis (b) Joannis protestatio, ipsdem concepta verbis, cui hæc subiicit Benedictus.)

(a) Bened. xii. an. 1. p. 1. ep. cur. 12.

XXXV.

Benedictus Joannem purgat.

In quem sententiam accipienda dicta ab eo in quæstione de vis. beat. (b) Super n. 28.

XXXVI. Ejus professio in extremo vitæ flexu.

Demum quoque idem prædecessor decumbens in lecto infirmitatis, de qua decessit, intentionem quam super præmissis habuerat & habebat, volens clarior & seriose aperire, anno a nativitate prædicto proximo præteriti, nobis tunc nominato Jacobo tit. S. Priscæ presbytero Cardinali, & venerabilibus fratribus Petro Prænestino, Bertrando Ostiensi, Gaucelino Albanensi, Joanne Portuensi, & Aribaldo Tusulanensis episcopis; ac dilectis filiis nostris Mattheo tit. sanctorum Joannis & Pauli, Raimundo tit. S. Eusebii, Petro tit. S. Martini in montibus, Petro tit. S. Stephani in Cælio monte, Petro tit. S. Praxedis, Imberto Basilicæ xxi. Apostolorum, Talayrando tit. S. Pr-

S. Petri ad vincula, & Petro tit. S. Clementis presbyteris; ac Jacobo S. Georgii ad velum aureum, Luca S. Mariæ in via lata, Raimundo S. Mariæ novæ, Galbarado S. Lucie in silice, Bertrando S. Mariæ in Aquiro, Arnaldo S. Eustachii, & Joanne S. Angeli diaconis Cardinalibus, & nonnullis prælatis, & tabellionibus publicis presentibus, & propterea specialiter evocatis, quandam literam grossatam sub ejus nomine legi fecit, ac se credidisse, & credere declaravit; & confessionem, revocationem, & submissionem fecit, de quibus in ipsa litera agebatur sub his verbis (a),

(a) Ext. etiam apud Nic. Minor. MS. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 172. XXXVII.

Ne super iis, que de animabus purgatis, separatis a corporibus, ancitra resurrectionem corporum divinam essentiam, illa visione videlicet quam vocat Apostolus factalem, videant, tam per nos, quam per nonnullos alios in presentia nostra recitando & allegando sacram scripturam, ac originalia & dicta sanctorum, vel alias ratiocinando, sepius dicta sunt aliter, quam per nos dicta & intellecta fuerant, & intelligantur ac dicantur, auribus fidelium valeant inculcari; ecce quod nostram intentionem, quam cum sancta ecclesia catholica circa hæc habemus & habuimus, serie presentium, ut sequitur declaramus. Fatemur siquidem & credimus, quod animæ purgatæ separatæ a corporibus sunt in celo, celorum regno, & paradiso, & cum Christo in consortio angelorum congregatæ, & vident Deum, ac divinam essentiam facie ad faciem clare, in quantum status & conditio compatitur animæ separatæ: si vero alia vel aliter circa materiam hujusmodi per nos dicta, prædicata, seu scripta fuerint quoquo modo, illa diximus, prædicavimus, seu scripsimus recitando dicta sacre scripturæ & sanctorum & conferendo, & non determinando, nec etiam tenendo, & sic & non aliter illa volumus esse dicta, prædicata, seu scripta. Insuper si qua alia sermocinando, conferendo, dogmatizando, docendo, seu aliter quovis modo diximus, prædicavimus, vel scripsimus circa præmissa, vel alia quæ fidem concernunt catholicam, sacram scripturam, vel bonos mores, ea in quantum sunt consona fidei catholice, determinationi ecclesiæ, sacre scripturæ, ac bonis moribus, approbamus: aliter autem illa habemus & haberi volumus pro non dictis, prædicatis, & scriptis, & ea revocamus expresse: ac ea, que de prædicta visione, & omnia alia dicta, prædicata, & scripta nostra de quacumque materia, ubicumque & in quocumque loco, ac in quocumque statu, quem habemus vel habuerimus hæctenus, summittimus determinationi ecclesiæ & successorum nostrorum.

Animas SS. separatas frui visione beatifica

Ejus profecti ad fideles missa.

Verum licet idem prædecessor super hujusmodi contentis in dicta litera glossata

vulnerit, & mandaverit fieri publica instrumenta, ipsamque literam bullæ suæ munimine roborari; quia tamen superveniente obitu ejus, hujusmodi litera bullata non extitit, nos volentes, quod hujusmodi ejusdem prædecessoris declaratio, & omnia alia supradicta ad communem fidelium notitiam deducantur, super contentis in dicta litera & aliis superscriptis de presatorum Cardinalium fratrum nostrorum consilio præsentibus literas, bulla nostra munitas, fieri mandavimus in testimonium præmissorum. Nulli ergo &c. nostre voluntatis & mandati infringere, &c. Dat. Avinionæ XVI. kal. aprilis anno primo.

Editam fuisse a Joanne eandem de visione beatifica animarum fidei professio nem, consentiunt ipsius adversarii; inter quos Nicolaus pseudominorita schismaticus hæc refert: (b): Anno domini MCCCXXXIV. de mense decembris die III. decembris presatus dominus Joannes XXII. gravi infirmitate detentus, de qua quarto die dicti mensis mortuus est, & infra, quamdam constitutionem seu ordinationem morti propinquus fecit, formam hujusmodi continentem.

Joannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Ne super iis, que de animabus purgatis, &c. ut supra usque nostrorum. Nulli ergo &c. Dat. Avin. III. non. decembris pontificatus anno XIX. Affertur etiam a Joanne Villano (c), Italicis verbis redditum superius Joannis XXII. diploma; quo cum pie sensisse conspicuum est, adeo ut Ochamus (d) ejus hostis fateri coactus sit, Joannem sententiam suam edendo ab ecclesia de ea controversia decreto catholice subjecisse. Ex quibus impostor Calvinus (e) refellit; qui ex odio in Romanam ecclesiam, meraque mentiendi, ut a patre mendacii diabolo eductus erat, libidine obijcere non erubuit, Joannem XXII. sensisse, animas esse mortales usque ad extremum judicii diem, illumque ideo in hæreticorum catalogo reponere: quo quid impudentius fingi potest? quidve magis a Joannis sententia alienum? Cumulat hoc mendacium alio Calvinus, dum Gersonem (quem imperite Joanni coævum fingit, cum nondum natus esset, ut ex ejus gestis videbitur tempore schismatis Avinionensis) testem appellat negatæ a Joanne anime immortalitatis. At is nullatenus id dixit, sed tantum ex adepta a latrone mox post mortem beatitudine arguit, falsam fuisse Joannis doctrinam (quam nempe falso supponebat fuisse Joannis) animas sanctorum non nisi post judicium lata decretoria sententia, Venite benedicti &c. divinitatem intuituras, eo quod plurimum sanctorum patrum, qui eam sententiam secuti videntur, re nondum definita, quorum argumentis fufe respondet in suo libro

XXXVIII. Joannes hostes rem non negant. (b) Id. Nic. MS. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 172.

(c) Jo. Vill. l. II. c. 19.

(d) Ocham. in dial. tr. p. 2. c. 9. IO. & author. notar. ad S. Ant. p. 3. tit. 21. c. 7. §. 5. Calvinus impudentissimæ calumnie. (e) Calv. l. 4. instit. 7. §. 28.

bro Benedictus, dicta compegisset. Qua in re non probro, sed laude dignus fuit Joannes, qui in discutienda controversia, antequam eam decideret, diligentissime sanctos patres consuluerit. Foetidissimum etiam est tertium Calvini mendacium, nullum Cardinalium Joannis sententiæ restitisse: extant enim insignia in bibliotheca Vaticana Jacobi tit. S. Priscæ Cardinalis (a), & episcoporum (b), doctorumque (c) edita tunc in adversam partem erudita commentaria. At memoratus impostor Calvinus illum ipsum errorem, sanctorum animas divinitatem facie ad faciem non intueri ante judicium, post direptam controversiam instaurare annisus est (d). Verum mendacissimi hæresiarchæ, quem accurate refellunt Card. Bellarminus (e) & alii, latratibus contemptis redimus ad Joannem Papam, quem cum nonnulli carpant, favisse erroneæ sententiæ, ac Valesium ordinis Prædicatorum e sacro pulpito contra declamantem carceri mancipasse; advertendum est, illum concionatorem juste addictum vinculis, cum defigeret anathemate & hæresis nota contrarium sentientes, nondum lata a sede Apostolica sententia; arque imprudens ejusmodi zelus merita percelle poena debuit, ne turbis ecclesiam misceret. Denique quamvis ea falsa statuatur hypothesis, Joannem illo fuisse errore tinctum, haud tamen, ut impudentissimi pseudominoritæ pauci contenderunt, hæreseos labes illi aspergi potest, sed tantum errasse ex imbecillitate humani intellectus cum iis patribus sanctis, quorum opinionem secutus esset. Non desunt inepti qui velint, ipsum divinitatem e vita præterire, ne in decernenda controversia aberraret. Sed quid miraculi mors in homine nonagenario habet? quidve periculi suberat, cum a Spiritu Sancto regendus esset, inferendo decreto fidei, illius ut præcipui auctoris minister tantum futurus?

(a) MS. bibl. Vat. sign. n. 4008. (b) In Eod. MS. (c) MS. sign. n. 4005. (d) Calvin. infl. l. 3. c. 20. §. 24. (e) Bell. l. 4. de Rom. Pont. c. 14.

XXXIX. Sacramentis rite procuratos Joannes obiit. (f) Jo. Vill. l. II. c. 19. (g) Ib. c. 20.

(h) Jo. Villan. l. II. c. 19. (i) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. in Jo. 22. p. 51.

majori Avinionensi ecclesia cum honore debito traditum sepultura. Vacavitque sedes post mortem ejus diebus XVI. His consentanea refert Ptolemæus (k) Lucensis, qui plura digna memoria conjungit.

Anno, inquit, prædicto MCCCXXXIV. cum Papa Joannes duabus arduis causis valde diligenter intenderet, scilicet creationi Imperatoris novi, in quo facto Rex Philippus Francorum & Joannes Rex Boemiæ filius Henrici Imperatoris sibi multum favebant; & determinationi questionis visionis, an scilicet sancti in patria ante resurrectionem haberent visionem essentia divina: & dum prædictis & aliis causis sollicitus intenderet, & quatuor nonas decembris consistorium mandasset, ut aliquas provisiones quibusdam faceret, in nocte præcedenti nonis prædictis post cenam & primum gallicantum invasit eum morbus. Et omisso consistorio illa die XV. nonas decembris nihil fecit, sed III. nonas die sequenti post vesperras fecit vocari omnes Cardinales, qui erant in Avinione. Hoc dico propter Joannem Gattani, qui non erat presens tunc in civitate, & propter dominum Neapolitanum Romanum diaconum Cardinalem, qui erat in cardinalatu antiquior omnibus Cardinalibus, qui licet in civitate esset & vocatus per Papam, ipse tamen noluit venire, nec interesse exequi, nec testamento Papa: & præsumitur quod ex eo fecerit, quia Papa in sua electione, quæ apud Lugdunum celebrata fuit, juravit se nunquam ascensurum equum vel mulum, nisi iret Romam: quod & servavit, quia navigio ivit usque ad Avinionem, & pedes ascendit palatium, de quo postea nisi intrando ecclesiam majorem, quæ contigua palatio est, non exivit; & sic suum sacramentum servavit, quia post sacramentum præstitum, sicut fecit, nunquam equitavit, unde prædictus Cardinalis sibi non favit. Verum alia, quam supra attigimus fuisse videtur, nimirum conspirationis, quam Neapolitanem, pergit Ptolemæus, conflasse cum Bavaro ferunt (l) Sed Papa nihilominus coram aliis Cardinalibus disposuit rite & legitime testamentum suum: recommendans sanctam ecclesiam & nepotes suos Cardinalibus: & sic secundo nonas decembris post auditam missam in aurora diei, & communione percepta, orando migravit ad Dominum de hoc seculo hora tertia & dominica die, quæ erat tunc II. nonas decembris. Sepultus est autem Avinione in ecclesia cathedrali nonis decembris. Sed it autem annis XVIII. mensibus IV. minus duobus diebus, & vacavit sedes XVII. diebus. Sed XIII. kal. januaris elegerunt Cardinales, ut infra sequetur.

(k) Ptol. Luc. hist. eccl. l. 14. c. 42.

Neapolitano Card. a Joanne averfus.

(l) MS. bibl. Vat. sign. n. 4009. p. 109.

Quanto tempore sederit Joannes.

XL. Oriens maximam in ejus obitu jacturam passus.

Gravem in ejus obitu res Christiana jacturam fecit: sed præcipue orientalis ecclesia, quæ assurgere, & triumphare de Turcis Joannis studiis ceperat, affli-

sta est: valebat enim apud Reges auctoritate, eosque sibi devinctos habebat; firmiter cum Francorum, Siciliae, Cypri, Armeniae, Andronico Imperatore, Veneris, equitibus Rodiis, foedus adversus infideles; ac repressis hoc anno Turcis, sequenti classem Armenis erat submissurus in Syriae Saracenos, neque expeditionem Asiaticam, cujus erat auctor, dissolvi esset passus. Affluebat etiam ad tolerandos belli sacri sumptus opulento aërio; quod in id se cogere dicebat, atque etiam Regi Francorum in sacro bello consumpturum sponderat (a) in quo aureorum signatorum decies octies decem centena millia & eo amplius, infecti vero auri pretium quod in alia gaza gemmisque & ornamentis constabat, ad septies alia decem centena aureorum millia ascendisse scribit Joannes Villanus (b), reperta; cujus rei fides sit penes auctorem. Neque vero avaritia ex eo ipsi impingit potest, cum hæc opes, ex ecclesiarum vestigalibus collectæ, ad Turcas & Babylonios reprimendos essent consumendæ: quem sæpius afflictis Armenis subvenisse, atque ad muniendas arces contra infideles magnam vim auri collocasse vidimus. Plurimam etiam pecuniæ Summam adversus Italæ tyrannos profuderat: si vero nepotes ex inferiori sorte ad opulentiores affurrexerunt, Regum Francorum potius beneficio, quam prodiga liberalitate ad eam sunt excitati; quos etiam, nimirum Arnaldum e Dueza e Caramanno, & Arnaldum e Casiano e Talardo vicecomites, ac Petrum e Via Villemuri & Calvineti dominum Benedictus successor Regi Francorum commendavit (c). Cæterum bellum, quod cum Ludovico Bavaro gessit, magna attulit impedimenta, ne orienti citius consuleret: in quo licet parum extiterit felix, adeo ut Robertus Rex Siciliae, cui ob interregnum præfecturam Insularum concesserat, illum abjecerit, ipseque partem ecclesiasticæ ditionis amiserit; haud tamen vocari in crimen jure potest, cum in eo Ecclesiæ jura defenderet.

(a) Mat. Vill. l. 7. c. 2.

(b) Jo. Vill. l. 11. c. 20. An. 3. p. 21. c. 6. §. 15. & alii. De ingenti illius thesauro contra infideles effundendo.

(c) Bened. ep. secr. 14.

Inventa a Lud. mala Joanni non tribuenda.

(d) Jo. Vill. l. 11. c. 6. Calamnia illi obiecta refellitur.

tenuit, narrat Villanus (e) ipsum singulis fere noctibus ad divinas laudes celebrandas stratis surgere consuevisse, quod non mollem & effœminatam animum; sed divinis addictissimum & corporis deliciarum contemptorem ostendit. Addit idem auctor nonnulla ejusdem Pontificis elogia, nimirum modestum fuisse, sobrium, cibisque communibus potius quam exquisitis uti solitum; in sumptibus sui causa faciendis parcum, studio addictissimum, adeo ut nocte illius causa confurgeret; in audiendis causis expediendisque promptum, doctrina insignem, acutum ingenio, ac spiritus ingentes in exiguo corpore ad magna quæque agitata gessisset, prouorem tamen ad iras extitisse, sacris operatum singulis pene diebus.

(e) Jo. Vill. l. 11. c. 20. Singulis noctibus ad repetendas divinas laudes surgebat.

Quod porro nonnulli recentiores Minoritæ Joannem veluti Franciscano ordini adversarum traducunt, culpanda sane eorum videtur sententia, cum optime de universa sacra illa familia meritis sit, cujus verba ad Francorum Regnam reperenda visa sunt; Si fratres, inquit (f), vellent agnoscere quanto periculo dictus ordo subiacebat tempore, quo assumpti ad statum hujusmodi fuimus, credimus quod nequaquam in dubium revocarent, quod ex quo cepit ipsorum ordo, nullus efficacius, quam nos pro eorum statu pacifico laboravimus: nec adhuc recusamus laborem. Hæc Joannes, quæ vera comperiet, qui revolverit Minoritarum annales. Ex iricipiti sane pseudo-minoritarum factione ea quæ se arroganter spirituales appellabat, defendendæ paupertatis evangelicæ specie aperta atrocinita exercebat, dum monasteria vi invadebat (g) ac veros Minoritas pellebat. Alia scæta ex subreptio confictive (h) Cœlestini diplomate Minoritas sollicitabat, ut excusso præpositorum jugo ad se desiceret, ac nisi Joannis Papæ studio fuisset repressa, ordinem dissolvisset. In tertia vero, quæ duce Michaelæ Cæsinate emerit, debellanda, magna laude eundem Joannem pontificali officio perfunctum patet ex antea dictis. Adde ipsum sæpius professum, se nil contra Minorum ordinem constituere; sed adversus sectarios in eo exortos. Et quidem veros Minoritas amplissimis profecutum beneficiis, atque in obviandis legationibus ad gentes propagando evangelio, administrandisque ecclesiis usum eorum opera constat; idque a Wadingo fuisse demonstratur.

XLI. Perperam vocatur in invidiam a nonnullis Minoritis. (f) To. 6. p. 3. ep. secr. pag. 201.

Quinque Franciscanæ disciplinæ extremo pontificatu adversus præpositum Minoritarum Geraldum & alios qui ad explanandam formulam præceptorum S. Francisci temere se ingererant, Joannem asseruisse, illibatamque in spectantibus ad paupertatem esse voluisse, testatur Alvarus Pelagius his verbis (i): Quatuordecim,

Optime meritis de Minorit. in reprimendis eorum factionibus. (a) Marc. Olyss. l. 7. c. 31. (b) Id. l. 5. c. 27. & l. 7. c. 34.

Veros Minoritas auxit honoribus. XIII. Paupertatem Franciscanæ tutatus est. (i) Alvo. Pel. de planct. eccl. l. 2. c. 67.

cim, inquit, sigilla ministrorum partium voluntariorum, partim timidorum (quorum aliquos ad contrarium de eo, quod agebant, diu & efficaciter confortavi, & eos non potui revocare, quia a fratre Gerardo generali ministro tunc minis & injuriis arctabantur Avinione tempore prædicti domini Papæ Joannis XXII. & tempore meo) cum sigillo prædicti generalis ministri fratris Geraldæ de Aquitania qui fuit auctor & principalis glossator trium glossarum extortarum, prædictam regulam destruentium, in una chartula pependerunt, & eam dictus glossator trium glossarum de prædictis ministris domino prædicto Joanni Papæ presentavit, assistentibus multis Cardinalibus. Dominus autem Papa prædictus Dei vicarius lumine claritatis Spiritus sancti infusus, justus index veritatis, zelatorum suorum prædecessorum regulam declarantem sequens vestigia, nolens impinguari, psal. xxii. in suo capite, quod est caput ecclesiæ corporis mystici, xxiii. q. iii. Pro membris, & q. v. de Liguribus ecclesiæ xxxi. di. c. ii. Militantis, oleo doctorum ministrorum, vere coram Deo & ejus ecclesiæ peccatorum, dixit generali prædicto fratri Gerardo qui tres prædictas glossas, quas supra proxime posui, sceleratissimas anathemate perpetua feriendas consecravit, credens placere ipsi Papæ Joanni, & a quo capellum rubrum expectabat, suspicacem in hæc sugillatorem agit auctor, in illorum presentia ministrorum: Generalis, intellectus iste, quem in duobus prædictis capitulis regulæ dar, extortus est, & contra regulam est, & non credimus, quod de mille fratribus, unus de ordine tecum in intellectu hujusmodi concordaret. Cardinales autem, domino Papæ assistentes, glossas prædictas prædicti Geraldæ contra regulam dicentes, & ipsam concorditer deridebant, cognoscentes de qua radice pestifera fuerant Ann. Eccl. Tom. XXV.

Obstitit ne Geraldus suis interpretationibus disciplinam solveret.

fabricata, i. q. i. Fertur & c. Quibusdam. Dixit mihi tunc quidam Cardinalis: Vere hodie nobiscum, cum essemus cum Papa, fuit S. Franciscus; quasi diceret ad defendendam regulam suam. Postquam prædictus generalis minister & alii ministri, contra sacram regulam conjurantes, sui pessimi conatus non habuerunt effectum, composuerunt malitiæ malitiam adjungentes, quod postquam declarationes non poterant facere revocari, nec suas glossas autenticare, de declaratione domini Clementis, Exivi de paradiso, certos articulos procurarent auferri, sed in hoc succubere etiam coram Christi vicario & ejus reverendissimis dominis Cardinalibus, manu Altissimi eos B. Francisci meritis repellente. Ex his itaque perspicuum est, non fuisse Joannem paupertatis Franciscanæ hostem quam adversus Geraldum ac nonnullos alios Minoritas defenderit: pseudominoritas autem de evangelica paupertate delira comminiscentes, veroque hostes & corruptores sacri instituti Franciscani infectatus tantum est, qui ut ait ejus temporis doctor (a) constitutionibus cum summa deliberatione & maturitate digestis, & de dominorum Cardinalium consilio promulgatis, detrabere nitentur; & veritatem, quam continent, per falsas insanas obfuscare. Pium autem fuisse Joannis consilium in edendis in controversia de paupertate constitutionibus, probat idem auctor hisce verbis: Ut qui sic despuerant, respiciant, sic averti ad unius maris gremium revertantur, sic perverti ad veritatis semitam revocentur; sicque corrupti, infecti, & morbidi auctoritatem & facultatem perdat simplices subvertendi, & ne tam pestifera doctrina gloriari valeant. [1] Quod vero queruntur; illatam a Joanne C 2 annc

XLIH.

(a) MS. bibl. Vat. sign. n. 4869. p. 18.

Zelo fidei & ordinis pseudominoritas infectatus.

XLIV.

NOTE [1] Obiit hoc anno Joannes Papa, magnis dum viveret turbis jactatus agitatique. Eo virum perpulit ingenium fervidum & cum in flammis abiret moderati nihil sustinens. Moderatorem utique pontificem optassent tempora illa periculosa, quibus secularis & ecclesiastica potestas committi inter se solebat, & pontifices armis potius quam censuris res ecclesiasticas tutari necesse erat. Ex quo factum, ut cum pontifex moderata respuens consilia pontificum junimis urgendum aggreditor, armis cædibusque omnia repleret; ex qua ejus constantia quantum Ecclesiæ accedebat commodi, tantum ex illa animi vehementia experta est incommodi. Quæ vero indoles in rebus gerendis, eadem & in opinionibus dogmaticis illum impedit ad ardua, ut exiis constat, quæ in controversia de Christi & Apostolorum pauperie, ac de visione Dei beata sensit, & docuit. De pauperie Christi, & Apostolorum satis superque dictum a nobis est. Ad Visionem Dei quod attinet, ab ea sententia quam aliquandiu propugnasse visus est, moriturus recessit. Hanc ejus palinodiam minus sinceram ejus ætatis viros quosdam doctos suspicatos fuisse affirmat continuator Nançii ad hunc annum. Suspicionem vero hanc suam inde ductam a viris illis conjicio, quod teste Benedicto XII. ejus successore, in eo quod scripsit de eo dogmate libello, vulgato ab Anagninista anno sequenti num. 9. definiat Animas Sanctorum a peccatis purgatas ante generalem resurrectionem, & judicium Dei essentiam facialiter vident, secundum quod eorum status patiuntur. Quæ postrema verba ambiguitatis nonnihil continent, cum & sententiæ catholicæ plane oppositæ ac congruere possent. Semel enim admisso animarum statum ante corporum resurrectionem clarum Dei intuitum pari nequaquam posse, sed tantummodo per umbram quamdam, & ænigmata; hinc rectissime affirmari ab ejus assertoribus potuisset, Dei faciem intueri nunc animas juxta ac præfens eorum status permittit. Verum aliter sensit Joannem de intuitu Dei claro, & perspicuo

anne facti ordini in revocanda Martini IV. concessione de procuratoribus lites pontificio nomine ad Minoritarum gratiam disceptaturis; nullam ipsi irrogatam injuriam ostendit, quia, inquit, praelatis & ecclesiarum rectoribus fuerunt molesti nimium atque graves. Adductum autem fuisse religione officii ad submovendos abusus, qui oboriebantur, & coercendos blasphemos pseudominoritas, ab eodem Joannis constitutionum defensore, ita demonstrat (a); Dominus enim summus noster Pontifex summopere habet intendere, non solum, ut sacros condant canones, quibus universalis ecclesie salubriter gubernetur, immo ut ab omnibus observentur, & ora blasphemantium obstruantur: unde Bernardus lib. III. cap. I. dicit sic: Generaliter super universum ecclesie statum intendat consideratio tua, si plebs clericis, clericis sacerdotibus, sacerdotibus Domino ea, qua oportet, humilitate subiecti sunt; scilicet in monasteriis & religiosis locis servetur ordo, vigilet disciplina: si super prava opera & dogmata censura ecclesiastica vigeat, si floreat vinea honestate & sanctimonia sacerdotum, si flores fructus parturiat obedientia fidelium populorum; si communiter vestra apostolica mandata instituta ea, qua dignum est, sollicitudine observentur, ne quid in agro Domini aut neglectu incultum, aut fraude subreptum inveniat. Et Nicolaus Papa clero Constantinopolitano sic scribit: Si decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atque incuria estis redarguendi: si habetis, & non observetis, de crimine estis corripendi, ut habetur in decretis, xxvi. q. i. c. Violatores, dicitur sic: Violatores canonum voluntarie graviter a sanctis patribus judicantur, & a Spiritu Sancto, cujus instinctu & dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare

(a) Id. MS. 4869. pag. 19. Cur plures in Minoritarum litibus constitutiones edidit.

mare Spiritum Sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem canones aliquid aut partiarie agunt, aut loqui presumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt.

Postremo attexam hic ejusdem doctoris elogium quo Joannem exornat, alludens ad nomen Joannis, quod gratiam significat (b); Teste, inquit, conscientia, audeo dicere, ipsum copiosissimis gratiis venustatum, & quantum ad intellectus illustrationem, & quantum ad affectus inflammationem, quod patet & propter ingenii vivacitatem, & propter eloquii suavitatem, & propter memoria tenacitatem, & propter scientie profunditatem, & propter prudentie multipliciter, ut merito sit ille Joannes Aquila comparatus, qui ceteris altius divinitatis patefecit arcanum. Et infra: Quantum ad affectus inflammationem; numquid est plenus gratiis, in quo conspicimus fervorem gratia & dilectionis, decorem placida conversationis, nitorem munditie & incorruptionis, dulcorem medela & correptionis, vigorem constantie & roborationis, decorem sume & bone opinionis? Et infra: Superintendit toti ecclesie in haereticorum extirpatione, in tyrannorum rebellionum multatione, in iurium & libertatum ecclesie defensione, in fidei dilatatione, in bellorum sedatione, in pacis seminatione, in bonorum & literarum promotione, in beneficiorum ecclesiasticorum digna retributione, in simonia, pompae, & rapinae & aliorum vitiorum a curia relegatione; in dubiorum declaratione, in filiorum nutritione, in istius universitatibus, nempe Avenionensis, speciali affectione, in multorum ejusdem universitatis ad cardinalatum, archiepiscopatus, & episcopatus sublimatione. Haec de Joanne suffecerint.

XLV.

(b) Ead. p. 19. Joannis Elogium.

Hic absolvitur Tomus XV. Editionis Romanae ab auctore curatae.

Ex.

NOTE.

cuo ex eo deduco, quod coevis omnibus scriptoribus testibus priorem sententiam suam reipsa retractaverit; atque ipse pariter Joannes definitionem hanc ut oppositam pristinae opinioni suae emisit. Ideo vero verba illa postrema adicienda censuit, quia catholicorum Theologorum quorundam opinio ferebat, Sanctorum animas nunc quidem Dei vultum intueri; hanc tamen visionem post judicium magnum accepturam esse augmentum, quae verba sunt Benedicti XII. in libello superius indicato, Nolens Joannes sententiae huic catholicorum Theologorum quidquam detraxi, verborum illorum adjectione, & dogma Catholicum in tuto posuit, & Theologorum controversiam intactam reliquit. Hinc Benedictus XII. admittit se illam in eodem libello ingenue profiteri: Probabilior mihi etiam videtur, Caterum Joannem praeter scripta nonnulla quorum catalogum habes apud Ludovicum a S. Jacobo in Bibliotheca Pontificia, edidisse pariter fertur Profam: Stabat Mater dolorosa &c. quam licet Ludovicus Jacob in Biblioth. Pontif. Innocentio III. tribuit; veteres tamen alii Scriptores aliis auctoribus vindicant. S. Antonianus III. part. tit. 22. C. 3. §. 32. Gregorio cuidam Pontifici (cui vero non definit) assignat. Sed aequalis S. Antonino Gregorius Stella in Annalibus Genueis ad A. 1399. scribit: quos (Rhythmos) edidisse fertur Joannes vigesimus-secundus, quando summus Pontifex erat. Successor illi datus est Furnerius, nomine Benedicti XII. notus. De cujus exordiis satis plura in annalibus narrata. Unum superest, in quo diligentiam Annalista desideres. Quamquam enim anno isto die XX. Decembris electus fuerit, cum tamen coronae pontificum insignis non nisi sequenti anno die VI. Idus Januarii suscepit, epocham pontificis hujus ab hoc anno male in annalibus ducitur; reipsa enim a die susceptae coronae annos suos Benedictus supputavit, ut ex literis eius recitatis in Annalibus ad A. 1340. 53. discimus. Datae sunt enim illae anno eodem die VI. Kal. Januarii anno VI. ducta profecto epocha a die VI. Januarii anni sequentis 1335. alioqui enim annus tunc VII. ageretur, si anni illi ab electione cepissent. MANSI

XLVI. Extremo anno MCCCXXXIV. indictione secunda inclusi (a) ab oratoribus Roberti Regis Neapolitani ejusdemque Avinionis & Provinciae principis in conclavi Cardinales, concordibus suffragiis Jacobum Novellum, appellatum quoque Furnerium, S. R. E. tit. S. Priscae presbyterum Cardinalem a rerum aulicarum tractatione alienum, ut ajunt, sed religione praestantem, & theologica scientia florentissimum, vigesima decembris die Pontificem renuntiaverunt (b), ut consentiunt ejus temporis auctores, (c) cujus primitias, atque emensos honorum gradus, describit ipse vitae auctor apud Bosquetum, quos subiectis verbis M. S. Vaticanum perstringit (d): Benedictus XII. ita nempe vulgo dictus fuit, quamvis eo nomine undecimus sit, natione Tolosanus de Saverduno Appamiarum diocesis prius vocatus Jacobus, abbas Fontisfrigidi ordinis Cisterciensis, magister in theologia, deinde episcopus Appamiarum, post episcopus Mirapiscensis, demum per dominum Joannem Ptol. Luc. hist. eccl. MS. l. 24. c. 43. & alii. (d) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Ben. XII. Ex Card. tit. S. Priscae. (e) Ant. c. 7. in princ. (f) MS. bibl. Vat. sign. n. 3989. (g) Ptol. Luc. iv. hist. eccl. l. 24. c. 43.

Ejus Patria & primitia.

die autem natiuitatis Domini nostri Jesu Christi in publica missa, quam celebravit dominus Petrus episcopus Praenestinus, fecit gratiam omnibus, qui interfuissent, septem annos & septem quadragenas de injunctis poenitentis: diebus autem sanctorum Stephani & Joannis tres annos & tres quadragenas. Anno autem domini MCCCXXXV. Benedictus XII. descendit de palatio, in quo electus fuit, & iit associatus cum Cardinalibus, ut moris est, ad locum fratrum praedicatorum VII. idus Januarii: & VI. idus Januarii in crastinum ibidem coronatus est per dominum Neapolitanum Cardinalem diaconum. Et v. idus Januarii reascendit suum palatium & petitiones sibi oblatis primo die post coronationem recipere recusavit: voluit enim scire conditionem personae supplicantis, & summam reddituum, & si impetrans ante fuerit benedictus.

Redimitus igitur pontificia tiara Benedictus, encyclicis proximo anno literis datis, praefules de sua electione fecit certiores (b), atque ad conjungendas in pascendo grege dominico, ac re Christiana provehenda curas excitavit.

Benedictus episcopus servorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Rhemensis & episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis, & aliis ecclesiarum praelatis, exemptis & non exemptis, per Rhemensis provinciam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Altitudo caelestis consilii supra cuncta tenens in excelsis imperium, sic dat esse rebus, & dispensat ineffabili providentia munera gratiarum; sic creaturarum conditiones & status ordinat, ac prout vult, variat & disponit, quod sensus humanus ejus secreta consilia perscrutari non valens, in horum consideratione potius hebetatur, cum sint investigabiles viae Domini, & sapientiae suae magnitudinem humani non capiunt intellectus; facit enim fortem ex debili, balbutientibus eloquium tribuit, & ponit nonnunquam humiles in sublimi, plenam & perfectam habens ad singula, tanquam palmo concludens omnia, potestatem. Sane felicitis recordationis Joanne Papa xxii. praedecessore nostro nuper, sicut Dominus placuit, ab hac luce substracto, & ad caelestem patriam ab hujus mundi miseria, sicut pie credimus, evocato; ejusque corpore cum exequiarum solemnitate debita, tumultu, venerabiles fratres nostri episcopi presbyteri, & diaconi S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, pro futuri substitutione pastoris convenientes in unum sub deliberatione consilii, quam tanti negotii qualitas exigebat, habito super electionis futuri Papae celebratione tractata, licet consentire potuissent in alios majorum meritorum claritate conspi-

Redimtus pontificia a Nea pol. Card. Eiusdem integritas in conferendis sacerdotiis. (b) An. i. p. i. ep. cur. i. XLVII. Encyclicae Benedicti litterae de ipsius electione.

Concors
fuit ejus
electio.

spicuos, & plurium virtutum titulis insignitos; tandem ad personam nostram dirigentes unanimiter vota sua, nos ad summi Pontificatus apicem, divina dignationis clementia, evocarunt.

Nos igitur nostrarum insufficientiam virium, & administrationis tam arduæ sarcinam, tantique oneris gravitatem, intenta consideratione pensantes intra nostra præcordia, quid inter tot diversas & varias seculi fluctuationes & pugnas agendum, quidve tenendum, quidve pensandum extiterit, animo duximus trepido revolvendum. Demum vero spiritus virtute resumpta, in illo, qui assurgit in occursum timentium & implorantium humiliter nomen suum, quique clementer in semitis suis gressus hominis perfecit, inter hujusmodi cogitationum fremitus anchoram spei nostræ fiximus, ad ferendum sub ejus fiducia jugum servitutis apostolicæ imbecilles humeros humiliter submittentem. Ac subsequenter benedictionis & coronationis solemniam, & cætera recepimus secundum morem ejusdem Romanæ ecclesiæ in personis Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum hæcenus observatum; auxiliato & humiliato spiritu Domino supplicando, ut ipse, qui nos jugum hujusmodi subire concessit, sic ad ipsum portandum debilitatem nostram suæ virtutis robore fulciat, sicque illud faciat sua benignitate portabile, quod sub eo non contingat nos ex nostra debilitate desicere; sed ita sua omnipotentia nobis, & gregi dominico vigilantia nostræ commissio, potius proficere, quod de talento nobis credito dignam valeamus in extremo judicio reddere rationem.

XLVIII.

Cum autem nos ad tanti molem ponderis levius, & salubrius perferendam, ac præfatam ecclesiam, quæ procellosis turbidibus agitari assidet, pijs & devotis excedat orationum suffragiis adjuvari; uni-

versitatem vestram rogamus, & obsecramus in domino Jesu Christo, quatenus apud ipsum sponsum ejusdem ecclesiæ suppliciter in humilitate spiritus devotis precibus insistatis, ut tempestuosa procellarum molestia quiescente, ecclesia ipsa sub facilis auræ serenitate lætetur, luxque pacis sibi copiose resplendeat, errorum & dissensionum tenebris de medio fidelium profugatis, ac gressus nostros, dum in præsentis valle miseriæ peregrinamur a Domino, per suorum dirigat semitas mandatorum; nostraque debilitatis humeris fortitudinis robur adiciens, misericordiam nobis pietate concedat præfatam ecclesiam, ad sui nominis laudem & gloriam utiliter gubernare, ut cum domus nostræ hujus habitationis terræ fragmentum ejus imperio, per quem in præfenti seculo juxta originariæ conditionis cursam solitum ingressum habuimus, dissolvatur, in illa caelesti Jerusalem, ad ejus adificationem ceu quidam expositi lapides electorum curiæ deferuntur, gloriosam non manu factam, sed æternam dignetur concedere mansionem, &c. Dat. Avin. v. idus januarii anno i. Transmisit eandem literas (a), immutatis extremis sententiis, ad Philippum Galliæ, Eduardum Angliæ, Robertum Siciliæ, Alfonso Castellæ, Philippum Navarræ, Alfonso Aragonum, Alphonsum Lusitanie, Carolum Ungariæ, Robertum Sueciæ, Casimirum Poloniæ, Joannem Boemiæ, Hugonem Cypri, Leonem Armeniæ Reges, tum ad Reginas ac præcipuos dignitate principes, duces, comites, Urbis senatores, religiosorum ordinum magistris: quos etiam ad fundendas pro ipso preces, ut pro dignitate pontificatum gereret, tum ad operam pro augendo cultu divini Numinis, ac re Christiana amplificanda collocandam sollicitavit.

Fideles fundere preces jubet pro communi pace.

(a) Ibid.

i. Præcipua Benedicti hoc anno gesta.

Redimitus uti dictum est, pontificia partu Virginis millesimo trecentesimo trigesimo quinto indictione tertia, Sicilia & Sardinie Regum fiduciaris se Apostolicæ sedis solenni ritu profitentium honores & sacramenta recepit: sacram expeditionem in Babylonios & Turcas promovere, ferre opem adductæ in discrimen Armeniæ, exorientia inter Anglos & Gallos bella extinguere, restituere Italiæ Apostolicam sedem pacemque publicam, Fridericum Regem Trinacriæ, ac Ludovicum Bavarum ad ecclesiæ sinum revocare apostolico zelo contendit, ratus clementia allectum iri, qui severitate exacerbatus fuerat, indulgentissimi patris in eum studia explicuit; de quo hæc in MS. Vaticano traduntur (a): *Iste sententias latas per dominum Joannem prædecessorem suum contra Ludovicum ducem Baviaræ, qui se gessit pro Imperatore, nunquam aggravavit, sed ei legatos suos misit, monens & hortans, ut ad ecclesiæ redirem unitatem. At nil juvit lenitas; unde severitas judiciorum a Clemente VI. postea fuit distringenda. Ut vero res gesta sit, narrare aggrediamur. Agitatum jam antea fuerat a Joanne Papa de Ludovico in gratiam cum ecclesia revocando, atque ad operatum finem perducta res esset, nisi Bavarus a suscepto abdicandi correpti imperii consilio resiliisset. Igitur Benedictus Ludovici federatos Austriæ duces ad navandam pro eo ad officium & gremium ecclesiæ reducendo operam impulit: Placeret, ita ad Rupertum Austriæ ducem scribat (b), nobis admodum, si Ludovicus de Baviaria se per viam & modos debitos reduci ad ovile, cujus est pastor æternus dominus noster Jesus Christus, disponeret se reincorporari unitati sanctæ matris ecclesiæ, extra quam non est salus alicui procuranda: nam nos ipsum, si hoc faceret, ut præfertur, libenter sicut cum Deo & honore fieri possit ecclesiæ, paternis recipere amplexibus, & tractaremur benigne. Quare, fili, ad id eundem Ludovicum, ut suam & aliorum multorum propter facta ipsius extra gregem prædictam errantes salvari procuraret animas, exorta, &c. Dat. Avin. vii. id. aprilis anno i. Spirant eundem paternum in Ludovicum anorem ad illum in viam salutis revocandum alia literæ ad Albertum (c), qui missis oratoribus officia sua Pontifici adixerat.*

(a) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Ben. XII.

(b) Tom. 1. ep. sec. 141. Oblata Ludovico Bavao ecclesiæ gratia.

(c) To. 1. ep. sec. 126.

Rogatus Austriacus ut illum ad officium adducat.

Benedictus, &c. dilecto filio nobili viro Alberto duci Austriæ. Cum nos, qui licet insufficientibus meritis vices illius in terris gerimus, qui omnes querit salvos fieri, & neminem vult

perire, pericula vereamur quamplurimum animarum, gratum nostris affectibus existeret & acceptum, si Ludovicus de Baviaria vias suas seu devia potius recognoscendo, ac quibus & quantis periculis tam sua quam multorum aliorum animæ pro factis suis exposita sunt hæcenus, & exponuntur quotidie, diligenti meditatione pensando, suæ salutis animæ consultius provideret, ad sanctæ matris ecclesiæ devotionem & unitatem, extra quam salus non est alicui, viis & modis debitis redeundo: nam nos ipsam, si sic, ut præfertur, redire curaret, ut sua & aliarum innumerabilium personarum animæ de faucibus eriperentur æternæ damnationis & mortis reciperemus, prout cum Deo & honore nostro & ecclesiæ posset fieri favorabiliter & benigne. Quare tu, fili, eundem Ludovicum, ut suam & aliorum multorum salvari procuraret animas, multis, ut præfertur, expositas periculis, & exinde tibi apud Deum perennis mercedis acquiras præmium, ad præmissa viis & modis opportunis & debitis inducere non omitas. Dat. Avin. kal. aprilis anno i. Incitatus pariter Otho Austriacus (d) ut ad pium opus hujusmodi incumberet.

Nec literis modo impulisse Germanos principes Benedictum, ut Ludovicum omnesque alios schismatis laqueis irretitos ad ecclesiam pellicerent; verum nuntios ad eum blandissimis monitis excitandum legasse in Germaniam, vitæ illius gesta (e) ex antiquis manuscriptis collecta, restantur: *Hic Papa, inquit, in sui pontificatus principio misit nuntios suos ad Ludovicum ducem Baviaræ: bellum & inobedientem Romanæ ecclesiæ, occupatoremque imperii; qui ipsum moneret & exhortarentur sui parte, ab inceptis & attentatis desistendo, ad dictæ ecclesiæ obedientiam humiliter redire vellet: credens & sperans erga eum tali modo plus proficere, quam si continuaret processus contra ipsum inchoatos per dictum Joannem Papam XXII. prædecessorem suum. Albertus vero Argentinensis eorum temporum scriptor tradit (f) Ludovicum certiore factum, Pontificem & Cardinales restituendi illius in gratiam cum ecclesia desiderio teneri, mox oratores ac literas ad Benedictum & Cardinalium collegium transmisisse; eosque edoctos a Pontifice qua forma, quibusque legibus in gratiam ecclesiæ admitti Ludovicum flagitaturi essent.*

Cum vere hæc accepisset Albertus Austriæ dux, de quo paulo ante memoravi, significavit Benedicto, se ex agitata Ludovici reconciliatione summo gaudio delibutum, suamque operam ad rem promovendam obrulit. Cui respondit Pontifex (g) lucrandarum Christo animarum

(d) Ibid. ep. 127. II. Missi ad eum interuentii apostolici.

(e) Bened. XII. restantur: Hic Papa, inquit, in sui pontificatus principio misit nuntios suos ad Ludovicum ducem Baviaræ: bellum & inobedientem Romanæ ecclesiæ, occupatoremque imperii; qui ipsum moneret & exhortarentur sui parte, ab inceptis & attentatis desistendo, ad dictæ ecclesiæ obedientiam humiliter redire vellet: credens & sperans erga eum tali modo plus proficere, quam si continuaret processus contra ipsum inchoatos per dictum Joannem Papam XXII. prædecessorem suum. Albertus vero Argentinensis eorum temporum scriptor tradit (f) Ludovicum certiore factum, Pontificem & Cardinales restituendi illius in gratiam cum ecclesia desiderio teneri, mox oratores ac literas ad Benedictum & Cardinalium collegium transmisisse; eosque edoctos a Pontifice qua forma, quibusque legibus in gratiam ecclesiæ admitti Ludovicum flagitaturi essent.

(f) Argentinensis in chron.

(g) To. 1. ep. sec. 126.

Ludovici oratoribus venia eflagitanda formula data.

(a) Prol. Luc. in hist. eccl. MS. l. 24. c. 43.

III. De his factis certior Francor. Rex. (b) To. 1. ep. sec. 481.

(c) Prol. Luc. in hist. eccl. l. 24. c. 43.

Romanorum ad Pont. legatio.

zelo, adducendæque in Germaniam tot laniam bellis publicæ pacis permotum spe, quantum divini Numinis & ecclesiæ honor patiatur, facilem se ad id ostensurum: præterea significavit datam formulam suis conceptam verbis, ex qua Ludovici oratores veniam essent deprecatur, diemque ad id nataliis Virginis sacram constitutam. Meminit de his Ptolemæus Lucensis his verbis. (a) mcccxxxv. iv. kal maji venit Ludovicus comes de Oetingen. ad Papam Benedictum cum tribus clericis & militibus in ambasciata domini Ludovici, qui se pro imperatore gerebat, licet per dominum Joannem Papam depositus & excommunicatus fuisset. Ipsi autem in curia existentibus, ambasciatores Mediolanen. & aliarum civitatum eis confederatarum Papæ obedientiam faciunt, & absolutionem obtinent a sententiis, quibus per Joannem fuerant irretiti, promittentes se nunquam aliquem pro Imperatore recepturos, nisi prius per Papam esset appellatus. Et infra: Item III. non. Julii recesserunt ambasciatores prædicti domini Ludovici de Avenione, portantes qua Papa petebat pro emenda suorum excessuum: quibus adimpletis, sperabatur ipsorum concordia.

Repetiere itaque Germaniam Bavari oratores, ac datas a Christi vicario concordia leges attulere. Quo tempore Benedictus Francorum Regem certiore fecit (b) non modo honori & juribus ecclesiæ, verum ipsius Philippi ac Roberti Regum rationibus prospectum fuisse, addiditque, si Bavari oratores idoneis freti mandatis ad expianda superiora facinora redirent, sine mora Ludovicum conciliatum iri, ad extinguenda mala, quæ veteres inimicitia in ecclesiam invexissent: interea si ipse promissum ad sedem Apostolicam accessum extraheret, quanti res sua referret literis proderet: docuitque poposcisse Romanorum oratores, ut sedes Apostolica Urbi restitueretur, eorumque preces admittas. Meminit de ea Romanorum legatione Ptolemæus (c) Lucensis his verbis: Insuper legati Romanorum petebant instanter, ut iret ad Urbem: quibus respondit, se iturum; sed diem certum super hoc eis non assignavit. Objectæ novæ morarum causæ consulto in ea re Philippo Francorum Rege, qui variis officiorum illecebris curiam illaqueatam trans alpes tenebat; ad quem datæ subjectæ literæ.

Charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ illustri. Benigne receptis serenitatis regiæ literis de missis ad præsentiam nostram pro parte Romani populi, & Ludovici de Bavaria nunciis facientibus inter cetera mentionem, & iis, quæ continebantur in eis, plenius intellectis, ecce fili charissime, quod

licet magnam partem eorum, quæ circa nunciatorum prædictorum acta sunt, non ignoret regia prudentia, cum in prædictis literis exprimantur; ea tamen succincte recitationis serie referamur regali excellentiæ per præsentem. Nunciis namque Romani populi coram nobis & fratribus nostris in consistorio pridem proponentibus & allegantibus plures causas efficaces, quare deberemus Urbem, in qua nostri apostolatus sedem divina providentia statuit, & basilicas sacras Urbis ejusdem, ubi sanctorum requiescunt corpora visitare, ac instanter & suppliciter a nobis petentibus, ut illuc vellemus cum curia nos transferre; tandem cum eisdem fratribus deliberatione super iis præhabita diligenti, videntes quod tam pie ac honeste petitioni non poteramus exauditionis aditum denegare, respondimus quod nostræ ac prædictorum fratrum erat intentionis & voluntatis facere, divina præeunte gratia, quod petebant: & ad declarandum voluntatem nostram super termini præfixione, in quo illuc essemus cum eadem curia * usque ad kalendas octobris proxime futuri duximus differendum. Sane, fili dilectissime, quia cum hæc facta sint in consistorio, ut præfertur, non posset honeste diutius ultra dictas kalendas nostræ differri super ejusdem assignatione termini responsio, nisi aliud, per quod deberet id fieri rationabile diceretur; & ideo, si forsitan ultra prædictas kalendas adventus ad has partes regius, quem cum gaudio desiderio præstolamur, differri contingeret, scribat nobis interim regalis circumspectio, quæ sibi honesta super iis occurrerint, & etiam opportuna.

Cæterum cum nuncii dicti Ludovici, ad nostram destinati præsentiam, super quibusdam quæ prolocuta fuerunt cum eis, talia utique, per quæ, si ad effectum perveniant, juri & honori consulatur ecclesiæ, ac tuis & charissimi in Christo filii nostri Roberti Regis Sicilia illustris indemnitatibus providebitur, mandatum sufficiens non haberent, promiserunt se facturos & curaturos, quod ea complerentur per Ludovicum eundem, sequæ cum sufficienti mandato super iis in proximo ad eandem nostram præsentiam reversuros. Verum quia si venirent, ut promiserunt, prælibati nuncii, mandato sufficienti ad complendum hujusmodi prolocuta suffulti, eos diutius per verba cum honestate nostra ducere nequiremus; suam intentionem regalis magnificentia, si suum personalem adventum prorogari contingeret, nobis rescribere super iis non omittat. Porro super contentis in posteriori literarum regiarum clausula, charitatis & amoris vinculum, quod vigere debet inter patrem & filium, delectabiliter recensentibus, gratiarum serenitatis regiæ referimus uberes actiones; pro certo sciturus, fili dilectissime, quod tenemus, ut eadem clausula de-

Benedicti de restituenda Urbi sede promissa.

* profecturi.

IV. Nuntii Lud. idoneis mandatis non instructi.

Dimissi promittunt factum iri satis a Lud.

Monitus Gallus, ut quid sua interfit proponat.

V. Impeditus a Gallo Rege Pont. in Urbem reditus.

VI. Oratores Ludovici ad Pontificem redeunt. (a) Prol. Luc. in hist. eccl. MS. l. 24. c. 43.

NOTE

notabat, indubie te velut specialem ecclesiæ filium ad nostrum & ejusdem Ecclesiæ honorem conservandum illesum affici; & de nobis, quod tum & regni tui honorem & commodum sincere diligimus, volumus certitudinaliter te tenere. Datum apud Pontemorgiæ Avinionensis diocesis 11. kal augusti anno primo.

Discussa sunt præclara illa duo Benedicti consilia de restituenda Romæ Apostolica sede, deque Ludovico & sequacibus ecclesiæ conciliandis, adscriptaque est vulgo prætermittæ utriusque rei adeo necessariæ causa Regis Francorum artibus: nam in primis Petrus S. Martini in montibus, Talayrandus S. Petri ad vincula, ac Petrus S. Clementis Cardd. regio nomine attulere varios fucos ad curiam in Galliis distinandam: Ex quibus, inquit Benedictus, concludi videbatur, debere curiam in his partibus perpetuo remanere. Cumque hæc in Cardinalium senatum adduci vellent ii Cardinales Philippo addictissimi, obstitit Benedictus, quia, inquit, scandalosi periculi materiam forsitan suscitarent. Quod verò ad discidium de reconciliando in ecclesiæ gratiam Ludovico tractatum attinet; porissimum illius fuisse causam ejusdem Ludovici inconstantiam visuri sumus suo loco: in retardando autem ejusdem tractatu Philippum culpæ non expertem, series historiarum docet. [1]

Rediisse, ut pactum cum Pontifici fuerat Ludovici oratores amplissimis fretos mandatis ad aulam apostolicam, Ptolemæus (a) Lucensis accurate describit his verbis: Eodem anno in mense septembris secunda die ejusdem iterum misit dominus Ludovicus, qui se pro Imperatore gessit, prædictum comitem de Oetingen & magistrum Eberhardum de Thumenouven, magistrum Marquardum de Randegge canonicum Augustensis ecclesiæ, & magistrum Ultricum de Augusta notarium suum, & fratrem Henricum de Cybbinegen ad Papam Benedictum pro concordia cum pleno mandato omnia faciendi, qua Papa petiit pro emenda: & intraverunt ad Papam die prædicta similiter Avinionem. Et infra. Item 14. kal. octobris reversus est Papa Benedictus associatus Cardinalibus & ambasciatoribus prædictis. Item VII. idus octobris in publico consist. Ann. Eccl. Tom. XXV.

[1] P. Antonius Pagi, qui Breviarium Romanorum Pontificum a patruo suo P. Francisco eundem Principem vindicat, ab impacta in Philippum Francorum Regem accusatione dimiserit, non Philippum regem, sed Bononienfes in causa fuisse constat ex autoritate Scriptorum vitæ Benedicti XII. apud Baluzium in Vitis Pontif. Avenion. qui narrat a Bononienfibus, apud quos sedem suam Pontifex transferendam statuerat, impetrari non potuisse, ut arma, quæ in Ecclesiam sumplerant, deponentes jugum Ecclesiæ subirent. Hinc Pontifex a proposito redeundi recessit. Quamquam tamen hæc vera sunt, nec forte Pontifex mutandi consilii aliam causam habuit: negari tamen haud potest Philippum nullum non movisse lapidem ut Pontificem in Gallia retineret, quod probant ea quæ hic ab Annalista afferuntur. MANSI

storio, quod Benedictus super hoc habuit, propositum fuit per dominum Marquardum de Randegge canonicum Augustensis ecclesiæ, qui unus fuit de ambasciatoribus prædictis domini Ludovici: & legatio talis fuit, qualiter petiit absolvi a processibus factis contra eum per Joannem Papam offerens se satisfaturum ecclesiæ & Papæ. Super hoc respondit, se deliberaturum cum fratribus suis, qualiter hoc perduceret ad bonum finem; licet grande esset, quod petebatur ab eo, quia in multis excessis prædictus Ludovicus: sed per Benedictum Papam de absolutione prædicti Ludovici nihil penitur fuit determinatum. E fuit thema proponentis: Eripies me a contraditionibus populi; & constitues me in caput gentium. Eisdem oratores amplioribus fultos mandatis iterum a Ludovico decretos, anno proximo videbimus. Vocat in invidiam retardatæ Ludovici Bavari reconciliationis Albertus Argentinensis Francorum & Siciliæ Reges his verbis: Verum prædictus Rex Franciæ, & Rex Siciliæ seu Apuliæ, omnes quasi Cardinales a proposito averterant præconcepto: venerant enim ad impediendum factum ad curiam duo archiepiscopi, duo episcopi, & duo comites ex parte Regis Franciæ, & totidem ex parte Regis Roberti, proponentes erroneum esse tantum hæresiarum præponere dominis eorum ecclesiæ fidelissimis, Papamque cavere debere, ne fautor hæreticorum diceretur.

Non Robertum modo & Philippum, verum Carolum Ungariæ, Casimirum Poloniæ, Joannem Boemiæ Reges, atque Henricum Bavariæ ducem Ludovici reconciliationi obstitisse addit idem author, & pollicitos armorum potentiam ad deturbandum imperio Ludovicum, & erandandum novum Cæsarem se conjuncturos. Et quidem Hagecus apud Chromerum Ungariæ, Poloniæ, & Bohemiæ Reges adversus Ludovicum foedus percussisse consentit; quorum impetus retusi a Bavaro fuere; At tot tantaque obstacula abruptenda omnino erant si Ludovicus in suscepta pia mente constans persistisset: cujus rei arcanæ feriem ex pontificiis literis illustrabimus. Ex iis enim constat (b) Francorum Regem, cum ad ipsum affluxisset fama, oratores Ludovici Bavari leges ab Apostolica sede da-

Petita ejus nominis venia.

Habita orationis argumentum.

Gallus & Siculus obstant ne Lud. concilietur.

VII. Gravissimos adversarios patitur Ludovicus.

(b) To. 1. ep. sec. 641.

D da.

Quis horum Regum prae-textus fuerit.

datas accepisse, quibus in gratiam ecclesiae admittendus esset, expositulasse, Pontificem se inconsulto eam rem aggressum, praesertimque adjecisse, ut cum suae Robertique Regis (fuerat is a Ludovico, ut supra dictum est, capitis sententia damnatus) rationes in Ludovici reconciliationis causa implicitae essent, in gratiam non reciperet, nisi prius illius restituendi ecclesiae gremio leges cum ipso communicatae essent : Germanicae enim dissensionis occasione nonnullas imperii clientelae specioso nomine Gallus occupabat. Assensit petitis Philippi Benedictus, cum maxime Cardinales, qui Gallici erant sanguinis, ad Regis gratiam omnia agerent; atque ad ipsum concordiae leges, quae cum Ludovico Bavaro agitatae fuerant, transmisit; ea tamen religione obstrinxit, ut ipsas in vulgus non proferret. Ad propositas vero de Rege non consulto querelas responsum dedit, eas, quae ab ecclesia Ludovico oblata fuerant adeo onerosae extitisse ut in dubium revocaretur, an a Bavaro admitterentur; neque ob id eas leges ipsi explicandas, se existimasse, sufficereque, ut ejus ac Roberti Regis Siciliae rationibus ac dignitati in iis consulere: appetente, autem Deiparae festo natali venisse Ludovici oratores, ut oblata jam atque agitata perducerent. Quanto vero adducendi ad ecclesiam Ludovici desiderio teneretur subiecit.

Significat Gallo Pontifex suum de recipiendo Lud. desiderium. Eo conciliatio magnum animarum lucrum futurum.

Eo non admisso ingravescere haereses.

Estimamus equidem quod si Ludovicus praedictus, ejusque sequaces, fautores, & adhaerentes innumeri possint salvo praemissis a via perditionis, per quam gradiuntur oberrantes extra ovile dominicum reduci ad gremium ecclesiae, maximum obsequium Deo, lucrificando sibi tot animas diaboli voracitati expositas, proculdubio praestaretur; obviareturque magnis periculis, quae interdicti & excommunicationis sententiae, quibus illa regio Alamanniae tot circumvoluta temporibus exiit, comminantur; praesertim cum existimantibus schismata & rebelliones consueverunt adversus ecclesiam & fidem catholicam periculose nimium alias pullulari. Audimus etiam multas terras Italiae, in quibus propter defectum recti regiminis nec juri pareretur, nec justitiae, sed male multiplicantur continue, quibus esset salubriter consulendum. Super dilatione autem petita praedicti negotii, ut praefertur, nihil valemus aliud praesentialiter respondere, nisi quod negotium ipsam per fratres nostros singulariter videtur, & examinatur mature.

Addit Benedictus se apud Pontemforgiae in discutienda de visione Dei, quam faciale vocant, quaestione cum theologis & Cardinalibus occupatum, postea vero operam omnem ac studium in redu-

cendi ad ecclesiam Ludovici causa defixurum. Interim si occurrant aliqua, quae ipsius ac Regis Siciliae in illius tractatus cum Ludovico conditionibus dignitati obesse videantur, vel eorum rationibus ac securitati minus caveatur, significet. Dat. Avin. v. kalend. novembris anno 1. Latebat Philippum Francorum Regem quantum malorum molem ex retardata Ludovici Bavari reconciliatione in se traheret: quam cum postea, mutata temporum ratione, quamvis injustae a Ludovico leges proponerentur, urgeret repulsam passum visuri sumus. Interea Pontifex apud Ludovicum se excusavit (a) si piis de reconciliatione ipsius cum ecclesia maturanda votis non assentiretur.

Benedictus, &c. magnifico viro Ludovico de Bavaria ad promerendum in praesenti gratiam, & in futuro gloriam, Deum diligere veraciter & timere.

Dudum circa festum natiuitatis B. Mariae Virginis proximo praeteritum, tunc nobis in castro nostro Pontemforgiae Avinionensis diocesis existentibus, venerunt ad praesentiam nostram nuntii tui; & tua nobis procuratoria super tua reductione ad gratiam sanctae matris ecclesiae exhibentes, paterno audivimus quae ipsi tam super contentis in eisdem procuratoriis, quam aliis pro parte tua proponere curaverunt: dictorum procuratoriarum transumpta fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ad videndum & examinandum fecimus pro felicitiori & celebriori expeditione negotii assignari, &c. (Addit se in discutienda de visione divinae essentiae quaestione occupatum nondum potuisse omne studium in id intendere, contententibus Cardinalibus controversiae solutionem ad omnes fideles, quibus magno solatio futura sit, spectare; nec facile, si abrumperetur, redintegrari posse: quare rogavit, ut ipsum excusatum haberet si ejus desideriis non obsecundaret.) Dat. Avin. vi. id. septembris anno primo.

Quod ad controversiam de visione beatifica spectat; docuisse Benedictum animas sanctorum omnis noxae laeae perpurgas ante extremum iudicium divinae essentiae intuitionem perfrui, refert Prolemæus (b) Lucensis: In purificationis, inquit, beatae Virginis festo primo anno pontificatus sui celebrans, fecit sermonem, & erat suum thema: Ecce sponsus venit, Matthaei XXI. in quo publice dixit, quod sancti viderunt clare essentiam Dei contra opinionem praedecessoris sui, qui de hoc dubium fecerat ut supra dictum est de eo. Ac scripta est vulgo illi ejusmodi opinio, quod argumenta pro ea parte ex patribus ad discutiendam veritatem diligenter collegisset (c): Item pridie nonas februarii fecit vocari omnes illos ad suum consistorium, qui praedicaverunt opinionem sui praedecessoris.

Ob impedimenta obiecta Francor. Rex ingentia sibi parat pericula. Reconciliatione Ludovici in aliud tempus extracta (a) Ep. 806.

Allata a Bened. excusatio.

VIII. (b) Prob. Luc. hist. eccl. MS. l. 24. c. 4.

Controversia de visione beatifica discussa. (c) Jo. xxii. to. 9. p. 2. ep. secr. pag. 195. & alibi & Ben. xii. MS. bibl. Var. sign. n. 406. in praefat. operis.

(a) Ead. ep. Compositus de eo liber a Bened. in Cardinalatu.

IX. (b) MS. bibl. Vat. sign. n. 406.

Quae cauta ad scribendum ipsum impulerunt.

Status quaestio- nis primarius.

foris, quod visio non esset essentialis Dei, volens scire motivum ipsorum, &c. Interjectis nonnullis ait se testate Pontemforgiae recessus petisse ut cum doctoribus discutendi quaestioni operam daret: Item (a) pridie nonas ejusdem mensis, nempe julii, scilicet sequenti die proxima, Papa Benedictus iit ad Pontemforgae, volendo ibi vacationes deducere, & habuit seorsum plures magistros in theologia: quorum illis & dominis Cardinalibus, quibus placuit interesse, fecit legi librum, quem ipse Benedictus Papa composuit de visione, & auctoritates ibi positas fecit praedictos magistros examinare, an essent pertinentes, & ibi quaestiones visionis examinavit.

Extat earum quaestionum volumen insignis in bibliotheca Vaticana (b), cujus operis praefationem, cum lectori nullum parere fastidium possit, & maximam dignissimum rerum amplitudinem brevi compendio colligat, atteximus: Beatus, inquit, Petrus cui Dominus post confessionem trinam sui amoris suas oves pascebas commisit, volens Christi oves sic in doctrinae scripturae sacrae, qua spiritualiter pascebat, esse instructas, hortatur. & monet eas, dicens prima Petri III. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est spe & fide. Et infra: Et si ad hoc omnes fideles Apostolus exhortatur, magis hoc episcoporum qui ecclesiam sanctam Dei regere sub domino Christo susceperunt, officium & opus esse debet; propter quod & Paulus scribens Tito de virtutibus, quae inesse debent episcopo, inter alias dicit ad Tit. I. Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Et infra: Idcirco cum in tali statu Deus sua gratia & misericordia, nullis meis meritis precedentibus, in ecclesia posuerit, iuxta mandatum talium duorum principum Apostolorum illud, quod mihi videatur sanae doctrinae adversari tam motus propria conscientia, quam praeepto felicitis recordationis Joannis Papae XXII. praedecessoris & patris mei ac singularis benefactoris, quae a tempore, quo assumptus fui ad Cardinalatum, in ecclesia emergerunt, quantum Dominus dignatus fuit mihi concedere, redarguere pro posse & convincere volui. Et infra: Inter caetera quae inter nonnullos in quaestione deducta fuerunt, licet apud alios, inter quos ego unus eram, altera pars indubitate teneretur secundum illam, quae communis doctrinae ecclesiae tenebat, fuit quaestio longo tempore agitata, & pro una parte & altera hinc inde multa & sibi adversantia dicta: an scilicet animae sanctorum hominum defunctorum hic a peccatis & poenis peccatorum, vel post mortem in purgatorio purgatae ante generale iudicium, quod erit post generale.

lem resurrectionem, divinam essentiam videant, vel visurae sint visione aperta & faciali. Circa quam etiam mota fuerunt quaedam aliae, scilicet an fides, ut est virtus theologiae proprie accepta, maneat in dictis animabus usque post finale iudicium: & de spe, ut est virtus theologiae proprie accepta, consimilis quaestio fuit mota. Contraria etiam quaestio prima, tunc etiam exstitit ventilata, an scilicet animae hominum, in peccato mortali actuali decedentium ex hac vita sint in igne infernali de communi lege, & in infernum ponenda, vel non. Lateraliter etiam circa hoc fuit quaestio mota, an demones omnes sint & futuri sint in isto aere calegioso usque ad diem iudicii, vel eorum aliqui sint in inferno interim vel continue vel interpolate. Super quibus quaestionibus varia & diversa a multis & multum literatis viris dicta & scripta tunc fuerunt.

De prima enim quaestione aliqui dixerunt, quod dictae animae sanctorum, licet post Domini ascensionem essent in magna claritate, & ibi essent in requie, quia de caetero non haberent mortis vel corporalis vel spiritualis timorem, nec aliquam afflictionem poenalem de vel pro peccatis praeteritis, vel ex aliqua alia causa, nec etiam timerent de caetero in peccatum quodcumque labi; tamen usque post generale iudicium facilem divinae essentiae visionem, & fruitionem, in quibus beatitudo plena consistit, non habebant nec habiturae erant: sed interim stabant sub altare Dei in caelo, id est sub Christi humanitate glorificata, eam videndo, & consolationem magnam de ejus visione & praesentia suscipiendo, & etiam in sanctorum angelorum consortio: & in praedictis bonis existendo, beatae, ac in paradiso & in regno caelorum esse dicebantur: dicentes quod talis beatitudo ante corporum gloriosam resurrectionem dictis animabus a corporibus separatis congruebat; sed in generali resurrectione resumerent sua corpora gloriosa, cum quibus ad Christi iudicium venturites, data sententia per eum, dicendo eis: Venite benedicti Patris mei, &c. ad Dei visionem & fruitionem beatificam pervenirent; inducendo ad probandum dictas conclusiones multa dicta sacrae scripturae & sanctorum doctorum, ac etiam rationes. Ex quibus videbatur eis, quod dictae conclusiones probarentur vel simpliciter, vel ad minus quod hoc sicut opinio probabilis teneri posset. Aliis autem, de quorum numero ego eram, videbatur propter multa dicta sacrae scripturae, glossarum, sanctorum doctorum, & etiam propter auctoritatem ecclesiae, quae hoc videbatur tenere & tenuisse; & etiam ex illis, quae altera pars credebat habere animas sanctas, quod dictae animae sic purgatae ante generale iudicium & etiam ante corporum suorum gloriosam.

Motae aliae quaestiones.

X. Erronea aliquorum opinio.

Fundamentum illius.

Contraria & vera sententia.

forum resurrectionem videbant, & visura
erant post mortem Christi Dei essentiam vi-
sione faciali, & ipsa Dei essentia visa be-
atifice fruebantur.

XI.
Agitata
questio
an inten-
sor visio
post judi-
cium fu-
tura.

Ex istis, aliquibus dicentibus probabi-
liter, & quod post generalem resurrectionem
vel judicium generale Dei essentiam dicta
anima perfectus, plenius, vicinius, cla-
rius non solum extensive, sed & intensive
visura essent; & quod earum beatitudo
essentialis post generale judicium magnum
acciperet augmentum: quae opinio visa fuit
mibi tunc verior & magis consona dictis
sanctorum, & adhuc etiam, omni assertio-
ne temeraria circumscripta, probabilior
mibi etiam videtur, sicut satis apparebit
in processu & facilius difficultates contra
istam secundam positionem per illos, qui
tenebant primam positionem inducta solvi
possunt. Aliis autem visum fuit, quod in
essentia beatitudinis nullam augmentam fi-
eret post generale judicium; sed quod nunc
quantum pertinet ad beatitudinis essentiam,
aeque perfecte & in equali gradu perfe-
ctionis beatae sunt; sicut erunt post finale
judicium.

XII.
An fides
& spes de-
sinant in
beatis.

De secunda etiam & tertia questione,
scilicet an in dictis animabus maneat fi-
des & spes, ut sunt virtutes theologicae
proprie dictae, & sub propriis suis ratio-
nibus; primi qui precedentem positionem
de beatitudine animarum defendebant, di-
xerunt quod in dictis animabus proprie ma-
nent & manebunt usque post finale judi-
cium actus fidei & spei: qui actus evacua-
buntur post finale judicium; quando Dei
essentia facialiter videbitur; & beati ipsa
fruentur, & ante non solum in omnibus,
sed nec in singulis ipsorum: illis vero de
secunda positione videbatur, quod ex quo
secundum eos; dicta anima Dei essentiam
videbant, & visura etiam erant ante ge-
neralem resurrectionem, & per consequens
ante generale judicium, quod in tali-
bus animabus, sic Dei essentiam viden-
tibus actus fidei & spei, ut sunt proprie
virtutes theologicae, non erant, sed tales
actus in eis evacuati erant.

XIII.
An da-
mnato-
rum ani-
mae tor-
queantur
igne ante
judicium.

De quarta vero questione, an scilicet
anime impiorum hominum, de hac vita in
peccato mortali actuali decedentium, de
communi lege essent in inferno; illis de
prima positione beatitudinis animarum vi-
debatur, quod licet dicta anima aliquam
afflictionem habeant, tamen in igne infer-
nali non ponentur, nisi cum resumptis cor-
poribus in generali resurrectione per sen-
tentiam Christi iudicis eis dicitur: Dis-
cedite a me maledicti in ignem aeternum,
qui paratus est diabolo & angelis ejus.
Illi vero qui secundam positionem tene-
bant, dicebant, quod de communi lege
anima talium hominum impiorum ante ge-
neralem resurrectionem & judicium pone-
bantur in inferno, & ibi igne infernali

cruciabantur; sed post generalem resurre-
ctionem & judicium in corpore & anima
in igne infernali ponentur gravius cruci-
anda quam ante.

XIV.
Questio
de suppli-
ciis dae-
monum.

De quinta vero questione primi dicebant,
quod daemones omnes generaliter erant in
isto aere caliginoso usque ad diem iudicii,
& nec continue nec interpolate aliquis dae-
mon esset in inferno. Sed post generale ju-
dicium omnes daemones in inferno igne in-
fernali cruciandi ponentur, exinde postea
numquam exituri. Illi autem, qui secun-
dam positionem tenebant, dicebant, quod a-
liqui daemones erant in isto aere caliginoso
ad tentandum & exercendum homines,
& essent ibi eorum aliqui usque ad diem
iudicii: aliqui vero daemones erant in in-
ferno vel ibi continue detenti, ut igne in-
fernali cruciarentur propter magnitudinem
peccati eorum: aliqui vero erant ut animas
impiorum hominum ibi cruciarent, vel il-
lus adducerent, & hoc vel continue vel
per vices.

XV.
Distinctio
operis.

Et quia tam de diversis & altis qua-
estionibus tunc tractabatur, ego volens di-
stincte, quantum mihi possibile erat, in
istis procedere, hunc libellum per sex tra-
ctatus distinxit, dividens etiam dictos tra-
ctatus per capitula, & apponens ante di-
cta capitula rubricas dictorum capitulorum,
sententias breviter continentes. Praeposui et-
iam dictis tractatibus capitula illa, quae in
quolibet de dictis tractatibus continentur,
ut facilius quisque invenire posset illa, quae in
dictis tractatibus quaereret.

XVI.
Argu-
mentum
primi tra-
ctatus &
ordo ejus.

In tractatu autem primo hunc ordinem
tenui, quod primo ex illis, quae concede-
bat pars adversa, animas sanctorum a
peccatis & poenis peccatorum purgatas ha-
bere ante generale judicium sicut quod erant
in regno caelorum & in paradiso caelesti,
& habebant aeternam requiem, & erant cum
Christo, ejus claritatem videndo, conatus
fui ostendere, quod ex quolibet supra dicto
per eos concessio & magis ex omnibus si-
mul sequebatur, quod Dei essentiam facia-
liter videbant, & ipsa fruebantur. Deinde
per partes ostendi quantum potui, quod a-
nime sanctorum Apostolorum & anime san-
ctorum patrum, qui ante Christi passio-
nem & ejus in caelum ascensionem deceffe-
rant, nihil habentes in se purgabile sunt in
calo, & habent vitam aeternam, & Dei
visionem: & deinde idem ostendi de ani-
mabus sanctorum martyrum, & de anima-
bus fidelium, nihil purgabile in se habentium.
Ex consequenti etiam ostendi, quod
in talibus actus fidei & spei secundum pro-
priam rationem non manent. Ostendi etiam
illud idem de parvis baptizatis, qui in
illa aetate, antequam habeant usum liberi
arbitrii ex hac vita decedunt: sed quia
praedicta & alia, de quibus agitur in pri-
mo tractatu, ratione naturali probari non
possunt, ad probandum conclusiones positas
in

in dicto tractatu auctoritatibus scripturae
sacrae & glossae ejus ordinariae, ac laudi-
bus ecclesiae, quibus utitur in festis san-
ctorum communiter, & dictis sanctorum ca-
tholicorum patrum per ecclesiam approbato-
rum solum usus fuit, deducendo conclusionem
meam ex dictis per eos, utens etiam eo-
rum verbis. Ut autem dictae auctoritates
citius invenirentur, loca ex quibus ipsas as-
sumpsi posui.

XVII.
In secun-
do impios
cruciari
in infer-
no.

In tractatu vero secundo ostendi quan-
tum potui, quod anime hominum peccato-
rum, in peccato mortali actuali decedentium;
& quod etiam aliqui daemones ante
generale judicium sunt in inferno, & ibi
etiam igne infernali cruciantur; & quod
non solum tali igne existentes in inferno
cruciantur, sed etiam, quod daemones, qui
sunt in isto aere caliginoso, igne inferna-
li cruciantur. Et istas conclusiones, sicut
& praecedentes, per dicta sacrae scripturae
& glossarum ac sanctorum patrum catho-
licorum probavi, prout melius potui.

XVIII.
In tertio
nunc a
beatis ali-
qua igno-
rari, quae
sciuntur
post judi-
cium.

In tractatu vero tertio ut possem ostendere
quomodo multa, quae nesciunt tam sancti
angeli quam etiam sanctae anime nunc, in
generali judicio, & post scient plene &
perfecte, distinxit de triplici Dei judicio,
& ostendi, quod merita & demerita ho-
minum, secundum quae a Domino in vita
praesentis judicantur ante judicium genera-
le, nec sancti angeli nec omnes sciunt, quia
nesciunt cogitationes & intentiones cordis
humani, in quibus principaliter merita &
demerita consistunt: nec divinam praedesti-
nationem & praescientiam de salvandis vel
damnandis istis vel illis hominibus particu-
lariter & distincte etiam sancti angeli us-
que ad generale judicium sciunt, nec cau-
sam scientiae praedestinationis divinae, qua-
re hunc vult salvari, alium non; & quod
causa judiciorum Dei abscondita sunt in
praesenti & angelis sanctis & hominibus,
& quod futura contingant, nisi eis re-
velentur, nec angeli sancti, nec anime san-
ctorum sciunt, sed in generali judicio &
post omnia praedicta tam sanctis angelis,
quam sanctis hominibus erunt nota & ma-
nifesta. Ex quibus conclusi, quod multa
sunt, quae beati nunc recte desiderant sci-
re, quae tamen nesciant: ipsa tamen scient
in judicio vel post generale judicium, quia
tunc tollitur omnis nescientia ab eis omni-
um eorum, quae secundum rectam rationem
sciri appetuntur ab angelis, & hominibus
beatis. Ponuntur etiam causae, quare bea-
tudo sanctorum intensive secundum me
& multos alios, vel extensive secundum
alios multum augebitur post generale judi-
cium, quia eorum scientia erit perfectior
& eorum amor intensior multo plus quam
ante fuerit. Ostenditur etiam, quod tam
daemones quam homines impii multo plus
cruciabuntur post generale judicium quam
ante, & quod cruciatus eorum ex multis
augebitur.

XIX.
In quarto
solvuntur
difficultates
contra
visionem
beatificam.

In quarto vero tractatu ponuntur aucto-
ritates & rationes factae per illos, qui te-
nere videbantur, quod anime sanctorum
purgatae ante generale judicium non vide-
rent Dei essentiam visione faciali. Ponendo
autem dictas auctoritates & rationes, ut
verba eorum ex integro posui, ut melius
videatur si auctoritates per eos inductae,
& rationes plene solvantur, & etiam impu-
gnentur: quasi enim in solutione cujuslibet
auctoritatis hunc modum tenui, quo & eo-
rum dictum impugnavi, & per sanctos im-
pugnationem probavi, & deinde eorum di-
cta solvi, inducendo in dictis solutionibus
multa dicta sanctorum & glossarum, quae
ante non posueram in primo tractatu. In
solutione autem dictarum rationum & au-
thoritarum alterius partis frequenter plures
sermones posui, aliquando ex illis soluti-
onibus unam praeligendo, quae magis mi-
hi videbatur dictis sanctorum & rationi
convenire: aliquando vero nullam dictarum
solutionum elegi, sed ipsarum electionem
lectori dimisi. Et quia aliquae rationes &
auctoritates videbantur esse fundamenta
positionis aliorum, illas magis prosecutus
fui, ponendo multa capitula in solutione i-
psarum, secundum quod mihi visum fuit
expediens esse, ut magis materia declara-
retur. Et quia a principio non omnes ra-
tiones & auctoritates induxerunt, sed a-
liquas, postea multo plures addiderunt; id-
circo primo solvi illas, quae primo indu-
xerunt, & subsequenter alias, prout suc-
cessive per eos inducebantur. Frequenter
etiam quia in auctoritatibus, quae acci-
piebant, aliqua addebant, quae non erant
in textu: aliqua subtrahabant, quae erant
in textu; aliqua etiam mutabant, ut sic
ad probandum eorum propositum valerent;
ubi hoc factum per eos inveni, auctori-
tates tales ita per eos positas ut jacent in
textu, de verbo ad verbum posui, ut per
hoc ostenderem, quod non recte auctori-
tates praedictae per eos positaerant, & eti-
am ut ex hoc clare & manifeste dictae au-
thoritates solverentur.

XX.
In quinto
confu-
tantur,
qui affir-
mant nul-
los dae-
mones in
infernum
adhuc es-
se detru-
fos.

In quinto vero tractatu posui rationes
& auctoritates eorum, quae induxerunt
ad probandum, quod nullus diabolus est in
inferno, nec erit usque post finale judi-
cium, quam positionem impugnavi, adden-
do ad ista, quae supra dixeram in secun-
do tractatu, multas auctoritates sanctorum
& deinde solvi impugnationes, quae faci-
ebant contra dicta sanctorum doctorum,
qui in contrarium senserunt, & deinde sol-
vi rationes & auctoritates, quae pro par-
te sua ponebant, in hoc tenendo modum,
quem tenueram in solvendo rationes & au-
thoritates, quae positaerant in quarto
tractatu.

XXI.
In sexto
solvuntur
objectiones
contra
conclusionem
sciam.

In sexto vero & ultimo tractatu posui
auctoritates & rationes eorum, quae indu-
cebant ad probandum, quod anime impi-
orum

rum hominum in peccato mortali actuali decedentium non ponebantur in inferno, nec ponentur usque post finale iudicium, quando in corpore & anima impii in ignem eternum ponentur: & illam positionem primo impugnavi, inducendo ad hoc multas auctoritates, quas ante in secundo tractatu non induxeram: & postea solvi rationes & auctoritates factas per eos in contrarium, tenendo modum in solvendo, quem tenueram in quarto tractatu. Et sic terminavi istum libellum, quem a priori sua parte intitulavi: De beatitudine animarum sanctarum a peccatis & penis peccatorum purgatarum, quam habent ante generalem retributionem, & habitura sunt. Sic enim & Augustinus fecit, quando conscripserat librum de civitate Dei, de quo ipse loquens in retractatione dicti libri, dicit: Omnes viginti duo libri, cum sint de civitate Dei, & diaboli conscripti, tamen titulum a meliore acceperunt, ut de civitate Dei potius dicerentur.

XXII. Joannes profectus est, nil se in questione dixisse nisi confiterendo.

Sententiam veram in extremo vite actu est profectus.

XXIII.

Quamvis autem supradictus libellus fuerit lectus ex integro coram multis Cardinalibus & prelatibus, & magistris in theologia pluribus ac in decretis & multis aliis intelligentibus viris, & per longum spatium temporis diligenter examinatus; quamvis etiam a multis rogatus fuero, quod ipsum publicarem; tamen hoc facere nolui quousque tam per me quam per alios in theologia magistros juratos iterum fuit examinatus. Nunc vero ad profectum ecclesie Christi ipsum publicare volo non ad illum finem, quod reperirem

talia in illo contineri, que digna sint communicari intelligentibus & subtilibus viris, maxime in theologica facultate peritis, qui multo meliora possent invenire & dicere; sed pro simplicibus ne si forte in posterum talia dubia in ecclesia orientur, possent decipi, si ista, qualiacumque sint, non praevidissent; & ut etiam ostendatur posteris, quod non sine ratione & causa determinatio supradicta ab ista sancta sede processerit.

Quamvis autem nullum oportet per hominem non inspiratum Dei spiritu, vel si sit inspiratus de inspiratione non constet, fiat vel factum fuerit quod reprehensio non pateat, dicente Hilario X. de Trinitate c. 1. Non est ambiguum omnium humani eloquii sermonem conditioni obnoxium semper fuisse, quia dissentientibus voluntatum motibus, dissentiens quoque sit sensus animorum; tamen non propter hoc amator veritatis illa, que ei Deus, dat, que ad multorum profectum possunt valere, abscondere vel celare debet, juxta illud psalmi: Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Ubi dixit Cassiodorus: Justi voluntas est, quando potest prodesse, non abscondere veritatem; unde & postea statim subditur in psalmo: Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam a consilio multo. Si enim quod ad erogandum aliis a Deo accepimus, inter cordis nostri secreta retinemus, nec aliis pandimus, dono Dei male utimur, & alios illo, quod eis debetur, defraudamus. Et ideo talia non sunt abscondenda proximis, sed propaganda, juxta illud, quod dicitur Tobie XII. Opera Dei revelare & consuevi honorificum est. Unde nec propter obloquentes talia supprimenda sunt, quia si illud, quod est reprehensibile reprehendant, datur materia emendandi illud, in quo erratum est; si autem illud, quod rectum est reprehendant, datur materia veritatem defendendi, ac etiam declarandi. Et ita eorum reprehensio siue sit justa, siue injusta, utilis est illi, qui doctrinam propagavit, & etiam utilis est doctrine: & ideo propter talem timorem reprehensionis veritatis amator non debet celare quod Deus ei ad aliis erogandum dedit. Ista autem que in hoc libello per nostrum ministerium posita sunt, sic accipi volumus, exceptis conclusionibus per nos in constitutione, que incipit, Benedictus Deus, determinatis que non per modum determinationis ecclesie, nec ut papaliter dicta estimentur sed ut scholastice & magistraliter dicta habeantur sic, quod licitum sit cuique in aliis dicere, quod ei magis consonum fidei & veritati divine scripturae, ac dictis sanctorum videbitur esse dicendum. Videat tamen quilibet diligenter, qui contrarium dicere voluerit, quid & qualiter dicturus sit,

Reddit Bened. rationem suae fidei.

XXIV.

Cur scripta sua in vulgus edat.

Non ut ex Petri cathedra, sed tamquam a privato doctore dicta vult accipi.

XXV. Ut ex concellis ab adversariis suam primam astraat sententiam.

XXVI. Quomodo anima martyrum dicantur esse sub altari Dei.

si, & quomodo probaturus. Hoc autem opus, sicut & cetera mea scripta & dicta examinationi, correctioni, approbationi, reprobationi, si expediens videatur, suppono sanctae Romanae ecclesie & successorum meorum canonice intrantium; protestans ex nunc, velle me tenere & credere quod sancta Romana ecclesia super praedictis determinaverit secundum divinas scripturas, & sanctorum catholicorum doctorum per ecclesiam approbatorum auctoritates & dicta.

Aggressus deinde Benedictus controversiam, in primi tractatus exordio nonnulla praemittit, de quibus apud omnes constat; ac primum animas sanctorum, quae omni noxae labe purgatae sunt, coelo excipi ante generale iudicium: eas etiam corpus & animam Christi intueri, & sub ejus protectione, doctrina vel illuminatione, consolatione & gaudio existere, solutas etiam omni labore & metu contrahendae ullius noxae; post iudicium autem divinae essentiae claro intuitu posituras. Tum ex illis, quae vulgo concedunt adversarii, probat etiam ipsas ante iudicium generale divina gloria perfrui: ac primum ostendit, regnum caelorum & mercedem caelestem, aut vitam aeternam, aut paradisum acceptum pro praemio bonorum operum, idem esse vel esse cum Christo in regno Dei caelestis esse idem, quod habere vitam aeternam, ac Dei visionem. His vero positionibus constabunt, astruit sanctorum animas ante iudicium Deum facie ad faciem intueri, idque de animabus sanctorum veteris testamenti, quae Christo ascendente in caelos penetrarunt, deque martyribus novi testamenti, multis sanctorum, qui divino afflati Spiritu fideles docuerunt, auctoritatis confirmat, ex quibus pauca haec decerpimus.

Quod martyres existentes sub altari Dei, quod est in caelo, divinam essentiam vident, patet per Gregorium II. lib. moral. cap. III. ubi exponens illud, quod dicitur apocal. VI. cap. de animabus martyrum, quae erant sub altari Dei, dicit inter alia: Cum sanctorum anime ita interni secreti sine Deo inhaerent, ut inhaerendo requiescant, quomodo dicuntur petere quos ab interna voluntate constat nullatenus dispare? Quomodo dicuntur petere, quas & voluntatem Dei certum est & ea, quae futurae sunt, non ignorare? & est sensus quaestiois, quare anime martyrum petebant iudicium & ultionem de occisoribus suis, cum tamen scirent in secreto sine Deo existentes Dei voluntatem non esse pro tunc, quod de eorum occisoribus vindicta vel iudicium pro tunc fieret, quando ipsa petebant. Cui quaestioni respondens subdit: Sed in ipso posita aliquid ab ipso petere dicuntur, non quod quidquam desiderant, quod

ab ejus, quem cernunt, voluntate discor- det; sed quo mente ardentius inhaerent, eo etiam de ipso accipiunt, ut ab ipso petant quod eum facere velle noverunt. De ipso ergo bibunt, quod ab ipso stant, & modo nobis adhuc incomprehensibili in hoc, quod petendo esuriunt, praesciendae satiantur. Discordarent ergo a voluntate conditoris, si quae eum vident velle non peterent; eique minus inhaerent, si volentem dare desiderio pigriori pulsarent. Quibus responsum divinitus datur: Requiescit tempus adhuc modicum, donec compleatur numerus confessorum & fratrum vestrorum. Desiderantibus animabus requiescit adhuc modicum dicere, est inter ardorem desiderii ex ipsa praescientia solatium consolationis inspirare, ut & animarum vox sit hoc, quod amantes desiderant & respondentis Dei sermo sit hoc, quod eas retribuitis magnitudine inter desideria confirmat. Respondere ergo ejus est, ut collectionem fratrum expectare debeant, eorum mentibus libenter expectandi moras infundere, ut cum carnis resurrectionem appetunt, ex colligendorum fratrum augmento gratulentur, &c. Plura non addimus, cum iterum sermo de his proximo anno recurrat; nunc suavissimarum rerum tractationem bellorum fragores abruptunt.

Laniabatur ob diuturnum interregnum continuus bellis, ob quae inter caetera admittendum in gratiam Ludovicum videri Pontifex ad Regem Francorum scripserat (a), tum ob Romani Pontificis absentiam Italia, quam proceres inter se partiti sanxerant, sacramenta tamen violaturi si aliud ambitio & avaritia suaderent; de quibus pluribus agunt (b) Joannes Villanus, Leonardus Aretinus, S. Antoninus & alii. Inde Placentia & Landa ab Azone occupata (c), Parma & Luca prodita Mastino Scaligero, qui eo elatus successu Pisas pertentavit, Rhenum in Gonzaga Mantuani, Mutinae diutina oblatione pressa in Atestinorum potestatem ceciderunt: Redacta erat a tyrannide in servitutem magna alterius ditionis ecclesiae pars: Malatesta quidem Ariminum, Forliviolum Ordelfassus opprimerant, potentiamque in ruinis ecclesiae excitare satagebant. At Pontifex recuperandam ecclesiam ditionem clementia potius quam armis ratus Malatestam & alios perduelles ad officium hortatoris literis revocare studuit (d): cumque tot malis Pontificis praesentia mederi posse videretur, ob clientum tantam ecclesiae motus Benedictum Italicam professionis consilia abiecit refert ejus vita auctor (e): seu potius cum eam rem in consilium cum Cardinalibus addaxisset, ii a Philippo Rege delinuti ad sedem Avinionem constabillendam auctores fuere, ut

XXVII. Italia a tyrannis laniata. (a) To. I. ep. fecr. 641. (b) Jo. Vill. l. II. c. 31. &c. Anton. p. 3. tit. 21. c. 7. Leonard. Aret. hist. Flor. l. 6. c. 7. Jo. Vill. l. II. c. 30. & 40. Anton. p. 21. c. 7. Leonard. Aret. hist. Flor. l. 6. (d) To. I. ep. fecr. 251. Quae ex his moribus professionis Italicae abiecit de occasio. (e) Gesta Bened. ex MS. vet. apud Bofquet.

(a) Ib. & MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Ben. xii. (b) Ar. gent. in chr.

Philippi Regis imp. portuna postulata. (c) To. i. ep. fecr. 508.

(d) To. i. ep. fecr. 437.

XXVIII. Pontificia ad Phil. monita.

(e) Ib. ep. fecr. 438.

palatium pontificium magnis sumptibus excitaret (a): quippe pontificatu in Gallica gente retento Gallicam rem amplificatum iri sperabat Rex, ingentiaque se beneficia consecuturum. Inquam sententiam Albertus Argentinenfis (b) alique scribunt, Philippum Regem importunis postulatis Pontificis, & Cardinalium animos a se abalienasse; flagitasse nimirum Joanni filio duci Normanniæ Viennense regnum attribui, se proregem Italiæ sive vicarium creari, decimas omnium vectigalium ecclesiasticorum totius orbis, ac thesaurum ecclesiæ amplissimum a Joanne relictum in belli sacri sumptus tradi. Ut ut res fuerit, e pontificis certe literis constat (c) Philippi oratores nonnulla ad Syriam armis repetendam ineundi cum sede Apostolica foederis capita obscura, & involuta magnis difficultatibus rei Christianæ, Regique Francorum, exitialia attulisse, quasi nimirum infringendi voti occasionem quaereret. Illum porro ad festandas Rege dignas virtutes, cultum scilicet & amorem divini Numinis, venerationem ecclesiæ, sacerdotum observantiam, libertatis ecclesiasticæ tuitionem, æquitatem in subditos, liberalitatem & clementiam in miseris excitavit (d): hæc firmissima principum esse munimenta, quibus fultus hostes omnes facile prosterneret, ac perennem in cælo triumphum esset celebraturus.

Benedictus, &c. Philippo Regi Francia.

Non dubitamus quod, si te in timore & amore Domini teneris, honorando sanctam ecclesiam unicam sponfam suam, qua in honore habita, ipse noscitur honorari, ejusque ministros favore prosequendo benevolens, ac in suis juribus & libertatibus consoverendo, nec non colendo, observando, & observari faciendo pacem & justitiam in subditis, pauperibus, orphanis, pupillis, & viduis miserando, & ab oppressionibus indebitis defendendo; quodque consiliarii & officiales regii, sinceram in hac parte voluntatem regiam sentientes, exequantur præmissa fideliter, & observent; Deus ipse, per quem regnas & regeis, qui malorum & præsumptorum novit infatuare consilia, tuos & regni prædicti amulos & adversarios tibi subiciet, vel ad tuum adducet beneplacitum, tibi & eidem regno votiva tranquillitate concessa, dies tuos, cum honoris augmento longiores efficiet; & tandem post laborum decursum præsentium de temporali regno, quod obtines, ad gloriam provehet sempiterni, &c. Dat. apud Pontemorgiæ Avinionensis diocesis xv. kal. augusti anno i. Subjecit etiam Regiæ Francorum pios stimulos Benedictus

(e) ut virtutum studio se addiceret: ut enim moribus ornatissimus erat, ita in

principes virtutes transfundere exoptabat; neque solum in dignitate, verum in zelo quoque propagandæ religionis, tuendæque adversus infideles Joanni prædecessori successerat, cumque Regis Francorum, Heltoni Rhodiorum equitum magistri, ac Francis Danduli oratoribus egit, (f) ut ad Turcas comprimendos valida classis hoc anno intrueretur.

Traxerat antea Joannes in eam armorum societatem Robertum Siciliæ Regem, quem xii. kal. aprilis rogavit Benedictus (g), ut auxiliâres triremes cum cæteris conjungeret.

Roberto Regi Sicilia illustri.

Diris afflictionibus, quas infideles Turci moluntur inferre, sicut intulerunt bac tenus, Christianis parium Romanæ, non sine magna mentis amaritudine intellectis, nos & nuncios charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Franciæ illustris, ac gentes hospitalis S. Joannis Jerosolymitani & ambaxiatores dilectorum filiorum ducis & communis Venetorum apud sedem Apostolicam præsentialiter constituti, de certa galearum armata pro defensione Christianorum ipsorum, præfatorumque Turcorum repressione sub certis modis & formis pro anno isto (sicut pro præterito factum existit) ordinatum existit, ordinavimus transmittenda. Et licet negotium hujusmodi cunctos Christi fideles tangere dignoscatur, quia te tamen, fili charissime, concernit principaliter, sicut regia circumspectio non ignorat, confidimus quod tu, qui plus quam quicumque princeps alius potes in hac parte proficere, circa hæc promptis & efficacibus subsidiis & auxiliis uberius te impendes. Quo circa regalem magnificentiam attentius deprecamur, quatenus ad subveniendum eidem Christianis una nobiscum ac Rege, hospitalariis & Venetis prædictis dictorumque Turcorum ferentem superbiam conterendum, sic te, prout statum concedet regium, præpares & disponas, quod apud Deum crescas propterea cumulo meritorum, & apud homines famæ tue claritas augeatur, nos de intentione super iis regia redditurus quantocumque commode scripserit nihilominus certiores. Dat. Avin. xiii. kal. aprilis anno i. Extant etiam literæ (h), quibus pontificio sumptu quatuor triremes ad coerendas Turcas grassationes instrui in portu Massiliensi jussæ sunt. Verum maximo rei Christianæ exitio foedus illud adversus fidei Christianæ hostes dissolutum ob nostrorum diffusiones innuit Nicephorus Gregoras, dum ait, Andronicum Imperatorem Constantinopolitanum, quem anno superiori ad armorum societatem cum occidentilibus plectum vidimus, viginti triremes instruxisse, ac frustra expectata foederata Latinorum classe, impetus adversus Rhodios equites, quorum suspecta erat sibi potentia, convertisse.

Agitata de instruenda in Turcas classe consilia.

(f) Ib. ep. fecr. 108. XXIX.

(g) Ib. ep. fecr. 108.

Rogatur Siculus, ut in belli sacri societatem veniret.

(h) To. i. ep. fecr. 137. Arma in Rhodios equites Graecis vertuntur.

XXX. Benedicti studia pro expeditione Asiatica agenda.

(a) Ant. p. i. ep. cur. 33.

(b) Ib. ep. cur. i.

(c) Ib. ep. cur. 31.

Baleares ad sacram militiam invitati.

De iudiciis Jo. xxii. circa expeditione.

Si vero Asiatica expeditio haud felicem exitum nata est, ab omni criminis vel negligentiae labe purus extitit Benedictus, quem pontificium studium pro ea promovenda explicuisse ex ipsius literis exploratum est. Creato Philippo univrsarum Christianarum copiarum, quæ in Syriam navigaturæ erant, supremo duce, data (a) fuerat a Joanne Papa præsulibus provincia, ut fideles ad sacra arma pro eripiendis e manibus impiorum sepulchro dominico corripienda accenderent; & quos divinus amor ad subeundos impigre bellicos labores inflammasset, symbolo crucis insignirent, & alios, qui arma non capesserent, ad stipem pro tolerandis sumptibus conferendam propositis indulgentiarum premiis pellicerent. Quæa Joanne constituta provehere omni opera studuit Benedictus, datis ea de re ad univrsos præsules encyclicis literis (b), quos omnia Joannis diplomatum contenta perficere, ac subsidiarium aurum in belli sacri sumptus tantummodo derivandum cogere jussit. Cum vero Joannis literæ ob varias occupationes a pontificis seriniariis transmissæ non essent Balearum episcopo, Benedictus anno extremo munus eidem imposuit (c) ut Baleares ad sequendum in Babylonios Philippum Francorum Regem concitaret.

Benedictus, &c. venerabili fratri episcopo Majoricarum salutem.

Dudum charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris velut Christianissimus princeps, clara memoria Christianissimorum Regum Francorum antecessorum suorum (qui charitatis & devotionis fervore successi, tamquam fideles pugiles, & Christi ableta constantissimi terræ sanctæ negotium per retroacta jam tempora cordi specialiter habuerunt, illudque fuerunt ferventius & favorabiliter prosecuti) vestigia imitando, volens Redemptori nostro, qui eum sublimavit in Regem, per debitum obsequium in hoc seculo gratitudinem exhibere, ac se sibi reddere acceptabilem in excelsis, cunctisque fidelibus ad dictæ terræ sanctæ succursum exemplum præbere, ac viam etiam præparare; nec non suum desiderium, quod longo tempore habuit, etiam priusquam orthodoxi regni Franciæ gubernacula suscepisset, subveniendi calamitatibus & miseris dictæ terræ, ac in ejus subsidium transfretandi, cupiens ducere in effectum; per suos solennes procuratores & nuncios, ad sedem Apostolicam pluries destinatos, sollicitis & continuis instantiis felicis recordationis Joanni Papæ xxi. prædecessori nostro tunc viventi fecit humiliter supplicari, quod pro pleniori dictæ terræ succursu passagium generale indicere, ac pro illo celebrius & utilius peragendo verbum crucis cunctis Christianis fidelibus cum indulgentiis consuetis prædicari mandare, ejusque passagii & totius exercitus Christiani, qui in illo, inspirante Domino, transfretabit, præfatum Regem generalem rectorem, & capitaneum constituere, ac pro hujusmodi faciendo passagio certa concedere subsidia dignaretur. Dictusque prædecessor sanctam intantionem ejusdem Regis & ferventem compassionis affectum, quem ad statum, pro dolor! miserabilem dictæ terræ habere noscebatur in Domino commendans; nec non gaudens, & exultans in eo, sibi gratias & laudes humiliter exolvens, quia dignatus est tam pium tamque salubre propositum regalibus præcordiis inspirare; cupiens quoque ut hujusmodi sanctum negotium Deo, cujus agitur causa, favente felicibus prosperaretur eventibus, & votivis proficeret incrementis; super iis per eum cum fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, matura & diligenti deliberatione præhabita, ipsius Regis piis & sanctis affectibus annuens, & supplicationibus inclinatus, ad honorem omnipotentis Dei, exaltationem, & dilatationem catholicæ fidei, cunctorum fidelium animarum profectum, liberationem terræ, ac extremum hostium prædictorum, eidem nunciis & procuratoribus, nec non prælatorum in curia Romana existentium, & aliorum fidelium multitudinem copiosam præsentibus, auctoritate apostolica de dictorum fratrum consilio passagium generale ad terram ipsam indixit; ac præfatum Regem ipsius & totius exercitus Christiani, qui transfretaret in illo, rectorem constituit, & capitaneum generalem; & nihilominus per univrsas mundi partes decimam ecclesiasticorum reddituum imposuit sexennalem, colligendam certis modis & formis, ac in utilitatem dicti passagii terræ prædictæ subsidium, & alias contra infideles ac inimicos fidei convertendam, nec non quadam alia subsidia pro ipso passagio fieri per alias suas literas ordinavit & levavi, quæ in eisdem literis pleno & particulariter exprimantur.

Dictique procuratores & nuncii Regis ejusdem, ad hoc per ipsius patentes literas coram prædecessore & fratribus prædictis per ipsos exhibitas, sufficiens & speciale mandatum habentes, pro Rege ipso, & ejus nomine in prædecessoris, fratrum, & aliorum prædictorum præsentia, ipsum passagium per eundem prædecessorem, ut præfertur, indictum illico assumpserunt, & capitaneatum & rectoriam illius & dicti exercitus acceptarunt, & in animam dicti Regis, prout poterant, ex eodem mandato, tactis sacrosanctis evangelis, juraverunt, quod ipse Rex in kal. augusti, quæ essent anno Domini millesimo trecentesimo sexto, quas tam eidem Regi, quam cæteris eruce signatis & cruce signandis pro termino ad transfretandum in dicto passagio

* trigesimo.

gio assignavit, iter arripere dicti passagii, illudque deinde prosegueretur realiter & personaliter, iusto ac legitimo impedimento cessante, sub certis nempe conditionibus, modis, & formis in aliis dicti prædecessoris literis inde confectis seriose annotatis.

XXXI.

Et quia dictus prædecessor, considerans decimam ac alia subsidia memorata ad tanti prosecutionem negotii non sufficere, ipsamque negotium longe majoris subventionis beneficio indigere, ac ad illud conducendum cunctarum fidelium grata subsidia exhibere opportuna, fideles eosdem ad hoc quibusdam spiritualibus munificentis, indulgentis videlicet ac remissionibus invitavit; ac venerabilibus fratribus nostris patriarchis, archiepiscopis, & cæteris episcopis in diversis mundi partibus de dictorum fratrum consilio per apostolica scripta commisit & mandavit, eos nihilominus obsecrans per aspersionem pretiosi sanguinis Jesu Christi, ut singuli eorum commemorantes attente statum lugubrem dictæ terræ; ac proinde considerantes, quod cum fidelium suorum regimini ipsos, velut in sollicitudinis partem assumptos, præfecerit Dominus, ad promotionem hujusmodi sancti negotii plus cæteris tenebantur ex officio pastoralis, tamquam præcones fideles, & fortes athletæ fidei contra prædictos perfidos hostes Christi in suis civitatibus & diocæsis per se & alias personas ecclesiasticas, seculares & regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc idoneas fore cognoscerent, cunctis Christi fidelibus juxta datam eis a Deo prudentiam proponerent publice verbum crucis, & venerabile signum ejus quibusvis fidelibus, illud devote suscipere volentibus, quos ad hoc utiles fore crederent, ipsorumque bumeris imponerent; fideles eosdem, quos ad audiendam propositionem ipsam, quotiens expediret, ad loca idonea convocare possent, sollicitis exhortationibus, & opportunis instantiis inducentes, ut suscipientes cum reverentia signum crucis, ipsumque suis cordibus imponentes contra hostium prædictorum perfidiam, & ad ejusdem terræ sanctæ succursum assurgerent viriliter, & negotium ipsum ferventer assumerent, & proseguerent favorabiliter & ferventer, ac insuper quia dignus erat operarius mercede sua, singulis eorumdem patriarcharum, archiepiscoporum, & episcoporum, & eis, quos ad prædicationem crucis, ut dictum est, ipsi ducebant assumendos in hoc divino fideliter laborantibus opere, præter mercedem æternam, quam merito sperare poterant, quotiescumque populis ad hoc specialiter convocatis proponerent verbum crucis, unius anni & quadragesima dierum, nec non fidelibus ipsis, qui ad verbum hujusmodi audiendum devote convenerint, centum dierum vere tamen poenitentibus, & confessis indul-

Jussi præfules populum ad sacrum bellum accendere.

Crucis symbolo insignire milites.

gentiam extitit largitus; nos &c. amplissima omnium noxarum condonatio religiosam militiam professuris sumpto crucis symbolo, eamque trajecto mari in Asia obituris proposita est: quæ literæ xvi. kal. januarii pontificatus anno i. confignatæ.

Edixit præterea, (a) ut in omnibus regnis sexennales decumæ cogere, uti fuerat a prædecessore decretum, quibus fideles ex iis provinciis in Asiam trajecturi, eo subsidiario auro ad tolerandos sumptus instruerentur. Tonante autem minis promulgantibus, Saraceni in oriente illius apparatu errore lacefferunt, suas in Christianorum reliquias vires effuderunt.

Supererat post innumeras clades in Asia Christianis Armenia, e qua reliquorum regnorum recuperandorum spes affulgebat. Verum soldanus Babylonius, ob indictam in oriente expeditionem furore exarsuans, impetus in illam effundere constituit: non enim latere illum poterant nostrorum consilia, cum totus occidens sacri belli apparatus, ostentatæque a Gallo Rege pollicitationis fragore personaret, ut ex subjectis Benedicti verbis (b) colligitur: Intonuit hæcenus per mundi climata, & recenti memoriæ commendatur qualiter felicitis recordationis Joannes Papa XXII. prædecessor noster ad eripiendum terram sanctam, funiculum quidem hereditatis dominicæ, de Agarenorum spurcissimorum (qui eam jamdiu detinuerunt & detinent viliter pessumdatam, & infeliciter conculcatam) manibus, fervidum zelum habens; & piæ ac prudentis intentionis affectu considerans charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Franciæ illustrem adeo fore celestis inspiratione gratia fervore fidei & devotionis accensum, quod ad felicem & gloriosam recuperationem dictæ terræ, ac ulciscendas per Agarenos ipsos nefandissimos Redemptori nostro illatas contumelias proponebat, & offerebat in manu forti & brachio excelso personaliter transfretare; ad ipsius Regis inculcatam instantiam cum fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, plena proinde collatione præhabita & digesta deliberatione secuta, generale passagium ad terram prædictam de fratrum eorumdem consilio cum solemnitate congrua prout tanti negotii qualitas requirebat, duxit auctoritate apostolica indicendum, &c. Dat. Avin. xvi. kal. Julii anno i.

Nocuit itaque rei Christianæ horum consiliorum promulgatio, abruptis enim induciis soldanus ingentem Armenis cladem intulit: cum impar barbarorum potentia Leo Rex, munitissima arce se incluserat, atque implorandæ opis causa legationem ad Pontificem Regemque Fran-

XXXII. (a) Eod. ann. i. p. 1. ep. cur. 39.

Babylonii in Armeniam irruptio. Orta mali labes ex occidentaliurum jaçantia.

(b) An. i. p. 1. ep. cur. 29.

XXXIII.

corum misit. Tristissimo igitur casu per motus Benedictus, Philippum Regem sollicitavit (a), ut adductæ in extremum discrimen Armeniæ succurreret.

(a) To. i. ep. fecr. 522.

Philippo Regi Franciæ. Ad nostram his diebus veniens præsentiam dilectus filius nobilis vir Bramondus de Lusignano comes Curchensis carissimus in Christo filii nostri Leonis Regis Armeniæ illustris ambaxiator & nuncius, nobis pro parte ipsius Regis exponere procuravit, quod licet adhuc treuæ dudum inter eundem Regem & soldanum Babylonie indictæ invicem perdurarent, pridem tamen idem soldanus ad Christianorum, præsertim in partibus transmarinis commorantium, ex terminium & confusionem aspirans, sumpta occasione, quod Rex & Christiani prædicti contra eundem soldanum suosque subditos iudici procuraverant passagium generale, quemdam ammiratum suum cum exercitu infidelium magno & terribili adversus Regem præfatum ejusque regnum transfussit. Qui quidem ammiratus cum eodem exercitu regnum prædictum, in quo catholica fidei viget cultus, per vim & potentiam armorum ingressus, præter vastationes, depopulationes, rapinas, & alia damna innumera ibidem illata, multos de regno prædicto catholice fidei professores usque ad numerum sex millium personarum vel circa, omni humanitate deposita, non parcendo sexui vel ætati, oppressit; quosdam captivando miserabiliter, secumque captivos ducendo, & alios crudeliter in ore gladii, quod cum ingenti cordis dolore mentisque compassione anxie referimus, trucidando; memorato Rege paucis associatis aliquibus in quodam fortalito, ut captivitatibus vel mortis vitaret dispendium, cum nequiret tanta infidelium multitudini, quantum erat in exercitu prædicto resistere, se recepto.

Saracenum in Christianos lævitas.

XXXIV.

Monitus Philippus ut Armeniæ succurreret.

(b) Prol. Luc. hist. eccl. 225. l. 24. c. 33.

Sane, fili charissime, cum præfatus ambaxiator & nuncius ad regulis excellentiæ præsentiam se conferat, super præmissis consilium & auxilium ut intelleximus petiturus, magnificentiæ regiam rogamus & in Domino attentius exhortamur, quatenus ipsum benigne recipiat, favorabiliter audiat, & ne regnum prædictum pro dicto passagio multipliciter opportunum, & Christiani in eo degentes desolationis extremae patiantur excidium, velit de celeri ac opportuno consilio & remedio providere. Dat. Avin. xv. id. octob. anno i. Decretos ad Pontificem oratores a Gallo Rege, qui cumulatam a Joanne thesaurum pro bello gerendo exposcerent, datumque illi a Pontifice responsum narrat hæc verbis Ptolemæus Lucentis (b): Rex Franciæ ad Papam misit suos ambaxiatores, & petit thesaurum ecclesiæ pro passagio faciendum: sed Papa dare recusavit, nisi intraret mare & passagium initiaret, & promissionem impleverit, quam fecerat sub Joanne. Ann. Eccl. Tom. XXV.

ne Papa XXII. Non hac subsidiarii auri pollicitatione adduci Philippum potuit, ut succurreret lugentibus Armenis, in quos soldanum minaci jaçantia aspererat.

Ea porro barbarorum in Armeniam excursio videtur Cyprios abduxisse a promulganda sacra adversus Saracenos expeditione, ut a Joanne XXII. primum, tum a Benedicto XII. recenter gubernacula ecclesiæ adepti, fuerat imperatum; ne in se infidelium iras exasperarent, impetuque converterent. Proinde Hugo misit ad novum Pontificem oratoribus, quibus eximium in sedem Apost. studium regnique felicem statum exposuit (c), flagitavit suo atque omnium regni ordinum nomine, ut excitandis pro concione ad induendam crucem, populis præfules susperfedere æqui bonique consulerent, antequam occidentales classem adornassent cum ea res nullam utilitatem, ingentia vero pericula afferret. Cui Benedictus, collaudato ipsius in ecclesiam studio, atque in administrando regno commendata solertia, scripturum se ea de re ad regni antistites significavit; quæ literæ Nicosini archiepiscopo, aliisque Cyprii præfules inscriptæ extant, in quibus ita Benedictus sequenti ineunte anno respondit (d).

XXXV. Cyprii barbaros in se asperare metuunt.

(c) To. i. ep. fecr. 707.

(d) Ib. ep. 748. Retardata prudenter crucis prædicatione.

Regni prædicti & adjacentium regionum statu & conditione consideranter attentis, præsentisque temporis qualitate pensata, ipsum vobis extitit prævia deliberatione in hac parte matura, quod ex prædicatione crucis in eodem regno Cypri præsentialiter faciendâ nulla dicto passagio utilitas provenire poterit: quinimo ex ea, si fieret antequam transfretantes in præfatum passagio mare pro transfretando intrassent, sepefatis regno & fidelibus in eo commorantibus grandia, & non faciliter reparanda damna & pericula formidari probabiliter poterant preventura; propter quod a prædicatione hujusmodi providistis, quousque a nobis prius consultis super hoc recipere in mandatis aliud, descendendum. Nos igitur præmissis & aliis, quæ nobis, cum hæc suprædicti explicarunt nuncii, in examine rectæ deliberationis adductis; & attempto etiam, quod in regno jam dicto prædicatione crucis, cum expedierit, fieri facilliter poterit, & memorati regnicola parati ad arma esse valebant post prædicationem hujusmodi satis cito, quamobrem in dilatione prædicationis hujusmodi nequaquam, prout etiam sepefatis adjecerunt nuncii, periculum imminet. passagio antedicto; volumus & placet nobis, quod a prædicatione supersedeatis præfatis, donec dictus exercitus mare pro transfretando ad partes transmarinas intraverit, &c. Dat. Avin. iiii. non. januarii anno i. Decreta sunt hæc prudentissime, cum potius quam armis quam verbis res gerenda fuisset, tan-

Laudatum eorum consilium.

Philippi Regis jaçantia ingentia mala perierit.

toque apparatu decreta deinde expeditio illa exitu caritura, non alios fructus alatura esset, quam ut infideles inanibus minis exasperati plura Christianorum milia traderent neci, vel servituti.

XXXVI. Ex Scotia diffensionibus enata bella.

Dedere hisce malis occasionem Scotiae conversiones: conjuncta fuerat Angliae ab Eduardo I. Scotia, illamque Robertus Brusius diuturno bello, quo Angliam exagitant, sibi subjecerat: adeo ut Eduardum II. ad supremum jus, quod Anglorum Reges in Scotiam obtinere contenderant, abdicandum compulerit. At Eduardus III. licet sororem suam Brusii filio Davidi nuptui dedisset, juncto cum Eduardo Baliolo Joannis Balioli sanguine facti, qui ab Eduardo I. Scotiam beneficio accepisse olim agnoverat, foedere Davidem regno depellere armis nitebatur. Cumque ad id bellum Philippus Francorum Rex ob initia inter Scotos & Francos foedera traheretur, imminetium malorum praescius Benedictus, ut iis occurreret, conquestus plurimum pacem affinitatibus contractis firmatam daemoneum actu dissolutam nuntios Apostolicos, Hugonem scilicet episcopum Tricastinum & Rolandum Astensem canonicum Laudunensem, capellanum pontificum & causarum sacri palatii auditorem transmisit (a) instruxitque (b) autoritate, ut Reges ad inducias intendas adducerent, injustas coitiones rescinderent, convellerent foedera concordiae publicae exitialia. Reges vero Eduardum (c) Angliae & Davidem (d) Scotiae exaratis xi. kal. augusti literis ad pacem gravissimis sententis est adhortatus, cum ex eo bello sacra expeditio disturbata esset.

Missi ad ea pacanda inter-nuntii.

(a) Eod. To. I. ep. sec. 474. (b) Ead. ep. sec. 472. 476. (c) Ib. ep. sec. 473.

Pacis & affinitatis proposita foedera.

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliae illustri. Etsi nos, qui licet immeriti, vices in terris gerimus Regis pacifici & excelsi, pacem inter cunctos Christianos cura nostra commissos intensis optemus desideriis abundare; illam tamen eo vigere uberius inter Reges & principes cupimus, odiorum fomites extirpatis, quo eorum concordia utilior pluribus redditur, & dissensiones majora pericula secum trahunt. Intelleximus siquidem displicenter, quod licet olim inter te, fili charissime, ex parte una, & charissimum in Christo filium nostrum David Regem Scotiae illustrem, seu patrem suum, dum viveret, ex altera, post calamitates & fremitus guerrarum varios pacis concordia reformata fuerit, & solemnibus affinitatis & parentelae nexibus roborata; hostis tamen humani generis, patri & charitatis amulus, paci hujusmodi & bonis ex ea secuturis invidens, eam sic turbare, sicque charitativa foedera inter te ac Regem eundem inita dissolvere procuravit, quod tu & Rex ipse, hujusmodi violatis foederibus, & antiquis suscitatis

rancoribus, ad offensiones & congressus bellicos, non sine magnis animarum ac personarum & rerum periculis, invicem rediisti. Nos igitur ex iis lapsus rerum, strages corporum, & animarum amariis plangenda pericula, nec non impedimenta instantis transmarini passagii, & alia innumera dispendia probabiliter formidantes, desideranter affectamus, ut spretis hostis praedicti suggestionibus, ad reformanda & redintegranda pacis & concordiae foedera, Deo grata utique, ac utriusque vestrum accommoda, nec non subditis & amicis fructuosa & gaudiosa plurimum, cum eodem Rege Scotia redire, regia providentia procuraret. Quocirca regalem rogamus excellentiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus pacis commoda, & dissensionis incommoda consideranter attendens, ad cessandum & abstinendum a guerris praedictis, pacisque reformanda, & redintegranda violata foedera, intis interim, ut ad haec quietius & melius intendi valeat, aliquibus treugis, regium coapter animum, & inclines, &c. Datum apud Pontemorgiae Avinionensis dioecesis xi. kal. augusti anno r. Tum Francorum Regem, auxilia Scoto submittere meditantem, ab ejusmodi consilio avocare est conatus. (e)

Additae preces, ut concordiam redintegraret.

Benedictus, &c. Philippo Regi Franciae. Fili charissime, quia ex literarum tuarum serie collegimus regia intentionis existere propter certa conventiones & pacta, inter tuos & Regis praedicti Scotiae praedecessores pro se suisque successoribus habita, Regi eidem favores & auxilia exhibere, quamquam tibi suadere vel exhibere contrarium, cum conventiones & pacta ignoremus hujusmodi, nequeamus praecise; ex sincera tamen dilectione, qua te regnumque tuum prosequimur, qua nobis ad praesens occurrunt circa hoc, nolumus praesertim cum imminere pericula conspiciamus, subticere. Veremur siquidem, quod ex impensione auxilii hujusmodi negotium transmarini passagii, si mittatur gens belligera Francorum in Scotiam, turbati non parum valeat vel etiam impediri: nec id sine sumptibus magnis fieri poterit, qui forsitan forent utiles & necessarii pro negotio praebato. Et ulterius, cum belli dubius sit eventus, si contingeret eundem Regem Scotia a Rege praefato Angliae superari, non posses cum honore tuo illum, quem admittes dimittere, quin fortius in ejus auxilium assurgere procurares: sicque multiplicare oporteret gentem belligeram, ac labores, odia, & expensas.

(e) Ib. ep. sec. 480. XXXVII. Monitus Phil. ne contra Eduard. mittat auxilia.

Ad haec non dubitamus, quod regnum tuum, quia illud Deus facit prosperum, amulos habet & invidios, qui si possent, quod avertat Altissimus, libenter offenderent & nocerent: & cum jam aliqui circumvicini magnates, ut intelleximus, accedant vel mittant ad subveniendum Regi Angliae meo.

Graviori bello se implicaturum.

morato, posset inter te gentem tuam, ac ipsos ex tui assentione dicti Regis Scotiae contraria, inimicitiarum periculosum odium (quod vitare videtur potissime his temporibus expedire) favoriri. Displicenter percipimus insuper, in certa parte regni tui fuisse inter aliquos turbationis materiam suscitatum, qui se cum amulis dicto regno vicinis, confugentibus forsitan ex assentione provocatos praedicta, confederarent, quod absit, periculosum non modicum videretur. Praeterea non videmus, quod per aliquem principem secularem sicut per te, fili dilectissime, inter Reges dissidentes praedictos sic commode possit pacis concordiae reformari: & se te contingat partem eum illorum altero facere, de te postmodum ille, contra quem partem facies, non confidet: sicque perdentur quoad te tam desiderabilis tamque meritorii & honorabilis fructus pacis, &c. Hortatur ut in regenda eam rationem ineat, ut sine divini Numinis injuria & conscientiae periculo neutram partem amplectatur: fore ipsius prudentiae discutere, consiliumque inde accipere optimum explicare. Datum apud Pontemorgiae Avin. dioecesis xi. kal. augusti anno r.

Proposita omnia bella in testina.

Pacem conciliatur.

XXXVIII. Eduardus in Scotiam inducit. (a) Jo. VII. l. II. c. 38. Walsing. in Modig. Neust. hoc ann. & in Eduard. III. Hist. Scot. hist. Scot. l. 19. Missa a Phil. Rege in Scotiam classis. (b) Hist. Scot. c. 38.

NOTA.

[1] Quae hic habet Annalista ex Walsinghamo de classe a Philippo rege in Scotiam immissa, veritati congruere non possunt. Nangii Continuator ad hunc annum nihil ea de re notat; quin & anno sequenti institutum a Philippo rege Francorum iter ad Pontificem narrat, ut illum confuleret de armis in Anglos ferendis, an negligere bellum illud Scotis sibi federatis abjectis, liceret, vel praestaret potius eo bello assumpto expeditionem Saracenicam deferre. Quomodo vera haec fuerint, si hoc anno bellum Scoticum jam Francos occupasset? MANST

apud Philippum Regem foederati principis injuria, quam Christi ignominiae ulciscendae cupiditas: seque bello infelicissimo implicuit. Illum hoc anno classem egregie milite instructam immisit in Scotiam ad excitandas prostratas res Davidis Thomas Walsinghamus refert. (c) [1]

(c) Walsing. in Modig. Neust.

Antequam vero penitus Philippus Scotico bello contra Pontificis consilia se non sine rei orientalis exitio addiceret, tristique superiorum Regum exempla secutus Christi causae mortalis hominis causam aperte praeferebat, hortatus est (d) alios principes, ut expeditionis Asiae a se susceptae causa a mutuis bellis abstererent: cumque Genuenses cum Alfonso Aragonum & Jacobo Balearum Regibus bellum gererent, institit apud Benedictum Gallus, ut ipsos in mutuum concordiam adduceret: cujuspiis votis assentiens Pontifex, Alfonso (e), & Jacobum (f) Reges, ac Genuenses (g) monuit, ut ad inendum foedus oratores ad aulam Apostolicam mitterent. Assentire (h) omnes pontificis votis: ac sequenti anno ineunte, ut Folieta refert (i) firmatae sunt inter eos induciae.

(d) To. I. ep. sec. 650. (e) Ead. ep. 650. (f) Ep. 651. (g) Ep. 652. (h) An. r. p. 1. ep. com. 751. 752. (i) Follet. Hist. Gen. l. 6.

Interea acceptum retulit. Solemni ritu Benedicto Alfonso Aragonis Sardiniae & Corsicae regnum (k); cumque excurreret primo ab adepto pontificatu anno singulis Romanis Pontificibus fidem solemniter devincere, ad verbaque valitudine implicitus teneretur (l) Ferrarium e Caneuto oratorem, ut regio nomine ob accepta Sardiniae & Corsicae regna beneficio sedis Apostolicae clientem se profiteretur, ac Pontificem ut laborem itineris remitteret, exoravit: subjectis literis (m), quibus inita a Jacobo parente cum Bonifacio pacta confirmavit.

XXXIX. Alfonso Arag. Rex Sardiniae & Cors. Regnum Pontifici acceptum, refert. (k) Apud Ben. to. I. ep. sec. 739. (l) Ibid. (m) Ex. in arce S. Angeli & lib. privil. to. 3. pag. 307. & inter col. lect. Plat. to. 2. pag. 279. & in MS. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 332. Alfonsi Regis littera.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri & domino, domino Benedicto, divina providentia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo Pontifici, Alfonso Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Sardiniae & Corsicae, ac comes Barchinon. humilis eius filius pedum oscula beatorum. Sanctitati vestrae tenore literarum nostrarum praesentium patefiat, quod viso ac plenarie intellecto papali rescripto super collatione, concessione, & donatione confecto, quam felicis recordationis dominus Bonifacius Papa VIII. praedecessor vester fecit illustri domino Jacobo felicis memoriae Regi Aragonum patri nostro, suisque here-

Bonifacianum diplom. repetitum.

(a) Ext. in anal. to. 14. ann. Chr. 1297. n. 2.

heredibus in perpetuum feudum de regno Sardinie & Corsica cum juribus omnibus & pertinentiis suis sub certo servitio, sub certis que conditionibus largius conscriptis in predicto rescripto continentia subsequenti: Bonifacius &c. (Inferit Bonifacii VIII. literas (a), quibus datae Jacobo Regi jure beneficiario Sardinie leges contentae, subditque:) idcirco attendentes predictum dominum Regem Jacobum felicis recordationis genitorem nostrum, tempore donationis praemissae memorato domino Papa Bonifacio recolenda memoriae juxta continentiam dicti rescripti, ex causis in eo scriptis, juramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium personaliter praestitisse; & postmodum per procuratores suos & nuncios speciales juramentum fidelitatis, vassallagium & homagium predicta renovasse, fecisse, & praestitisse aliis Romanis Pontificibus, qui dicto domino Papa Bonifacio in apostolatus praerogativa successerunt, & per eosdem nuncios dedisse literas suas aurea ejus bullata, recognitionis & acceptationis contentorum in rescripto predicto juxta ejusdem tenorem, & nos etiam, qui dicto domino Regi genitori nostro in predicto Sardinie & Corsica regno & aliis regnis & terris suis successimus, predictum juramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium, quae domino Joanni felicis recordationis Papae XXII. praedecessori vestro personaliter secundum formam dictae donationis facere tenebamur, fecimus, & praestitimus personaliter domino Joanni bone memoriae patriarchae Alexandrino fratri nostro, recipienti nomine & vice dicti domini Papae Joannis, qui hoc ipsi domino patriarchae cum speciali suo rescripto commisit, & dedimus inde similes literas nostras aurea bulla bullatas recognitionis & acceptationis in rescripto predicto contentorum, considerantes etiam nos nunc ex ejusdem rescripti supra inserti serie inductas nostrum procuratorem ad eadem juramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium sanctitati vestrae praestanda & facienda constituisse cum publico scripto nostro; providimus propterea, sanctissime pater, has fieri literas bulla nostra aurea bullatas, sanctitati vestrae per dictum procuratorem nostrum tradendas & dandas, prout fieri debere jam dicti superius inserti rescripti apostolici tenor inducit.

Per quas siquidem literas nunc & ex tunc modos, conventiones, conditiones, tenorem, & formam in ipso papali rescripto conscriptos acceptamus expresse; & per quas etiam futemur & recognoscimus expresse praestatum dominum Regem genitorem nostrum recepisse in feudum dictum Sardinie & Corsica regnum a domino summo Pontifice & Romana ecclesia, nosque illud pro eadem Romana ecclesia tenere in feudum sub con-

Ut praestita sit Jo. Papae clientelaris sponso.

Superiora gesta confirmata.

ditionibus, conventionibus, modo, & forma, atque tenore, quae in dicto papali rescripto continentur, quos tenorem, modum conditiones, conventiones, & formam, promittimus nos inviolabiliter servaturos. Pro quorum observantia obligamus nos & dictum regnum Sardinie & Corsica, jura, & bona nobis competentia & competitura in eo. Humani generis Conditor & redemptor personam vestram ad sua sancta servitia conservare dignetur per tempora longiora. Dat. Barcinone IV. nonas octobris anno Domini MCCCXXXV.

Admisit Benedictus Alfonsi Regis oratorem ad clientelare officium pro Sardinia & Corsica exhibendum, de quo haec habet Ptolemaeus Lucensis (b): Item XIV. kal. Januarii in publico consistorio investivit procuratorem Regis Aragonum nomine Regis de regno Sardinie & Corsica, recepto ab eo homagio consueto. Proximo die ab eo praestito subjectas literas (c), ut juribus regis caveret, eidem Regi transmisit.

Alfonso Aragonia, Sardinia & Corsica Regi illustri.

Nuper infra annum postquam, divina faciente clementia, in Romanum fuimus electi Pontificem, tu qui clara memoriae Jacobo Aragonia, Sardinia & Corsica Regi genitori tuo in hujusmodi regnis, utpote ejus heres legitimus successisti, prudenter attendens, quod juxta formam & conditiones contentas in literis felicis recordationis Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri confectis de collatione, concessione, & donatione dicti regni Sardinie & Corsica, dicto Jacobo Regi suisque heredibus ex suo & heredum suorum corporibus legitime descendentes factis per praedecessorem eundem, fidelitatem, vassallagium plenum, & homagium ligium, ac juramentum facere & praestare nobis & Romanae ecclesiae tenebaris, dilectum filium nobilem virum Ferrarium de Caneto militem, procuratorem, nuncium, ambasciatorem, & consiliarium tuum, ad hoc a te speciale mandatum habentem, propter hoc ad sedem Apostolicam specialiter destinasti, nobis & Romanae ecclesiae per dictum procuratorem, pro eo, quod fidelitatem, vassallagium, & juramentum hujusmodi pia memoriae Joannis Papae XXII. praedecessoris nostro in persona bone memoriae Joannis patriarchae Alexandrini tunc viventis, ex speciali commissione praedecessoris ejusdem per ejus speciales literas sibi facta illa recipientis personaliter, praestiteras hujusmodi fidelitatem, homagium facturus, & juramentum hujusmodi secundum predictam formam in tuam animam praestiturus.

Licet igitur propter praemissa te a personali praestatione hujusmodi non credamus immunem, cum predictam fidelitatem & homagium in praesentia ejusdem Joannis Pa-

XL. Admissa haec a Pont. fidei sponso. (b) Ptol. Luc. in hist. eccl. MS. l. 24. c. 43. (c) An. 1. p. 1. ep. com. 960.

XLI. Oblitus Aragonus praesens exhibere clientis officia.

pa praedecessoris vestri personaliter non praestiteris, prout in forma dictarum literarum ejusdem Bonifacii videtur expressius contineri; quamvis illa eidem Joanni patriarchae remotus & absens a praesentia Romani Pontificis praestanda & facienda duxeris, ut praesertur; nos tamen de liberatione super his cum fratribus nostris praebita, de ipsorum consilio de speciali gratia, quam hac vice persona tua facere intendimus, in hac parte a predicto milite procuratorio nomine tuo infra dictum annum, quo electi fuimus in Romanum Pontificem, videlicet XIII. kal. Januarii in consistorio publico, praesentibus ejusdem fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus & de ipsorum consilio, praesente quoque procuratorum & aliorum fidelium multitudine copiosa, fidelitatem, vassallagium, homagium ligium, & juramentum predicta juxta formam in eisdem literis ejusdem praedecessoris Bonifacii contenta, per dictum militem nobis praestita & facta, recipimus: ac nihilominus postmodum infra mentem, prout juxta formam & conditiones contentas in dictis literis tenebaris (prout per patentes literas tuas aurea tua bulla munitas, quas nobis ad cautelam nostram & successorum nostrorum Romanorum Pontificum & ejusdem Romanae ecclesiae destinasti, confessus es & recognovisti expresse) ex gratia & liberalitate ejusdem praedecessoris Bonifacii & Romanae ecclesiae dictum regnum Sardinie & Corsica eidem Jacobo Regi genitori tuo ac tibi tuisque heredibus fuisse concessum in feudum, & sic dictum genitorem tuum illud recepisse, teque illud tenere sub conditionibus, conventionibus, sive pactis, modo & forma atque tenore, quae in ejusdem praedecessoris Bonifacii, literis continentur. Quos tenorem, modum, conditiones, conventiones, & formam promissisti te inviolabiliter servaturum; pro quorum observantia obligasti te, & idem regnum Sardinie & Corsica, & bona tibi competentia, prout in eisdem literis tuis aurea tua bulla munitis plenius continentur.

XLII. Nos autem super praemissis omnibus tuis & heredum tuorum praecavere dispendiis & utilitatibus consulere intendentes, tenore praesentium recognoscimus & futemur predicta homagium ligium, ac plenum vassallagium, & fidelitatis juramentum pro dicto regno Sardinie & Corsica per dictum Ferrarium militem, procuratorem, & nuntium tuum ad hoc specialiter constitutum, & speciale mandatum habentem, infra tempus debitum nobis & eidem ecclesiae, procuratorio nomine tuo, fuisse fideliter praestita, & a nobis recepta de gratia speciali; nec non hujusmodi confessionem & recognitionem, promissionem & obligationem per dictas patentes literas tuas, aurea tua bulla munitas, infra tempus debitum te fecisse: quas qui-

Admissus ejus orator ex indulg.

Exacta ab Aragonie rei gesta monumenta.

dem literas tuas, nobis ex parte tua per dictum militem assignatas, recepimus, easque mandabimus & faciemus in archivo ejusdem Romanae Ecclesiae custodiri. Per praemissam vero receptionem homagii ligii, ac pleni vassallagii & fidelitatis juramenti, praestitorum & factorum per dictum militem nomine tuo nobis & eidem Romanae ecclesiae, ut praesertur, non intendimus dictis conventionibus, conditionibus, sive pactis, modo, forma, & tenori in literis ejusdem praedecessoris Bonifacii comprehensis aliquatenus derogare. Nulli ergo &c. Dat. Avin. XIII. kal. Januarii anno 1. Afferit in aliis literis (a) rationem, cur oratorem ad id munus admiserit: Quia, inquit, oppressus infirmitate venire, quoad praesens ad nostram commode nequibus praesentiam praestandis nobis & Ecclesiae Romanae pro regno Sardinie & Corsicae homagio ligio, pleno vassallagio, & fidelitatis juramento in tua persona propria. Interjectisque nonnullis eo argumento sententiis, contestatur id beneficium in exemplum ac fraudem non trahendum. Professus vero orator Alfonsi nomine clientelari jure Sardiniae & Corsicae regna a sede Apostolica obtineri, proximo ab ea celebratae die censum pro iis regnis nempe duo millia marcarum argenti persolvit, qua de re pontificia syngrapha exarata. (b)

Intulit (c) pariter pontificio erario Sicilia citeriore jure fiduciario accepta vestigal annuum octo millium unciarum auxilii Robertus Siciliae Rex, qui cum ex patris cum Carolo I. initis ad aulam apostolicam, ut clientem se novi Pontificis solemniter agnosceret, juraretque in illius verba, ad eundem evolvente se primo Benedicti Pontificatus anno obstrictus esset, magna que rerum gerendarum moles illi incumberet (bellum in Fridericum, Regem Trinacriae apparabat) flagitavit a Benedicto (d) ut oratores, quos idonea ad referendam acceptam Pontifici Siculam coronam auctoritate instruxerat, ad fidem sacramento regio nomine devinciendam admitteret. Pontifex itaque ut juribus Romanae ecclesiae consulere, parceretque Roberti Regis laboribus, cum in legibus a Clemente IV. latis contineretur, ut vel Romanus Pontifex Siculam Regem accerere, vel legatum Cardinalem aliumve transmitteret, qui Pontificis vice honores debitos fideique sacramentum exigeret; Benedictus Berrando Ebredunensi archiepiscopo, quem ad maximas res tractandas in Italiam missum vidimus, ac Joanni archiepiscopo Neapolitano adigeni in apostolica verba Roberti provinciam dedit, (e) ipsumque Regem ejus se votis assensisse, hinc literis fecit certiorum (f).

Benedictus &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliae illustri salutem. Nuper venerabilis frater noster Barthol-

(a) To. 1. ep. fecr. 739.

Solutus Sardiniae census.

(b) Ib. ep. fecr. 653. XLIII. (c) Ib. ep. fecr. 370.

(d) Ib. ep. fecr. 110. Trinacriae bello implicitus Sculus Rex. Orat. ut labore ad eundem curia levetur.

(e) Ib. ep. fecr. 26. MS. bibl. Vall. sign. lit. D. n. 1. p. 163. & sign. lit. B. n. 12. p. 120. (f) An. 1. p. 1. ep. cur. 25. XLIV.

Que pro-
posuerint
Roberti
oratores.

lomens Archiepiscopus Transensis, & dilecti filii nobiles viri Berirandus Montiscawesti ac Jacobus Clarimontis comites nuntii & procuratores tui tunc apud sedem Apostolicam constituti, coram nobis & fratribus nostris in consistorio pro parte tua reverenter exponere curaverunt, quod licet tu juxta conventiones & pacta in concessione per eandem ecclesiam de regno Siciliae ac tota terra, que est citra pharum usque ad confinia terrarum ejusdem ecclesie (civitate Beneventana cum toto territorio ac omnibus districtibus & pertinentiis suis per Romanum Pontificem distinctis, vel in posterum distinguendis dumtaxat exceptis, que prefata ecclesia sibi specialiter reservavit) clara memoria Carolo Regi Siciliae avo tuo ejusque heredibus facta, inter ipsos ecclesiam & avum habita, nobis & cuilibet novo Romano Pontifici in assumptione sua ad summi apostolatus apicem, ac eidem ecclesie infra Pharum predictis ligium homagium, ac plenum vassallagium facere, nec non juramentum fidelitatis prestare solitum personaliter teneris; & in optatione ac beneplacito Romani Pontificis, & ejusdem ecclesie juxta pacta & conventiones predicta fore noscatur te ad faciendum ligium homagium, vassallagium hujusmodi, dictumque juramentum prestandum vocare personaliter, vel ad te aliquem S. R. E. Cardinalem vel alium, qui vice Romani Pontificis & ecclesie predictorum homagium ac vassallagium, & juramentum hujusmodi recipiat destinare; tamen propter certas causas rationabiles per eos ex parte tua coram nobis & dictis fratribus allegatas, ad sedem Apostolicam personaliter hac vice commode venire nequibas, homagium vassallagium, & juramentum hujusmodi prestiturus. Quare prefati tui procuratores & nuntii nobis humiliter supplicarunt, ut te a personali adventu propter hoc ad sedem predictam excusatum hac vice habere; necnon ab ipsis procuratoribus & nuntii ad hac a te, ut asserunt, sufficiens & speciale mandatum habentibus, homagium, vassallagium, & juramentum predicta pro te ac tuo nomine illa prestare offerentibus, recipere de ipsius sedis benigna clementia diguamur.

XLV.
Nos igitur deliberatione super iis cum ejusdem nostris fratribus habita diligenti, honorem & jura ejusdem ecclesie sponsa nostra, sicut tenemur ex debito servare, teque predictis causis, conditionibus temporum, & aliis, que attendenda vidimus in hac parte, paterne pensatis, a veniendo personaliter ad sedem predictam pro homagio, vassallagio, & juramento hujusmodi exhibendis, excusatum hac vice, de ipsius sedis benignitate habere volentes; venerabiles fratres nostros Berirandum Ebre-

dunensem, quem ad te super hoc destinamus, & Joannem Neapolitanum in ipsis partibus existentem archiepiscopos; de quorum circumspectionis industria, & fidelitate probata fiduciam in Domino gerimus specialem, ad recipiendum a te homagium, vassallagium, & juramentum hujusmodi hac vice nostro & ecclesie Romanae nomine predicta providimus deputandos. Quocirca, &c. Dat. Avinion. II. non. maii anno I.

Professus est solemniter ritu Robertus Siciliae Rex (a), Siculum sceptrum sedis Apostolicae beneficentia & autoritate se suscepisse, Regisque stipendiarii officia Ebredunensi & Neapolitano archiepiscopis pontificiis legatis detulisse: qua de re regias literas, hoc anno MCCCXXXV. xv. junii III. indictione regnorum XXVII. Neapoli consignatas, ad Pontificem transmisit (b), que in molis Adriane sanctiore archivo condite servantur, & a Platina inter insignia monumenta juris pontificii jussu Sixti IV. repositae sunt.

In nomine Domini. Amen. Noverint universi hoc presens instrumentum publicum inspecturi, quod anno Domini MCCCXXXV. indictione III. die xxv. mensis junii pontificatus sanctissimi patris & domini nostri domini Benedicti divina providentia Papae XII. anno primo, existens in presentia reverendorum patrum dominorum Berirandi Ebredunensis & Joannis Neapolitani archiepiscoporum, ac mei notarii & testium, ac personarum infra scriptarum, nec non diversorum aliorum clericorum & laicorum multitudinis copiose, serenissimus princeps dominus Robertus Rex Jerusalem & Siciliae illustris in aula magna sui regii palatii novi Neapolitani requisitus fuit publice & solemniter per ipsos dominos archiepiscopos, ad hoc per sanctissimum patrem & dominum nostrum Benedictum Papam predictum commissarios specialiter deputatos, prout de commissione eis super hoc facta apparebat per quasdam literas (c) apostolicas, qua sic incipiunt:

Benedictus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Berirando Ebredunensi & Joanni Neapolitano archiepiscopis salutem, & apostolicam benedictionem.

Romani Pontificis providentia circumspecta diversitatem negotiorum, que in alveum sedis Apostolicae undique confluunt, attente discutens, circa eorum ordinationem salubrem vigilanter intendit, ac prout personarum & temporum qualitas exigit illa sic recte disponit, ut in his, que conservationem juris & honoris sanctae Romanae ecclesiae suae sponsae contingunt, & commoda respiciunt aliorum, consulte provideat & praecaveat ut potest de sua solita clementia incommoditatibus specialium ipsius ecclesiae filiorum. Nuper sequidem, &c. & finiunt: Datum Avin. II. non. maji ponti-

XLVI.
Addicta illis a Roberto fides solemniter.

(a) Apud Bened. to. I. ep. sec. 450. 251.
(b) Ext. in arce S. Angel. & inter col. lect. Plat. to. 2. pag. 261. & in lib. pri. vil. Rom. eccl. to. 2. p. 167. & MS. Vall. sign. lit. B. n. 12. p. 120. Edita de re gesta publica documenta.

(c) Ext. in reg. Bened. an. 1. p. 1. ep. cur. 26. Ut lectae sint Pont. literae.

Postulatus sit Rex de praestanda clientelari sponcione.

Prompte assensit & intervatus.

XLVII.
(a) Ext. etiam apud Bea. an. 1. p. 1. m. ep. cur. 26. & in MS. bibl. Vatic. sign. lit. B. n. 1. p. 26.

pontificatus nostri anno I. que ibidem publice & alta voce lectae fuerunt, quod idem dominus Rex homagium ligium, & plenum vassallagium, ac juramentum fidelitatis, quod praestato domino summo Pontifici & ecclesie Romanae pro regno Siciliae & tota terra circa pharum usque ad confinia terrarum Romanae ecclesie (civitate Beneventana cum ejus territorio & totis districtibus & pertinentiis per Romanum Pontificem distinguendis dumtaxat exceptis, que prefata Romana ecclesia sibi pleno jure specialiter reservavit) in novitate summi Pontificis tenebatur facere ac prestare, in presentia ipsorum dominorum archiepiscoporum, nomine ipsius domini summi Pontificis & Romanae ecclesie recipientium, & ad hoc, ut praemittitur, deputatorum, prout ascriptus erat; & tam progenitores sui quibus successerat, quam ipse praestiterant, faceret & praestaret; ac pactiones & conventiones inter Romanam ecclesiam & clara memoria domini Caroli Regem Siciliae avum suum dudum habitas & initas, quarum tenor inferius continetur, juxta tenorem & continentiam earundem solemniter promitteret & juraret fideliter & inviolabiliter observare.

Qui dominus Rex, facta in continenti per ipsum quadam propositione materiam hujusmodi contingente, de sede sua surgens in presentia ipsorum dominorum archiepiscoporum, infra scripta nomine praedictorum domini Papae & Romanae ecclesie recipientium, devote & reverenter homagium & vassallagium ligium junctis manibus intra manus ipsorum dominorum archiepiscoporum, & dato eis osculo succedere, fecit & fidelitatis; & de observandis plene, fideliter, & inviolabiliter pactioibus, conventionibus, & conditionibus inter Romanam ecclesiam & praedictum dominum Carolum Regem Siciliae avum suum habitis & initis, juxta modum & continentiam infra scriptos super sancta quatuor Dei evangelia, inviolabiliter in manibus ipsorum dominorum archiepiscoporum, posita, corporaliter manutacta praestitit juramentum. Forma autem praestationis homagii ligii & vassallagii & juramenti fidelitatis, ac tenor conventionum & pactioibus, quas idem dominus Robertus Rex Siciliae servare promisit solemniter & juravit, in hac verba sequuntur.

In nomine (a) Domini Amen. Ego Robertus Dei gratia Rex Siciliae ad honorem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & beate & gloriose virginis Mariae, beatorum quoque Apostolorum Petri & Pauli, & ecclesie Romanae, in presentia venerabilium in Christo patrum Berirandi Ebredunensis & Joannis Neapolitani archiepiscoporum ad homagium ligium, & vassallagium, ac fidelitatis juramentum, & omnia alia & singula infra scri-

pta a me recipienda, per sanctissimum in Christo patrem dominum meum, dominum Benedictum divina providentia Papam XII. specialiter deputatorum, illaque domini mei & ecclesie Romanae praedictorum nomine, recipientium, ligium homagium, facio dicto domino meo Papae, ejusque successoribus canonice intrantibus, & ipsi ecclesie Romanae pro regno Siciliae & tota terra, que est citra Pharum usque ad terrarum confinia ejusdem ecclesie, que utique regnum & terram (excepta civitate Beneventana cum toto territorio & omnibus districtibus & pertinentiis suis secundum antiquos fines territorii, pertinentiarum & districtus civitatis ejusdem, per Romanos Pontifices distinctos vel in posterum distinguendos) clara memoria domino Carolo Regi Siciliae avo meo & heredibus suis, quorum ego heres existo, praedicta ecclesia Romana concessit. Et recognosco & fateor, quod inter Romanam ecclesiam & praedictum avum meum conditiones, modus, & forma, ac pacta infra scripta intervenorunt, & fuerunt apposta in concessione regni, sibi suisque heredibus per Romanam ecclesiam facta, seu auctoritate ipsius in praedicta concessione, pertinentia seu spectantia ad personas eorum, qui successuri erant ipsi avo meo, suisque heredibus in terra & regno praedictis, & eorum qui in eisdem successuri sunt, mihi meisque heredibus; nec non ad successionem vel formam seu modum succedendi ipsi avo meo suisque heredibus, & mihi meisque heredibus in regno & terra praedictis. Quae omnia & singula tam me quam meos in regno & terra heredes servaturos promitto, & contra ea non venturos, que talia sunt. Si in nostro vel heredum nostrorum obitu legitimum, prout sequitur, heredem nos aut ipsos, quod abest, non habere contigerit, regnum ipsum ad Romanam ecclesiam ejusque dispositionem libere revertatur, &c. Praetertimimus reliquas pactiones, quibus clientelae causa Robertus se obstrinxit, cum iisdem verbis concepta sit earum formula atque ea, quam a Carolo I. & Carolo II. reperitam superiori tomo (b) attulimus. Ad confirmanda vero conventa addit Robertus.

Ego etiam de hoc privilegium, seu literas presentes domino Papae & Romanae ecclesie memoratis, aurea bulla bullatum seu bullatas, in quo vel in quibus proprio juramento fateor & recognosco expresse, regnum Siciliae & totam terram que est citra Pharum usque ad confinia terrarum Romanae ecclesie (excepta civitate Beneventana cum territorio & pertinentiis ejus que, ut dictum est, ecclesia remanebit eidem) ex sola gratia & mera liberalitate sedis Apostolicae sepedito avo meo, mihi, meisque heredibus in feudum fore concessa, meque habere & tenere regnum & terram hujusmodi a dicta Romana ecclesia in feudum pro-

Sponsio-
nis for-
mula.

Inflaura-
tae veteres
pactioes.

(b) A. C. 1265. n. 14. & an. 1289. n. 2. &c. XLVIII. Data ab eodem Rege publica litera.

me meisque heredibus in dictis regno & terra sub pactis & conditionibus, forma, modo, & conventionibus predictis, & sub aliis, quae in literis felicis recordationis Clementis Papae IV. plenius continentur, illibata perpetuo remaneant, & inconcussa semper obtineant firmitatem. Ipsa omnia singula juro (duobus exceptis capitulis, uno de quinquaginta militibus marchis sterlingarum, & earum solutione sanctae ecclesiae debitis, & conventionibus memoratis per jam dictos parentes meos & me heredem ipsorum remissis mibi meisque heredibus in perpetuum, & donatis per ipsam ecclesiam ac felicis recordationis dominum Clementem Papam V. cum consilio & assensu dominorum Cardinalium de mera liberalitate ipsorum esse specialiter gratia relaxatis; & de eis sumus ego & mei heredes de nexu cujuslibet obligationis, aut poenalis promissionis, quibus essemus astricti; propterea in perpetuum absoluti & exinde quietati; alioque capitulo de personalibus iam dicto avo meo impositis, de habendis per eum mille militibus ultramontanis cum certo equitaturarum & ballistariorum numero, & ad veniendum ad prosecutionem negotii dicti regni in subditis terminis & praefixis, & sub certam interminationem poenarum, quia haec esse constat impleta) & per stipulationem promitto solemnem; quod plenarie adimplebo, & inviolabiliter observabo, nec ullo unquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adjuvet. In predictorum autem testimonium perpetuamque memoriam praesens scriptum exinde confici jussi, & aurea bulla regiae majestatis impressu typario communiti: Acta & habita fuerunt praedicta Neapoli in praedicto palatio regio, praesentibus ibidem serenissima domina domina Sancia Regina Jerusalem & Siciliae illustris, ac illustribus & magnificis viris domino Carolo duce Dyrrachii, Ludovico & Roberto ejus fratribus, praesenti domini Regis nepotibus, ac reverendis patribus dominis Bartholomaeo Traniensi regni Siciliae vicecancellario, Rogerio Capuano, fratre Landulpho Analphitano, Petro Surrenino & Idrontino archiepiscopis, &c. Adduntur alia episcoporum & procerum qui testes fuere adhibiti, ac tabellionum nomina.

Inferre publicis monumentis:

XLIX. Friderici Trinacriae contumacia.

(a) To. 1. ep. fecr. III.

Benedictus &c. Quia illius locum, licet immeriti, tenemus in terris, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquirat, desideris optamus intensi, & ad hoc etiam expectamus, si Rex idem ab illo qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, inspiratus a devotis pedes suos studeat retrahere, ac in viam veritatis & justitiae dirigere gressus suos, redeundo corde contrito & humiliato spiritu ad nostram & ecclesiae devotionem & obedientiam, suos propterea nuncios ad nostram praesentiam destinando. Interim autem processus alios contra eum habitos perquiri facimus, ordinare nisi ad devotionem redire, ut praefertur, curaverit, quod matura deliberatione praevia faciendum cognoverimus, intendentes, Dat. XIII. kal. aprilis anno I.

Explicit itaque in Fridericum Regem Trinacriae clementiam Benedictus, paternisque monitis ab exitio imminenti errantem revocare nisus est: gravissimis enim literis atrocitas ejus scelera ante oculos statuit, ut ad poenitentiam flecteret; ductoque altius rei exordium exposuit, ut Petrus Aragonum Rex ejus patrens nequiter invasisset Trinacriam, illeque paternum flagitium imitatus tyrannidem exercuisset, donec pax inter Carolum II. & ipsum sancita firmataque affinitatibus novis fuisset: verum aliquando post tempore percussum sanctissime foedus injuste fregisse, invasissetque Calabriam: indictas postea, obiectis violatoribus gravioribus poenis, inducias fregisse, censurisque se irretivisse: nec tamen, ut catholicum principem decuerat, ea religione exolvere flagitasse; sed novo cumulo scelere censum pro Trinacria debitum pluribus annis intermisisse, ac non modo anathema novum contraxisset, verum omni jure antea adeptum ex pacis tractatu excidisse. Huic improbitati rapinas ecclesiarum, atque ecclesiasticorum injurias gravissimas adjecisse; denique apostatis, haereticis, ac schismaticis favisse, ut e suggestu infandos errores evulgarent. Obiecit demum infelici principi Benedictus, quanto dedecore se ac suos resperisset, ac benevolentiam apostolicam sponderet, si gremium ecclesiae repereret: si vero crimina quibus obnoxius erat expiare abnueret, ecclesiae causae se non defuturum. Exemplum literarum apostolicarum infra scriptum est. (b)

Magnifico principi Frederico Regi Trinacriae spiritum consilii sanioris. Divinus amor nos admonet, & charitas proximi nos invitat, nec non officii nostri debitum nos perurget, ut quae animae tuae salutem, honoris augmentum, tuique status claritatem respiciunt, tibi paterno iudicamus affectu: quae, si devotus illa susceperis, & ad eorum executionem, velut ager

Pertinet ad Benedictos illum flectere clementiam.

L. Admonet officii.

(b) An. 1. p. 1. ep. cur. 28.

LI. Datae iis de rebus ad eum lit.

agor purgatus spiritus & tribulis, paraveris mentem tuam, fructum tibi multiplicem, honoris, & commodi germinabit. Nosti siquidem, & evidenter facti toti mundo notoriat, quod post commotionis amarae dissidium in insula Siciliae ex calore praesumptionis exortum, quondam Petrus Rex Aragonum pater tuus dictam insulam in ecclesiae Romanae contempit & injuriam temeritate propria occupavit, ipsamque insulam usque ad ejus obitum detinuit occupatam; tuque postmodum eidem Patri in eiusdem insulae illicita occupatione succedens, eam usque ad tempus pacis inter te ac clarae memoriae Carolum Regem Siciliae reformatam, ac per sedem Apostolicam confirmatam, occupatam de facto & indebitum tenuisti; quodque huiusmodi pace & concordia initis, & pro ipsarum roboratione majori inter te, ac charissimam in Christo filiam nostram Alionoram Reginam Trinacriae illustrem, consortem tuam dicti Regis Caroli filiam matrimonio celebrato, tu post aliqualem observationem pacis huiusmodi foedus ipsius violasti, & terram charissimam in Christo filii nostri Roberti Regis Siciliae illustris citra pharum invadere praesumpisti, & nonnullas civitates & castra ibidem indebitum occupasti, & subsequenter treugas inter te & dictum Regem Robertum, per felicis recordationis Joannem Papam XXI. praedecessorem nostrum postmodum pro pace inter te & ipsam tractanda commodius sub gravibus spiritalibus sententis atque poenis indictis durantibus, eas, invadendo iterum terram dicti Regis citra pharum, nulla causa exposcente rationabili violasti, propter quod tu excommunicationis sententiam in infringentes treugas ipsas per eandem praedecessorem prolata incurrasti; & Siciliae & alia insulae ei adiacentes suppositae interdicto ecclesiastico extiterunt, quodque cum tu juxta statum tui decentiam teneris & debuisses per satisfactionem debitam, tanquam catholicus ejusdem ecclesiae filius relaxationem sententiae ac interdicti huiusmodi procurare, id facere non curasti; sed praemissis contemptum adjiciens, a solutione census trium millium unciarum auri a te nobis & ecclesiae Romanae pro dictis insulis annis singulis debiti, ad cuius solutionem etiam juramento teneris astrictus, per annos plurimos cessavisti, propter quod excommunicationis sententiam in personam, & privationis poenam juris, quod tibi in retentione praedictae Siciliae & aliarum insularum ei adjuventium in vita tua ex forma pacis huiusmodi competere poterat, incurristi.

Nec his contentus, ad ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum gravamina & injurias te convertens, bona & jura ecclesiarum & personarum earundem multipliciter occupasti, ipsarumque redditus, & proventus pro majori parte tuis usibus applicasti.

Ut sceleris parta sit a patre Trinacria.

Retenta ab ipso flagitio.

Violatum inique foedus.

Illatum contra fas Calabriae bellum.

Intermissa census solutio.

Bona ecclesiastica occupata.

casti pro libito voluntatis; & quod detentus est, & pungit acriter mentem nostram, ut dictam ecclesiam matrem tuam offenderes gravius, personas quamplurimas in errorum devium provolutas, nec carentes fermento haereticae pravitate, apostatas, & schismaticos in dicta insula Siciliae admisti. haecenus & admittis, ac permisti quod personae huiusmodi multa illicita in dicta insulae predicarent, aliisque indecentia & voluntaria facerent, quae non videntur de catholicorum mentibus processisse: & praeter haec & alia plurima per te non commendabilia temporibus modernis commissa, quae singulariter exprimere praesentibus ex certis causis omittimus, interdiximus ecclesiasticum in dictis insulis haecenus observatum fecisti, sicut accepimus, violari.

Considera igitur quantum Deum, nos, & Apostolicam sedem in praemissis offenderis, & offensus; ac paveas, & timorosos expectes divinum tremendumque iudicium, per quod bonis praemia & malis supplicia irrogantur, tarditasque poenae gravitate, iudicii compensatur. Quia igitur illius, licet immeriti, vices in terris gerimus, cujus proprium est misereri; ac tum ob hoc, tum quia etiam dum nos minor status haberet, ad inclutam domum Aragoniae, tuamque personam, priusquam sic graviter Deum & ecclesiam praedictam offenderes, gessimus specialis dilectionis affectum, & postquam divina gratia fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, domum praedictam paterna dilectione prosequimur, summo desideramus affectu, ut te a praemissis culpis ex lapsu tantorum excessuum nostrae exhortatio revocet, & paterna charitas oberrantem filium reducat salubribus monitis ad devotionem sanctae matris ecclesiae, communionemque fidelium, a quibus es, ut praemittitur, separatus; ideoque magnitudinem tuam requirimus, monemus, & hortamur in domino Jesu Christo, quatenus infra claustra tuae conscientiae debita consideratione revolvens, quam indecenter ex praemissis neglexeris famam tuam, quam periculose salutem animae tuae contempseris, ac conditionem tui generis offuscaveris; mentem tuam per debita omnium praemissorum reparationis & satisfactionis evidentiam, praepares ad salutem; devotum audiens, diligenter intelligens, ac pro timore & amore Regis aeterni, qui dat regnare principibus, Apostolicae sedis reverentiam atque nostram, honoreque catholicae fidei, ac salute propria effectualiter exaudiens monitoria & salutaria verba patris.

LI. Profanata sacra.

Provocatur ad profandam scelerum veniam.

Alioquin volumus tuam magnificentiam non latere, quod si forte, quod absit, non acquiescas paternis exhortationibus huiusmodi, & per inobedientiam, ac indevotionis velum in huiusmodi tandem continuo proposito ulterius perseveres, non poterimus, salva conscientia, conniventibus oculis

Intentata iudiciorum acerbitas.

lis pertransire, quin super præmissis de oportuno providendum remedio, prout secundum Deum honori nostro & ejusdem ecclesie viderimus expedire. Super his autem & nonnullis aliis præmissa tangentibus, tibi ex parte nostra oretenus seriose ac particulariter enarrandis, venerabilem fratrem nostrum Bertrandum archiepiscopum Ebrundenensem, quem propter sue probitatis expertam constantiam grandiaque dona virtutum ad hac utilem per experientiam novimus, ad tuam presentiam providimus destinandum: quem tua magnitudo ob sedis ejusdem & nostram reverentiam benigne recipiat, prosequatur honorificentia debita, sibi que referenda super præmissis, quæ parte nostra credas, ac illa deducat ad votivæ ac speratæ executionis effectum, sciturus pro firmo, quod si tu monitionibus & exhortationibus paternis hujusmodi acquiesceris cum effectu, & de præmissis omnibus satisfactionem dederis, prout tui status decencia exigit, nobis & ecclesie Romanæ prædictæ impenderis, aperte cognosces, nos & dictam ecclesiam adesse tibi, quantum cum Deo poterimus, favoribus & præsidiiis opportunis. Datum Avinione IV. non. maji anno r. Conceptæ sunt iisdem penè verbis litteræ ad Bertrandum archiepiscopum Ebrundenensem datæ (a) quibus Friderico præterita scelera exponere iussus est.

(a) Ben. an. p. 1. ep. cur. 27.

LIII. Roberti in Trinacriam expeditio. (b) To. 1. ep. fecr. 450. (c) Jo. Vill. l. II. c. 29. (d) To. 1. ep. fecr. 739.

Instructam a Roberto (b) Siciliæ Regem classem ad recuperandam Trinacriam, refert Joannes Villanus (c), ac licet maritimæ oræ Trinacriæ, magna sint illata damna, nullas tamen arces ob Aragonicam classem expugnari potuisse. At Benedictus, Roberti Regis querelis pulsatus, publice pacis alendæ, bellique inter Robertum & Aragonios extinguendi cupidus, Alfonso Regem gravissimis monitis sollicitavit (d) ut classis suæ præfectum, quem sine iussu regis temerarium facinus aggressum putabat, merita multa afficeret.

Benedictus, &c. Alfonso Regi Aragonum illustri.

Fili dilectissime, non sine admiratione displicibili ad nostram notitiam fuit deductum, quod pridem, armata charissimi in Christo filii nostri Roberti Regis Siciliæ illustris in Sicilia insula existente, Raimundus de Peralta quarundam gulearum tunc amiratus seu capitaneus cum quatuordecim tuis seu subditorum tuorum & duabus Siculorum eis associatis galeis ad insulam accessit eandem, se contra præfatum Regem Siciliæ ad protectionem & defensionem terrarum, quas tenet magnificus princeps Fridericus Rex Trinacriæ, ac fidelium & terrarum Regis sepefati Siciliæ, quæ per ipsum a nobis & ecclesia supradicta tenentur in feudum, offensionem & invasionem hostiliter, sicut Regem eundem Siciliæ scripsisse tuæ magnificentie scripsimus intelleximus, se accingens. [1]

Verum cum in pactis & conventionibus insertis in literis concessionis regni Sardinie & Corsicæ inter cetera continetur expressè, quod tam dictus genitor tuus, quam ejus heredes in regno prædicto pro amicis & devotis amicis & devotis ecclesie, ac pro inimicis & indevotis inimicis & indevotis ejusdem perpetuo tenerentur habere, nec amulis seu inimicis ipsius ecclesie darent auxilium, consilium, vel favorem; tuamque serenitatem non lateat, cum sit manifestum & notorium tam prope quam longe positis, quod dictus Fridericus extra gratiam & communionem ecclesie, quod dolenter & displicenter referimus, persistebat tunc temporis & adhuc animo pertinaci persistere in sua salutis & sumæ dispendium non veretur; & ulterius quod de censu annuo, ad quem eidem tenetur ecclesie, ipsam quantum in eo est exheredatam detinet ac etiam spoliatam; sicque, si Fridericus ipse inimicus, rebellis, & amulus ecclesie Romanæ prædictæ reputari merito debeat; dictusque Rex Siciliæ, qui ecclesiam ipsam, cujus vassallus & fidelis existit,

Damnata a Pont. res.

LIV. Violati fœderis arguitur Alfonso Arag. Rex.

fit, reveretur velut matrem & dominam, eidem tam debita quam devota præstando jugiter obsequia, devotus & amicus ipsius ecclesie sit censendus, deducere potest, tua regalis circumspectio in debita considerationis examen.

LV. Nullum ipsi obicem in comparanda Sardinia.

Insuper conventiones & pacta, dudum inter tuum & claræ memoriæ Carolum Regem Siciliæ dicti Roberti Regis genitores super eorum invicem pace habita, quæ præfatum Robertum Regem tam circa guerram tuam Sardinia, quam casus exigentes alios observasse innotabiliter hæcenus audivimus, ad tuam providimus memoriam serie presentium reducenda, ut ex his & aliis que tibi circa hæc passum occurrere, tua perpendat clarius prudentia, quam gravis, præsumptuosus, & temerarius ex præmissis & aliis diversis capitulis fuerit dicti Raimundi, sibi que hæc parte adherentium subditorum tuorum excessus, nequaquam de tua conscientia sicut credimus attentatus: quem sic velit regalis sublimitas, corrigere ac punire, quod talia vel similia non attententur in posterum, sed tibi attentata displicuisse hujusmodi prompta & debita excessus ejusdem correctio attestetur; inque sibi amantissime nostram & Apostolicæ sedis benedictionem & gratiam tibi ex iis & aliis tuæ devotiois meritis vendices copiosius & uberius non indigne. Dat. Avin. II. kal. jan. an. r.

LVI. Ungarus Rex in Barbaros bellum gerit.

(a) Eod. 10. 1. ep. fecr. 437.

Gratulatur illi de victoria Pont.

Gererat sanctiora bella Carolus Ungaricus Rex, qui arma adversus infideles ad propagandam religionem converterat. Favitque athletæ suo fortissimo divinum Numen, gloriosa illi de hoste collata victoria: de qua certior factus Benedictus, Carolo est gratulatus, atque ad proferendos fidei limites ac Dei hostes debellandos ipsum incitavit (a).

Benedictus, &c. Carolo Regi Ungariæ illustri.

Fili charissime, audita victoria, quam tibi adversus hostes fidei Christiana strisimus de celo iis temporibus præteritis contulit, cor nostrum exultat in Domino; exinde sibi laborum vitulum in humilitate spiritus exolventes, & cernui supplicantes eidem, ut collatam tibi virtutem & gratiam corroborare & augere ad conterendos inimicos nominis Christiani dignetur. Tu vero, fili dilectissime, non tuæ ac tuorum, sed divinæ potentie potius victoriam ipsam, & alia dona virtutum, quæ tibi largitur Altissimus, cum actionibus gratiarum ascribens, circa ejus obsequia, præsertim ad cultum fidei orthodoxæ dilatandum in illis partibus, tanquam athleta Christi strenuus, quoties opportunitas aderit, ut inde tibi apud Deum acquiras meritum uberius, & fama tui nominis dilatetur per orbem diffusis, te impendas; sciturus, quod nos super tuis opportunitatibus, quantum cum Deo poterimus, propi-

tios reperies & benignos, &c. Dat. apud Pontem forgia Avinionensis diocesis non. augusti anno r.

Ut bellum in infideles gloriose verterat. Carolus Ungariæ Rex pari laude pacem inter principes Christianos, Joannem scilicet Boemiæ & Casimirum Poloniæ Reges conciliare studuit: firmatumque fœdus (b) iis legibus inter ipsos arbitro eodem Carolo Rege, referunt auctores, ut Boemus Regis Poloniæ nomen, quod hæcenus gesserat, abjiceret: Casimirus vero Silesiam Boemis relinquere. Exiit (c) etiam Carolus Ungariæ Rex una cum Joanne Rege Boemiæ pacis inter Polonos & cruciferos equites arbiter; quæ iis conditionibus percussa, ut cruciferi Pomerianam, quam Joannem Regem Boemiæ iis vendidisse vidimus retinerent (de quo Poloni queruntur admodum Carolum Regis Boemiæ verborum lenociniis victum ab æquitate deflexisse) Cuiaviam vero & Dobrinensem ditionem Casimiro Poloniæ restituerent. Agitata hæc sunt Vissegradimense novembri, in quibus celeberrimis conventibus fœdus inter tres eos Reges Ungariæ, Poloniæ, & Boemiæ arctissimum sancitum (d), eisdemque amicos & hostes habituros sacramento sponderunt: addunt etiam bellum in Ludovicum Bavarum decrevisse (e), de quo superius actum est.

LVII. Fœdus inter Ungar. Boem. & Polon. Reges. (b) Bonif. in 1.9. dec. 2. Dubr. hist. Boem. l. 21. Crom. l. 12. ex Hagec. (c) Mich. l. 4. c. 17. Crom. l. 1. in Casimiro Bonif. dec. 2. l. 9.

(d) Bonif. ubi sup. (e) Hagec. apud Cron. l. 12. Chom. Mich. ubi sup.

Cum sententia a Joanne & Carolo Regibus arbitris inter Polonos & cruciferos operi mandanda esset, exortæ sunt novæ controversiæ: Cuiaviam enim & Dobrinensem tractum restituere detrectarunt cruciferi, nisi Casimirus regio diplomate jure omni, quod in Pomerianam, Chelmensem & Michalonjensem terras obtinere contendeat, cedere proficeretur. Iniqua a cruciferis expocci Polonis visum est, ac Joannem Grothonis Strupezam episcopum Cracoviensem ad sedem Apostolicam misere, ut injuriarum judicium cruciferis intenderent: dataque est Galhardo e Carceribus ac Petro Gervasio apostolicis internuntiis cognoscendæ causæ provincia (f). Legarat antea in Poloniam Galhardum Pontifex (g) ut denarium S. Petri a Polonis finitimarumque provinciarum populis (h) exigeret: cui etiam munus injunxit, ut de apostolicis internuntiis, qui præcesserant, Andrea scilicet e Verulis & P. de Alvernia inquireret: accusati enim fuerant profligatam vitam duxisse, improbe gessisse munus, locasse scenoxi pontificii ararii pecunias ad lucra captanda, Romanam denique ecclesiam avaritiæ fordibus in invidiam adduxisse. His adjungimus Pontificem tuendum ecclesie jurium sollicitum ad exigendum in Anglia, Scotia, Wallia, & Hibernia consuetum censum, qui vulgo denarius S. Petri dicitur, Bernardum (i) e

(f) Mich. cap. sup. (g) To. 1. ep. fecr. 589. (h) Ib. ep. 162. Centus pendendi Rom. Eccl. a plur. regnis. (i) Ead. 10. 1. ep. fecr. 516. 518. ad ep. 526.

NOTE [1] EA quæ narrat Annalista de rebus Siculis anni hujus, corrigenda, & supplenda ex iis sunt quæ scribit Nicolaus Specialis, qui tunc apud Fridericum agens legationem ab illo ad Ludovicum Bavarum obiit. Hæc ergo summa eorum, quæ scriptor ille lib. VIII. Cap. VI. latius prosequitur. Joannes quidam de Claromonte comes Mohæ, unus erat e proceribus, qui Friderico Regi prius studebant; sed ab eodem rege offensus, quod Francisco de Viotimillio comiti Giracii, quo cum Joannes mutuas exercebat inimicitias, faveret, ejusque gratia proscriptiois sententiam tulisset, ad Ludovicum Bavarum primum, dein ad Robertum Siciliæ regem aufugit. Ab eo exceptus, sollicitavit illum ut arma in Fridericum moveret, felicem expeditionis hujus exitum spondens, ex favore amicorum quorum plures in ditione Friderici obtinebat. Persuasus rex classem hoc anno instructam Joanni de Claromonte, & comiti Corihani in Fridericum ducendam commisit. Sed vota fessit eventus; nam amicus Joannis in fide perseverantibus, præter cædes quasdam, & agrorum vastationes nihil est actum. Cum vero classis illa mare iterum sulcans ad Panormitana litora pervenisset, Catalaunorum tritemes XVI. in occursum Genuesium, ut illi quidem obtendebant armatas, duce Raymundo de Peralta offendit. Utraque tamen in mari se continuit, nec in perniciem Panormitanorum, uti metuebatur, descensus militum factus est; quin & Roberti Duces vel de Catalaunorum classe suspecti non venissent in subsidium Siculorum, vel a Domino revocati, Neapolim unde venerant reversi sunt: ait Nicolaus Specialis, ex cujus relatione intelligimus, Benedicto Papæ plura a Roberto vel incerta, vel plane falsa narrata fuisse. MANSI

(a) Ib. ep. 93. 94. Sifere, misisse, de quopures ad Regem, Reginas, & clerum Angliæ exant scrip- tæ literæ (a).

LVIII. Contigisse hoc anno in Angliâ insigne pœnitentis fœminæ exemplum, quæ tan- tum dolorem ob antea vitæ scelera concepit animo, ut illius magnitudine oppressa feliciter animam exhalavit, Wal- singhamus refert (b) his verbis: Hos anno in ecclesia de Edelygh Wintonensis diœcesis, & decanatu de Aulton, in die palmarum post prædicationem cujusdam sacerdotis li- terati, Joannis de Vesca nomine, mulier quædam Joanna coram populo a juventute sua corpus suum libidini & obscenitati fuisse expositam, ac alia facinora lachrymabiliter confessa est inaudita; obnixè flagitans pœ- nitentiam a sacerdote prædicto sibi imponi salutarem. Sacerdos quoque de divina mi- sericordia confidens, post sacra scripturæ nominata * . . . ne desperaret, sed in Do- mino, peccatores ad pœnitentiam misericor- diter expectante, spem poneret sex dierum in * pane & aqua in suorum remissionem * dixit delictorum. Illa quoque pœnitenti- am suorum respectu facinorum parum fore seu nihil asserente, pœnitentiam qua- lemque agere possit sibi * jungi suppli- citer exoravit. Ille vero, diebus postea tribus in petitione muliere perseverante, in expiationem omnium peccaminum suorum in- dixit jejuniu. Prostrata vero illa coram imaginibus ecclesiæ flens & ejulans, ac pre- ces ad Deum devote fundens, pronamque in terra se prosternens, in corporis Christi elevatione exanimis & albissima est reper- ta. Traducit illustre hoc divinæ miseri- cordiæ in peccatricem exemplum, ut inane commentum, vir hæreticus, qui nos- tas Walsinghamo in margine apposuit, utpote cui ex insita ab hæresi impietate Christiana pœnitentia non placeat. Sed auctori potius quam notularum scriptori fidem adhibendam, cordatus lector agnoscat. Subjicit aliud diversum Wal- singhamus divinæ justitiæ in mulierem impudicam exemplum, atque infelix mor- tis genus, cum illa dæmonis, qui speci- em amassit induerat, insidiis abjecto divi- no timore deludi se passa esset.

(b) Vual- sin. hist. Angl. in Eduard. III.

Insignis pœnitentis contri- tio.

* exempla.

* jejuni- um.

* indixit.

* miangi.

LIX.

Novi hæ- retici pul- lulant:

(c) An. 1.

p. 1. ep.

com. 909.

910.

(d) To. 1.

ep. sect.

344.

(e) Ep.

410.

(f) Ep.

274.

(g) An. 1.

p. 1. ep.

com. 763.

(h) To. 1.

ep. sect.

462.

(i) Ep.

441.

Emergebant in ecclesia varia hæreseon genera, quæ humani generis hostis spar- serat: grassabantur enim in Hibernia Ma- gi (c): Waldenses (d) in Gallia Lug- dunensi; in Italia Fraticelli (e) aliique impudicitia effrænata dediti: (f) Schilma- tici in Germania (g), in Dalmatia (h) & Bohemia (i) alii, qui novos errores simplicibus affabant. Pugnavit apostoli- co zelo adversus hæc monstra Pontifex, ac Regum & principum potentiam, opem magistratum, episcoporum zelum, cen- sorum fidei diligentiam ad ea abolenda imploravit. Atque in primis adversus non- nullos scelestissimos homines, qui pactum

cum morte & inferno inierant in Hiber- nia, ac divino Numini terga verterant, edoctique fuerant a dæmonibus Eucharis- tiæ nullum cultum exhibendum (tantis doctoribus nostrorum temporum novato- res possunt gloriari) Eduardum Anglorum Regem incitavit (k).

(k) An. 1. p. 1. ep. com. 910. LX.

Charissimo in Christo filio Eduardo Re- gi Angliæ illustri.

Sicut nuper ad apostolatus nostri, prob- dolor! pervenit auditum, dum venerabilis frater noster Richardus episcopus Ossioren- sis suam diœcesim jure ordinario visita- ret, apparuerunt in medio catholici populi homines & eorum fautores hæretici, cœno pravitate hæretica labefacti, quorum quidam assererant Jesum Christum fuisse ho- minem peccatorem, & jure crucifixum pro suis extitisse peccatis. Alii vero, factis per eos homagiiis dæmonibus & eis sa- crificiis impensis, ad dictorum informiti- ones dæmonum de sacramento Corporis Chri- sti aliter sentiebant, quam de illo catholi- ca & Romana ecclesia sentit, dicentes non esse colendum, nec adorandum ullo modo sacramentum præfatum; & etiam asseren- tes, quod decretis & decretalibus, etiam mandatis apostolicis, credere vel obedire minime tenebantur; nec non ad consulen- dum dæmones in agendis juxta ritus & sectas gentiliæ & paganorum, spreto ec- clesiæ catholice sacramentis, Christi fide- les suis superstitionibus attraxerunt. Hæc profecto labe hæretica intermixta fide- lium cœtibus sedat illos: hic morbus sui pudore contagii proximos fideles inficit ab- hærentes; & hoc pestiferum aconium ser- pens interimit animas illius pestilentia in- fectorum. Unde cum, sicut accepimus, in eadem Hibernia & regno aliaque terra tui domini Angliæ non sint inquisitores hæ- reseos, nec ex officio inquisitionis suæ pra- vitatis hæreses ibidem inveniri & puniri soleant, propter quod jura & privilegia inquisitionis ejusdem pravitate incognita, & iniustata tibi existere dignoscuntur; ad tui favoris clypeum, fili charissime, in quo splendor longe lateque irradiat fidei orthodoxæ, velut ad strenuissimum Chri- sti & ejusdem fidei pugilem pro hujusmo- di pravitate & ejus cultoribus confunden- dis & extirpandis recurrit sancta mater ecclesiæ confidenter.

Quapropter serenitatem regiam attente requirimus, attentius exhortamur in Do- mino, & obnixius deprecamur, cum in ful- cimentum ecclesiasticæ potestatis temporalis fortitudinis sit gladius institutus, quate- nus pro divina reverentia, honore ipsius fidei & populari salute, tam justitiano tuo Hibernia prælibata, quam ceteris ministris tuis per ipsam Hiberniam constitutis, dare cures pervigil ferventer & efficaciter per tuas literas in mandatis, ut dicto episco- po ceterisque antistitibus Hiberniæ supra-

(k) An. 1. p. 1. ep. com. 910. LX.

Dæmo- nes nefa- rium do- gma de Eucharis- tia pro- pagant.

Inducunt gentilitio- nis ritus in Hiber.

Monitus Rex Eduard. ut hæc mala comprimat.

dictæ, quotiens & quando ab eis fuerint requisiti, viriliter & potenter assistant au- xilio brachii secularis ad capiendum, pu- niendum, & extirpandum præfatos hære- ticos, & alias hæreses in illis partibus no- viter pullulantes; ac etiam ceteros creden- tes, fautores, receptatores, & defensores eorumdem hæreticorum juxta canonica in- stituta, quæ etiam ad præfidentes regimi- ni regni, provinciæ, sive loci obligant, & asstringunt. Ex hoc enim æternæ majesta- ti offeres gratitudinis debita holocaustum, fidem exaltabis eandem, sanctam ecclesi- am honorabis, requisitioni, exhortationi, & deprecationi nostris hujusmodi acquie- scens, tuque regalis nominis titulus extolletur altius, & continuus tibi prosperi- tatis & salutis proveniet ususfructus. Da- tum Avin. VIII. idus novembris. anno 1.

(a) An. 1. p. 1. ep. com. 909. Osorien- episc. a re- gis ad- ministris male ha- bitus.

LXI. (b) Ib. ep. com. 742. 704. Boem. Rex ad Hæreticos excinden- dos exci- tatus.

(c) Ead. p. 1. ep. com. 743. Religio- sari com- pimentum hæretici- vant epem- ram. (d) Ib. 1. ep. 767. (e) Ib. ep. 742.

tia conspicuos, quos summum studium in excindenda e Boemia novarum hære- seon lue collocare jussit, de hæreticorum fraudibus impiis his verbis conquestus. Dolentes accepimus, quod in civitate, & diœcesi Pragensi adeo hæreticæ infidelitatis diversimode error invaluit, quod ibidem quamplurimi a via veritatis prorsus aver- siones post devium falsitatis, ac se ipsos diversis & variis hæresibus maculantes, pestiferas ad concutiendum orthodoxæ mu- rum fidei machinas construunt, molientes ipsos fallacium argumentationum dolosus, falsis, & vulpinis impulsibus demoliri, &c.

Fidei censori studia episcopi Pragensis ac præsulum provinciæ conciliare nifus est Pontifex, hosque gravissime monuit (g), ut pastorum munere strenue fungerentur, impioque comprimerent. Olomucensis præterea episcopus ceterique ecclesiastici præcipui autoritate in eâ provincia Petro & Nacterac Minoritæ operam explica- re jussi. Eruperant ii hæretici ex Germa- nia, quam Ludovici Bavari patrocini- o, ut superius vidimus, admodum inquina- rant; atque inde ad Boemiam ac finiti- mas provincias inficiendas excurrerant, ut hisce verbis deplorat Pontifex (h): (b) Ib. ep. 763. Cum, sicut accepimus, in regno Boemiæ ho- stes crucis de remotis tam Alemanniæ, quam circumpositis regionibus frequenter latenter simplices & catholicos dicti regni, inficere, atque a veritatis lumine detinere fallacium argumentorum impulsibus moliantur. Labo- rabat eadem lue Dalmatia: ad quam expurgandam a Benedicto archiepiscopus Spalatenfis (i), ac Traguriensis (k) & Sinimensis (l) episcopi summo conatu in- cumbere, fideique censes ad justis hæ- reticos pœnis afficiendos sua autoritate fulcire jussi.

LXII.

(g) Ead. p. 1. ep. com. 741. Hæretici grassan- tur in Germa- nia.

(i) To. 1. ep. sect. 462. (k) Ib. ep. 463. (l) Ib. ep. 464.

Solicitatus (b) quoque Joannes Boe- miae Rex, ut potentiam ad prosternendos hæreticos, qui simplices pestiferis irre- tiebant erroribus in Boemia, convertere- ret; datum enim principibus Christianis a Deo gladium, ut pro retinendo fidei splendore exerant ad imperia sacerdotum: potentia, inquit, secularis & præsertim catholicorum Regum & principum, cujus- cumque sint præminentia, dignitatis au- stas, materialis gladius in firmamentum ecclesiasticæ potestatis institutus existit tam- dicitur quam humanus, provisione vi- delicet canonica & civili; ut qui judicium vel censuram ecclesiasticam dæmnabiliter vilipendant, per brachii temporalis auxilium potentialiter compellantur. Est ergo exer- cendus promptus ipse gladius & vigorosus exercendus contra quælibet hostes crucis dominicæ: ac non minus, sed potius contra hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum, qui Majestatem æ- ternam periculosus offendere non expavent. Accendit Pontifex aliis literis (c) prin- cipem Carolum Boemici heredem sceptri, cui sua virtute imperiale conjunxit, ut fidei censes sua autoritate ad insectan- dos hæreticos fulciret: tum regiæ Boe- miæ procuratorem (d). Instituit vero in Olomucensi provincia Petrum (e) Nac- terac Minoritæ, & in Pragensi Gal- hum (f) & Novocastro ordinis Prædicato- rum inquisitores, viros virtute & scien-

In Italia vero serpebat, præcipue a- pud Reatinos, impura hæresis, quæ ad laxandum in omnes voluptates frænum cupiditati favebat, Dulcinistarum se- ctæ affinis. Pontifex enim de Zoppio Reatino locutus, quem a causarum fidei cogni- tore ait comprehensum, subdit hæc ver- ba (m): Dogmatizantem quandam pericu- losam hæresim, cujus speciem per ipsum nobis expositam inserere præsentibus causa honestatis ad præsens omittimus, in illis partibus, præsertim civitate Reatina, qui- busdam saibana ministris procurantibus.

Dulcini hæresis repullu- lat.

(m) Ep. 574.

Dum voluptatum illecebris alios dæ- mon in exitium trahebat, alios pietatis specie deludere nitebatur. Aucupati ec- clesiarum populorum ab ecclesia defectione occasionem Fraticelli, vires omnes ad sub- ornandos fideles collocabant (n); cum Benedictus, qui ante adeptum pontifica- tum sub Joanne commentarios in eos scri- pserat, in quibus eorum argumenta dis- solvebat (nonnulla ex iis decerpit Ay- mericus (o) quibus Pegna notas accura-

LXIII. Fraticel- lorum in Ecclesi- am impi- conatus. (n) Ep. sect. 410. (o) Ay- mer. in divest. in- quis. p. 2. 9. 17.

(a) Pagn. comment. 42. in 9. 17. (b) To. i. ep. fecr. 410. & ab ep. 411. ad 419. Waldensium genera in delphinatu. (c) Ib. ep. 422. ad 431. (d) Ib. ep. fecr. 344. (e) Ibid. ep. 345. (f) Ib. ep. 346. (g) Eod. to. i. ep. fecr. 458.

Patriarcha schismaticus Cretam inficeret molitur.

(b) Super ep. 458. Feli jubetur a Venetis.

LXIV. Ecclesiasticus ordo in Hisp. fœdatus impudicitia.

(i) Eod. to. i. ep. fecr. 86.

tās adiecit (a) ut ecclesiam ab impiis hypocritis liberaret, Piceni, Æmiliæ, ducatus Spoletani, marchie Tarvisinæ, Etruriæ, Infubriæ, Siciliæ, ac Trinacriæ fidei censores (b) in illos animadvertere, earumque provinciarum archiepiscopos, episcopos, & alios ecclesiarum præfules operam ac zelum conjugere iussit. (c) Aliud autem improbiſſimum hereticorum in Gallia Lugdunensi genus serpebat, Waldensis nimirum sectæ impii homines: ad quos abolendos a Benedicto episcopus Valentini incitatus (d), censoris fidei zelum explicare iussit, denique Humbertus (e) delphinus Viennensis & Ademar (f) e Pictavia, ut ad excindendas eas mali reliquias potentiam adhiberent, sunt admoniti.

Nec modo ad hæreticorum, verum etiam schismaticorum nefaria consilia elidenda navata est a Pontifice opera (g). Miserat in Cretam Græcus patriarcha Constantinopolitanus (Latinus erat Gontius, quem hoc anno Benedictus XVIII. kal. julias illi ecclesie fundto vita Cardinale patriarcha cui Cardinalis nomen erat præferebat) episcopum schismaticum, ut eos populos inficeret. Cum vero is rei catholicæ perniciem afferret, ac multa impie gererent, inter quæ legem de gradibus confanguinitatis ad plurium gratiam temere solvere gloriaretur; Pontifex Franciscum Dandulum ducem ac senatum Venetum exoravit, (b) ut nefarium hominem pelierent, fideique dignitatem tuerentur: Vobis equidem filii, inquit, ac saluti & honori vestro convenit, quod in eadem insula & terris dominio vestro temporali subiectis honor ecclesie Romanæ prædictæ servetur debitus, & fidei catholice cultus expulsi erroribus ampliatur. Dat. apud Pontemforgiae Avin. diœcesis XIII. kal. aug. an. i.

In Castella impuritas libidinum ecclesiasticos ac laicos infecerat, ac plerique vitam inquinatissimam, abjecto omni pudore, ducebant. Contrahebantur passim vitæ nuptiæ, patrabantur adulteria: effrænata licentia concubinas induxerat; potentiores imbellium opes diripiebant, ac sæpe incendiis in eos, quos habebant exosos, grassabantur. Quæ mala ut emendaret Pontifex, Christianamque restitueret disciplinam, subjectas literas ad Castellæ ac Legionis antistites dedit (i).

Benedictus, &c. archiepiscopis & episcopis in regno & terris Alfonsi Regis Castelle constitutis. Non sine displicentia magna & mentis turbatione percepimus his diebus, quod nonnullæ persone tam ecclesiasticæ quam seculares illarum partium, etiam in dignitatibus & aliis ecclesiasticis & secularibus præminentis constitutæ ad quedam horrenda & detestanda in suarum animarum periculum & aliorum perniciem suas dam-

natas non metuentes, insigante diabolo qui saluti humane invidet, dirigere actiones, adulteria, incestus, & contubernia committere, nefarias & incestuosas nuptias contrahere, seu potius præsumere: deprædationes, incendia, & rapinas, ac exactiones illicitas, aliaque similia, ex quibus divina majestatis graviter offenduntur oculi, præcepta transgrediendo divina, statuta canonica, & salubres ordinationes sanctæ matris ecclesie contemnendo, patrare ausibus damnandis & temerariis non verentur. Supponimus equidem indubie, quod si cubitores perfidi Mahometi, qui vicini in partibus illis existere dignoscuntur, puritati vitæ prælatorum & aliorum Christianorum aliis præfidentium nequirent voraciter detrabere sic licentur, infideles ipsi Christum dominum nostrum blasphemare, cultum Christianæ religionis vilipendere, ac Christianos invadere in eisdem partibus non auderent; nec Deus, in quo est totius misericordie plenitudo, fideles suos, si eum præmissis & aliis nequaquam tam turpiter provocarent offensis, ab eisdem infidelibus sic dure affligi permetteret & vexari.

Quocirca fraternitatem vestram rogamus, monemus, & in Domino attentius exhortamur, vobis nihilominus in virtute obedientie strictius injungendo mandantes, quatenus considerantes attente, quod manum, quæ sordes alienas diluit, expedit esse mundam; status vestros discutientes primitus, & si quidem vobis forsitan, quod Deus avertat, indecens fuerit, abiicientes omnino; circa reformationem morum, & correctionem debitam excessuum subditorum, inserendo virtutes, ac præmissa & alia vitia viis & modis, quibus salubrius & melius faciendum fuerit, extirpando, operosum per vos & alios curetis diligentiam adhibere, &c. Dat. Avin. IV. id. martii anno i.

Monitus etiam Castellæ Rex (k) ut ad excindenda laicorum vitia, qui contempno matrimonio in concubinaris & adulteriorum cœno volutabantur, atque innoxium fundebant cruorem, & rapinas exercebant, regiam auctoritatem admoveret.

Charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ illustri.

Quanto te, fili charissime, regnumque tuum ampliori dilectionis affectu prosequimur, tanto ea per quæ majora pericula & scandala tibi & regno prædicto proventura formidantur probabiliter, cautius & studiosius ibidem cupimus evitari. Sane ad nostri apostolatus auditum perduxit rumor implacitus & infestus, & ad diversas mundi partes etiam vulgata nimium, probdolor! infamia dicitur pertulisse, quod nonnulli regni prædicti nobiles & magnates, nec non & quamplures inferioris status alii, eorum exempli ducti perniciem, Deum offen-

Vitia in Castella pullulantia.

Pontificia pro eis expurgandis monita.

LXV. (k) Ib. ep. fecr. 180.

offendere, famam suam lacerare crudeliter, seque ac status suos gravibus exponere periculis non verentes, concubinatibus, adulteriis, & (quod est horrendum amplius) incestibus aliisque fœditatibus carnalibus, utique damnatis & illicitis, contemptis matrimonii legitimis, abutuntur; & abjecta justitiæ regula, quæ pacis conservatrix existit, ad rapinas, violentias, & homicidia, non absque gravi Dei offensa & læsione proximi, impias extendere non metuunt manus suas. Ex quibus turbationes in partibus illis insurgunt & scandala; & Agareni perfidi regno prædicto vicini, Christianorum contemplantur turpitudines, violentias, & injustitias, se audacius erigunt in blasphemiam nominis Christiani, & deducunt eos propter præmissa nihilominus in contemptum, persecutiones & oppressiones adversus Christianos, Domino permittente, multiplicantur propter peccata & scelera hujusmodi provocato.

Cum autem te, fili dilectissime, talia in offensam summi Regis in regno & terris tuis ferre non deceat nec expediat, maxime quia tibi, qui præesse regali dignitate dignosceris, possent a Domino, si manum correctionis non apponeret, imputari; & est verendum quamplurimum, quod si detestanda sordes carnales & talia prædicta non abstergerentur, sed continuarentur [quod absit] divina potentia, in cujus proprium committuntur, gravius irritata ultricem terribiliter & irremediabiliter, sicut alias quasi similibus peccatis exigentibus ibidem contigit se dicitur, extenderet manum suam; excellentiam rogamus regiam, & in Domino attentius exhortamur, per viscera misericordie Dei nostri & sub obsecratione divini iudicii eandem nihilominus obsecrantes, quatenus ultionem divinam in hac parte per correctionem & emendationem condignam præventus, tam de domo regia, si quid forsitan contagionis vel culpæ de prædictis fuerit, quam de regno & terris tuis fœditates & sordes, aliaque prædicta abstergi ac totaliter exulari, quantum ad te pertinuerit; ac casta & legitima matrimonia juxta divine & humane legis præcepta honorari facias & servari; raptos, violatores, & homicidas a rapinis & oppressionibus pauperum & itinerantium ac aliorum per viam justitiæ nihilominus taliter coercendo, quod Rex a reſto & justo regimine merito possit dici; ac per hæc & alia facta, virtuosa & commendabilia, statum regni condecorantia, Regem æternum, per quem regnas & regeris, tibi propitium constituas, qui tibi honorem concessum conservet & ampliet, diesque tuos in longa proroget tempora, & tandem post decursum vitæ præsentis instabilis de terreno ac temporali regno, quod obtines, te feliciter, meritis tuis exigentibus, ad gloriam promoveat sempiterni. Dat. Avin. XI. non. maii an. i.

Castellæ Rex monitus, ut excindendis e regno sceleribus det operam.

Objectus divinæ ultionis terror.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

Ad abolendos quoque nefarios abusus qui irrepserant, Joannem episcopum Anagninum suum in Urbe vicarium, ac Philippum e Cambarlhaco iussit (a) animadvertere in eos, qui cum a peregrinis e remotioribus oris ad lustranda limina Apostolorum accedentibus interpretes adhibiti essent ad sacras exhomologeses, contentium crimina evulgabant, vel ad extorquendas pecunias illa se in publicum edituros minitabantur: Quia, inquit, pro confessionibus laicorum, qui de barbaris nationibus ad urbem eandem causa devotionis proficiscuntur, sæpius tales interpretes deputantur, qui confessiones ipsas quandoque damnabiliter & periculose detegunt, interdum ne hoc faciant, vel ex aliis causis illicitis extorsiones recipiunt præsumptione damnabili a barbaris supra dictis, nos talia merito detestantes, & attendentes nihilominus, quod officium supra dictum, & omnia illud contingentia magna debent puritate clarere; ac propterea volentes, quod interpretes tales & taliter de cætero eidem officio deputentur, quod per eos potius decori & fulciri, quam vilipendi & vituperari valeat in animarum salutis dispendium; discretioni vestræ per apostolica scripta committimus, &c. provinciam ipsi dat ut in illos, qui eo scelere se inquinant, sine iudiciorum forma ac strepitu inquirant, sedemque Apostolicam, ut coercantur, faciant de re tota certiores. Dat. apud Pontemforgiae Avinionensis diœcesis kalen. septembris an. i. Consultum est huic rei institutis in urbe ab Apostolica sede penitentiariis, quorum singuli varia idiomata callerent. Addendumque hic vitium est, in rotulo pergameno (b) inter alia, quæ in supplice libello porrecto pontifici Olavi archiepiscopi Vpsalensis petita continentur, hæc reperiri: Cum idioma illorum trium regnorum, Dacie scilicet, Sueciæ & Norwegiæ adeo sit ab omni alio idiomate extraneum & distinctum, quod nec ab Alemannis possit intelligi etiam in communibus, nec vententes de illis partibus ad curiam potest quoquomodo, nec per interpretes ut plurimum minus providos confiteri, qui etiam ut sæpius vix inveniuntur: & ideo pluries coguntur vel defectuose nimis confiteri, vel etiam sine confessione redire de fonte misericordie tamquam de venia desperati; supplicat prædictus archiepiscopus & suffraganei sui humiliter & devote, quatenus animarum salutem paternè consulendo, regnis prædictis providere dignemini de penitentiario illius lingue, sicut habere consueverant ab antiquo, & illi sicut aliis vestræ sanctitatis penitentiariis stipendia ministrare.

Consulturus porro Benedictus etiam ecclesiarum splendori, qui facile obsolefcebant, cum alienæ fidei commendatæ essent, omnium sacerdotiorum commen-

LXVI.

(a) To. i. ep. fecr. 505.

Comprimi iussi a Pont. infidi exhomologeseon interpretes.

(b) Rotul. perg. arch. Vat. inser. Petitiones pro D. Olavo archiep. Upsalens.

Penitentiarii linguarum septentrionalium periti expetiti.

LXVII.

Commendatæ abrogatæ.

- (a) An. 1. p. 1. ep. cur. 34. (b) Gesta B. n. apud Bosguer. (c) Ptol. Luc. in hist. eccl. MS. l. 24. 643. (d) An. 1. p. 1. ep. cur. 35.
- das, ut vocant, rescidit, (a) Cardinales tamen pristino privilegio potiri voluit; de quo vitæ illius gesta hæc referunt (b): *In consistorio publico primo vel secundo, quod tenuit, revocavit omnes commendas factas per prædecessores suos de ecclesiis cathedralibus & abbatibus quibuscumque personis, Cardinalibus & patriarchis dumtaxat exceptis. Eadem tradit Ptolemæus Lucensis (c) qui plura a Benedicto hoc anno ad restituendam disciplinam ecclesiasticam recenset his verbis: Item iv. idus januarii in consistorio suo, quod habuit, licentia omnes prelatos & curatos, ut post festum purificationis irent ad sua beneficia: alioquin juris remediis uteretur erga eos, nisi causam legitimam standi haberent in curia, quam insuper scire volebat ab eis. Et infra: Item pridie kal. junii Benedictus Papa revocavit in consistorio omnes commendas per suos prædecessores factas, exceptis Cardinalibus, quorum commendas nondum revocavit. De ejusdem severitate in coercendis fraudibus hæc habet: Papa intellexit, quod quidam de suis familiaribus, tam clericis quam laicis, petitiones signabant ut Papa, & eas sic signatas cum aliis per Papam signatis misuerunt; & sic in cancellaria transibant cum veris petitionibus: quos Papa capi mandavit mense prædicto circa festum crucis sanctæ exaltationis.*
- Ejusdem Pontificis integritatem in juribus præfulum non præripiendis commendat idem author: *Item xv. kal. januarii Papa Benedictus revocavit omnes gratias factas a suis prædecessoribus illis, qui nondum jus in re habebant, &c. Interjectis nonnullis Ptolemæus Lucensis MS. historię suæ ecclesiasticæ imponit finem, cui temporis notam his verbis adijcit: Finitus est liber iste anno Domini MCCCXXXVII. die xiv. januarii [1]. De restituto porro in pristinum statum conferendorum sacerdotiorum jure iis, ad quos spectaret, extat diploma (d): quo tamen creandi Rodiorum equitum supremi magistri potestatem sedi Apostolicæ, ut pericula ex equitum*

diffensione imminencia anteverteret, referavit. Si quæ vero sacerdotia justas ob causas reservanda fuerint, in iis conferendis viris idoneis virtutibus excultis admodum religiosum circumspèctumque extitisse, narratur subiectis verbis in MS. Vaticano (e): *Hic justus & durus erat: beneficia, quæ dispositioni sedis Apostolicæ reservavit, vix conferre voluit, timens ut dicebatur, ne conferrentur indignis.*

Explicuit etiam apostolicas curas Pontifex, ut clerum & religiosos viros, Benedictinos præcipue, Augustinianos, Cluniacenses, Præmonstratenses, ad sanctiorem vitam revocaret. Commisit (f) iraque provinciam magistro Arnaldo e Verdala & Hedefio Elestenis diocesis decano ecclesiæ S. Pauli e Fenolestio, ut Narbonensis & Arelatenis archiepiscopatum ecclesias cathedrales & collegiatas ac memoratorum ordinum domos lustrarent, & componerent quæ male constituta essent. Cum vero docuisset experientia, plures turbas in religiosis ordinibus excitari a nonnullis inquietis hominibus, qui ab aliqua sacra familia ad aliam transfugerent, præcepit ne quis e mendicantium sodalitiis ad Benedictinorum vel Cisterciensium familias admitteretur. Temperavit etiam optimis legibus Cisterciensem ordinem, ut in eo pristinum sanctitatis splendorem restitueret, eaque dere apostolicum abbatibus ad solemnia comitia congregatis diploma transmisit (g), ut illud promulgarent, eosque ad fundendas preces, ut ipse ecclesiæ optime præesset, sollicitavit. Hauserat in ea religiosa familia Benedictus vitæ sanctioris spiritus, atque in Bolbonensi monasterio, in quo fuerat ad pietatem excultus, suæ benevolentię ac liberalitatis vestigia amplissima reliquit: *Monasterium, inquit vitæ author, (h) Bolbonense, in quo prius monachus extiterat, magnis & altis muris claudi & circum fecit cum suis magnis sumptibus & expensis.*

Præterea ad instaurandam basilicam principis Apostolorum, ac pontificia in Urbe

Integritas Bened. in conferendis sacerdotiis.

(e) MS. bibl. Var. sign. n. 3765. in Ben. xii. LXVIII. Restitutæ monasticæ disciplinæ opera. (f) To. 1. ep. fecr. 134. 135. 495. 499.

(g) Eod. to. 1. ep. fecr. 591.

(h) Gesta Bened. apud Bosguer. Instaurandis Urbis ecclesiis data opera.

- (a) An. 1. p. 1. ep. cur. 10. (b) To. 3. ep. fecr. 113. (c) Ib. ep. 146. (d) Ep. 117. 118. 119. (e) Ep. 120.
- palatia Joannem de Piscis misit (a) iisque judicium intendi iussit, qui vim auri a Joanne xxii. ad perducendum opus colatam in suos usus averterant, data eisdem idib. martii pontificatus anno tertio provincia, ut ligna pro reficiendis ecclesiæ Lateranensis factis tectis compararet; (b) Robertusque Siciliæ Rex (c) ac Sanctia Regina (d) & alii rogati, ut e regno ea educi sinerent. Denique fideles propositis indulgentiarum præmiis ad stipem in id conferendam excitati (e). Vaticanæ porro basilicæ tecta magno sumptu & o-

pere instaurata Benedicti magnificentia, referunt subiectis verbis ejus acta (f) *Ecclesiæ sancti Petri de Urbe pro tunc in Ben. a tectis valde demolitam & destructam fecit: per Bosguero & sumptuoso opere reparari, prout ad quædam ejus perpetuam memoriam in ea literis glossis & patentibus scriptum reperitur. Perfectum denique opus excurrente septimo pontificatus anno ut inscriptio docet: Benedictus Papa XII. Tolosanus firi de novo tecta hujus basilicæ anno ab incarnatione Domini MCCCXLI. Benedictus PP. XII. magister Paulus de Senis me fecit.*

NOTE [1] Annalista hic notat Ptolemæum Lucensem hoc anno historię Ecclesiasticæ finem imposuisse, eumque ad hunc usque annum vitam prorogasse censuit; sed errasse illum non ante multos annos demonstravit Muratorius, qui Scriptoris hujus historiam Ecclesiasticam, hucusque in pluteis insignium Bibliothecarum sepultram, evulgavit Rer. Italic. to. XI. luculentaque præfatione ornavit. Recitatur in præfatione illa Epistola viri clarissimi Josephi Saxii, qui ex annotatione apposita a viro docto novæ editioni Ughellii in Episcopis Torcellianis monet, anno 1328. datum legi a Joanne Papa episcopum Torcellianis Bartholomæum de Picalis, eumque Ptolemæo proxime successisse idem adnotator ex eo recte deducit; quod in tabulis Torcellianis ad annum usque 1325. monumenta extant Ptolemæi nomine signata; ex quo refutatur Ughellius, qui in ea sede susceptum Ptolemæo scribit Fr. Egidium de Gallutiis anno 1322. Ex his autem recte deduxeris Ptolemæum historiam suam ad annum usque 1335. profequi non voluisse; sed quod excurrit ab anno saltem ejus emortuali, adusque præsentem annum, alterius scriptoris additamentum esse. Quin & in Codice MS. Patavino, quo Muratorius usus est, vita Clementis V. his verbis clauditur: *Hucusque scripsit historiam suam Dominus Frater Thomas (nomen istud Scriptori nostro nemo veterum tribuit) Ptolemæus de Ord. Prædic. & non ulterius. Quæ autem sequuntur ex aliis fide dignis Historiæ scriptoribus... collecta sunt. MANSI.*

I. (a) Jo. Vill. l. xi. c. 47. & alii. Quæstio de animarum beatitudine ante resurrectionem.

(b) To. i. ep. secr. 407.

Adhibita in ea discutenda consilii maturitas.

II.

(c) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Ben. 12. Dirimitur a Ben. XII.

Diremit Benedictus XII. (a) eo singulari fultus Spiritus Sancti præsidio, quod Petro & ejus successoribus a Christo domino promissum est, numquam ipsos in fidei quæstionibus decidendis aberraturos, ineunte anno millesimo a Virginis partu supra trecentessimum trigessimum sextum indictione quarta, veterem controversiam, quæ theologos antea in contrarias distraxerat sententias, an animæ a corporibus segregatæ, atque ab omni criminis labe puræ claro Dei intuitu ante universorum hominum & angelorum judicium potirentur. Quanta autem diligentia & consilii maturitate a Pontifice agitata sit hæc quæstio, ex subjectis literis datis (b) anno superiori dignoscitur.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Francie illustri.

Ut ad elucidandam, & determinandam veritatem circa opinionem illam, an scilicet animæ a corporibus exutæ ac purgatæ, divinam essentiam ante diem universalis judicii visione videant faciali, & quasdam alias opiniones & quæstiones ab ea resultantes, seu circa eam emergentes, nostrum & fratrum nostrorum ac tuum, fili charissime, quod circa hæc habuimus & habemus desiderium, ad laudem & honorem Dei, consolationemque fidelium possit melius & efficacius divina cooperante gratia adimpleri, & determinatio subsequi valeat Deo grata; ecce, fili dilectissime, quod nos cum nonnullis sacre theologie professoribus, dare intendentes circa hæc operam efficacem, a civitate Avinionensi, ubi propter concursus impediēbamur multorum, decessimus & ad castrum nostrum Pontifforgie Avinionensis diocesis, ubi nunc moram trahimus & intendimus trahere, maxime pro præmissis aliquo tempore, duximus declinandam, &c. Datum in eodem castro Pontifforgie VIII. id. julii anno primo.

Postquam accuratissime ea quæstio discussa fuit, a Benedicto demum pronuntiatum est certissime tenendum ab omnibus christianis, animas corporis exutas vinculis, atque noxarum omnium sordibus liberatas, cælesti felicitate, sanctissimæque Trinitatis intuitiva visione perfrui; pariterque sentiendum, infelices animas, quæ peccato lethali devinctæ obirent, inferorum suppliciiis mox ab obitu discerniari; de quo hæc MS. Vaticanum (c). Hic anno Domini MCCCXXXVI. & pontificatus sui anno secundo IV. kal. februarii decretalem, quæ incipit, Benedictus Deus in sanctis suis, &c. decisoria quæstionis seu altercationis, tempore domini Joannis inter theologos agitata de visione

faciali sanctorum ante diem judicii, quam idem dominus Joannes morte præventus non determinavit, sed indecisam reliquit, edidit & declaravit; videlicet quod animæ sanctæ, nihil habentes purgabile, statim ut decedunt, factem Dei vident: & publicari fecit, mandans sub poena anathematis & incursonis hæresis, ne quis contra hujusmodi determinationem dogmatizaret, aut crederet. Eadem repetunt vitæ Benedicti apud Bosquetum author & Ptolemæus Lucensis (d), cujus hæc verba sunt; Anno Domini MCCCXXXVI. pontificatus sui anno quinto Benedictus Papa in publico consistorio, quod habuit in palatio Avinionensi IV. kal. februarii, determinavit opinionem visionis essentialis, videlicet quod sancti in patria tunc clare vident & gaudent illa visione faciali & eadem numero, de qua loquitur Paulus in epistola sua: Tunc autem facie ad faciem; & contrarium sentientes puniri decrevit ut hereticos. Exigit dignitas controversiæ, ad quam maturius discutiendam anno superiori ad secessum Pontifforgiæ se contulisse vidimus, ut Apostolicum decretum (e) in medium adducamus.

Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Dudum tempore felicitis recordationis Joannis XXII. prædecessoris nostri inter nonnullos etiam theologicæ facultatis magistros super visione animarum justorum hominum post mortem suam, in quibus nihil erat purgabile, cum de hoc seculo decesserunt, vel si fuerat, jam purgatum fuerat ex toto, an divinam essentiam videant ante corporum suorum resurrectionem & judicium generale, & super nonnullis aliis orta materia quæstionis, ipsorum aliqui negativam, aliqui affirmativam, alii vero secundum suas imaginationes de visione divina essentia ab animabus hujusmodi diversa & diversimode ostendere nitentur, prout ex dictis, & scriptis ipsorum noscitur apparere. Et infra: Cumque idem prædecessor noster, ad quem prædictorum determinatio pertinebat, ad decisionem concertationum hujusmodi se pararet in suo consistorio publico, tam fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, quam prælatis & magistris in theologia, qui multi aderant presentes, injungendo districtius & mandando, ut super materia de visione prædicta, quando requirerentur ab eo, deliberate unusquisque diceret quod sentiret, tamen morte præventus, sicut Domino placuit, perficere illud nequivit; habita prius super prædictis sollicita examinatione, & diligenti deliberatione cum fratribus nostris, dictæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, de ipsorum fratrum consilio hæc

(d) Ptol. Luc. bist. eccl. MS. l. vi. c. ult.

(e) Ext. in bull. in Ben. 12. const. 4. & in direct. inquis. 2. p. c. 2.

III. Ut diu a Joanne fuerit agitata.

Decretum fidei a Benedicto editum.

in perpetuum valitura constitutione auctoritate Apostolica diffinimus, quod secundam communem Dei ordinationem animæ sanctorum omnium, qui de hoc mundo ante domini nostri Jesu Christi passionem decesserunt; nec non sanctorum Apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, & aliorum fidelium defunctorum post sacrum ab eis Christi baptismate susceptum, in quibus nihil purgabile fuit quando decesserunt, nec erit quando decedent etiam in futurum; vel si tunc fuerit aut erit aliquid purgabile in eisdem, cum post mortem suam fuerint purgatæ; ac quod animæ puerorum eodem Christi baptismate renatorum & baptizatorum, cum fuerint baptizati ante usum liberi arbitrii decedentium, mox post mortem suam, & purgationem præsumam in illis, qui purgatione hujusmodi indigebant, etiam ante resurrectionem suorum corporum & judicium generale post ascensionem salvatoris domini nostri Jesu Christi in cælum fuerint, sunt & erunt in cælo, cælorum regno, & paradiso cælesti cum Christo sanctorum angelorum consortio aggregatæ, ac post domini Jesu Christi passionem & mortem, viderunt & vident divinam essentiam visione intuitiva & etiam faciali, nulla mediante creatura in ratione objecti visi se habente, sed divina essentia immediate se nude, clare, & aperte eis ostendente, quodque sic videntes eadem divina essentia perfruuntur, nec non quod ex tali visione & fruitione eorum animæ, qui jam decesserunt, sunt vere beati, & habent vitam & requiem æternam, & etiam illorum, qui postea decedent, cum eandem divinam videbunt essentiam, ipsaque perfruuntur ante judicium generale; ac quod fructio hujusmodi divinæ essentia, ejusque fructio actus fidei & spei in eis evacuatur, prout fides & spes proprie theologicæ sunt virtutes; quodque postquam inchoata fuerit vel erit talis intuitiva ac facialis visio & fructio in eisdem, eadem visio & fructio sine aliqua intervensione seu evacuatione prædictæ visionis & fructiois continuata existit & continuabitur usque ad finale judicium, & ex tunc usque in sempiternum.

Deus nulla mediante creatura in ratione objecti videtur.

Fides & spes ex visione discussa. De pœnis inferni. (a) Armer. in direct. Barcin. in direct. Pegn. 2. p. direct. comm. 21. Alf. a C. l. 3. ad. her. verb. beatitud. her. 6. Barth. Medic. apud S. Th. 1. 2. q. 4. art. 5. & alii. (b) Eccl. MS. in bibl. Vat. sign. n. 4036.

IV.

perspicuis referentibus argumentis, & sanctorum auctoritatibus insignibus stipatum conscripsit: in quo etiam theologico more omnia, quæ allata fuerant, contraria argumenta dissolvit, & ad ea quæ offerrentur solvenda paratum se exhibet. Ex eorum plura decerpimus, quæ veluti annalium lumina producemus: & quæ si forte cuiquam prolixiora videantur, is facile veniam dabit, si ab aliis ampliolem tractationem ob rerum dignitatem desideratum iri perpenderit. Præteritis ergo septemdecim primis capitibus primi tractatus a nobis jam ante (c) delibatis, proximum his verbis conceptum est.

Quod animæ fidelium Christi perfectorum ante generale judicium cælum ingrediuntur, ubi Dei essentiam vident. Cap. XVII.

Quod animæ sanctorum & perfectorum vivorum, in quibus nihil est purgabile, ad cælum ascendant, ut ibi pro bonis operibus remunerentur etiam ante generale judicium, habetur ex dictis & sententia Apostoli. Ad Hebræos enim ix. cap. loquens de Christo dicit; quod tempore veteris legis in prioribus tabernaculo, quod vocatur sancta, sacerdotes semper introibant, sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia; hoc significante Spiritu sancto, nondum propulsum esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Per tabernaculum vero, quod dicitur sancta, in quod introibant sacerdotes continuo ritum sacrificiorum expletes, secundum glossam super illud ad Hebræos ix. Tabernaculum autem factum est primum; intelligitur præfens ecclesia, quæ recte dicitur tabernaculum, quia in eo militatur Domino antequam veniat ad cælum: tabernaculum enim proprie beligerantium est, sed tabernaculum, quod dicebatur sancta sanctorum, quod est post velamentum, & dicitur secundum tabernaculum, est ecclesiæ cælestis, quæ velatur quandiu vivimus: & in hoc secundo tabernaculo, in quo introibat summus Pontifex cum sanguine semel in anno, introivit Christus verus & summus sacerdos semel in anno benignitatis, effuso sanguine in remissionem peccatorum, quando in interiora cæli introivit, januam paradisi ante clausam, fidelibus parulam faciens; unde, ut dicit glossa super illud eo cap. Hoc significante Spiritu sancto, nondum propulsum esse sanctorum viam, donec Christus veniat; nondum licebat ad cælestia homines introire. Post ejus etiam adventum adhuc inaccessible est mortalibus secundum corporis conditionem, ante vero etiam secundum animas: sed patienter expectanda est repositio, in qua etiam corporibus per Christum patebit in cælum accessus. Ex quibus verbis Apostoli & glossa habetur, quod

(c) Ann. 1335. n. 25. 26. Probatur animas sanctorum potiri divina visione.

Ut paradisi janua clausa fidelibus aperta sit.

ante Christi passionem nulli animæ humane patebat accessus ad cælum: sed postquam Christus, effuso sanguine suo in redemptionem peccatorum hominum, intravit in cælum, tunc propalata fuit via intrandi cælum animabus hominum electorum, & si nondum sit aperta corporibus hominum ante gloriosam resurrectionem: hæc autem porta cæli per Christum hominum electorum animabus aperta manet, & manebit aperta a Christi passione usque ad finem mundi, ut per eam electorum animæ in cælum intrare possint, dicente eodem Apostolo eadem epistola cap. x. Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: quam iniciavit nobis novam viam & velamentem per velamen, id est, carnem suam & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus, &c. Ubi dicit glossa: Habemus fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, id est certi sumus, quod intrabimus in sancta sanctorum caelestia per sanguinem Christi, quam viam, id est quem introitum iniciavit nobis Christus, qui primus ascendit: & per hoc certi sumus de nobis: viam dico novam, quia nullus ante illum intravit, & viventem, id est permanentem, perviam, quia postea nulli fidelium clausa fuit, & illam viam Christus aperuit, & perviam consecravit per velamen, id est per carnem suam, quæ dicitur velamen, quia ipsa caro celabat & velabat deitatem.

V. Nullum pie morientibus obstaculum in cælum obest.

Quia ergo viam intrandi cælum Christus aperuit animabus fidelium suorum, & illam viam perviam & apertam omnibus suis fidelibus conservat; ideo animæ fidelium Christi intraverunt, & intrabunt etiam ante corporum resurrectionem in ipsum cælum, dicente Beda primo libro super cantica, exponendo illud: Ideo adolescentule dilexerunt te nimis. Hac novi testamenti hereditas congruunt, qui proprie per lavacrum gratiæ adoptionis in filios Deo generantur, qui eo magis illum diligunt, quo majora illius dona percipiunt, ita ut mox soluti carne, si recte vixerunt, caelestis regni gaudia conscendant. Et eodem libro, exponendo illud: Nardus mea dedit odorem suum; Odor nardi fragrantiam designat bonæ actionis. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus, inquit, mea dedit odorem suum; quia cum Dei Filius in carne apparuit, ecclesia in virtutum fervore caelestium excrevit, non quia & ante ejus incarnationem spiritales ac Deo devotos viros non habuit; sed quia asque ulla dubietate tunc ardentibus se virtutum studiis mancipavit, cum regni caelestis aditum cunctis recte viventibus mox ut carnis vincula solverent, patere cognovit. Et sexto libro super cantica, exponens illud: omnia poma nova & vetera, dilecte mi, servavi tibi, dicit idem: Poma nova & vetera iusti sunt testamenti novi & veteris,

quorum nullus potuit, quamvis esset nimia sanctitate insignis, regni aditum caelestis ante incarnationem, passionem, resurrectionem, & ascensionem domini Salvatoris intrare. Dixit ergo ecclesia temporis illius, id est veteris testamenti, quæ nunc discretionis gratia synagoga vocatur. Omnia poma nova & vetera, dilecte mi, servavi tibi; ac si aperte dicat, scio certissime, quia nemo nisi per gratiam tuam potest salvari, nemo mortalium potest perfecte jam beatus fieri, priusquam tu mortalis effectus, iter vera beatitudinis ad caelestia pandas: illi autem, qui intrant in cælum, & caelestis regni gaudia conscendant, & perfecte & vere beati sunt, Dei essentiam vident, dicente etiam Apostolo eadem epistola ad Hebræos cap. ix. de Christo, quod ipse introivit in ipsum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Ubi dicit glo. Probat quod Christus mandavit caelestia, id est homines suo sanguine mundatos fecit, caelestes, id est caelestium participes: nam ipse per hostiam suam introivit in cælum pro nobis, & ita constat, quod nos sequimur. Ad quid autem introivit in cælum, ostendit dum dicit: Ut nunc, id est post consummationem, appareat vultui Dei, id est presentie Dei; pro nobis intertellet ibi, ubi Dei presentia videtur sicut est, & nos post se trahat ad eandem videndam.

Quod fides & spes secundum suas proprias rationes non manent in animabus sanctorum, Deum facialiter videntibus. Cap. 19.

Hanc autem Dei visionem, ad quam Christus nos trahit, fideles habebunt postquam finita erunt fides & spes, quæ durant in eis solum in vita presenti, dicente eodem Apostolo de spe ad Hebræos vi. Fortissimum solatium habemus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ intam ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introivit Jesus. Ubi dicit glossa, quod in omni aduersitate nos facit fortes ipsa spes beatitudinis, quæ est nobis proposita, id est omnibus oblata. Quam spem habemus sicut anchoram animæ: sicut enim anchora navem, sic spes tenet animam, ne mergatur in sâlo hujus mundi, consentiendo iniquitati. Anchora ergo spes est, quæ tribulationum impulsu non destruitur nec titubatur, quæ nos incedere facit, quia introducit nos in rem, scilicet usque ad interiora velaminis, id est ad interiorem & nunc velatam beatitudinem, quam nemo vidit, sicut est, in hac vita: ubi, id est in qua interiora Christus intravit pro nobis introducendis. Et ita patet, nos posse sequi ad hoc eum; ipse enim præcurrit, ut nos sequamur. Qui bene dicitur cursor, quia nulla culpa eum impedit; & præcursor, quia ante nos & pro nobis cucurrit, iuxta illud, quod Dominus dicit Joannis xiv. Vado

Interpretatio text. cantic. poma nova & vetera &c.

VI. Fides & spes desinunt in sanctis.

Comparatio spei cum anchora.

Vado parare vobis locum: & si abiero & præparavero vobis locum iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis. Sicut autem anchora navis necessaria est quandiu navis est in profunditate aquarum quia tunc per ventos & aquarum fluctus huc & illuc agitaretur, & quandoque si per anchoram non teneretur in certo loco, ad saxa vel terram percussus frangeretur; quando autem jam navis & nauta sunt in terra solida, usus anchoræ superfluous esset & onerosus; ita quandiu fideles sunt inter fluctus tentationum hujus sæculi, necessariam habent spem, ut in ea se firmiter tenentes a tentationibus hujus vita non superentur; sed postquam de hoc sæculo exierint, & ad portum regni caelestis pervenerint, in quo nullarum tentationum fluctus passura sunt, jam non indigent spe, ad quam se, ut ad anchoram teneant, quia sunt in terra firma vivorum, in qua vident bona Domini.

Ipsa autem spes manet in presenti vita, sicut & fides, dicente Apostolo prima ad Corinthios xiii. Nunc autem manent fides, spes. Ubi dicit glossa, quod fides & spes decedentibus, charitas permanebit aucta, cui fides & spes hic non possunt deesse: sed fides & spes sine charitate post sunt esse. Et ad Romanos viii. dicit idem

Apostolus: Spes quæ videtur, non est spes; nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. Et quod solum in vita presenti fides & spes manent in animabus electorum, quæ jam ad cælum sunt assumptæ, & in eis esse desinant post hanc vitam, dicit Augustinus in libro de gratia novi testamenti versus finem: Dei agricultura, Dei edificatio estis: hoc totum agitur cum in hac nostra peregrinatione fideles per dilectionem operantur: in futuro autem sæculo perfecta & plena charitas sine ulla malorum tolerantia non fide credit quod non videt, nec spe desiderat quod non tenet; sed in æternum veritatis incommutabilem speciem contemplantur, cujus sine fine quietum opus erit laudare quod amat, & amare quod laudat.

Et infra: Perfecta saturitas in illa vita æterna erit, cum ex ista peregrinatione, venerimus ex fide ad speciem, ex speculo ad faciem, ab enigmate ad perspicuam veritatem. Ubi clare Augustinus ponit quod solum in ista peregrinatione, id est dum in hoc mortali corpore sumus, fide & spe indigemus ad promerendum vitam æternam: sed hac peregrinatione finita Deum facie ad faciem videbimus, dicente eodem Augustino xiv. lib. de Trinitate cap. ii. Ista peregrinatione finita, qua peregrinamur a Domino, ut per fidem ambulare necesse sit, species illa succedet, per quam videbimus facie ad faciem, sicut modo, non videntes tamen, quia credimus, videre mere-

Augustini de eo auctoritas.

mur; atque ad speciem nos per fidem perductos esse gaudebimus; neque enim jam fides erit, qua credantur quæ non videntur; sed species, qua videantur quæ credebantur. Tum ergo & si vita hujus temporalis transacta meminerimus, & credidisse nos aliquando, quod non videbamus, memoriter recoluerimus, in præteritis atque transactis deputabitur ista fides, non in presentibus rebus semperque manentibus. Ubi clare dicit Augustinus, quod ista peregrinatione finita non manebit in sanctis perfecta fides; sed transibit, & succedet visio Dei.

Unde & idem Augustinus super psalmum CXIX. exponens illud: Hæc me, quia incolatus meus longinquus factus est; dicit: Multum a te recessi, peregrinatio mea longinqua facta est, quia nondum veni in patriam illam, ubi cum nullo malo victurus sum: nondum veni ad illam societatem angelorum, ubi scandala non timebo. Quare autem nondum ibi sum? Quia incolatus meus longinquus factus est: incolatus peregrinatio est, quicumque de caelesti Jerusalem peregrinatur: ibi malos est, nec recedere potest a malis, nisi cum redierit ad societatem angelorum, ut ibi sit, unde peregrinatur: ibi omnes iusti & sancti, qui fruuntur verbo Dei sine lectione, sine literis; quod enim nobis per paginam est scriptum, per faciem Dei illi sentiunt. Ista autem vox: Longinqua facta est peregrinatio mea; maxime eorum est, id est ipsius ecclesiæ, quæ laborat in hac terra. Et primo libro soliloquiorum cap. xiv. cum quaesivisset, an eum animam Deum videre, hoc est intelligere contigerit, ei sint necessaria illa tria, de quibus supra locutus fuerat, scilicet fides, spes, charitas: huic quæstioni respondens subdit: Fides quare sit ibi necessaria, cum jam videat? spes nihilominus, quia jam tenetur.

Charitati vero non solum nihil detrahatur; sed addetur etiam plurimum, nam & illam singularem veramque pulchritudinem cum viderit plus amabit, & nisi ingenti amore oculum infixerit, nec ab inspicendo uspiam declinaverit, manere in illa beatissima visione, non poterit: sed dum in hoc corpore est anima, etiam si plenissime videat, hoc est intelligat Deum; tamen qui etiam corporis sensus urantur opere proprio, si nihil quidem valent nisi ad fallendum; tamen nonnihil ad ambigendum: & potest adhuc dici fides ea, qua sit resistitur & illud potius verum esse creditur. Item quia in ista vita quamquam Deo intellecto anima jam beata sit, tamen quia multas molestias sustinet, sperandum est post mortem omnia ista incommoda non futura. Ergo nec spes, dum in hac vita est, deserit animam: sed cum post hanc vitam totam se in Deum collegerit, charitas restat qua ibi tenetur: nam neque dicenda est.

VII.

Sola charitas non minuetur da sed augenda in cælo.

eis nolimus vinci, numquam pugnare desinimus, nec viuentes securos faciunt viriliter jam defudata praelia, sed magis solent evitant aduersariorum recidiviva certamina: sed tunc est tentatio finienda, quando finitur & pugna: & tunc finienda est pugna, quando post hanc viam succedit pugnae secura victoria, ut omnes milites Christi, qui usque in finem vite presentis divinitus adjuti hostibus suis infatigabiliter resistunt, laboriosa jam peregrinatione transacta, regnent felices in patria, in qua humana natura ita reparanda est, & ab omni prorsus infirmitate sananda, ut nec peccata ei ultra remaneant: nec peccare jam valeat, cujus hoc erit totum premium, ut vite contemplativa semel composita effecta inexplicabiliter aurore beatitudinis sue conspiciat; de illo gaudeat, quod speravit obtineat, & in eo, quo sancte vivendo pervenit, sine fine permanent. Et cap. VII. idem dicit: Attende quam divine sanctus Apostolus speciem fidemque distinxit, ut diceret: Per fidem ambulamus, non per speciem. Fides est ergo, per quam ambulatur, & species per quam videtur: quia in hac vita, ubi per fidem bene vivendo proficimus, bonorum operum quodammodo passibus ambulamus; in futura pervenientes ad speciem, jam non erit quo velut proficendo ambulemus, sed ipsam speciem, ad quam per fidem spiritualiter ambulando pervenimus, insatiabili delectatione videbimus. Et infra.

Alia Ambrosii.

Et Ambrosius super: Beati immaculati; exponens illum verbum: Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo; ubi litera, quam exponit habet: Deprecor vultum tuum Domine in toto corde meo, dicit: Desiste hominis habere peccata, & videbis faciem meam; qui enim faciem meam videt, debet esse non pollutus, ideo ut in Dei appellationem possit excrescere communetur. Et quid Dei appellationem dicam? Esto angelus, hoc est divini minister imperii, obsequere mandatis Domini, cum fueris angelus videbis faciem Dei. Magnum est videre Dei vultum. Sed ipse Dominus ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Advertis quid a te exigatur, ut videas Deum, cum in te proposita sit prerogativa videndi Deum. Emunda igitur cor tuum, quasi novus creeris; renovato spiritu, omnes pollutas cogitationes de corde tuo abice: nihil sit quo tuus inquinetur affectus: simplex mens, pura sinceritas sit. Talibus Dominus, cum involucrem corporis deposuerint, demonstrare dignatur.

XI. Alia Augustini.

Et Augustinus in quodam sermone de vanitate hujus seculi dicit: Justa anima, cum separatur a corpore, non timet nec expavescit, sed magis cum magno gaudio egreditur, & cum exultatione pergit ad Deum, deducentibus se angelis sanctis: & ideo semper parati estote, ut quando Domini pre-

ceptum fuerit missum liberi omni labe peccati ad requiem transire possitis: post dominicum enim missum preceptum nec minus hora momentum conceditur in hac vita consistere. Cavete igitur ne in exitu vestro tristitiam faciatis angelis, & gaudium inimicis: scitote vero quia cum anima a corpore evellitur, statim aut in paradiso pro bonis meritis collocatur, aut certe pro peccatis in inferni tartara precipitabitur. Ubi clare dicit Augustinus, quod cum anima justi a corpore separatur statim cum exultatione pergit ad Deum, & quod in paradiso pro bonis meritis collocatur: pergere autem ad Deum in vita futura, & in paradiso pro bonis meritis collocari includunt Dei visionem per essentiam, dicens Augustinus XIV. lib. de Trinitate cap. XVI. Renovatur hic in agnitione Dei in justitia & sanctitate veritatis, & in his die in diem proficendo transfert amorem a temporalibus ad aeterna, a visibilibus ad intelligibilia, a carnalibus ad spiritalia, atque ab istis cupiditatem frenare atque minuire, illisque se charitate alligare diligenter insistit, in quo propectu & accessu tenentem Mediatoris fidem, cum dies vite hujus ultimus quemquam compererit, perducendus ad Deum est, quem coluit, & ab eo perficiendus excipitur ab angelis sanctis incorruptibile corpus in fine seculi non ad penam, sed ad gloriam recepturus.

Quid autem significet ista perfectio, qua perficiendus est, cum ad Deum perductus fuerit, subdit: In hac quippe imagine tunc perfecta erit Dei similitudo, quando Dei perfecta erit visio. Et xv. lib. de Trinitate cap. XXIV. dicit: Ad Agnum, qui tollit peccata mundi pertinentes, quando in fine hujus vite resoluuntur a corpore, cum in eis retinendis non habent immunda potestates, quas ille Agnus sine ullo ab eis peccati debito occisus, non potentia potestatis prius, quam justitia sanguinis liberavit: proinde liberi a diaboli potestate suscipiuntur ab angelis sanctis a malis omnibus liberati, & constituuntur purgati ab omni contagione corruptionis in placidis sedibus, donec recipiant corpora sua, sed jam incorruptibilia, que ornent, non onerent: hoc enim placuit optimo & sapientissimo Creatori, ut spiritus hominis Deo pie subditus habeat feliciter subditum corpus; & sine fine permaneat ipsa felicitas, ubi veritatem sine ulla difficultate videbimus, eaque clarissima & certissima perfruemur: nec aliquid quæremus mente ratiocinante, sed contemplante cernemus, quare non sit Filius Spiritus sanctus, cum de Patre procedat: in illa luce nulla erit quaestio. Ubi clare dicit Augustinus, quod in animabus fidelium Christi, qui Christum sunt secuti, cum a corpore egrediuntur, nullam habent immunda potestates retinendi eas; sed suscipiuntur ab angelis sanctis, & ad Deum per-

SS. morientium felicitas.

Ut potantur Trinitatis visione.

perducuntur ab omnibus malis liberati per Christum: a quo purgati ab omni contagione peccati & corruptionis constituuntur in placidis sedibus, donec recipiant corpora sua incorruptibilia. Quid autem in dictis sedibus agant, non solum post corporis resurrectionem, sed etiam ante; dicit quod ibi veritatem sine ulla difficultate vident, & ipsa clarissima perfruuntur, ubi videns Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & cognoscunt processiones divinarum personarum.

XII. Non solum post resurrect. sed etiam ante.

Sed ne ista auctoritas Augustini dubia videatur, quia dicitur forte, quod loquitur de animabus justorum post resurrectionem, quod tamen in veritate non facit, si diligenter attendatur; idcirco, ut ostendatur hoc esse de intentione Augustini, induco illud quod ipse dicit VIII. lib. de civitate Dei cap. XXXI. quod nos oneratos obrutosque peccatis, & a contemplatione sue lucis aversos, ac tenebrarum, id est iniquitatis dilectionis cecatos non omnino Deus deseruit, misitque nobis Verbum suum, qui est ejus unicus Filius, quo pro nobis assumpta carne nato atque passo, quanti Deus hominem penderet nosceremus, atque illo sacrificio singulari a peccatis omnibus mundarem, ejusque spiritu in cordibus nostris dilectione diffusa, omnibus difficultatibus superatis, in aeternam requiem, & contemplationem ejus ineffabilem dulcedinem venimus, que corda, que lingua ad agendas et gratias satis essent? Ubi clare dicit Augustinus, quod sanguine Christi ab omnibus peccatis mundati fideles Christi, & Dei dilectionem adepti, cum superaverint omnes difficultates hujus mundi, in aeternam requiem & in contemplationem ejus ineffabilem dulcedinem veniunt: constat autem, quod difficultates omnes, quibus fideles impediuntur, superantur cum Dei adjutorio per eos in hac vita; fides enim nostra est victoria, que mundum vincit, ut dicitur prima Joannis v. Et sancti per fidem vicerunt regna, ut dicitur ad Hebr. XI. Fides autem necessaria est pro vita presentis, dum a Domino peregrinamur, ut supra dicebatur. Et ideo, si superatis difficultatibus istis, quod sit in vita presentis, & mundatis omnibus peccatis, & charitate Dei accepta, que omnia sunt in vita presentis, vel per ignem purgatorii quantum ad mundationem peccatorum venialium, fideles veniunt ad requiem aeternam, & ad Dei contemplationem; manifestum est, ut videtur, quod ante generale judicium animae fidelium, & maxime perfectorum Deum vident. Et infra.

Hugonis auctoritas.

Hugo. II. lib. de sacramentis part. XVI. cap. IV. dicit: In igne ab initio mundi demonibus essentialiter cruciandis preparato, etiam homines maligni cum demonibus aeternam penam passuri sunt, quia eis in hac vita positi ad culpam confenserunt. Ann. Eccl. Tom. XXV.

Ad hunc infernum animae sceleratorum a corporibus egressae statim retrudi existimantur: sicut e converso perfectorum justorum, & qui ab hac vita purgati exeunt, sine mora ad caelum, ubi secundum humanitatem suam Jesus Christus in dextera Dei sedet in gloria, continuo deduci creduntur. Et infra: Boni, qui cum culpis de hoc seculo exierunt, quibusdam mansionibus detinentur, ne statim ad gaudia calorum ascendant: sed de perfectis bonis non dubium est, quin egredientes statim ad gaudia transeant.

Et Gregorius XIII. lib. moralium cap. XIV. exponens illud Job. XVII. Et rursum post tenebras spero lucem, dicit: Lux post tenebras speratur, quia post noctem vita presentis aeternum lumen percipitur: quia enim Auctoris nostri gratia redempti sumus, hoc jam celestis muneris habemus, ut cum a carnis nostrae inhabitatione subtrahimur, mox ad caelestia praemia ducamur, quia dum Conditor aut Redemptor noster, claustra inferni penetrans, electorum animas exinde eduxit, nos illuc non patitur ire, unde jam alios descendendo liberavit. Ii vero, qui ante adventum in hunc mundum venerunt, quantumlibet virtutem justitiae haberent, ex corporibus educti in suam patriam caelestis statim recipi nullo modo poterunt, quia necdum illo venerat, qui inferni claustra sua descensione solveret, & justorum animas in perpetua jam sede collocaret. Unde beatus Job & afflictionem sentiens, & adhuc differri retributionem justorum sciens, aperte subjungit: Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum: priores enim sancti & sustinere adversa poterant, & tamen e corporibus educti adhuc ab inferni locis liberari non poterant, quia necdum venerat, qui illuc sine culpa descenderet, & eos, qui ibi tenebantur ex culpa, liberaret. Et quia in ipsis inferni quoque locis justorum anima sine tormento tenebantur, ut & pro originali culpa adhuc illuc descenderent, & tamen ex propriis actibus supplicium non haberent, quasi in tenebris lectulum stravisse, & in inferno sibi requiem preparasse, dicuntur: grave enim iudicium electis fuit post solutionem carnis adhuc speciem non videre Creatoris. Et infra: Quia igitur tunc electi ante adventum Domini & in labore vite presentis se esse cernebant, & tamen post presentem vitam necdum caelestia bona percipere, multis cogitationibus urebantur. Et infra: exponens illud: Et patientiam meam quis considerat? dicit: Ipsa humani generis, que venit in fine mundi redemptio, ab iis, qui ab initio mundi praecesserunt, tarda credebatur, quia longo temporis spatio a caelestium remuneratione disjuncti sunt. Ubi clare dicit Gregorius, quod post Domini passionem per ejus gratiam habemus,

XIII. Et Gregorii.

ut statim cum a carnis in habitatione subtrahimur per mortem, mox ad caelestia praemia ducimur, nec permittimur duci ad claustra inferni: cuius contrarium contigit ante mortem Christi animabus electorum, qui tunc decesserunt. Ex quo etiam animae sanctorum patrum in inferno posita, licet supplicia non sustinerent, tedium tamen grave habebant, quia nondum poterant videre speciem Creatoris, id est divinam essentiam, nec praemia caelestia recipere: & ex hoc etiam urebantur, & tarda eis videbatur esse eorum salvatio, cuius contrarium nunc contingit animabus electorum perfectorum, quae statim, ut de corpore educuntur, ad Dei visionem & ad caelestia praemia perducuntur. Propter quod & illi, qui ab hora diei prima vel tertia laboraverunt in vinea, videntes quod illi, qui non laboraverant nisi ab undecima hora, acciperent aequale praemium cum ipsis, & quod post illos remunerati fuerant, dicuntur murmurasse contra patremfamilias, quia pares fecerat illos eis, qui novissima hora venerant, ut patet Matth. xx. & tamen illi, qui novissima hora venerant, non leguntur murmurasse; cuius diversitatis causam assignans idem Gregorius prima parte quadragesimae homiliae xix. dicit.

Ejusdem interpretatio de his, qui murmurasse dicuntur in acceptio- ne denarii.

Sed potest quæri, quomodo murmurasse dicti sunt qui saltem sero ad regnum vocantur calororum, etenim regnum nullus murmurans accipit, nullus qui accipit murmurare potest. Cui questionem respondens subdit: Sed quia antiqui patres usque ad adventum Domini, quantumlibet iuste vixerunt, ducti ad regnum non sunt, nisi ille descenderet, qui paradisi claustra hominibus interpositione suae mortis aperiret eorum, hoc ipsum murmurasse est, quod etiam & recte pro percipiendo regno vixerunt, & tamen diu a percipiendo regno dilati sunt: quod enim post peractam iustitiam inferni loca quamvis tranquilla susceperunt, eis profecto & laborasse fuit in vinea & murmurasse. Quasi ergo post murmuracionem denarium accipiant, qui post longa inferni tempora ad gaudia regni pervenerunt. Nos autem, qui ad undecimam venimus, post laborem non murmuramus, & denarium accipimus, quia post Mediatoris adventum in hoc mundo venientes, ad regnum ducimur mox, ut de corpore eximus, & illud sine mora percipimus, quod antiqui patres cum magna percipere dilacione meruerunt.

Quae autem sint regni caelestis gaudia, quae dicit statim percipere animas electorum, ut sunt exuta a corporibus, magis ipsemet declarat secunda parte quadragesimae homiliae xix. dicens: Quae lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernae civitatis quanta sint gaudia angelorum choris aeternae percipere, cum beatissimis spiritibus gloriae Conditoris assistere, praesentem Dei vultum cernere, incircumscriptum

lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuae munere laetari? Cum ergo dicat in praecedentibus auctoritatibus, quod animae perfectorum virorum mox, ut egressae sunt de corpore, perveniunt ad regnum caeleste & ad caelestia gaudia, illa autem caelestia gaudia, includant Dei essentiae visionem, manifestum est, ut videtur, quod electorum animae exuta corporibus Dei essentiam vident etiam ante iudicium generale.

Bernardus etiam in sermone de transitu S. Malachiae loquens de eo, dicit: Mors ipsa dilectis domini somnus refrigerii est, propheta testante, qui ait: Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Pessima quidem mors peccatorum, quorum & natiuitas mala, & vita peior: sed pretiosa est mors sanctorum tanquam finis laborum, tanquam victoriae consummatio, tanquam vitae saniae, & perpetuae securitatis ingressus. Congratulemur itaque, fratres, ut dignum est, patri nostro, quia & pium est defunctam plangere Malachiam, & pium est magis Malachiam congratulare viventi. Numquid non vivit & beate? nimirum visus est oculis insipientium morti, ille autem est in pace. Denique iam concivis sanctorum & domesticus Dei psallit pariter, & gratias agit dicens: Transitivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Transit plane viriliter & feliciter pertransiit. Et in epistola ad Ibernenses de transitu sancti Malachiae dicit idem: Exultandum nobis suggerit & latandum, quod tam potens nos patronus ad caelestem curiam, tam fidelis praecessit advocatus, cuius & ferventissima charitas oblivisci nequeat filiorum, & probata sanctitas obtineat gratiam apud Deum. Quis enim nunc Malachiam sanctum, aut minus posse prodesse, aut minus suos diligere audeat suspicari? Profecto cum diligetur prius, certiora nunc suae dilectionis adeo capit experimenta, & cum dilexisset suos in finem dilexit eos. Absit autem ut tua nunc, o anima sancta, minus efficacae aestimetur oratio, quando praesenti mundus supplicare est majestati: nec jam in fide ambulat, sed in specie regnat. Absit ut imminuta necdum exinanita tua illa tam operosa charitas reputetur, cum ad fontem ipsum charitatis aeternae percurras pleno hauriens ore, cuius & ipsa prius stillicidia stiebas. Ubi clare dicit Bernardus, quod mors sanctorum est finis laborum, consummatio victoriae, vitae saniae, & perfectae securitatis ingressus; & quod anima Malachiae vivit beate, & est conscia sanctorum & domestica Dei; & quod praesenti majestati Dei supplicat, nec jam in fide ambulat, sed in specie regnat; & quod ad fontem charitatis aeternae percurrat pleno eam hauriens ore: quae omnia clare significant, quod anima Malachiae Dei essentiam videt, & ipsa fruatur. Pro.

Bernardi auctoritas.

(a) Cap. 24. Argum. gravissimum ex verbis Christi ad latronem. (b) Cap. 25. Proximo capite (a) xxiv. Gregorii Papae, magistri sententiarum, & Hugonis auctoritatibus probat Benedictus, sanctorum animas Dei essentiam intueri ex eo, quod in Deo aliqua, quae hic aguntur, videant: confirmatque in cap. xxv. xxvii. Christi ad latronem vocem Hodie mecum eris in paradiso, perpendit, ac paradisi nomine non hortum, in quo sepulchrum, cum animae data sit pollicitatio; non infernum, ad quem anima Christi penetravit, cum carcer paradisi dici nequeat; non ipsam animam Christi societatem, cum anima Christi non sit regnum Dei, in quo beati, ut in fine suo conquiescant, felicitate cumulatifima potantur. Quid ergo a latrone petuit, quidve illi promissum fuerit, subjicit.

Oportet quod intelligatur per paradysum aliquid iucundum & laetum, quod consecutus est illa die latro: propter quod non locus corporalis, in quo anima Christi descendit, est intelligendus significari nomine paradisi, sed spiritualis. Iste autem locus spiritualis Deus est, in quo sanctorum anima cum immensa iucunditate latantur, & cum eo, ut Christus Deus est, anima latronis fuit, quia suam deitatem Christus latroni dicta die ostendit. Non enim anima Christi est regnum Dei, in quo beati, ut in fine sua quiescant & iucundantur, sed Christi deitas est tale regnum quod regnum petierat latro, quod potest ostendere cum vult, & quibus vult in quocumque loco fuit: Unde etiam in inferno patribus suam deitatem ostendit. Unde & Thomas in tertia parte summae q. lxxii. art. iv. ad tertium dicit, quod illud verbum, quod Dominus in cruce pendens dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiso; intelligendum est non de paradiso terrestri corporeo, sed de paradiso spirituali, in quo esse dicuntur quicunque divina gloria perfruuntur. Unde latro loco quidem cum Christo ad infernum descendit, ut cum Christo esset, quia dictum est ei: Hodie mecum eris in paradiso; sed praemio in paradiso fuit, quia ibi deitate Christi fruatur, sicut & alii sancti.

XIV. Dominus etiam Bonaventura in scripto suo supra tertium lib. sententiarum dist. xxxi. q. vi. in solutione ad primum articulum sic dicit: Ad illud, quod obijcitur de auctoritate Domini in Lucam: Hodie mecum eris in paradiso; dicendum quod, sicut dicit Augustinus hoc verbum exponens, paradysus ibi dicitur non locus empyrei, nec locus paradisi terrestri, sed ipsa Dei visio: ubique enim homo fit, dum tamen aperte videat, potest dici esse in paradiso. Hanc autem deductionem istius promissionis Domini facit Augustinus in lib. de

Quid paradisi voce promissum.

Promissa deitatis.

praesentia Dei ad Dardanum circa principium dicens: Cum Christum dicas hominem perfectum; non est autem homo perfectus, si vel anima carni, vel anima ipsa mens humana defuerit. Si igitur secum hominem, quem Verbum Dei suscepit, putamus dictum esse: Hodie mecum eris in paradiso; non ex his verbis in calo existimandus est esse paradysus, neque enim ipso die in calo futurus erat homo Christus Jesus; sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem. Et de carne quidem, quod eo die in sepulchro sit posita, manifestum est per evangelium; quod vero illa anima in infernum descenderit, apostolica doctrina praedicat: sed in sepulchro paradysum nullus intelligit; & sic si quisquam ita esset absurdus, ut hoc sepe conaretur, eo quod illud sepulchrum in hortulo erat, certe hinc ab ista opinione revocaretur, quia ille, cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso; nullo die cum Christo fuit in illo sepulchro, nec ejus fidei pro magno munere offerretur sepultura carnis, nihil gaudii vel doloris in morte sentientis, cum ille de requie, ubi sensus est, cogitaret.

Non sepulchrum, non infernus ea voce promissus.

Praestat igitur, ut si secundum hominem dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, in inferno intelligatur esse paradysus, ubi erat eo die futurus secundum humanam animam Christus. Utrum autem finis ille Abrahae, ubi dives impius cum in tormentis esset inferni, requiescentem pauperem vidit, vel paradisi censendus vocabulo vel ad inferos pertinere existimandus sit, non facile dixerim; non enim facile alicubi scripturarum inferorum nomen positum in bono invenitur. Ex quibus postea concludit, quod cum secundum hominem, vel ejus partes non possit rationabiliter intelligi, quod Dominus dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiso, quod intelligatur, quod cum eo erat futurus, oportet quod fuerit cum Christo dicta die secundum deitatem. Unde dicit quod sensus iste est multo expeditior, & ab omnibus ambiguitatibus liber, si non secundum id quod homo erat, sed secundum id quod Deus erat Christus, in sepulchro, secundum animam in inferno futurus erat: Deus vero idem ipse Christus ubique semper est; est enim virtus & sapientia Dei, quae attingit a fine usque ad finem fortiter. Ubi quicquid sit ergo paradysus, quisquis beatorum ibi est cum illo, ubi est, qui ubique est. Et infra: Recte dici potuit: Hodie mecum eris in paradiso; cum, juxta humanam humilitatem per carnem in sepulchro, per animam in inferno illo die futurus erat; juxta divinam vero immortalitatem nunquam de paradiso, quia ubique semper est, recessisset. Ex quibus verbis Augustini

Conclusio argumenti.

gustini clare habetur, quod anima latro-
nis illa die fuit cum Christo secundum e-
jus deitatem: esse autem cum Christo se-
cundum ejus deitatem, non est nisi ejus
deitatem videre, & frui ipsa, quod est
vere & in re beatam esse, dicente Domi-
no Joannis XVII. Pater quos dedisti mihi
volo, ut ubi ego sum, & illi sint mecum:
ut videant claritatem meam, quam de-
disti mihi, quia dilexisti me ante con-
stitutionem mundi. Eandem sententi-
am reliquo capite & proximo XXVI.

(a) Cap.
26.

(a) corroboret Benedictus, eoque fal-
sas hereticorum verba Christi in alie-
num sensum detorquentium interpretatio-
nes ex Cassiano refellit, adjectis aliis octo
capitibus (b) quibus animas ante judicium,
conquisitis sanctorum patrum autoritati-
bus, divinæ essentiae visione potiri con-
firmat. Hisque primum commentarium ab-
solvit.

(b) Cap.
27. &c.

In secundo tractatu agit Benedictus de
statu animarum, quæ lethali noxa devin-
tæ e corpore excefferunt, ac primis sex
capitibus tum illas tum aliquos dæmones
in inferno inferiore cruciari flammis osten-
dit, sive eie animæ in testamento veteri
sive in novo e corpore abierint: nulla ve-
ro temporis mora retardari illarum supplic-
ium ita demonstrat.

(c) Tract.
2. c. 7.

Quod (c) animæ impiorum hominum statim
post mortem ad infernum perducantur. C. VII.
Et ne dicatur quod descensus eorum ad
inferos retardetur per aliqua spatia tem-
poris, Job ostendit, quod statim ad infer-
num descendunt, qui loquens de impiis di-
xit Job XXI. cap. dicit: Ducunt in bonis
diebus suos, & in puncto ad inferna descen-
dunt; quod exponens Gregorius XV. libro
moralium cap. XXIII. dicit: Ecce beatus
vir eorum gaudia diu narraverat. Quo-
modo nunc asserit, quod in puncto ad in-
ferna descendunt, nisi quod omnis longi-
tudo temporis vitæ presentis punctus esse
cognoscitur cum sine terminatur? cum e-
nim ad extremum quisque perducitur, de
preterito jam nihil tenet, cui tempora cun-
ctâ dilapsa sunt: in futuro nihil habet,
quia unius horæ momenta non restant. Vi-
ta ergo, qua sic angustiari potuit, punctus
fuit: ut enim jam prædiximus, in puncto
stylum ponimus, & levamus. Quasi ergo
in puncto vitam tetigit, qui hanc accep-
it & amisit, & secundum hoc in puncto
ad inferna descendunt, qui statim, hac
vita presentis terminata, ad inferni pœ-
nas trahuntur.

Probatur
ex Christi
oraculo.

Unde & Luc. XII. Dominus dicit de di-
vite ejus ager uberes fructus attulit: qui
dicebat in corde suo: Anima habes multa
bona reposita in annos plurimos, quiesce,
comede, bibe, epulare; dixit autem illi
Deus: Stulte animam tuam hac nocte repe-
runt a te, quæ autem paravisti cujus erunt?
Ubi dicit glossa, Qui longa tibi tempora.

divitiarum promittebas, hac nocte prære-
ptus aliis congregata relinques. Dicit au-
tem: Repetant a te; secundum Chrysostomum:
Exposcebant enim eam terribiles quæ-
dam virtutes ad hoc missæ, quoniam si de
civitate in civitatem transcentes egeamus
ductore, multo magis anima absoluta a
corpore ad futuram vitam transmigrans in-
digebit ducatu. Ob hoc multoties recusat
anima, & regreditur in profundum, cum
debet exire a corpore: semper enim stimu-
lat nos conscientia peccatorum, sed præci-
pue cum debemus irabi ad terribile judi-
cium, tunc enim tota congeries criminum
innovatur, & præ oculis posita mentem
percellit: & sicut carcerati semper quidem
dolorosi sunt, tunc autem præcipue, cum
debent judici presentari, sic & anima
maxime in ipso tempore de peccato cruci-
atur & dolet, cum fuerit evulsa: tunc di-
cti exactores animam tribulatam in nocte
ducunt ad judicium, quia ad damnatio-
nem & perpetuas tenebras trahuntur. Unde
Gregorius XXI. lib. moralium cap. II. lo-
quens de isto divite, dicit: Animam tu-
am repetunt a te dæmones; eadem nocte
sublatus est, qui in rerum sibi abundantia
multa tempora fuerat præsolatus. Et XXV,
lib. moralium cap. II. loquens de eodem di-
vite dicit exponens illud Job XXIV. Subi-
to morientur. Quantumlibet sero de hac
vita tollantur iniqui, subito & repente
tollantur, quia finem suum cogitando provi-
dere nesciunt: subitum est quod ante cogi-
tari non potuit: subito dives ille sublatus
est, qui horrea, quæ præparabat, destru-
it; & inferni locum, quem non prævide-
bat, invenit. Ad aliud animam exercebat
per cogitationem, sed ad aliud emisit per
sententiam. Aliud dum viveret contem-
platus est, dum moretetur expertus: re-
liquit enim tractata temporalia, & in-
opinata invenit æterna; unde & pro-
pter hanc ignorantiam cecitatis suæ bene
per divinam sententiam dicitur: Hac no-
cte animam tuam repetunt a te, in nocte
quippe ablata est, que in obscuritate est
cordis amissa: in nocte ablata est, que
considerationis lucem habere voluit, ut quod
poterat pati prævideret. Sic igitur, cum
secundum Job iniqui in puncto ad inferna
descendunt, id est hac vita presentis fini-
ta, quæ vicem puncti habet, & secundum
Domini sententiam juxta expositionem Chry-
sostomi & Gregorii illa nocte, qua repe-
rita est a dæmonibus anima divitis, sit ad
Dei judicium adducta, & infernum inve-
nerit; manifestum est, ut videtur, quod
perfectorum iniquorum anima statim, cum
de hoc corpore exeunt, ad infernum per
dæmones trahuntur. Proximo capite (d)

Morientur
impiorum
terror.

Quomodo
in nocte
ab impiis
repetatur
anima.

(d) Cap. 8.

(e) Cap. 9.
& 10.

ex textu apocalypsis XIX. quo refertur an-
tichristum & eius signiferos in stagnum i-
gnis merfos ante judicium idem confirmat-
ur; idemque nono & decimo capitibus (e)
probare pergit.

In

In tertio commentario multis capitibus
animas post judicium beatores fururas
contendit, adversus potiozem theologo-
rum partem quam ante, quamvis ante di-
vinæ essentiae visione sint potitæ: contra
vero damnatorum animas, & dæmones.
gravioribus suppliciis post judicium discru-
ciandos: ac primum Dei triplex judicium
distinguit; primum in mundi exordio in
angelos tum bonos, tum malos, tum in
humanum genus ob principis illius pec-
catum; medium post eujusque mortem;
postremum in orbis consummatione: &
horum discrimina subinde percurrit. Tum
neque homines, neque angelos, sanctos
scire omnia merita vel demerita hominum,
ob quæ a Deo ante judicium generale in-
dicantur, ex sacris apud Zachariam &
Danielem oraculis indicat. Humanæ etiam
mentis arcana ipsos latere, ni Deus ea
ipsis pandat: similiter divinam præcien-
tiam de salvandis vel damnandis homini-
bus singulari providentia occultam esse tum
hominibus ipsis, tum angelis beatis, nisi
Deus revelet. Et quia causæ judiciorum
Dei iidem sunt abditæ, idcirco ut Dei
judicia appareant omnibus iustissima, fore
generale judicium, in quo eorundem di-
vinorum judiciorum causæ pandentur: tum
omnium merita & demerita patefactum
iri, ob quæ præmio vel supplicio affician-
tur, & ante id tempus illa beatos late-
re: ex eo vero, quod jam omnia, quæ
cupiunt non habeant, beatores, futuros
elicit.

Prædesti-
nationis
arcana la-
tent san-
ctos ante
judicium

XV.
Damnati
post judi-
cium a-
cerbius
cruciandi.

(a) Tract.
4. c. 9.

In quarto vero tractatu adversa riorum
argumenta, quibus animas a corporibus
secretas Dei visionem non affecuturas, nisi
post judicium, contendebant, dissolvit;
ac primum admodum imbelles illud est,
quod obscure interpretationi adductæ a
S. Bernardo explicante, sacrum ænigma
in apocalypsi expressum, ubi Joannes ani-
mas martyrum sub altare Dei ante judi-
cium generale se vidisse refert, innixum
est; atque ita refellit. (a) Simul ista
stant, quod animæ martyrum sint sub al-
tare Dei, id est sub Christi humanitate,
& tamen nihilominus Dei essentiam vident:
nec unum istorum excludit aliud, immo si-
mul stant, quod manifeste patet. Constat
enim ex scriptura divina, quod sancti ange-
li etiam ordinis inferioris, qui deputati sunt
ad custodiam parvulorum, Dei essentiam
vident, juxta illud quod Dominus dicit
Matthæi XVIII. de angelis parvulorum: An-
geli eorum semper vident faciem Patris
mei, qui in cælis est; & tamen non soli
angeli inferioris ordinis, sed etiam angeli su-
perioris ordinis sunt: semper erunt in fu-
turum sub Christi humanitate. Homines e-
tiam beati post resurrectionem & post ge-
nerale judicium semper erunt sub Christi
humanitate; & tamen hoc non obstant
angeli sancti tam inferioris ordinis quam

supremi Dei, essentiam vident, nullo con-
tradiciente. Sancti etiam, homines post ge-
nerale judicium etiam, secundum eorum po-
sitionem, Dei essentiam videbunt. Quod ap-
tem, sub Christi humanitate sint angeli eti-
am superni, patet per illud quod dicit Pe-
trus, prima Petri. III. loquens de Christo
secundum quod est homo: Qui est in dex-
tera Dei Patris, deglutiens mortem, ut
vitæ æternæ heredes, efficeremur: profectus
in cælum, subjectis sibi angelis, & pote-
statibus, & virtutibus. Ubi dicit glossa:
Semper angelos, subjectos fuisse Filio Dei
non dubitamus: sed, hic, ideo, subjectionis
meminit, ut assumptam humanitatem, ita in
resurrectione sublatam, monstraret, quod o-
mnis angelicæ dignitatis, potentia præfere-
tur, juxta illud psalmi: Omnia subje-
cit sub pedibus ejus. Quod dictum prophe-
tæ deducens, Apostolus ad Hebræos II. di-
cit: Minuisti cum paulo minus ab ange-
lis: gloria & honore coronasti eum, &
constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subjecti sub pedibus ejus. In eo e-
nim, quod ei omnia, subjecti, nihil dimisit
non ei subjectum. Ubi dicit glossa: Mi-
nuisti eum per passibilem naturam: mi-
noratus est enim, dum se exinanivit, formam
servi accipiendo. Propter ergo hanc passi-
bilem naturam, quam accepit, minoratus
est ab angelis, quia mortalis & passibilis
fuit: sed paulominus, quia, etsi passibilis,
tamen imperabat angelis, quia, sine pecca-
to erat. Sed post ad similitudinem trium-
phantis coronasti eum, id est undique cir-
cumdadisti gloria in resurrectione & ascen-
sione, & honore in consessu Patris. Vel glo-
ria, id est claritate immortalitatis, & ho-
nore, quia sibi spectatur omne genu, Et con-
stituiti eum, ut stabilem super opera, man-
uum tuarum. Ecce potestas Christi, osten-
ditur: ut enim a Domini opere nihil exci-
pitur, ita nec a Christi potestate. Et atten-
de quod non simpliciter ait: Super opera,
sed addit: Manuum tuarum; id est super
digniora etiam opera, scilicet super angelos
& homines, quæ per excellentiam dicuntur
opera manuum. Et non solum constitutus est
super opera, ut dignior, sed etiam omnes sub-
jecit sub pedibus ejus, id est potestati ejus
in dominia, ut adorent illum & vereantur:
posset enim superior esse, & tamen omnibus
non dominari, & ideo ait: Subjecti om-
nia sub pedibus ejus; nulla enim creatu-
ra erit ei non subiecta, cui primates, ut
ita dicam, Spiritus subjiuntur. In eo
autem, quod scriptum: Subjecti ei omnia;
id est subiecta ei ostendit omnia: nihil di-
misit non subiectum ei, id est nihil excepit
de omnibus, dum enim dicit omnia, nec ter-
rena excepit nec cælestia.

Angeli
inferiores
sunt hu-
manitate
Christi.

XVI.
Eidem
sub-
jecti.

Et idem Apostolus ad Ephesios primo di-
cit: Suscitans Christum a mortuis, & con-
stituens illum ad dexteram suam in cælesti-
bus supra omnem principatum & potestatem

tem, & virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Quod exponens glossa, dicit: Dei Filius, ut est homo, factus super omnes calos esse dicitur, & super omnem creaturam habens nomen Dei per naturam, non per adoptionem. Et ne videretur praesse omni creaturae dignitate tantum, & non potestate, subdit: Et omnia subjecit sub pedibus ejus; id est sub humanitate ejus, quae significatur per pedes, quia sicut pes est inferior pars corporis, ita in Christo inferior natura est humanitas, quam etiam angeli adorant, & ipsi homini Christo omnia subsunt. Cum ergo angeli sint sub Christi humanitate, & sic, etiam per altare illud, sub quo visae sunt animae martyrum, Christi humanitas significetur, ipsi sint sub altare, & tamen hoc non obstante Dei essentiam vident; omnes etiam sancti post resurrectionem generalem & post judicium sint sub Christi humanitate, & tunc magis omnia subsunt ei, quam nunc, dicente Apostolo ad Hebr. 11. Nunc necdum videmus omnia subiecta ei; sed tunc omnia subiecta erunt secundum glossam sive voluntarie sive necessitate: & tamen, hoc non obstante, sancti videbunt post judicium Dei essentiam; secundum quod etiam positio ponit, manifestum est, quod ex hoc, quod animae martyrum nunc sunt sub altare, id est sub humanitate Christi, non sequitur, quod Dei essentiam non videant. Unde ista prima ratio ratione istius dicti non tenet nec concludit propositum gratia formae, nec etiam materiae, ut dictum est supra, cum etiam sancti, de istis animabus loquentes, dicant quod Dei essentiam vident.

Subjiciuntur aliae Remigii & Ambrosii interpretationes illius textus apocalypsis, quibus animae martyrum sub altare esse referuntur, quia nondum corporibus gloria donatis conjunctae sunt, & id Christi beneficio se affecturas sperant, & eas dici Christi altare, & nunc esse subtus se, dein vero in se post resurrectionem futuras; ac licet Christi humanitas illo altari adumbretur, non tamen colligi carere ipsas divina visione: Sunt enim, inquit, sub Christi humanitate, quia ei in gratia & sapientia ac gloria nec nunc, nec postea aequari possunt. Sunt etiam sub Christi humanitate, sicut membra sub capite: ipse enim caput est totius ecclesiae, quae est in celo vel in terra, & ab eo sicut a capite suo omnes sancti sive angeli sive homines accipiunt influentiam donorum spiritualium.

Reliqua argumenta sive petita (a) ex verbis prophetae: Tunc imponent super altare tuum vitulos; sive ex Bernardo dicente (b) animas post judicium super alta-

re futuras visione & contemplatione Dei, levata sunt, cum verba prophetica quidem, symbolica sint, ex quibus nihil potest elici. Bernardus vero, licet affirmet animas post judicium divinae essentiae visione potituras, non tamen negat quin etiam ante eadem perfuantur. Ex eo (c) autem quod omnes revelationes divinarum arcanorum de hominum salute dimanent ad angelos, & animas sanctorum a Deo media Christi humanitate ante judicium generale, ideo dici sub ipsa versari, post judicium vero proxime a Deo omnes illustrationes manaturas. Ostenditur (d) quoque ex sanctorum Gregorii & Bernardi interpretatione textus evangelici, quod Christus faciet post judicium electos discumbere, non inferri posse quoque electos ante judicium caelesti mensae, in qua divina pascuntur gloria, non accubuisse. Non (e) etiam ex hoc Joannis oraculo: Filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus; scimus quod cum apparuerit, similes ei erimus; concludi sanctorum animas ante generale judicium divina essentia non perfui.

Authoritas (f) ex voce sponsae: *Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, quaesita non ita accipienda, ut lava, id est praesentia humanitatis Christi perfuantur ante judicium, post illud vero dexterae, id est visionis beatificae complexu fovcantur sanctorum animae; sed cum Beda vi. lib. super cantica ita exponenda (g): *Per lavam, inquit, sacramenta incarnationis Christi, & praesentia ejus dona designantur: per dexteram vero ea, quae in futuro percipiunt electi praemia figurantur, in quibus non solum visio divina majestatis, sed & gloria ejus clarificatae humanitatis unius ejusdemque mediatoris & Dei & hominum.* Similiter (h) non recte explicari animas sanctorum requiescere, nisi in divina visione & fruitione conquiescant, quod argumentum ad finem primae partis quarti tractatus urget Benedictus. In secunda vero parte, quae amplissima est, & centum quinquaginta duo capita complectitur, rationes & autoritates ab adversariis adductas confutat. Et hanc, uti quintum & sextum commentarium de statu demonum & damnatorum praetermittimus, cum in molem ingentis voluminis assurgant.

In conclusione vero operis haec addit: *Plures autoritates non habeo scriptas istorum, & ideo non respondi ad alias, si quae sunt: sed paratus ero respondere quando invenero ipsas scriptas, prout Dominus imbecillitatem mei ingenii adjuverit.* Et infra: *nilominus tamen, quia non confido de meo ingenio, vel scientia, ac memoria, quae modica sunt & imbecillia, maxime attentis materiis, de quibus supra actum est, quae difficiles sunt*

Diffolvi- tur Bern- nardi ob- jectio.

(c) Cap. 12.

(d) Cap. 13. & 14.

(e) Cap. 15.

(f) Cap. 16.

(g) Cap. 17.

(h) Cap. 18.

in se, & procul a sensibus nostris & nostra ratione naturalis, & solum per autoritates scripturae divinae, vel determinationem ecclesiae, aut per dicta sanctorum probari habent; totum quidquid per me dictum est, nunc & alias in istis materiis pono in judicio sanctae Apostolicae sedis, volens sequi in omnibus determinationes ejus, & non meas imaginationes vel ratiocinationes. Nec solum determinationibus volo stare, immo etiam cuicumque veriori sententiae, dummodo illa sententia appareat, quod sit a sapientibus sequenda ut vera & catholica.

XVII.

(a) Aymer. 2. p. direct. inquis. q. 8.

De Lud. Bavaro ad ecclesiam revocando agitatum.

(b) To. r. ep. fecr. 481.

Ab illo revocata perpetua gesta.

(c) Baron. in not. MS. ad ann. 1336. Postulata de pactatis impie venia.

(d) Extr. in arce S. Angeli & in lib. priv. Rom. Eccl. To. 2. p. 232. & inter col. l. 1. Plat. jussu Sixti IV. congesta 10. 2. p. 249.

Discussis superiori pontificia sanctione tenebris errorum, quos in decem capitula distinguit Aymericus (a), sive de orthodoxae in luce collocata veritate, Benedictus ad restituendam in suum splendorem ecclesiam, atque innumeratas oves vitae pacis aberrantes gregi dominico aggregandas, ne pastoris optimi muneri deeret, coeptum superiori anno de Ludovico Bavaro reconciliatione tractatum urgebat. Perfecta res non fuerat, ut ex Benedicti ad Francorum Regem pridie kal. augusti datis literis (b) constat, cum ipse Pontifex, ut iuribus ecclesiae ac Francorum & Siciliae Regum rebus consulere (c) capitales inter Robertum ac Ludovicum inimicitias intercessisse jam vidimus) Ludovici oratores non idonea fultos ad rem praestandam autoritate dimisisset in Germaniam, ut consulto Bavaro ad rem in exitum perducendam redirent. Instituti vero sunt procuratores, ut Benedicto omnia officia ac sacramenta praestarent, quae a Regibus Romanorum exhiberi mos esset: omnia in Joannem XXII. gesta suo nomine rescinderent: latas in Robertum Regem ac principes Siculas, Florentinos, & alios, qui cum Henrico VII. bellum gesserant, sententias convellerent: terrarum ecclesiae donationes abrogarent: injurias a quibusvis contra rem imperii illatas remitterent; denique sacramento sponderent, nullas ditiones ecclesiasticae terras occupanda, aut clientis illius ulla molestia laesitum iri. Quibus dicta Cardinalis Baronii consentiunt, (c): Hoc, inquit, anno apud Nirimberg Ludovicus Bavarus constituit procuratores, quos misit legatos ad Benedictum Romanum Pontificem, qui ab eo impetrarent absolutionem de commissis in Romanam ecclesiam de favore praestito hereticis, & de rebellionem, quam fecerat ipsi Joanni XXI. deque intrusionem in imperium absque autoritate sedis apostolicae, deque favore praestito Galeatio Vicecomiti. Praecipit eisdem legatos procuratores recipere, quam dedisset Romanus Pontifex sententiam de commissis juxta voluntatem ipsius. Extat ipsum diploma ejusdem de iisdem in libro privilegiorum Romanae ecclesiae. Sunt hac de re duo publica documenta (d) a Ludovico confecta hoc anno. Ann. Eccl. Tom. XXV.

no, quae etiam in archivo inferiori Avenionensi in charta pergamenae exarata (e) gerente legationem Avenionensem Octavio Aquaviva Card. anno Chr. MDXCIV. reperta sunt, ac Romam translata. Primum hac verborum formula conceptum est.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo, domino Benedicto XII. divina providente clementia, sacrosanctae Romanae & universalis ecclesiae summo Pontifici, Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus suus filius devotus cum sui & regni Romanorum recommendatione ac vota pedum oscula beatorum.

Noverit sanctitas vestra nobis quamplurimum veneranda, quod nos confisi de fidelitate, providentia, & sinceritate spectabilium virorum Ludovici senioris & Ludovici junioris de Ottingen comitum, fratris Henrici de Siphingen ordinis S. Mariae fratrum Theutonico-commendatorum domorum in Ulma & Vardes, Eberardi de Tummou archidiaconi, Marquardi de Randek junioris canonici professoris canonicorum S. Augustini, & magistri Udalrici de Augusta nostri protonotarii secretariorum nostrorum specialium, eosdem Ludovicum de Ottingen comitem juniorem, fratrem Henricum de Siphingen, Marquardum de Randek, & magistrum Udalricum protonotarium nostrum praesentes absentes tamquam praesentes, Ludovicum de Ottingen comitem seniore, & Eberhardum de Tummou praesentes & mandatum nostrum sponte recipientes, & infra, ordinamus modis omnibus, quibus melius de juve facere possimus & valemus, nostros veros, certos, & legitimos procuratores, & infra, dantes speciale mandatum vice & nomine nostro & pro nobis sanctitati vestrae & coram sanctitate vestra, & ubicumque eidem sanctitati vestrae placuerit & visum fuerit expedire praestandi, concedendi & promittendi, faciendi & confirmandi vice & nomine nostro & pro nobis omnia juramenta, omnes obedientias, promissiones, concessionem, donationes, notificationes, confirmationes, & caetera omnia, quae olim electi in Reges Romanorum & assumpti ad imperium, sive etiam non assumpti, sive, antequam assumerentur, sive post per se vel alios summis Pontificibus & sanctae Romanae ecclesiae, seu aliorum alteri, per se vel alios recipientibus, seu recipienti, reperiantur suis temporibus praestitisse, fecisse, confirmasse, seu quomodolibet concessisse.

Item damus praedictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum potestatem, ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis annullandi & revocandi, nulla & irrita pronuntiandi omnia, quae dicta & facta sunt contra dominum quondam felicis recordationis dominum Papam Joannem XXII. & contra sanctae ecclesiae determi-

(e) Signata sunt n. 109. & 138.

XVIII. Lud. Bavar. Pont. sup. plices litera.

Qui ab eo oratores missi.

Quibus mandatis instructi.

Poenitet Ludovicum gestorum in Joannem.

Et qua ratione.

(a) Cap. 10. (b) Cap. 11.

Et rescindit.

Et sententiam capitalem in Regem Siciliae.

Et in Florentinos.

XIX. Revocat edicta Romanae lata.

Biennium ad pacandas Italicas urbes permittit.

nationes, & quaecumque alia titulo imperiali dicta vel facta per nos existunt: & sicut de facto dicta vel facta existunt, ita ea omnia irrita & nulla pronuntiandi. Item quia per dominum Henricum Imperatorem ultimum, seu auctoritate ipsius plures processus, & etiam plures sententiae capitales, & proseriptiones bonorum, & aliarum penarum & multarum diversarum inflicti-
 wa diversi temporibus promulgatae fuisse dicuntur tam contra excellentem principem dominum Robertum Regem Siciliae illustrem, & contra magnificos viros dominum Philippum quondam principem Taranti, & Joannem ducem Duratii tunc principem Abacie quondam ejusdem Regis germanos, ac etiam contra vassallos & alios eidem Regi Siciliae mediate vel immediate subiectos regni Siciliae & comitatus Provinciae & Folcalquerii & Pedemontis & aliarum terrarum ejusdem Regis Siciliae; quam contra nonnullos cives & incolae civitatis Romanae, nec non contra civitatem & commune Florentinorum, & potestatem, capitaneos, officiales, ministros, & nonnullas singulares ejusdem civitatis personas, & etiam contra plures alias civitates & loca, & contra nonnullas personas singulares, quae quidem civitates & personae tempore dicti domini Henrici adhaeserunt Regi Siciliae praefato; damus praedictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum potestatem promittendi, & nos obligandi, quod omnes hujusmodi processus & sententias, propter quoscumque etiam vel qualescumque excessus, inobedientias, rebelliones, & injurias ipsi processus facti fuerint & sententiae promulgatae, priusquam assumpti fuerimus a sanctitate vestra in Regem Romanorum, revocabimus & eos & effectum eorum annullabimus. Et infra.

Item damus praedictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum potestatem, ut supra, omnes processus factos & quaslibet sententias latis & quaecumque alia, quocumque nomine censentur, Romae seu ubicumque alibi gesta per nos, vel per alios nostro nomine vel auctoritate sub imperiali titulo, nulla esse, & cassa & irrita vice & nomine nostro & pro nobis pronuntiandi & declarandi, illa etiam, quatenus processerunt de facto, annullandi & penitus revocandi. Specialiter etiam damus ipsi & cuilibet eorum in solidum nomine, quo supra, potestatem revocandi donationes terrarum ecclesiarum in speciali, si quae per nos vel auctoritate nostra factae sunt, vel appareant, vel in futurum apparebunt. Item damus praedictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum potestatem, ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis ob reverentiam sanctitatis vestrae & sanctae Romanae ecclesiae, & etiam propter bonum pacis, vobis & successoribus vestris dandi, concedendi, irrevocabiliter plenam & libe-

ram potestatem per biennium duraturam. (computandum a tempore, quo approbati fuerimus, & potestatem hujusmodi concesserimus) vestrae sanctitati quietandi & remittendi omnibus civitatibus & communitatibus quoruncumque locorum omnium partium Italiae, nec non de quibuslibet personis singularibus partium earundem, cujuscumque status aut conditionis existant, omnes injurias, rebelliones, inobedientias, & offensas commissas hactenus quantumcumque & quomodocumque contra imperium & Reges ac Imperatores Romanos, seu officiales, ministros, vel gentes eorum a quinquaginta annis & citra. Et infra.

Item damus praedictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam & liberam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro ac pro nobis promittendi, & in animam nostram jurandi, quod non occupabimus, nec recipiemus, nec acquirimus, nec quovis modo usurpabimus Romanam aut provinciam, ducatum, comitatum, civitates, oppida, castra, comitatum Venusinum, terras alias, seu territoria vel loca ecclesiae Romanae in Italia vel ubilibet extra Italiam constituta; & specialiter nec regna Siciliae, Sardiniae & Corsicae, quae directo dominio & feudo ejusdem ecclesiae Romanae esse noscuntur, nec alia feuda, retrofeuda, seu qualibet alia loca, ad eandem ecclesiam mediate vel immediate spectantia, nec jura, personas, vel res reliquas in eisdem: nec dabimus, nec concedemus ullo unquam tempore in perpetuum vel ad tempus aliquod de praedictis sub colore, conditione, aut titulo quibuscumque.

Item damus praedictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro ac pro nobis promittendi, & in animam nostram jurandi, quod praedictam Romanam ecclesiam, aut vos seu successores vestros, vel officiales, ministros, vassallos, & subditos eorum non inquietabimus vel quomodolibet molestabimus in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, terris aliis, & territoriis supradictis, seu aliquo praedictorum: nec in casu etiam aliquo Reges praedictorum regnorum, aut ministros, vassallos, & subditos eorum in regnis praedictis, seu pro eis, vel aliqua eorum parte aliquatenus molestabimus: nec aliquod dominium, jurisdictionem, superioritatem, servitutem, potestariam, capitaneatum, vel aliud officium quodcumque, quocumque nomine conferatur, accipiemus vel per nos vel alios exercebimus in praedictis Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis, vel in aliquo de eisdem: nec etiam fidelitatem, recognitionem, advocacionem aliquam quovis modo reci-

Spondet ab ecclesiastica ditione sibi temperaturum.

XX. Pontificios administratos non vexaturum.

Henrici VII. donationes repetiturum. Formula lit. Henr. VII. a Lud. repetita.

(a) A.C. 1310. n. 3. etc.

Practice ab eod. Lud. sponsones alia.

recipiemus pro Roma, regnis, provinciis, ducatibus comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis, vel pro aliquo eorumdem: nec etiam pro quibuscumque rebus vel juribus in praemissis Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis, vel in eorum vel aliquibus eorum pertinentiis constitutis: etiam si nobis a quibuslibet civitatibus vel personis singularibus offerrentur: nec jus etiam aliud quaecumque vendicabimus, acquiramus, vel occupabimus, seu quomodolibet per nos vel alium seu alios usurpabimus, recipiemus, vel exercebimus; nec concedemus etiam recipi vel haberi in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis: & specialiter in provinciis, civitatibus, terris, & locis & territoriis eorumdem expressis in quibusdam literis dicti domini quondam Henrici Imperatoris, quorum tenor sequitur in haec verba: Ferventi desiderio cupientes sanctitatis vestrae pedibus, & Apostolicae sedi toto corde & animo zelum vestrae reverentiae, fidei, & devotionis offerre, &c. Interuntur a Ludovico Henrici VII. Imperatoris datae ad Clementem V. literae anno Domini mccc. regni ipsius an. 11. Laufane (non Rufane, ut quidam perperam scripsere) v. id. octobris exaratae, quas nos suo loco attulimus (a).

Intruxit quoque Ludovicus auctoritate suos oratores, ut sacramento se devincerent ejus nomine, ipsum nunquam Siciliam, ditionem ecclesiasticam, vel aliorum clientum terras invasurum, ac si fidem infingeret, gravioribus poenis ireritum tenendum profiterentur: ad Urbem, non nisi vocatum a Pontifice ad imperiale diadema excipiendum accessurum, eademque die discessurum: gesta omnia contra jura pontificia revocaturum, non ingressurum Italiam vel ejus administrationem suscepturum antequam Rex Romanorum a sede Apostolica confirmatus esset: adepta regni confirmatione, praefectos quos in Etruriam vel Insubriam mitteret, iurejurando adacturum, Pontifici atque ministris illius studio & opera adfuturos, nec Siciliam, Sardiniam, aut pontificias terras infestatos, in ipsiusve dominatum correpturos. Praetera iussi a Ludovico procuratores promittere, ipsum excurrente ab inunctione imperiali octavo die superiora omnia rata habiturum: intrusus in ecclesias occupato gradu depulsum, acturum cum Germanis principibus, ut si ipse promissa violaret, sponderent arma in eum se conversuros: quod ad eas terras atrinebat, quas Rex Ann. Eccl. Tom. XXV.

Siciliae ab ecclesia jure fiduciario non acceperat, controversiam ex pontificia voluntate compositurum: creaturum Robertum in Etruria imperii legatum: cum eo foedus ad pontificium arbitrium initurum; ac si quae obscuriora in dictis forent, penes sedem Apostolicam ea illustrandi, deque dubiis pronuntiandi futuram auctoritatem. Quae omnia suis distincta capitibus subjectaque verborum forma concepta sunt.

Item damus dictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, pro praedictis adimplendis & observandis poenas infra scriptas vice & nomine nostro & pro nobis recipiendi, & ad eas nos obligandi & astringendi; videlicet quod, si super praemissis vel aliquo praemissorum, quae in duobus dictis articulis immediate praecedentibus continentur, molestaverimus seu molestari fecerimus Romanam ecclesiam, regna, provincias, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venusinum, loca, terras alias, & territoria supradicta vel aliquid eorumdem invadendo, occupando, seu quomodolibet acquirendo, vel eorum aliquid in toto vel in parte aliqua (nisi super hoc moniti per Romanum Pontificem vel auctoritate ipsius infra tres menses post monitionem hujusmodi immediate sequentes a taliter attentatis desisterimus, & ea omnia & singula, in quibus offenderimus, in primum statum reduxerimus) excommunicationis sententiam cum valitoribus & sequacibus nostris eo ipso incurramus: & si infra tres menses, dictos alios tres menses immediate sequentes, non fecerimus, tota terra nobis subiecta, ad hoc nobis vel nostris praebens auxilium vel favorem, sic eo ipso ecclesiastico supponatur interdicto, quod si infra tres menses alios, praedictos sex menses immediate sequentes, monitioni praedictae non paruerimus cum effectu, & per alios tres menses praedictos novem menses immediate sequentes, de gratia expectati monitioni non paruerimus, ut praesertur, liberum sit Romano Pontifici, prout sibi expedire videbitur, ad alias poenas procedere contra nos; privando etiam, si privationem impetierit si contra tendat.

De foedere cum Roberto Reg. in eundo.

XXI. Cavet ecclesiam juribus.

Admittit sibi videbitur, imperiali, regia, & qualibet alia dignitate absque alia vocatione vel juris solemnitate. Monitio tamen praedicta sic fiat, si commode fieri possit, ut nos personaliter apprehendat: quod si sic non possit commode fieri, super quo stare promittimus simplici assertioni domini nostri summi Pontificis, possit fieri ipsa mentio in Romana curia per publicum instrumentum & solemne, sicut consueverunt fieri in Romana curia citationes, & processus contra absentes, quorum praesentia sive domicilia non possint libere intente adiri.

XXII.

Promissa alia pro tuenda pace.

potestatem, ut supra, promittendi vice & nomine nostro, & pro nobis & in animam nostram jurandi quod ad evitandam occasionem veniendi contra predicta vel aliquod predictorum, ante diem nobis pro coronatione nostra imperiali presigendum, non ingrediemur urbem Romanam; quodque eadem die, vero & legitimo impedimento cessante, imperialem recipiemus coronam: & si illa die fuerimus vere & legitime impediti, die alia dictam accipiemus coronam; & ipsa die, qua coronam hujusmodi receperimus, dictam urbem, vero ac legitimo impedimento cessante, exhibimus cum tota etiam, quantum in nobis fuerit, gente nostra: & cessante etiam impedimento legitimo continuatis moderatis diebus extra totam terram Romanæ ecclesiæ nos nostro gressu transferemus versus terras nobis subiectas, nunquam postmodum ad Urbem vel ad alias terras Romanæ ecclesiæ, nisi de speciali licentia sedis Apostolicæ, accessuri: & si ibi, siue alibi imperialem receperimus coronam, terras ecclesiæ non introibimus, nec in ipse manebimus.

Accepta imperiali corona eadem die se ex urbe discessurum pollicetur.

Nullo fucos ad violandum id acceriturum.

Item damus predictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis promittendi, ac in animam nostram jurandi, quod super iis vel eorum aliquo nullum impedimentum fingemus aut prestabimus, aut fingi vel prestari per nos vel alios quantum in nobis fuerit, permittemus. Item vice & nomine nostro pro nobis promittendi ac in animam nostram jurandi, quod contra prefata vel eorum aliquod nullatenus per nos vel alios veniemus: & si contrarium quovis modo contingeret fieri per nos vel alios nomine nostro quandocumque, statim cum hoc ad nostram notitiam deductum fuerit, illud revocabimus & faciemus, quantum in nobis fuerit, effectualiter revocare; & pro non facto volumus, & decernemus haberi.

XXIII.

Convellit tentata contra iura ecclesiæ.

Item damus predictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, si per prefatum dominum Henricum Imperatorem, per nos seu quencumque alium vel alios, nostro vel alterius nostrorum nomine seu auctoritate aliqua sententiæ fuerint promulgatæ, seu processus aliqui facti, seu arrestationes personarum aut rerum, aut aliqua ad jurisdictionem pertinentia quandocumque attentata in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, civitatibus, comitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis & terris aliis, & territoriis supradictis vel in aliquo eorumdem, immediate vel mediate subiectis; illa omnia vice & nomine nostro & pro nobis decernendi & promulgandi esse nulla; quodque si aliqua fidelitates, homagia, obedientiæ, advocaciones, donationes, obligationes, occupationes, seu concessiones qualescumque a præ-

dicto domino Henrico vel a nobis aut altero nostrum per nos, vel alium seu alios factæ fuerint seu receptæ pro Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis vel eorum aliquo, vel pro quibuslibet rebus & juribus, in eis, vel sub eis etiam constitutis a quibuscumque civitatibus vel personis etiam singularibus quovis modo; illa omnia fore nulla pronuntiandi, & quatenus processerunt de facto, totaliter revocandi, & vice ac nomine nostro promittendi & firmandi, quod ea omnia & singula pro non facto volumus & decernemus & promulgabimus haberi.

Item damus dictis nostris procuratoribus & eorum cuilibet in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro promittendi & jurandi, quod non ingrediemur partes Italiae, nec in eis, nec de eis per nos vel alium seu alios aliquid administrabimus, aut quomodolibet disponemus, donec approbationem Apostolicam personæ nostræ fuerimus assecuti. Item damus predictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis promittendi, ut supra, quod quandocumque post approbationem predictam in Lombardiam & Tusciam vel earum alteram, vel aliquos mittemus vel constituemus in eis, faciemus eum & eos jurare, ut adiutor & adiutores domini Papæ & ejus officialium sint ad defendendum Romanam ecclesiam, nec non regna, provincias, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venusinum, loca, terras alias, & territoria supradicta. Item quod non occupabunt, nec recipient, nec acquirent, nec quovis modo usurpabunt Romam aut provincias, regna, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venusinum, loca, terras alias, & territoria supradicta Romanae ecclesiæ, in Italia vel ubilibet extra Italiam constituta; & specialiter nec regna Sicilia, Sardinia & Corsica, que de directo dominio, jure, & feudo ejusdem Romanae ecclesiæ esse noscuntur, nec alia feuda, retrofuda, seu qualibet alia loca ad eandem ecclesiam mediate vel immediate spectantia, nec jura, personas vel res aliquas in eisdem; nec dabunt nec concedent ullo unquam tempore, in perpetuum, vel ad tempus aliqua de predictis sub colore, conditione vel titulo quibuscumque.

Obligat se Italiam, antequam Rex confirmatus fuerit, non ingressurum.

Cæsareos administratos adacturum sacramentum, ecclesiastica iura non invaluros.

Item quod predictam Romanam ecclesiam aut vos, seu successores vestros, vel officiales, ministros, vassallos, & subditos eorum non inquietabunt vel quomodolibet molestabunt in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis, seu aliquo

XXIV.

Non locorum illius effecturum imperium.

quo predictorum; nec in casu etiam, quo Reges predictorum regnorum, aut ministros, vassallos, & subditos eorumdem in regnis predictis, seu pro eis vel aliqua earum parte aliquatenus molestabunt; nec aliquod dominium, jurisdictionem, superioritatem, servitutem, potestariam, capitaneatum, vel aliud officium quodcumque, quocumque nomine censeatur, accipient, aut per eos, vel alios exercebunt in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis, vel in aliquo de eisdem; nec etiam fidelitatem, recognitionem, advocacionem aliquam quovis modo recipient, per se, alium, vel alios pro Roma, regnis, provinciis, ducatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis, vel pro aliquo eorumdem; nec etiam pro quibuscumque rebus vel juribus in præmissis Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis, vel in eorum vel aliquibus eorum per tinentiis constitutis; etiam si eis vel alicui eorum a quibuslibet communitatibus, vel personis singularibus offerrentur: nec etiam jus aliud qualemcumque vendicabunt, acquirent, vel occupabunt, seu quomodolibet per se vel alium seu alios usurpabunt, recipient, vel exercebunt, nec concedent etiam recipi vel haberi in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venusino, locis, terris aliis, & territoriis supradictis, vel in aliquo de eisdem; & specialiter in provinciis, civitatibus, terris aliis, & territoriis, & locis expressis in predictis literis dicti domini quondam Henrici Imperatoris.

XXV. Coercitum iri, si quid contra moliantur.

Item damus predictis procuratoribus nostris, & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro, & pro nobis acceptandi. Quod si hujusmodi officiales nostri vel eorum aliquis super præmissis vel aliquo præmissorum, que in dictis articulis immediate præcedentibus continentur, molestaverint seu molestari fecerint Romanam ecclesiam, regna, provincias, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venusinum, loca, terras alias, & territoria supradicta, vel aliquod eorumdem invadendo, occupando, seu quomodolibet acquirendo illa, vel aliqua predictorum, in toto vel in parte aliqua; ultra perjurium, in quod incidit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrant; & nisi infra duos menses ab attentatis destiterint, & ea omnia, in quibus essenderint, in pristinum statum reduxerint, penam privationis privilegiorum, quæ a Romana ecclesia vel aliis ecclesiis; & feudorum, quæ ab ecclesia Romana vel a-

liis ecclesiis tenent, & ab ipso imperio, incurrent.

Item damus predictis procuratoribus nostris & eorum cuilibet in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis promittendi, quod per predictos officiales nostros per nos in Lombardiam vel Italiam mittendos, jurare faciemus, quod nullam jurisdictionem exercebunt in Roma, regnis, & terris ecclesiæ supradictis. Item damus dictis procuratoribus nostris, & eorum cuilibet in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis promittendi, & in animam nostram jurandi, quod omnes futuras promissiones & juramenta, & etiam infra scripta renovabimus, & iterum faciemus singulariter & expresse post approbationem personæ nostræ infra triduum in persona propria, si præsentis fuerimus; si vero non, idem faciemus fieri per procuratores nostros, habentes ad hoc sufficientes & speciale mandatum. Item damus dictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis promittendi, quod nihilominus post consecrationem & coronationem nostram imperialem infra dies octo, consecrationem & coronationem eandem immediate sequentes, pro firmitate, majori omnium predictorum ipsa omnia & singula ratificabimus, & etiam renovabimus singulariter & expresse: & quod super præmissis omnibus & singulis, & qualibet vice de predictis, juxta præmissam distinctionem temporum, dabimus literas nostras quadruplicatas ejusdem tenoris patientes & sufficientes & sigillo, quo dictis utemur temporibus, communitas.

Item damus dictis procuratoribus nostris, & cuilibet eorum in solidum plenam & liberam potestatem, & speciale mandatum in animam nostram jurandi, quod nullam promissionem, nullum pactum, nullumque juramentum, nec aliquod aliud faciemus, per quod præmissis vel eorum alicui posset in aliquo quomodolibet derogari; & quod illi vel illis, ad hæc per sanctitatem vestram specialiter deputandis, & notariis tanquam personis publicis pro nobis & pro Romana ecclesia & pro omnibus supra expressis, quocumque nomine censeantur, ac etiam pro omnibus aliis, quorum interest vel intererit, seu interesse poterit in futurum, recipientibus & solemniter stipulantibus; promittimus, & super sancta Dei evangelia corporaliter manu tacta jurabimus, præmissa omnia & singula nos facturos, completuros, & nullo unquam tempore per nos vel alios contra illa vel aliqua de illis quovis modo venturos. Et si, quod absit, contingeret nos facere, dicere, promittere, vel jurare aliqua vel aliquod, quod præmissis vel præmissorum alicui posset aliquatenus obviare, vel nos vel alios ad aliquid secus agendum

XXVI. Promissa nulla ratione labefactanda, sacramentum sancit.

inducere, vel nobis occasionem agendi contra predicta vel aliquod predictorum quomodolibet ministrare, nihilominus illis nequaquam obstantibus, predicta omnia complebimus, & inviolabiliter observabimus, & ad ea complenda & inviolabiliter observanda ex promissionibus & juramentis premissis semper nos volumus remanere obligatos. Et ex nunc etiam attestamus & protestamur, nos velle intelligere omnia premissa & singula sic exclusa fore ab omnibus factis & faciendis, per que premissis vel eorum alicui pisset quomodolibet derogari, quod illorum pretextu vel occasione nullo modo liceat, licere potest mutare aliquid in premissis, vel facere contra ea vel aliqua de eisdem.

Item damus predictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis bona fide promittendi, quod intrusos in ecclesiis infra predictum regnum & imperium consistentibus, & qui eas contra jus, libertatem, superioritatem & auctoritatem ecclesie Romane detinent occupatas, vel eas detinerint in futurum, si super hoc per sanctitatem vestram vel sedem Apostolicam fuerimus requisiti, expellemus ac pro posse expelli faciemus de illis; & provisio per sedem Apostolicam juvabimus & faciemus juvari, ut ad ecclesias, quibus de eis per sedem Apostolicam provisum est, vel fuerit in futurum, realiter admittantur, suisque juribus libere uti possint. Item damus predictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro & pro nobis promittendi per nos bona, plena, & integra fide, & quantum in nobis erit procurabimus, quod principes & prelati, barones majores de Alemannia jurabunt, & sub literis sigillis eorum sigillatis se obligabunt, quod si nos non servaverimus promissa supradicta vel aliqua promissionum, quod nos non juvabunt: sed contra nos erunt, & ecclesiam adjuvabunt. Item damus predictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, principes predictos, ex nunc ab omni juramento, quo essent nobis adstricti, vice & nomine nostro & pro nobis liberandi & absolvendi, & a fidelitate ex nunc prout ex tunc absolvendi in casu, in quo nos fecerimus contra ecclesiam, vel invidemus per nos vel alios Urbem Romanam, regna, provincias, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Vennunum, loca, terras alias, & territoria supradicta aut aliquod de eisdem.

Item damus predictis procuratoribus nostris, & eorundem cuilibet in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro promittendi, quod circa terras, quas dominus Rex Sicilia tenet extra terras,

quas tenet ab ecclesia, faciemus quoad commutationem, donationem, confirmationem, seu alias, prout sanctitas vestra volet, & ipsi Regi erit gratum, quem intendimus tractare sicut consanguineum & affinem principum. Item vice & nomine nostro & pro nobis promittendi, quod dicto domino Regi Sicilia offeremus unum nostrum filium uxorandum & gubernandum, prout vestre sanctitati & ipsi Regi videbitur expedire. Item vice & nomine nostro & pro nobis promittendi, quod pro securitate fidelium ecclesie in Tuscia, in terris videlicet imperii, faciemus dictum dominum Regem Robertum vicarium nostrum in vita sua irrevocabiliter, si, quantum, & prout vestre sanctitati placebit. Item vice & nomine nostro & pro nobis promittendi, quod cum predicto domino Rege Sicilia unionem & confederationem faciemus, prout vestra sanctitas duxerit ordinandum.

Item damus predictis procuratoribus nostris, & cuilibet eorum in solidum plenam potestatem, ut supra, vice & nomine nostro pro nobis consentiendi & promittendi, quod si in premissis articulis vel aliquo eorumdem aliquod esset ambiguum, dubium, vel incertum, declarationi, interpretationi, correctioni, & suppletioni, & ordinationi sanctitatis vestre & domini summi Pontificis qui pro tempore fuerit, stabimus cum effectu. Insuper damus & concedimus supradictis procuratoribus nostris omnibus, & cuilibet eorum in solidum plenam, meram, & liberam facultatem, auctoritatem, & speciale mandatum vice & nomine nostro & pro nobis coram sanctitate vestra, & ubicumque sanctitati vestre placuerit vel visum fuerit expedire, obedientias, promissiones, concessionem, donationem, ratificationem, annulationem, & revocationem quascumque vel qualescumque superius expressas aut non expressas, concedendi & promittendi, faciendi & confirmandi, sentendi & persciendi securitates etiam & cautiones, firmitates, cautelas, & obligationes; nec non penitentias & penas, in predictis articulis expressas aut non expressas, quascumque & qualescumque ex parte nostra exhibendi, offerendi, suscipiendi, faciendi, complendi, firmandi, & persciendi: etiam nos ad observationem omnium eorundem & singulorum, & unicujusque ipsorum astringendi & obligandi: confederationem insuper, ligam, concordiam, & unionem cum magnifico principe Rege Roberto ad ordinationem & voluntatem sanctitatis vestre & ex voluntate vestra faciendi, firmandi, complendi, persciendi, & roborandi sub pactis, cautionibus, obligationibus, cautelis & firmitatibus quibuscumque: & cautiones, obligationes, penas, & cautelas similes ab eodem Rege nomine nostro recipiendi, & subscribendi suprascriptis omnibus & sin-

Eundem in Etruria imperii legatum se renunciaturum.

Si quid oboriatur dubii interpretationem referendam Pontifici.

Intrusos ejectum iri.

Principes Germanos in ipsum foedum fragum arma veruros.

XXVII. Cum Rege Sicilia pontificio arbitrio lites compostum iri.

& singulis, & unicuique ipsorum: addendi, suppleendi, & adjungendi, ac ipsos & quemlibet ipsorum mutandi, corrigendi, & emendandi omnia & singula juramenta, prout superius in articulis sunt conscripta, ac omnia & singula juramenta per Imperatorem Henricum ultimum, & alios Reges & Imperatores Romanos premissa, & quaecumque alia juramenta, que sanctitati vestre prestanda videbuntur in quocumque casu seu casibus suprascriptis, vel aliis quibuscumque nomine & vice nostra in animam nostram jurandi, prestandi, & faciendi premissi & omnia & singula & unumquodque ipsorum: & generaliter omnia & singula & quaecumque alia dictum negotium tangentia, in toto vel in parte aliqua, aut quacumque seu qualibet sui parte, seu ex eo pendentia directe, vel indirecte, superius expressa & non expressa, faciendi, gerendi, exercendi, acceptandi, offerendi, laudandi, jurandi, approbandi, complendi, ratificandi, sentendi, firmandi, persciendi & effectum mandatum singulariter & expresse; etiam si majora & graviora existerent quam premissa, & que nosmet facere possemus, si precessemus in propria persona, etiam si mandatum qualecumque & quancumque exigent spectale.

XXVIII. Promittimus insuper, quod predictos nostros procuratores omnes vel aliquos vel aliquem ipsorum, pendente coram sanctitate vestra tractatu & negotio nostro predicto, non revocabimus: & si qua revocatio verbis & factis vel literis apparebit, ipsam pro nulla & irrita haberi volumus, & eam presentibus irritamus, revocamus, & annullamus ita, quod in quemcumque casum aut eorum vigorem habere non possit, nec premissis vel alicui premissorum officere valeat, vel aliquatenus derogare. Insuper ut premissa omnia & singula & unumquodque premissorum per nos efficaciter compleantur, & inviolabiliter observentur, promittimus bona fide, & nihilominus sub hypotheca & obligatione omnium bonorum, & infra, omnia & singula, que predicti procuratores nostri vel eorum aliqui nomine & vice nostra fecerint, aut nos facturos promiserint, nos postquam assumpti fuerimus in Regem Romanorum, faciemus in propria persona coram sanctitate vestra, vel alias ubi & quando sanctitati vestre videbitur expedire: nec non quod ipsa ac omnia & singula premissa & quolibet premissorum de novo munemus, firmabimus, & approbavimus, complebimus, confirmabimus, ratificabimus, roborabimus nostris juramentis & instrumentis publicis manu publicorum tabellionum confectis; nec non nostris literis & sigillis, & omni alia firmitate & firmitatibus ac modis, quibus melius valere poterunt & sanctitati vestre videbitur expedire. Et ad majorem omnium

Confucta a veteribus Cesaribus exigi facta muniturum.

& singulorum roboris firmitatem, juramus super sancta Dei evangelia, per nos corporaliter manu tacta, quod omnia & singula suprascripta & quaecumque alia, que in premissis & quolibet premissorum per predictos procuratores nostros omnes, aliquos, vel aliquem ipsorum facta, gesta, promissa, ordinata, & obligata fuerint, tenebimus, adimplebimus cum omni efficacia & effectu, ac ea omnia & singula inviolabiliter observabimus, & in contrarium per nos vel alium directe vel indirecte nunquam veniemus, &c. Datum & actum Ulmae anno Domini MCCCXXXVI. quinta die intrante martio, &c.

Intercessere pro Ludovico apud Pontificem, ut ipsum in gratiam admitteret, Rupertus & Rudolphus Palatini Rheni comites: quibus Pontifex quanto desiderio Ludovicum in gremium ecclesie revocari arderet, expressit hujusmodi sententiam (a): Nos etiam, qui tam sibi quam quibusvis aliis professoribus nominis Christiani salutis & quietis parati aditum cupimus, ut reducto ipsa, eordi nobis existens admodum, ad Dei honorem & ecclesie sue sancte fieri valeat, non omittimus laborare. Dat. Avin. XVII. kal. maii. ann. II.

* Cum adeo egregie Pontifex ad conciliandum ecclesie Ludovicum Bavarum affectus esset, is repente ab Eduardo Anglie Rege sollicitatus, contra promissam fedi Apostolicæ facta, nullam se injuriam Francorum Regi illaturum, eo tempore maxime, quo orientalem expeditionem, quo ornabat, armorum foedera universæ rei Christianæ exitalia percussit (b), coepit de reconciliatione sua tractatum disturbavit: quod Pontifex maximo dolore affectus ejus oratoribus objecit. Qui Principis sui insperata inconstantia attoniti ad ipsum ut coeptis abducerent se conferre constituerunt. Benedictus vero gravissimas hasce literas (c) ei misit.

Magnifico viro Ludovico de Bavaria ad promerendam in presenti gratiam, & in futuro gloriam, Deum diligere veraciter & timere.

Quamvis dilecti filii Henricus de Siffingen commendator domorum Ulmae, & Vuerde ordinis S. Marie Theutonicorum Constan-tiensis & Augustensis diocesis, Eberhardus de Tammovve archidiaconus, Marquardus de Randegge canonicus Augustensis, & Ulrichus Hofmairus de Augusta sui procuratores, & nuncii dudum ad sedem Apostolicam destinati, prudenter & diligenter circa prosecutionem negotii, pro quo missi fuerunt, apud nos duxerint sapius insistendum; nos tamen aliis arduis negotiis inevitabiliter occupati, praesertim propter adventum charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francie illustris ad praesentiam nostram, sicut te supponimus audivisse, ac etiam quia ipsi nuncii noviter ex-

Qui principes pro Lud. deprecatores accesserint.

(a) To. 2. ep. fecr. 169. & 170.

XXIX. Benedicti pro conciliando Lud. stud. Resiste Lud. a coeptis. Cum Anglo foedus init. (b) Eod. 10. 2. ep. fecr. 182. fo. VII. l. II. c. 71. & 74. Tho. vval-sing. in Trodigm. Neuss. Alb. Ar-gent. in Chron. & alii. (c) To. 2. ep. fecr. 182. Benedicti ad Bavarum lit.

Obiurgat illum Pont. conjurasse in Phil. Regem.

Promissa violasse.

Dimissi e- jus orato- res.

hibuerunt procuratoria, super quibus deli- berandum erat cum fratribus; prosecutio- ni & expeditioni usquequaque commode ne- quivimus intendere negotii prelibati. Sed nuper expeditis certis urgentibus, que praterire non poteramus negotiis, cum facta per nos de negotio tuo predicto mentione in confessorio super eo intendere quare, rumores ad nos supervenerunt infesti, quod tu cum quibusdam potentibus prefati Regis ac regni & devotorum ipsius amulis tractave- ras seu interas confederationes & ligas. De quo mirati plurimum & turbati, cum, sicut in tuis nobis alias missis literis conti- netur, contrarium fieri & ordinari debe- ret, id eisdem tuis nunciis, ac qualiter di- ctum negotium, nedum impediri, quinimmo subverti poterat propter hoc, duximus expo- nendum.

Et licet primo prefati nuncii, ex tuis non modicum suspicati, ad te mittere specia- lem propterea nuncium cum suis literis ordinassent; postmodum tamen, deliberato melius & utilius existere, quod ipsi perso- naliter ad te vadant, proficiunt de no- stro beneplacito, tuam adituri presentiam, ad nostram cum certis tam nobis, quam prefato Regi Francie responsionibus super iis redituri. Quocirca prudentie tue pater- no consilio suademus, quatenus memoratis nunciis, quibus intentionem nostram super premissis verbotenus expressimus, plenius intellectis, sic prudenter, te actusque tuos & negocia cum omni semper in bono con- stantia dirigas, ordines, & disponas, quod via salutis tibi pateat, & inchoatum inde negotium, illius gratia suffragante qui gres- sus hominum dirigit, valeat sublatis impe- dimentis quibuslibet prosperari. Datum Avi- nione 11. id. maii anno 11.

XXX. Posthabi- ta a Lud. Pontificis monita. Confutata Argenti- nenis mendacia. (a) Argen- ia chron.

(b) To. 3. ep. secr. 190.

At Ludovicus posthabitis pontificiis moni- tis, cum Eduardo Angliæ Rege, ut re- ferunt authores, contra Philippum Re- gem Francorum fœdus adstrinxit. Ex al- latis porro literis pontificiis refellas Al- bertum Argentinensem, dum cæteris fa- bellis hanc adicit (a), Benedictum gau- dio exultasse, cum Philippum a Ludovi- co Bavaro lacessitum bello accepisset, quasi ab illo denunciata cæde vetitus esset Ludovicum in ecclesiæ gratiam admittre- re: si enim Ludovicus Pontifici in re ju- stissima non paruit, non Philippus in cri- men vocandus, sed accusanda alterius in- constantia est: quæ ex eo magis con- spicua extitit, cum Ludovicus Rupertum patrum misisset inclinante anno, ut Pon- tifici sanctissime polliceretur (b), Philip- po Francorum Regi bellum se non illa- turum, vel cum Eduardo Anglorum Re- ge armorum fœdus non initurum. De hac Ruperti comitis Palatini legatione ad Benedictum decreta extant Ludovici Ba- vari literæ, quibus ipsum procuratorem ad plura gravissima tractanda instituit:

neque enim successerant superiora, ut Lu- dovicus fidelium communioni restitueretur, cum enim hæreseos crimine damnatus esset, constasset schisma, hæresarchas fo- visset honoribus & studiis, aliaque plu- ra contra rem catholicam ac pontificiam majestatem patraisset, ejurandi erant om- nes errores, & crimina expianda Chri- stiana poenitentia.

Ludovicus itaque e suorum consilio Ro- bertum comitem Palatinum Rheni patru- um & Willelmum comitem Juliacensem procuratores instituit, ut cum doloris sensu profiterentur, Ludovicum ipsum, injuria Joannem XXII. pontificio gradu deturbare conatum, ac pseudopontificem Corbariam intrussisse, assensisseque ut bona ecclesiastica invaderet, & consecrati- ones contra sacros canones celebraret: nunquam credidisse recte se in eis egisse, sed perverse: ultionis aviditate ea flagi- tia commisisse: non credidisse sententia sua Joannem XXII. vere pontificatu de- jectum, neque ab Imperatore posse exau- thorari: damnatis hæreseos Vicecomiti- bus Mediolanensibus inique studuisse: Mi- chaelem Cæsenatem & alios hæreticos pseudominoritas fovisse; hæreses tamen ipsorum damnare: constitutiones Joannis XXII. de Christi paupertate conditas fidei consonas credere; precarentur veniam, si in provocatione contra Joannem XXII. diceretur ipsum jurejurando confirmasse, omnia in ea contenta vera esse, cum in iis plura hæretica & blasphema contine- antur: neque enim sacramento ea se fir- matisse, sed a Groildone notario per scel- lus id innotatum, ut diffensionem accen- deret: Marfilii e Padua & Joannis e Jan- duno hæreses aliasque se execrari: eccle- siastica interdita vindictæ exercendæ cu- piditate ductum, quamvis se male agere agnosceret, violari jussisse: imperialem ti- tulum & inunctionem injuste & male ab illo, qui nulla potestate polleret, Romæ accepisse, imperiale nomen deponere; in- fligendam pro expiandis iis sceleribus mul- ctam admitturum; denique excusationes in extenuandis iis allatas idoneas non ar- bitrari.

Data etiam Ruperto Palatino comiti & Willelmo Juliacensi a Ludovico provin- cia, ut supplices criminum veniam exo- rarent, ac deposcerent regio honori ip- sum restitui: dissolvi insticta Germaniæ ecclesiastica interdita, suarum partium se- quaces absolvi: sacramento se devincirent ecclesiæ & Benedicti Papæ iussis ipsum pariturum: omnes hæreticos compressu- rum; ac præcipue Joannem e Janduno, Michaellem e Cæsena, si redire ad gremium ecclesiæ, & errores ejurare de- tractarint, insectaturum. Sponderent ex- piandorum criminum causa expeditionem Asiaticam suscepturum, atque ad ponti- ficiam

De quibus facinori- bus a Lu- dovico petita sit venia.

XXXI. Postulata sacrorum usus resti- tutio in Germ.

(a) Ext. in voce S. Angeli & in lib. pivil. Rom. eccl. 10. 2. pag. 332. & in 1er. coll. Plat. 10. 2. pag. 249. & re- perta in arch. infer. Avin. An. 1394. sign. n. 62. & n. 138. in charta per- Decreta a Lud. Bav. nova lega- tio.

Palatinus Rheni & Juliac. com- mes pro- curatores instituti.

Petita ve- nia de- consilio schi- smate.

ficiam voluntatem in hostes crucis bellum. gesturum; tum alias infligendas poenas libenter suscepturum. De quibus omni- bus conceptæ sunt subjecta forma verbo- rum Ludovici literæ (a) [1].

Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Benedicto divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis eccle- siæ summo Pontifici, Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus filius suus devotus cum sui & regni Romani recommendatione devota pedum oscula bea- torum.

Novit sanctitas vestra nobis quamplu- rimum veneranda, quod nos confisi de fi- delitate, providentia, & sinceritate illu- strum virorum Willelmi comitis Juliacen- sis principis & affinis nostri, Roberti comitis Palatini Rheni & ducis Bavarie principis & patris nostri, secretariorum nostrorum specialium & fidelium dilecto- rum, mandatum nostrum sponte recipientium in presentia notariorum publicorum, & te- stium infra scriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum fecimus & constituimus, & per presentes nostras literas facimus & con- stituimus, creamus & ordinamus modis om- nibus, quibus melius de jure facere possu- mus & valemus, nostros veros, certos, & legitimos procuratores, ambassatores, nego- tiorum gestores, & nuncios speciales ac quo- cumque alio nomine melius dici & nuncu- pari possunt, dantes & concedentes in his scriptis eis & cuilibet eorum in solidum ita, quod non sit melior conditio occupan- tis; sed quod unus vel alter ipsorum in- ceperit, alius prosequi valeat & finire vice & nomine nostro, & pro nobis coram sanctitate vestra & sacro collegio domini- rum Cardinalium, & ubicumque sanctitati vestre placuerit vel visum fuerit expedire, plenam, meram, & liberam potestatem, facultatem, auctoritatem, & speciale man- datum. Primo ad recognoscendum & confi- tendum, nos consensisse, suffragium presti- disse, & non impedivisse; sed verius ad hoc operam dedisse, quod Petrus de Cor- baria efficeretur antipapa & actus faceret. Papa: & quod felix recordationis do- minus Papa Joannes, de facto papatu pri- varetur & privatus denuntiaretur.

Item quod consensimus & permisimus, quod dictus antipapa consecraretur, seu ve- rius execraretur, consecrationes seu verius execrationes faceret, & de bonis ecclesiæ- rum pro sua libitu voluntatis ordinaret, quod ejus ministri, officiales, & sequaces sua officia exercerent; item quod ex his schisma in ecclesia Dei & multi errores secuti existunt: & super his vice & no- mine nostro & pro nobis nos excusandi. Primo quod nunquam credidimus neque credimus ipsum Petrum de Corbaria fuisse Papam, sed antipapam. Item quod per- missimus, & consequenter mandavimus cum pro tali haberi & honorari ex eo, quia dominus Papa Joannes alium in Imperato- rem eligi, ut dicebatur, procurabat, & nos suis sententiis & processibus deponere co- nabatur. Item quod quidam ista fieri pro- curabant, qui discordiam talem affecta- bant, & dicebant hoc populo Romano licere & Imperatori, & instrumentis antiquis & auctoritatibus diversis comprobabant. Item quod nos, cum Petrus de Corbaria in antipapam fuisset institutus, ignorabamus determinationem ecclesiæ fuisse factam, quod hæreticum esset & hæresim superet, Imperatorem Papam deponere & alium fa- cere. Item quod de predictis consecrati- onibus, seu verius execrationibus dole- mus, & quod multum nobis placet ut puniantur, qui predicta fecerint, nisi ad gratiam ecclesiæ redire velint una nobiscum; & quod tunc similiter punian- tur, ut vestra videbitur sanctitati. Item quod nunquam credidimus neque credimus nos bene facere aut fecisse in predictis, sed male & perverse. Item quod illa fieri permissimus, ut redderemus malum pro malo, ut sicut dictus dominus Joannes Pa- pa privabat, etiam privaretur; & sicut alium Regem Romanorum constitui pro- curabat, etiam alius Papa de facto consti- tueretur; & cum injuria per ejus officia- les dicerentur, etiam injuria audirentur. Item quod non credebamus, nos in præ- dictis bene, sed male fecisse; nec crede- bamus dictum dominum Joannem Papam fore depositum, nec alium vere creatum, sed dic- to & facto sic simulate faciebamus & dice- bamus, sicut de facto contra nos procedebatur, prout multi sapientes judicant & judicabant. Item quod nunquam credidimus neque cre- dimus, quod neque ad Imperatorem, neque ad Romanorum Regem, nec ad Romanum populum spectet Papam deponere, & alium creare; & ideo actus illos reprobamus. Item quod civis Romani diversarum condi- tionum ad hujusmodi consensum prestan- dum

Ann. Eccl. Tom. XXV.

NOTE [1] EX Annalibus contractis post illa verba Ludovici literæ hæc periocha addenda est, in quibus meminit, ut diximus, Joannis de Sanduno, & Michaelis Cæsenatis hæresarcharum, non autem Marfilii Patavini, quia is jam obierat in Italia anno Christi MCCCXXVIII. ut testatur Jo- annes Villanus lib. 10. cap. 104. quem perfidum hæreticum, & Bavari ductorem appellat. Quam- quam hæc ab Annalista olicitantius scripta fateor, cum plus quam vice simplici in his literis Marfilii de Padua nomen expressum sit. Nihil tamen auctoritati Joannis Villani detrahendum ar- bitror, cum suis hæc literis imperator non eorum tantum veniam quæ tunc gerebat, sed ea pa- riter, quæ antea gesserat, deprecaretur. MANSI

rum pro sua libitu voluntatis ordinaret, quod ejus ministri, officiales, & sequaces sua officia exercerent; item quod ex his schisma in ecclesia Dei & multi errores secuti existunt: & super his vice & no- mine nostro & pro nobis nos excusandi. Primo quod nunquam credidimus neque credimus ipsum Petrum de Corbaria fuisse Papam, sed antipapam. Item quod per- missimus, & consequenter mandavimus cum pro tali haberi & honorari ex eo, quia dominus Papa Joannes alium in Imperato- rem eligi, ut dicebatur, procurabat, & nos suis sententiis & processibus deponere co- nabatur. Item quod quidam ista fieri pro- curabant, qui discordiam talem affecta- bant, & dicebant hoc populo Romano licere & Imperatori, & instrumentis antiquis & auctoritatibus diversis comprobabant. Item quod nos, cum Petrus de Corbaria in antipapam fuisset institutus, ignorabamus determinationem ecclesiæ fuisse factam, quod hæreticum esset & hæresim superet, Imperatorem Papam deponere & alium fa- cere. Item quod de predictis consecrati- onibus, seu verius execrationibus dole- mus, & quod multum nobis placet ut puniantur, qui predicta fecerint, nisi ad gratiam ecclesiæ redire velint una nobiscum; & quod tunc similiter punian- tur, ut vestra videbitur sanctitati. Item quod nunquam credidimus neque credimus nos bene facere aut fecisse in predictis, sed male & perverse. Item quod illa fieri permissimus, ut redderemus malum pro malo, ut sicut dictus dominus Joannes Pa- pa privabat, etiam privaretur; & sicut alium Regem Romanorum constitui pro- curabat, etiam alius Papa de facto consti- tueretur; & cum injuria per ejus officia- les dicerentur, etiam injuria audirentur. Item quod non credebamus, nos in præ- dictis bene, sed male fecisse; nec crede- bamus dictum dominum Joannem Papam fore depositum, nec alium vere creatum, sed dic- to & facto sic simulate faciebamus & dice- bamus, sicut de facto contra nos procedebatur, prout multi sapientes judicant & judicabant. Item quod nunquam credidimus neque cre- dimus, quod neque ad Imperatorem, neque ad Romanorum Regem, nec ad Romanum populum spectet Papam deponere, & alium creare; & ideo actus illos reprobamus. Item quod civis Romani diversarum condi- tionum ad hujusmodi consensum prestan- dum

Adjecta excusatio.

Fatetur se peccasse ex igno- rantia.

Ultionis libidine actum fu- isse.

Papam a Cæsare vel popu- lo non posse ex- authorari proficetur.

K

dum per diversas vias & modos nos induxerunt; quorum favore nos indigebamus, & eorum propterea voluntati consensimus; simulata tamen, ut in prosecutione positi possimus transire tempus nostrum; licet nos crederemus & credimus male facere in predictis.

XXXII. Desperata cum Joanne conciliatione, in eum furor effudit.

Excusat se de impensa ope Galeatio.

Prestitisse ex politica arte.

De acceptis in clientelam plebdominoritis veniam poscitis.

Non assensisse eorum haeresibus.

Profitetur se credere circa Christi paupertatem que credit ecclesia.

XXXIII.

Item quod extra omnem spem concordie cum domino Papa Joanne & ecclesia, ut nobis videbatur; postea hoc fieri permisimus, quia invito & nullo modo eadem vel similia alias contra ipsum & ecclesiam fecissemus. Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis; quod favimus Galeatio de Vicecomitibus & fratribus suis de Mediolano & eorum complicibus, condemnatis tunc; ut dicebatur; de haeresi vel de fautoria haeresi; & super his vice & nomine nostro & pro nobis excusantur; quod errores prefatorum Vicecomitum nunquam scivimus; nec adhuc scimus; nec vellemus ipsi vel aliquibus aliis favisse vel favore in aliquo errore contra fidem nec fecimus; sed ipsos ut fideles nostros & subditos tractavimus; & eos in dominio civitatis Mediolanensis sustinimus ad tempus; & ipsis egentibus etiam pecunia subventimus, ut in dominio dictae civitatis Mediolanensis, & per consequens totius Lombardiae quietas remanere possimus. Item ad constituendum vice & nomine nostro, quod nobiscum tenuimus fratres Minores rebelles ecclesiae; videlicet fratrem Michaelem de Casena, fratrem Franciscum de Marchia, fratrem Guillelmum, fratrem Bonamgratiam, fratrem Henricum de Chalem; & alios eorum socios & sequaces; & quod nos consensimus appellationibus eorundem fratrum contra dominum Joannem Papam predictum; & vice & nomine nostro; & pro nobis excusandi nos in supradicto articulo: nec non super eo, quod nobis imponitur, quod eis fecimus in eorum opinionibus & in eorum praedicationibus factis & dictis contra fidem & ecclesiae determinationem. Primo quod protestati sumus publice & expresse, quod si in eorum appellationibus aliquid poneretur, quod esset contra fidem vel ecclesiae determinationem, quod illorum dictis non consentiebamus; sed solum illis, quae ad jurisdictionem temporalem & ad nostri juris salvationem spectabant. Item quod expresse eis diximus, quod de ipsorum opinionibus de paupertate Christi vel aliis, in quantum essent contra fidem catholicam; volebamus nos immiscere, nec intrmittere; quia semper credidimus & credimus & credere intendimus circa articulos fidei & ecclesiae determinationes, tam circa paupertatem Christi quam circa alia; quod credidit & credit dominus Papa Joannes & sacrum collegium dominorum Cardinalium & sanctae Romanae ecclesiae. Item quod sicut miles scripturarum & literarum subtilitatem ignari, quia dice-

bantur meliores magistri theologiae & fratres religiosi, non credentes nos aliquid contra fidem facere; appellationi eorum consensimus; & sibi adhaerebamus; & ipsam pro defensione nostra, & jurium nostrorum & imperii interposuimus. Item quod nec ex tunc nec ex nunc consentiebamus, nec credebamus; nec consentimus; nec credimus dictis & opinionibus eorum, nisi in quantum essent & sunt conformia fidei catholicae; & determinationi ecclesiae. Item quod ipsos tenuimus; ut eos loco & tempore ad gremium ecclesiae. Item quod ipsos tenuimus, ut eos loco & tempore ad gremium ecclesiae una nobiscum reduceremus; ita quod ipsos tenuimus ut rebelles, & inimicos inimici nostri sanctissimi domini Papae Joannis; & ut de facto responderent, sicut ut multa de facto contra nos opponebantur, ut nobis videbatur. Item quod ipsos recepimus sub dominio nostro, quia clerici boni & magistri literati dicebantur. Item quod multa dicebant pro jure nostro servando; & juribus imperii conservandis, quibus, in quantum jus imperii tangebant, sicut miles & laicus credebamus. Item ut tum supradictis literatis nos possimus contra literatos defendere in juribus nostris & imperii. Item quod ipsorum praedicationes, diffamationes, & blasphemias, in quantum erant contra fidem & ecclesiae determinationem & contra bonos mores, non probamus nec approbamus; sed reprobamus & reprobare intendimus; sed hujusmodi praedicationes approbavimus, in quantum jura imperii & honorem nostrum tangebant. Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis; quod constitutionem, cum inter nonnullos, de paupertate Christi loquentem, credimus fore veram & catholicam; & quod articulos, videlicet redemptorem nostrum & dominum Jesum Christum ejusque Apostolos in specialis non habuisse aliqui, nec etiam in communi; rursum quod Redemptori nostro prefato ejusque Apostolis in his, quae eos habuisse sacra scriptura testatur, nequaquam ipsis jus utendi seu consumendi competierit, nec illa vendendi, seu donandi jus habuerint; credimus fore juste & rite per ecclesiam damnatos ibidem: quos etiam nos sicut bonus & fidelis Christianus damnamus, anathematizamus, damnabimus & anathematizabimus. Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis, quod in appellatione, quam fecimus contra quendam dominum Papam continetur, quod juravimus omnia ibi contenta vera esse, cum tamen multa ibidem haeretica & per ecclesiam damnata contineri dicantur circa paupertatem Christi & Apostolorum, multa etiam blasphemica; & super his nos excusandi primo, quod nos expresse excepimus & diximus, cum dicta appellatio eorum nobis facta fuit, quod

Ex politico dolo eisdem favisse.

Usurum eorum calamo & ingenio, sed haereticum excrati.

Constitutionem, cum inter, veram & catholicam profectur.

Appellationem contra Joannem damnat.

quod de opinionibus fratrum Minorum de paupertate Christi, & de ecclesia determinationibus nos immiscere seu intrmittere minime intendebamus; sed de his dumtaxat, quae jus nostrum & imperii tangebant. Item quod nos nunquam juravimus licet sic esset scriptum in appellatione. Item quod reperitur, quod notarius, qui hoc fecit, scilicet Ericus Goidronis [1] malitiose & in vindictam contra nos, dicendo se per nos fuisse lasum, istam appellationem de consilio aliquorum, volentium talem divisionem seminare, quod nunquam vales eam aliquis reparare, fieri procuravit; & hoc confessus est in morte, ut a pluribus asseritur. Item quod illa non credidimus, neque credimus fore vera, in quantum sunt contra fidem & ecclesiae determinationem; nec subtilitates ibidem contentas, nec illos articulos intelleximus, cum tales & talium ignari existamus. Item quod de blasphemis & falsis ibidem positis dolemus, quod ibi posita fuerunt & publicata. Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis, quod Marsilium de Padua & Joannem de Janduno, per ecclesiam damnatos, nobiscum tenuimus & super hoc vice & nomine nostro nos excusandi, primo quod ipsos tenuimus, quia boni clerici orant, & de juribus imperii se multa scire dicebant, ut supra dictum est de fratribus Minoribus. Item quod expresse diximus, quod de eorum opinionibus & scripturis volebamus nos intrmittere, in quantum essent contra fidem & ecclesiae determinationem; sed si aliqua dicerent, vel scirent, quae essent pro defensione juris imperii, illis volebamus uti. Item quod ipsorum erroribus nunquam credidimus, neque credimus. Item quod nobiscum tenuimus, ut ipsos una nobiscum ad gratiam ecclesiae redaceremus. Item quod non credidimus, neque credimus, nos bene fecisse ipsos retinendo, favorem ipsi praestando, ipsosque & eorum sequaces praedicare contra dominum Papam Joannem permittendo; simulabamus tamen multa & permittebamus ut clericis & intelligentibus de facto responderetur, sicut de facto contra nos, ut nobis videbatur, procedebatur; nec credidimus, neque credimus nos bene fecisse in praemissis, sed malo.

Noluisse pleuolominoritarum haeresi implicare se.

Scrinarium sua improbritate haerese inferreuisse.

Illam a se ejurati.

Excusat se de accepto Marsilii & Janduni haereticorum patrociniis.

Scelus damnat.

XXXIV. Quinque eorum haereses execratione defigit.

in evangelio B. Matthaei legitur, quod ipse solvit tributum Caesari, quando staterem sumptum ex ore piscis illis, qui petebant didrachma iussit dari, hoc fecit non condescensive ex liberalitate suae pietatis, sed necessitate coactus; secundo, quod B. Petrus Apostolus non plus auctoritatis habuerit, quam alii Apostoli habuerunt, nec aliorum Apostolorum fuit caput; quodque Christus nullum caput dimisit ecclesiae, nec aliquem vicarium suum fecit; tertio, quod ad Imperatorem spectat Papam instituere & destituere, ac punire; quarto, quod omnes sacerdotes sive sit Papa, sive sint archiepiscopi, sive episcopi, sive simplices sacerdotes sunt ab institutione Christi auctoritatis & Jurisdictionis equalis; & si unus habet plus quam alius, hoc est secundum quod Imperator concedit uni vel aliis plus vel minus, & sicut tunc concessit alicui, sic potest etiam illud revocare; quinto, quod tota ecclesia simul juncta nullum hominem punire potest punitione coactiva, nisi Imperator super hoc auctoritatem sibi daret; credimus fore vere & recte damnatos: quos & nos tanquam bonus Christianus damnamus, & anathematizamus.

Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis, quod interdicta non permisimus servari in multis terris & locis; & quod plures ecclesias & ecclesiasticas personas permisimus gravari, & violare interdictum, multosque multos coegimus tam seculares quam regulares. Item vice & nomine nostro & pro nobis super hoc nos excusandi, quod ista fecimus & fieri permisimus propter causas praedictas, & quia propter magnam guerram aliud commode facere non poteramus, & ut de facto ageveremus, sicut de facto contra nos, ut nobis videbatur, procedebat; ut populum contra nos non concitaremus, sed ipsorum murmurationem deprimeremus. Item quod ista fecimus volentes tempus nostrum transire reddendo. malum pro malo, licet crederemus nos malefacere. Item ad constituendum vice & nomine nostro, quod multos intrusimus in ecclesiis, vel favorem ad hoc dedimus, & provisos & per ecclesiam impedivimus seu impediri fecimus.

Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis, quod cum excommunicatis participavimus, & cum eisdem in locis etiam interdictis missas & alia divina officia audivimus & celebrari fecimus, & multos celebrare coegimus; nec non in urbe Romana & in pluribus aliis terris.

XXXV. Veniam efflagitat de prophetis laicis.

Id ex politica arte factum.

NOTE [1] Qua scribit Bavarus de adulteratis ab Ulrico Goidronis actis publicis, in Joannem Pontificem scriptis illustrata a nobis sunt in nota ad A. 1328. 36. Hic obiter adnotandum est Ulricum hunc protectorem alium fuisse ab Ulrico, qui per haec tempora cancellarii munus apud Bavarum agens hoc anno ab eodem cum literis hic recitatis missus fuit ad Pontificem; cum in istis literis narraret Bavarus Ulricum illum extremum jam spiritum agentem fraudem suam detexisse. MANST

ecclesie divina accepimus, & per nos & per alios exercuimus. Item vice & nomine nostro & pro nobis super his excusari, quod hoc fecimus tum propter causas predictas, tum etiam ut magis nos in statu nostro firmaremus; licet nos crederemus male facere. Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis, nos assumpsisse titulum imperialem & unctionem in Roma peruersa, male, & iniuste, & a potestate non habente. Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis, quod credidimus, quod ad summum Pontificem spectat hoc facere, & ad nullum alium; & quod simulabamus nos benefacere, huiusmodi titulum assumendo & tenendo, propter magna pericula, que nobis imminuebant in statu & persona. Item dictis nostris procuratoribus & cuilibet eorum in solidum damus ex certa scientia plenam meram, & liberam potestatem, auctoritatem, & speciale mandatum ad renunciandum, dimittendum, & totaliter deponendum vice & nomine nostro & pro nobis titulum imperialem Romae per nos receptum, & quo utimur, & hactenus usi sumus; ac ad promittendum, & in animam nostram iuramento prestando firmandum, quod titulo predicto Romae per nos recepto ulterius non utemur. Item ad promittendum vice & nomine nostro & pro nobis; quod super omnibus predictis excessibus, & quibuslibet aliis ista tangentibus, faciemus confessionem plenam, propria in persona petemus humiliter veniam, ac offeremus & suscipiemus emendam. Item ad constituendum nihilominus quod predictas excusationes non reputamus sufficientes: & ideo volumus, ut dicti procuratores & unusquisque eorum sanctitati vestrae vice & nomine nostro pro venia & absolutione supplicent per nos commissorum. Item ad supplicandum, vice & nomine nostro & pro nobis pro absolutione, & pro nostra assumptione, & in integrum restitutione ad famam, honorem, & statum; & interdictorum in Alemannie partibus remotione, & singularium personarum absolutione.

Item supradictis nostris procuratoribus & cuilibet eorum in solidum, ut supra, damus & concedimus plenam, meram, & liberam potestatem, facultatem, auctoritatem, & speciale mandatum ad jurandum in animam nostram de parendo mandatis ecclesie atque vestris super omnibus & singulis supradictis. Item ad iuramentum & iuramenta prestandum, predicta vel similia nunquam facturos; & quod universos & singulos hereticos & schismaticos per ecclesiam denotatos, vel denotandos extirpabimus, & specialiter supradictos Joannem de Induno, Marsilium de Padua, fratrem Michaelm de Casena, fratrem Guillelmum Ocham, fratrem Bonamgratiam, fratrem Henricum de Chalem, & omnes

Fatetur male imperiali ornamenta Romae accepisse.

Imperiale nomen Romae acceptum ponit.

Spondet sacra ex homologia superiorem omnia scelera se expiarum. Excusationes memoratas integre non valere, fatetur.

XXXVI. Deprecatur, ut pristinis restituatur iuris.

Promittit infecturum se hereticos quos fuit, nisi resipiscant, pollicetur.

alios eorum socios & sequaces, si ad unitatem ecclesie redire noluerint; nec non quod omnem haeresim & schisma detestamur & detestamur & pro viribus exterminabimus toto posse. Item ad promittendum & offerendum vice & nomine nostro & pro nobis, & ad obligandum nos & nostram, quod nomine satisfactionis, poena, & emenda ac poenitentiae per nos commissorum effectualiter assumemus passagium ultramarinum, prout vestrae sanctitati videbitur expedire; & quod ibi manebimus quantum vestra sanctitas duxerit ordinandum. Item ad promittendum vice & nomine nostro, quod pro dicto passagio adimplendo exponemus personam & bona, & nostros amicos requiremus, prout qualitas negotii exigat & requirit. Item ad promittendum vice & nomine nostro & pro nobis nos ecclesias & monasteria edificaturos, prout vestra sanctitas ordinabit. Item ad promittendum vice & nomine nostro, quod elemosinas & peregrinationes faciemus iuxta vestrae sanctitatis mandatum & ordinationem. Item quod suscipiemus & perficiemus poenitentias alias quascumque atque poenas, quas vestra sanctitas pro dictis excessibus nobis duxerit injungendus.

Damus insuper predictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum, ut supra, plenam, meram, & liberam potestatem, auctoritatem, & speciale mandatum, vice & nomine nostro & pro nobis confessiones, excusationes, anathematizationes, & supplicationes, prout in supradictis articulis continetur, faciendi: emendas quoque offerendi & acceptandi super omnibus & singulis supradictis excessibus, & quibuscumque dependentibus ab eisdem; & de ipsis adimplendis nos obligandi sub poenis & poenitentibus & cautionibus quibuscumque; absolutionem etiam, gratiam, veniam, & misericordiam petendi super omnibus & singulis sententiis juris vel hominis, quas incurrimus propter praemissa vel aliquod praemissorum, sive huiusmodi sententiae promulgatae per felicis recordationis dominum Papam Joannem XXI. praedecessorem vestrum, sive per legatum vel legatos ejusdem, sive per inquisitores haereticae pravitatis, seu per loci vel locorum ordinarios qualescumque; nec non supplicandi pro abolitione omnis effectus processuum & sententiarum predictarum: supplicandi insuper pro assumptione nostra & in integrum restitutione ad famam, honorem, & statum pristinum, nec non assumptione nostra in Regem Romanorum, & approbatione personae nostrae, ad imperialem dignitatem postmodum promovenda: iuramenta etiam sive de stando & parendo mandatis ecclesie, sive de ulterius praemissa vel similia fore facta, excessus vel delicta non committendo, sive qualibet alia iuramenta, de quibus supra fit mentio, & quaecumque alia propter praemissa obtinenda in

Schisma & quamvis haeresim excratur.

Pro expiando scelere expeditionem in Palaestina spondet.

Et alia pia opera.

XXXVII.

Ad servanda promissa multis cautionibus se obstringit.

Deprecatur ut iuri regio restitatur.

animam nostram prestandi, & jurandi articulis superscriptis omnibus & singulis & unicuique ipsorum addendi, supplendi, & adiungendi, ac ipsos mutandi, corrigendi, & emendandi: supplicandi insuper pro remotione vel saltem suspensione interdictorum in civitatibus & terris nobis adhaerentibus, & pro nobis in interdicto existentibus; nec non pro absolutione excommunicationis & irregularitatis singularium personarum, clericorum, in quocumque statu existant, ac laicorum, & pro ipsorum in integrum restitutione & sufficienti dispensatione: praemissi etiam omnia & singula & unumquodque ipsorum, ac generaliter omnia & singula, & quaecumque alia dictum negotium tangentia vel expedientia, superius expressa vel non expressa, etiam si graviora vel eo majora existerent quam praemissa, faciendi, firmandi, finiendi, & perficiendi, & effectui mandandi singulariter & expresse, & qua nosmet facere possimus, si praesentes essemus in propria persona, etiam si mandatum quantumcumque exigant speciale.

Promittimus insuper, quod predictos nostros procuratores ambos vel alterum eorum, pendente coram vestra sanctitate tractatu & negotio nostro predicto, non revocabimus: & si qua revocatio verbis, factis, vel literis appareret, ipsam pro nulla & irrita haberi volumus, & etiam eam praesentibus irritamus, revocamus, & annullamus ita, quod in quemcumque casum vigorem habere non possit, nec praemissis vel alicui praemissorum officere valeat vel aliquo modo derogare. Promittimus insuper bona fide, & nihilominus sub hypoteca & obligatione omnium rerum & honorum nos & bona nostra omnia [notariis infrascriptis recipientibus & stipulantibus legitime vice & nomine sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Benedicti Papae XII. predictis, ac vice & nomine sanctae Romanae ecclesiae, & omnium & singularium, quorum interest vel interesse poterit] in futurum obligamus, quod omnia & singula, quae in praemissis & circa praemissa aut quocumque praemissorum per predictos procuratores & ambassiatores nostros ambos vel alterum eorum confessa, excusata, damnata, anathematizata, reprobata, promissa, jurata, oblata, suscepta, concessa, firmata, approbata, & supplicata, seu quomodolibet ordinata & tractata fuerint; rata, firma, plucita, accepta & grata perpetuo habebimus, & ex nunc prout ex tunc habemus; & contra ipsa vel ipsorum aliquod nullo unquam tempore veniemus, vel faciemus per nos vel alios verbis vel factis, directe vel indirecte, tacite vel expresse: & quod easdem confessiones, excusationes, damnationes, anathematizationes, reprobationes, promissiones, iuramenta, obligationes, firmitates, & approbationes omnes & singulas

Censuram nexu solvatur.

XXXVIII. Oratores imperfecta re se non revocaturum pollicetur.

faciemus in persona propria coram sanctitate vestra, vel alias ubi, & quando sanctitati vestrae videbitur expedire; nec non ipsas confessiones, excusationes, damnationes, anathematizationes, reprobationes, promissiones, obligationes, & approbationes omnes & singulas; nec non omnia & singula iuramenta, & omnia alia & singula, & unumquodque praemissorum de novo munimus, firmabimus, & approbabitur, complebimus, confirmabimus, ratificabimus, & roborabimus nostris iuramentis & instrumentis publicis manu rebellionum; nec non literis & sigillis, & omni alia firmitate & firmitatibus, ac modis aliis, quibus melius valere poterunt, & vestrae placuerit sanctitati, &c. [Nonnullis interjectis, quibus data prioribus procuratoribus mandata firmat, subijcit.]

Et ad majorem omnium & singularium Confir- roboris firmitatem juramus super sancta mata facta Dei evangelia, per nos corporaliter manu cramento tacta, omnia & singula superscripta, & superiora. quaecumque alia in praemissis & quolibet praemissorum, per predictos procuratores nostros omnes, aliquos, vel aliquem ipsorum facta, gesta, acta, aut etiam promissa, ordinata, & obligata fuerunt, tenebimus & adimplebimus omni efficacia & effectu; ac ea omnia & singula invariabiliter observabimus, & in contrarium per nos vel alium directe vel indirecte nunquam veniemus. In quorum omnium testimonium & roboris firmitatem praesentes literas & procuratorias per discretos viros Fredericum de Ratispona rectorem ecclesiae in Wolsfratzusen diocesis Frisingensis, & Heldegnum quondam Chimadi clericum diocesis Bambergensis publicos notarios infrascriptos publicari mandavimus, & sigilli nostri, quo utimur, & hactenus usi sumus, appensione muniri. Dat. & actum in oppido nostro Nuremberg. xxviii. die mensis octobris anno Domini MCCXXXVI. praesentibus nobilibus & spectabilibus viris Ludovico duce de Tecke, Bertoldo dicto de Nissen comite, &c. Dedit tertias literas ad Benedictum pro recuperanda ecclesiae gratia Ludovicus Bavarus, tertio die mensis decembris hujus anni consignatas, quae Octavio Aquaviva Cardinale gerente Avenionensem legationem in tabulario Avenionensi repertae, Romamque dein deportatae fuerunt (a).

Solicitationis vero est Philippus Francorum Rex a nepte sua Ludovici Bavari uxore, ut cum illius viro archiepiscopus fecerit, illudque affinitatum nexu confirmaret. Cui ea de re sedem Apostolicam consulenti, (quippe impendens bello Anglico ineundum foedus Germanicum videbatur) ita respondit Benedictus (b).

Benedictus, &c. Regi Francorum. Cum fiducia requirenti consilium tenore

(a) Repertae in arch. Avin. ann. 1594. n. 412. XXXIX. Consulit Gallus Rex Benedictum de iungendo facere cum Ludovico. (b) Tom. 2. ep. sec. 315.

Respondet Pont. jungendum sed non antequam concilietur ecclesia.

re presentium respondemus, quod si Ludovicum predictum ad unitatem redire contingat ecclesie, ac a penis & sententiis, quibus ligatus existere noscitur liberari, te cum ipso, praesertim cum affinitate & nati sui tibi nexu sanguinis conjugatur, ligas & confederationes verae ac charitativae amicitiae cum mentis sinceritate inire, ac facere expediens crederemus: sed ante reconciliationem & obtentam absolutionem huiusmodi propter honorem ac reverentiam ecclesiae, ac sententiarum & poenarum predictarum periculum, quae adherentes, valitiores, consiliarios, adjutores, receptatores, fautores, & sequaces quoslibet Ludovici praefati, ac eum Regem vel Imperatorem seu ducem Bavariae nominantes scienter, vel ipsum pro tali habentes apprehendunt, nullatenus esset tutum.

Rursus si eundem Ludovicum mori contingeret sic ligatum, natis predictis ipsius non modicum periculum immineret: constat enim quod contra ipsum privationis ducatus Bavariae, ac omnium terrarum, feudorum, bonorum, & honorum, quae obtinebat ab ecclesia vel imperio, praeter diversas poenas alias graves & periculosas jam dudum fuerint sententiae promulgatae, quas futurus Rex vel Imperator Romanorum exequeretur, ut verisimiliter potest opinari, libenter: sicque nati predicti non sine regis oneribus, cum tibi proxima jungantur, ut praefertur, sanguinis linea, bonis hereditariis frustrati & vacui remanerent.

Una cum Lud. reliquos Germanos reconciliandos.

Praeterea cum innumerales tam principum & magnatum, quam aliarum diversarum conditionum persona partium Alemanniae propter favorem & adhaesionem dicti Ludovici, penis & sententiis supradictis ligatae, gravibus tam animarum quam statusum subiacere periculis dignoscantur, si eorum debito & convenienti modo interveniret reconciliatio, salubris in hac parte animabus eisdem, quae faucibus demonum devoranda sunt expositae, portus non absque magnis meritis aperiretur salutis, & pericula circa status eorum grandia tollerentur: quae quidem reconciliatio ad Dei & ecclesiae, tuumque regium honorem sine consensu & admissione principum & magnatum ipsorum, & illorum maxime quibus jus in electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi competit, ad tractatum huiusmodi posse commode fieri non videtur. Ipsos equidem, qui a praefatis penis & sententiis liberari & absolvi non immerito desiderant, multum videtur reconciliationis negotium tangere supradictae: qui si ad eam & tractatum non admitterentur ipsius, forsan contra nos & ecclesiam, ac te praefatumque Ludovicum clamoris,urbationis, & commotionis occasionem haberent; & quod esset periculosus, velut desperationis compressi laqueus materiam,

quod Deus avertat, assumerent horrendi & damnandi schismatis suscitandi, quamobrem reconciliationem eandem cum eorum consensu eisque, prout decenter & utiliter fieri poterit, ad illius tractatum admissis, fieri posse utilius; ita quod ageretur ante omnia specialiter & expresse, ut nulla liga vel confederatio cum aliquo vel aliquibus per eundem Ludovicum dictosque principes & magnates fieret, aut quaevis attentaretur novitas contra te vel regnum tuum dictae reconciliationis durante tractatu: & si quae facta quomodolibet existerent, illas deberent penitus revocare, siquae non esset prout nec etiam postea, cum confederationes & liga verae amicitiae inter te ac praefatum Ludovicum predictosque principes & magnates concordatae ac firmatae in eodem tractatu existerent, proventurum vel illaturum de illis partibus tibi vel eidem regno periculum formidandum.

Ideoque, fili charissime, tuis, quae praemissimus, & aliis tibi occurrentibus circa haec adductis in exacta consideratione examinem, sit grata haec via tuae celsitudini, nos quantocius, ut Ludovico praefato scribere inde opportune possimus, significare procuremus. Verum nobis videtur, fili amantissime, quod tam super reconciliatione predicta, quam legis confederationis & amicitiae, ut praemittitur, in eundem melius, honorabilius, plentius, & efficacius tractari possit negotium, sicut expressum est superius, apud sedem Apostolicam & firmari cum tuis & Charissimi in Christo filii nostri Roberti Regis Siciliae illustris avunculi tui, quem negotium dictae reconciliationis non parum tangere noscitur, nunciis suo loco & tempore propter hoc ad nostram praesentiam evocandis. Dat. Avin. IX. kal. decembris anno II. Conciliandus fuisset Ecclesiae Ludovicus Bavarus nisi superiora infregisset sacramenta, seque a perficienda adeo optata atque rei Christianae necessaria reconciliatione reddidisset (ut loquitur Benedictus) (a) suis peccatis & delictis exitibus alienum. Attulit Christianae rei universae exitium illa Ludovici a susceptis suae conversionis consiliis defectio, tantumque abfuit a comparanda in Asiam pro expiandis culpis, quam pollicebatur, expeditione, ut Philippum illam adornantem disturbarit.

Suspensa interea occidentalium cruce-signatorum exercitus auxiliaris expectatione, Armenia evastabatur a soldano Babilonio, qui intentatas sibi inanes minas ferro incendiisque ulciscabatur. Cujus cladis fama tristi accepta Pontifex, Regnam Constantiam mulcendi doloris gratia ad locandas in Deo spes erexit (b), nec sedis Apostolicae studia defutura est pollicitus.

Addita lex ut nulla cum hostibus Gallici nominis societas fiat.

Violata perjuria a Lud. Bav. promissio.

(a) To. 3. ep. sec. 307. Philippi Regis expeditio disturbata.

XL. Vallata Armenia.

(b) To. 2. ep. sec. 173.

Chb.

Condolet ejus cladibus Pont.

Promissa auxilia.

XII. Insulani mediterranei maris ad religionem militiam concitati. (a) An. 2. par. 2 ep. 13.

Charissima in Christo filia Constantiae Reginae Armenia illustris.

Rumores infesti, qui de invasione hostili regni Armeniae ac Christianorum in eo degentium iis praeteritis temporibus, per inimicos Christianae fidei attentata, varisque injuriis & damnis ibidem illatis, ad sedem pervenerunt Apostolicam, cor nostrum repleverunt amaritudine, mentemque nostram ingentis compassionis aculeo, cum charissimum in Christo filium nostrum Leonem Regem Armeniae illustrem virum tuum, & te, filia charissima, dictumque regnum & Christianos illarum partium paternae dilectionis prosequamur affectibus, tetigerunt. Sane quia speramus in Domino, qui sperantes in se non deserit, sed potius oppressis subvenit, consolationem tribuit, & moerentes erigit sospitate, quod hostium depressa potentia & humiliata superbia, praefato Regi, suisque regno & fidelibus regnicolis, si spe firma concepta fortes, & stabiles in devotione Dei, orthodoxaque firmitate fidei, ut confidimus, permanserint, providere de salubri & votivo remedio non tardabit; serenitatem tuam rogamus in Domino attentius: & hortamur, quatenus consideranter attendens, quod virtus in infirmitate persequitur, & perseverantia, cui soli corona inter alias virtutes currentes ad bravium promittitur, in adversitatibus clarius comprobatur, super eis, cum occurrunt, in Domino confideris; certam de nobis fiduciam habitura, quod tibi, sicut cum Deo poterimus super tuis opportunitatibus assistemus; nec laborare, quantum decuerit & commode fieri poterit, ut Regi, regno, & fidelibus praefatis subsidium, & auxilium adversus inimicos predictos proventat, commitemus. Datum Avinione XVI. kal. maii anno secundo.

Ad suppeditanda porro laboranti Armeniae prompta auxilia Benedictus Siculos, Cyprios, Rhodios, Cretenses, Euboeenses, aliosque Christianos orientales ad profitendam religiosam in Saracenis militiam concitare studuit (a): quibus proposuit ob oculos, debellata Armenia, aditum ad restituendam Palaestinae religionem interclusum iri, arque ideo in Leonis Regis opem provolandum esse.

Benedictus, &c. universis Christi fidelibus in insulis Siciliae, Cypri, Rhodi, Nigropontis, & omnibus aliis terris seu insulis ultra Pbarum constitutis.

Gravis ira, nec exorabile peccus Babilonici hostis Aegypti, bestiae saevientis adhaec infremit, nec quiescit, super praeteritorum vulnere dolorem adiciens: spem ad illa loca catholica in partibus transmarinis occupanda & depopulanda, procedit. Ecce siquidem nuntii charissimi in Christo filii nostri Leonis Regis Armeniarum illustris, ex parte dicti Regis ad sedem Apostolicam delinati, auribus nostris lacrymabiliter inti-

marunt, quod perfidus ille soldanus Babiloniae vires congerit, conflaturque potentiam, ut regnum Armeniae & ceteras terras residuas, quas fideles inhabitant, in partibus transmarinis per continuatos hostilitatum incursum invadat, capiat, & subvertat, ut per occupationem & subversionem ipsius, quod Deus avertat, irremediabilem quodammodo jacturam fidelibus inferat, & quodammodo fiduciam auferat vicinum praefandi remedium terrae sanctae, cum per regnum illud proximum fiat transitus ad terram praefatam; ac ibidem a catholicis, in eodem regno degentibus, recipiantur. Christiana navigia, classes fidelium in victualibus & aliis necessariis confortentur, & de loco illo propter brevem maris spatium ad dictam terram pateat quodammodo absque hostili impedimento progressus.

Ideoque vos universos & singulos rogamus, & obsecramus per asperionem sacratissimi sanguinis fusi pro salute nostra de pretioso corpore Redemptoris, quatenus ad ejusdem regni, cujus incolae nobis unitas fidei in Christi charitate conjungit, calamitatibus (ad quarum illationem hostes fidei preparantur) viriliter & celeriter obvianandum promptis animis consurgentes pro defensione ejusdem regni & fidelium, morantium in eodem, vos in peccatorum vestrorum remedium personaliter exponatis, &c. Addit Pontifex sacris indulgentiarum praemis felicique immortalitate eos donatum iri, qui expiata rite conscientia sacro illi bello se devoverint. Dat. Avin. kal. maii anno II. Haestenus Pontifex, qui etiam eorum regnorum insularumque archiepiscopos & episcopos sacram militiam conferbere, eamque crucis symbolo insignire iussit (b), quae ad propulsandos irumpentes in Armeniam fideles procurerent.

Cum vero, exultis superiori anno barbarica excursione agris, nonnulla Armeniae loca annonae inopia laborarent, submittere Armeniae Regi commeatus Pontifex & Gallus Rex decreverunt, quae de re extant Benedicti litterae ad Campaniae praefectum datae (c), ut frumenta in finitimis partibus congreganda curaret: pergamen. Cum nos, inquit, & charissimus in Christo signat. n. filius noster Philippus Rex Francia illustris, pridem non sine magna compassione percipio, quod Saracenorum rabies ad confusionem & exterminium Christianorum aspirans, certas partes regni Armeniae, ac Christianos ibidem degentes, adeo his temporibus praeteritis vastavit crudeliter & afflixit quod, praeter alia, damna per eandem Saracenos Christianos eisdem illata innumera segetibus & fructibus tam ignis incendio, quam alias omnino consumptis, famis inopia propter defectum panis & aliorum victualium oppressi miserabiliter remanserunt; certum eisdem Christianis sub-

Quanti interit tutari Armeniam expolitum.

(b) Reg. gest. post eand. epist.

(c) Rotul. ex Avenione. archiv. Romanam delato.

Submissi iis aliqui commocantus.

fidium pecuniarum pro emendis bladis, & deferendis ad paries predicti regni providimus, &c. Dat. III. non. aprilis anno secundo. Erogasse Benedictum ex arario pontificio decem millia aureorum pro levanda Armenorum inopia ostendunt Gasperti archiepiscopi Arelatenfis & ararii prefecti literæ (a).

(a) Extant ib.

Gallum inter & Anglum bellorum femina.

(b) Ext. autograph. in arch. vat. ex Avinionensi delatum.

(c) To. 2. ep. secr. 317.

XLII.

Anglus suas lites Pontificis arbitrio committit.

Majora quidem contundendæ Mahumeticæ tyrannidis consilia agitabat Benedictus, sed hoc ipso tempore nova sensim obstacula oboriebantur, quæ Philippo Francorum & Eduardi Angliæ Regum mutua æmulatio peperit: adurebat enim Eduardum indignatio, controversas eas Aquitanicæ terras, quæ a Carolo Valesio partæ bello fuerant, de quibus in foederis iniri formula (b) Isabella Regina & legatis apostolicis interpretibus, cautum fuerat, Anglum eas legibus a Gallo iudice repetiturum, concepta nimirum ab Anglis spe, eas a Carolo IV. ad fororis & neporis gratiam restitutum iri; nunquam legibus nec benevolentia, liberalitateve redditarum Philippum adjuvissæ armis Davidem Anglici nominis hostem; præterea in speciem Gallia vel alicujus provincie sibi subjiciendæ materni juris tuendi specie efferebatur. Visus tamen est ad æquitatem & concordiam inclinare, dum ipsius Pontificis Gallo Regi additæ sibi arbitrio controversias committere voluit; de quo extant hæc pontificiæ literæ ad Philippum datæ (c).

Benedictus &c. Regi Franciæ.
His, quæ super facto Angliæ dilecti filii nobilis vir Guido Caprari miles, & magister Petrus de Verberia clericus regii nuncii, ad nostram nuper presentiam cum literis credentia destinatis, nobis curaverunt exponere, plenius intellectis, eisdem nunciis verbotenus expressimus, & regia celsitudini tenore presentium intimamus, quod certi nuncii charissimi in Christo filii nostri Eduardi Regis Angliæ illustris ad nos hac æstate proximo præterita, cum essent in castro Pontisorgiæ Avinionensis diocesis, venientes nobisque Regis ejusdem literas de credentia exhibentes, sub eadem credentia obtulerunt, quod Rex ipse negotium causarum, questionum, vel dissensionum, quæ inter te, fili charissime, ac ipsum verti vel suscitari possent quomodolibet, libenter poneret in nostris manibus terminandum. Quibus quidem nunciis præfati Regis Angliæ super prædictis respondimus, quod attentis mutua pacis & concordie inter vos commodis, ac dissensionum discrimenibus, ex quibus lapsus rerum, strages corporum, & animarum amarius plangenda pericula possent, si quod absit, contingere formidari, in considerationem adductis; nos quem more patris benevoli non prætereunt incommoda filiorum, parati eramus pro pace hujusmodi, quam velut Deo gratam, ac utrique parti totique Christiani-

nitati multipliciter accommodam, desiderii optabamus intensis, per viam tractatus amicabilem, si de utriusque partis consensu procederet, non vitando labores assiduos, interponere partes nostras.

Attendentes itaque bonum pacis hujusmodi, quodque te, fili charissime, cum præfato Rege Angliæ, qui tuus vasallus, tibi que nexu sanguinis est conjunctus, hujusmodi pacis & charitatis vinculum habere decet & expedit, materia cujusvis dissidii penitus amputata; dilectum filium magistrum Philippum de Cambarlaco archidiaconum Philippum de Tornacensi capellanum nostrum & nuncium, virum utique fidelem, providum, & discretum, ad præfatum Regem Angliæ cum nostris oportunitis literis, & infra, providimus destinandum, &c. Preces additæ, ut si Anglus ad pacis consilia vergeret, suos ad sedem Apostolicam oratores mitteret. Dat. Avin. x. kal. decembris anno II.

Conceptæ (d) sunt datæ ad Eduardum eo argumento a Pontifice literæ, atque ipsum lites suas pontificio arbitrio permittitur obtulisse, hortaturque ut internuncio apostolico facilem se præbeat, atque oratores idoneis fretos mandatis mittat. Aliis vero literis (e) exegit, ut Robertum Atrebatensem ex aula Anglica pelleret: Sane, inquit, fili dilectissime, non videmus, quod Rex præfatus Franciæ te nobilem virum Robertum de Atrebatem quem ipse suum domusque sua regie hostem, rebellem, & inimicum capitalem, quemque in mortem suam & sui primogeniti asserit per factiones nequissimas conspirasse, reputat) in tua familiaritate tenente, aut ei consilium, auxilium, & favorem præstante, circa tractatum pacis & concordie tecum vellet aut curaret intendere quovis modo. Inflammabatur (f) ad bellum Eduardus a Roberto Atrebatensi, qui amissa judicio comitatus causa legum vi, aut se Atrebatensi comitatu restitutum, vel Philippum regno pellendum jactabat. Cæterum pontificia studia tantum valere, ut Eduardus Cantuariensem archiepiscopum, Philippum Montis acuti, & Gaufridum Scorpum ad Philippum legarit: qui parum comiter ab eodem Philippo habiti, cum eo demum pacem firmarunt nulla de Scotis habita mentione: cujus rei mox Philippum subiit poenitentia, Anglosque ad se revocari iussit ac venientibus dixit, eam cum illis pacem inisse, cujus Scoti participes haberentur: quam pacem cum non admittere se posse responderent Angli, maximo Galliarum & orientis damno cepta pax dissoluta est. Visuri autem sumus Anglos apud Pontificem conquestos (g), acum Eduardus se ad expeditionem Syriacam faciendam Philippo socium obtulisset ea lege, ut post reditum de con-

Monitus Philippus de conciliando sibi Anglio.

(d) To. 2. ep. secr. 318.

(e) Ib. ep. 319. Rogatus Anglus ut Rob. Atrebatensem a se dimittat.

(f) Paul. Emil. in Phil. VI.

Oratores ad Philip. de pace mittit.

(g) Apud Bened. to. 6. ep. secr. 114.

troveris Aquitanicæ oppidis jus redderet, & inducias propterea cum Scotis pacifici voluisset; eas pactiones arroganter rejecisse Philippum, contententem ut ab Anglo parta restituerentur Scotis. Nec modo hæc querelæ ab Anglis oratoribus apud Pontificem repetite fuerunt, verum & Gallici historici confirmant superiora, Philippumque accusant, illum cum Eduardo pacem firmasse, ut transmarinam expeditionem iniret; mox tamen mutato consilio eam dissolvissæ: Ad Regem, inquit Gaguius (a), perducti oratores, nimirum Eduardi superius memorati, pacem cum Philippo firmant: sed discedentibus a Rege in sua diversoria Angli, mox Philippus eos ad se revocare jubet. Venientibus Rex ait, eam cum illis pacem inivissæ, cujus Scoti participes habeantur: quamquam de illis nulla prius oratio habita sit. Hanc Angli conditionem cum se admittere non posse respondissent, in Angliam abierunt. Ejus legationis relatione Eduardo facta, excaudens Anglus jurat, se prius omnem Scotiam perditurum, quam ea se pacis lege teneri. Ita Philippus cum Scotorum causa, nova contra pontificia monita susciperet bella, & sacramenti de Syria liberanda religionem negligeret; ne tamen apud homines perjurii reus diceretur, varias causas obtendit: monitum vero ne turbis Scotis se involveret, inferius visuri sumus.

(a) Gaguius in Phil. VI.

Initum. jam factus a Philippo rescriptum.

XLIII. Intermissa a Philippo facere expeditionis consilia.

(b) To. 2. ep. secr. 319.

Obstrinxerat se antea Joanni XXII. sacramento, ductaturum, kal. augusti hujus anni cruce signatas acies nisi iusto impedimento retardaretur: cumque impendens ab Anglo & Germano bellum (quod facillime avertere potuerat, cum ab utroque de pace enixe postulatum fuisset viderimus) nec non Scotorum res in discrimen adductæ, causæ justæ intermittendæ expeditionis ipsi viderentur, Apostolicam, ut de re itaturer, consulit sedem, quam etiam adisse ex literis ad Bavarum datis vidimus. Pontifex vero Philippo additissimus, cum ex bellorum insurgentium tumultibus diffideret illius expeditionem rei Christianæ utilem fore, edixit (b) extrahendam in tempus opportunius videri, neque aliquam inde labem perjurii vel inconstantie Philippo Regi aspergendam.

Benedictus, &c. charissimo in Christo Philippo Regi Francorum illustri.
Sane, fili charissime, tu velut Christianissimus princeps devotissimo affectu commemorans, qualiter redemptor noster dominus Jesus Christus in terra sancta, post contumelias & opprobria in crucis ara pro redemptione humani generis diva mortis subiens passionem voluit immolari; qualiterque opprobrio se spurcidi Agæveni dictam terram redemptoris ejusdem sanguine purpuratam profinis conculcant pedibus, & ne-

fundis eorum spurcitiis debonestant in gravem injuriam & blasphemiam nominis Christiani; ac volens eidem Redemptori, in quantum tua possibilitas se extendit, dignam gratitudinem exhibere, disposuisti laudabili proposito pro recuperatione dictæ terræ passagium ultramarinum assumere, ac in illo personaliter in ejusdem Redemptoris obsequium transfretare. Et ut hujusmodi tuum propositum felicitis recordationis Joanni Papæ XXII. prædecessori nostro, & fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, cunctisque fidelibus evidentiis demonstrares, illudque posses efficacius adimplere, per venerabiles fratres nostros Petrum Rothomagensem & Joannem Remensem archiepiscopos tunc episcopum Morinensem, ac dilectos filios Guidonem Baudeti decanum ecclesiæ Parisiensis nunc electum Eugonensem, & nobilem virum Petrum Trosselli de castellis, & quondam Henricum de Aalgoria dominus, consiliarios & procuratores tuos ac nuncios speciales, a te propterea ad sedem Apostolicam pluries destinatos, sollicitis & continuatis instantiis dicto prædecessori fecisti humiliter supplicari, quod pro cæteriori terræ predictæ succursu passagium generale indicere dignaretur. Diciturque prædecessor hujusmodi laudabilem intentionem tuam & ferventem compassionis affectum, quem habebas ad statum miserabilem dictæ terræ, multipliciter commendans in Domino, sibi que agens laudes & gratias, quod dignatus fuerat tantum tamque salubre propositum regis præcordiis inspirare; cupiensque hujusmodi sanctum negotium per te sumendum, Deo cuius causa geritur suffragante, felicibus prosperari successibus, & votivis proficere incrementis, super his cum eisdem fratribus suis matura, & diligenti deliberatione præhabita, tuis in hac parte piis affectibus annuens, tuisque supplicationibus inclinatus, ad honorem Dei omnipotentis, exaltationem & dilatationem catholice fidei, & profectum cunctorum fidelium, recuperationem terræ, & exterminium hostium prædictorum eisdem nunciis & procuratoribus nec non prelatorum tunc in Romana curia existentium & aliorum fidelium multitudine copiosa presentibus, auctoritate apostolica dictorum fratrum consilio ad dictam terram duxit generale passagium indicendum, teque ipsius passagii & totius exercitus Christiani, qui transfretaret in illo, rectorem constituit & capitaneam generalem.

Quibus peractis, dicti procuratores & nuntii per tuas patentes literas coram dicto prædecessore & eisdem fratribus S. R. E. Cardinalibus, per eos exhibitas, sufficiens & speciale ad hoc mandatam habentes, in ejusdem prædecessoris & fratrum, aliorumque prædictorum presentia dictum passagium, ut præfertur, indictum nomine tuo illico, capitaneatum, & rectoriam illi-

Ut illos obeunda primum suscepra fuerint.

Nuncu-
patum
a Phil.
de ea con-
ficienda
iurjurand-
um.

dicti exercitus acceptarunt, & etiam assumpserunt: ac in animam tuam etiam prout eodem mandato poterant, tactis sacrosanctis evangeliiis juraverunt, quod tu in kalendis augusti proximo venturi in anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, quas tam tibi quam ceteris cruce signatis & cruce signandis idem predecessor pro termino ad transpetandum in dicto passagio assignavit, arripere iter ejusdem passagii, illaque prosequeris realiter & personaliter, iusto ac legitimo impedimento cessante; prout in litteris predecessoris ejusdem, super premissis confectis, plenius continetur.

XLIV.
De nunti-
is a Joann-
ne missis.

Rost. que, ut dictum passagium generale per te & fideles alios, submotis impedimentis quibuslibet, posset commodius perfici & impleri, solemnes ambassatores & nuncios speciales magnæ auctoritatis viros, quorum aliqui etiam episcopali dignitate fulgebant, ad diversâ regna, videlicet Apulie & Sicilia, Angliæ, Castellæ, & Aragoniæ, civitatem quoque Januæ, & nonnulla alia, civitates, terras, & loca, laudabiliter & provide destinasti, eorum propositum tuum super dicto passagio exprimitendo; eosque inducendo, ut cum dictum passagium cum universali Christianorum concordia esset feliciter prosequendum, per viam pacis vel concordie seu trianguarum omnes a guerris & hostilitatibus absteruerent, ut dictum passagium, cessantibus guerrarum commotionibus, & bellorum inter Christianâ fidei professores posset, favente Deo, adversus hostes crucis commodius & facilius prosperari. Ex quibus, hoste humani generis pacis amulo & incensore nequitiæ procurante, parvus vel nullus profectus concordie resultat. Nam, sicut facti evidentia docet, Angliæ & Scotia invicem dissident: periculosus etiam & gaeris non vacuus est status Germaniæ: periculosus status similiter Tusciæ, & etiam Lombardiæ: periculosior Apulie & Sicilia guerra vigente gravi & quasi continua inter eas; ut de nonnullis aliis latentibus odiis adversus te regnumque tuum, que ut verisimiliter creditur, si per te hujusmodi passagium in prefato termino assumi contingeret, prodirent in publicum, taceamus. Ex quibus siquidem dissensionibus & guerris & odiis regnantium & regnorum, aliorumque principum, ac multarum provinciarum, civitatum, & populi Christiani, multum proculdubio potentia Christianitatis detrahitur, multum hostium fidei audacia roboratur, multum insuper predicto passagio generali fortitudinis, roboris, & potestatis adimitur, multumque vires ipsius proculdubio minorantur: nam sicut concordia parva res crescunt, ita discordia maxime dilabuntur.

Funestæ
occidentis
dissensio-
nes.

guæ discretionis, magnique status & consilia viris, frequentes discussiones & deliberationes habuimus: & visum est nobis & eis, quod dolenter referimus, propter predictas & plures alias rationabiles causas, quas presentibus subricemus, quod in dicto termino proximarum futurarum kalendarum augusti summe periculosum, immo quodammodo impossibile tibi reddetur iter assumere ad inchoandum, prosequendum, & continuandum passagium memoratum. Quod si assumeres, & propter premissas Christianitatis discordias continuare & prosequi feliciter non valeres, quid de tanto principe diceretur? Nonne Agarent nobis, tibi, totique populo Christiano turpiter insultarent, dicentes: Ecce Christianorum princeps magnificus cepit, & non perfecit; terrere nos venit, & revertitur territus & confusus. Absit tantus rubor a facie populi Christiani. Absit tanta confusio, ut passagium terræ sanctæ tantis retro temporibus prorogatum, nunc animose & audacibus animis sumptum, ut creditur, propter ineptitudinem, immo instantis temporis aegritudinem, sic periculosè procedat: quinimmo meliorum & prosperiorum successuum expectatis & obtentis auspiciis, felicis triumphantium eventus, & virtuosos exitus sortiatur. Ea propter elegimus fore consultis, dictum adhuc passagium ultra dictum terminum differendum; & aliud tempus commodius, quod concedat. Altissimus, expectandum.

XLV.

Super quibus etiam cum fratribus nostris & quampluribus de consiliariis tuis ma-

licet igitur iusta & legitima impedimenta hujusmodi a predicto passagio in dicto termino te excusent; tamen, ut oratione insequentium, & predictas causas ignorantium obscurant, super hujusmodi iuramento, tuo ac prote per dictos procuratores & nuncios prestito; nec non super voto seu promissione, si quod seu siquam emisisti, quod iter arripere in termino prelibato passagii generalis, illudque deinde realiter & personaliter prosequeris, ut hujusmodi iter dicti passagii in sepefato termino arripere & prosequi minime tenearis, nec propter hoc aliqua perjurii seu inconstantiæ possit nota respergi, tecum auctoritate apostolica tenore presentium dispensamus, & c.) Hortatur Philippum ut non propterea in adornandis ad tantam expeditionem necessariis studium remittat; sed incendat vehementius, atque apparatus majorem conficiat, quo longior temporis mora permittatur. Dat. Avin. III. id. martii pontificatus nostri anno secundo. Excusari ex his posset Rex expeditionem distulisse, si ex Pontificis sententia ita opportunus voti perducendi tempus expectasset, ut non penitus abjectis illius consiliis ad bella sibi exitialia se convertisset, ut dicitur inferius. Unde merito in triste exemplum desferis cessit, numquam impune fidem Deo frangi: atque Eduardus

Sancit
Pont. ex-
trahenda in
alio
tempus
expeditio-
nem.

(a) Eduar-
dus in lit. que
extant apud
Walshog.
XLVI.

(b) To. 2.
ep. secr.
183.

Monitus
Phil. ne
alienis
bellis se
implicet.

(c) Fina
Bened.
auctor a-
pud Boss.

duus, objecto illi perjurii crimine, eo audacius in Philippum se confurgere iactavit (a), quo ille divinas in se iras concitaret.

Cum vero pontificia hac sanctione Francorum regno, & Christiano nomini ex humanæ prudentiæ legibus consulisset Benedictus; quo flagrabat apostolico ardore, ut imminentibus malis occurreret, studium omne, ut & inita inter Eduardum & Ludovicum Bavarum fœdera dissolveret, ac Philippum Francorum Regem Anglo conciliaret, converterit (b); atque in primis, cum præcipua belli causa ex Scotia conversionibus oriretur, atque odia Eduardus in Philippum ob auxilia Regi Davidi submissa concepisset, ut superiore anno illum Benedictus monuerat, ne se bello Scotico implicaret, ita iterum gravissime deterruit, ne periculosissimum bellum suscipere; jam pro abducendo ab Eduardi fœdere Ludovico pontificia studia adhibuisse.

Benedictus, & c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ illu-
stri.

Sane, fili charissime, quia gressus & actus tuos per vias rectas dirigi, & ab invidis cupimus custodiri, optaremus admodum, ut super facto Scotia, antequam procedatur ad aliud, ne te regnumque tuum & subditos periculosè subjicias involutionibus; & specialiter talibus, a quibus absque detrimento honoris & famæ non posset resliri faciliter, præsertim hoc presentis turbato & impacato, prob dolor! tempore, quo multorum inordinati motus in diversis mundi partibus audiuntur; maturâ deliberatione prævia consideranter adverteret regia providentia, quid agendum. Cito equidem unum tale potest inchoari negotium; sed prius sapienter & provide advertendum est, qualis esse valebit continuationis prosecutio, & quis finis. Super factis autem Alamanniæ, jam in parte provisum est, sicut nuper serenitati Regiæ meminimus scripsisse: sed si aliqua in hac parte audiremus, circa que provisionis esset adhibendum remedium, id facere, prout videremus expediens, regiæque nunciare magnitudini curaremus, & c. Datum Avin. VIII. kal. junii anno secundo. Non parum pontificis consiliis Philippus: queruntur enim Anglici historici, ingentia ad Davidis gratiam e Gallis auxilia fuisse submissa, atque Anglis graviora damna illata. Et quidem gestorum Benedicti antiquus auctor (c) Philippum in crimen adducit, illum magis consilia ad bellum Anglicum, quam ad Asiaticum, cui se se devoverat, convertisse: Quia, inquit, dictum passagium non habuit effectum, dicitur Benedictus Papa concessionem decimarum hujusmodi revocavit: propter quod dicitur Rex ad ipsum venit personaliter cum Ann. Eccl. Tom. XXV.

filio suo primogenito Joanne duce Normanniæ, causa ipsum visitandi circa revocationem predictam: sed satis cito demum contigit, quod dictus Rex occupavit, seu ad manum suam recepit ducatum Aquitaniæ, cujus superioritas seu dominium ducatus ad ipsum spectabat, tenebaturque in feudum ab ipso per Regem Angliæ, qui tunc ipsum pro majori parte possidebat. Cujus occasione fuit orta guerra inter ipsos Reges, videlicet dominum Philippum Regem Franciæ & Odoardum tunc Angliæ Regem: propter quod dictum passagium ultramarinum conceptum & ordinatum per dictum Philippum Regem Franciæ, ut dictum est, potissime fuit impeditum & turbatum; nam idem Philippus voluit plus intendere addictam guerram prosequendam, quam ad dictum passagium faciendum, suspicans & verisimiliter dubitans, quod si ipse se a regno suo tam in longinquum absentaret, dictus Angliæ suus inimicus regnum suum invaderet & damnificaret. Et sic revocatio predicta in suo robore permansit.

Cum vero pax inter Reges lædi coepisset, ad redintegrandam concordiam Pontifex Philippum e Cambalhaco apostolicum nuntium x. kal. decembris ad illos legavit (d), quos gravissimis sententiis ad pacis consilia inflectere nisus est (e): tum præcipue Eduardum (f) iratum mulcere, atque hortari ut Robertum Atrabatensem (g), qui ipsum continuis adhortationibus ad bellum incendebat, Richemundiæque comitatu ab eo auctus fuerat (h), a sua familiaritate segregaret. Præterea Philippam Angliæ Reginam, & Joannem archiepiscopum Cantuariensem ut Regem ad pacem adducerent, sollicitavit (i). Hæc erant ad exorients bellum inter Anglos & Gallos, quo nullum diuturnius & funestius rei Christianæ emerit, sopiendum Benedicti studia: quæ in aliis etiam regnis ad pacem revocandis emicuerunt.

Cum igitur Francorum Rex Pontificem rogasset, ut Aragoniæ ac Balearium Reges ac Genuenses bello implicitos conciliaret, non defuit ea in re pontificia cura (k); Catalanos enim est adhortatus ut rapta Genuensibus restituerent. Inter illos vero Frederici Regis Trinacriæ opera pactæ induciæ (l); suspectæ admodum, cum is hostis esset ecclesiæ, ac Genuenses nuper a Roberto Rege ecclesiæ conjunctissimo defecissent, in quos cum memoratus Robertus bello se accingeret, Philippum ut regiam operam ad eos in concordiam adducendos admoveret, hortatus est Benedictus (m). Explicuit etiam pontificiam diligentiam, ut civiles Aragoniæ motus sub novo Rege exortos componeret. Successerat (n) Petrus Alfonso parenti, quem Mariana (o) ut justum filium

Occupata
Aquitania.

Legatio
ad Reges
pro concordi-
a missa.
(d) To. 2.
ep. secr.
318. ad
322.
(e) Ib. ep.
317. 318.
(f) Ib. ep.
320.
(g) Super
ep. 318. &
seq.
(h) Thom.
Walshog.
in Eduar.
III.
(i) To. 2.
ep. secr.
321. 322.

XLVII.
(k) Ib. ep.
secr. 10.
(l) Ib. ep.
11.
(m) Sup.
ep. 10.
Alfonfi
Regis
Arag.
mors.
(n) Sur. l.
7. c. 27.
Mar. l.
16. c. 4.
Succedit
Petrus
filius in
Arag.
(o) Mariana.
de
sup. c. 4.
pium

(a) Sur. l. 7. c. 34.

(b) Bar. in not. MS. ad an. 1337. Sur. l. 7. c. 36. Et in Sardinia & Corsica regnis. Extracta illi dies pro clientelari sponsione praestanda.

(c) Ext. in lib. priv. Rom. eccl. to. 3. pag. 319. Et inter collect. Plat. to. 2. pag. 271. Et in MS. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 346.

XLVIII.

pium, moderatum principem commendat, Benignique cognomen illi inditum ait. Erat vero una cum Surita (a), dum ejus mortem vigesimo quarto januarii hujus anni die collocat; [1] antea enim extintum ex Petri successoris diplomate constat, quo oratores instruit, ut Sardinia & Corsica regnum Pontifici solemniter acceptum referrent, qua de re Baronius his verbis meminit (b): Quo etiam anno, hoc nimirum, ipse Petrus de Aragonia accepit investituram de regno Corsica & Sardinia, jurans Romano Pontifici fidelitatem, & faciens homagium. Extat diploma de istis in libro privilegiorum Romanae ecclesiae. (c) Extant item in MS. pergamento Vallicellanae nostrae bibliothecae Petri Regis literae, quibus professus est, avum Jacobum Regem Sardiniae & Corsicae regnum a Bonifacio VIII. jure beneficiario accepisse, illique clientis more fidem astrinxisse; Alphonsum quoque Regem coram patriarcha Alexandrino sedis Apostolicae liberalitate traditum agnovisse, jurassequae in Romani Pontificis verba: se pariter, acceptis paternis regnis, e legibus donationis ad sedem eandem adeundam, ut fidem Benedicto clientis nomine addiceret, obstrictum esse: pontificia tamen benignitate itineris labore, solum ea lege, ut excurrente insequenti anno ipse coram Pontifice clientelarem sponsonem praestaret, atque interea oratores mitteret, qui regno nomine illam ex contenta in subjectis literis formula exhiberet, omniaque pacta Bonifacium VIII. inter & Jacobum Regem conventa confirmarent.

Universis, &c. Noverint universi, quod nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Sardiniae & Corsicae, comesque Barcinoniae, considerantes quod tempore donationis & concessiois, per felicis recordationis dominum Bonifacium Papam VIII. Illustrissimo domino Regi Jacobo clara memoriae avo nostro & suis facta in feudum de regno Sardiniae & Corsicae, idem do-

minus Rex praestitit personaliter plenum vassallagium, fidelitatem & ligium homagium, ac juramentum dicto domino Papae juxta continentiam rescripti apostolici de ipsa donatione confecti ex causis in eo conscriptis; & postmodum ipse dominus Rex per procuratores suos & nuncios speciales juramentum, fidelitatem, plenum vassallagium, & ligium homagium praedicta renovavit, fecit & praestitit aliis Romanis Pontificibus, qui dicto domino Papae Bonifacio in apostolatus praeceminentia successerunt; & subsequenter serenissimus dominus Rex Alphonus bonae memoriae pater noster successor dicti domini Regis Jacobi praedictum juramentum, fidelitatem, plenum vassallagium, & ligium homagium, quae domino Joanni felicis recordationis Papa XXII. personaliter secundum formam dictae donationis facere tenebatur, fecit & praestitit personaliter domino Joanni bonae memoriae patriarchae Alexandrino patruo nostro, recipienti nomine & vice dicti domini Papae Joannis, qui hoc ipsi domino patriarchae cum speciali suo rescripto commisit; deinde etiam antefatus dominus Rex Alphonus genitor noster per procuratorem suum & nuncium specialem juramentum, fidelitatem, plenum vassallagium, & ligium homagium praedicta renovavit, fecit, & praestitit sanctissimo in Christo patri & domino, domino Benedicto, qui dicto domino Papae Joanni in apostolatus praeceminentia noscitur successisse; attendentes de novo, quod licet plenum vassallagium, fidelitatem, & ligium homagium, & omnia alia supradicta nos teneamus secundum conditiones in dicto rescripto conscriptas personaliter renovare, facere, & praestare dicto domino Papae Benedicto; quia tamen dictus dominus Papa Benedictus ad supplicationem nostram dictum juramentum, fidelitatem, plenum vassallagium, & ligium homagium supradicta hac vice per procuratorem ac specialem nuncium nostrum recipere concessit, ita tamen, quod nos infra annum sequentem teneamur sub forma subscripta personaliter fa-

Ut Jacobus Rex clientis praestiterit officia

Ea etiam Alphonus exhibuerit.

NOTAE [1] IN assignanda die emortuali Regis Aragoniae errasse Suritam ex eo arguit Annalista quod cum ille diem XXIV. Januarii indicaverit, extet tamen diploma a Petro ejus successore jam regnum adeptio signatum die VI. idus Januarii anni Domini MCCCXXXVI. Verum ex approbato monumentis id recte notasse Suritam, non dubito. Annus vero diplomatis ex veteri stylo signatus est. Quare erroris potius arguendus est Annalista, qui ad hunc annum refert diploma in eunte sequenti anno 1337. datum. Neque hic errandi finis; nam quas num. 49. afferit, literae datae II. Non. Januarii, & num. 50. nonis Januarii; tum & num. 51. II. Non. Januarii, Pontificatus Benedicti anno II. ad exordium annis sequentis pertinent. Cum enim Benedictus anno 1335. die VIII. Januarii coronam Pontificiam solemniter accepit, ex ea die pontificatus sui annos supputare coepit, ut ex testimonio Anonymi Vaticani ab Annalista ad A. 1335. I. producto edocemur; hinc fit ut annus pontificatus Benedicti secundus a die VI. Idus Januarii 1336. coepit ad usque diem eandem anni 1337. perseveraverit. Igitur dies Nonarum Januarii cum anno secundo pontificatus annum 1337. refert.

Ad res Aragonias quod attinet addendum hic cenfeo, quod ab Annalista ex monumentorum defectu omissum est; pacem nempe hoc ipso anno die XIX. Septembris inter Aragonios, & Genueses compositam. Qua de re certum testem habeo Stellam in Annalibus Genuesibus ad hunc annum Rer. Italic. to. XVII. col. 1070. MANSI

Instituti ad eadem repetenda oratores.

(a) Ext. in lib. priv. Rom. eccl. to. 3. p. 105.

XLIX. Torbe in Aragon.

(b) Sur. l. 7. c. 34.

Inter nuntii in Aragon. milli.

(c) To. 2. ep. fecr. 391.

(d) Ib. ep. fecr. 392.

(e) Ib. ep. 393.

(f) Ib. ep. 394.

Petrus e Luna arch. Caesaraugustan.

(g) Ib. ep. 395.

Corruptura Pontificae.

facere illud idem, ut relatione dilecti militis & consularii nostri Joannis Roderici de Moros, quem pro bis & aliis ad sacram ejus praesentiam nuper destinavimus, exitimus informati; idcirco nominamus, facimus, ordinamus, & loco nostri constitui-mus procuratores nostros nuncios Berengarium de Vilaricuto, Arnaldum de Moraria consularios nostros, & Albertum de Taliata militem, & quemlibet eorum in solidum, &c. Instruit amplissimis mandatis, ut ex concepta solita forma, quam suis ante locis inseruimus, Sardiniam & Corsicam Jacobi nomine pontificiae beneficentiae dictas referant, & pactiones sancitas a Bonifacio VIII. firmant; tum diploma apostolicum de beneficiario eo regno tradito eliciant. Quae literae subjecta loci & temporis nota consignatae: Datum Valentiae VI. id. Januarii. an. Domini MCCCXXXVI. Professus (a) est etiam Jacobus aliis literis datis Valentiae ipsis idibus Januarii hujus anni, apostolicae sedis liberalitati Sardiniam & Corsicam se acceptas retulisse, ac Bonifacianum diploma, Super Reges & regna, inseruit.

Adire sedem Apost. non potuerat Petrus Rex, cum regni ejus exordia intestinis dissensionibus turbida essent, externique etiam belli terror immineret. Crearat (b) Alphonus Rex Jacobum filium minorem ex priori conjugis Vigelitanum principem, ac liberis, quos ex Elionora Regina susceperat, amplos principatus reliquerat: cumque inde inter Petrum Regem & Reginam Elionoram similitates essent ortae, Benedictus ut discordiam extingueret, Beltraminum (c) electum Theatinum, & Henricum de Aste canonicum Ambianensem causarum sacri palatii auditorem nuncios Apostolicos misit, ut Regem ipsum cum eadem Elionora Regina ac liberis, eorumque tutore Petro Exericae principe Alfonsi Regis defuncti fratre conciliarent: ac si ipsos adducere blandis monitis in concordiam non possent, inducias pontificio nomine indicerent (d). Petrum etiam Aragonum, inter & Alphonsum Castellae Reges, qui ad vindicandam ab injuria privigni fororem in bellum trahebatur, violatum foedus redintegrarent (e) vel si pax confici facile non posset, armis temperate juberent (f).

Adductus est in invidiam excitatae ejusmodi dissensionis Petrus e Luna archiepiscopus Caesaraugustanus (g) ad quem belli pacisque consilia in Aragonia Petro Rege puero referebantur; increpitusque a Pontifice est, haec aliena ab archiepiscopali munere, cum pacis studia Regem in annis teneris bellicis artibus instructum non esse: ab aratio imparatum, ut cum Rege Castellae signa confe-

rat: impari illi viribus ac potentia: plures Aragonios ex veteribus consuetudinibus sine perfidia & perjurii nota in eum arma non correpturos: bellum crudelissimum ac periculis plenum futurum: huic vacare archiepiscopum grege suo neglecto ab officio abhorre: turpissimum etiam videri Reginam Elionoram ac liberos ad extremam inopiam redigi; tum subjecit: Nos autem, qui praesatum Regem Aragonum vassallum nostrum & ecclesiae sincere diligimus, quod si ducatur in praecipitium, & domus sua regia subversiois subjiciatur periculis, non intendimus, quantum in nobis fuerit, tolerare: sed si circa hoc, quod tangit praedictos Reginam & liberos, aut quantum ad donationes, si excessiva sint forsitan, vel quavis alia moderandum fuerit aliquid, vel secundum aequitatem & justitiam reformandum, parati sumus & erimus, si & quando & prout expediens extiterit, interponere sollicitudinis nostrae partes. Denique subdit, cum morem in Aragonia susceptum accepit, ut in rebus dubiis magnatum consilium habeatur, flagitare ut componendae hujus controversiae causa ordinum conventus celebretur, ac legatis ad revocandam concordiam studia sua impendere jubet. Quibus literis XI. non. Januarii hujus anni dies adscripta est.

Intentatum Petro e Luna archiepiscopo Caesaraugustano apud sedem Apostolicam iudicium refert Surita (h); & quamvis Petri Regis nomine ab oratore plures excusationes querelis & minis immixtae ad illud declinandum afferrentur, sistere tamen se ad dicendam causam pontificis & Cardinalium subsellis coactum, cum in crimen non conciliatae concordiae vocaretur (i). Sollicitus vero est Petrus Exericanus princeps, ut pacis consilia amplecteretur (k): ad quae etiam Elionoram Reginam hinc literis adducere est conatus (l).

Elionora Regina Aragonum illustri, suscitata, procurante hoste antiquo humani generis satore discordiae, cunctorumque inentore malorum, inter charissimum in Christo filium nostrum Petrum Regem Aragonum illustrem ex una parte, ac te, filia charissima, & inclitos tuos & clarae memoriae Alfonsi Regis Aragonum liberos, ac dilectum filium nobilem virum Petrum dominum de Cberica tutorem ex altera dissenso, tanto nobis displicibilior redditur, quanto majora pericula & scandala secum trahit. Ex ea siquidem status domus Aragonum commoveri & turbari pacificus dicitur: & non solum inter Regem & tutorem praedictos, immo etiam inter ipsum Regem charissimum in Christo filium nostrum Alphonsum Regem Castellae illustrem hostilium congressum, & guerrarum commotio-nis & fremitus dicuntur periculose nimium

Concordiae interpretem se Pont. exhibet.

Ordinum conventus celebrari flagitat.

L.

(h) Surit. l. 7. c. 36.

(i) Cap. 38. (k) To. 2. ep. fecr. 389. (l) To. 1. ep. fecr. 388.

Avertendi inter Arag. & Castell. belli curae pontificae.

um fuscitari. Nos igitur, &c.) Significat se ex apostolico munere ad averrenda innumerata, quæ inde erumperent mala, pontificias partes conferre statuisse, ac memoratos superius internuntios, ut dissentientes ad pacem adducant, mittere, quorum consilio obsequi Elionoram ipsam jubet. Dat. Avin. non. januarii anno secundo.

LI.
(a) Ib.
ep. 386.
Monita
Petro
Regi da-
ta.

Excitavit aliis literis ad concordiam Petrum Regem (a), ne viduam novercam ac pupillos armis infectaretur: tum illi egregia majorum exempla imitanda proposuit, qui inter cætera viduarum & pupillos patrociniis suscipere, neque quidem gravioris momenti sine ordinum regni consilio aggredi consueverunt.

Benedictus, &c. Petro Regi Aragonum illustri.

Proposita
majorum
exempla.

Si gesta claræ memoriæ prædecessorum tuorum Regum Aragonum laudabilia recensueris, & diligenter revolveris intra præcordia mentis tuæ, ad eorum imitanda vestigia, ut credimus, operosis studiis curabis dirigere actus tuos. Ipsi quidem, sicut habet antiquorum narratio digna laude, pacis & justitiæ, ac libertatis ecclesiasticæ amatores, nutriti & servata concordia, pacis & unitatis in domo propria, defensores pauperum, pupillos, orphanorum, & viduarum & aliarum personarum miserabilium extiterunt; seque pro defensione ac dilatatione fidei catholicæ adversus hostes ejusdem intrepide reddiderunt pugiles & athletas. Adhibebant insuper probos viros regnorum & terrarum suarum, maturitate discretionis conspicuos, fidelitate probatos, & expertos in agendis & negotiis sibi assistentes & consiliarios; quorum consiliis & directionibus utilibus adhaerebant. Et dum ardua emergebant negotia, pro quibus erat solemniter consilium requirendum, prælatos, barones, comites, & alios probos viros, de quibus videbatur expedire, prout est de more illarum partium, ad celebrandum super emergentibus hujusmodi sanum & tutum consilium convocabant, &c. Subjicit quantum sibi dolore exortum inter ipsum, ac fratres, Reginam Elionoram, Petrumque patrum principem, & Castellæ Regem foederatos bellum attulisset: utque his occurat malis, consulit ut patuos, erga ipsum ob sanguinis conjunctionem bene affectos, in consilium adhibeat, convocetque regni primarios viros ad controversiam componendam: a recto & decoro abhorreret, ut fratres hereditariis bonis spoliarentur, vel Regina Elionora dote careat: at si donationes extra modum fuerint, æquitate temperandas videri, atque ad pontificias in ea re partes admoventas se paratum fore; proponit demum impendentia discrimina.

Colendos
esse con-
junctissi-
mos eum
docet.

Præterea non est omittendum attendere,

periculosum esse tibi, fili, quamplurimum, cum Rege supradicto Castellæ, considerata potentia suæ magnitudine, consilium; ac etiam quia juxta confederationes seu exnaturationes, olim inter tuos & suos prædecessores initas, tui subditi te non possent juvare forsitan licite contra eum, &c. Dat. Avin. 11. non. januarii anno 11. Admonuit paucis interjectis diebus eundem Regem Pontifex (b), ut communes amicos ad pacem jungendam accendendos curaret. Denique ne ulla optima parentis partes Benedictus prætermitteret, vicissim Alfonso Castellæ Regem exoravit (c), ut pacem cum Petro Rege induciasve firmaret, internuntiorumque Apostolicorum, monitis animum flecteret.

Non Elionoræ modo Reginæ clientelæ suscipiendæ causa in bellum adversus Aragonios trahebatur Alfonso Castellæ Rex, verum etiam e levi causa cum Philippo Rege Navarræ bello se implicerat (d): quod cum majora exitia minaretur, pontificiorum internuntiorum opera sedatum est. Quo argumento ad Rhemensem archiepiscopum de re bene gesta extant gratulatoriæ literæ. (e)

Joanni archiepiscopo Rbemensis. Fraternitatis tuæ literas, tractatus pacis ordinatæ inter charissimos in Christo filios nostros Castellæ & Navarræ Reges illustres prædem priculose nimirum invicem dissidentes nuntias, recepimus lata manu: & tam earum quam rotuli cum eis transmissi, formam tractatus hujusmodi seriose exprimentes, tenoribus diligentius intellectis, tuam & aliorum, qui laborasse noscuntur circa hæc, diligentiam multipliciter in Domino commendamus, ea que pro exuberantia & solidatione pacis hujusmodi per nos honeste cum Deo fieri poterunt, paternis affectibus offerentes. Porro si sequens scindam de castro illo, cujus occasione, sicut scripturæ tuæ habebat series, suscitata fuerunt hæcenus dissensiones & guerræ, in manibus nostris & Apostolicæ sedis ad tollendas quarumvis dissensionum occasiones vel materias, quæ negotium pacis hujusmodi turbarent vel saltem exasperarent, staret, satis expediens videretur, &c. Dat. Avin. 11. kal. aprilis anno 11. Assenserat pacis consilio Castellanus, cum vereretur, ne Mauri, ut propositum (f) ipsi fuerat a Pontifice, ad excursionem in Castellam agendas novas vires colligerent, neve regnum multis factionibus discissum in majores tumultus concitaret: erant enim plures proceres ab eo abalienatis (g) animis, atque inter cæteros conspicui dignitate Joannes Lara & Emanuel, quos Alfonso Rex Lusitanie tuendos suscepit. Promovit Lusitanus ad Castellæ limites castra: sed levi prælio repulsi in regnum se recepit.

In Italia nova ex veteribus bella exor-

Non suscipiendum cum Castellano bellum.

(b) To. 2.
ep. fecr.
387.
Alf. Castellanus de pace postulatus.
(c) Ib. ep. fecr. 384.
LII.

(d) Marian. l. 16.
c. 4.

(e) To. 2.
ep. fecr.
46.
Sedatum Navarræ cum Castellano bellum.

(f) Ib. ep.
14.

(g) Marian. l. 16.
c. 4.
Civiles in Alfonso motus.

LIII.

Scaligeri potentia ingravescent.

(b) Eod. l.
11. c. 51.
(c) To. 2.
ep. fecr.
301.

Parta de eo a Florent. victoria.

* superbia.

LIV.

Gravissimum bellum in eum comparatum.
(d) Jo. Vill. lib. 11. c. 46.
Iconar.
Arct. l. 6.
Ant. 3. p. 11. 21. c.
7. 8. 3.
(e) Jo. Vill. l. 11. c. 45.
(f) To. 2. ep. fecr. 297.
(g) Ib. ep. fecr. 174.

riebantur. Mastinus enim Scaliger (a) superiorum successuum felicitate elatus, cum Veronam, Patavium, Vicentiam, Tarvisium, Brixiam, Feltrum, Belunum, Parnam, Mutinam, Eucam, suæ servituti subiecisset, ac pene Regem ageret, Etruriam etiam reliquam affectavit. Cui Florentini afferendæ libertatis ergo fortiter se opposuere, conserraque tumultuaria cum ejus ducibus pugna, de qua agit Joannes Villanus (b), victoriam retulerunt, quibus Benedictus. hæc literis est gratulatus (c).

Dilectis filiis prioribus artium, vestilifero justitiæ, populo, & communi civitatis Florentinae.

Licet hostiles abbarreamus incursus, in eis strages hominum & animarum pericula formidantes, præsentatæ tamen nobis devotionis, vestra literæ vestrorum felicitatis successuum in obtenta præsertim his diebus de hostibus, qui ad vestrum, excidium diris comatibus aspirabant, victoria nuntiantes, advenierunt nobis in exultationis augmentum, verissimiliter arbitrati. dexterae justitiae judicis, fecisse virtutem, dum vos devotos matris ecclesie filios, qui ejus beneplacitis sinceris affectibus adheretis, non permisi ab eisdem hostibus deprimi: sed ipsos potius, eorum humiliata, sicut prædictarum literarum vestrarum describitur, in manibus vestris, seu vestrorum conclusit. Sane, fili, quia bellorum eventus non ex strenuitate humana, sed ex potentia divina dependet, & in illius, qui docet manus, ad prælium & digitos ad bellum, dispositione consistit; vestrae prudentiæ suademus, ut hujusmodi concessam vobis, victoriam, divina dumtaxat virtutis potentia cum humilibus gratiarum actionibus ascribatis, de nobis, fiduciam habituri, quod vos, velut devotos & prædictos filios gratiose favoribus, prout secundum Deum poterimus, prosequemur. Dat. Avin. 11. kal. octobris anno 11.

Ad distrahendas hostis vires Florentini socios, undique sibi conciliare nisi sunt, ac demum armorum coitionem in illum cum Venetis (d), sed usque redintegrarunt (e) cum Roberto Rege Siciliæ, pluribusque aliis populis. Ne vero Mastinus, qui omnia ad suam amplitudinem referrebat, terras ecclesie invaderet, Florentinorum cum Venetis foedus. Pontifex (f), laudavit, ac Bertrandum patriarcham Aquilejensem monuit (g), ut Florentinis, Venetisque adversus tyrannos Veronenses, studeret.

Bertrando patriarcha Aquilejensi. Significaverunt nobis dilecti filii dux & commune Venetorum, quod ipsi ad obviandum comatibus tyrannicis & perveris quorundam tyrannorum, qui terras & juram quædam Romanæ ecclesie, præsertim in marchia Tarvisina, occupata, inderunt, ac

in nostrum & ecclesie memoratæ præjudicium detinent; ac eisdem duci & communi nequon dilectis filiis populo & communi Florentino, nostris & ecclesie prælibatæ devotis, nocumenta inferre non levia moliantur, cum eisdem Florentinis inierunt confederationem, & ligam; nobis humiliter supplicantes, ut tibi, de quo hucusque aliud, quam se laudare de te, sicut eorum habebat inscriptio, nequeunt, quod eis factis, que suis favorabilis adversus eisdem tyrannos existeres, injungere dignaremur. Ideoque fraternitatem tuam, rogamus, &c. Hortatur eum, ut ad pacem cum Venetis conciliandam, Aquilejensis ecclesie integris illibatisque juribus inclinet. Datum apud Pontemorigiæ, Avinionensium diocesis 14. non. septembris anno 11. Gestum mente octobris in Scaligeros a Venetis & Florentinis foederatis bellum in marchia Tarvisina refert, Joannes Villanus (b), ac nonnullas arces ab iis expugnatas. Adducti in eandem armarum societatem fuerant Bononienses (i), qui in pristina adhuc rebellione perstabant, mutisque se laniabant (k), dissensionibus: quos ut Benedictus ad ecclesie obsequium revocaret, antequam alicujus tyranni felice addicerent servituti, subjectis literis mulcere studuit (l), ac Bertrandum archiepiscopum Ebreduensem, A. S. N. ad eos transmissit.

Benedictus, &c. communi Bononiensi spiritum consilii sanioris.

Quia salutem vestram affectionis paternæ, querimus, vosque abjectis tenebrarum operibus, induere cupimus, arma lucis, diu, sicut nostis expectavimus, ut vestros graves excessus & culpas, quibus Deum & sedem Apostolicam, non vitatis status & salutis vestræ dispendiis, multipliciter offendistis, hæcenus, considerantes, & recognoscentes attente, redire cum satisfactione decenti, ad obedientiam & devotionem nostram & ecclesie curaretis. Et quia non solum id, efficere omisit, sed potius videmini, benignitatem, & mansuetudinem dicte sedis, quas ut præmittitur, expectando, & plures dilationes vobis, super hoc concedendo, erga vos, exercuit, deducere damnabiliter in contemptum, [præsertim cum excessibus addendo, excessibus, & aggregando culpas culpis, interim non erubueritis sedem præfatam, offendi, & contumelias, afficere, sicut displicibiliter, ad nos perduxit insinuatione, non sufficimus, admirari. Porro quamvis, his, veris existentibus, vos merito effeceritis, amplioris gratiæ, expectationis indignos; quia, tamen, erga vos adhuc pietatis paternæ viscera, claudere, viamque mansuetudinis, si celeriter, ad hujusmodi devotionem & obedientiam vos, ut præmissum est, effectualiter, disposueritis, nequaquam in hac parte intendimus, denegare, venerabili fratri nostro Bertrando archiepiscopo Ebreduensi

Pontifex foederatis accedit.

Aquilejensis patriarcha ad idem foedus adductus.

(b) Jo. Vill. l. 11. c.

(i) Id. ib. c. 45.

(k) Cap. 69.

Bononienses admoniti officii.

(l) To. 2. ep. fecr. 305.

IV.
De indigna contumacia objurgati.

Transmissus ad eos inter-nuntius.

nens Apostolica sedis nuntio scribimus, ut ad civitatem Bononiensem, prout commode poterit, se conferat, super predictis colloquium habiturus vobiscum, &c. Hortatur, ut ad officium redeant, ac si blanditias aspernentur, justitiae severitatem se in ipsos districturum minatur. Dat. Avin. II. kal. novembris anno II.

LVI. Ecclesiasticus ordo in Brabantia oppressus.

Neque ad Romanam modo ecclesiam, verum etiam aliarum ecclesiarum jura defendenda, vel ex invaforum eripienda, manibus defixit studium Benedictus. Oppresserat Joannes dux Brabantiae graviter jugo suae ditionis ecclesiasticos viros, qui non modo vestigalibus iniustus atque turbantur, sed interdum magno quoque religionis opprobrio trucidabantur; ex quo divinus cultus exolefcebatur. His querelis permotus Pontifex, antequam severitatem in ducem exerceret, paternis ipsum instruxit monitis (a), quanta gloria ac felicitate fulsissent principes, qui ecclesiarum dignitatem asseruissent; hortatusque est, ut viros ecclesiasticos ab injuriis vindicaret: Sane, inquit, quia salutem tuam affectu paternae charitatis appetimus, gressusque tuos cupimus ab invitis custodiri; nobilitatem tuam rogamus attentius & in Domino exhortamur sano paternoque tibi nihilominus consilio suadentes, quatenus consideranter attendens quibus incrementis profecerant habitenus devoti principes ecclesiasticae libertatis amici, sacrosanctam Dei ecclesiam in suis praelatis, ministris, & servitoribus honorantes; quamque visiter & abesse ceciderunt, qui malignantes adversus ipsam ecclesiam, viam aliam, seu devium potius, eis Domino comminante per prophetam exterminium, sunt secuti; haecque statuens & alia, quae tibi possunt super his occurrere, ante oculos mentis tuae, praelatos & personas ecclesiasticas, nec non ecclesias, monasteria, & loca ecclesiastica in terris tuis predictis consistentia defendendo ab injuriis, violentiis, ac convolvendo in suis juribus & libertatibus, sublatis praemissis, & aliis gravaminibus & oppressionibus indebitis, pro divina & Apostolica sedis reverentia, tuaque salutis obtentu studeas honorare. Dat. Avin. II. kal. junii anno secundo.

(a) Ib. ep. 83.

Data Joanni duci monita.

LVII.

Hoc anno respirare coepit a diuturna & difficili diffensione Moguntina ecclesia. Cum jam ante Balduinus Archiepiscopus Trevirensis a Moguntino clero ad archiepiscopatus administrationem postulatam fuisset, Joannes vero XXII. Apostolica auctoritate Henricum illi praefecisset, gravissima inde exarcerant dissidia, repetitaque etiam in Balduinum, obtemperare detrectantem, a Joanne sententia. Qua occasione abusus pseudominoritas vidimus, ut Balduinum a Joanne abalienatum in schisma & haeresim pertraherent. Quorum venenatos afflatus magna laude re-

Balduinus lite Moguntini principatus ecedit.

pulit idem Balduinus: cumque ab adversario Henrico urgeretur iudicio apud pontificium tribunal, lite cessit. At mox tentavit iterum deprecatore Philippo Rege Francorum Moguntinum archiepiscopatum sibi asserere, cum gratia & auctoritate apud Pontificem Gallus floreret; cujus petita uti ab aequitate abhorrentia Benedictus respuit (b), additis repulsa rationibus, quae totius litis causas nitide illustrant.

Benedictus &c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri.

Ut Veritatem negotii hujusmodi serenitas regia non ignoret, illius seriem succincte providimus tenore praesentium recensendam. Olim siquidem, adhuc bonae memoriae Matthiae archiepiscopo Moguntino in humanis agente, felicitis recordationis Joannes Papa XXII. praedecessor noster, cupiens ecclesiam Maguntinam, cum eam primo vacare contingeret, de pastore idoneo per sedem Apostolicam providere, provisionem ejusdem ecclesiae duxit ea vice sibi & sedi praedictae specialiter auctoritate apostolica reservandam, dilectis filiis decano & capitulo ipsius ecclesiae ac quibusvis aliis, ad quos electio, postulatio, vel provisio in eadem ecclesia quomodolibet pertineret ne ad electionem, postulationem, vel aliam provisionem quancumque in eadem ecclesia; cum primo illius immineret vacatio, faciendum procederent districtius inbibendo, ac decernendo ex tunc irritum & inane quicquid contra reservationem, & inhibitionem hujusmodi contingeret per aliquem vel aliquos attentari.

Subsequenter vero eodem Matthiae archiepiscopo Maguntino, sicut Domino placuit, viam universae carnis ingresso, praedecessor noster praefatus cum fratribus suis S. R. E. Cardinalibus; de quorum numero tunc eramus, super provisione praedictae ecclesiae facienda deliberatione praebita, diligenti, de persona venerabilis fratris nostri Henrici archiepiscopi Maguntini ecclesiae memoratae de consilio fratrum eorundem providit, eumque illi praefecit in archiepiscopum & pastorem. Sed cum idem archiepiscopus Maguntinus honorum spiritualium & temporalium suae ecclesiae Maguntinae administrationem vellent suscipere ac gerere, ut debebat & pertinebat ad ipsum, supradictus archiepiscopus Trevirensis (qui post & contra reservationem & decretum praedicta per aliquos canonicos dictae ecclesiae Maguntinae postulatam in archiepiscopum ipsius ecclesiae dicebatur, propterea se in archiepiscopatum Maguntinum intruserat, bonaque occupaverat, & occupata indebita, ac in sua detrimentum salutis animae contra sanctiones canonicas detinebat praedicta) nequaquam permisit, sicut nec adhuc permittit, sepefatum Maguntinum archiepiscopum administrationem suscipere ac gerere, supradictam: quin potius

(b) Eod. 20. 2. ep. fecr. 190.

Deprecatore Gallo eum sibi iterum afferere nititur.

Nitida totius controversiae historia.

Ut referendum fuerit sedi Ap. renuncianti archiepiscopi jus.

Henricum Joannes praefecit Moguntiae.

Balduinus se postulari curavit. Invalerit vestigalia archiepiscopalia.

Trina in eum lata sit sententia.

LVIII.

Cumque pridem de mense junii proxime praeteriti die, antequam litterae regiae pervenissent, pro parte sepefati archiepiscopi Maguntini, coram nobis & fratribus nostris in consistorio proposito negotio supradicto, fuisset nobis super exhibenda justitia instanter & humiliter supplicatum; nos & fratres praedicti diligentius attendentes, quod praedictus archiepiscopus Trevirensis benignitatem & mansuetudinem Apostolicae sedis praedictae, qua ipsum tam praefati praedecessoris nostri, quam nostro tempore diutius abstinendo a processibus adversus eum faciendis expectavit, ut suae in hac parte salutis & fame, a tam pernicioso & damnatis temeritatibus resiliendo, consuleret; praesertim ad memoriam revocans, quod contra reverentiam & obedientiam, quibus Rom. ecclesiae astrictus existit, & etiam proprium juramentum, per eum in sua promotione praestitum, offendendo & transgrediendo sacros canones manifeste, in praedictis & circa ea egit & agit, deducebat & deduxerat damnabiliter in contemptum; quodque praedictis omnibus in considerationem adductis, aures non poteramus claudere, nec justitiam, super qua exhibenda instanter requirebamus, ut praemittitur, absque Dei offensa & laesione conscientiae denegare; certos in eodem consistorio, exacta deliberatione cum ipsis fratribus praesentibus, processus ordinavimus fieri, non solum exigente justitia, sed cogente. Quare, fili charissime, si ab hujusmodi processibus tam mature tamque solemniter in consistorio, ut praemittitur, ordinatis sacrosanctae Romanae ecclesiae omnium mater fidelium & magistra sic vilitate & graviter romanente per praefatum Trevirensis archiepiscopum vilipensam, tamque grandi, notoria, & scandalosa injuria rigore justitiae non repressa desistere non volumus, habeat nos, circumspectis praedictis omnibus, regia providentia, qua justitiam diligit, nec aequanimitate tolerare praedictae ecclesiae Romanae offensas & injurias consuevit, cum ea offensa tu velus benedictionis & gratiae filius nequeas non

Nova in eum iudicialia a Sa intrusa sit.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

M

offendi, quosumus excusatos. Addit saepius qua prece qua minis tentatum Trevirensis, ut cepto abisteret, ne edictis apostolicis feriretur; ac mirum videri, cum aliquorum Cardinalium opera archiepiscopatus Moguntini controversis iuribus abiturum se urgente Henrici procuratore obtulerit, tum regis studiis ad illum retinendum anniti. Dat. apud Pontemorgiae Avinionensis dioecesis III. non. julii anno II.

Dejectus spe sua Balduinus, cum ad ipsius vota Pontificem non frangi cernebat, nec Gallum Regem quidquam gratia poruisse, objectaque anathematis religione urgeretur, demum cuilibet principatu obervantiam in sedem Apostolicam anteferebat, missis ad Benedictum oratoribus, controverso jure abivit, administrationemque ecclesiae Moguntinae, necnon arces, quas milite praesidiario munitione tenebat, pontificio arbitrio commisit, additis hisce literis (a) sui obsequii in ecclesiam testibus.

Santissimo in Christo patri ac domino suo, domino Benedicto sacrosanctae Romanae & universalis ecclesiae digna Dei providentia summo Pontifici, Balduinus archiepiscopus Trevirensis cum omnimoda subjectione & reverentia devota pedum oscula beatorum.

Pater sanctissime. Cum, vacante alias ecclesia Moguntina ex obitu quondam Martini eiusdem ecclesiae archiepiscopi, ad instantes preces & continuum ad me recursum capituli dictae ecclesiae Moguntinae, nec non nobilitum & vassallorum ipsius, multiplicibus tribulationibus & incommodis graviter & intolerabiliter oppressorum, de protectione seu gubernatione praedictae ecclesiae Moguntinae solita amicitia motus ad eandem, me intromiserim in eum [Deus novit] affectum, ut mediante adiutorio ecclesiae meae Trevirensis & amicorum meorum ipsam ecclesiam Moguntinam, nobiles, vassallos, gentem, & possessiones ejusdem ab hujusmodi oppressionibus & incommodis relevarem; in quo Deo primum, deinde sanctae Romanae ecclesiae gratum & acceptum sperabam obsequium exhibere, ac nihilominus vestrae sanctitatis gratiam haec solucite prospiciens promereri; nunc autem certis intelligens indicis, vestram sanctitatem in hoc deliberasse, ut gubernationem & protectionem ipsius ecclesiae Moguntinae ad manus sanctitatis vestrae ponam; de vestrae sanctitatis clementia non immerito confisus, quod videlicet meo statui, ecclesiae meae Trevirensis, & ipsius ecclesiae Moguntinae prospicere debeat, ego tanquam devotus sanctitatis vestrae filius, qui vestris & sacrosanctae Romanae ecclesiae fissionibus semper & humiliter obedire volo, honorabilem virum Baemundum archidiaconum Trevirensis strenuum virum, Simonem Philippum

Eorum terrore lite cesserit.

LIX. Repulsa Gallo objecta.

(a) Ext. inserta lib. cur Bened. an. 2. p. 2. pag. 16.

Balduini Trevirensis ad Pont. litera. * Matthiae.

Ut praerita gesta excularit.

Renuntiata ecclesiae Moguntinae.

Decreti
ab eo ad
id orato-
res.

de Regalibus de Pistorio dominum de Longopollata militem, & Rodolphum dictum Lase notarium meum exhibitorum presentium meos procuratores & nuncios speciales ad pedes vestra beatitudinis duxi humiliter transmittendos: dans eis vel duobus ex ipsis plenum mandatum, & liberam potestatem vestra sperata clementia meas & predicta ecclesie Moguntina urgentes & inevitabiles necessitates, ipsi ecclesie Moguntina & mihi graviter imminentes, exponendi causas & motiva, quare ad gubernationem seu protectionem ipsius ecclesie Moguntina inductus fuerim, plenius explicandi vestra sanctitati: super conservacione status mei & honoris, & dicta ecclesie Moguntina humiliter supplicandi, ac etiam ipsius ecclesie Moguntina castra, fortelitia, villas, opida, jurisdictiones, & jura in manus sanctitatis vestrae ponendi & resignandi, aliisque meo nomine faciendi, que circa hec necessaria fuerint vel opportuni; ratum & gratum habiturus quidquid mei procuratores predicti meo nomine egerint in premissis sub rerum mearum omnium hypothecca; per ipsos & cum ipsis vestra sanctitati humillima devotione supplicans, quatenus me vestrum devotum filium, ecclesiam meam Trevirensem, ac ipsam ecclesiam Moguntinam in vestris dignemini gerere visceribus charitatis: mihi que, meo statui & honori, & ipsius ecclesie Moguntina jam dudum per me desideratis commodo & paci, pie pater, dignemini favorabiliter providere. In quorum omnium evidentiam vestra sanctitati presentes literas, mei appensione sigilli communitas, duxi in ferventi devotionis constantia destinandas. Dat. Treviri anno Domini MCCCXXXVI. XII. die mensis novembris.

LX.
(a) An. 2.
ep. cur.
530.
Missi
Moguntiam a
Pont.
Nunciis.

(b) Ibid.

Henricus pontificio studio e-
vectus
postea in
hottent
versus.

Redacto ad officium Balduino, Pontifex decrevit (a) apostolicos nuncios Guidonem & S. Germano Aniciensem & Nicolaum Capotiam, qui sedis Apostolicæ nomine restituendarum a Balduino arcium possessionem inirent: amplissimi que eos instruxit mandatis, ut renitentem ad id adigerent. Cum vero jam ante gravissima in Balduinum edicta tulisset, quæ ad Henricum archiepiscopum Moguntinum tranfmitterat, eidem Henrico præcepit, (b) ne illa evulgaret, sed pontificios oratores suo munere defungi sineret. Potitus postea principatu Henricus, pro beneficio atroces injurias reposuit sedi Apostolicæ, a qua ipsum ob flagitia coitionesque cum Bavaro initas exauthoratum vituri sumus; suaque spe delusus est Benedictus, qui illum futurum Romanæ ecclesie addictissimum putabat: quippe Philippo Regi consulenti, an scedere Moguntinum sibi obstringeret, ne in hostium partes devolaret, respondit non videri, cum tenues & afflictæ essent illius opes, & facile ab eo consilio abducendus effect:

(c) Etiam si, inquit, ipse suum archiepiscopatum plenarie obtineret, non auderet, nec nos permitteremus eidem talia contra nostrum & tuum beneplacitum (præsertim ubi tu regnumque tuum, quorum salutem & statum zelamus prosperum, tangeremini) quomodolibet attentare: quod si facere præsumeret, opportunis remediis super hoc coerceretur a nobis.

Hoc anno legavit ad sedem Apostolicam oratores Casimirus Rex Poloniæ, qui inter cætera flagitarunt a Benedicto, ut scœdera, quæ cum Joanne Boemiæ & Carolo Ungariæ Regibus percussisset, auctoritate pontificia corroboraret: agerent de imminuendo censu eidem sedi Apostolicæ a Polonis pendit solito: expostularent de cruciferis Livoniæ equitibus, quibus perfidiæ notam in repudianda a Regibus arbitris pronuntiata sententia impingebat; nonnullos denique episcopos e suis sedibus ad alias traduci postularent. Cum quibus ita se gessit Pontifex, ut primum scœdus illud anno superiori firmatum (ex quo ad Ludovicum Bavarum, Germaniæ correpto regno deturbandum illos conspirasse (d) ex nonnullis auctoribus diximus: ex aliis (e) vero eisdem amicos & hostes habituros sacramento spondidisse) confirmare detrectavit (f) cum in eo plura ab æquitate abhorrentia, ipsis exitialia Regibus, neque honori ecclesie consentanea reperirentur.

Benedictus, &c. Casimiro Poloniæ Regi illustri.

Primo non videtur nobis, quod forma pacis inter te & charissimos in Christo filios nostros Ungariæ & Boemiæ Reges illustres inita invicem, quam nobis nuncius predictus exhibuit, debeat esse grata, nec nobis & Apost. sedi accepta: cum super multis articulis exorbitare a rationis & æquitatis tramite, charitatisque ac tuis honoribus & utilitatibus obviare plurimum videatur; nec super legis & consæderationibus, in eadem contentis, nostris & sedis præfata honoribus & reverentiæ in aliquo deferatur. (Quod ad censum sedi Apostolicæ solvendum a Polonis atinet; ostendit in more positum, ut non a rusticis modo, sed oppidanis etiam, urbiumque civibus penderetur.)

Præterea super eo, quod dicebatur, habitatores & incolas regni predicti teneri ad solutionem census annui ecclesie Romanæ debiti, qui denarius B. Petri vulgari nuncupatur, in illis partibus, non per capita personarum, sed per singulis domiciliis habitatorum & incolarum ipsorum; adjiciebaturque illos habitatores & incolas, qui commorantur in civitatibus vel oppidis clausis & muratis, esse a solutione census hujusmodi liberos & immunes; nos, qui sic jura predicta Romana ecclesie illæsi servari volumus, quod jus alterius propter hoc non

(c) Ta. 2
ep. secr.
190.

LXI.
Polonici
oratores
ad sedem
Apost.
missi.

(d) Ha-
grec. apu
Chr. l. 12
(e) Bor-
fin. dec. 2
l. 11.
(f) To. 2.
ep. secr.
369.

Fœdus
inter Po-
lon. Bo-
em. &
Ungar.
Reges
non lau-
datum.

De censu
Polonico.

LXII.
Episcopi
ad alias
sedes non
transfe-
rendi nisi
gravi de
causa.

Commen-
datus Po-
lono ordo
ecclesia-
sticus.

LXIII.

non lædatur, perquiri rogata ipsius ecclesie fecimus diligenter: & quia reperitur in eis, omnes ejusdem regni personas, non exclusis nec exceptis illis, qui degunt in eisdem clausis seu muratis civitatibus & oppidis, ad solutionem dicti census non per domicilia sed per capita personarum ipsarum teneri; decenter aliud, per quod eisdem ecclesie Romanæ derogari posset, super jure hujusmodi absque læsione conscientie immutare non possumus, vel etiam innovare.

Rogarat etiam Pontificem Casimirus, ut Wratislavensem & Cracoviensem episcopos sibi minus gratos ad alias sedes traderet. Cui Benedictus respondit, non esse moris sedis Apostolicæ, episcopos sine magna causa ad alias ecclesias transferre. Cumque quereretur Rex, crucigeros equites pacis inter Polonos & ipsos conciliatæ leges respuere; mirari se admodum subdit, cum illi in ipsam Regem culpam repudiati fœderis derivarent: cum vero mutuo fœdere omnes Christianos, ac maxime principes, conjungere cupiat, paratum se ad pontificiam auctoritatem ad scœdus illud faciendum adhibendam; tum hæc addit.

Denique quia sacra teste scriptura, sapiens filius lætificat patrem; de te, fili charissime, lætanur admodum in Domino, quod sicut fama celebris ad nos usque perduxit, tu beneplacitis Regis pacifici & excellenti per actus virtuosos & laudabiles te cooptans, & Rex appellari desiderans a regendo, in regno & terris tibi subditis, repressis & correctis malorum & perversorum insolentibus, bonum pacis & justitiae facis coli. Verum attendentes, quod hujusmodi opera tua, grata utique justo & æterno Judici, gratiora & acceptiora eidem, tibi que magis meritoria reddentur proculdubio apud eum, si honorare ipsum studueris in sancta ecclesia sponsa sua; serenitatem rogamus regiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus eandem ecclesiam in prælati & personis ecclesiasticis regni sui predicti sicut decuerit honorando, prælatos & personas eisdem in suis & ecclesiarum suarum manutenendis juribus & libertatibus habeas pro divina & Apostolicæ sedis reverentiæ favore regio commendatos: eos, nec non pauperes, pupillos, orphanos, & viduas, aliasque personas miserabiles ab oppressionibus indebitis defendendo, &c. Subjicit, manere illum divina & æterna premia pro iis piis operibus, que divini amoris intuitu explicuerit. Dat. Avin. II. id. decembris anno secundo.

Ad tuendum ecclesie splendorem exercendus fuit zelus pontificius in nonnullos hypocritas, qui religioso veste insignes ecclesiam impie oppugnare non perhorrescunt. Erant ille Fraticellorum secta, qui nonnulla fidei dogmata, que Joan-

nes xxii singulari sancti Spiritus præfatio, quod Petri successoribus in fidei definiendis controversiis numquam defuturum est, instructus statuerat, convellere ac traducere umbratilibus argumentis & canina obmurmuratione nitentibus, illius famam impudenter carpere non veriti, grassabanturque in Sicilia. Ad quorum effrænatam improbitatem retundendam Benedictus Robertum Regem sollicitavit (a), ut potentiam adhiberet.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliae illustri.

Habet fide dignorum assertio, nostri apostolatus auditus sæpius inculcata, quod quidam perversi homines, se fratres de pauperum vita, vel aliis nominibus appellantes, qui diversorum colorum, seu petiarum variarum cultos & deformes gestant habitus, ab illis, quibus fratres ordinis Minorum utuntur, plurimum discrepantes, cum eisdem fratribus Minoribus tam in monasterio vocato de corpore Christi Neapolitano, quam in diversis aliis fratrum eorundem conventibus ac diversis locis aliis infra regnum & terras tua consistentibus; non absque multis periculis & scandalis, præsertim divisionis & schismatis in predicto suscitandorum ordine, cum diversum modum vivendi ab eisdem fratribus Minoribus habeant, subesseque ipsorum prælati & superioribus renuant, commorantur. Insuper aliqui ex eisdem superstitiosos hominibus errores disseminantes varios, & acuentes ad effundendum venenum, laxata labiis suis licentia temeraria, linguas suas, determinationibus & ordinationibus sedis Apostolicæ detrabere tam in secreto, quam in publico, memoriamque felicis recordationis Joannis Papæ xxii. prædecessoris nostri ferire ac lacerare detractationis ictibus in multis regni & terrarum predictarum partibus, tamquam detractores & susurriones præsumptivos & temerarii moliantur.

Sane, fili charissime, cum te, qui princeps existis catholicus, & erga sedem predictam præcipua devotionis & reverentiæ fulgore clarere dignosceris, tales homines pestiferos & nocivos, eorumque latratu, susurrations, & detractationes hujusmodi non deceat nec expediat tolerare; regiam rogamus excellentiam, requirimus attentius, & in Domino exhortamur, quatenus varia pericula, que dictorum perversorum hominum, quorum secta jam dudum per sedem præfata extitit reprobata, mutua conventatio prælibatis fratribus Minoribus ac eorum ordini propter ea, que præmissimus, & alia multa, que potest regia providentia circumspicere, comminatur; nec non quantum maculam in gloria serenitatis regie præfatorum superstitiosorum hominum tolerantia cum præfatis fratribus, seu in regno & terris predictis poneret, deducens

Fraticelli
Pontificis
famam
lacerant.

(a) To. 2.
ep. secr.
189.

Incepta
eorum
hypocri-
sis.

Et temeraria
impictas.

Reprimi
jubentur
a Rober-
to.

in regia considerationis examen; ipsos de dictis conventibus repellere & amoveri procurare, nec eos in regno & terris predictis tolerare, nec ab aliis tolerari permittas: sed potius qualiter de suis erroribus & praesumptuosis temeritatibus per prelatos & alios ad * pertinet, debite corrigantur, regium praestes auxilium, consilium, & favorem; sic te fili dilectissime, super his habiturus, quod supradictis vitatis periculis, tua sincera devotio exinde digne commendationis, & laudis praeconiis attollatur. Dat. Avin. VIII. kal. Julii anno 11.

LXIV.

(a) Ep. 211.

(b) To. 2. ep. fecr. 247.

(c) Ep. 148. ad 152. Pseudominoritarum impudentia.

(d) Ep. 112.

Serpebat eadem pestis Fraticellorum in ditione ecclesiastica: ad quam extinguendam Pontifex Berrandum (a) archiepiscopum Ebredunensem apostolicum internuntium, Joannem episcopum Anagninum pontificium in Urbe vicarium (b), Hugonem Augerii Patrimonii, Rogerium & Vinonem Campaniae, Canhardum & Sabulano Piceni, Raimundum & Pojoliis ducatus Spoletani, & Guillelmum Arnaldi Emiliae praesides (c) incumbere iussit. Egerat quoque praecipites in schisma & impietatem nonnullos pseudominoritas partium studium & obfirmata pertinacia, qui sentire cum Fraticellis, atque Joannis XXII. constitutionibus detrahere, & ejus famam discedere calumniis visi: Relatum est, inquit Benedictus (d), nobis quod quidam fratres ordinis Minorum, qui quondam Petro de Corbario (dum erat haeresarcha caput illius horribilis schismatis, quod tempore felicitis recordationis Joannis Papae XXII. praedecessoris nostri exiit contra Deum, & sedem Apostolicam fidemque catholicam attentatum) ac Michaeli de Caena dudum de haeresi condemnato, nec non & Ludovico de Bavaria injurioso invasori regni Romanorum & imperii adhaeserunt, sicut asseritur, in Auconitana marchia commorantes, statuta vilipendere canonica, ordinationibus & determinationibus sedis Apostolicae mendaciter detrahere, memoriam ejusdem praedecessoris denigrare ac dilacerare sub murmurationibus temerariis, & nonnulla alia verbis & factis, qua fidei puritati catholicae, bonisque moribus sunt obvia, suoque ordini dedecentia, committere non verentur, &c. In hos Benedictus fidei & iustitiae studio accensus intendi iudicium, ac si illud declinarent, eisdem vinculis mancipari (e) iussit.

(e) Ib. ep. 213. (f) Ib. ep. 216.

(g) Ep. 218.

Vocati etiam in jus (f) Franciscus Camerinus, & Jacobus Firmanus episcopi, cum Fraticellis faverent, atque in eorum dioecesi sua illi conventicula agerent. Dicta etiam dies Berengario Durando pseudominorita impostori (g), qui, ad emungendam stipem, proposita a Pontifice indulgentiarum premia daturis eleemosynam Minoritis pro concione mentiebatur. Quae in Avinionensibus carceribus nonnulli sacri ejusdem ordinis pseudoreligio-

si detinerentur, Pontifex Guillelmum Lombardi ecclesiasticarum causarum iudicem Avinionensem in eos legum severitatem, interque caeteros in ejusdem familiae capellanum pontificium, exercere iussit (h).

Neque silentio praetereundum est, summum Dei vicarium ad restituendum sacris ordinibus religiosae disciplinae splendorem apostolica adhibuisse studia: utque optimas Cisterciensibus (i) superiori anno leges dederat, ita hoc ipso Benedictinis (k) & Minoritis excolenda monasticae vitae formulas praescripsit. Praeterea quae ad Benedictinos spectant, cum in bullario (l) omnibus pateant. Quae vero ad Franciscana instituta pertinent (m), cum recondita sint & digna luce, delibavi.

Benedictus &c. ad perpetuam rei memoriam.

Ut in sacro Minorum ordine fratrum, quem ab olim gessimus & gerimus in visceribus caritatis, divinatorum officiorum sacrificium, debitumque silentium, ciborum abstinentia, sanctimonia habitus observentur; studium quoque sacrae paginae in dicto ordine vigeat, & personis ejusdem ordinis ad hoc aptis insistendi disciplinis scholasticis commoditas ministraretur, ac caritas Dei, ex qua virtutes caetera generantur, regnet & servetur in cordibus eorumdem, caeteraque laudabiles observantiae regulares sic exemplariter luceant in eisdem, ut sine etiam aliis in recte vivendi speculum, & imitanda sanctitatis exemplum; ad laudem Dei, & spirituale profectum omnium militantium in ordine memorato inscriptas ordinationes, in dicto ordine auxiliante Deo perpetuis futuris temporibus observandas, adhibitis nobis ad haec exemplaribus viris solemnibus, S. R. E. Cardinalibus, videlicet venerabilibus fratribus Petro Penestrino, Gaucelino Albanensi episcopis, ac dilectis filiis Petro tit. S. Praxedis presbytero, ac Galbaro S. Lucia in Silice & Bertrando S. Mariae in Aquiro diaconis Cardinalibus; ac etiam venerabilibus fratribus nostris Gotio patriarcha Constantinopolitano, & Jacobo episcopo Brixienti, ac dilectis filiis Girberto S. Victoris Massiliensi, ac Guillelmo Montis Olivae Carcaffonensis dioecesis monasteriorum abbatibus; nec non Geraldo generali, Henrico Francia, Joanne Burgundiae, Pastore Provinciae, Petro Talsiae, necnon Pontio Carboneli Aragoniae, ac Petro de Saxoferrato marchie Auconitanae, Pbilippo quondam Mediolanensi, Laurentio quondam terra Laboris provinciarum ministris, Nicolao de Gajo, Gualtero Chvaton, Guillelmo Bernardi de Podio, Antonio de Valentia, Fortanerio Vassalli sacrae theologiae magistris, ac Petro de Strata procuratore in curia dicti ordinis Minorum, ejusdem ordinis professoribus, pro-

(h) Ep. 31. & 349.

LXV. Reformata a Benedict. Minoritarum disciplina.

(i) Ext. in bullar. in Ben. xii. const. 3.

(k) An. 2. ep. cur. 1. & MS. bibl. Vat. sign. n. 3988.

(l) Ext. in bull. in Ben. xii. const. 5.

(m) An. 2. ep. cur. 19.

Qui ab eo ad id opus fuerint adhibiti.

LXVI. De divinis officiis.

Et psallendi modo.

(a) Extrav. Quorundam exigit de verb. sign.

De cultu externo lex.

LXVII.

In primis circa agendum divinum officium in eodem ordine; auctoritate apostolica ordinamus, quod ante missam & horarum principia fratres dicti ordinis omnes quos causa rationalis non excusat, ad eorum convenientiam, preparaturi Domino corda sua, ibique sine discursu, murmure, risu, & absque vagis & vanis aspectibus sub silentio, in pace, & cum debita gravitate permanent, cantent, & orent, & usque in finem unanimiter perseverent. Quia vero cantus ecclesiasticus, divinae laudis sacrificium, fructusque laborum canentium non solum eorum, qui psallunt, sed etiam auditorum edificatio esse debent; eosdem fratres hortamur in Domino, ut divinas laudes integre, attente, honeste, ac religiose persolvant; gestus leves, & cantus dissolutos, seu fractos omnino declinent: tractum psallant debito more, incepta, quae simul cantanda fuerint, simul continuent, simul pausent. Ordinamus etiam, quod in singulis ordinis praedicti conventibus hora sexta, sicut alia hora cum nota dicatur, &c. Objectis iis, qui contra tenentur poenae. Tum de silentio tenendo, de tyronibus disciplina religiosa informandis, deque jejunii, plura sancita. De vestium autem forma & pretio instaurata Joannis constitutio (a): Quorundam exigit, ac rebelles coerceri iussi a Benedicto.

Verum quia noverunt, inquit, ut audivimus, cessat temeritas seu praesumptio aliquorum fratrum ejusdem ordinis, habitum & vestes singulares & deformes portantium, ut praesertim; volentes eisdem per poenae adfectionem a temeritate & praesumptione hujusmodi ad communem ordinis observantiam revocare, praesentium auctoritate statuimus, quod si quis ejusdem ordinis professores contra arbitrium, determinationem, seu iudicium ministrorum, custodum, seu guardianorum, in ordine suo praesidentium, habitum, aut ipsorum habituum caputia, seu vestes deformes, & vestibus aliorum fratrum communitatem ordinis tenentium dissimiles & difformes portare, aut quod fratres ordinis talibus uti deformitatibus teneantur asserere pertinaciter praesumpserint, nisi infra quindecim dierum spatium postquam praesentis nostrae ordinationis ad eos pervenerit, a talibus insolentibus obediens desisterint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua per generalem seu provinciales in suis provinciis ministros dumtaxat, satisfactione praemissa, possint absolvi. (Adiecta alia de modo exeundi e monasterio, de muneribus non dandis, de studiis, edendisque in lucem libris. Tum de nefariis opinionibus coercendis hoc decretum.)

Quia nonnulli dicti ordinis habitum, religionis ejusdem gestantes, sed a puritate ac communitate ipsius recedentes procurante favore malorum, sub simulata qua-

dam sanctitatis specie damnatas per sacrosanctam Romanam ecclesiam haereses dogmatizare, praedicare, defendere, & approbare praesumunt; suaque doctrina, & praedicatione sacrilega & perversa corda simplicium damnaviliter corrumpere & depravare conantur, districte praecipimus, ut contra tales & quoscumque alios dicti ordinis fratres, qui talia verba vel scripto praesumpserint, sicut contra haereticos debite procedatur; & contra fautores, defensores, & receptatores eorum procedi debeat juxta canonicas sanctiones. Illos etiam qui ausi fuerint doctrinam, positionem vel opinionem per dictam ecclesiam reprobam docere, praedicare, defendere, vel approbare, aut per eandem ecclesiam approbatam reprobare, animadversione canonica decernimus puniendos. Districtius etiam inhibemus, ne quis fratrum dicti ordinis opinionem de fide vel moribus suspectam aut per magistros sacrae theologiae communiter reprobam dogmatizare, praedicare, defendere, vel approbare praesumat, quibuscumque fratribus dicti ordinis, qui aliquem ejusdem ordinis sciverint vel audierint talia facientem, in virtute sanctae obedientiae infungentes, ut quam cito commode poterunt, prout ea perceperint, superiori ipsius debeant intimare; qui ante omnia ei districte praecipiat, ne talia recitet vel attentet, donec super eis plene veritas sit discussa; pro cuius discussione idem superior ad aliquod de vicinioribus studiis theologiae festinet recurrere, & super his veritate comperta fratri talia dogmatizanti, praedicanti, defendenti, seu approbanti, ac quibuscumque aliis fratribus ei in iis faventibus, vel eum defendentibus, prout culparum eorum qualitas seu praesumptuosa temeritas exegerit, de consilio discretorum fratrum loci praesati studii debitam poenam imponat, & ad revocandam cum effectu praedictam opinionem erroneam ipsos moneat & inducat. Quod si pertinaciter parere contempserint, nec a talibus desistere forte voluerint, eas de praedictorum consilio carceri mancipet, & detineri faciat mancipatos, donec efficaciter paruerint, & desisterint a praedictis. Et nihilominus praedictus superior de praemissis omnibus plenam & fidelem relationem faciat in primo subsequenti capitulo generali, in quo quid super eis faciendum fuerit, plenius ordinetur.

Districtius inhibemus, ne postquam supra negotio fidei questio seu dubitatio aliqua, super qua sint opiniones adversae vel diverse, deducta fuerit ad Apostolicam sedem examen, quisquam ex tunc alterutram partem determinare, eligere, vel approbare praesumat, sed super ea sedis ejusdem iudicium, seu declaratio expectetur.

Adiecta alia de librorum usu, de donis & legatis, de precibus fundendis pro iis, qui

Decretum contra Fraticellorum sequaces.

Contra cronearum opinionum artifices.

Pendente apud sedem Ap. fidei controversia, quidquam definire vetitum.

LXVIII.

Nuncupandi a Min. præpositis sacramenti formula.

qui elemosynas ac beneficia contulere, de sacramento ab ordinis præpositis nuncupando, cujus formula his verbis concepta fuit. Ego frater. generalis minister ordinis fratrum Minorum ab hac hora in antea fidelis ero S. Petro, sanctæque Romanæ ecclesiæ, dominoque meo domino Papæ, suisque successoribus canonicis intrantibus. Non ero in consilio, nec in facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium, quod mihi aut per se aut per literas aut per nuntium manifestabunt, ad eorum damnum nulli pandam. Vocatus ad synodum veniam, nisi fuero prædeditus canonica prædicatione. In correctionibus judicialibus gravium criminum, & in provisionibus, promotionibus, confirmationibus, destitutionibus, & repulsionibus faciendis de personis dicti ordinis fideliter, ac secundum Deum & regulam B. Francisci, puramque & rectam conscientiam me habebō. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei evangelia. Simile juramentum præstabant ministri provinciales &c. Ad temperandum eundem ordinem de familia & sumptibus generalis præpositi, de illustrandis ab eo religiosis domibus, de provinciarum vel conventuum singulorum præpositis, de creandis fidei censoribus, de procuratore, de concionatoribus & sacerdotibus excipientibus sacras exhomologes, de mittendis ad gentes evangelii præconibus, de modo deliberandi fervendo a Minoritis, de criminibus deferendis plebendisque, de ædium & officinarum structura; denique de Minoritis regendis plura præcepta a Benedicto descripta fuerunt; cujus sanctioni hæc temporis nota apposita. *Dar. Avin. 1v. kal. decembris anno secundo.* Lectas exceptasque ab universis Minoritis, qua par erat observantia & demissione Benedicti constitutiones in celebratis Caturci proximo anno ordinis comitiis, indicat Wadingus (a): extantque datæ ad eisdem cœtus Pontificis literæ, quibus illius familiæ præpositis collata potestas est (b), ut eos, qui Michaeli Cæsenati adhæserant, censuris solverent: cujus beneficii tamen expertes illos esse iussit, qui a Petro Corbaria pseudopontifice adulterinas dignitates exambivissent, ipsos enim sedi Apostolicæ sistendos voluit: ut crimen rite expiarent.

(a) Luc. Wad. an. 1337. n. 3. & 5. (b) An. 3. ep. com. 342.

LXIX. Guil. episcopi Sabinensis mors.

(c) Gestæ Ben. apud Bosquet.

Hoc anno excessit e vivis vir insignis Guillelmus episcopus Sabinensis, e Prædicatorum ordine ad Cardinalatum evehctus quem cætera præclara gesta tria magnificèntia & amplitudine conspicua atque eleganti cultu elaborata templa excitasse in ordinis sui cœnobiiis, refert subiectis verbis Benedicti vitæ author: (c) Anno Domini MCCCXXXVI. die quarta mensis junii obiit dominus frater Guillelmus Petri de Goderio ordinis Prædicatorum, episc. Sabinensis Cardinalis, qui

diu fuerat legatus in Hispania, ubi multa bona & salubria ordinavit, constitutionesque fecit quamplurimas, præsertim contra concubinariorum ecclesiasticos, qui pro tunc erant in illis partibus infiniti. Hic quamquam esset modica, immo quodammodo deformis statura; fuit multum literatus & cordatus, ac virtuosus in omnibus factis suis, deditque sibi etiam Deus multa bona temporalia, de quibus fecit opera mirabilia, quæ sequuntur. Construxit enim tres ecclesias miræ pulchritudinis adeo, quod ordo suus non creditur habere pulchriores & solemniore ubicumque, videlicet unam in conventu Avenionensi, aliam in conventu Tolosano, in qua jacer tumulatus, & aliam in conventu Bajonensi, ubi fuerat vestitus & educatus. Fecit etiam tam in dictis conventibus, quam in aliis dicti ordinis multa alia bona admodum commendabilia, & memoria digna.

Tria ab eo excitata templa.

LXX. S. Elisabethæ pia mors.

Hoc anno migravit ad Dominum Elisabetha Lusitanæ Regina, de qua a nobis in superiori tomo honorificentissima mentio edita est, cui eximia virtutes sanctarum viduarum honores pepererunt. Scripsit ex veteribus monumentis inter alios sacram ejus vitæ historiam terso & elegantissimo stylo Petrus Perpinianus Societatis Jesu, felicemque ejus obitum his verbis depingit (d): Proximo die jovis, quam lecto tenente cœperat ante diem quartum non. quintiles multo mane criminibus expiatis confessusque plena pietatis, plena doloris, persacerdotem sacrificium fieri præcepit extra conclavem apto & ad videndum & ad audiendum loco. Quo peracto, ut erat ardens ad colendam religionem, & erecta humiliter de se ipsa sentiens, & eximia adversus Nomen divinum reverentia commota, ab Jacobo avo gravissimo magistro edocta, qui sacerdote sacrosancta peragente mysteria neminem intra cella cancellos consistere patiebatur, & ipse procul ab ara, nullis circum præpendentibus peripetalmaribus inclusus more Regum, in oculis omnium utroque genu nitebatur; surgit e lecto, vestes induit, procumbit in genua. Sic ad altare fere repens accedit, ubi sacrificulus advenientem expectabat. Ibi cum fetu & ejulatu, mirifico animi sensu, quasi valere jubens omnia humana, e terris migratura in tam longinquas & tam ignotas regiones, viaticum necessarium corpus Christi sumpsit. Et infra.

(d) Perpin. de vita B. Elisabeth. l. 3.

Ut sacramenti rite munita sit.

Imploratum ab ea Virginis auxilium.

Intelligens instare sibi mortem, filium, nurum, nepotes relinquit: reicit labentium fluentiumque rerum curam, & omnem vim mentis intendens ad ea, quæ sola sunt semper eodem modo & æterna, Mariæ semper Virginis opem implorans: Mariæ, inquit, mater gratiæ, mater misericordiæ, tu me ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Suam inde fidem ex Apostolorum simbolo publice professæ, totum carmen a Christo compositum discipulisque traditum ad præ-

(a) Wad. hoc ann. n. 26.

Qui illius parentes, putum superat, concurrunt cum anno & affines.

candum Deum clara voce peregit. Nonnullas alias preces addidit, quas recitantes sensum vocis, sensus, vires descebant, donec omnibus celestibus donis cumulata mens corpus deserens, ita compositum ore, oculis, vultu, ut obdormivisse non mortuum esse videretur, anno LXXV. quam a Deo optimo maximo procreata fuerat, & ei tuendo regundoque præposita, in regionem convententem naturæ suæ, domicilium immortalis ac beatæ vitæ migrans, magnum sui desiderium in omnium animis infixum reliquit. Incisam refert Wadingus (a) ad ejus sepulchrum veterem hanc inscriptionem, quæ illam hoc ipso anno ex humanis abiisse testatur his verbis: *Æra. MCCCCLXXIV. si ex ea triginta octo annos detraxeris, quibus ecclesiasticum computum superat, concurrunt cum anno Christi MCCCXXXVI. die 1v. mensis julii in castro de Extremos obiit incluta donna Elisabetha Regina Portugallia, & fuit sepulta xii. die dicti mensis*

in hoc monasterio S. Clare, quod ipsamet fieri iussit & dotavit: & fuit uxor domini Dionysii illustrissimi Regis Portugallia, & filia Regis domini Petri de Aragonia & Reginae donne Constantiæ, atque mater domini Alfonsi serenissimi Regis Portugallia & domine Constantiæ Reginae de Castella, fuitque avia Regis Alfonsi de Castella & Reginae donne Mariæ uxoris suæ. Hoc honoravit, isque benedixit: cujus anima requiescat in pace. Fuit maximis post mortem miraculis, quorum gloria & numerus flexu temporum crevere adeo, ut Paulus IV. ad preces Joannis III. Lusitanæ Regis in omnibus Lusitanæ regnis aras dicari Deo, tabellas affigi, solemnesque preces publico ecclesiæ ritu decantari ad ejus nominis memoriam permiserit: ac demum Urbanus VIII. anno jubilæi MDCXXXV. illam solemniter in SS. in sanctarum viduarum catalogo reposita fuerit.

Ab Urbano VIII. in SS. catalogo collocata.

I. Occidens intestino bello ardet.

Promotus de Ludovici reconciliacione tractatus.

(a) Bened. l. 3. ep. fecr. 28.

II. (b) Eod. 20. 3. ep. fecr. 19.

Nova objicere impedimenta nititur Francor. Rex.

Regia postulata rejicit Pont. (c) lb. ep. fecr. 67. Proponit continuas animarum clades.

Anno Christi millesimo trecentesimo trigesimo septimo indictione quinta, exorta sunt immania Anglos inter & Francos bella : stringendi adversus Saracenos enses, Christiano sanguine imbuti ; collocandae in Asiatica expeditione decimae, ab utroque Rege in furentium stipendia versa: destitutus occidentalium auxiliis oriens, Saracenis Syriacis in praedam auxiliis oriens, Saracenis Syriacis in praedam auxiliis oriens, Saracenis Syriacis in praedam auxiliis oriens...

Benedictus, &c. Philippo Regi Francia. Dum innumerabiles Christi sanguine redemptorum animas in Alamannia, Italia, aliisque partibus ex sola praedicti Ludovici adhaerentia & assilientia excommunicacionum & poenis aliis ac erroribus involutas, & expositas aeternae damnationis periculis contemplamus ; scandala quoque varia, quae tam circa fidem catholicam, quam statum fidelium dictarum partium formidantur, nisi salubriter occurratur insurgere, anxia meditatione pensamus ; nos, qui licet insufficientibus meritis illius locum tenemus in terris, qui ad congregandos in unum dispersos, vacandasque peccatores ad poenitentiam veniens, passioni pro omnibus se obtulit diree mortis, si vices saltem utcumque ipsius gerere utiliter volumus, ut tenemur, dissimulare vel omittere absque offensa Dei propriaque laesione conscientia

non valeamus (maxime cum ipse obtulerit & offerat, se nostris & ecclesiae mandatis & beneplacitis in omnibus & per omnia efficaciter pariturum) quo minus super reducenda sub ovili dominico ove tali errante, quam alia absque numero vel ad mortis praecipitium sequuntur, prob dolor ! vel cum ea, ut creditur ad viam reducerentur salutis, justos tractatus & rationabiles (providendo tamen, quantum cautius fieri poterit, ecclesiae, ac tuis & charissimi in Christo filii nostri Roberti Regis Siciliae illustris indemnitate) admittamus ; venentes quod, si per appositionem impedimenti, vel alias minus rationabiliter aditum super tractatu hujusmodi clauderemus, perspicaces, & subtiles Theutonici, perpendendo unde talia processissent, exinde irritati vel forsitan desperati, se cum Anglicis vel aliis regibus amulis colligaret, quod periculosum & nocivum posset, quod Deus avertat, existere regno tuo. Si vero, procedente tractatu hujusmodi, ex parte ipsorum occurrant forsitan talia, per quae differri vel impediri praelibatum contingat negotium, ita quod nec nobis, nec tibi, fili, valeat imputari, & nos & tu apud Deum remanebimus excusati, &c. Dat. Avin. II. non. aprilis.

Paruit consiliis apostolicis Philippus Rex, quamquam gravis eum cura urebat, Ludovicum parta ecclesiae gratia ex levi causa hosti Anglo cum quo jam pacifici coeperat, se conjuncturum : suosque ad curiam Pontificiam oratores misit, qui cum Ruperto Bavariae duce & Guillelmo Juliae comite legatis Bavaricis de ineundo foedere egerunt (d). Sed in medio tractatu Ludovicus oblitus salutis animae suae, ac solemnem iurjurandi, quo se devinxerat anno superiori, procuratores suos eo temporis flexu, quo tractatus reconciliacionis teneret, se non revocaturum ; Rupertum & Guillelmum principes in Germaniam redire iussit. Summo dolore ea de causa affectus est Pontifex, ac tractatus reintegrandi cupidus, kal. octobris ad eum instaurandum constituit. Tum paterne ipsum monuit, ne promissa violaret insigni perjurio, neve Philippum Regem bello peteret. Exemplum apostolicarum literarum infra scriptum est. (e)

Magnifico viro Ludovico de Bavaria consilia matris ecclesiae amplecti devote, & velut salutaria suscipere reverenter. Ex relatione veridica dilectorum filiorum nobilium virorum Ruperti ducis Bavariae & Guillelmi comitis Juliensis nuntiorum tuorum, quos dudum ad nostram praesentiam destinasti, potuisti colligere, & te credimus collegisse, purae & sincere dilectionis affectum, quem gerebamus &

III & Roberto consultum fore.

Si non admittatur Lud. in Phil. conjurationem.

III. A cepto resistit Bavarus.

(d) Ptol. Luc. hist. eccl. MS. l. 24. c. ult.

(e) Eod. tom. 3. ep. fecr. 190.

Queritur ea de re Benedictus.

ge-

gerimus ad reconciliacionem tuam ad gratiam sanctae matris ecclesiae, ubi tu ejusdem ecclesiae beneplacitis te efficaciter coaptares. Ad quorum nuntiorum instantiam, non absque displicentia nostra, cum nobis super reconciliacione praedicta ceptis negotiis interpellatio displiceret, & ipsius continuatio grata esset, prout tibi referre dicti nuntii debuerunt, usque ad proximas kal. futuri mensis octobris pro resumenda prosecutione reconciliacionis praefata terminum duximus prorogandum ; sperantes quod tu de intentione nostra succera & mente benevola, quam gerimus ad animae tuae salutem, eorumdem nuntiorum reatibus informatus, si illa, quae coram nobis gesta fuerunt, pleno & veraciter, ut existimamus, tibi duxerint referenda, super reconciliacione praedicta procederes usque ad plenam consummacionem ipsius, nec aliis interim te notabilibus & praedictis negotiis implicares, quae nos, si deles, ac devotos ecclesiae merito conturbarent.

IV. Sed, sicut non sine admiratione & magna turbatione cordis audivimus, tu offensas praeteritas fatagens culpis recentibus renovare, ad invadendum terras & regnum charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francia illustris, non absque gravi offensione majestatis divinae & ejusdem ecclesiae atque nostrae, contra pacationes, promissiones, & obligationes per dictum comitem nomine tuo factas & habitas, contra etiam juramenta per eum nomine tuo praefata super eis, & per suas patentes literas approbata veniens, te disponis & praeparas, & bellicos congregare diceris apparatus ; quae si, quod absit, veritate nitantur, in elusionem, magnumque contemptum, & displicentiam nostram cederent ; teque contra pacationes, promissiones, obligationes, & juramenta hujusmodi venientem non levi infamia nota respergerent, & apud Deum & homines de inconstantia & reatu perjurii notabilem exhiberent, ac prosecutioni & expeditioni reconciliacionis praefatae propter hujusmodi inconstantiam & reatum impedimentum & obstaculum non modicum ministrarent.

Ideoque magnificentiam tuam affectuose rogandam duximus & etiam requirendam, sano tibi consilio suadentes, quatenus novas tibi odiorum causas non aggregeres, & dum poteris in tranquillo procedere, navim tuam guerrarum fluctibus, quae ut plurimum periculosos sortiuntur eventus, provide non exponas ; sed ab omni invasionem retrahens animi tui motus, & desistens omnino nullis propter incitamenta quorumlibet te involvas negotiis, quae nobis offensas te implicent, quaeve ceptum tuae reconciliacionis negotium cum eadem ecclesia valeant impedire. Dat. Avin. XIII. kal. Aug. anno III.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

Monetur, ut animi motus compe-scat.

Suadebat (a) Ludovico Bavaro Albertus dux Austriae, ne ceptum cum ecclesia tractatum dissolveret, sed Pontifici in rejiciendo Anglo, firmandoque cum Gallis foedere assentiretur. At non minus optima Alberti quam Pontificis consilia reperit Ludovicus, & Imperatoris nomen iterum affectavit (b), quamvis instruxisset hac autoritate suos procuratores : Nostris procuratoribus & cuilibet eorum in solidum damus ex certa scientia plenam, meram, & liberam potestatem, autoritatem, & speciale mandatum ad renunciandum, dimittendum, & totaliter deponendum vice & nomine nostro & pro nobis titulum imperialem Roma per nos receptum, & quo vivimur & hactenus usi sumus. Cum vero inter Ludovici ac Regis Philippi oratores esset constitutum, ut appetente octobri mense tractatus foederis reintegraretur, jamque Ludovicus susceptam de recuperanda Ecclesiae gratia mentem exuisset, significavit Christi vicario Philippo, se ad pontificiam aulam oratores in causa Bavari mittere in animum induxisse, ac postmodum mutasse studia, nisi aliud sedi Apostolicae visum esset. Cui Benedictus ita respondit (c) : Fili amantissime, quia non videmus, quod dictus Ludovicus, licet nobis his diebus utendo abusive imperiali titulo scripserit juxta formam, quam continet cedula praesentibus interclusa, tractatum ceptum super sua reconciliacione ad unitatem sanctae matris ecclesiae, a qua se redidit suis peccatis & delictis exigentibus alienum, intendat proficere de praesenti ; non credimus expediens propterea regios nuncios ad nostram praesentiam destinare : sed si eum, cujus facta & dicta parum apprehensa sunt, ob inconstantiam scilicet in abruptando concordiae tractatu, eo se in statu damnationis notabilis constituto, illuminaret Dominus, eumque velle destinare nuncios ad procurandam reconciliacionem hujusmodi audiremus, tuae curae reme vestigio magnificentiae nunciare, &c. Dat. Avin. II. non. octobr. anno III.

Refellendi ex Benedicti dictis scriptores (d), qui in Regem Francorum & Cardinales de Ludovico ecclesiae non reconciliato causam detorquent, cum illa praecipue ex Ludovici inconstantia (e), sive ulciscendi cupidine (f) emerferit. Damnavit certe Ludovicum Henricus dux inferioris Bavariae, missisque oratoribus, ut refert Ptolemaeus (g) Lucensis, inicit cum eo foederis, ad quod vi & metu adactus fuerat, veniam poposcit in publico Cardinalium fenatu, professus nullum se post hac ut Imperatorem culturum, quem Romana ecclesia non confirmasset. Solutus itaque est a Benedicto censuris, quas ob edicta pontificia in sequaces Ludovici lata contraxerat, ac sacrorum usus illius ditioni restitutus, transmissis ad eum subiecto diplomate (h). N Di-

V. Austriae suadet Ludovico, ne abrum-pat tractatum ; (a) lb. ep. fecr. 239. (b) Lib. privil. Rom. eccl. 10. 2. p. 332.

(c) To. 3. ep. fecr. 307. Imperialis titulus a Lud. iterum re-lum-pus.

Insignis hujus principis in-con-stantia.

(d) Alb. Arg. in chron. Reb-dor. (e) Sap. ep. 190. (f) lb. ep. fecr. 311. (g) Ptol. Luc. hist. eccl. MS. l. ult. c. ult.

Henricus dux Bavae ecclesiae conciliatus. (h) A. 2. p. 2. ep. com. 525.

Dilecto filio nobili viro Henrico duci inferioris Bavariae salutem.
 Sicut iustitia debitum exigit contra per-versos, ut corrigantur, adhibere debita ca-stigationis antidotum; sic misericordia ma-tris ecclesie, lapsibus humanis subveniens, salubri conversione correctis remissionis gra-tiam libenter impertitur. Dudum siquidem felicitis recordationis Joannes Papa XXII. predecessor noster propter detestabiles ex-cessus & culpas enormes Ludovici de Ba-varia, olim discorditer in Regem Roma-norum, ut dicebatur electi, contra dictum predecessorem & sacrosanctam Romanam & universalem ecclesiam presumptione teme-meraria, immo potius insania execranda commissos; contra eundem Ludovicum non-nullos diversis temporibus diversos proces-sus & sententias continentes, autoritate a-postolica fecisse dignoscitur, & etiam habuisse; ac nihilominus universis patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, ac aliis per-sonis ecclesiasticis quibuscumque; necnon om-nibus & singulis civitatibus & universi-tatibus, ac personis singularibus quibuslibet, cujuscumque conditionis aut status ex-isterent, etiam si regali vel alia quacum-que dignitate fulgerent, sub poenis excom-municationis in personas, & interdicti in terras eorum, nec non privationis privile-giorum quorumcumque apostolicorum & im-perialium, ac feudorum, que ab ecclesia vel imperio obtinerent, districtus inhibuit, ne prefato Ludovico tamquam Regi Roma-norum, quousque dictam electionem & per-sonam ipsius per sedem eandem approbari contingeret & admitti, in aliquo intende-rent seu parerent; neque eidem in quibus-cumque, ad ipsius regni vel imperii Roma-norum regimen spectantibus, praberent au-xilium, consilium, vel favorem: neque pri-villegia, immunitates, feuda, vel jura que-cumque in eisdem regno & imperio recipe-rent ab eodem, neque societatem vel con-federationem aliquam cum ipso contra ec-clesiam contraherent, vel contractam fo-verent, seu observarent, neque consentirent etiam contrahende. Multas insuper alias monitiones, inhibitiones, jussiones, & pro-cessus, diversas & multiplices poenas & sententias continentes, contra predictos omnes & singulos premissorum occasione vel causa idem predecessor fecisse dignoscitur & etiam promulgasse; eos universos & singu-los, si hujusmodi monitionibus, inhibitioni-bus, jussionibus, & processibus non pa-rerent, poenas & sententias supradictas, in diversis ejusdem predecessoris processibus diversimode repetitas, volens & de-cernens incurrere ipso facto, prout in eis-dem processibus plenius & seriosius conti-nentur.

Sane tam ex tenore quarundam litera-rum patentium tuo sigillo signatarum, quam

De edictis Joannis in Lud. Bavarum.

Et in ejus sequaces.

VI.

ex serie petitionis pro parte tua nobis ob-lata percepimus, quod cum tu olim du-catum inferioris Bavaria teneres, & habe-res una cum quondam Oibone fratre & Henrico patruale tuis indivisum, prefatus Ludovicus ad suggestionem dictorum Oibo-nis & Henrici te compulsi & artavit, quod cum eisdem Oibone & Henrico ducatum divideres memoratum. Quibus cum tunc resistere non valeres, divisioni hu-jusmodi coactus & compulsus quodammodo consentisti, ac per divisionem hujusmodi ter-tia parte ejusdem ducatus tibi solummodo remanente, ac ex hoc potentia tua, qui an-te divisionem eandem plus aliis ejusdem ducatus regimen exercebas, non modicum diminuta, sicque per diras guerrarum com-motiones artatus & constructus prefato Ludovico post dictos processus apostolicos, factos & promulgatos contra eum & ad-herentes eidem, per annos duos cum dimi-dio ut Romano Imperatori obtemperasti & etiam obedisti, & mandasti etiam quibus-dam subditis tuis ut prefatum Ludovicum, dum ad eorum loca declinaret, reciperent & tractarent, sibi que ut Romanorum Im-peratori reverentiam exhiberent: & tali-ter postmodum in nonnullis locis tibi sub-jectis receptus extitit & tractatus; te tamen non intendente tunc in his aliqua, contra sedem Apostolicam facere, sed ea fecisti artatus ut premititur, & constructus. Sicque idem Ludovicus in nonnullis locis ducatus ejusdem per vassallos & sub-ditos tuos, & clericos seculares & reli-giosos utriusque sexus, ac etiam prelatos in dicto ducatu constitutos, paucis dum-taxat exceptis, receptus extitit & tra-ctatus: & alias tam tu, quam nobilis Mu-lier Margarita uxor tua, ac etiam uni-versi fere subditi, & clerici seculares & religiosi, ac prelati ducatus predicti a-liqui dicto Ludovico ejusque sequacibus, alii vero solum dictis sequacibus & ad-herentibus in omnibus actibus, cibo, po-tu, & loquela, ac etiam in divinis com-municastis, ipsamque Romanorum Impera-torem etiam nominastis; propter que tu omnesque & singuli alii supradicti timetis in poenas & sententias dictorum processuum in-cidisse. Verum prefatis Oibone & Henri-co defunctis, eodemque ducatu per viam successionis ad te totaliter revoluto, tuque propter hoc viribus & potentia recollectis, in filiali obedientia sedis ejusdem esse desi-deras, a qua sicut asseris nunquam corde vel animo recessisti, nec fuisti in conspira-tione vel liga aliqua contra eam; quare nobis humiliter supplicasti, ut tue & pre-dictarum animarum saluti paterno provi-dentes affectu, te & prefatam conjugem tuam, ac omnes & singulos supradictos, qui prefatas poenas & sententias incurverunt, ab eisdem sententiis atque poenis absolvere, dictumque interdictum relaxare, & cum

Ut Henricus dux a Lud. Bavar. fuerit de-pressus.

Coactus vi ad eum ut Cæsa-rem agnosceret.

Confir-matis vi-ribus ab eo defe-cerit.

Ad repe-tendum ecclesie gremium oratores miserit.

Sponson-dent itare illius im-periis.

Non ad-hælurum Ludovico nisi confir-matus fuerit Cæsar a sede Ap.

eisdem clericis & religiosis & aliis supra-dictis utriusque sexus, qui propter prædi-ctas culpas eorum irregularitatis & inha-bilitatis maculas contraxerunt, misericor-diter agere de consueta ejusdem sedis cle-mentia dignemur: ac insuper dilectos fi-lios magistrum Henricum canonicum Pa-taviensem & Gebardum lectorem ordinis fra-trum Predicatorum & eorum quemlibet in solidum, ita quod non esset potior conditio occupantis, constituisi & fecisti procura-tores tuos ad comparandum coram nobis, & premissis proponendum & constituendum, no-bisque pro premissis etiam supplicandum, & juramentum quodlibet in animam tuam præ-standum, & omnia & singula faciendum, que in predictis & circa ea requirerentur, & existerent opportuna; promittens nihilominus, teratum & gratum habere, & serva-re quaecumque super premissis gesta forent per eos aut aliquem eorumdem, prout in authenticis & patentibus literis inde conscriptis, cuique veri & noti sigilli appensione munitis plenius continetur.

Nos igitur in consistorio publico, præsen-tibus fratribus nostris S. R. E. Cardina-libus, nec non camerario ac notariis nostris, ac archiepiscoporum & episcoporum & præ-latorum, aliarumque personarum multitu-dine copioso, dictoque Gebardo lectore ac procuratore tuo iuxta personaliter constituto, predictas literas tuas, quas in archivo S. R. E. facimus custodiri, publice legi fecimus in consistorio supradicto; ac substi-guenter ab eodem procuratore in eodem con-sistorio in animam tuam juramento recepto, quod in stabis mandatis nostris & S. R. E. & successorum nostrorum canonice in-variantium, & quod pro injuriis & fauto-riis & aliis excessibus predictis, per te commissis, expresse in literis tuis predictis acceptabis, recipies, facies, & complebis illam poenitentiam, que per nos, vel alium, seu alios de mandato nostro, vel per suc-cessores nostros tibi imposita fuerit & in-juncta: & quod eris devotus & obediens nobis & Romane ecclesie memoratæ: & quod non participabis cum Ludovico præ-fato, nisi in casibus a jure permissis; nec ei vel sequacibus, fautoribus, & valitoribus suis adharebis, nec ei dabis auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte, donec ad ejusdem ecclesie redierit unita-tem; nec ipsum nominabis Imperatorem, nec pro Imperatore habebis: & quod nulli obediens vel adharebis ut Imperatori, nisi primitus per sedem Apostolicam fuerit appro-batus: & quod denotatos & damnatos, aut denotandos per nos & alios Romanos Pontif-ices & sanctam Romanam ecclesiam de hæ-ressi vel schismate in terris tuo subjectis do-minio non acceptabis seu receptabis, nec reci-pies; immo pro posse eos persequeris & ei-cies de terris & dominio tuis: & nihilominus hinc ad festum resurrectionis dominice pro-Ann. Eccl. Tom. XXX.

xime venturum in presentia testum fidei-gnorum jurabis, omnia & singula supradicta observare, attendere, & complere, & contra ea non facere vel venire; sed ea ratificabis & confirmabis: & infra eundem terminum da-bis seu mittes sufficientes literas super his no-bis & sedi predictæ tuo sigillo sigillatas, & subscriptione fidedignorum testium roboratas; nos te in persona ejusdem Gebardi procuratoris tui ab excommunicationis seu excommunicationum, & aliis sententiis at-que poenis, quas propter dictos excessus in dictis literis tuis expressos incurreras per prefatos processus ejusdem predecessoris, autoritate apostolica tenore presentium iux-ta formam ecclesie absolvimus & totaliter liberamus; ac interdictum, cui propter ex-cessum hujusmodi ob culpam tui, & non ex-facto seu culpa aliorum, ducatus tuis esse dicitur suppositus, relaxamus. Subditos quoque, fautores, & valitores tuos, qui ex-causis predictis sententias & poenas incur-rerunt supradictas; qui que de presenti luce migraverunt, dum tamen in eis signa poenitentia & contritionis apparuerint mani-festa, autoritate predictæ a poenis & sen-tentiis absolvimus prælibatis, & pro ab-solutis volumus eos haberi. Volumus insu-per quod si tu premissa, quod absit, non impleveris & observaveris diligenter, aut prefato Ludovico, vel sequacibus suis præsumperis adherere, nisi idem Ludovi-cus prius redierit ad ejusdem ecclesie uni-tatem, prefens absolutio habeatur penitus pro non facta; quinimo eo ipso in casdem poenas & sententias recidas, quibus antea tenebaris. Nulli ergo &c. Dat. Avin. XIII. kal. novembris anno III. Data est Chie-menfi episcopo provincia (a) ut Henri-cum ducem & Margaritam conjugem, e-jusque famulos anathemate ritu ecclesia-stico liberaret.

Si hujus principis virtutem reliqui Ger-mani imitati fuissent, brevi ad officium redactus fuisset Ludovicus: sed contrariis illi studiis dissentere, quare proximo anno multa ab ipso alterendæ cæsareæ dignita-tis specie novata fuerunt. Quæ cum mo-liretur, Eduardus oratoris opera. a Bene-dicto flagitavit, ut cum Bavaro coeun-di fœderis potestatem faceret: objectum enim jam ante fuerat apostolica autori-tate anathema iis omnibus, qui Ludovi-co se conjungerent, antequam in ecclesie gratiam fuisset restitutus. Sed cum hæc postulata in rei Christianæ damnus ver-gerent, atque abhorrent ab æquitate, Eduardum ab ineundo fœdere cum Ba-varo, anathemate nondum soluto, gra-vissimis hisce literis abducere est conatus Pontifex. (b)

Benedictus, &c. Eduardo Regi An-gliæ illustri.

Inter alios principes orbis terræ inclytæ memoriæ progenitores tui Reges Angliæ vel-

Solvitur censuris Henricus.

Adjecta lex, ne sentiat cum Ludovico.

(a) Ib. ep. 526.

VII.

Vetitum Ludovico hosti ec-clesie fœ-dere jun-gi.

(b) To. 2. ep. fecr. p. 185.

Objurgatur Angelus a majoribus virtutibus deficiente.

ut catholici principes, per rectitudinis & devotionis semitas ambulantes, sacrosanctam Romanam ecclesiam tamquam matrem precipuam, ut peculiare ejus alumni & filii, in plenitudine devotionis & fidei coluerunt. Quorum clara & devota vestigia te qui eorum heres & successor existis originis atque regno, decet cum integritate, mentis & exhibitione insignium operum imitari, non declinando in devium, sed alienatos & devios ab eisdem matris uberibus plenis studiis evitando; cum non deceat serenitatem regiam alienis maculari contagiis, nec sua claritatis splendorem cunjuncti nebulofo consortio obscurare. Non enim tuam præterire potuerunt auditum excessus dudum per nobilem virum Ludovicum de Bavaria olim, ut dicitur, discorditer in Romanorum Regem electum, aduersus Deum & Romanam ecclesiam, & felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædecessorem nostrum, per coactionem multiplicem & atrociam offensarum nequiter perpetrati: quos, velut toti mundo notorios, nos omnes recensere presentibus (quia nimium longum esset) sed paucos de multis brevi quadam eplogo providimus referendos. Ipse enim contra processum prædecessoris ejusdem & prohibitiones ipsius, de fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilio factos & habitos, diversas spirituales & temporales pœnas & sententias continentes, invasit Italiam: nonnullos Italianos hæreticos, de hæresi publice & notorie per ipsum prædecessorem & inquisitores hæretice pravitate auctoritate apostolica condemnatos, in consortium publicæ participationis admisit, tenens & astruens hæreses manifestas, ac fovendo secumque tenendo hæreticos, publice dogmatizantes prædictarum hæresum detestabiles & horrendos errores: hæretica quoque dogmata scienter immo dementer potius approbavit; & in evidentiam approbationis hujusmodi illa per diversas literas, suo noto sigillo munitas, deduxit in aliorum publicam notionem.

VIII. Nomen etiam sibi imperiale postmodum usurpare, & administrare jura imperii in eadem Italia & Alemannia contra processum & prohibitiones prædictas detestabili temeritate præsumpsit; ex iis præter pœnas alias, excommunicationis & anathematis sententias incurrendo. Et tandem ausus ausibus, & excessus accumulando excessibus, commisit ad Urbem, ubi in illam virulentæ nequitie prorupit insaniam, ut medietas Urbis & orbi universalis schismatis perniciosum suscitare dispendium, quemdam hypocritam diabolicæ præsumptionis virum, nomine Petrum de Corbaria, velut abominationis horrendæ simulacrum, in Apostolica sede pro Romano Pontifice statuere moliretur; idque, quantum in ipso fuit, produxit in actum, & eum fuit veneratus, ut Papam: & conse-

Proposita illi Ludovici flagitia.

Invasio Italix.

Hæreticorum atrocium.

Hæresium promulgatio.

VIII.

Anathema.

Schisma.

crationem, immo verius execrationem ac diadema imperiale de facto ibidem recepit, ut de multis aliis ejus insanis processibus, quinimmo detestandis excessibus, per eum & dictum Petrum præsumptione perpetratis hæretica, taceamus: propter quæ eundem prædecessor eundem Ludovicum denuntiavit a Domino omni dignitate & honore fore privatum; & ipse in eum, tantarum hæresum & schismatum maculis irritum, exercuit gladium apostolicæ potestatis, eum cum omnibus, qui adhererent eidem, vel præstarent auxilium, consilium, vel favorem, vel pro Romano Rege vel Imperatore haberent, tenerent, vel etiam nominarent eundem, non solum excommunicationis & anathematis, sed etiam alias pœnas & sententias, tamquam in factores, auxiliatores, & valitores hæretici & schismatici proferendo, & a jure declarando prolatas, prout in diversis processibus, super iis habitis per prædecessorem eundem, plenius & seriose continetur.

Quas quidem pœnas, quantumcumque promeritas per Ludovicum eundem, & in eum justo ecclesiæ judicio promulgatas, si vere penitens se habilitasset ad gratiam, ob desiderium salutis & reconciliationis ipsius, quantum decenter fieri potuisset, eandem ecclesiæ benignitatem, & ei ad suum gremium redeunt tamquam filio prodigo, de longe venient, aperitis brachiis occurrisset, immolatura pro eo in ubertate divina laudis vitulum saginatum. Propter quod, quamquam tam prædictorum excessuum, quam eorundem processuum, per dictum prædecessorem contra eum, exigente justitia, postmodum habitorum, notitiam habuerimus & etiam habeamus; ut tamen ipsum a peccatorum nexibus liberatum, de faucibus semperternæ mortis possimus eripere, postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, diversos nuncios ejus diversis vicibus ad nos missos benigne recepimus, & pro reconciliatione ipsius, per fructum veræ suæ penitentia promerenda, varios tractatus habuimus & tenuimus cum eisdem: & adhuc etiam eundem tractatus coram nobis pendere noscuntur, bonum fructum ut credimus habituri, si ipse vere & fideliter se penitentem veraciter ostendat. Cujus etiam nunciis, ad magnam eorum instantiam non absque displicentia nostra, cum nobis dictorum tractatum interpolatio non placeret, sed ipsorum continuatio grata esset, usque ad proximas kal. futuri mensis octobris pro resumptione dictorum tractatum tunc faciendâ, terminum duximus prorogandum.

Quare, fili charissime, cum dicti tractatus adhuc pendeant, ut præfertur, dictusque Ludovicus sit adhuc peccatoris, pœnis, & sententiis involutus, necdum meruerit per satisfactionis debitum & dignæ penitentia fructum reconciliationis e-

Ut iuste ob hæc omni dignitate sit exautoratus.

Intentatum ejus federatis anathema.

Ecclesiæ benignitas.

De tractatibus cum ipso habitis.

IX. Monitus Eduardus ne cum ipso non dum in ecclesiam admisso pacificetur.

justem ecclesiæ gratiam obtinere; serenitatem tuam attente rogandam duximus, & etiam requirendam, quatenus prudenter advertens, & in scrutinium internæ considerationis adducens gravitatem pœnarum in quas inciderent, & sententiarum quas incurrerent, quantisque se periculis & discriminibus implicarent, qui dicto Ludovico sua publice & notorie de pravitate hæresis, & sic odiosi schismatis condemnatio, priusquam reconciliationis ejusdem ecclesiæ gratiam mereatur, participare præsumerent, sibi que impendere consilium, auxilium, vel favorem, vel sibi tanquam Imperatori vel Regi Romanorum reverentiam cultum, vel titulum regalis vel imperialis nominis assignarent; a cujuslibet participationis fœdere contrahendo cum ipso, exhibitione reverentia & honoris sibi tanquam Regi seu Imperatori, donec idem Ludovicus reconciliationis ejusdem ecclesiæ gratiam meruerit obtinere, omnino se retrahere, & totaliter studeas abstinere; ut tibi fame servetur integritas, & illibata tui generis claritas conservetur. Nec latere te volumus, quinimmo in memoriam tuam reduci præterita tempora, in quibus clara memoria Eduardus Rex Angliæ avus tuus cum nonnullis magnatibus Theutoniæ, credens eor sibi fidei promissæ constantiam servaturos, vinculum consederationis seu colligationis inivit: sed qualem fidem sibi servaverint, ut qualiter promissæ eidem avo & aliis progenitoribus tuis tenuerint, sereligerentur annalia, ubi gesta veterum conscribuntur, eorum recensita veritas edoceret.

X. Insuper te nolumus ignorare, quod per dictum filium magistrum Paulum de Monasterio clericum & nuncium tuum ex parte tua nuper sumus requisiti, ut tibi participandi cum Ludovico præfatis, teque confederandi cum eo licentiam largiremur. Cui nos, attendentes prædicta pericula, & quod magnam infamiam maculam imponeres tue gloriæ & honori, si cum eo, donec prædictis peccatis, pœnis, & sententiis fuerit irretitus, participares publice vel occulte, sibi omnino negavimus concessionem licentia supra dictæ, multas sibi causas rationabiles assignantes, propter quæ te non decebat requisitioni eidem insisterere, vel nos tibi applaudere super ea, de quibus per eundem Paulum, cui prædicta tibi referenda commisimus, serenitas tua plenius poterit informari. Dat. Avin. XIII. kalend. augusti anno III.

Solicitati fuere aliis literis Joannes (a) archiepiscopus Cantuariensis, & Lincolnensis (b) Wintoniensisque (c) episcopi, tum Saresberienfis (d) comes, ad dandam operam, ut Eduardus apostolicis monitis obsecundaret: sed averfervant ab hujusmodi consilio sequendis illorum animi; immo tractandi impii fœ-

Proposita Germanorum inconstantia.

X.

Negata inveniendi cum Bavario fœderis potentia.

(a) T. 3. ep. 156. (b) Ib. ep. 187. (c) Ep. 188. (d) Ep. 189.

deris firmandique auctores præcipui extiterent, atque Eduardus ambitionem religioni prætulit.

Cum vero infesti ex Germania rumores in aulam pontificiam pervasissent, factas adversus Francorum Regem coitiones, ex quibus magni periculi terror Gallis impendebat, illum Pontifex, ut procellam discutere posset, præmonuit (e). (e) Ead. Benedictus, &c. Philippo Regi Franciæ.

Hæc, quæ sequuntur nobis his diebus præteritis sunt relata. Primo videlicet, quod sollemnes tractatus sunt habiti, ut Ludovico de Bavaria furi Romani imperii per eum usurpato cedente sibi que regno Alamanniæ retinente, dataque sibi propterea magna pecuniæ quantitate, per electores seculares, non modicis pecuniarum summis mediantibus, Rex Angliæ in Regem Romanorum promovendum in Imperatorem eligatur, vel quod idem Rex Angliæ, his vel aliis modis exquisitis ad imperium, & etiam regnum Alamanniæ assumatur. Item quod si hæc de facili fieri non valerent, quod idem Rex Angliæ deputetur ad vitam suam irrevocabiliter vicarius regni Alamanniæ pro parte inferiori, ut propter vicinitatem, te filii charissime, regnumque tuum Francia possit opportunius & fortius impugnavit. Item quod prædictis completionibus magna de diversis pecuniarum summis & aliis rebus pretiosis facta sunt deposita (confirmantur hæc a Reddorso qui Anglico auro emptos venales Germanos principes narrat (f). & certi ob-

(f) Reddors. fides etiam assignati, & alii alterius agnandi. Item quod quasi omnes principes Alamanniæ seculares, excepto Rege Boemie illustri, contra te filii, ac domum & regnum tua fecerunt colligationes & consederationes diversas, in quibus inter cetera infra scripta contineri dicuntur, scilicet quod ipse, suis coadunatis viribus & potentis, ad aggrediendum, invadendum & offendendum te, domum, & regnum prædictum, viriliter, quod non sine, Altissimus, se accingant (Adjicit. Benedictus plura constati illius fœderis capita, quibus Philippi hostes ad promovenda consilia, evertendumque illius regnum se comparabant; quæ cum a certo auctore acceperit, contulerit cum Cardinalibus Gallici sæptri honoris cupidissimis, ut opportunis remedijs hostium conatus eludantur. Addit Pontifex nonnullas causas, quæ Ludovicum in ipsum concitarint.)

Præterea excellentiam regiam volumus non latere, quod nuper dictus Ludovicus sub imperiali titulo, quo utitur sine auctoritate, respondendo quibusdam literis dudum sibi directis, quarum transcriptum tunc regis magnitudini misimus, inter cetera nobis scripsit, quod ipse contra præ-

XI.

(e) Ead. 20.3. ep. secr. 311.

XII.

Agitata de Anglo ad imperium eveniendo consilia. Aut de vicaria præfectura caesarea illi in Germ. inf. deferendo.

(f) Reddors.

XIII.

Objecta Gallo Regia Bavaria.

nes, promissiones, & pacta, inter tuas & suas gentes tuo & suo nomine inita, & juramenta inde præstita, ex eo non videtur venisse, quia dicit, quod prius multa bona & jura imperialia pro parte regia indebite fuerant occupata, & postmodum etiam ipse super reconciliatione sua per te vel gentes tuas fuerat impeditus; & nihilominus subsequenter certa castra & fortalitia, quæ in diocesi Cameracensi assit ad imperium pertinere, in præjudicium imperii existerant regio nomine occupata, ad quæ recuperanda se teneri dicit ascriptum. Et sabinferendo aliqua verba super unione olim facta inter ecclesiam Romanam & imperium, nos requirebat, & monebat humiliter & instanter, ut te salubribus monitis & piis exhortationibus ad restitutionem præmissorum sibi & imperio faciendam exhortari & inducere curaveris: quodque, si hujusmodi monitis & exhortationibus acquiescere recusares, eidem super prædictis repetendis assistere deberemus. Super iis autem cum arroganter & præsumptuose nimis scripserit, & præsertim te, fili dilectissime, non vocando Regem, sed Philippum, qui se dicit Regem Franciæ, nullum sibi curavimus dare responsum, &c. (Addit Coloniensem archiepiscopum ea in ipsum coitione se non implicuisse, ut archiepiscopi oratores sacramento affirmavere: se vero illum apostolicis literis urisse, ut ab eo foedere alienus esset, viderique Juliacensem comitem, magna in iis auctoritate pollentem conjuratis non se conjuncturum. Tum subjicit magna impendere pericula, ad quæ avertenda opus esse, ut Eduardum Anglorum Regem sibi conciliet.)

XIV. Philippus periculi imminentis admonitus.

Denique his, quæ de pactis & colligationibus præmissa sunt, diligenter attentis (quæ nisi providentia divina, quæ in sui dispositione non fallitur, malis ex eis, ut videtur, conceptis clementer obviaverit; magnam turbationem Christianitatis & effusionem Christianorum sanguinis, aliaque varia tam animarum quam personarum & rerum, non facile reparanda, dispendia comminantur; & ex quibus, si quod avertat misericordiarum Dominus, procederent, gaudiofosa materia infidelibus catholice fidei hostibus pararetur, & luctus grandis mœstitiæ Christianis merito donaretur) ad obvian- dum talibus illud videretur admodum multipliciter opportunum, si dissidium inter te, fili dilectissime, dictumque Regem Angliæ ratione ducatus Aquitanie, vel alias hoste procurante humani generis invicem suscitatum, duceretur per viam tractatus amicabilem & amicos communes, & etiam, si pacis Author concederet, sopiretur: sicque Rex ipse, ad tuam dilectionem, unitatem, & fidelitatem attraheretur dulciter, & indissolubiler firmaretur in illis. Quo qui-

Consultus ut cum Anglo pacem ineat.

dem Rege sic tibi unito, proculdubio existimamus, quod Theutonici tibi tuoque regno prædicto nocere de facili, multis sibi super hoc necessariis deficientibus, non valerent. Super quibus regalis circumspectio, inclinando regium ad concordiam animum prudenter & consulte attendat, & videat quid agendum. Demum vero, cum emuli regii non solum ad invasionem regni, sed ad offensionem persone regie tuique primogeniti aspirare dicantur, celsitudinem tuam cautam esse cupimus & attentam, ut in omni actu, qui possit contingere circa tuam & ejusdem primogeniti custodiam, operosam diligentiam, non exponendo te ac ipsum evidentibus periculis, adhibeas & facias jugiter adhiberi: nam te, fili, dictoque primogenito stantibus, etiam adversu, si quod ablit, contingerent, possent cum Dei adjutorio & beneplacito reparari, &c. Dat. VIII. id. novembris an. III.

Saluberrima hæc dedit consilia Pontifex optimus Philippo Regi, ut imminens Anglicum bellum averteret, de quo hæc Paulus Æmilii scribit: (a): Nullum atrocius Anglico arma Francorum exercuit, nullum diutius tenuit, nullum majori cruore contentioneque gestum, nullum sæpius repetitum, neutris felix letumque, rei Christiana calamitosum, piis luctuosum, hostibus religiosis exoptatum. At negligentie sue in iis sequendis Philippum pœnas dantem vifuri sumus inferius. Nec minus defudatum est a Benedicto, ut Eduardum ad pacem cum Philippo redintegrandam flecteret (b). De apostolica porro Benedicti sollicitudine ad conciliandos Reges adhibita hæc narrat illius vitæ author (c): Cum ad notitiam domini Benedicti Papa pervenisset, quod guerra inter ipsos prædictos Reges crescebat, & continue invalescebat, damnaque quamplurima hinc inde inferebantur, circa ipsorum pacificationem, prout etiam suo statui congruebat, partes suas interponere decreverit: destinavitque ad ipsos causa tractandi, ac ineundi pacem & concordiam inter eos, suos nuncios legationis officio fungentes dominos Petrum Gomefi Hispanum tit. S. Praxedis presbyterum, & Bertrandum de Montefaventio S. Mariæ in Aquiro diaconum Cardinales. Consentiant de missis legatis alii authores (d), extantque in pontificio regesto subjunctæ literæ (e), quibus hoc munus illis demandatum est.

Benedictus, &c. dilectis filiis Petro tit. S. Praxedis presbytero & Bertrando S. Mariæ in Aquiro diacono Cardinalibus Apostolicæ sedis nunciis. Pridem infausti rumoris relatus intellecto, quod hostis humani generis, pacis amulus, amator litium, ac zizanias seminator inter eosdem Reges (nempe Philippum Francorum & Eduardum Anglorum) tanta sanguinis propinquitate & affinitate

XV.

(a) Paul. Æmil. in Phil. Val. legentes Anglici belli calamitates.

(b) To. 3. ep. fecr. 182. (c) Gesta Ben. apud Bosq.

Legati pro sopiendo bello decreti.

(d) Jo. Vill. l. II. c. 71. & alii. (e) An. 3. p. 1. ep. cur. 1.

Benedicti hac de re literæ.

Deplorat illius belli calamitates.

Mahometanos religionis inulturos.

Christianam rem pessumdaturum iri.

Iussi legati adire Reges.

conjunctos materium gravis disensionis conabatur ingerere, ad id eorum animos incitandis, ut exortas causas discordiæ inter eos, quæ per magnates & nobiles dictorum regnorum vel partium vicinarum utriusque communes amicos amicablem tractari debuerant & etiam terminari, bellicosis congressibus, qui periculosos habere consueverunt eventus, decreverit dirimendas; animus noster vehementer indoluit, & eo potius intima cordis nostri amaricavit acerbius, & punctiois aculeo durioris affixit, quo periculosus hujusmodi discordiæ circumstantias nobis intensioris considerationis discussio representat. Attendimus etenim paternæ sollicitudinis studio incommoda immensa, quæ ingerit, & commoda piæque Dei negotia, quæ si procedat, quod Deus avertat, impediunt [utinam non extinguat.] Quis enim dubitet ex tali rumore discordiæ non solum Babylonicum hostem, sed etiam alios Reges & regulos Agarenos sumptuos audaciam ad acriores solito & perniciosiores molestias Christianorum Regibus, atque regnis & populis inferendas? Quis etiam, quantumlibet studiosus concipere poterit, quantum tantorum principum hostilis congressio Christiani sanguinis hauriet, quas hominum strages ingeret, quæ animarum pericula, quæ rerum damna producet, quæ profusiva sumptuum, & expensarum abyssos, tantorum principum horribilis gravisque commotio postulabit?

Volentes igitur sic perniciosi obviam periculis, eisque congruum, quantum nobis concedatur ex alto, remedium adhibere, cum ad nos, qui licet insufficientibus meritis potestatis plenitudine fungimur desuper nobis concessæ, singulariter pertineat in universali ecclesia cunctive congregatione fidelium pacem quærere, ac ipsam facere diligentius observari; ad vos viros laudanda virtutis, scientia & innata prudentia præditos, cultiores justitia, sedulos pacis amicos, & concordie zelatores, licet vestra presentia nobis & apud nos ecclesiæ universali perutili careamus invito, nostra convertimus deliberationis intuitum, vosque pro vestrarum considerationis virtutum, vobis a Domino in abundantia concessarum, ad eosdem Franciæ & Angliæ Reges, eorumque regna tamquam pacis angelos de fratrum nostrorum consilio pro hujusmodi tractanda & perficienda, concedente pacis Actore, optata pace atque concordia inter eos providimus destinandos: firmam tenentes fiducia, quod actus vestros illo dirigente, qui novit prava in directa & aspera in vias planas convertere, per vestra circumspectionis industriam prædictis periculis & discriminiibus laudabiliter & utiliter poterit obviari.

Quincirca discretioni vestra per apostolicam scripta de fratrum prædictorum consi-

lio committimus & mandamus, quatenus prudenter attendentes ad negotium tam insigne, tamque præmissis attentis periculis insidens cordi nostro, * vos confidenter duximus eligendos, vos Regum prædictorum presentiam advenientes, ipsos ad pacem & concordiam, juxta datam vobis ex alto prudentiam, sollicitis monitis & efficacibus persuasionibus inducat, ut faciente pacis Actore per ministerium vestrum juxta desiderium nostrum inter Reges ipsos & adhaerentes eisdem cesset discordia, regnetque concordia, quies veniat, pax resurgat ad Dei honorem & gloriam, animarum profectum, robor fidei, & exaltationem populi Christiani &c. Instructi sunt legati amplissima auctoritate, ut armorum coitiones dissolverent, rescinderent contraria sacramenta, ac turbatores pacis censuris coercerent. Quibus literis adjecta hæc temporis nota. Dat. Avin. ix. kal. julii anno III. Adjectæ sunt aliæ literæ (a) quibus recentur ingentia mala, ex ejusmodi bello emeritura, quæ in utriusque Regis oculis defigere iussi sunt: atque iidem legati amplissimis mandatis, ut archiepiscopos & episcopos, ac Reges & principes nullo dignitatis habito discrimine censura ecclesiastica percellerent, (b) si pacis consilia disturbarent: tum ut Regibus, si concordiam respuerent, arma moventibus imperarent inducias: ac si eas infringent, eosdem anathemate, atque ecclesiastico interdicto eorumdem ditionem afficerent (c). Spectabat siquidem ad summum ecclesiæ principem confundentes atrocissimo ecclesiæ bello in concordiam redigere.

Benedictus, &c. Ut tam salubre tamque inhaerens cordi nostro negotium, actore Deo, per sollicitudinis vestra ministerium prosperetur, & ut melius circa informationem pacis tam perutilis toti mundo quotidie inter eos eo liberius & efficacius intendere valeatis, quo vobis hujusmodi negotium prosequentibus fuerit per eosdem Reges & gentes ipsorum a qualibet hostili congressione cessatum; ubi forsitan dicti Reges vel aliter eorum requisitionibus & monitionibus vestris, immo verius apostolicis super cessatione commotionis seu congressionis hostilis nollent acquiescere, vel per seipos seu intermedios eorum nuntios invicem treugas inire usque ad certum tempus, quod imminens negotii per vos prosequendi & tractandi qualitas & necessitas exiget, duraturas: vobis & cuilibet vestrum indicendi treugas ad certum tempus vestro arbitrio moderandum inter Reges eosdem, ac fideles, adhaerentes, & valitores eorum, & indictas eidem Regibus & aliis, de quibus expectandi fuerit, per vos, vel alium, seu alios notificandi, ac ubicumque vobis utile visum fuerit, solemniter publicandi, & infringentes aut quomodolibet non servantes incutienda.

* ad quod.

Fulci amplissimis mandatis. (a) Ib. ep. 2.

(b) Ep. 3.

(c) Ep. 4.

XVI.

Ad imperandas inducias.

Anathema interdictumque contumacibus incutienda.

casibus excommunicationis, & in eorum terras interdicti sententias promulgandi, & alia faciendi, quae circa id fuerint opportuna; non obstante si eis, aut eorum aliquibus, vel alicui sub quacumque forma vel conceptione verborum a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari vel eorum terra ecclesiastico interdicto supponi non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictae sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter, non insertam effectum earum impediri valeat: vel quomodolibet retardari: & nihilominus omnes & singulas promissiones, obligationes, confederationes, & colligationes, super hujusmodi nutrienda discordia inter quoscumque & a quibuscumque quomodolibet initas velut contra bonum pacis praesumptas illite & attentatas in divinae majestatis offensam; & quascumque poenas adjectas, & juramenta praestita super illis sub quibuscumque modo, forma, vel expressione verborum, praesertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat (quae & nos ex nunc auctoritate apostolica nulla fore, decernimus, & quatenus de facto processerint, irritamus) nulla & irrita nunciandi vobis & vestrum cuilibet plenam tenore praesentium concedimus facultatem. Dat. Avin. IX. kal. julii anno III.

Dissolvendas coitiones.

(a) An. 3. p. 1. ep. cur. 5. (b) Ib. ep. 6. 7. 8. 9.

(c) Ib. ep. 10.

(d) Ep. 11. & 12. Cogendos praesulum ceteros ad tractandam pacem. (e) Ep. 13. (f) Ep. 14. (g) Ep. 15. Navata opera afferenda immunitati ordinis ecclesiastici. XVII.

At, si postea Reges ac principes apostolicis parent mandatis, intructi sunt auctoritate iidem legati (a), ut irrogatas poenas solverent, monitione (b) praesules ac principes Galli, ut tuam Cardinalibus internunciis ad redintegrandam concordiam opem commendarent. Decretum ut Cardinalium ipsorum auctoritas, postquam e curia pontificia discessissent, nullo eventu abrogaretur (c). Data iidem imperia, ut ecclesiasticos proceres Gallos Anglosque ab inferendis mutuis injuriis agendisve excursionibus abducerent, (d) cogere (e) in utroque regno praesulum coetus, ut in iis optima concordiae consilia expedirent: coequerent religionum virorum temeritatem, ne e sacro suggestu facies accendendo bello subicerent (f). Consultum praeterea est ecclesiastici ordinis dignitati, atque ad eam adversus regionum administratorum licentiam afferendam descripsit Pontifex (g) cunctas injurias, quae ab iis contra sacerdotalem immunitatem irrogabantur in Gallis, ut ea mala Gallorum Rex fedanda vel potius tollenda curaret.

Benedictus, &c. dilectis filiis Petro tit. S. Praxedis presbytero, & Bertrando S. Mariae in Aquiro diacono Cardinalibus Apostolicae sedis nunciis. Ad vestri apostolatus auditum multorum

insinuatio clamosa perduxit, quod nonnulli officiales & ministri ac familiares Charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francorum illustris eorum finibus non contenti, quibusdam ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & diversis aliis personis ecclesiasticis in dignitatibus & personatibus, ac aliis beneficiis ecclesiasticis, quae in regno canonice obtinere noscuntur, graves molestias inferunt & irrogant laesiones, & quampluribus ex eis dictis beneficiis per violentiam spoliatis, iidem officiales, ministri, & familiares per falsi suggestionem, nonnulla ex eis sibi & alia diversis aliis personis per dictum Regem conferris contra justitiam procurarunt, multaque ipsi & quamplures nobiles dicti regni bona diversarum ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum detinent violentem in personarum & ecclesiarum ipsarum dispendium occupata. Rex quoque praefatus, vacantibus cathedralibus ecclesiis regni sui, in quibus regalia afferit se habere, beneficia ecclesiastica etiam per Romanum Pontificem vel per alias personas ecclesiasticas, ad quas collatio pertinet eorundem, ante vacationem dictarum cathedralium ecclesiarum collata, si ante hujusmodi vacationem non fuerit eorum possessio apprehensa; & quod gravius est, & omni contrarium rationi, beneficia etiam ex collatione eorum, ad quos provisorum fuerat longo tempore possessa pacifice, quae similiter tempore regalia non vacarunt, si tamen de jure tempore regalia dicta beneficia obtinentes propter crimen vel aliam causam illis potuissent privari, quamvis nulla privationis vel declarationis sententia super tali vacatione per iudicem ecclesiasticum processisset, nititur conferre de facto, & possessione ipsorum absque aliquo iudicio ecclesiastico spoliare, & destituere possessores, compellens eosdem ad dimittendum illa personis, quibus de facto illa contulit per bonorum temporalium captionem: & si inter dictos possessores & eos, quibus illa praefatus Rex confert, controversia oritur, ad se seu curiam suam nititur cognitionem trahere, & super iis etiam judicare.

Quae adversus illam praesumptam sint in Gallis.

Ecclesiasticae operae a regis administratoris occupatae.

Sacerdotia praeter fas a Rege collata.

Regalis juris ruendi specie plurimae male tractatae.

In multis insuper ecclesiis, in quibus praedecessores Regis ejusdem praeteritarum vacationum dictarum ecclesiarum tempore usi non fuerunt beneficiorum ecclesiasticorum collatione, idem Rex de novo collationem beneficiorum tempore regaliae sibi vendicare conatur, ut in Turonensi & in multis aliis regni ecclesiis dicitur attentasse: quamvis praedecessores ipsius, erga Deum & ecclesias sinceritate fidei & devotionis integritate pollentes, nunquam talia vel similia, utpote juri divino & humano contraria, & redundantia plurimum in oppressione & conculcationem ecclesiasticae libertatis, attentasse noscuntur. Sensibus nostris ex eo multae turbationis causa consurgit, quod cum de dignitatibus & beneficiis eccle-

ecclesiasticis in regno & terris dicti Regis auctoritate apostolica sufficientibus personis & dignis, sicut sedes ipsa divino & humano jure licite potest & consuevit temporibus retroactis, provideri contingit, certis eis super hoc juxta morem, quem sedes ipsa servare in talibus consuevit, executoribus retroactis, nonnulli ex dictis officialibus & ministris, qui cum malefecerint gloriantur, licentiae laxatis habitis, quamvis nulla in talibus attributa potestas, vel jurisdictio sit eisdem, executoribus ipsi, eodem dissimulante Rege, temerarie inhibere praesumunt, no commissa ipsi hujusmodi ministerium executionis exercent, aut processus aliquos faciunt super illis seu factos publicent vel faciant publicari, in excommunicationem sententias, quas ut plurimum executores hujusmodi gratiarum in quolibet impediant quominus dictae gratiae debitum fortiantur effectum proferunt, incidendo. Et nihilominus Rex praefatus, afferens praescriptionem sibi non currere beneficium, quod archiepiscopali vel episcopali sede vacante, apostolica vel ordinaria, ipsum eodem Rege tunc non conferente, auctoritate confertur, etiam si is, cui hujusmodi beneficium collatum existit, illud per plures annos possederit pacifice & quiete, alii confert, ac si tunc archiepiscopatus vel episcopatus ipse vacaret.

Impedita ab administratoris regis decretorum apostolicorum executio.

Ecclesiastici ad profana tribunalia trahi.

Causae sacrae ad ea averte.

Praedicti autem officiales & ministri, praemissis gravaminibus non contenti, cum citationes super aliquibus negotiis sive causis ad ecclesiasticum forum spectantibus in eodem regno auctoritate dictae etiam contra ecclesiasticas personas emanant, iudicibus vel executoribus super negotiis seu causis hujusmodi deputatis & subdelegatis ab eis, ne ad citationes procedant eisdem, aut illas fieri quoquo modo permittant, vel aliter exira dictum regnum earundem literarum auctoritate conveniant; tabellionibus etiam, ne super ipsi publica conficiant instrumenta; & etiam, ne ratione citationum hujusmodi ad curiam ecclesiasticam accedant, vel citationibus eisdem pareant vel intendant, sub personarum & bonorum poenis gravissimis contra statuta canonica, quae in suos excommunicationis sententias proferunt contemptores, inhibere praesumptione temeraria non formidant: & nihilominus, no delegatis sedis ejusdem, aut ordinarii memorati, seu quicumque ecclesiastici viri de causis ad ecclesiasticum forum spectantibus, prout pertinet ad eosdem, de consuetudine vel de jure dicti officiales & ministri impediunt minus iuste; & ne de cognitione hujusmodi se aliquatenus inmittant, eis districtius interdicitur: quos si contra interdictum hujusmodi, cui minime parere tenentur, eos venire contingat, bona eorum indebite capi faciunt, impediendo per hoc jurisditionem ecclesiasticam manifeste, quam debent pro dictae sedis reverentia promptis studiis defendere. Ann. Eccl. Tom. XXV.

Insuper autem officiales & ministri praefati in casibus, ubi custodia ecclesiarum, seu monasteriorum, vel aliorum locorum ecclesiasticorum ratione vacationis vel alias teneatur per eos, domos, vivaria, stagna, nemora, porcos & feras ipsorum, molendina quoque & alia bona ad ecclesias, monasteria, & loca praedicta spectantia adeo damnose distrabunt, consumunt, & destrunt, quod non possunt per longi temporis spatium reparari. Nec adhuc dicti officiales, ministri, nobiles, & gentes tantis contenti pressuris, easdem personas & ecclesias diversis gravaminibus opprimunt, laceant injuriis, beneficiis, ecclesiasticis & bonis aliis, juribus, & jurisditionibus propriis spoliant violentem, & alias se insectos vendentes eisdem multipliciter & moleste, violare, dicto dissimulante Rege, conatur ecclesiasticam libertatem: propter quae dicti officiales, ministri, nobiles, & gentes, ac alii praesentes circa praemissa auxilium, consilium, & favorem divinam offensam incurrun, & poenis noscuntur gravissimis subiacere.

Cum itaque vos ad regnum Franciae pro magnis & arduis negotiis destinemus, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus praefato Regi diligentem exposito, quod singularis ad personam suam nos urget affectio, specialis afficit charitas, ut in praevendo sibi non solum a noxiis, sed etiam ab iis, quae saluti sua derogant, & excellentiae regalis honori non congruunt, nil persuasisse sufficiat, sed persuasis semper estimemus addendum; sibi que per salubris suggestiones consilii solertius ostendentes, quod quanto inclitum genus suum ab olim plenius fovit & exaltavit ecclesia & personas ecclesiasticas, manutene ac illibatam, servare studuit ecclesiasticam libertatem, tanto singularis in ipso ampliusque notatur, si ecclesiae vel ecclesiasticas personas opprimi, ac libertatem ecclesiasticam diminui & conculcari permittit; quodque per hoc non leve pondus adicitur excellentiae status sui, cum excessus sublimium personarum tanto damnabilior habeatur, quanto facilis, quantoque periculosus derivatur in alios per exemplum, & ideo minus ab ecclesia debet, minusque potest urgente conscientia tolerari; eundem Regem, quod officiales, ministros, familiares, & nobiles, ac gentes praedictas a praemissis, per quae Deus offenditur ultionum, sua saluti detrahatur, honoris gloria maculatur, gravis nobis & dictae sedi paratur offensa, pro divina & ipsius Apostolicae sedis ac nostra reverentia cessare faciat & penitus abstinere, & ipse similiter cesset & abstinere ab eisdem ac in statum debitum revocet quidquid contra integritatem libertatis ejusdem in dicto regno noscitur attentatum, solertem inducere & efficaciter exhortari cum provida persuasio.

XVIII. His malis iusti occurrere legati.

Philippum monere ne a majorum gloria delectat.

sonis instantia studeatis, &c. Dat. Avin. ix. kal. julii anno III.

XIX. In Anglia eadem & alia contra libertatem eccles. attentata. (a) An. 3. p. 1. ep. cur. 17.

Atrocius longe in Anglia ab Eduardo regisque administris dignitas & immunitas ordinis ecclesiastici violabatur: non enim recensitæ modo injuriæ Gallis magistratibus irrogari solitæ infligebantur sacerdotibus Anglis, verum etiam hæ, quæ in literis aliis ad legatos Cardinales datis (a) connumerantur. Jussi etiam sunt Cardinales dare operam apud Eduardum Regem, ut regionum administrorum licentiam in ecclesiasticos comprimeret: quem etiam Benedictus ad asserendam pristinae immunitati sacerdotalis ordinis dignitatem hinc literis excitavit (b).

(b) Ib. ep. 19.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri. Optamus ab intimis, dilectissime fili, ut quemadmodum in orbe terrarum inter catholicos Reges & principes natalium illustrium fulgore præutilitas, sic laudabilium claritate resplendeas actionum, & mentis oculis ad illum erectis, per quem regnorum culmina possidentur, ejus beneplacitis te conformes, sibi que reddaris acceptus cumulo meritorum. Habet quidem, amantissime fili, insinuatio clamorosa multorum gravibus onusta, querelis, quod nonnulli officiales regie celsitudinis & ministri, ac plures nobiles & alii de regno & terris tuis, eorum finibus non contenti, ecclesias & personas ecclesiasticas regni & terrarum prædictorum diversis gravaminibus opprimunt, læcessunt injuriis, beneficiis ecclesiasticis & bonis aliis, juribus, & jurisdictionibus propriis spoliant violenter, & alias se infestos reddentes eidem multipliciter & molestos, violare, te dissimulante, conantur (quod non absque turbatione multa referimus) integritatem ecclesiasticæ libertatis.

XX. Repetitæ apud Eduardum preces pontificiæ.

De coercenda administrorum licentia.

Cum igitur, dilectissime fili, præ matris ecclesiæ perfecta sinceritas inter alios principes orbis terræ catholicos eximii fautoribus te prosequatur, & brachiis multa dilectionis asstringat, teque gerat & conservet assidue in caritatis visceribus prædilectum; nosque ad regni tui statum prosperum aspiremus, ad jurium regalium conservationem omnimodam sedulis studiis intendendo, magnificentiam regiam paterno rogamus & hortamur affectu, quatenus prudenti meditatione considerans, quod ex permissis benignitas Salvatoris offenditur, ejusdem ecclesiæ derogatur honoribus, tuæ salutis commodis obviatur, & maculatur gloria regii nominis & decoris, prædictos officiales, ministros & nobiles, & alios, cujuscumque conditionis existant, pro divina & Apostolica sedis ac nostra reverentia prædictis gravaminibus, injuriis, violentiis ac spoliationibus, & omnibus aliis, per quæ libertatis ejusdem integritas violetur, cobibere resiliere, libertatem hujusmodi viriliter in regno prædicto sicut

devotionis filius defendendo, ut veræ devotionis zelus & constantia reverentia filialis, quam ad nos & eandem ecclesiam te habere confidimus, fructibus laudabilium operum comprobentur; tuque in plenitudine benevolentia dictæ sedis, quam libenter extendimus ad gratitudinis filios, continue residendo, illam ad ea quæ regalis celsitudinis statum magnificent, & honoris tui respiciant incrementa, tibi digne constituas magis benevolam & benignam. Super iis autem per dilectos filios nostros Petrum tit. S. Praxedis presbyterum & Bertrandum S. Mariæ in Aquiro diaconum Cardinales Apostolicæ sedis nuncios exhibitores præsentium, & eorum quemlibet latius aperire tuæ serenitati mandavimus mentem nostram; quorum circa præmissa relatibus, plenam fidem adhibeas, & efficaciter acquiescas. Dat. Avinion. ix. kal. julii anno III. Muniti iidem legati (c) potestatem, ut regionum præfectorum administrorumque licentiam in ecclesiasticos compescerent: tum pluribus prærogativis ad gerendam cum dignitate legationem ornati (d), quibus inter alia permissum est (e), ut cum iis, qui fidelium communione pulsi essent, agere possent.

Jussi legati ad id eum adducere.

(c) An. 3. p. 1. ep. cur. 18.

(d) Ib. ep. 22. ad 43. (e) Ib. ep. 20.

Antequam in provinciam decretam se conferrent, adhibuerat Pontifex Guilelmum Senonensem (f) & Petrum Rothomagensem (g) archiepiscopos (quorum posterior accepto Clementis VI. nomine Benedicto successit) ut adversas partes armis temperare hortarentur, quo pacis via muniretur; pariterque Philippum Eduardumque rogavit (h) ut a novandis rebus absterent, donec Cardinales legati ad ipsos pervenissent. Reges enim jam infestis signis coepisse concurrere, consentiunt authores; ac Philippum quidem multas Genuensium Gibellinorum ac Monachensium Guelforum trixemes conduxisse (i) quæ plurimas de Anglis prædas egere, ac mare Aquitanicum infestarent: regio decreto Aquitanici ducatus jura revocasse ad Aulam Gallicam (k) immissoque exercitu nonnullas arces expugnasse (l), transmissa in Scotiam classe loca quædam flammis delevisse. Nec minus Eduardum Flandriam bello tentasse, & Cagantum insulam ducibus præcipuis episcopo Lincolniensi comiteque Bertfortio evastasse. Hæc erant ingentium bellorum inter Anglos Gallosque præludia. Interea Petrus ac Bertrandum Cardinales legati a Philippo Rege obtinuerant ut Gallico exercitui daret imperia, ne ulterius signa promoveret in Aquitaniam, nisi Anglus Gallias invaderet: cumque in Angliam penetrare meditarentur, ut Anglum a Gallica expeditione retardarent, prohibiti (m) initio sunt ab Eduardo Angliæ aditu, deinde tamen honorifice excepti (n).

(f) Eod. 10. 3. ep. 177. (g) Ib. ep. 178. (h) Ib. ep. 181. 182. Ligures a Philippo conducti.

(i) Foliet. hist. sen. 46. Aquitania bello perita.

(k) To. 3. ep. fecr. 306.

(l) Paul. Æmil. in Philip. 6. Flandria ab Anglo tentata.

(m) Gesta Ben. apud Bosq. (n) To. 4. ep. fecr. 249. 250.

Sed parum Pontificis studia in restringen-

Conquiliata iniquis artibus opes a Regibus Angliæ. Et a Franco. (a) Wal. jug. ubi sup.

(b) Jo. Vill. l. 1. c. 71. (c) Eod. c. 71.

(d) To. 3. ep. fecr. 305.

(e) Ptol. Luc. hist. eccl. MS. l. ult. c. 61. Decumæ ecclesiasticæ restitui justæ.

(f) To. 2. p. 1. ep. cur. 16.

Prohibita ulterior decumæ exatio.

do exitiali bello vastare, ac frustra Cardinalium labores consumpti; ad parandum enim bellum incumbabant Reges, ac per fas nefasque opes undique cumulabant. Eduardus (a) enim Rex in Nothingamensi ordinum conventu ingentia vectigalia ab Anglis elicit, Cluniacensium & Cisterciensium opes invasit, Italos mercatores diripuit, indictas triennes pro tolerandis Asiatici belli in Saracenos sumptibus decimas ecclesiasticas ad Christianum fundendum sanguinem convertit. Similique modo cumulabat Philippus Rex opes (b): Italos enim & ipse mercatores, objecto sænoris crimine, expilabat (c): nummos aureos & argenteos minoris pretii percutebat: ecclesiasticorum opes minis & terroribus extorquebat: quorum sortem miseratus Pontifex legatis Cardinalibus dedit imperia (d), ut ipsum ab injustis ejusmodi extorsionibus abducerent. Inhiabat etiam ecclesiasticis decimis, flagitabatque antea a Benedicto, ut Crucifixi opes pro conficiendo in Saracenos bello collectas averteret in Anglos. Superiori siquidem exente anno Benedictus, purissimus ab omni avaritiæ sordibus, acceptas a sacerdotibus decimas restitui jussit, ut refert Ptolemæus Lucensis his verbis (e). Revocavit etiam Papa Benedictus decimas decimarum quibuscumque concessas, ex quo passagium vidit neglectum tunc per Regem Francorum Philippum, qui hoc juraverat, ut superius est dictum. Decrevit insuper, ut percepta de decimis prædictis restituerentur ecclesiis. Et infra: Et facta est prædicta revocatio anno Dom. MCCCXXXVI. XVI. kal. januarii. Integritatis hujus insignem monumentum est subjectum diploma tum datum ab eodem Pontifice (f).

Benedictus, &c. archiepiscopo Aquensi & suffraganeis &c.

Cum in nonnullis provinciis atque regionibus juxta ordinationes & modificationes in dictis literis [nempe Joannis de sacra expeditione] contentas exactio, solutio, & depositio, seu repositio factæ fuerint certæ partis decimæ prædictæ, & adhuc restet alterius partis ejusdem decimæ exactio seu solutio faciendæ ad prædictum passagium propter impedimenta aliqua, quæ peccatis exigentibus videntur obicem dicto passagio præstitisse, sit pro presenti tempore [quod dolenter referimus] impeditum; nos decens & congruum reputantes, quod postquam causa secuta non est, nec vicinitus sequi spectatur, propter quod impositio ac solutio hujusmodi decimæ factæ fuerunt, eius decimæ Ann. Eccl. Tom. XXXV.

ceps exactio & solutio debeant omnino cessare, quinimmo eorum, quæ pro dicta decima sunt soluta, sit restitutio faciendæ; de fratrum nostrorum consilio vobis & vestrum cuilibet districtè inhibemus, ne de cetero ad levationem, collectionem, vel exactionem hujusmodi decimæ per vos vel per alios procedere quomodolibet præsumatis; & infra, præcipientes nihilominus vobis & vestrum cuilibet, ut præfatam decimam, si quam propterea per vos vel alios collegistis, etiam si juxta ordinationem prædecessoris ejusdem una cum capitulis cathedralium ecclesiarum infra ipsas ecclesias aut alibi in tutioribus locis reponi fecistis, singulis personis ecclesiasticis a quibus exacta extitit & soluta, si dicta persona adhuc supersites rebus humanis existant, & præsentibus beneficiis, ratione quorum hujusmodi decimam persolverunt; alioquin, si forte dicta persona defecerint, vel alias dicta beneficia dimiserint eidem beneficiis, ratione quorum hujusmodi decima extitit persoluta in utilitatem dictorum beneficiorum per certas personas, quæ super hoc non rationem reddere teneantur, fideliter conservanda, infra unius mensis spatium post receptionem presentium cum integritate, quantum ad vos pertinet, restituatis, &c. Si deessent officio, dupli multam intenderit, quam si non solverent sacrorum usu interdixit, aliaque pœnas pro meritis irrogandas objecit. Dat. Avin. xv. kal. januarii anno III. Percussus eo decreto, hujusque decumæ auri aviditate, ut in bellicos adversus Anglum sumptus illud profunderet, Philippus Rex hoc anno accessit ad Benedictum, ut illum: suscipiendæ, confecto bello Anglico, Asiaticæ expeditionis pollicitatione demulceret. Siquidem Armenia ad extremam ad ducta discrimen ob inanes intentatas Saracenis a Gallis minas, ac patetactam nocendi voluntatem & impotentiam, lugubat; qua de re hæc narrat Ptolemæus Lucensis. (g)

Objectæ exactas non restituentibus pœna.

(g) Ptol. Luc. l. ult. c. ult.

Anno Domini MCCCXXXVII. v. nonas martii Rex Philippus Francorum venit ad Papam Benedictum, & ibi exclusis omnibus solus cum Papa habuit colloquium super passagio, quod debebat incepisse kal. augusti proximis, & sic remansit inexpectum: ex quo multa mala inferbantur Christianis per Saracenos. In arcano hoc colloquio datum Philippo iniqua postulanti, gravissimum hoc responsum, consignat memoratus vitæ Benedicti author (h). [I].

(h) Bened. gesta ubi supra.

O 2 Fer.

NOTE [I] SI veritati constarent ea quæ Annalista hic scribit, Philippus rex ad pontificem bis venisset; semel anno superiori, ut Annalista ad eundem annum num. 43. agnoscit, & continuator Nangii ad eundem annum confirmat; iterum vero anno presentis. Verum semel tantum eo concessisse idque anno precedenti penes me certum est; cum novam hanc professionem apud

* recita-
tum
Grave
Pontificis
ad illius
petita res-
ponsum.

Fertur, inquit, ipsum dixisse Philippo Regi Francie memorato, cum ad ipsum, ut supra citatum est, venit essentque ambo causa audiendi & exponendi illa, quæ idem Rex secum habebat agere, ac per ipsum fieri petere disponebat: quod si ipse haberet duas animas, unam sibi libenter daret, & eam pro ipso exponeret: sed non habebat nisi unam, quam unico & summe diligebat, & eam volebat posse tenus conservare. Quibus præsuppositis & præmissis, dixit eidem Regi, quod secundum hoc suas petitiones sic disponeret & limitaret, quod in eis non esset aliquid ad Dei offensam, & per consequens suæ animæ periculum seu damnationem: tandem videret quia, si sic esset, nullo modo ipsum exaudire intendebat. Quod verbum licet prima facie dicto Regi aliquantisper durum & extraneum extiterit, tamen ipso bene intellecto & ponderato ipsum bene gratum habuit, & rationabilem sanctum iudicavit, prout etiam in rei veritate fuit. Repulsam passus Philippus Rex de ecclesiasticis decimis in Anglos derivandis, iterum hoc anno eadem importunas preces renovavit, quas ab oratoribus ipsius porrectas gravissimis hinc argumentis refregit Pontifex. (a)

(a) To. 3.
ep. secr.
67.
Admoni-
tus Phil.
dari iurif-
jurandi.

Benedictus, &c. Regi Francie.
A regia non credimus memoria excidisse qualiter per regios & dilecti filii nobilit viri Joannis primogeniti tui ducis Normannie procuratores, olim ad sedem Apostolicam destinatos, in tuam & ejusdem ducis animas & de mandato expresso regio promissum extitit & juratum, quod non acciperetis, nec accipi faceretis, seu consentiretis, quod alius aliquid de eis caperet, seu acciperet, quæ per sedem eandem erant in subsidium passagii transmarini concessa, ad hoc quod in usus alios, quam in utilitatem passagii converterentur prædicti, nec ea in usus converteretis alios, nec pareremini a quovis alio scienter converti. Et infra: Et si modo contrarium feret, maxime in guerris contra christianos faciendis, decimales pecunias impositas & collectas pro dicto passagio expendendo, discutiat intra sui claustra pectoris regulis providentia, quid præter offensam divinam, & ultionem exinde merito formidandam, de nobis & sede Apostolica & te, fili, cum secreta talia & absque fratrum nostrorum consilio nequiremus concedere, posset dici; mundus namque detrahoris oblocutionibus proclamaret, dicendo: Nunc patent delusiones quibus per ecclesiam

& Regem deludimur, dum pecunie, concessæ ac collectæ pro eripienda terra sancta de empirorum manibus, ad effundendum Christianorum sanguinem convertuntur.

Advertendum est etiam circa ista, quod si Deus daret opportunitatem passagii pro tempore pecunie sic consumptæ, recuperari nequirent de facili, & maxime a tuis heredibus, in sua præsertim novitate, si a Domino interim vocareris: propter quæ in fidei & fidelium disperdium, tuæque salutis detrimentum animæ impediretur negotium passagii antedicti: nam & si tunc forsitan sedes præfata pro passagio alias vellet decimas imponere, non desissent, ut existimamus proculdubio, qui derisorie contradictorie forsitan contra sedem eandem dicerent sibilando, & non absque nota magna ipsius sedis & tuæ infamie recensendo, quod illud, quod factum fuerat de utilis decimis, pro passagio terræ sanctæ impositis alias & collectis, ac demum in effusionem sanguinis Christianorum conversis, posset sperari de illis fieri, quas vellet imponere sedes ipsa, & præter hæc sinceritas regia habet considerare prudenter, quid tuis prædecessoribus propter receptiones & consumptiones decimarum, alias impositarum & collectarum pro dicto passagio, creditur communiter accidisse; quid quoque de te, si sinistrum tibi veniret aliquid, a quo te defendat Dominus, diceretur, &c. Dat. Avin. II. non. aprilis pontificatus nostri anno III.

Christiano orbi non esse illudendum. XXIII.

Divinam vindictam non defuturam.

Hæc si Philippus animo consilia reputasset, ingenia (ut pie credendum est) mala a se averrisset: sed illa Benedicti monita, ut plura alia, quæ veluti oracula erant, ut docuit eventus, a divino Numine afflata, aspernatum vidimus, respuit: invasit decimas orientali expeditioni sacras, & in bellum, quod ultro ad Scotorum gratiam in Aquitania inchoarat, convertit, ingentisque bellicos apparatus instruxit; sed quæ illi prædixerat Pontifex ad exitum sunt perducta; conductus enim ecclesiasticis opibus, religioni amplificandæ consecratis non voluntariis & exitialibus rei Christianæ bellis suscipiendis, exercitus hostium solo aspectu diffusus dissipatusque est, ut suo loco dicitur inferius.

Ut exitus monitis pontificiis consentiret.

Attriti interea ab infidelibus fuere Armeni, de quibus hæc Ptolemæus (b) Lucensis: Eodem anno fuerunt superati, & plantam amittentes petunt montana, sperantes subsidium ecclesie & Regis Philippi. Illata est a barbaris late strages, ac Leo

XXIV.
(b) Ptol. Luc. hist. eed. MS. l. 24. c. ult.

(a) An. 4.
p. 1. ep.
com. 105.

Leo Rex ad eas iniquas leges a furente victore adactus est, ut iurejurando sponderit, nullos in posterum oratores vel literas ad Romanum Pontificem remissurum: quo accepto Benedictus, proximo anno Leonem ea religione apostolico diplomate exolvit (a).
Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Leoni Regi Armenia illustri salutem, & apostolicam benedictionem.

Adactus Leo Rex ad nefaria pacta.

Rescissum illud sacramentum a Pont.

Retulit hæc sedes Apostolica cum doloris angustia fame nunciatio volucris, & fide dignorum assertio molestius affirmavit, quod adeo in tui detrimentum status, tuæque regni dispendium soldani Babyloniarum truculenta deservit, & multitudo Saracenorum sui domini, eidem regno præcipue vicinorum crucis salutaris: huiusmodi Saracenorum multitudo quotidie regnum tuum intrant hostiliter, civitates & castra illius expugnant, capiunt, & soldano subjiciunt antedicto: Christianorum populam inibi degentem furenter cruciant, capiunt & secum adducunt, ac inhumaniter ponunt in ore gladii furibundi: sicque tuisque regnicolis a soldano & Saracenis eidem oppressis inestimabiliter & afflicti sunt sensim conspiciunt, quod tantæ ipsorum potentie ad reprimendam vel propellendam eam resistere non valebas, violentia superatus, & urgenti necessitate coactus, ut iidem soldani & Saraceni terram tuam pro prædictum regnum non dissiparent vel occuparent ulterius; sed te dilique regni subditas permitterent respirare, juramentum ad sancta Dei evangelia inter cetera præstitisti nuntio ipsius soldani pro eo recipienti, quod ad summum Pontificem, qui esset pro tempore, sive ad Romanam curiam aliquem ambassiatorem, vel nunciatum, aut literas ex tunc in antea nullatenus destinaret. Cum igitur juramentum huiusmodi beneplacito excellentie divine obviat, & iustitia contradicat, ac in derogationem tuæ regie dignitatis, honoris, & status redundare noscatur; nos hæc diligentius attendentes, & etiam considerantes attentius juramentum ipsum a te non sponte, sed coactè, utpote per impressionem hostilem & violentiam inculcatam extortum per feram tyrannidem extitisse: quodque juramentum, ut foret iniquitatis vinculum, non extitit institutum; ac volentes super hoc, prout nostra inserit, de opportuno remedio providere, te ab eodem juramento, illicito quidem, auctoritate apostolica prorsus absolvimus & denuntiamus etiam absolutum; auctoritate decernentes eadem, te ad ipsius juramenti observantiam aliquatenus non teneri.

Nulli ergo, &c. Dat. Avin. kal. majiano iv. Continuæ occidentis dissensiones obstiterent, ne Armeniæ inferrentur auxilia: atque ita eam pronis in exitum rebus demum a sedis Apostolicæ obsequio amissam visuri sumus. Lucuosum porro fuit Reges Christianos mutuis constrictos affinitatibus, in mutua conjunctione iuris sanguinis contineri non potuisse.

Armenia demum amissa occidentium discordias.

Cum vero disturbatam expeditionem Asiaticam vidisset: Alfonso Lusitanæ Rex, edixit ne decretæ a Joanne XXII. decimæ, quæ pro suppeditandis stipendiis Lusitanis, qui ad eam se comparassent, solverentur sedi Apostolicæ, easque opes occupavit, prætexens hunc fucum ne sine autoritate sua consumerentur. Qua de re certior factus Pontifex, cum eas decimas in orientalem auxilium convertere cuperet (flangitabat (b) enim opem Leo Armeniæ Rex, cujus oratores ac supplices literas hoc iterum adulto anno accepit, tum libertas ecclesiastica invasis sacris opibus violaretur, Alfonso Lusitanæ Regem corripuit, objecitque quantam sedi Apostolicæ injuriam inferret. Implicitus (c) erat Alfonso Rex bello cum Alfonso Castellæ Rege genero, cum Mariam Reginam suam ab illa iliberaliter tractari indignaretur (d) adeo, ut de ipsa repudianda & Gufmania, cujus vesanis erat irretitus Castellanus amoribus, corona ornanda, Petroque norho tradendis sceperis agitarit. Ad quos conciliandos Bernardus episcopus Rutenensis a Pontifice legatus est. Imperatæ sunt ab hoc induciæ, quas non respuit Lusitanus, si Castellanus eas admitteret. De quo Benedictus Lusitano actis gratiis, ad stecendum Castellanus studium convertit, atque ob oculos ipsi proposuit (e) quanta ex iis discordiis nascerentur discrimina: consiliari regnum, atteri populos, hostium fidei potentiam confirmari. Quo antea argumento ad Lusitanum Regem scripserat. Comparabat enim se bello Albohacenus Rex Marrochitanus (quem Tremesenio regno superiori anno auctum fuisse refert Mariana) (f) ad invadendas Hispanias: quare de re Beltraminus electus Theatinus & Henricus de Aste Apost. sedis internumcii eam fecere certiorum (g) Missos superiori anno in Aragoniam ipsos vidimus, ut Petrum Regem, qui cum Regina Elionora noverca ejusque liberis & illorum patruo ac tutore & Rege Castellæ, qui sororis viduæ clientelam acceperat, perniciali bellum gerebat, ad pacem revocarent, darentque operam ut celebrarentur ordinum regni conventus, in quibus controversia componeretur: navatumque adeo strenue studium ab iis fuit, ut demum pontificiis consiliis magna publicæ rei utilitate (h) partum sit. Commendanda vero hic sollicitudo Pontificis, qui ex apostolico munere

XXV.

Lusitanus decimas sacras in vadit. (b) To. 3. ep. 318. Belli inter Castellanus & Lusitanum exordia. (c) Ead. ep.

(d) Sur. l. 7. c. 33. Mariana. l. 16. c. 4.

(e) Ead. 10. 3. ep. secr. 377. 146.

(f) Mariana. l. 16. c. 5. (g) To. 3. ep. secr. 195. Aragonico interduo bello sopiendo data opera. Redintegrata concordia. (h) To. 3. ep. secr. 68.

NOTÆ apud eundem Nangii Continuatore non legam; & Author tertie vite Benedicti apud Baluzium Vit. Papar. ea que refert hic Annalista ex continuatore Ptolemæi Lucensis anno 1336. totidem verbis narret. Ex quo colligimus in notas chronicis codicis, quo usus est Annalista, mendum in numerum annorum irrepsisse, ut pro anno 1337. legendum sit 1336. MANSI

nere, quo publicis omnium regnorum. Christianorum utilitatibus consulere obstrictus erat, cum Regem Aragonum puerum a factioso consilio abripi in bella ciuilia intueretur, solemnes regni conuentus sua autoritate celebrari ad regnum pacandum iussit, ac regii consilii turbatumque principem praefectum semini, regiae aetatis abutentem imbecillitate, ad subsellia sedis Apostolicae ad causam dicendam se sistere compulit (a); Extincto itaque in Aragonia civili bello, Benedictus Petro Regi est gratulatus (b) animum ad pacis consilia ipsum conuertisse, ac pie apostolicis monitis morem gessisse. Benedictus, &c. Petro Regi Aragonum.

(a) Mari. an. l. 16. c. 6. (b) To. 3. ep. l. c. 360.

Aragoni gratulator Pontifex de suscepto pacis consilio.

In eo confirmatur.

(c) Ib. ep. l. c. 382.

Excefferat (d) tum e vivis Fridericus Rex, quem Trinacriae sceptrum scelere corripuisse vidimus; gessisse impie, cum e piorum coetu segregatus diutissime vixerit; nec minori perfidia Petro filio transmississe, cum foederis leges, ex quo Apostolicae sedis autoritate iuste Regis nomen acceperat, ea re violasset: Trinacriae enim aliarumque insularum adiacentium dominatus ad Siculos Reges Gallici generis erat devolendus. Caeterum reliquit minori filio Joanni Athenarum & Neopatriae principatum: sepultum vero Cantanæ in beatae Agathæ templo ferunt. Erectus est in spem, eo sublato, Robertus Rex aviti regni redintegrandi, atque a Pontifice, significata ei Friderici morte, contendit ne quid adversus sua iura statueret. Cui Benedictus hæc quinto kal. septembris rescripsit (e): Super iis, quae dictarum exprimebat series literarum, nihil in tuum & regni tui praedictum attendere permittetur, quantum in nobis fuerit; immo tibi assistere intendimus, sicut cum Deo & honestate poterimus, super eis. Ex his authores recentiores emendandi, qui in alium annum Friderici mortem conjiciunt. Favebat Roberto pro recuperanda Trinacria Petri illius invasoris morum improbitas, quem Joannes Villanus (f) parum ab infania abuisse refert adeo, ut plures proceres a se abalienaret, inter quos Franciscus comes Vintimiliensis apertam rebellionem moverit, atque a Roberto auxilia imploravit. Sed antequam ea veniret, Petri copiis oppressus est: duo enim ejus filii in hostium venire potestatem; ipseque postmodum cum alio filio in acie occubuit, bona amplissima fisco sunt addicta: inde vero aliae ex aliis discordiae gravissimae emerere.

XXVI. (d) Ib. ep. l. c. 244. Jo. Vill. l. 11. c. 70. Marian. l. 16. c. 5. Regis Trinacriae mors. Ut posteros in tyrannidis successione induxerit.

(e) Super ep. 144.

(f) Jo. Vill. l. 11. c. 70. Petrus Rex Trinacriae.

Comitem Vintimiliensem opprimit.

(g) Baron. in not. MS. ad hunc annum. Benedictus provincialis imperii praefectus imponit.

(h) Jo. Vill. c. 64. Antonin. super. cap. 8. Carrarius Patavii dominatu potitus. (i) Id. c. 72. Scaligerorum extenuata potentia.

pacem quaesivit, sed non nisi duriores conditiones referre potuit. In Urbe. Columnensium Urfinorumque fessi discordiis Romani flagitabant (a) continentibus votis, ut Benedictus desolatæ Urbi, cujus administrationem nova officii significatione illi deferebant (b), sedem Apostolicam restitueret; quibus Pontifex hæc respondit: Scire vos cupimus, quod ex quo fuimus ad apicem summi Apostolatus assumpti, ad hoc praecipue nostra aspiravit intentio & aspirat, ut Urbem ipsam de fratrum nostrorum consilio & cum ipsis fratribus personaliter visitemus: verum, sicut scire vos credimus, status æger & intranquillus occidentalis partium nostra in hac parte praesentialiter impleri desideria non permittit, &c. Dat. Avin. 11. kal. aug. an. 111.

Quid rescripserit.

XXVII. Edictum in Bononiensibus. (a) Jo. Vill. l. 11. c. 69. & alio. (b) An. 3. p. 2. ep. cur. 20. & lib. privil. Rom. eccl. to. 1. pag. 388. & collect. processuum Benedicti ver. archiep. Avin. cam. par. pag. 1.

(c) Baron. in not. MS. ad hunc annum. Benedictus provincialis imperii praefectus imponit.

(d) Jo. Vill. c. 64. Antonin. super. cap. 8. Carrarius Patavii dominatu potitus. (e) Id. c. 72. Scaligerorum extenuata potentia.

(f) Id. c. 72. Scaligerorum extenuata potentia.

venti, nomine ejusdem ecclesiae recipientibus, expresse donassent, confectis exinde publicis instrumentis; nonnulli iniquitatis alumni incola civitatis praedictae, tractatu, etiam de hoc, ut dicitur, non absque prodicionis reatu praehabito inter eos, ru morem & seditionem in ejusdem civitatis populo excitarunt, ac pluribus continuatis diebus, pulsatis hostili more, campanis, ad praemeditatæ diutius ejusdem prodicionis facinus perpetrandum in unum Bononiensis populus congregatus, flagitioso & sacrilego ausu eundem episcopum, Oshensem, Apostolicae sedis legatum, in castro per eum constructo pro eadem Romana ecclesia, sito infra civitatem praedictam, cum nullas tunc talium machinationum & prodicionum verisimiliter formidaret insidias, residentem aggredientes hostiliter obsederunt, eumque decem dies continuos, & amplius tenuerunt obsessum; ac constatis eorum robore & virtute cum balistis & aliis bellicis instrumentis adversus dictum legatum, honorabile membrum Romanae ecclesiae, partemque corporis Romani Pontificis, & de latere ejus missum, non absque crimine laesa Sedis Apostolicae majestatis proficiendo lapides & quadrellor, nequiter & hostiliter expugnarunt. Fossata etiam dicti castri, & aquaeductum ipsorum, & murum cluse dictorum fossatorum ruperunt, ignemque posuerunt in aliquibus fortalicis dicti castri: & ut idem legatus desisteretur omni auxilio & succursu, & ne aliquibus ad succurrendum eidem aditus praestaretur, coeperunt in circuitum dicti castri fodi facere foveas, seu fossata, ut idem legatus & gentes suae, inedia fameque consumpti, eorum se tradere manibus cogere rentur, in ejusdem castri obsidione. Hujusmodi terroris vocem universaliter proclamantes: Moriatur legatus, moriatur legatus, & illi de lingua aranci: sub magis pavis nihilominus prohibentes, ne per aliquos introducerentur in castrum praedictum aliqua victualia, vel res humanis necessitatibus opportuna. Sub poena etiam captivis, voce praconia, & cum tubis fecerunt publice proclamari, ne quis castrum ingrederetur praesatum, aut loqueretur, existeribus, in eadem. In obsidione quoque praedicta, diurnis, & nocturnis temporibus tam diu minaci, & armata potentia persisterunt, donec legatum cum familia, & aliis gentibus suis ad dictum castrum reductis, de dictis castro & civitate cum multis personarum, & rerum periculis, exire oportuit, & festinare recessum.

De concitata ab iis seditione in Bertrando A. S. L.

Ut eadem obderint.

Mortem truculentis vocibus intendant. Franca.

Demum capta deditione arce egerint.

Benedictus, &c. ad certitudinem praesentium, & memoriam futurorum. Fons sapientiae, verbum Dei, in operibus suis doctrinam infundens salutarem. Israeliticum populum quem privilegio gratiae specialis aliis praeserebat, fovebat manu misericordiae, ac rigoris virga regerebat, sic beneficia ipsis imperiens, ut non remitteret ultiones. Moyses, etiam Dei amicus, licet pro dicto populo offerret vitulum labiorum; munus tamen sacrificii non omisit; sed post supplicationis hostiam holocaustum, satisfactiois humiliter offerebat, causam populi coram Domino precibus, & Dei causam in populo ultoribus gladius profecutus, &c. Plura addit, si ignoscatur crimini, licentiae fræna laxari; unde interdum parcere tyrannidis sit, & misericordiae deservire. Tum subdit: Cum enim venerabilis frater noster, Bertrandus episcopus Oshensis, olim in tota provincia Lombardiae, & nonnullis aliis Italiae partibus apostolicae legationis officio fungeretur, & in eadem civitate Bononiae resideret, ac ejusdem civitatis, nec non comitatus, territorii, & districtus, ac pertinentiarum ipsius, dominium, & jurisdictionem, ad Romanam ecclesiam pertinentia, ab antiquo, pro dicta ecclesia teneret, & possideret, & diu pacifice, iuste, & legitime pro eadem ecclesia tenuisset, & etiam possedisset: sancti quoque communitatis, & universitatis civitatis ejusdem, ad hæc specialiter constituti, recognovissent dominium & jurisdictionem praedictam, pleno jure ad eandem ecclesiam ab antiquo pertinuisse & etiam pertinere; & ex abundantia eadem dominium & jurisdictionem primo, eidem legato, & secundo felicis recordationis Joanni Papae XXII. praedecessori nostro, tunc vi-

XXVIII.

Eadem vero obsidione durante, iidem Bononienses, ad omne nefas relaxatis, habentis, dilectum filium Oliverium Beraldi militem vicemarescallum gentis ejusdem ecclesiae, in dicta civitate morantem, ejusque officiales in palatio, in quo dictus vicemarescallus tunc morabatur, hostiliter inva-

serunt, supponentes ignem prefato palatio, ut metu incendii facilius cogi possent: ac finaliter eosdem vicemarescallum & familiares ipsius ceperunt, & deprædati fuerunt, eosque vinculis & compedibus ferreis constrinxerunt, ipsos nihilominus, & maxime dictum vicemarescallum tormentis seu questionibus sæpius affligentes: omnesque alios officiales, per dictum legatum in civitate prædicta pro Romana ecclesia constitutos, hostiliter insecuti & prædati fuerunt, eosque de facto a suis officiis amoverunt, in locum eorum alios posuerunt. Custodes etiam portarum civitatis ejusdem invaserunt, supponentes ignem in aliquibus earundem, captis & interfectis aliquibus eustodibus prælibatis; ac maleficos omnes & carceratos, in carceribus venerabilis fratris nostri Bertrandi episcopi Bononiensis, & dilecti filii rectoris dictæ civitatis pro Romana ecclesia pro multis gravibus sceleribus perpetratis per eos ibidem detentos, effractis dictis carceribus, in ejusdem ecclesie contumeliam relaxarunt, omnesque banitos de dicta civitate pro multis enormibus excessibus patratis per eos ad dictam civitatem temere reduxerunt.

Diffrahi ab iisdem carceres.

Revocati exules.

Legati familia expilata.

Episcopale palatium.

Bononiense in- censum.

Bononiensium in Gallos sevitia.

Officiales insuper & gentes omnes in eisdem civitate, comitatu, & districtu, castris & locis pro prædictis Romana ecclesia & legato, & Bonon. Episcopo consistentes, ceperunt & spoliarunt, nonnullos ex eis familiares ejusdem Bononiensis episcopi crudeliter occidendo: inter quos quondam Bertrandus de Glar familiaris ejusdem episcopi Bononiensis feritatis detestandæ sevitia evisceratus exiit, & per frustra concisus; ejus carnis datis in escam canibus & projectis. Et inter hujusmodi enormitatum multiplicatos excessus eundem legatum, & per eum dictam Romanam ecclesiam de possessione vel quasi civitatis & castri, ac comitatus, territorii, & districtus Bononiensis, ac jurisdictionis & jurium prædictorum; in qua possessione vel quasi idem legatum nomine, & pro parte ejusdem Romana ecclesie diutius pacifice & quiete fuerat, & tunc etiam existebat, injuriose per violentiam dejecerunt, dictaque possessione vel quasi eandem Romanam ecclesiam spoliarunt, & spoliari mandarunt, seu dejectionem & spoliationem ab aliis factam ratam habuerunt: dictamque possessionem seu quasi civitatis, comitatus, territorii, & districtus, ac jurisdictionis & jurium prædictorum, velut alienati filii non attendentes, quam dudum existat contra stimulum calcitrare, in ejusdem ecclesie contumeliam occupare, & ex tunc occupatam tenere præsumpserunt nequiter, & præsumunt. Quinimmo furore damnable indignationis accens, dictum castrum, per dictum legatum pro dicta Romana ecclesia, non sine magnis expensis opere decoro constructum, fuerunt funditus demoliti in gravem Apostolicæ sedis injuriam & contemptum, &c. Subdit, licet hæc omnia essent conspicua, Joannem tamen de iis inquisivisse: se vero succedentem, cum perpenderet sæpius legatis Cardinalibus atrocis hujusmodi injurias illatas, justitiam misericordia temperandam decrevisse, atque literis Bononienses ad officium sollicitasse: tum opera archiepiscopi Ebreduensis in iis partibus Apostolicæ sedis internuncii minas, ni redirent ad obsequium, justas incussisse: quamvis autem is Bononiam se contulisset, flectere tamen ipsos non potuisse: atque ideo magistratibus Bononiensibus actionem intendit, ut Romanæ ecclesie jura omnia restituant, quibus Bertrando Cardinale legato potiebatur ecclesia, excurrente duorum mensium spatio, & claves urbis Florentino & Imolensi episcopis vel Emilie præfidi deferant, ac libero dominio potiri sinant: detestantibus apostolica imperia intentat anathema, urbem & comitatum sacrorum templorum usu privat, ac ni magistratus lapsio bimestri pontificium præfectum in Bononie possessionem induxerint, evoluta inde mense denuntiat

XXIX.

Perduellio in Pontificem.

Arx ab iisdem eversa.

Objectæ pertinacibus pœnæ.

Infectum interdictum.

Thadæus & Pepulis in jus vocatus.

(a) An. 3. p. 2. ep. cur. 21. 22. l. (b) lb. ep. 23. & collect. process. Bened. per archiep. Auxilian. camerar. p. 6. Promulgata in Bononienses censuræ. (c) Jo. VII. l. 11. c. 69.

XXX. Magi iudicio postulati. (d) To. 3. ep. secr. 137.

(e) Gest. Bened. apud Bol. Minorita exultus Venetus.

tat publicarum scholarum jura Bononiæ eripi, atque scientiarum professores & dantes operam literis, ni academiam dissolverint, censuris percussit. Magistratus præterea omnibus publicis numeribus, beneficis, ac juribus, quibus ab ecclesia erant exornati, evertit; imperatque ne quis sacerdos, nisi in ancipiti mortis discrimine, ipsos censuris exolvat. Denique in iudicio, præter magistratus, præcipuos auctoritate cives, atque inter alios Franciscum episcopum Cenetensem, Thadæum Pepulum legum doctorem, Joannem & Jacobum ejus filios, Joannem Pepulum fratrem Thadæi comitem de Pepulis ejus filium; Lippum de Pepulis accersit, ut evoluta trimestri ad dicendam causam se stant: populum vero oratorem pro expiando flagitio mittere jubet, ac ne ipsos id edictum latuisse obtendant, Avinionensis ecclesie foribus assignandum dicit. Actum Avinion. in palatio nostro Apostolico IV. non. Januarii pontificatus nostri anno III. Mediolanensi autem ac Ravennati archiepiscopis (a), tum Florentino & Imolensi episcopis (b) Emilieque præfecto imperatum, ut hæc edicta ritu solemniter evulgarent. Perculsi his censuris Bononienses proximo anno ad Benedictum oratores decedere, qui in publico Cardinalium senatu professi Bononiam juris esse pontificii, sacrosanctæ potestati se submittere, inque ecclesie gratiam restitui poposcerunt, de quibus agitur inferius. Meininit de Bononiensibus perduellionis lege postulatis Joannes Villanus (c), de quo supra memoravi, additque retulisse iusta improbitatis suæ præmia Bradalium Guzadinum, qui Bertrandum legatum Cardinalem concitata seditione pepulerat, dum exilio a Thadæo, cum quo de tyrannide disceptaret, multatus est. Hoc anno districta est pontificio iustitiam legum severitas in nonnullos magos ac prestigiatos, qui imagines cereas confinxerant, ac diabolica sacrorum christianorum æmulatione ritu profano baptizarant ad inferendam Joanni XXII. necem: qui cum Biterrensem episcopum, ut criminis authorem accusarent: explorari certius rei veritas a Benedicto iusta est, ac publicæ tabulæ de ea re transmitti. Tradit autem Benedicti vitæ author (e) flammis injectum hoc anno pseudominoritam, qui apostolicis constitutionibus contrariam de Christi paupertate sententiam pertinacissime tuebatur: Anno, inquit, Domini MCCCXXXVII. die tertia mensis Junii Venetus fuit tanquam hæreticus condemnatus, brachioque seculari traditus, & deinde crematus igne frater Franciscus de Pistorio ordinis Minorum, pro eo quod pertinaciter assererat, quod Christus & ejus discipuli nihil habuerunt suum proprio nec in communi: cujus contrarium Ann. Eccl. Tom. XXV.

um determinaverat Joannes Papa XXI. in constitutione quæ incipit: cum inter nonnullos. his consentanea in MS. (f) Vaticano referuntur. Nondum enim illa infantia ex plurium capite nisi ferro flammæ excuti poterat: inter quos erant pseudominoritæ Michael Cæsenas, Guillelmus Ochamus, Franciscus de Esculo, atque alii nonnulli: Qui, inquit, a quondam Petro de Corbario, tunc antipapa, hæresiarcha, & schismatico promotiones ad dignitates vel officia receperunt de facto, quos Pontifex ob insignem eorum improbitatem beneficii illius expertes pronuntiavit (g), quod cæteris sacri ejus ordinis sodalibus, qui in hæresim vel schisma erant lapsi, impertierat ut solemnibus comitiis Caturci celebrandis censuris exolvi, atque in gratiam cum ecclesia restitui possent. Benedictus, &c. ministro & diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum Minorum, in proximo celebrandi Caturci. Nos, sequendo, quantum possumus, divina miseracionis exemplum, fratres prædictos, si vera sit eorum contritio, ad misericordiam recipi, & animarum ipsorum cupientes providere salutem, vobis, de quorum circumspicione fiduciam in Domino gerimus specialem, & infra, ut ab excommunicationis sententiis, quas incurrerunt propter prædicta, providere auctoritate nostra hac vice juxta formam ecclesie, ac poenitentias salubres injungere, prout expedire animarum ipsorum salutem cognoveritis, valeatis (exceptis tamen eisdem Michaele nimirum Cæsenate supremo olim Minoritarum præfecto ac Francisco de Esculo Guillelmo Ocham, Bonagratiæ, & aliis, qui a quondam Petro de Corbario tunc antipapa, hæresiarcha, & schismatico promotiones ad dignitates vel officia receperunt de facto) plenam concedimus tenore præsentium facultatem, &c. Dat. Avin. IV. id. maji anno III. In Bosnia, cum recrudescerent hæreses ac Stipocius Banus impiis studeret, suaque potentia illos tueretur, Pontifex servandæ incorruptæ religionis studio finitimos principes, ut arma in hæreticum Banum corripere, excitavit (h): atque inter cæteros Nelliprius comes Tunensis, Budislavus, Gregorius, & Paulus Corbaniæ, Daymo & Bartholomæus Segniæ, Paulus & Georgius Clusie, Paulus Eternicæ, Constantinus Cluci comites a Benedicto literis sollicitati (i) ad fidei ceteros sua potentia & auctoritate fulcendos. Emicuit etiam pontificium studium in Grecis schismaticis ad Romanæ ecclesie conjunctionem provocandis. Agitatum jam ante fuerat sub Joanne XXI. de utraque ecclesia copulanda, cum inde Christiana religio feliciter de Mahumetica superstitione-

(f) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Ben. 12.

Proposita Minoritis lapsis venia. (g) To. 3. ep. secr. 109.

Ea de re literæ.

Bosnia infecta hæresis.

(h) To. 3. ep. secr. 123. ad 128.

(i) Ibid.

tione triumphatura videretur, ac Turcarum impetus reprimendi essent: cumque Benedicto expositum fuisset, Græcos reintegrandæ conjunctionis cupiditate teneri, ipseque ad rem perficiendam alacrem se præbisset, ac perlatum fuisset Andronico Imperatori Constantinopolitano, Romanum Pontificem id unum maxime gerere in votis; constituit Andronicus e Græcorum consilio tractatum ea de re inchoare, contestatus se & Græcos ubi comperissent suos errores, ad eos damnandos paratos fore. Quæ cum Benedictus accepisset, mox ad optatam adeo ecclesiarum conjunctionem urgendam Andronicum Palæologum hisce literis provocavit (a).

(a) Ib. ep. 6. ext. etiam in MS. arch. Vat. de rebus Tart. Armen. & al. infid. & schif. p. 29. De Andronico ad schisma exundum comparato.

Magnifico viro Palæologo moderatori Græcorum gratiam in præsentem, quæ perducatur ad gloriam in futuro.
Nuper ad nostram veniens præsentiam dilectus filius nobilis vir Stephanus Dourinus Dandalo miles asseruit coram nobis, quod ipso dudum tibi tuisque baronibus te cum tunc præsentibus exponente, nos intellexisse letanter, quod Græci reuniri & reconciliari sanctæ Romanæ ecclesiæ affectabant; tu ad hoc respondisti de voluntate baronum ipsorum, quod omnes Græci unanimiter desiderabant fieri reunionem & reconciliationem prædictas; parati super hoc scribere tractatum, ac nuncios & apocripharios ad civitatem Neapolitanam destinare propterea, ubi nos nostros etiam mitteremus; cum de charissimo in Christo filio nostro Roberto Rege Sicilia illustri fiduciam obtineres, adjuvando nihilominus, quod ubi tu & Græci prædicti errare se cognoscerent in aliquo, parati essent errorem huiusmodi revocare. Præmissis igitur per eundem militem apostolatum nostro expositis, nos (qui summi & æterni Pastoris, qui pro suis ovibus animam posuit, vices licet immeriti gerimus, oves ipsas extra ovile dominicum oberrantes, in illud reduti, ne faucibus diaboli, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quo devoret, pateant devorande, profundis desideriis affectantes, de huiusmodi tuo & Græcorum laudabili & salutifero proposito, si cum in opus perfectionis curetis producere) multipliciter in Domino exultamus; ei qui se ac tuos sic benigne inspirando prævenit, laborum vitulum in humilitate spiritus exsolventes.

Bened. ad Græcos excipientes promissum se exhibet.

Ideoque tuam excellentiam attentius in Domino exhortamur, quatenus bona innumera spiritualia & temporalia, quæ ex reunionem ac reconciliationem tuam & Græcorum prædictorum ad sacrosanctam Romanam ecclesiam, quæ mater cunctorum fidelium & caput omnium ecclesiarum existere noscitur, poterunt provenire, quotque animabus salutis aperiretur exinde janua; nec non quæ ac qualia merita tibi, si tuo tempore ad effectum præmissa veniant, poteris apud

Deum acquirere, diligenti meditatione intra tui pectoris claustra revolvens, conceptum veritatis & salutis in hac parte spiritum non extinguas; sed instimmes potius & accendas, te ac Græcos prædictos ad reunionem & reconciliationem huiusmodi efficaciter disponendo; super tractatibus habendis super eis idoneos nuncios & apocripharios cum literis & mandatis sufficientibus ad nos & sedem Apostolicam, quantum commode fieri poterit, nihilominus transmissurus. Volumus autem te pro certo tenere, quod nos & sedem præfatam super his propitiis, quantum honeste cum Deo fieri poterit, reperies & benignos; & cum reunio & reconciliatio prædictæ, cooperante divina gratia, factæ fuerint & firmata, te tanquam charissimum & dilectissimum filium, paternæ dilectionis & caritatis brachiis asstringendo, prosequemur opportunis gratiis, honoribus, & favoribus te ac tuos. Datum Avin. XVI. kalend. februarii anno III.

Sentiebat Pontifex e dignitate Romanæ ecclesiæ non fore, ut in Regis Siciliae aulam apostolicos legatos ad tractandam cum Græcis conjunctionem ecclesiarum, agitandoque controversias fidei mitteret; atque ideo Andronicum esse deprecatus, ut apocripharios ad sedem Apostolicam legaret; ac Robertum Siciliae Regem rogavit (b) ut studio summo ad Græcos ad id adducendos incumberet: quamvis enim ingenio, eloquentia, ac sacrarum literarum pericia polleret, aptiorem tamen nullam ad rem agitandam locum futurum, quam in quo perficienda foret.

XXXII. Robertus Rex interpretes concordia.

(b) To. 3. ep. sect. 9.

Benedictus, &c. Roberto Regi Siciliae illustri.
Fili dilectissime, quia tua sollicitudinis solertiam fructus uberes afferre posse negotio credimus; præsertim cum prælibatus moderator, specialem, ut præmittitur, fiduciam de te gerat, tuque [cui dator bonorum & distributor omnium gratiarum clarum ingenium, cultum eloquium, sacrarumque scripturarum intelligentiam ministravit] magnum exinde acquirere tibi poteris meritum apud Deum; excellentiam rogamus regiam, & in domino attentius exhortamur, quatenus quot bona ex reunionem huiusmodi, si daret eam Dominus, provenirent; quotque animabus Græcorum prædictorum damnationi expositis janua panderetur salutis, deducens in regie considerationis examen, memoratum moderatorem ad reunionem & reconciliationem cum eadem Romana ecclesia, quæ mater & caput est ecclesiarum omnium & magistra, faciendus mittendoque propterea nuncios & apocripharios cum sufficientibus literis & mandatis, inducere viis & modis, quibus expedire cognoveris, juxta datam a Deo tibi prudentiam non postponas. Et licet gratum nostris accederet affectibus, quod tra-

Rogatus, ut ad id operam navet.

status super reunionem ac reconciliationem prædictis ibi fiant, ubi dictæ reunio & reconciliatio ad honorem & gloriam divini nominis & animarum salutem citius & utilius ex tractatibus ipsis sperari poterit, divina cooperante gratia, provenire; quia tamen tractatus eosdem melius, celerius, & utilius & solidius posse fieri apud sedem Apostolicam, quam alibi, probabiliter existimamus, veli regalis circumspicere, quod ad sedem eandem destinatur dicti nuncii & apocripharii, efficaciter procurare, &c. Dat. Avin. XVI. kal. februarii anno III.

XXXIII. Joanna Imperatrix sedus ecclesiarum promovet (a) Ib. ep. 7. ext. etiam in MS. memorato pag. 30.

Favebat huic Græcorum conjunctioni Imperatrix Joanna, ex comitum Sabaudia stirpe catholica fata, illamque Pontifex, ut coepit insisteret, hisce verbis incitabat (a): Sane, filia charissima, quia principaliter ad te, de domo & progenie, in quibus hæcenus personæ fuerunt catholice, traxisse originem nosceris, multum spectat præfatam virum tuum tam propter te ipsam, quam eum, qui una tecum caro est; & etiam ne uteri tui liberi & progrediendi ex eis a fide catholica, & ejusdem matris ecclesiæ unitate remoti sint, vel quomodolibet alieni, ad reunionem & reconciliationem ecclesiæ memoratæ, quæ mater cunctorum fidelium & caput ecclesiarum omnium esse dignoscitur, operosis & efficacibus studiis inducere, illaque sedule procurare; maxime cum ad id sacre scripturæ pagina te invitet dicente Apostolo: Vir infidelis salvabitur per mulierem fidelem. Subjungit ut ad Imperatorem incumbat, ut apocripharios ad ecclesias conjungendas, & schisma ejurandum instructos autoritate transmittat.

Excitatur Sabaudus ut operam suam ad id conjunctionis (b) Ib. ep. sect. 8. Dissolutus ob bella occident. de Græcorum conjunctione tractatus.

Excitavit pariter Aymonem comitem Sabaudia (b), ut cum maxime de ipsius gloria ageretur, ne qui ex Sabauda stirpe a fidei puritate deficerent, vel aberrarent ab ecclesiæ gremio, in nepotibus imperii heredibus una cum cæteris orientalibus ad Romanæ Ecclesiæ obsequium revocandis pium pietatis ardorem explicaret.

(c) Jo. Vill. l. II. c. 68.

Intermissa porro est conjungendarum ecclesiarum memorata tractatio, cum occidentales in dissensiones funestas abirent, nec promissa Græcis in Turcas auxilia submitterentur: ac præter Anglorum & Francorum exitiosa bella, Genuenses & Veneti, qui sua potentia infideles facile comprimere potuissent, enses in mutuas cædes in oriente strinxerint (c). Eiusmodi belli initium describit Joannes Villanus dum narrat, decem Monachensium Ann. Eccl. Tom. XXXV.

Ligurum triremes totidemque alias Venetas, dum prædæ cupidine fulcarent Ægeum mare, in se mutuo incurrisse, ac demum cruentam luctuosamque victoriam Genuenses retulisse. [r]. Atque hæc primæ faces diuturni belli injectæ fuere, quo utraque respublica pene conflagravit, ac Turca proferendarum victoriarum occasionem nactus est. Verit etiam Andronicus arma in Martinum Zachariam Chii præfectum genere Genuensem, quietiam, insulam ab Andronico seniore adeptus jure fiduciario, ingentia bellica facinora adversus Turcas explicuerat: cumque assurgeret in dies illius potentia, Andronicus concepta de illo suspicione, conflata classe, ipsum prodicione & perfidia insigni cepit; de quibus hæc Nicephorus Gregoras: Ipse vir strenuus & prudens, tribus remibus edificatis, Asianos barbaros oræ maritima accolat infestavit: piratis etiam circum insulas vagantibus infestus, quos brevi tempore adeo perterrefecit, ut metu belli cladum annua illa tributa penderent. Ad magnas igitur opes & gloriam brevi evectus, Romanis suspectus fuit, ne paulo post jugum Imperatoris excuteret: eaque de causa non palam eum Imperator aggressus nullo negotio insulam cepit, & vinculum illum Byzantium misit. Ita Andronicus Turcarum egregium expugnatorem eodem furore, quo quis sibi dexteram amputaret, prodidit. Audito eo tristi casu, Pontifex ac Francorum Rex apud Andronicum intercessere, ut Martinum, quem in vinculis tenebat, restitueret libertati: extantque eo argumento deprecatorie ad Imperatorem ix. kal. maji hujus anni datæ a Benedicto literæ (d), quibus ipsum rogat, ut virum egregium, qui tot præclara gesta edidit in Turcas, vinculis exolvat: solum autem postea & præfectum pontificiæ classi in Turcas a Clemente vi. visurus. Premebat tum obsidione Patracensem urbem & arcem in Achaja Bertrandus e Baucio, provincie a Catharina Imperatrice Constantinopolitana (is erat inanis titulus ab ea retentus cum e Baldunorum Augustorum sanguine esset fata) præfectus: cum vero ea urbs juris esset ecclesiastici, atque ad archiepiscopum spectaret, Pontifex Catharinam & Robertum Siciliae Regem lævirum monuit, (e) ut Bertrandum e Baucio solvere obsidionem cogerent, quem etiam asperioribus perstrinxit (f) literis atque Olonen-

Genuens. inter & Venetos belli exordia.

Zacharias Ligur. captus ab Andron.

(d) To. 3. ep. sect. 80.

Patræ obfessæ.

(e) Ep. sect. 828. 829. (f) Ib. ep. 330.

NOTE [1] Cæpit hoc anno Genuenses inter & Venetos bellum, quod in multos dein annos ex tractum utrique Reipublicæ exitiosum fuit. Ejus originem ex Villano refert Annalista; Villanus tamen more suo plura inter se tempore, & loco distincta miscet, & confundit: quæ nos ex vetustis Genuensium Annalibus sedulo distinguenda hic ducimus. Gregorius Stella, qui ad annum usque 1410. Annales Genuenses persequitur, narrat Monachensium Ligurum classem, cum forte occurrisset in geminas Venetorum onerarias, pretiosis mercibus onustas, impetum in illas

(a) *ib. ep.* si & Coronensi (a) episcopis munus in-
327. junxit, ut objecta censurarum religione
a coeptis cum divellerent: tum ad oppi-
da, si quæ Patracenti ecclesiæ eripuisset,
restituenda compellerent: quæ literæ vi.
kal. octobr. hujus anni sunt consignatæ.
Con-

NOTE illas fecisse, captasque Monachum traxisse; quod anno præcedenti gestum, idem Scriptor notat.
Gravate id ferentes Veneti, hoc demum anno fulcantibus Egænum mare Genuensium IX. tri-
remibus cum adjuncta navi insultum fecerunt; ex quo utraque, Venetorum scilicet constans X.
triremibus, & Genuensium classes in ipso Adriatici maris ostio inter se commissa sunt. Victo-
ria penes Genuenses stetit quibus triremes VI. cesserunt. Hæc Stella, ex quo intelligimus Vil-
lanum pro recepto more duo prælia duobus continetibus annis commissa confudisse. MANSI

I. **C**oncitavit gravissimas in ecclesia tur-
bas anno a partu Virginis millesimo
trecentesimo trigesimo octavo indictione
sexta Ludovicus Bavarus, qui cum datam
a Ruperto Palatino ac Willelmo Julia-
censi comitibus Pontifici fidem infringeret,
exercendæque in Philippum Regem Fran-
corum ultionis cupidine arderet, nec pa-
cis tractatum coeptum cum ipso, quem
Gallus exoptabat, promovere; sed cum
Eduardo Angliæ Rege exitiale rei Chri-
stianæ bellum gerere meditaretur, falla-
ces dolos intruxit, ut de non perfecta
vel Gallum detorqueret: cumque artes
illius Benedicti diligentia dissolverentur,
adversus pontificiam majestatem decretis
inanibus nulla fultis autoritate nova ju-
ra condere molitus est. Serviebat illius cu-
piditatibus Henricus e Virneburg Mogun-
tinus archiepiscopus vir ingratus, quem
Pontifex perjurum, perduellem, & fide-
lium communione segregatum vocat: il-
que ut Pontificem optimum, qui nil ali-
ud quam divinam augere gloriam, ad
pacem dissentientes Reges adducere, Lu-
dovicum piorum consortio tanto ardore
restituere, deleris venia ejus culpis cogi-
tabat, in Germanorum clientumque im-
perii odium adduceret, nonnullorum epi-
scoporum conventus Spiraë indixit: in
quo sancitum, ut præfules aliqui ad Lu-
dovicum Bavarum mitterentur, ipsum ad
ecclesiæ postulandam gratiam provocat-
uri [1].

Respondit callide Bavarus, se ad id præ-
standum, suamque causam, eorum epi-
scoporum conventui (in quo excommu-
nicatus Romanæque hostis ecclesiæ Mo-
guntinus archiepiscopus præsidebat) sub-
jiciendam esse paratissimum. Si vero cum
parum acute perspicerent, dissimularentve
se Romanæ ecclesiæ indigne detrahere,
atque abhorrere ab æquitate, ut Ludo-
vicus a coepto cum Pontifice tractatu
discederet, neque ad sedis Apostoli-
cæ, ut commissa in eam flagitia expiaret,
sed ad aliorum, quorum pars cum schif-

maticis sentiebat, arbitrium staret; Ulri-
cum Curientem episcopum & Gerlacum
Nassoviæ comitem ad aulam pontificiam
mifere, atque omnium nomine scribere
litteras (a), quibus ad colorandum religio-
nis specie audax facinus (debuerant e-
nim potius Bavarum urgere, ut coepta
cum Romana ecclesia in opus adduceret,
suaque controversias cum Rege Franco-
rum componeret, vel arbitrio sedis A-
postolicæ permitteret) multis verborum
fucus jactarunt, se ob imminetia corpo-
rum & animarum pericula rem tractan-
dam suscepisse, contenderuntque a Bene-
dicto, ut eam totam ipsis permitteret.

Acceptæ sunt non sine justa indignati-
one ejusmodi literæ, dolo plenæ: insignis
enim erat primum impostura fingere, non
perfectam sedis Apostolicæ vel alterius
quam Ludovici Bavari vitio reconciliatio-
nem, cum ille oratores suos, dum de
foedere ineundo agitabant cum oratoribus
Regis Francorum, invitis admodum ipsis
ac sede Apostolica rem ægre ferente, re-
vocasset: constituto ad redintegrandum
tractatum die neminem misisset: non mo-
do ad conciliandam sibi ecclesiæ gratiam
non flexisset animum, verum magno pu-
blicæ quietis damno contra apostolica im-
peria precesque cum Anglis coitiones ini-
iisset. Alienum etiam erat ab æquitate,
ut sedes Apostolica Henrici Moguntini
perjuri & hostis, vel aliorum voluntati-
bus causam suam subiceret; ac non po-
tius Ludovico supplicii leges diceret.

His aliisque de causis Pontifex Ulri-
cum episcopum Curientem atque Gerla-
cum comitem Nassoviæ, Spirensis con-
ventus legatos, de quibus paulo ante me-
moravi, ob susceptam indignam provin-
ciam verbis gravissimis perstrinxit: san-
xitque, ut si Ludovicus in gratiam cum
ecclesia redire cuperet, mitteret suos ad
sedem Apostolicam oratores, qui pacem
cum Gallo conficerent. Nec Mogunti-
no archiepiscopo, a quo præcipue erant
missi legati, respondendum e dignitate
sedis Apostolicæ esse existimavit, cum a-

Oratores
ad Pont.
decret.
(a) *Ext.*
apud Be-
ned. 10.4.
post ep.
secr. 130.
apud
Hervart,
10.2. hoc
ann. n. 29.
Subdola
horum
petita.

II.
Demon-
stratur
Ludovici
culpa ex-
tractam
reconci-
liatio-
nem.

Non per-
mitten-
dam præ-
sulibus
suspectis
ecclesiæ
causam.

Edicit
Pont. ut
Ludovi-
cus cum
Gallo
pacem
ineat.

NOTE [1] **U**ltra conventum hunc Spirensis, cujus Annalista hic meminit, narrans consilium in
eo coeptum a principibus, ut ad Pontificem legati mitterentur, quibus reduci ad tri-
bunal suum totam Imperatoris causam poscerent; alius pariter habitus est in Reinsæ, nam rescri-
psit Principibus Benedictus, literis Kal. Julii anni hujus datis, quas & Annalista recitat. His
acceptis electores iterum convenerunt in Reinsæ ad alveum Rheni, quo ex veteri more Electorum
coitiones fieri consueverant; decreveruntque totis obistendum viribus, ut antiqua Imperii jura, li-
bertates, consuetudines restituerentur & defenderentur. Tum & jura Ludovici tamquam rite electi
se asserturos sponderunt. Decernentes insuper, si Pontifex in eo abrogando persisteret, procu-
randa sibi fore ea remedia quæ e re præsentis essent judicaturi. Significaverunt hæc omnia Pontifi-
ci per literas quibus conventum hanc habitum asserunt in eo loco die *XV. Julii anni MCCXXXVIII.*
Hujus Conventus nulla mentio apud Autores; literæ vero in eo datæ legendæ in to. I. Spici-
legii Ecclesiæ. Lunigii pag. 185. MANSI

(a) To. 4. ep. fecr. 263. (b) Ib. ep. fecr. 264. 265. 266.

nathematis nora inustus esset: sed Coloniensis (a) archiepiscopo, aliisque (b) praesulibus Germanis, qui Romanae ecclesiae conjunctione fruebantur, iustissimas causas exposuit, ob quas oratores Spirensis conventus repulsi; utque non sua, non Regis Francorum, sed unius Ludovici Bavari culpa, tum ipse tum alii Germaniae ecclesiae segregati piorum consortio restituti non fuissent. Coedas etiam calumnias in sedem Apostolicam iactatas, quasi Romani imperii jura labefactare Benedictus niteretur, refutavit atque e sacro suggestu Romanae ecclesiae innocentiam illustrari in Germania iussit, nonnulla praefatus se, ad dissolvenda nefariorum hominum commenta ipsis ut fidissimis ecclesiae propugnatoribus exponenda censuisse, quae oratores a praesulibus Moguntinae provinciae missi exposuissent, quaeve responsa a sede Apostolica retulissent.

Benedictus, &c. archiepiscopo Coloniensi ejusque suffraganeis, gratiam & communionem Apostolicae sedis habentibus.

III. (c) Super ep. 263. Pont. de tentam. a Germ. concordia litera.

Dicti (c) praelati nobis per literas suas intimarunt, se precibus, consiliis, ac salutaribus monitis Ludovici de Bavaria exhortatos fuisse, ut ipse ad nostrum & eandem Romanae ecclesiae honorem & reverentiam & quietem, & salubrem statum regni & imperii Romanorum vellet ad dictarum ecclesiae & sedis Apostolicae atque nostrae gratiam cum devotione redire, se nostris & dictarum ecclesiae atque sedis Apostolicae beneplacitis humiliter conformando; adicientes, quod idem Ludovicus modica deliberatione praehabita, se velle stare ac parere super materia dissidii, quod inter eandem ecclesiam dictumque Ludovicum extitit suscitatum, ac omnibus ipsum dissidium contingentibus, informationi & ordinationi dictorum praelatorum, in quantum cum Deo, iustitia, & honore suo posset fieri repromisit, suas patentes super hoc literas majori suo sigillo munitas potestate hujusmodi dictis praelatis tradita, ut assererent, eis dando; cautiones juratorias & fidejussorias magnorum & plurium principum & baronum eisdem praelatis, ut scribebant, super hoc nihilominus offerendo: propter quod dicti praelati precum instantia nos rogabant, ut redeundi ad gremium sanctae matris ecclesiae, promptitudine ipsius Ludovici, qui super materia dicti dissidii ordinationi ecclesiasticarum personarum dumtaxat se submittere non expavit: praemissis quoque turbationibus, dispendiis, & periculis specialiter ecclesiis & personis ecclesiasticis imminetibus, ponderatis, dictum Ludovicum ad reconciliationis gratiam sub modo praemisso non recusare recipere partes regni & imperii praedictorum, & praecipue ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum, de periculis & aerumnis praeteritis ad statum optatae quietis per reconciliationem hujusmodi reducendo.

Ut Ludov. pariturum se praesulum judicio dixerit.

Sane tam literis, quam nunciis dictorum praelatorum solita benignitate receptis, eisdem verbo & scripturae responsiones fecimus infra scriptas. In primis eisdem respondimus, quod per nos non scierat neque stabat, quin ad reconciliationem praefati Ludovici procederetur, & jam dudum fuisset processum: & quod semper nos exhiberemus promptos & paratos ad procedendum cum nunciis ejus, videlicet comite Juliacensi & aliis dudum ad nostram praesentiam destinatis; & ut posset procedi cautius & celerius in reconciliatione praedicta, feceramus examinare procuratoria Ludovici praefati, & abbreviari processus, per felicis recordationis Joannem Papam XXII. praedecessorem nostrum factos & habitos contra eum, eorumque copiam fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus exhiberi, certum diem eisdem Cardd. assignantes ad procedendum in consistorio super negotio reconciliationis praefatae; & quod ante praefatum diem per nos, ut praemittitur, assignatum & ab eisdem nunciis acceptatum, dicti comes & alii nunciis impatientes adhibenda in tanto negotio debita gravitatis, subito tunc petierunt licentiam de Romana curia recedendi; licet nos consuleremus eisdem, quod non omnes recederent, sed aliquis ex eis dicto Ludovico referret, quae agebantur & acta fuerant cum ecclesia pro reconciliatione ipsius, quaeve etiam acta fuerant cum nunciis charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francorum illustris super reformatione concordiae inter eos, dictis etiam nunciis ejusdem Regis Franciae instantibus apud dictos nuncios Ludovici praefati, ut de Romana curia non recederent, sed recepto super reconciliatione praedicta negotio imminerent; & quod dicti nunciis Ludovici praefati nec consilio nostro, nec praedictis instantibus annuerunt, sed omnino recedere voluerunt. Quibus etiam recedentibus, nos ad procedendum in negotio reconciliationis praefatae certum terminum competentem, videlicet festum B. Michaelis de mense septembri proximo praeteritum, tunc futurum, sufficientem dictis nunciis ad eundem ad dictum Ludovicum & consulendum eundem, & ad dictam curiam redeundum, duximus assignandum: ad quem quidem terminum, idem Ludovicus, quasi de reconciliatione hujusmodi non curaret, neminem ad nos misit, nec se super hoc excusavit. Nihilominus tamen nos eum per literas inducere, quantum in nobis fuit, conati fuimus ad prosecutionem negotii reconciliationis praefatae: ipse tamen ulterius hujusmodi reconciliationis negotium prosequi non curavit; sed mala malis, & contemptus aggregare contemptibus non expavit, nec tamen ab hoc animo nostrum a consueta benignitate retraximus, nec retrahimus, nec in posterum retrahemus: nec etiam per nos sciet, nec stabit, dummodo veniat ad prosequendum dictum

IV. Non defuisse ecclesiam recipiendo Lud.

Abruptum fuisse ab eis oratoribus tractatum.

Adebitas ab eccles. curas pro eore dinte-grando.

Spretas a Lud. preces.

Paratam eccles. rem instaurandam.

V.

Expetiti ad id Ludovici & electorum oratores.

Refutatae calumniae ipsarum a schismaticeis.

VI. Nihil intentatum contra imperium.

negotium eo modo quo debet, quin in hujusmodi negotio procedatur benigne, & gratiose, vel per viam iustitiae, prout ipse duxerit eligendum.

Eisdem quoque nunciis diximus, quod tantum negotium non erat per dictos praelatos extra Romanam curiam pertractandum: sed si dictus Ludovicus & alii praelati vel principes Alamanniae vellet prosequi reconciliationem praedictam eo modo, quo deberent, mitterent nuncios ipse & principes vocem in electione Regis Romanorum habentes, quos negotium multum tangit, quorumque propterea litera erant necessariae pro reconciliatione praemissa: quia parati eramus in negotio praedicto procedere, si eisdem nunciis essent praelati, vel principes, vel homines minoris status: & quod non sufficiebat, quod idem Ludovicus solus super negotio tanto procederet, sed expediebat, quod dicti principes procederent cum eodem, cum negotium reconciliationis hujusmodi eisdem principibus & totam Alamanniam contingere dignoscatur.

Rursus eisdem nunciis diximus, quod nunquam attentavimus, nec attentare intendebamus contra jura imperii, vel contra jura regni Alamanniae; sed pro dictis juribus defendendis & protegendis fortiter steteramus, & stare intendebamus: nec unquam volueramus consentire petitionibus quorumcumque, in quantum tangebant diminutionem jurium regni Alamanniae, & imperii, sed illas duxeramus rationabiliter repellendas; ut haec pro parte nota sunt quibusdam ex dictis Cardinalibus, & etiam ambaxatoribus Ludovici praefati, & eisdem nunciis, qui de proximo ab eadem curia recesserunt: & addidimus, quod si dicti Ludovicus & alii principes Alamanniae vellet aliquid facere contra jura regni & imperii praedictorum, quantum in nobis esset, nos illud impedire secundum decentiam studeremus.

Diximus etiam nunciis memoratis, quod illi, qui per Alamanniam dolose referre & dicere praesumpserunt, quod contra dictorum regni & imperii jura, & contra regnum & imperium nostra intentio versabatur: & quod nos ecclesiam Moguntinam atque castra & munitiones ipsius ad manus nostras recipere volebamus, ad illum finem quod possemus ledere regnum & imperium supra dicta, falsum dixerant, & mendacium manifestum, quia pro juribus dictorum regni & imperii stare & laborare toto posse, ut praemittitur, volebamus. Verum est tamen, quod contra dictum Ludovicum, qui in imperio nihil habet, cum receperit & adscripsit sibi titulum ab illis vel illis, qui dandi non habuerant potestatem, & a dicto regno, cuius est violentus occupator & detentor, per ecclesiam est iuste privatus, stetitimus & stare intendimus pro conservatione iustitiae & ju-

ris Romanae ecclesiae memoratae. Unde non contra dictum regnum & imperium, sed contra dictum occupatorem & alia contenta in dictis processibus, quae commisit; & quod munitiones & castra dictae ecclesiae Moguntinae in favorem ejusdem ecclesiae & archiepiscopi Moguntini, ut possemus illa de manu illiciti detentoris extrahere, ad manus nunciorum nostrorum recipi volebamus, eisdem nunciis nostris districtius injungentes, quod quamprimum inter dictum Moguntinum & Treverensem archiepiscopos tunc detentorem munitionum & castrorum praedictorum, concordia esset facta, munitiones & castra totumque archiepiscopatum Moguntinum dimitterent eidem archiepiscopo Moguntino.

Praterea eisdem nunciis dictorum praelatorum diximus, quod ex eo, quod hujusmodi negotium reconciliationis praefatae erat multum arduum, non intendebamus, quod super eo procederetur, nisi apud sedem Apostolicam coram nobis & fratribus nostris. Nec prosecutioni & terminationi dicti negotii expediens videbatur, quod coram alio, quam in nostra & dictorum fratrum praesentia dictum negotium ageretur: nam posset aliquis punctus insurgere, vel dubium evenire, quae non possent per alium terminari, sed solum per Romanum Pontificem, qui potest quodlibet insurgens dubium declarare, & etiam terminare. Et ideo aliquos ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ad partes illas propter hoc transmittere nobis expediens minime videbatur.

Diximus etiam dictis nunciis, quod super praemissis daremus eis literas apostolicas responsales: non tamen intendebamus scribere dicto archiepiscopo Moguntino, quia eum habebamus pro infideli, rebeli, & excommunicato, propter illa quae fecerat, veniendo contra proprium juramentum & fidelitatis debitum in destructionem ejusdem ecclesiae Moguntinae. Et infra, ubi archiepiscopi ingratum animum, qui ad eam dignitatem, repulsis Philippi Francorum ac Joannis Boemiae Regum, & archiepiscopi Treverensis, qui ad eam ecclesiam vocabatur, precibus a sede Apostolica eventus esset, subdit.

Rursus post responsiones praedictas nunciis praefatis injunximus, quod eidem Ludovico ex parte nostra dicerent, quod illa, per que praecipue reconciliatio sua poterat impediri, erat assumptio guerrae & bellici apparatus, quos faciebat contra Regem Franciae memoratum: & quod ipsum inducerent ex parte nostra, quod a praedictis abstineat, pro firmo sciturus, quod nos & eadem ecclesia eundem Regem dimittere non possemus, nec etiam deberemus; maxime cum talis necessitas immineret, cum Reges Franciae nunquam dimiserint ecclesiam memoratam. Addit haec omnia singillatim per-

Imperium a Lud. opprelsum.

Ludovici causa agenda tantum apud sedem Ap.

VII. Perfidia Moguntiniarchiep.

Postulata pax Germanorum inter & Galliam.

percenfenda duxiffe, ut gefte rei veritatem in luce collocare, & obrectatorum mendacia difcutere, improbiterque comprimere poffint: præterea jubere, ut populis pro concione exponant, ne calumniis adverfariorum (ubornari fe patiantur. Dat. Avin. kal. julii anno IV.

VIII. Sparfa a Ludovici fautoribus mendacia.

(a) Rebdorf in anal. (b) Argent. in ebron.

Alberti Argentinensis impoftura.

Eorum confutatio.

(c) Gef. Ben. apud Befq.

(d) To. 4. ep. fecret. 130.

Spargebantur tum ab adverfariis innumera mendacia, ut fedis Apoftolicæ authoritatem obfcurarent, Regique Francorum crearent odium. Inter cætera in publicis comitiis querebatur Ludovicus, Francorum Regem, ne reconciliaretur ecclefiæ, obftitiffe: ut mirum non fit a Germanicis fcriptoribus (a) id mandatum hiftoriæ, quamvis Pontificem contrarium, teftatum viderimus. Infigne vero eft fimile Alberti Argentinensis (b) mendacium, qui ubi de conventu Spirenfis mentionem fecit, de Curiensi epifcopo ac Naffoviæ comite hæc fubjecit: Cum Papa Benedictus nuncios recepiffet benigne, in aurem nunciis flens quafi conquerebatur, quod ad principem effet inclinatus, & quod Rex Francorum fibi fcripferit certis literis, fi Bavarum sine ejus voluntate abfolveret, petora fibi ferentem quam Papæ Bonifacio a fuis prædecefforibus effent facta: nunciique ad rogatum Papæ per delphinum per montana funt ufque ad Laufanam perducti. Et paulo fupra: Ex tunc Papa, qui ab initio quafi mortem non curans ea, que geffit in animo patefecit, motum fuum didicit occultare. Hactenus Argentinensis, cujus fententiæ tot funt impofturæ, quæ ab Heruvarto ut oracula porriguntur.

Primum enim falſum convincitur, inculſum a Gallo Pontifici mortis terrorem, cum datæ acceptæque literæ arctiffimam inter eos conjunctionem demonſtrent. Falſum eſt Pontificem mortis metu ab æquitate abductum, cujus tanta erat pietas & conſtantia, ut nil ipſi quam animæ falus antiquius eſſet, ac non æqua Philippo poſtulantem olim reſponderit (c) ſe unicam tantum poſſidere animam, quam falvã omnino vellet: ſi alteram haberet, eam ſe pro ipſo daturum: falſum metu necis ſuam preſſiſſe animo ſententiam, quam univerſe Germaniæ exponi juſſit. Falſum detrectaſſe admittere in gratiam Ludovicum, quem ad officium omni ſtudio pellicere nitebarur: cum tamen Ludovicus reconciliacionis cum eccleſia ineundæ voluntatem præ ſe ferret, ut Francorum Regem ea confidentia bellicum apparatus negligentius adornantem opprimeret, uti e ſuperioribus ſubjectiſque literis (d) patebit.

Chariffimo in Chriſto Philippo Regi Franciæ illuſtri.

Regiæ ſerenitatis literas de prorogacione termini ad inſtantiam nobilium virorum ducum Auſtriæ, ac miſſione nunciorum regionum ſolemnium pro eodem termino proro-

gato mentionem inter cætera facientes, affectu ſolita benignitatis recepimus, & que continebantur in eis, pleno collegimus intellectu. Sane, fili chariſſime, utinam nunciis miſſi pro hujusmodi termino non exiſterent ſcò ſolemnes, quia vix ſperare poſſumus, quod exinde aliquid honoris vel commodi finaliter poſſit ſequi, niſi Deus, in cujus ditione ac voluntate cuncta funt poſita, ordinaret aliter quam illi homines, ſicut habet multorum aſſertio, ſe diſponant. Audiſſeramus equidem, etiam antequam ad nos prædictæ literæ perveniſſent, quod non ſolum illa ſumma pecuniæ in literis regiis prædictis expreſſa, immo majores & ampliores ſummæ tam Bavaro, quam multis Alamanniæ principibus & potentibus ſunt ſolutæ; quodque adeo ſunt caudæ colligatæ ipſorum, quod quantumcumque Bavarus promitteret aliquid, non tamen propter hoc alios prohiberet vel retineret; ſed eiſdem potius circa damna tibi, fili dilectiſſime, regnoque tuo, quod avertat Dominus, inferenda faſſerit tam publice quam occulte.

Nam, ſicut a fide dignis narratur, idem Bavarus, qui jam duo in diverſis partibus Alamanniæ tenuit concilia, ac tertium circa Coloniam ſe tenere diſponit, in illis egit principaliter, quod per te, fili, tuoque prædeceſſores terræ imperii detinentur, & detentæ ſunt hæctenus in locis diverſis indebite occupatæ, exheredationem allegando jurium & honorum imperii: & ad tuam & regni tui offenſionem propter hoc omnes, tam principes, nobiles, & populos, quam univerſitates & communitates civitatum & aliorum locorum inſignium Alamanniæ concitando, & aſſerendo, quod ſua reconciliatio ad nos & eccleſiam per te, fili, extiterat impedita; & nihilominus ad animandum Theutonicos vehementius ſe jactando, quod non abiret retro quomodolibet, donec fuiſſet regnum Franciæ, te volente vel nolente, ingreſſus.

Ex quibus & multis aliis, quæ audivimus non parum diſplicibiliter ſæpius & audimus, non indigne veremur, quod in dolo & fraude preferantur & prolata ſint hæctenus plura verba, quodque in dilationibus, quas illi Theutonici concedunt vel faciunt, minime recte agant; ſed ut interim conglobare vires ſuas fortius valeant, & venientes ſubito te regnumque tuum reperiunt, quod non ſinat Altiffimus, imparatos. Ideoque regalis prudentia dirigens ad eum, qui dat ſalutem Regibus, humiliter vota ſua, per providentiæ clypeum circa prædicta & alia ſibi occurrentia ſemunitat prudenter, vigilantiter, & caute; de quibus habet & habebit ſuper hujusmodi negociis plene confidere, diligenter nihilominus advertendo, &c. (Subjungit deinde narrationem reſponſi Spirenfis conventus oratoribus dati, cui aliud Ludovico reditum annectit, additque.)

Corrupti Anglico auro Germani.

Tria a Bavaro comitia celebrata.

Paratum ab eo in Gallos bellum.

IX. Illata dolo pacis mentio ab eodem.

Item

X. Reſponſum Ludovico datum.

Multa nefaria ſcripta edita.

Circumventi Germani.

(a) To. 4. ep. fecret. 133.

Conſtata invidia Pontificibus. Electorum conventus apud Koſtaym.

(b) MS. bibl. Vat. ſign. n. 4008. pag. 198. (c) Ib. p. 199. Contendit Lud. Cæſarem Pontificia approbatione non egere.

XI. Argumentum illius præcipuum.

Item Ludovico præfato, quia illud, quod magis impedire poterat tractatum ſue reconciliacionis, erat bellicus apparatus, quem contrate, fili, faciebat, exponi per eodem epifcopum & nobilem volumus, & eidem etiam ſuaderet, quod ab illo prorfus deſiſtere procuraret; quia Romana eccleſia te, fili, deſerre in iis neceſſitatibus nec debebat nec volebat, ſicut tu tuique progenitores eam nequaquam deſerre conſueviſtis in ſuis, &c. Dat. Avin. xi. kal. julii anno xv. Ex his ac ſuperioribus, & aliis, quæ ſequuntur, perſpicue reſelluntur omnes falſæ apologiæ ad Ludovicum commendationem multis verborum pigmentis fucifque compositæ; conſtatque in Ludovicum ac ſequaces culpam rejciendam, ſi eccleſiæ reconciliati non fuerint; ſcriptaque illa in ſpeciem tuendi juris cæſarei edita hoc tempore nonnullorum fraterculorum hæreticorum, quos habebat a commentariis Ludovicus, quique pontificiam majestatem oderant, impia arte concepta fuiſſe. Urebat porro Ludovicum denuntiatum fuiſſe a Pontifice (a) catholicis Germaniæ præfulibus, dum ad conventus Spirenfis petita reſpondit, vi occupari ab ipſo imperium, nulloque jure auguſtalem titulum uſurpari, cum ab iis, qui dandi nullam habebant poteſtatem, accepiffet; regio etiam apice juſtiſſimis edictis fuiſſe exautheratum. Vertit itaque eo ſuos impetus Ludovicus, ut Germanis perſuaderet, a pontificia confirmatione cæſareum apicem non pendere, nec Joannis edicta juſta fuiſſe. Itaque ſubornatos principes ad conventus Koſtaymenſes in agro Moſguntino traxit, in quibus ſeptemviri, excepto Rege Boemiæ, qui cum Pontifice & Gallo ſentiens a Ludovici molitionibus erat alienus, xv. julii die ſolemni fœdere ad jura, immunitates, conſuetudines, dignitatemque imperii ac ſeptemvirorum defendenda ſe obſtrinere; eaque de re decretum edidit, quod apud Nicolaum pſeudominoritam ſchiſmaticum extat (b). Itaque die proxima decimaſexta julii apud Koſtaym imperii dignitatis tuendæ ſpecie pronuntiavit (c): Hoc eſſe de jure & antiqua conſuetudine imperii approbatum, quod poſtquam aliquis a principibus electoribus imperii, vel a majori parte & numero eorundem principum, etiam in diſcordia, pro Rege Romanorum eſt electus, non indiget nominatione, approbatione, confirmatione, aſſenſu, vel auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſuper adminiſtratione honorum & jurium imperii, ſive titulo Regis aſſumendis. Agitata eſt hæc quæſtio a pluribus viris doctis, qui præcipuum hoc argumentum vibrabant: non inferiorem cæteris Regibus Cæſarem, nec Germanos minus liberos, quam ſint cæteri populi: ut ergo alii renuntiato Rege regium nomen & regni adminiſtrationem conferunt, ita Ann. Eccl. Tom. XXV.

viciffim a Germanis jure gentium & nomen cæſareum juſque nullo alio medio conferri. Quod argumentum ita reperit Auguſtinus Triumphus (d): Non eſt, inquit, inferioris conditionis Imperator, quam Reges & alii principes mundi. Sed Reges & alii principes ſtatim poſt mortem prædeceſſorum poſſunt adminiſtrare. Ergo Imperator eodem modo ſtatim poſt mortem prædeceſſoris ejus poſt canonicam electionem poteſt adminiſtrare. Præterea per electionem aliquod jus acquiritur Imperatori. Sed non acquiritur ſibi jus ſuper adminiſtratione ſpiritualium. Acquiſitum eſt ergo ſibi jus ſuper adminiſtratione temporalium. Ad hæc ita idem author reſpondet: Eſt dicendum, quod non eſt ſimile de Imperatore & aliis principibus mundi propter tria. Primo quia Papa confert Imperatori immediatam adminiſtrationem, & eſt miniſter eccleſiæ in adminiſtratione temporalium, quam non confert aliis. Secundo quia conſtitutio aliorum Regum vel principum vadit per ſucceſſionem, non autem ſcò inſtitutio Imperatoris. Tertio quia quidquid agitur circa imperium, tam ejus electio quam ejus confirmatio, totum eſt ex inſtitutione eccleſiæ, quod non contingit de aliis. Hæc ille. Ubi obſervandum eſt, non inde ſequi, ut adverſarii obſcuro, cæteris Regibus inferiorem eſſe Cæſarem; immo longe iis dignitate antecellere: ſi enim ipſe Germanorum tantum Rex eſſet, poſſent utique Germani regium ei nomen & adminiſtrationem regni, non rogata ſedis Apoſtolicæ ſententia, reliquorum populorum more inde ſignatum principem tranſfundere: verum ille non Germaniæ modo, ſed Romani quoque imperii apices a Pontifice acceptos gerit; nec tantum a populis, ſed etiam ab eccleſia, cujus defenſor conſtituitur, ſuam authoritatem ſingulari ratione mutuatur: in quo Germani principes jus pontificium oppugnare non poſſunt, niſi una ſuæ dignitatis a Romano Pontifice conſtabilitate fundamenta convellant. In hac autem controverſia nemo potiora Pontificis, quam ſeptemvirorum edicta negaverit, qui ſeptemvirorum authoritatem a Pontifice dimanante perpenderit; & ad legum conditorem ſpectare legem interpretari, ſi quæ in ea difficultas oborta ſit: conditas autem a Pontifice creandi Cæſaris leges conſtat.

Conſtitum etiam a maledicis, vanumque penitus eſt, in Francofurtenſibus cætiſibus vi. die auguſti promulgatum editum (e), in quo Pontificum authoritatem, quam de confirmando Cæſare eoque imperiali apice exornando, dum imperium tranſulere in Germanos, ſibi reſervarunt, infringere nititur, ſuggerentibus hoc maledicentiæ telum mendaciſſimis conſiliariis: Nonnulli ſcripturæ intelligentiam ſe habere fatentes, ſed diverſentes a tra-

(d) Aug. Triumph. 239. art. 1.

Ejus ſolutio.

Non exinde Cæſar aliis Regibus inferior eſt.

XII.

(e) Ext. in ſup. MS. Vat. 4008. p. 199. & apud Rebdorf. & alios.

Q

uite

Insignis
calumnia
neganti-
um a
Pontifice
transla-
tum im-
perium.

(a) Ext.
ejus lit.
annal. to.
14. A. C.
1278. n. 3.
Refellit
a Rodul-
pho Cae-
sare.

(b) Ib. n.
6.

Et a prin-
cipibus e-
lectoribus.

mito recti sensus, in quaedam iniqua & prava commenta, & in assertiones detestabiles proruperunt contra potestatem & auctoritatem imperialem & jura electorum Imperatoris & aliorum principum & imperii fidelium, mendaciter & fallaciter asserentes, quod imperialis dignitas & potestas est a Papa, & quod electus in Imperatorem ex electione non est verus Imperator, nisi prius per Papam sive per sedem Apostolicam confirmetur. Non sunt prava commenta & mendacia, cum ipsi Imperatores acceptum ab ecclesia imperium profiteantur, utque recentiora tantum delibemus, expressum est ea de re Rodulphi Caesaris testimonium, his conceptum verbis (a): *Prædecessores ad magnificentiam munerum & gratiarum quodammodo inefabilem largitatem, quæ de ipsius matris ecclesie uberibus susceperunt, faciem gratitudinis convertentes; nec minus attendentes, quod eadem mater ecclesia, ipsos in dulcedinis benedictione præveniens, transferebat de Græcis imperium in Germanos, eisdem dederat id quod erant, &c.* Falsi sunt (b) idem principes electores, qui Rodolphum crearent, seque designandi Caesaris jus a Romano Pontifice accepisse: *Nos principes electores universis præsentem paginam inspecturis. Complectens ab olim sibi Romana mater ecclesia quadam quasi germana charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantum præsidendum super terram; plantans in ea principes tamquam arbores præelectas, & rigans illas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentie, ut ipsius ecclesie auctoritate suffulti velut germen electum per ipsorum electionem illum,*

qui fræna Romani teneret imperii, germinaret [1]. Testatur idem Albertus Rex his verbis (c): *Recognoscens, inquit, quod Romanum imperium per sedem Apostolicam de Græcis translatum est in persona magnifici Caroli in Germanos; & quod jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, certis principibus ecclesiasticis & secularibus est ab eadem sede concessum, a qua Reges & Imperatores, qui fuerunt & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii potestatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; mox hæc addit, pia devotione & sincero corde profiteor, quod Romanorum Reges, in Imperatores postmodum promovendi, per sedem eandem ad hoc potissime ac specialiter assumuntur, ut sint sanctæ Romanæ ecclesie advocati, catholice fidei, ac ejusdem ecclesie præcipui defensores.* Ex eo igitur, quod Albertus dicat, Romanorum Reges in Imperatores esse postmodum promovendos, ostendit perspicue ex sola electione decus imperiale non comparari. Sed quid veterum Caesarum cumulanda sunt testimonia, cum postremi Caesaris Henrici publica monumenta superiore tomo produxerimus, quibus veterem institutum confirmari a Romano Pontifice flagitavit (d)? Atque etiam ipse Ludovicus ante biennium falsus sit (e) Regem non in ipsa electione, sed postmodum in Imperatorem promoveri. *Damus, inquit, prædictis procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum, ut supra, plenam, meram, & liberam potestatem, & infra, supplicandi pro assumptione nostra, & in integrum restitutione ad famam, honorem, & statu-*

(c) Eod.
10. 14. an.
1303. n.
10.
Et ab Alberto.

Et ab Henrico.

(d) Ann.
nal. to. 15.
an. 1309.
n. 10. 13.
(e) To. 16.
an. 1336.
n. 37.
Et ipse
Ludovicus
testimo-
nio.

NOTE [1] DE anno quo conventus ille Francofurtensis, de quo hic Annalista, celebratus est, inter Scriptores etiam comvos non convenit. Rebdorfius enim inter res gestas anno 1339. accenset. Quia & constitutio illa, quam in eo principum consensu promulgatam asserit Annalista, quamque exhibens Rebdorfius datam de Francofurt die VIII. mensis Augusti anno MCCCXXXVIII. scribit, ab aliis, nempe a Thulemaro de Octovir. c. XXV. §. 10. legitur data in Colonienfi civitate Alemannie die VIII. mensis Augusti anno Domini MCCCXXXIX. Alii tamen æque antiqui Scriptores anni MCCCXXXVIII. mensis Augustum præferunt. Id enim notat Henricus de Hervordia in Chronico, quod ad annum usque 1335. perduxit teste Fabricio de scriptor. mediæ ævi V. Joannes, ubi latere illud in MSS. affirmat; sed ejus in re præsentis testimonium laudat Hermannus Cornerus in Chronico ab Eccardo inter Scriptores mediæ ævi to. II. vulgato. Consentit Joannes Vitoduranus, qui per hæc tempora in Germania agebat. His addendi scriptores illi, quos Raynaldus hic laudat. Horum sententiam certo constare arbitror, cui nec ipse pariter Rebdorfius averfatur, quippe qui sub uno eodemque anno 1339. res ejus ac superioris anni 1338. accenset. Ad notas vero temporarias constitutioni Ludovici subiectas quod attinet, non abs re suppicor latam hoc anno in conventu Francofurtensi constitutionem, anno sequenti, in altero conventu forte Colonie habito, innovatam iterumque confirmatam prodidisse. Cæterum Francofurtensi conventui adfuisse cum cæteris Eduardum Angliæ, & Joannem Bohemæ reges Henricus de Hervordia apud Hermannum Cornerum affirmat; ex ejus pariter relatione discimus Ludovicum in frequenti illo principum consensu ab hæresis suspicione perspicuo fidei & religionis suæ dato testimonio sese purgasse, professum, se tenere quod Catholica Ecclesia docet & prædicat. Tum & obedientiam præstare se Papæ & Cardinalibus in omnibus ad fidem, justitiam, veritatem, & bonos mores, Ecclesie consuetudines antiquas & approbatas pertinentibus. In eodem conventu res pro Ludovico tractasse fratrem Bonagratiam affirmat Joannes Vitoduranus, addens monachum illum qua disputationibus, qua scientiæ auctoritate, qua rei tractandæ dexteritate id effecisse, ut celebris illa constitutio sanciretur. MANST

XIII.
An imperialis
dignitas sit
a solo
Deo.

Veteri-
more confir-
manda
a Pont.
Caesaris
electio.

(a) An.
Chr.
1336. n.
35.

(b) Jo.
Eaton. in
chron.
Francof.
apud Fre-
ber. in ap-
pend. to.
m. rec.
German.

Anathe-
matisati
in Lud.
eadem die
promul-
gati, qua
sua decre-
ta pro-
mulgavit.

tum pristinum; nec non assumptione nostra in Regem Romanorum, & approbatione personæ nostræ, ad imperialem dignitatem postmodum promovendæ. Hæc ille.

Ex quibus discutuntur falsitatum tenebræ, quibus oblitum est hoc ejusdem Ludovici decretum: *Declaramus, inquit, quod imperialis dignitas & potestas est immediate a solo Deo.* Ecquis Caesarum unquam immediate a solo Deo creatus est Imperator? quo signo cœlestis ostenso Imperialis quidem dignitas a Deo oritur tanquam primo principio & sine ultimo ac medio Pontifice, qui transtulit imperium, qui electores instituit, qui electum confirmat, & inungit. Umbratilia etiam sunt quæ sequuntur: *De jure & imperii consuetudine antiquitus approbata est quod postquam aliquis eligitur in Imperatorem sive in Regem ab electoribus imperii concorditer, vel a majori parte eorundem, statim ex sola electione est verus Rex & Imperator Romanorum censendus & nominandus; Servatum contrarium morem ab eo tempore, quo translatus est imperium, neque imperiale nomen nisi postquam a Romano Pontifice sacro oleo fuissent delibuti, usurpasse docent annales, in quibus repetendis immorandum non est, cum Ludovicus ipse falsus sit paulo ante imperiale nomen non servato veteri ritu se injuste corripuisse, suis quippe oratoribus mandata hæc dederat (a): *Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis, nos assumpsisse titulum imperialem & unctorem in Roma perverse, male, & injuste, & a potestatem non habente.* Item ad constituendum vice & nomine nostro & pro nobis, quod ad summum Pontificem spectat hoc facere & ad nullum alium, & quod simulabamus nos bene facere, hujusmodi titulum assumendo & tenendo.*

Cæterum in eisdem ostiis eadem die, qua nefarium decretum affixum est, affixos etiam in Ludovicum fuisse pontificios anathematismos, refert Francofurtense chronicon (b) his verbis: *Eodem anno in curia fratrum Theonicorum VIII. augusti hora prima Ludovicus Imperator ornatus & sedibus imperialibus edidit legem talem: Electus Francofordie in Regem Romanorum a principibus electoribus administrationem imperii ante confirmationem habet plenam. Et intra: Eodem die responsiones Ludovici prædicti ad objecta Pape Joannis XXII. sigillo imperiali sigillatæ foribus Mariæ ecclesie S. Bartholomæi, quæ ibi vocatur ab imagine B. Virginis, adhuc ibi exstant, sunt affixæ. Habebat autem Romanus Pontifex hic suos quoque commissarios, qui affigebant ad eandem ecclesie januam anathema & processus contra Ludovicum cum severissimis comminationibus in omnes, qui illi communicati-*

rent. Addit auctor ampliorem & saniorum cleri partem, tum religiosos ordines Pontifici obtemperasse: quæ etiam confirmat Serarius (c). Ut vero propterea persecutionem sint passi, dicitur in Henferius.

Quod porro attinet ad illas Ludovici reservationes ad objecta Joannis XXII. de quibus chronicon Francofurtense meminit, prætermittendum non est, Ludovicum cum animadvertisset plures catholicos apostolicis potius imperiis, quibus veritum erat Ludovico priusquam ecclesie conciliatus fuisset, obsequii parituros; prolixum aliud decretum multis fallacibus argutiis contextum eadem die promulgasse, quo probare nifus est suis Imperii morem gerendum, nec se Joannis XXII. edictis cæsareo exutum fuisse. Extat ejusmodi Ludovici constitutio apud Nicolaum Minoritam (d) in MS. Vaticano, ab his verbis ducens exordium, *Eidem Catholicam, cui hæc temporis nota ascripta est: Datum in oppido nostro de Francofurt vi. die augusti sub sigillo nostræ majestatis anno Domini MCCCXXXVIII. regni nostri anno XXIV. imperii vero XI. typisque etiam cusa circumfertur (e).* Ea vero promulgata, quasi viam ad alia consilia struxisset, quasdam propositiones (f) edidit quibus primum constabilire quasi tot gradibus cæsareum jus annifus est: ac denum instillatum a pseudominoritis virus impietatis effudit, dum hæresim Fraticellorum de Christi dominio decretis Joannis damnatam, atque ab ipsomet Ludovico repudiatam, iterum propugnavit, contenditque decretum fidei pontificium hæreticum esse, atque adversus illud ad concilium a se rite appellatum, oblitus se jam ante excussisse, eam appellationem Udalrici flagitio conceptam. His præmissis Ludovicus alia indigna aggressurus, decreta Pontificum Clementis V. primum, ac subinde Joannis XXII. oppugnavit, obtrudentibus illi, utpote dogmatum imperito, impla sua scripta hæresiarchis, quæ & alia ab eo edita, ut indigna luce prætermittimus; tum quia hæc omnia perperam gesta Carolo IV. Imperatore rescissa fuerunt his verbis (g): *Omnia, quæ per se seu alium in Italia fecit seu gessit, etiam sub regali nomine; & cætera etiam omnia, ubicumque gesta ab eo per se vel alium, quæ ex defectu jurisdictionis vel potestatis facere sibi non licuit, nulla esse ac cassa & irrita pronuntiamus & declaramus: illa etiam, quatenus processerunt de facto, annullamus & penitus in his scriptis revocamus.*

Abalienato porro ita ab ecclesia Ludovico, elatus Michael Cæsenas hæresiarcha una cum Ochamo & Bonagratia & Henrico e Chalemo apostatis impiam promotionem (h) adversus Benedictum, im-

(c) Serar.
Magunt.
ver. l. 5.
in Hen-
ferius.

XIV.
Constit.
alia Lud.
multis
contexta
argutiis.

(d) MS.
bibl. Vat.
sign. n.
4008. pag.
193.
al. VIII.
(e) Apud
Naucler.
vol. 2.
gen. 45.
Freber. in
append.
ver. Germ.
to. un.
Hervord.
to. 2. ad
hunc an.
n. 47. &
leg.

Permixta
Ludovici
statutus
hæresis.
(f) Ext.
apud Ni-
Minor.
MS. bibl.
Vat. sign.
n. 4008.
p. 196.

Ut ejus
gesta a
vero Imp.
sint rescis-
siffa.

(g) Ext.
in lib. pri-
vil. Rom.
eccl. to. 2.
p. 163.
XV.
Michaelis
hæresiarchæ
& sociorum
impia
molimini-
na.

(h) Ext.
apud Ni-
col. Mi-
norit. MS.
bibl. Vat.
sign. n.
4008. p.
199.

paſſa illi hæreſeos calumnia, quod decreta fidei a Joanne edita tueretur, conſcripſit. In qua hi perfidi hæretici diſceptarunt, decretum fidei editum a Romano Pontifice ut hæreticum rejici poſſe, donec concilium de eo pronuntiaret: cum tamen a Pontifice, in fidei controverſia ferente ſententiam, nemini liceat provocare, & illi decreto ſtandum ſit non aliter quam a concilio œcumenico, fidei articulum decernente, ad aliud concilium appellari non poteſt. Compactis vero ſuperioribus articulis aliisque ſanctionibus, exercitiam in catholicos perſecutionem, reſert chronicon Francofurtenſe Joannis Latomi his verbis (a): *Cum Canonici, ſcilicet Francofurtenſes, illic ſummo Pontifici obedientiam, ut tenerentur, præſtarent, Ludovicus ſuperbia eos inſimulans, paulo poſt poſſiſſimis prædiis, villis, & decimis ſpoliavit, Dominicanos poſſidie oppido ejecit, qui xxiv. annis excluſi fuerunt: Carmelitarum ab Henrico de Firnberg archiepiſcopo Moguntino, nempe ob perjuriam anathemate percuſſo, in gratiam Imperatoris quoque ſunt pulſi. A Teutonicis & Franciſcanis ſimiliter divina officia ſunt ſuſpenſa, uſque ad depoſitionem epiſcopi. Nonnullique interjectis, quibus ait, Præpoſitum ſancti Bartholomæi & collegium S. Leonardi in gratiam Ludovici divina prophetaſſe, ſubdit: *Talis fuit ſtutus non ſolum Francofordiæ, ſed per totum Rheni tractum, & in Suevia. Hæc ille, quibus conſentanea tradunt alii.**

XVI. Ad revocandum ad officium Ludovicus tranſmiſſus nuntius Apoſtolicus. (b) An. 4. p. 1. ep. cur. 50. (c) To. 4. ep. ſecr. 310.

(d) Ib. ep. 321.

Joſſus ibi divinum timorem inſerere.

nicum & vitæ paſcua reducendarum deſiderio teneretur: *Ad hæc, inquit, quidem nos & eccleſiam ipſam, quantum cum divino beneplacito, ac decencia & honeſtate noſtris & ipſius eccleſiæ fieri poterit, ſuæque ſaluti expedierit, reperiet propitios & benignos, ſicut, niſi ſtetiſſet per partem ſuam, noſcitur reperiſſe.* Ex his & aliis reſelluntur, qui Benedictum velut hebetem ex Alberto Argentinienſi (e) deſcribunt, & Gallicis manibus conſtrictum ne Ludovicum juſtum & pium (ut volunt) abſolveret.

Ludovicus culpa ſua in gratiam cum eccleſia non reſtitutus.

(e) Alb. Arg. in chron.

Imperat præterea nuncio Benedictus, ut ſuadeat Bavaro, ne ſe eorum conſiliis ſubornari ſinat, qui vel ad captanda ſua commoda, vel ex inſita improbitate ipſum a ſuſcepto redeundi in gratiam cum eccleſia conſilio abducunt: oratores idonea authoritate, ſed perfectius ac ſinceriori inſtructos quam alii fuerint, ad rem perficiendam mittat; juſta enim petita ſe promptiſſime admiſſurum: ſignificare etiam ſtudeat de concordia inter Reges ſanctiſſima, qualiter, inquit, *viam dudum tacta, ut videlicet inter ipſos perſonam, & Franciæ ac Sicilia & Angliæ Reges juxta dudum formam prælocutam, vel alias ſolida concordia in noſtris manibus firmaretur, eſſet proculdubio magnum præparatorium, & patens aditus ad reconciliationem prædictam facilius & liberius obtinendam.* Flagitatum fuerat ut ad muniendam concordiam cum eccleſia viam templorum & ſacrozum uſus ad aliquod tempus reſtitueretur; internuncioque data provincia, ut ſignificaret, non videri ulli bono rem futuram, cum omnes pene earum partium ex decretis apoſtolicis anathematis vinculis irretiti tenerentur: quæ literæ (f) extremo anno idibus decembris Arnaldo e Verdala miſſæ ſunt. Data vero illi antea, nimirum x. kal. novembris, erant imperia (g) ne ad habenda cum principibus electoribus colloquia, vel ineundos tractatus ſe implicaret.

XVII. Admonitus cum Gallo & Siculo ſuas lites componeret.

(f) Super ep. 521.

(g) To. 4. ep. ſecr. 333.

In Germania hoc anno ingentes Judæorum ſtrages editæ, efferatique ſunt in eam barbariem adverſus eos, fideles, ut nullo judiciorum ſervato ordine fontes in fonteſve trucidarent. Dedit tumultui occaſionem, hoſtiam in oppido diœceſis Patavienſis ſub paleis ſanguine delibutam repertam eſſe haud procul a Judæi domo, creditumque a Judæis ferro violatam. Perlata re ad Albertum Aſtriæ ducem, vehementer iſtætuare cœpit, an vere ſacrata eſſet hoſtia, & miraculo divino tincta ſanguine, an ab aliquo reſperſa cruore ad creandam Judæis invidiam, cum alias nonnulli clerici de ſimili ſcelere convicti eſſent; Pontificemque conſultui, quid in ea re agendum videretur. Cui Benedictus reſcripſit (h), diligentiſſimam inquisitionem.

XVIII. Seditio in Judæos concitata.

(h) Ib. ep. 294.

tionem agendam, eamque ſe epiſcopo Patavienſi commiſſiſſe, ut ſi Judæi conſecratam hoſtiam Chriſti odio confodiſſent, traderentur ſupplicio, vel eo afficerentur impoſtores, qui magno religionis ſcandaloidi ſcelus ipſis affinxiffent.

Benedictus, &c. dilecto filio nobili viro Alberto duci Aſtriæ.

Ex zelo fidei, & devotionis fervore proceſſiſſe conſidimus, ex qua nobis nuper tamquam vir catholicus & zelator fidei orthodoxæ tuis literis inſinuaſti. Ex tenore ſiquidem dictarum literarum accepimus, quod in quodam oppido Pulka nomine Patavienſis diœceſis quædam hoſtia cruore conſperſa ante domum cujuſdam Judæi, extra tamen limites ejus, in ſtrata ſub paleis a quodam laico fuit inventa, quam populus dicti oppidi, verum Corpus Dominicum fore credentes per manus ſacerdotis eccleſiæ loci tolli fecerunt, & in eccleſiam tranſportaverunt: quam etiam, in dicta eccleſia conſiſtentem, non ceſſarunt, nec ceſſant laudibus venerari, aſſerentes illam exiſtere Corpus Chriſti, & ſecundario Chriſtum a Judæis perſidis fore paſſum, & martyrizatum: propter quod in terris tuis magna Judæorum ſtrages a Chriſti fidelibus fuit exorta, quæ timetur in poſterum veriſimiliter augmentari, multique Judæi a Chriſtianis ſuere perempti, non tantum ob cauſam ſeu occaſionem prædictam, quantum, ut aliquorum habet opinio, ad Judæorum pecuniam rapiendam; ex eo præſertim quod eadem cædes Judæorum, juris ordine totaliter prætermiſſo, ac ſine judicio tenentur cujuſlibet poteſtatis impetu vulgi crudeliter fuit commiſſa. Præmiſſi etiam adjeciſti, quod noſſiſſime in oppido Syntz ejuſdem diœceſis contra Judæos occaſione ſimili error cœpit ſimilis pullulare: ſed quia evidentiorem ſignorum ſcientia, ejuſdemque hoſtiæ ſic reperte, conſecrationis certitudo aliqua non habetur, tu una cum pluribus aliis Chriſtiffidelibus, quid circa præmiſſa credere, quidve ſuper his tenere debeatis, incipitis ſicut aſſeris dubitare.

Illius cauſæ.

Hoſtia cruore tincta reſperſa.

Dubitatum an flagitio conſtrata Judæis invidia.

XIX. Quam quidem ambitionis materiam, inde te aſſeris ſuſcepiffiſſe, quod olim in ducatu Aſtriæ in oppido Neirmiburch præſata diœceſis quædam hoſtia non conſecrata cruore madefaſta per quemdam clericum in eccleſia dicti oppidi poſita fuit, qui poſtmodum in præſentia bonæ memoriæ Verubardi epiſcopi Patavienſis, præſentibus fide dignis perſonis ad huc viventibus conſeſſus fuit, ſe dicto cruore præſatam hoſtiam madidaſſe, ad præſumptionem induendam, quod a Judæis contumelioſe dehoneſtata taliter extitiffet in opprobrium Salvatoris: quæ etiam cum a Chriſti fidelibus per aliquod temporis ſpatium, tamquam verum Corpus Chriſti adoraretur, demum veribus tunc ſcatuens, demolita extitit penitus & conſumpta. Quam quidam

Præſumpta a clerico impietas.

clericus ejuſdem eccleſiæ ſic conſumptam aſpiciens, ſuggeſtione diabolica perſuaſus errorem errorum accumulans, aliam hoſtiam non conſecratam, cruore per ipſam tinctam, loco prædictæ hoſtiæ ſic conſumptæ reponere minime formidavit, ſicut poſtmodum per confeſſionem ejuſdem clericus, talia perpetrantis, extitit revelatum: eademque hoſtia in alterius locum ſuſpoſita, ut ſcripſiſti, uſque ad hodiernum diem tamquam verum Corpus Dominicum a Chriſtiffidelibus, hujusmodi fraudem ignorantibus, veneratur. His etiam addidiſti, quod caſus ſimilis ob invidiam & odium Judæorum in oppido Vercharſtorf cœperat exoriri: ſed hujusmodi caſum fuiſſe erroneum, Deo ſaciente, probationibus luce meridiana clarioribus extitit comprobatum: quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut quomodo te regere debeas circa præmiſſa, tibi qui doctrinæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ ac ſedis Apoſtolicæ tamquam fidelis Chriſtianus in omnibus, maxime in iis, quæ catholicam fidem reſpiciunt, obedire deſideras ac firmiter adberere, noſtris reſcribere literis curarem.

Novo contumelata ſcelere.

Conſultus in eo duobio Pont.

XX.

Quia igitur propter locorum diſtantiam, eorundem factorum, & circumſtantiarum ipſorum inveſtigare veritatem, ſicut expediret, non valeamus; conſiderantes quod ad indagacionem veritatis præmiſſorum, non ſequitur & remiſſe, ſed ſolenter & diligenter eſt ſummæ prudentiæ ſtudio procedendum, cum exhibere laudes divinas hoſtiæ non conſecratæ vergat in ludibrium, & deceptionem fidelium; & ſcelus tanti facinororis, ſi illud execrabilis Judæorum impietas perpetravit, per diſſimulationem vel negligentiam indiſcuſſum relinquere, & per conſequentiſſimum impunitum, fidei noſtræ conſuſionem induceret, & adverſus fideles, qui talia patenter, divini indignationis aculeos provocaret; ac de venerabilis fratris noſtri... epiſcopi Patavienſis circumſpectionis induſtria, & experta prudentia plenam in Domino fiduciam obtinentes, omnis indagandæ veritatis hujusmodi, & proceſſus ſuper præmiſſis habendi eidem epiſcopo, qui dictorum locorum diœceſanus eſtiſt, providimus imponendum. Propter quod eidem epiſcopo noſtris damus literas in mandatis, ut de præmiſſis & circumſtantis omnibus, in talibus attendendis & inveſtigandis, adhibitis ad hæc ſecum viris gravibus & prudentibus, habentibus Deum præ oculis, diligentius & conſultius per fide dignos teſtes locorum, ubi talia conſigerunt, & modos alios, & quæcumque alia adminicula, ex quibus præmiſſorum poſſit elici & detegi veritas, & falſitas revelari, ejuſque conſcientia non ex credulitate levi & temeraria, ſed probabili & diſcreta potius informari, inquirere ſtudeat veritatem: qua comperta, ſic ſuper præmiſſis conſulte & circumſpecte providat.

Patavien. præful de his juſſus inquirere.

deat, ut reatus tanti facinoris, si forsan ad patrationem illius dictorum Judaeorum processit impietas, non transeat impunitus; sed animadvertat pro expiatione sic flagitiosi piaculi debite in eosdem. Quod si inquisitio & indagatio hujusmodi veritatis comperta dictos Judaeos ostenderit innocentes, in hujusmodi tam detestabilis commenta nequitia patratores, ex qua dictorum Judaeorum strages & bonorum pradae & spolia processerunt, talem rigorem canonice severitatis exercent, quod poena ipsorum cedat aliis in correctionem pariter & terrorem. In quo casu praedictas hostias non consecratas tollat de dictis ecclesiis, ut per populares & vulgares personas, & alios vanis deceptos erroribus, eisdem hostiis non consecratis divina laudes de caetero non praesententur. Ex quibus omnibus, cum per dictum episcopum fuerint consulte peracta, tibi, fili, & aliis Christianis plena patebit instructio, qualiter circa praemissa vos gerere debeatis. Dat. Avin. iv. kal. septembris anno xv.

Flagitium coercere supplicio.

XXI. (a) An. 4. p. 1. ep. cw. 49.

Extant hoc argumento ad Pataviensem episcopum litera (a), in quibus post exposita superiora dubia subjectis verbis indagandae diligentissimae rei provincia imposita est.

Benedictus, &c. venerabili fratri episc. Patavienfi.

Ad eundem Pont. litera.

Fraternitati tuae per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus de praemissis & circumstantiis omnibus in talibus attendendis & investigandis, adhibitis ad hoc tecum viris gravibus & prudentibus, habentibus Deum praeculis, diligentius & consultius per fide dignos testes locorum, ubi talia contigerunt, & modos alios, & quaecumque alia adminicula, ex quibus praemissorum possit eligi & detegi veritas & falsitas revelari, tuoque conscientia non ex credulitate levi & temeraria, sed probabili & discreta potius informari, inquirere studeas veritatem: qua comperita, si super praemissis consulte & circumspicte provideas, ut reatus tanti facinoris, si forsan ad patrationem illius dictorum Judaeorum processit impietas, non transeat impunitus; sed animadvertat pro expiatione sic flagitiosi piaculi debite in eosdem. Quod si hujusmodi inquisitio & indagatio veritatis comperta dictos Judaeos ostenderit innocentes, in hujusmodi tam detestabilis commenta nequitiae patratores, ex qua eorundem Judaeorum strages & bonorum pradae & spolia processerunt, talem rigorem canonice severitatis exercent, quod poena ipsorum cedat aliis in correctionem pariter & terrorem. In quo casu praedictas hostias non consecratas tollas de dictis ecclesiis, ut per populares vulgares personas, & alios vanis deceptos erroribus, eisdem hostiis non consecratis divina laudes de caetero non praesententur, invocato ad hoc, si

opus fuerit auxilio brachii secularis; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Quibus omnibus per te consulte peractis, eidem duci (nempe Alberto Austriaco) & aliis Christianis plena patebit instructio, qualiter se gerere debeant in praemissis. Dat. Avin. iv. kal. septembris anno xv.

Meminit de Judaeorum strage edita sub hac tempora Benedicti vitae author (b), ac deinde in Christianos ad praedas agendas rusticorum furorem versum: Surrexit, inquit, quidam in partibus Alemaniae, qui, adunata sibi multitudine rusticorum, Judaeos quoscumque reperire poterat trucidari ordinabat sub colore zeli fidei Christianae. Sed demum hic in perniciem & damnum Christianorum redundare cepit; nam etiam tales sic coadunati in Christianos saevire tentarunt: propter quod fuit eis obvium, & praesertim per Ludovicum ducem Bavariae memoratum, qui licet alias esset admodum perversus, prout sua facta demonstrant; tamen in hoc bene egit: procuravit namque, & operatus est, quod capitaneus seu ductor praedictorum occisus est: & sic demum illa congregatio dispersa & confusa disparuit.

(b) Ben. vita ant. apud Bojq.

Caelus seditionis auctor. a Lud. Bav.

In Ungaria gravi jugo Carolus Rex oppresserat ecclesiasticos, qui libertatis suae tuendae causa confugere ad sedem Apostolicam, atque hunc libellum supplicem Benedicto porrexere (c).

XXII. Ungari praetores a Rege oppressi.

Significant sanctitati vestrae devoti & humiles filii vestri episcopi Ungariae, & maxime ii ex eisdem, qui de salute regia, & de bono statu regni, ac ecclesiarum Dei & vestrarum devoti animo, potiori vigilantia intendunt, in primis quod status ecclesiarum, libertates, & privilegia, regni etiam immunitates, ac jura aut penitus annullata, aut in excidio lethali constituta existunt, &c. Recenset praesules injurias sibi illatas, extincto nimirum aliquo praesule, mox omnia illius bona sive ecclesiastica sive paterna a regis administris occupari, & contra decus illius corpus multis diebus insepultum jacere, ut alienis sumptibus funus curandum fit, diffugiuntibus hinc inde suis affinis, ne tormentorum vi ad ea non modo, quae pro exhibitis officiis accipere, verum etiam aliunde patta donanda cogantur, ecclesiarum possessiones a laicis teneri, obventionesque dissipari: si quem administrandae ecclesiae admoventi contingat, regionum ministrorum opera in possessionem induci, atque ingentem vim auri pendere; adeo ut bona ecclesiae oppignerata mancant: ecclesias etiam cathedrales diu antequam excedant e vivis antistites, a

Morientur praesulum opep invadi.

Extorqueri ini- que au- tum.

Re.

El. Stio- nes vi regia fieri.

Rege conferri; itaut a viginti tribus annis nullus nisi ad Regis imperium electionis jure promotus sit, sicque intrudi gerendo muneri viros impares, simoniaca labe infectos: jus patronatus, quod divinum esse constat, pro libidine dari a Rege iis, qui non patrociniis, sed latrocinium in ecclesias exercent: vocari ad signa praesules seculares ac regulares; cum tamen officii ratio ipsos ad id non atringat, nisi ad propulsandos infideles, aut schismaticos, cum in regnum irruerint: ineunte quoque anno archiepiscopos duos ad ducentas marchas, episcopos ad quinquaginta xeniorum nomine offerendas cogi: ecclesiarum subditis gravissima imponi vectigalia: clericis nulla exceptioe fori ad tribunal seculare rapi: seculares contra ecclesias triginta annorum praescriptione se defendere, ecclesias vero contra laicos etiam centum annorum non posse, nisi privilegiorum instrumenta exhibeant, quae duplici Tartarorum excursionem flammis deleta fuerunt: in discendis litibus damnari saepius ad singulare certamen subeundum ecclesiasticos, ut iuris suis cadant, cum leges canonicas in eo violare perhorrescant: vetitos esse generales ordinum conventus, in quibus regni status temperabatur: nobiles sine judiciorum ratione suis muneribus destituti, bonisque exui: extinctas esse jam omnes probas consuetudines, abolitas libertates, jura sublata, quibus nobiles ac populi a sanctissimis Regibus Stephano, Ladislao, aliisque ausi fuerant: quamvis saepius Rex sacramento se ea jura libertateque in pristinum statum revocaturum devinxerit: effluxisse jam praefixa ab eo pro iis restituendis tempora adeo, ut obspretam ab ipso fidem univerforum Ungarorum animi versi sint in seditionem, ac gravis terror impendat, ne fides Christiana in eo regno extingatur: ac licet vetus consuetudo ferret, ut Reges praesulum consiliis ducerentur, adeo tamen illorum obsolevisse auctoritatem, ut foedissimam etiam repulsam patiantur, cum viduarum, pupillorum, orphanorumque vel aliorum, qui iniuste spoliati sint, causas susceperint. Demum omnibus precibus a Benedicto demisse contendunt, ut tot tantaque mala pontificia auctoritate comprimant: pergunt enim.

Xenii nomine exercere latrocinia.

Ecclesiar. jura dissipari.

Veteres leges abolari.

XXIII. Pro restituta re e. cles. implorata Pont. auctoritas.

Unde eum in praemissis & iis similibus, ad quem recurrere pro remedio salutari, post divinum auxilium neminem habeant, possint vel debeant nisi profundam providentiam vestrae clementissimae sanctitatis, formidantes ultra modum apud Dei Judicium & vestrae sanctitatis examen dirius redargui de taciturnitate & tanta calamitatis ecclesiarum & etiam animarum, ne praemissa in detrimentum ecclesiarum vestrarum & regni Ungariae, quod semper devotum & peculiare sanctae Roma-

nae ecclesiae exitit, per abusionem introducta, per diturnitatem ab aliis regni successoribus in exemplum trahi valeant, supplicent vestrae benignae sanctitati quatenus sancta vestra celsitudinis sapientia & iustitia, qua de vestra sanctitate cum Dei laude, per orbem praedicantur, de benignitate sedis Apostolicae praemissis dignetur compassionis visceribus misericordibus remedio succurrere opportuno; ita tamen, pater sanctissime, quod propter relationem praemissorum, regia indignatio non possit invenire, contra quem vel quos in his partibus vel aliis queat quoquo modo debacchari, quia aliter tam praesulati, quam nuncii inevitabiliter subjicerentur scandalo, & confusioni aut periculo personali.

Monitus Ungarus ut haec emendat.

Auditus praesulum querelis, Pontifex vindicandae ecclesiasticae libertatis in pristinum splendorem studio Carolo Regi porrectum sedi Apostolicae libellum supplicem transmisit, ut quae in eo erant contenta, si veritate niterentur, emendaret. Tum gravissimis sententiis recuperatum ab eo divino praesidio regnum, partas de infidelibus & schismaticis clarissimas victorias proposuit ob oculos (a), quibus ad divini Numinis administratos venerandos, suaeque auctoritatis dignitati obstrictus esset, ad majorum, Regum scilicet Gallorum, Siciliae, & Ungariae exempla provocavit, qui ecclesiasticos singulari honore & amore essent prosecuti; cum maxime ipse ecclesiae patrociniis fretus ad eam, qua fulgebat, gloriam ac folium Ungaricum asfuxerisset.

(a) Ead. ep. fecit. 522.

Carolo Regi Ungariae.

Si diligenter attenderes, fili charissime, gesta magnifica, & pia devotionis insignia, quibus progenitores tui Catholici Reges, & principes regnorum Francia, Sicilia, & Ungariae, de quorum claro germine processisti, ad Deum & ecclesias rectitudine devotionis & fidei claruerunt, easdem ecclesias & personas ecclesiasticas, bona, & libertates earum suae potentiae clypeo protegendo, easque in suis munificentis, erga illas immensitatem pro mensura ponentes, multis libertatibus ampliendo, si commoda, plurima & immensa beneficia tibi misericordis & miraculoso munere Dei collata (qui te ab olim ad regnum Ungariae, ad personam tuam jure hereditario devotum, ab annis teneris sub aliorum tutela non tuta & ambigua curatorum cura deductum, & inter manus extraneas tanquam pupillam oculi salubriter custodivit; cujus gratia de virtute in virtutem proficiens, ac in virilis & robustae aetatis annos perveniens, regnum tuum in diversas partes multorum tyrannide laceratum, eisdem tyrannis sola divina virtute sublatum, ad integrum & solidum tuum dominium reduxisti, & de tuis hostibus paganis, & aliis per concessus tibi dextera divina victorias feliciter triumphasti) in oblivionem non-

XXIV.

Proposita divina in eum beneficia.

Partae coelitus victoriae.

duceres, sed ad mentis tuae memoriam, ut teneris, frequentius revocares; zelus Domini & ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum regni tui in te exarsceret velut ignis, & quid Domino retribueres pro omnibus, quae retribuit ipse tibi, ut te ingratitude rubigo non tangeret, jugis meditationis studio cogitares.

Referendam Deo gratiam.

XXV.

Cum igitur, sicut multorum minus grata relatio ad apostolatus nostri deduxit auditum, multa per te insolita & damnosa gravamina ecclesiis & personis ecclesiasticis habentibus sint illata, & quasi in consuetudinem dispendiosam ecclesiis jam deducta, quae dicenda est verius corruptela, continue inferantur, & per alios nobiles regni tui per dissimulationem vel patientiam tuam eisdem ecclesiis & personis in gravem divinae majestatis offensam, similia irrogentur; ex quibus, si vera sint, Regem Regum & dominum ultionum contra te & domum tuam graviter provocari dubium non existat; nos praemissa, si veritate nitantur, quae in tuae salutis periculum & fama dispendium redundare noscuntur, salva conscientia nequeuntis committentibus oculis pertransire, quin illa ponentes ante oculos mentis tuae, prout ad apostolicam servitutis spectat officium, paternis obfurgationibus arguere studeamus, serenitatem tuam, &c. Mixtis precibus imperiis monet, ut immunitate ecclesiastica in pristinum statum vindicata, divinam benevolentiam quam illatis illis damnis, atque injuriis a se abalienavit, conciliet. Dat. Avin. XII. kal. octobris anno IV.

XXVI. Cracoviensis episcopi in Polonia Regem conjurat. (a) Eod. to. 4. ep. fecr. 83.

Contraria forte in Polonia vir ecclesiasticus regiam majestatem indigne habuit (a): Joannes enim episcopus Cracoviensis manu promptus ac temerarius, cum Casimirus Rex abesset regno, Reginam Annam in arce obsedit. Impulerat ipsum in eum furor, ea occasio, aliquem e suis in ea arce teneri in vinculis: tum etiam praesente in templo Rege Casimiro nulla illius culpa, non sine regia ignominia, divina intermittere jussit: pontificiam etiam laedere auctoritatem non erat veritus, retentis contra iussa apostolica decimis, quas e clero collegerat. Quibus querelis permotus Pontifex, acerrime Joannem episcopum ab officio discedentem corripuit (b), & Casimiri Regis & Annae Reginae gratiam quibus par erat officiis conciliare iussit: tum ex benignitate apostolica Galhardum e carceribus praepositum ecclesiae Titulensis Colocensis dioecesis A. S. N. sedandis inter Regem & episcopum Cracoviensem discordiis operam dare iussit: Regis iras blandis studuit mulcere literis, utque Joannem in gratiam admitteret, ac Polonum clerum commendatum haberet, exoravit.

XXVII.

Ut vero aliarum ecclesiarum juribus tu-

endis non defuit Benedictus, ita ad defendenda ecclesiae Romanae jura Gonzalvo archiepiscopo Bracharensi partes dedit (c), ut duarum marcharum auri centum pontificio nomine exigeret a Rege Lusitaniae, cui exposuit (d), ut Alfonso Rex, olim ab Alexandro III. insignibus regalibus auctus, Lusitaniam ecclesiae Romanae vestigalem ad quatuor uncias auri pendendas haecenus obnoxiam, liberalitatis ergo ad duas marchas auri obligasset: Cum sicut, in regestis ecclesiae Romanae continetur antiquis, clara memoria Alfonso Rex Portugalliae praedecessor tuus, olim a felicis recordationis Alexandro Papa III. praedecessore nostro regis nominis titulo insignitus, quatuor uncias auri, quas pro tota terra sua, quam tunc habebat vel haberet in posterum, de censu annuo ecclesiae Romanae praedictaeolvere tenebatur, in duas marchas auri purissimi post Lateranense concilium duxerit augmentandas; excellentiam rogamus regiam attentius, & in Domino exhortamur, quatenus anima tua consulere in hac parte procurans, de censu hujusmodi, prout teneris, venerabili fratri nostro Gonzalvo archiepiscopo Bracharensi, nomine nostro & ejusdem ecclesiae recipienti, cui super hoc per alias literas potestatem concedimus, sic liberaliter & plene facias impendi, quod a Deo consequaris meritum, ac nostram & Apostolicam sedis benedictionem & gratiam uberius merearis. Dat. Avin. II. kal. decembris anno IV.

Lusitania eccles. Rom. vestigalis. (c) Eod. to. 4. ep. fecr. 431. (d) Ep. fecr. 428.

Duas marchas auri pendit.

Exigit hunc censum Pontif.

XXVIII. Exactum Sardiniae & Corsicae vestigal.

Exactum etiam est a Petro Rege Aragonum vestigal Sardiniae & Corsicae, jure beneficiario acceptarum ergo; ac duo millia marcharum argenti ab eo recepta nominis aprilis, quae superiori anno in festo Apostolorum Petri & Pauli aeriario pontificio inferenda erant, data ea de re syngrapha docet (e). Defuit vero officio Petrus Rex, non soluto alio censu, ut tenebatur, hoc anno recurrenente eorundem Apostolorum festo, quem cum nec evolutis a constituta die quatuor mensibus solvisset, anathema contraxit: sed cum imminente natali Domini festo soluturum se illum polliceretur, atque regio nomine Bernardus clericus Caesaraugustanus censuris liberari deposceret, ea ipsum lege Pontifex restituit (f) fidelium communioni VI. id. decembris, ut nisi excurrente ad natalicia Domini temporis spatium censum penderet, iidem poenis irretitus censeretur.

(e) To. 4. ep. fecr. 91.

(f) Ep. fecr. 436.

Similiter ne alia Romanae ecclesiae jura quae in Calaritanum principatum in Sardiniae insula, in Aragoniam, in Angliam in utramque Siciliam obtinebat, lapsu temporum obsolescerent, sollicitus Pontifex (neque enim avaritia vel nimio rerum terrenarum amore, a quibus in summa earum affluentia erat avulsus, duce-

ba-

batur; sed ad divinam gloriam servandi splendoris pontificii studio incitatus) Joanni de Amelio archidiacono Forojulienfi cavere apostolicam clericis injunxit (a) ut Assisium se conferret, ascitisque Spoletano praefide ducatusque ejusdem ararii praefecto, ac duobus vel pluribus tabellionibus adhibitis, vetera monumenta in thesauro Romanae ecclesiae in Assisinate sacratio asservato recondita perquireret, atque opera tabellionum exscribenda redigendaque in publicam formam curaret, ut iis fidei praestandam auctoritate apostolica decerni posset, confectaue accurate exempla mitteret, deferretve. Praefectum vero (b) ararii Spoletani ducatus, & praesidem ac Minoritas Assisinate (c), eorumque rectorem (d) quem guardianum vocant, Joanni opera non deesse iussit: quae res ab illo perfecta summa cum diligentia. Pretiosissima vero ea monumenta (e) a Cardinale Baronia cum pluribus alitis hereditario jure congregationi oratorii nostrae transmissa, in bibliotheca Vallicellana asservantur, e quibus plura in annalibus velut tot flosculos decerpimus, publicae juris fecimus.

(a) Ep. fecr. 353.

Vera ecclesiae monumenta jussu Benedicti descripta. (b) Ib. ep. 354. (c) Ib. ep. 362. (d) Ib. ep. 361. (e) To. 5. ep. fecr. 34.

Extant in MS. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. & MS. sign. lit. D. n. 1.

(f) To. 4. ep. fecr. 176.

Scuria ecclesiae beneficiaria.

Sed ad institutam narrationem de Benedicti in tuendis Romanae ecclesiae juribus studio redeamus. Intendi iussit (f) ab Episcopo Albienis judicium Oliverio vicem comiti Montiscleari tutori Sicardi Scuriensis castri domini, ut accepti ab ecclesia jure fiduciario ejus castri nomine clientis officia sedi Apostolicae praestaret; Cum, inquit, castrum de Scuria tuae Albienis dioecesis sub certo censu annuo in feudum ab antiquis temporibus a Romana ecclesia teneatur, & domini dicti castri, qui fuerant praeteritis temporibus, pro eodem castro Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, sicut tenebantur, certis temporibus fidelitatis juramentum & homagium ligum praestiterint, prout constat ex regestis ejusdem ecclesiae aliisque documentis authenticis & publicis evidenter, &c. Dat. Avin. XI. kal. junii anno IV.

XXIX. Cenetenis comitatus eccles. vestigalis.

(g) Ib. ep. fecr. 318.

Ditio ecclesiae a tyrannis liberata. (h) Ib. ep. fecr. 116.

Nec dispari diligentia provinciam dedit Benedictus Bertrando patriarchae Aquilejensi, ut comitatum Cenetensem ad Romanam ecclesiam spectantem viriliter (ut ait) ac potenter ex invasorum eriperet manibus: tum etiam in eos, qui Bartholomaeum episcopum Veronensem enecant, apostolica auctoritate legibus animadverteret (g). Neque minor collocata est ab optimo Pontifice sollicitudo, ut ditionem ecclesiasticam ex invasorum tyrannide vindicaret, quam in tuendis aliis fiduciariis bonis posuerat. Incitabat pleerosque cupiditas, ad rapiendas opes ecclesiasticas, invadendas urbium praefecturas, atque novos principatus e ruinis ecclesiae confidans. Ut improbos igitur reprimere, decretum pontificium edidit (h)

quo, objectis divinis humanisque poenis gravissimis, ne quis urbium, oppidorum, municipiorum, arcium, vicorum, pagorum dominium administrationemve sine pontificia auctoritate capesseret: idque ab Hugone Augerii canonico Narbonensi parimonii B. Petri in Tuscia praefide divulgari, atque in praevicarios legis severitatem exerceri iussit (i). Defixi censuris Bononienses ob pulsum Bertrandum episcopum Ostiensem A. S. L. exercitamque in ejus milites & administratos saevitiam, redeundi in Pontificis iusti eorum principis obsequium voluntatem concepere, misereque oratores, qui Bononiam juris esse pontificii professuri, de concordiae legibus pacifcerentur: de quorum accessu, habitaque in Cardinalium senatu oratione, multis demissionis & observantiae notis insigni, haec tradit Benedictus (k).

Sanctio Bened. in eos lata.

(i) Ib. ep. fecr. 117. XXX.

Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Commune, universitas, & populus Bononiensis, tangente Domino cor ipsorum, & caliginem de mentalibus eorum oculis avertente, ad sinum ejusdem ecclesiae matris suae, a qua velut alienati filii propria culpa recesserant, redire saniori consilio cupientes; dilectos filios magistros Paulum de Lizariis decretorum, & Mathaguanum de Aczoidis, ac Petrum de Bompertis legum doctorum ambassiatores, ac Rolandum quondam Joannis de Fantucis syndicum & procuratorem & nunciam specialem, eorum civem Bononiensem, ad nostram & ejusdem sedis praesentiam destinaverunt. Qui coram nobis & eisdem fratribus nostris in consistorio publico comparentes, praesente in dicto consistorio tam praetorum quam aliorum fidelium multitudine copiosa, a nobis ex parte communis, universitatis, & populi praedictorum devota & humilis supplicationis instantia postularunt, ut non attendentes ejusdem populi insipientiam & excessus, sed pie considerantes ejusdem sedis & Romanae ecclesiae benignitatem & clementiam consuetam; & quod praedicti Bononienses fuerunt haecenus ejusdem ecclesiae devoti filii, & esse perpetuo proponebant; & quod idem populus in servitio ejusdem ecclesiae contra indevotos ipsius sanguinem suum fundere & bona sua exponere minime dubitaret, populum ipsum dignemur respicere oculo pietatis, & ei redeunti & penitenti sinum & gremium ejusdem ecclesiae misericorditer aperire, dictumque populum dirigere, ut ipsa civitas nostra sub alio pietatis nostrae & ejusdem ecclesiae in pacis plenitudine & pulchritudine valeat gubernari: quod fieri indubitanter credebant si ejusdem sedis clementia super articulis infrascriptis pie dignaretur ipsorum communis, universitatis, & populi supplicationibus inclinare. Idemque syndicus & procurator.

(k) Ben. an. 4. ep. cur. 66. & an. 6. ep. cur. 48. & MS. Vall. sig. lit. B. n. 12. p. 481. Bononienses pro flagitanda rebellionis venia oratorem mittunt.

Proften-
tur Bono-
niam juris
esse Pon-
tificii.

rator, habens ad infra scripta omnia & singula recognoscenda, tractanda, petenda, supplicanda, faciendâ, promittendâ, iuranda, & perficiendâ, complenda speciale mandatum, iudicario & procuratorio nomine constituentium eorundem devote & humiliter confessus fuit, & etiam recognovit, quod ipsa civitas Bononiensis, & comitatus & districtus ejusdem pleno jure in temporalibus, quoad dominium, ac merum etiam mixtum imperium, & omnimodam jurisdictionem ad Romanam ecclesiam in solidum pertinerent, ac etiam ab antiquo pertinerunt: ac juravit ad sancta Dei evangelia, a se supradictis nominibus & in animas constituentium prædictorum corporaliter sponte tacta, dictos constituentes recognoscere, nos & omnes Romanos Pontifices successores nostros veros esse eorum dominos; nosque & successores eosdem pro ipsorum veris dominis in perpetuum habere & tenere, ac nobis nostro, & successorum nostrorum & ejusdem Romane ecclesie nomine possessionem & quasi civitatis, comitatus, & districtus, ac meri & mixti imperii, & omnimodæ jurisdictionis; nec non cæterorum jurium civitatis, comitatus, & districtus eorundem, quibus nos ac dictus prædecessor noster [nimirum Joannes] & eadem Romana ecclesia fuimus spoliati, plene & integre restituere, reddere, & integrare, & ex nunc ea omnia & singula nobis & dictis successoribus, ac eidem Romane ecclesie libere dictus iudicus & procurator iudicario & procuratorio nomine supradicto omnino dimisit; nosque & successores nostros & eandem Romanam ecclesiam redintegravit & restituit plene & libere ad dictam possessionem & quasi, & ad omnia & singula supradicta: & in signum & nomine traditionis hujusmodi corporalis possessionis & quasi, ac restitutionis & redintegrationis prædictarum, claves civitatis ejusdem iudicario & procuratorio nomine supradicto nobis in eodem publico consistorio præsentialiter tradidit, & realiter assignavit: ac promisit solemniter & juravit nomine & in animas constituentium prædictorum, quod infra medietatem proxime futurâ quadragesimæ dicti commune, universitas, & populus dictam possessionem & quasi omnium & singulorum prædictorum illi seu illis personis, quam seu quas ad hæc duxerimus deputandas, realiter, plene, & integre reddent, restituent, & assignabunt nostro & dictorum successorum nostrorum & dictæ ecclesie nomine recipiendam, habendam, & tenendam libere & absque impedimento quocumque. Promisit etiam solemniter & juravit nomine & in animas constituentium prædictorum, quod in civitatem eandem, ejusque comitatum & districtum Ludovicum de Bavaria vel quemvis Imperatorem seu Regem Romanorum, vel de ipsorum gentibus aliquem vel aliquos notabilis præeminen-

Prisina
ecclesie
jura resti-
tuunt.

Spondent
Cæterum
sine Pon-
tificis
jullu se
non ad-
missuros
in urbem.

tia, potentia, seu potestatis, de quo vel quibus possit verisimiliter dubitari seu presumi, mutationem status, vel occupationem civitatis ejusdem debere contingere adversus nos & ecclesiam memoratam, non introducent, non assument, nec recipient absque licentia sedis Apostolica speciali per ipsius literas concessionem licentiæ hujusmodi specialiter exprimentes, &c.

Nuncupavit idem orator Bononiensium nomine fidei sacramentum in verba Pontificis, cujus iurisdictionis formula suis concepta verbis a nobis allata est alias. Spondit etiam, conscendentibus primum sacrosanctum solium singulis successuris Pontificibus unius anni flexu Bononienses misso procuratore idem sacramentum repetituros: additaque est sponso, nunquam cum hostibus ecclesie coalitionem ullam inuros. Tum alie leges adjectæ de ducentis equitibus egregie armis instructis ad septuagesimum a Bononia milliaria annis singulis mittendis ad castra pontificia, ac trimestri sumptu Bononiensium sustentandis, cum a Pontifice aut senatu Cardinalium jussi fuerint; refarciendis injuriis illatis Bertrando Cardinali ac Bononiensi & Mirapiscensi episcopis, restituendis seditione raptis, revocandis exulibus, pendendo censu & aliis exhibendis officiis, asserendoque jure ecclesiastico; quibus literis hæc temporis nota adjecta est: Dat. Avin. iv. id. octobris anno iv. Ad hæc mandanda operi Guigo e S. Germano Apostolicæ sedis internuntius decretus est, instructusque hisce mandatis. (a)

Benedictus. &c. Guigoni de S. Germano A. S. N.
Discretionis tue per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus tenore dictarum literarum diligenter inspecto, teque ad civitatem, comitatum, & districtum Bononiensem prædictos personaliter conferens, dictisque universitati, communi, & populo civitatis ejusdem præfatis literis publicatis solemniter & expositis diligenter; factaque prius per eos actualiter, realiter, & corporaliter restitutione & assignatione corporalis possessionis & quasi civitatis, comitatus, & districtus prædictorum, ac meri & mixti imperii, ac omnimodæ jurisdictionis, cæterorumque jurium ipsorum, ad nos & Romanam ecclesiam pleno jure spectantium, tibi recipienti nostro & successorum nostrorum ac Romane ecclesie prædictorum nomine, ac per te nomine supradicto hujusmodi reali & corporali possessione & quasi recepta, apprehensa, & habita pacifice & quiete factis etiam per constituentes eosdem recognitionibus, ratificationibus, acceptationibus, affirmationibus, confirmationibus, emologationibus cum juramentorum præstationibus, obligationibus quoque super dicto censu, & aliis omnibus, & singulis contentis in dictis literis distincte, specialiter, & ex-

XXXI.
Fidei sa-
cramen-
tum nun-
cupant.

Pactiones
aliquas
ineuat.

(a) An. 4.
p. 1. ep.
cur. 67.
Missus ad
ineundam
Bononiæ
possessionem
internunci-
us.

Et sol-
vendas
centuras.

& expresse; ac præmissis omnibus juxta promissiones, obligationes, & juramenta dicti syndici, ac secundum modum, formam, & ordinem eidem literis nostris expressos debite & efficaciter adimpletis, & de his omnibus & singulis confectis publicis instrumentis, juxta dictarum literarum seriem nobis quantocumque, vel saltem infra prædictam proximo futuram mediam quadragesimam fideliter destinandis. Et infra, sententiam interditi, cui civitas, comitatus & districtus prædicti, ac universitates, & communia eorundem propter præmissa subiacere noscuntur, & infra, auctoritate prædicta omnino relaxes, &c.] Amplissimis etiam mandatis instructus est nunciatus, ut alias pœnas solveret, academiam pristino restitueret statui, commissaque crimina venia deleteret. Dat. Avin. iv. id. octobris anno iv. Data etiam eidem nuncio provincia, ut cum ex concordia legibus Bononienses Pontifici tres cives idoneos ad publicam rem administrandam essent proposituri, unum ex his nomine pontificio Bononiæ præficeret (a), Verum postea oborta in complendis promissis novæ difficultates: cumque condito tempore Bononienses initas cum ipsorum oratore pactiones non confirmassent, Benedictus prioribus illos pœnas devinctos teneri promulgari jussit. Vt vero demum, mitigata nonnullarum conventionum acerbitate, in gratiam fuerint admissi, dicitur inferius.

(a) Ib. ep.
63.
Orta no-
væ diffi-
cultates.
Extracta
reconci-
liatio.

XXXII.
Bellum
in Scali-
geros ge-
ritum.

(b) Jo.
Vill. l. 11.
c. 76.
Accisa
eorum
potentia.
(c) Eod.
lib. c. 88.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

(d) datæque a senatu Veneto eæ leges, ut Tarvisium, Castrum francum, & Bassanum Venetæ reipublicæ parerent; parata a foederatis retinerentur: (Carrarienses Patavium, novo principatu condito, & Azo Vicecomes Brixiam jam eripuerant) Florentini vero præter plura oppida, quæ ex Lucano principatu detraxerant, Pisciariam, Bugianum, & Altopassium recipere. Ita elisa est Mastini, quæ adeo crescebat, ut Italiæ dominium affectaret, (e) potentia ad quam ex infima conditione assurrexerat: tradit enim Jo. Villanus (f) familiæ conditorem Jacobum nomine compingendarum scalarum artem exercuisse, illiusque filium Mastinum sub Ezolino e Romano savissimo marchie Tarvisinæ tyranno stipendia fecisse, unde canes innitentes scalæ prætulere insignibus, quæ ab arte & nomine acceptant: quamquam alii a mercatore Montagnanæ genus duxisse ferant. Cæterum in illum judicariæ actionis instruendæ ob casum Bartholomæum episcopum Veronensem provincia demandata est a Pontifice (g) Aquilejensi patriarchæ. Ut vero deslerum facinus rite expiarit Mastinus, necnon qui hæctenus exercuerat tyrannidem, iusti principis titulum fuerit affectus, sequenti anno dicitur, quo Veronæ, Vicentiæ, & Parmæ vicariatum a Romana ecclesia, propter interregnum accepisse visuri fumus. Nunc reliqua bella Italica prosequamur [1].

Pertentavit Petrus (h), Friderici olim Regis Trinacriæ filius, transfusum flagitio insulæ dominatum variis rationibus sibi asserere adversus Robertum, qui illud regnum tum avito jure, tum ex foederis a Bonifacio sancti legibus repetebat: misitque ad curiam pontificiam oratores, qui apostolica liberalitate Trinacriam sibi tradi deposcerent, clientelarem exhiberent Pontifici ritu solemnem sponsonem, ac de remittendo sibi annuo censu, quem Fridericus annis pluribus fisco pontifici-

Data ipsi
a senatu
Veneto
leges.
(d) Cap.
89.

(e) Super
c. 76.
(f) Cap.
49.
Scaligerorum
exordia.

(g) An. 1.
p. 1. ep.
cur. 53.

XXXIII.
(h) Exe.
ejus lit. in
lib. privit.
Rom. eccl.
to. 1. p.
349.

NOTE [1] Mastinus Scaliger, cujus nominis terrore universa pene Italia contremuerat, ex alto illo felicitatis culmine anno superiori demitti cœpit; hoc vero anno ad ima penitus corruit, nam foederatis Mediolanensium, Venetorum, Florentinorum, & Joannis filii Joannis Bohemie regis armis appetitus, primo quidem Vicentiæ urbis suburbana hostibus cedere coactus fuit, fusa fugataque auxiliarum manu, quam ipse ad urbem defendendam miserat. Dein & urbs ipsa cum arce periclitabatur, nec satis ipse tutabatur manibus Veronæ, cui hostis victor imminerebat. Brixia, Padua, Tarvisium superiori anno jugum excusserant. Luca Florentini inhiabant. In tantis rerum angustiis constitutus de componendis cum Venetis rebus anno isto labente tractare cœpit. Pax nonnisi sequenti anno coaluit, ut non Villanus tantummodo, sed & Anonymus Veronenfis Rer. Italic. to. VIII. æquales ambo affirmant. Cum Villanus lib. XI. Cap. LXXXIX. annunciatam Florentiæ pacem notet die XI. Februarii anni 1338. Anonymus vero die X. Januarii emissum e Veneto carcere Albertum Scaligerum scribat. Qui etiam author est Bartholomæum Scaligerum Veronensem Episcopum necem tulisse a Martino die XXVII. Augusti anni 1338. Scriptor idem quoad pacis condiciones a Villano in speciem discrepat: cum Bassanum, quem Venetis Villanus adjudicat, Paduanis adscribat. Quamquam conciliari scriptores ambo possunt ex his quæ tradit Sanutus in Vitis ducum Venetorum vulgatus Rer. Italic. tom. XXII. ad vitam Francisci Danduli; narrat enim Bassanum cælitè quidem Paduanis, sed ab illis traditum ad Venetos transiisse. MANSE

tificio non intulerat, pacifcerentur quos ampliffimis mandatis fubjectis literis in-
struxit.

Petrus fecundus Dei gratia Rex Si-
ciliae.

Petri Tri-
nariii co-
natus pro
afferendo
fibi re-
gno.

Præfentis fcripti ferie manifeflum fieri volumus univerfis, etfi zelo fanctiffimæ fi-
dei Christianæ, ftudio charitatis fincere, quam erga fanctam catholicam & apoftoli-
eam & univerfalem ecclefiam ardentibus defideriis animo gefsimus & gerimus, cor-
di nobis & in voto noftro fuerit; & fic nunc præcipue in regni noftri primordiis ar-
dentiffimis affectibus & mente devota no-
fter animus propulsetur ad fanctiffimum patrem & dominum Benedictum, digna Dei
providentia facrofanctæ Romanæ matris & univerfalis ecclefie summum Pontificem, &
reverendiffimum cœtum venerabilium domi-
norum Cardinalium, qui dictam fanctam catholicam & apoftolicam ecclefiam confti-
tuunt & repræfentant, ut cuius Christiano & fanctæ & reverendiffimæ fedi Apo-
ftolicæ debitam reverentiam & honorem præcipuum redderemus, ac omnia, ad quæ
de jure tenemur & debemus, devotiffimè & pleniffimè noftro firma & indefeffa de-
votio, ut defiderat, adimpleret personali-
ter nos conferre, & eos debitis & humili-
bus obsequiis vifitare; tamen quia considera-
tis guerrarum tempeftatibus & periculis quæ inter Christianos, fpecialiter Italicos
nunc vehementius folito inardescunt, & præfertim guerra calamitatibus, quæ in-
ter nos & illuftram Regem Robertum effer-
buit, & actu manifefto nunc efferret, no-
fter accessus ad Romanam curiam, qui non
fine magno noftro noftorumque fidelium per-
fonali & reali periculo poffet verius confum-
mari, nobis rationabilibus excufationibus
denegatur; propterea habito confilio dili-
genti, ad vitandum præcipue perfonalia
pericula, & ad præmifforum & infrafcri-
ptorum conceptum & defideratum opus per-
ficiendum coram prædicto domino summo Pon-
tifici, & præfato cœtu venerabilium Car-
dinalium, propofuimus, & ordinavimus
per mediam perfonam in prædicta Romana
veneranda curia comparere.

XXXIV.

Et ideo confifi de fide, fufficientia, & le-
galitate nobilitum Nicolai de Lauria, & An-
drea de Joffo de Melfana militum, con-
filiariorum, familiarium, & fidelium no-
ftorum, eos & quemlibet eorum in folidum,
ita quod non fit melior conditio occupantis,
fed quod unus incœperit, alter profequi va-
leat & finire, fponte conftituimus, fecimus
& ordinavimus noftros veros & legitimos
procuratores, ambaxiatores, & nuncios fpe-
ciales præfentes, & procuracionem & am-
baxiatam & nunciationem ipfas fponte fu-
fcipientes, ad conferendum & præfentan-
dum fe nomine & pro parte noftro in di-
ctæ Romana curia coram fanctiffimo patre
& domino noftro Benedicto, digna Dei pro-

Se ftudio-
fum esse
ecclefie
attendere
nititur.

Oratores
ad curi-
am pon-
tificiâ de-
cernit.

videntia facrofanctæ Romanæ matris & u-
niverfalis ecclefie summo Pontifice, & re-
verendiffimo cœtu venerabilium Cardinali-
um, & coram eis, debitis reverentia &
honore propenfius exhibitis, præmiffa nar-
randum, & nos excufandum, qualiter præ-
miffis rationibus atque caufis & aliis, de
quibus sunt verbo informati, ad prædictam
Romanam curiam & coram eis nunc acce-
dere personaliter commode non valemus;
nec non ad petendum, impetrandum, & re-
cipiendum ab eisdem domino summo Pon-
tifici, & dicto reverendiffimo cœtu domi-
norum Cardinalium pro nobis noftrique be-
redibus & fuccefforibus inveftituram per-
petuam, confirmationem, & concessionis re-
novationem prædicti regni Siciliae, cum
omnibus infulis ei adjacentibus & vicinis
& cum omnibus & fingulis dignitatibus,
honoribus, iurisdictionibus, mero & mix-
to imperio, iuribus & pertinentiis eorum,
fub debito & confueto annuo cenfu, præfa-
to domino summo Pontifici & præfata fan-
ctæ Romanæ ecclefie fingulis annis in per-
petuum per nos, heredes, & fucceffores
noftros integraliter præftando & folvendo:
ac ad offerendum & obligandum nos, here-
des, & fucceffores noftros, & promitten-
dum quod ex nunc inantea prædictum re-
gnum Siciliae cum omnibus prædictis infu-
lis habebimus, tenebimus, poffidebimus,
& recognoscemus a dicto domino summo Pon-
tifici, & prædicta fanctæ Romanæ ecclefie
fub recognitione & annua folutione dicti
annui cenfus; & quod prædictum annuum
cenfum pro prædictis regno & infulis an-
no quolibet dictæ fanctæ Romanæ ecclefie
integraliter perfolvemus; nec non ad offe-
rendum eidem domino summo Pontifici, &
reverendiffimo cœtu dominorum Cardina-
lium nomine dictæ fanctæ Romanæ, & ei-
dem ecclefie pro prædictis regni & infu-
lis puram & perpetuam fidelitatem, & a
molo in perpetuum eorum efle fubditum &
fidelem, & fub eorum fidelitate ftabiliter
perpetuo permanere. Et ad majorem secu-
ritatem ipforum domini summi Pontificis,
& reverendiffimi cœtus dominorum Cardina-
lium, & præfate fanctæ Romanæ eccle-
fie debitum fidelitatis offerendum, & præ-
ftandum efficace sacramentum & manus
oris homagium; etiam de pecunia reftan-
ti ad folvendum dictæ fanctæ Romanæ ec-
clefie pro temporibus retroactis, pro quibus
eidem ecclefie folutum & fatisfactum non ex-
titit pro annuo cenfu non foluto a prædicto do-
mino summo Pontifice & præfato reverendi-
mo cœtu dominorum Cardinalium, gratiam,
remiffionem, liberationem, fivem, & quit-
tationem omnimodam & finalem petendum,
impetrandum, & recipiendum de prædicto
ipfo annuo cenfu non foluto fed refianti ad
folvendum pro prædictis retroactis tempo-
ribus dictæ fanctæ ecclefie ut fupra cum
prædictis domino summo Pontifice, & di-
cto

Petit fibi
regnum
pontificio
beneficio
tradi.

Pollicetur
cenfum fe-
pofitura-
rum.

Ad clien-
telarem
fponfo-
nem fe-
oblirigit.

Solvi fu-
ceptis
centibus
efflagitat.

Et reverendiffimo cœtu dominorum Cardi-
nalianum nomine præfato, & cum eadem ec-
clefia componendum, traufigendum, & paci-
fendum, prout cum eis poterunt melius &
commodius convenire; infuper etiam ad pe-
tendum, obtinendum, & impetrandum no-
mine & pro parte noftro, fuccefforum &
vafallorum noftorum indulgentiam, remis-
ffionem, & relaxationem omnium & fingu-
larum pœnarum, culparum, & fententiarum,
quas bonæ memoriæ Rex Fridericus
reverendiffimus genitor nofter, nos, noftri
regales confiliarii, familiares, fubditi, &
vafalli noftri, cujuscumque ftatus, gradus,
& conditionis exiftant, regnum etiam no-
ftro ratione dictæ cenfus non foluti, vel
quacumque alia ratione, occasione, vel cau-
fa, de jure, vel facto incurriffimus vel
incurrere aliquatenus potuiffimus. &c. Dat.
Melfanæ anno dom. incarnat. MCCXXXVIII.
menfe martii ultimo ejufdem fextæ indi-
ctionis.

XXXV.
Repuliam
patitur
Petrus.

Robertus
Rex im-
plorat ec-
clefiæ o-
peam pro
recupe-
randa
Trina-
cria.

Quæ ad
iuris fui
gratiam
propofue-
rit.

Decreti
ad illius
gratiam a
Bened. le-
gati.

Iniqua erant Petri petita, cum ex ipsis
Robertus iusto infula Regi fieret injuria,
quare ejus oratores repuliam sunt passi.
Missis quippe oratoribus Robertus Rex,
jus a sede Apostolica dici poposcit, cau-
sæque suæ æquitatem proposuit; in pri-
mis Fridericum vicio Trinacriæ imperium
post concitatum a Petro seditionem cor-
ripuisse; cumque iusto bello Carania &
plures infula arces ac loca a Caroli II.
ducibus parta fuissent, (spesque de sub-
jicienda Trinacria affulgeret, compositum
a Carolo Valessio iis pactioibus dissidium,
ut Fridericus ad vitam tantummodo Tri-
nacriæ administratione regioque titulo po-
tiretur, atque ecclesiasticis eorum jura
restitueret: post mortem autem ipsius
Trinacria Carolo vel heredibus traderetur:
at violatas a Friderico fœderis leges;
nam primum pacto cum hoste Henrico
Cæsare fœdere, cum nulla de eo sus-
picio malevolentie concepta esset, pro-
ditione Calabriam invasisset, iterumque
cum Ludovico Bavaro ecclesiæ perduelli
coluisse armorum societatem, ac filium
Petrum classe instructum, ut se illi conjun-
geret, submisisset, variaque maritimæ oræ
loca vastasse: denique licet ex fœdere
antea esset professus, Trinacriam post ip-
sius mortem restitutum iri; contra jura
tamen Petrum filium heredem regni testa-
mento scripsisset. Poposcit igitur Robertus
a Pontifice, ut jus in ea causa tan-
quam Siculi regni supremus princeps da-
ret. Benedictus itaque judicariam instru-
xit actionem adversus Petrum inique Tri-
nacriæ incubantem, in qua varias ob causas
nullo jure illius corripuisse imperium de-
monstravit, ac legatos creavit, qui cen-
suris ipsum ecclesiasticis desigerent, ni in-
justam possessionem dimitteret.

Benedictus, &c. venerabilibus fratribus
Goto patriarcho Constantinopolitano & Ra-
therio episc. Vafonenfi A. S. N.

In agro dominico ab eo, per quem Re-
ges regnant, & principes imperant, & qui
solus habet in regnis hominum præcipuam
potestatem, licet insufficientibus meritis,
operarii positi & custodes, necesse habemus
interdum de statu dictorum regnorum, &
specialiter quæ Romanæ ecclesiæ juris &
proprietas exiftunt, cum fratribus noftro
ad pacem & justitiam populorum sic consulta
provisione disponere, ut per invasiones &
occupationes illicitas eorumdem populorum,
quintimo ecclesiarum ac personarum eccle-
siasticarum status non turbetur publicus,
justitia exinde non patiatur exitum, nec
tranquillitas, quæ ex concordia provenit,
extinguatur; sed, evulsis exinde malorum
radicibus, in pacis pulchritudine sedeant,
& in requie opulenta quiescant. Dudum
post protervæ rebellionis insultum, in infula
Siciliæ contingentem, ac subsequenter in-
vasionem & occupationem ipsius per quon-
dam Petrum olim Regem Aragonum atten-
tatas, & per quondam Fredericum ejusdem
Petri genitum cum accessione vitii conti-
nuatas in culpam [ex quarum rebellionis
& invasionis excessu, & illicita continua-
tione præacta, prout declarat, prob dolor
multiplicium malorum secutus eventus, mul-
ta protulerunt Christianitati non facile
numeranda discrimina, quæ guerrarum dis-
fidia, collisionesque regnorum, animarum
pericula, corporum strages, facultatum la-
psus, & destructiones multimodas induxe-
runt] dum eodem Frederico, eandem in-
fulam continuato vitio tam obstinate quam
illicite detinente, Apostolica sedis & claræ
memoriæ Caroli Regis Siciliae potens mili-
taris exercitus contra dictum Fredericum
& rebelles Siculos processisset, inter cha-
rissimum in Christo filium noftro Robertum
Regem Siciliae illustrem, præfati Re-
gis Siciliae primogenitum, tunc ducem Ca-
labriæ, quondam Carolum Alanconii &
Valesii comitem præfectos ejusdem exerci-
tus ex parte una, & jam dictum Frede-
ricum ex altera tractatus pacis fuit habi-
tus mutua inter ipsos, ut potuit, firmi-
tate vallatus. Quo quidem tractatu præ-
fentato conspectus felicitis recordationis Bo-
nificii Papæ VIII. prædecessoris noftri, &
per solemnes nuncios Frederici præfati ab
eo cum devotione petito, ut tractatum ip-
sum confirmare benignius de Apostolica po-
testatis præfatio dignaretur; idem præde-
cessor, pensans attente, quid Apostolica
sedis exigeret in ea parte decencia, quid
utilitas fuaderet, quia tractatum ipsum
invenit in multis informem, a censura con-
siderationis rationabilis discrepanem illum
absolute primo respuit confirmare: ac eli-
gens viam mediam, omiffis extremis, vo-
lensque dictum Fridericum in benedictione
dulcedinis prævenire, ut reduceret trami-
tes ejus ad lineam, & ut erroris ac devii
fugata caligine eo libentius atque suavius
er.

XXXVI.
Datum il-
lis diplo-
ma.

De Sicula
conjura-
tione, &
quanta
mala in-
vexerit.

De initio
pœtea fœ-
dere.

veritatis posset semitam ingredi, quo per apostolica benignitatis suffragium sentiret secum benignius, atque clementius fore actum, mandavit & fecit ipsum ab excommunicationis sententia, qua ligatus erat, absolvi certo modo, quem providi cautela consilii suadebat: & prosequendo debitum pastoralis officii, & charitatem etiam pii patris, benignas literas & speciales nuntios suos ad memoratum Fredericum in insulam prefatam transmisit, inducens eundem, ut ipse de devio, in quo cum fultis erroris advexerat, ad rectum salutis ingressum de se prudenter converteret, & circa informationem predicti tractatus suum animum rationabiliter inclinaret.

XXXVII. Missis pro eo confirmando ad sedem Apost. ratoribus.

Qui predecessoris ejusdem exhortationibus acquiescens, quondam Hugonem de Empuritis marescallum, Fredericum de Incisa militem magistrum rationalem, & Bartholomaeum de Insula judicem curie Frederici prefati ad eundem predecessorem transmisit cum certo procuratorio sufficienter instructos, super reformatione preacta, & distinctis capitulis ejusdem Frederici noto sigillo sigillatis a tergo (quae dictus predecessor in archivio Romanae ecclesiae servari mandavit) continentibus supplicationem & reformationem pariter multorum, quae series jam dicti tractatus pacis omiserat, & quae minus provide deducta fuerant in eodem. Qui siquidem nuntii pro parte ejusdem Frederici eidem predecessori & Romanae ecclesiae, prout in mandatis habebant, promiserunt solemniter & expresse, quod dictus Fredericus prefatam Siciliam insulam cum insulis ei adjacentibus, omnibusque aliis predictis juribus & pertinentiis suis in vita sua teneret, haberet, & possideret ab eodem predecessore sub eo ac ecclesia memorata, & esset vassallus & censarius ipsius ecclesiae pro illo jure, quod idem Fredericus in ipsa insula Sicilia, dicta sua vita durante obtinebat: & ex tunc ejus nomine prefati nuntii promiserunt bona fide tenere sub annuo censu trium millium unciarum auri ad generale pondus regni Siciliae in festo B. Petri, ubicumque Romanus Pontifex foret, eidem Romano Pontifici & Romanae ecclesiae per eundem Fredericum, dum viveret, annis singulis solvendarum, & pro certo alio servitio, in dictis promissionibus tunc expresso, per dictum Fredericum eidem ecclesiae exhibendo: quod si per Fredericum predictum, dum viveret, in prefati census trium millium unciarum foret suo termino a solutione cessatum, in illas spirituales & temporales penas Fredericus prefatus incideret, quae in conventionibus iniis inter Romanam ecclesiam & clarae memoriae Carolum primum Regem Siciliae in capitulo solutionis & cessationis census, servato ordine in eodem expresso capitulo, continentur. Pro quibus quidem recognitione, & promissum

Ut sponderit Fredericus Trinacriam restitutum iri.

Per solutorum censum ecclesiae.

stione praestatis efficacius roborandis praestati nuntii ejusdem nomine Frederici eidem predecessori & Romanae ecclesiae pro illo jure, quod in ipsa insula Sicilia cum predictis juribus & pertinentiis suis idem Fredericus, sicut praedicitur, tunc fuerat habiturus ad vitam, ligum fecerunt homagium, & praestiterunt fidelitatis debitum juramentum.

Promiserunt etiam prefati nuntii pro parte & nomine Frederici prefati eidem predecessori & Romanae ecclesiae, quod idem Fredericus teneret & haberet inimicos eorundem Romanorum Pontificum & Romanae ecclesiae pro inimicis suis, & amicos eorum pro amicis haberet: quinimmo prefatos inimicos Romani Pontificis & ecclesiae predictorum ad ipsius ecclesiae mandatum intenderet persequi toto posse, & quod idem Fredericus restitueret & restitui faceret omnes ecclesias predictae insulae Siciliae & aliarum insularum circumadiacentium, si forte tunc non restituta fuerant, plenarie & cum effectu ad omnia bona & jura ipsarum, in quorum possessione fuerant eo tempore, quo insula memorata Siciliae contra dictum Regem Carolum rebellarat, per quoscumque prefata bona & jura ablata & occupata fuissent vel essent, & etiam tunc detinerentur; nisi forte infra praedictum tempus aliqua iusta alienatio per personas auctoritatem habentes inde iuste & rationabiliter facta esset: & quod omnes predictas ecclesias & personas ecclesiasticas ecclesiarum ipsarum idem Fredericus libertatibus, privilegiis, & immunitatibus, a sacris canonibus eis concessis: & specialiter quod immunes essent a collectis & talliis, gaudere permetteret & faceret; & quod si aliqua dubietas vel contentio emergeret in praescripto tractatu pacis vel circa ipsum idem predecessor Bonifacius, seu successor ipsius Romanus Pontifex inde foret tanquam communis dominus cogniturus, eidem predecessori humiliter supplicantes, ut cum Fredericus ipse secundum assertionem ipsorum ad dictorum predecessoris & Romanae ecclesiae mandata in spiritu sinceritatis integre ac devotionis interne rediisset, ac circa reformationem prefati tractatus pacis obedienter ac paterne descendisset, & obedienter in futurum dictorum predecessoris & ecclesiae beneplacitis se disponeret coaptare, tractatum ipsum cum reformatione promissionum hujusmodi confirmare benigne de auctoritate sedis Apostolica dignaretur.

Idemque predecessor promissum tractatum, ad hoc ipsum Regis Siciliae accedente consensu, cum reformatione praescripta ex certa scientia confirmavit; ita quod per tractatum ipsum reformationemque preactam, & per hujusmodi confirmationem suam, ac dicti Regis assensum, conventionibus ipsi iniis inter Romanam ecclesiam & praestatum

XXXVIII. Eisdem hostes & amicos cum ecclesia habiturum.

XXXIX. Ea parte confirmatione confirmatum factum, ut insula ad Carolum haeredes rediret.

tum Carolum primum Regem Siciliae, quibus ipsum regnum Siciliae & terra alia citra pharum prohibetur dividi, nullum praedictum, mutilatio vel diminutio asferretur, quin prefato Frederico defuncto jam dicta insula Siciliae cum insulis ei adjacentibus, omnibusque aliis prefatis juribus & pertinentiis suis ad unitatem, integritatem, & soliditatem alterius partis dictae terrae citra pharum posita, sicut erat concessionis tempore facta per Romanam ecclesiam prefato quondam Carolo Regi Siciliae de regno & terra predictis, & tempore mota guerra in insula prelibata Siciliae, ipso jure, & sine aliquo facto hominis juxta dicti tractatus pacis seriem revertetur; siquidem liceret tunc praenominato Regi Siciliae & legitimis heredibus suis dictam insulam Siciliae cum insulis ei adjacentibus aliisque predictis juribus & pertinentiis ejus ad integritatem & soliditatem predictae terrae alterius citra pharum, & unitatem totius regni Siciliae auctoritate propria & sine jussu alicujus praesidentis seu judicis revocare, prefatis conventionibus inter ecclesiam Regemque predictos habitis, ac tractatu pacis predicto in sua permanentibus firmitate.

XL. Sancitum nullum jus ad posteros Frederici derivatum.

Idem quoque predecessor de fratrum suorum consilio & assensu declaravit expressus ac decrevit, quod nec per divisionem ipsam prefatae insulae Siciliae a terra postea citra pharum, quae per memoratam tenentur, quam Fredericus predictus de ipsa insula Siciliae tunc fuerat habiturus, in vita sua contingebat, nec per eandem confirmationem predecessoris ejusdem & reformationem preactam, aut per dicti Regis assensum vel distributionem & receptionem dictorum census & servitii, nec per nominationem dicti Frederici factam & faciendam, de titulo Regis Trinacriae, jus sibi aliquod acquireretur ultra vel praeter tenentur ipsum, quam habiturus erat in vita sua juxta formam prelibati tractatus de insula Siciliae memorata: specialiter exprimens, quod per nominationem ipsam Regis Trinacriae honori regalis tituli, qui de toto regno Siciliae ultra pharum & citra apud prefatum Carolum Regem Siciliae remanebat, quemque apud eundem predecessorem remanere volebat, nullum in aliquo, etiam quantum ad vulgi labia, praedictum asferretur: nec ex predictis vel praedictorum aliquo eidem Regi Siciliae aut heredibus suis ultra tempus possessionis & tenentur praestata in proprietate, possessione, ac jure ipsius insulae Siciliae & pertinentiis ejus, ad quantumcumque temporis spatium se dicti Frederici vota protenderet, generaretur dispensium seu praedictum aliquod quoquo modo; cum possessio praestata insulae Siciliae & pertinentiarum ipsius (quam ex praemissa recognitione & praestatione homagii & juramento fidelitatis, tunc factis

dictis predecessori & ecclesiae pro parte Frederici prefati per nuncios sepe dictos, ac solutione census & praestatione servitii praedictorum faciendis in antea, ejusdem Frederici vita durante, idem predecessor & Romanae ecclesiae retinebat) praedicto Regi Siciliae & suis heredibus tanquam directis & veris feudatariis Romani Pontificis & ejusdem ecclesiae specialiter asferret praesidium, & dicta possessio eis prodesset; nullaque per aliquos contra ipsos ex praestata possessione seu tenuta allegari posset praescriptio vel oppositio.

Sane in concessione ejusdem regni Siciliae & dictae terrae citra pharum, prefato Carolo I. Regi Siciliae facta, super capitulo praestationis juramenti fidelitatis & ligii homagii, Romano Pontifici faciendorum seu praestandorum, continetur expresse, quod idem Carolus Rex Siciliae verum & legitimum vassallagium faciens ecclesiae Romanae pro regno praedicto, & tota terra, quae est citra pharum usque ad confinia terrarum ipsius ecclesiae, civitate Beneventana cum toto territorio, districtibus, & pertinentiis suis excepta, fidelis & obediens esset B. Petro & Romano Pontifici, & c. ut in juramenti capitulo continetur: & quod hujusmodi homagium ipse & heredes suscipere & juramentum fidelitatis praestare secundum praescriptam formam, si Romanus Pontifex in Italia foret, infra sex menses; si vero cum extra Italiam esse contingeret, infra annum post dicti regni adeptum dominium, teneretur: & quod singulis successoribus & eidem Romanae ecclesiae renovaret tam ipsum homagium, quam hujusmodi juramentum. Continetur etiam in dictis conventionibus, videlicet in praefato capitulo solutionis & cessationis census, quod ab eodem Carolo I. Rege pro toto generali censu ipsorum regni & terrae octo millia unciarum auri ad pondus ipsius regni in festo B. Petri, ubicumque Romanus Pontifex esset, ipsi Romano Pontifici & Romanae ecclesiae annis singulis solverentur. Si vero ipse vel sui in ipso regno heredes quocumque termino non solverent integre censum ipsum, & expectati per duos menses, terminum ipsum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfacerent, eo ipso forent excommunicationis sententia innodati: quod si secundo termino infra subsequentes duos menses eundem censum sine diminutione qualibet non solverent, totum regnum Siciliae ac tota terra praedicta ecclesiastico essent supposita interdicto. Si vero nec in tertio termino, nec infra duos menses proximos per plenam satisfactionem illius ejusdem census sibi ducerent consulendum, ita quod transactis eodem tertio termino & duobus proximo subsequentibus mensibus non esset de octo millibus unciarum hujusmodi primi termini ipsi ecclesiae integre satisfactum, ab eisdem regno & terra ipso jure

XLI.

Quae conventa inter Carolum I. & ecclesiam fuerint firmata.

eadem ex toto, & regnum ipsam & terra integre & libere reverterentur ad Romanam ecclesiam præbaturam. Si autem de censu octo millium unciarum hujusmodi primi termini infra dictos tertium terminum, & duos subsequentes menses plenarie* satisfacerent, seu pro singulis octo millibus unciarum singulorum terminorum simili modo in eorum solutione cessarent, vel illa non solverent, similes penas incurrerent, salvo aliis penis & processibus, que vel qui de jure inferri vel haberi possent per Romanum Pontificem in hoc casu. Dicti quoque nuntii ejusdem Frederici promiserunt, quod idem Fredericus hujusmodi capitula & omnia & singula contenta in prædictis conventionibus habitis inter eandem Romanam ecclesiam & præfatam Carolum I. Regem Siciliæ tam affirmatiue quam negatiue, seu in faciendo seu non faciendo consisterent, prout contingebant dictum Fredericum, & contingere poterant, tempore vite sue completer integre, & inuolubiter obseruaret. De quibus omnibus & singulis, complendis integre & obseruandis inuolubiter per Fredericum jam dictum, dicti nuntii, ad hæc plenam potestatem habentes, in animam ejusdem Frederici præstiterunt ad sancta Dei euangelia juramentum.

Porro, sicut nobis & fratribus nostris certum reddit indubia & notoria certitudo, idem Fredericus nec eidem prædecessori Joanni, dum vixit, nec nobis postquam divina providentia fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, juramentum fidelitatis præstitit, nec ligium homagium fecit juxta reformationem conventionis & capitula supradicta, nec etiam toto apostolatus nostri, nec antea dicti Joannis prædecessoris tempore per multos annos præfatam censum trium millium unciarum, prout secundum præfatam reformationem, conventiones, & capitula arctabatur, solve-re curavit ecclesiæ memoratæ, propter que eo ipso fuit excommunicationis vinculo innodatus, dictaque insula ecclesiastico supposita interdicto; ac nihilominus ab omni jure & beneficio dictarum conventionum, & tenetæ dictæ insule & aliarum insularum sibi adjacentium ex toto cecidit ipso jure.

Rursus Fredericus præfatus ecclesiis ejusdem insule Siciliæ non restituit bona & jura earum, sicut illa habuerant & tenuerant ante tempus & tempore rebellionis præfatæ: sed dicta bona per se & alios sibi adherentes occupavit, & occupata detinere præsumpsit usque ad obitus sui tempus, & alias contra privilegia, libertates, & immunitates eorum, a sacris canonibus eis concessa, multa eisdem ecclesiis gravamina irrogavit. Terram quoque regni ejusdem Regis Roberti postquam citra pharum, dum per adventum quondam Henrici Romano-

Ut Fredericus ad eadem officia se obtrinxerit.

XLII. De multiplici illius in ecclesiam perjurio.

Non servatis ab eo federe legibus.

rum Imperatoris ad partes Italie prosperioris & potentioris fortuna arridere sibi sperasset auspicia, cum dicto Henrico, ejusdem Roberti Regis publico inimico, invito & firmato conspirationis federe, invadere, ac civitatem Rhegii & nonnulla alia castra dicti Regis, in consubibus Calabrie ac terra, utique dicti Regis postea citra pharum, constituta, insperato & inopinato hostili, quinimmo infidioso congressu violenter occupare & detinere diutius occupata præsumpsit, pacem inter dictum Robertum Regem & eum firmatam, & conventiones alias juramento vallatas, non absque reatu perjurii, temere violando.

Ludovico quoque de Bavaria, hosti Dei & ecclesiæ manifesto, ac per processum ejusdem prædecessoris Joannis pluribus & diversis excommunicationis sententiis cum suis participibus & fautoribus innodato, & de crimine heresis & schismatis condemnato, tam in Urbe quam in diversis aliis partibus, prout notoria facti evidentia docuit, & fere notum reddidit toti mundo, publice adherere; & ad eum, tunc morantem in Urbe, Petrum primogenitum suum cum non modico stolio galearum temere & damnabiliter delinere præsumpsit faciens per præfatum Petrum in ejus progressu, quem fecit ad Ludovicum præfatum, & regressu civitates, loca, & castra ejusdem Roberti Regis, citra pharum consistentia, & nonnullas etiam alias civitates & loca terrarum ejusdem Romane ecclesiæ hostiliter invadi, & per hominum cædes, spolia, rapinas, atque incendia nequiter devastari: ex quibus penas & sententias in fautores, auxiliares, & adhaerentes eidem, vel sibi præstantes auxilium, consilium, vel favorem per processum ejusdem Joannis prædecessoris, nec non in hereticorum fautores, tam a sacris canonibus quam legibus promulgatas, nascitur incurrisse. Ex quibus etiam eundem Fredericum contra reformationem & conventionem præfatam, juramento vallatas, publicos hostes dictæ ecclesiæ non habuisse pro hostibus, sed amicis, & amicos ac devotos ejusdem ecclesiæ pro inimicis habuisse, ostendit ex faorum operum evidentia manifeste: Ex quarum etiam reformationis & conventionum, que juramenti vinculo fuerant roboratæ, violatione multiplici, ut præfertur idem Fredericus non solum fuit notatus infamia, verum etiam omni emolumento privatus, quod ex reformatione & conventionibus illis fuerat consecutus: que quidem omnia adeo sunt nobis & dictis fratribus nostris notoria, quod nulla possunt tergiversatione celari.

Nec omittendum duximus, quinimmo in exaggerationem suarum culparum providimus referendum, quod olim in promotionis nostræ primordiis ad pacem apostolicam

Ut armorum societatem cum Henrico adversus Robertum pepigerit.

Invaserit Calabriam.

XLIII. Ludovico Bavaro conjunctionerit.

Bellum contra fas moverit.

Exciderit ipso Trinacriæ usufructus jure.

XLIV.

dignitatis attendentes, ejusdem Frederici excessus & culpas, sive penitentia salutaris remedio per longa tempora continuatos, jugiter, novarum coactione culparum in divina majestatis offensam & ejusdem ecclesiæ scandalum augmentari; ad Fredericum eundem literas nostras, ac venerabilem fratrem nostrum Bertrandum archiepiscopum Ebredunensem, virum utique providum & consilii maturitate pollentem, personaliter duximus destinandos; per easdem literas præteritas suas offensas & culpas, & multas alias per succedentium temporum decursiones prædictis graviores adjectas, tam in violatione pacis prædictæ reformatæ per sedem eandem, quam in fractione treguarum, per eundem Joannem prædecessorem inter dictum Robertum Regem & præfatum Fredericum indictarum (propter quod idem Fredericus excommunicationis sententiam in infringentes treguas ipsas per eundem prædecessorem prolatam incurerat, & prædicta insula Sicilia & alia insula sibi adjacentes supposita fuerunt ecclesiastico interdicto) non ad certiorationem ipsius, cum de culpis propriis esset certus, sed potius ad suorum recognitionem errorum, ejusque conversionem in melius, si forte cor ipsius tetigisset Dominus referentes: per hæc eum ad devotionem ejusdem ecclesiæ & communionem fidelium & recognitionem delictorum excessuum & culparum revocare, totis desideris affectantes; firmiterque etiam tunc sperantes, quod ipse per salubres monitiones & inductiones nostras, per dictas literas & præfatum archiepiscopum paternæ dilectionis affectu efficaciter sibi factas deberet in hac parte per obedientiam bonum & satisfactionis debitum Deum sibi exhibere propositum, placere eandem ecclesiam, ac saluti & honori suo salubriter providere; adijciendo in literis supradictis, quod si hujusmodi monitionibus & exhortationibus paternis acquiesceret cum effectu, & de præmissis omnibus satisfactionem debitam nobis & eidem ecclesiæ exhiberet, aperte cognosceret, nos, & dictam ecclesiam adesse sibi, quantum cum Deo possemus, favoribus & auxiliis opportunis: alioquin pro firmo teneret, quod talia sustinere ulterius non possemus, quin procederemus debite, contra eum, prout expediens videremus. Et licet dictus archiepiscopus eidem Frederico dictas literas assignasset, ac nihilominus super reductione ipsius ad devotionem nostram & ejusdem ecclesiæ, & communionem fidelium per satisfactionem prædictorum excessuum & culparum salubriter, quantum in eo fuit, consiliis, inductionibus, & exhortationibus inducere laborasset; idem tamen Fredericus hujusmodi monitis interioribus hominis non præstans auditum, nullumque conversionis in melius votum ferens, nec penitentem de commissis, sed voluntariam & oblitam habere perseverantiam in similibus

Inanibus lucis colorari flagitia.

bus committendis, nonnullas frigidas excusationes prætextit, per quas nitebatur ostendere, sibi prædicta committere licuisse; cujus excusationes fuisse dolosas, continuata ipsius inobedientia, ac indevotis & præmissorum incorrectio manifestant.

Rursus Fredericus præfatus dictus reformationem & conventiones & contenta in eis & juramenta super iis præfata velut propriae salutis oblitus, ducens penitus in contemptum, non absque nostro & ejusdem ecclesiæ dictique Roberti Regis præjudicio, sicut habet fidedigna relatio, eundem Petrum primogenitum suum de facto in Regem dictæ insule coronavit. Nec his contentus, de dicta insula Sicilia, cujus in vita sua dumtaxat simplicem tenentiam habebat, de facto testari, & in ea dictum Petrum heredem instituire, & alias institutiones & substitutiones descendendum & collateralium suorum facere, sicut percepimus ex multorum insinuatione, præsumpsit; nil aliud ex tali partu nequitia & testamenti reproba factione laturus, ut creditur, nisi ut eidem ecclesiæ & Roberto Regi in posterum pareret objectus, & taliter seminato guerrarum incendio, eundem Robertum Regem & heredes ipsius injustis bellorum commotionibus fatigaret: quamvis de dicta insula, utpote re aliena ac nostro & ejusdem ecclesiæ, dictique Roberti Regis nomine possessa, nulla testandi habuerit factionem. Quod quidem testamentum, si est ita ut præfertur, ex abundantia quatenus de facto processit, quoad dictam insulam Siciliæ & alias insulas adjacentes eidem, revocamus, annullamus, & irritamus omnino, ipsumque decernimus, prout est, nullum, casum, vacuum, irritum, & inane.

Nos igitur justitiam nostram & ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere, qui alios in sua justitia conformemus; ac attendentes, quod penes prædictæ, quas, ut præfertur, idem Fredericus incurrit, non solum eundem Fredericum, sed dictum Petrum ejus primogenitum propriis etiam iniquitatibus adversus eandem Romanam ecclesiam, ut præmittitur, perpetratis per eum, ejusdem insule & aliarum insularum prædictarum omni emolumento privatos, aliosque natos & posteros ejus afficere dignoscuntur; desiderantes quoque ad tanti executionem negotii tales deputare personas, que per circumspeditionem providam, & providentiam circumspexam illius magnitudini debeant convenire, quæ ea, que ipsi per nos & sedem committentur eandem, studeant exequi laudabiliter & prudenter; ad vos, quos per familiarem notitiam nobiscum fidelitate probatos, & consilii maturitate discretos, & de quibus propterea in iis & aliis plenam & specialem in Domino fiduciam obtinemus, direximus oculos mentis nostræ. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta committimus & mandamus

XLV. Contra conventa filium coronam redimere aufus.

Et testamento contra fas heredem scribere.

XLVI.

Nuncios Promulgare iusti insulam contra fas a Petro detineri.

mus, quatenus ad dictam insulam Sicilia seu loca vicina, de quibus vobis expedire videtur, vos personaliter conferentes, cum predicti excessus contumacie atque culpe, adversus nos & eandem ecclesiam Romanam commissi, per publicam evidentiam eorundem sint notorii, & nullius ope examinationis indigeant; sed solum executionem penarum, quibus dicti Fredericus, Petrus, & alii ejus heredes propterea sunt affecti, exposcere dignoscantur; eundem Petrum & alios natos seu heredes Frederici prefati auctoritate apostolica declaretis a jure dicta tenuræ omnique commodo & emolumento ipsius tenuræ ejusdem insule Sicilia & aliarum insularum sibi adjacentium ex præmissis tam in faciendo quam non faciendo commissis, ut clare superius enarratur, totaliter cecidisse: dictamque insulam Sicilia & alias insulas sibi adjacentes ex iis ad eandem Romanam ecclesiam fore reverteras, & per consequens alteri parti terræ Siciliae citra pbarum redintegratas & consolidatas existere ipso jure, & ad dictum Robertum Regem tanquam verum & directum feudatarium ejusdem ecclesie pertinere: ac nihilominus eundem Petrum & alios natos Frederici prefati, qui de facto post ejusdem Frederici obitum incubuerunt detentioni dictæ insule & aliarum insularum sibi adjacentium & incumbunt, dictasque insulas in dictorum Romanæ ecclesie & Roberti Regis Siciliae damnum & præjudicium, & animarum suarum periculum detinent occupatas, auctoritate Apostolica, per vos, vel per alium, seu alios, si tuto fieri poterit, personaliter vel per publicæ requisitionis edictum per vos solemniter præsentem multitudine copiosa fidelium proponendum, diligenter & solite requiratis & inducatis auctoritate predicta; discretius præcipientes eidem, quod predictam Sicilia & alias adjacentes insulas cum omnibus juribus ac pertinentiis earundem prefato Roberto Regi Siciliae, tanquam vero & directo feudatario nostro & ejusdem ecclesie, ac alii vel aliis ejus nuntiis, quos idem Rex ad id duxerit deputandos, infra certum terminum peremptorium competentem, quem eidem Petro & aliis natis ejusdem Frederici ad hoc duxeritis præfigendum, plene & integrè restituant, & ea omnino dimittant, vel dimitti faciant, revocatis omnino & exclusis omnibus, per quos dictas insulas ac civitates, castra, fortelitia, & alia bona ipsarum faciunt detineri; ipsa vacua, libera, & ab omni impedimento penitus expedita predictis nunciis ejusdem Regis Roberti totaliter dimittentes, nunquam ulterius dictam insulam Sicilia, & alias insulas sibi adjacentes per se vel alios, directe vel indirecte, publice vel occulte occupaturi, vel ad eas præter voluntatem dictæ Romanæ ecclesie reverteri; sic quod idem Robertus Rex ejusdem insule Sicilia

Præceptum ut eandem restituat.

& aliarum insularum sibi adjacentium, ac civitatum, castrorum, fortelitorum, & aliorum bonorum ipsarum possit libera, pacifica, & plena possessione gaudere. Omnes insuper, qui eidem Petro, vel ipsius nato, aut fratribus suis, vel alicui eorundem ratione dicta insule Sicilia & aliarum insularum sibi adjacentium juramento tenentur fidelitatis astricti, a juramento hujusmodi auctoritate apostolica perpetuo absolvatis, ac firmiter imbibeat is eidem, ne quisquam deinceps eidem Petro & nato, ac fratribus ratione juris cuiuslibet dictæ insule vel insularum sibi adjacentium, cum nullum jus eis competat in eisdem, pareat vel intendat. Quod si prefati Petrus & alii fratres ejus nati ejusdem Frederici, ad hujusmodi requisitionem nostram infra prædictum terminum per vos præfigendum eisdem, prefatas Sicilia & alias insulas ac civitates, castra, & fortelitia ipsarum cum omnibus juribus & pertinentiis suis plene & integrè non restituerint eidem Roberto Regi, seu nuntio vel nunciis ejus; ipsaque vacui, libera, & penitus expedita non dimiserint, vel dimitti fecerint, revocatis & exclusis cunctis omnino, per quos detinentur predicta; prefatos Petrum & fratres ipsius, & omnes consiliarios, fautores, auxiliatores, & valitores eorum, cuiuscumque dignitatis, etiam si pontificali, vel regali, vel qualibet alia præfulgeant dignitate, & alias singulares personas dictæ insule, qui vel quæ facta, verbo, consensu, auxilio, vel favore quocumque culpabiles fuerint in predictis, excommunicationis sententia percellatis, a qua nullus præterquam in mortis articulo ab alio, quam a Romano Pontifice, vel vobis seu vestrum altero possit absolutionis beneficium obtinere; & si aliquis de predictis in mortis articulo a predicta sententia fuerit absolutus, nisi postquam ad convalescentiam pervenerit, quam primum commode poterit de iis, pro quibus excommunicationem incurrit, satisfecerit, in eandem sententiam recidat ipso facto.

XLVII. Soluti sacramento fidei, qui in Petri verba juraverant.

Et Petro & sequacibus censuræ, ni pareant, objectæ.

Verum cum, crescente contumacia, pena debeat augmentari, si prefati Petrus & fratres post decursum primum terminum, infra alium terminum competentem, quem sibi duxeritis præfigendum, in contumacia persistierint suprascripta; contra eos & quoscumque alios, eis in dicta contumacia adhaerentes, seu faventes, vel præstantes auxilium, consilium, vel favorem, cuiuscumque status, ordinis, conditionis, vel dignitatis extiterint, etiam si pontificali aut quacumque alia dignitate fulgeant, ad penas alias spirituales & temporales, etiam privationis dignitatum ecclesiasticarum & secularium, & feudorum & beneficiorum, quæ in dictis insulis obtinent, & inhabilitationis personarum & alias gravi-

XLVIII. (a) Ibid. ab ep. 15. ad 46. Traducere ad Roberti partes Trinacrios nitiur Bened.

(b) Ib. ep. cur. 41. 42. 43. 44.

Instructa a Roberto in Trinac. expeditio.

Prefatus illi Carolus Dyrachinus. Ara subductiles permittit in castris.

(c) Jo. Vill. l. II. e. 78. & alii.

(d) Eod. l. c. 79. Res haud prospere gesta.

Aragonius monitus ac Roberto bellum inferat. (e) To. 4. ep. fecr. 283.

XLIX. Balearis Aragonii clientem se profiteri refugit.

us, auctoritate apostolica, qua plene vos in hac parte fungi volumus, procedatis sicut videritis expedire; non obstantibus quibuscumque privilegiis, &c. Dat. Avin. iv. non. julii anno iv.

Instructi (a) sunt iidem Internuntii amplissimis prærogativis; ut impositum munus cum dignitate gererent. Traducere etiam ad Roberti Regis obsequium Trinacriæ populos blandis literis nifus est Benedictus, pollicitus Robertum illos regia clementia complexurum, restitutum veterem libertatem, quæ in Sicilia Guillelmo II. Rege floruerat; nec non sanctiones Honorii IV. ad levanda onera populorum latas, instauratum iri. Conceptæque sunt eadem verborum formula ad Syracusanos, Agrigentinos, Panormitanos, Messanenses scriptæ literæ (b). Adjungenda erat verbis armorum vis, ac Robertus Rex florentissimam classem, ad redigendos ad officium Trinacrios immiserat, cui Pontifex his verbis est pridie kal. maji gratulatus: Accepimus quod tu justitiam tuam, quinimmo S. R. E. celestis auxilii virtute suffultus adversus indomitam ecclesiam & invasores ac detentores insule Sicilia, ad eandem ecclesiam ac te & successores concessione ejusdem ecclesie pertinentis, intendis viriliter prosequi & potenter. Ut felicius gereretur ea expeditio, quam Carolus dux Dyrrachii Roberti nepos erat ducturus, concessit Pontifex, ut is princeps cum alii proceres ac tribuni portatili ara uterentur, in qua sacerdotum divinum rem peragerent. Adjunctum Dyrrachino Novellum e Baucio comitem narrat Jo. Villanus (c), sed tanto apparatus belli exitum non respondisse. Neque intestinarum dissensionum experte Neapolitanum regnum fuit, cum populi varias factiones fedarentur (d). Concitare porro Petrum Regem Aragonum ad inferendum Roberto Regi bellicum Jolanda Despina Græcorum despotæ vidua, annitente missoque oratore discordiam verbis in Robertum atrocibus incendere moliente; Pontifex, ut malo occurreret, Aragonium Regem admonuit (e) ut inter Aragoniam & Siciliam stirpes federa ærctissima inita fuerant, atque afinitatibus confirmata, ex quibus matrimonii procreati erant principes, ac multæ utilitates in urrumque regnum redundarent; nec Siciliae Rex quidquam adversus Aragonios molitus unquam fuerat: coleret itaque Roberti amicitiam, nec perverfis consiliis subornari se pateretur. Quibus literis xv. kal. septembris dies adscripta.

Fovendæ quoque publicæ pacis studio, cum belli discrimen inter Petrum Aragonum ac Jacobum Balearium Reges immineret; vocabat enim Petrus Jacobum, ut Aragoniæ aulæ fiduciarium solemnè ritu

se profiteretur, Jacobus vero ab eo vehementer abhorrebat; Pontifex cum Petro Rege egit, ut (f) diem Jacobo indicere ad recurrere S. Joannis Baptiste natale festum insequentis anni, vel ipsius Petri accessum ad sedem Apostolicam ad clientis nimirum officia Sardinia & Corsica beneficio Romanæ ecclesie acceptarum. nomine præstanda differret; cum maxime necessarium esset, ut Jacobus adversus Garporum Regem, magnos bellicos apparatus instruentem, se compararet.

Petro Regi Aragonum illustri. Qualiter immanis hostis ille catholice fidei, Rex Garporum videlicet, ad regnum Hispaniarum exterminium & confusum aspirans, se ut habet rumor implacitum & infestus, ad invadendum & occupandum regnum Majoricarum & insulas adjacentes, in quibus viget cultus ejusdem fidei, constatis viribus disposuerit & disponat, excellentiam tuam, fili charissime, credimus non latere. Cum autem charissimum in Christo filium nostrum Jacobum Regem Majoricarum illustrem ad resistendum hostis predicti malitiæ, regnumque suum in manu forti, sicut opus fuerit, defendendum multos, laboriosos, & sumptuosos facere oporteat, ut intelleximus, apparatus; magnificentiam regiam attentius deprecamur, quatenus præmissis, que non solum te, fili dilectissime, regnaque tua, quin etiam Reges alios Hispaniarum dignoscuntur contingere, consideranter attendis, a citatione seu vocatione dicti Regis Majoricarum, quam ad certum terminum fecisse occasione quarundam recognitionum diceris, absque tui & sui juris præjudicio usque ad instans festum natiuitatis B. Joannis Baptiste, vel quousque ad nostram veniens præsentiam nobiscum (qui super hoc ut inter te & ipsum univatis & pacis federa, sicut exigunt iura sanguinis remaneant solida, partes nostras interponemus) libenter colloquium habueris & tractatum, sic prompte & benevole velis, pro nostra & Apostolicæ sedis reverentia suspendere vel differre, quod dictus Rex non impediat super apparatu predicto; nec scintilla discordiæ, quæ utriusque periculosa esset, præsertim his temporibus, valeat quomodolibet suboriri. Dat. Avin. xxi. kal. januarii anno iv.

Ut Petrum Regem facilius ad sua adduceret vota Benedictus, proceres Aragonios, ad quos regni consilia referebantur, Petrum scilicet principem comitem Ripacurtiæ Regis patruum, ac Petrum Casarugustanum, & Arnaldum Tarraconensem archiepiscopos rogavit (g), ut suam apud Regem auctoritatem adhiberent. Erumpebat enim ea inter Reges controversia in bellum, in qua sequenti anno sopienda Pontificem occupatum videbimus, ut rei Christianæ in grave discrimen

(f) Eod. 10. 4. ep. fecr. 450.

Quæstia Africani belli excursatio.

Garporum Rex Christianorum hostis.

Hispaniæ cupiditate imminet.

Adversus illum Rex Balear. te munit.

(g) Ib. ep. fecr. 451.

452. 453.

Pontificiæ pro conciliandis Hisp. curat.

(a) Ep. 125. 193. 321.
(b) Ib. ep. fecr. 190.
(c) Ep. fecr. 191.
(d) Ead. ep. 191.

II. Monita Castellano data.

(e) Ib. ep. fecr. 196.

Proposita criminum gravitas.

men adductæ consuleret. Albohacenus enim Rex Marrochitanus cum Rege Granatensi ad invadendas Hispanias bello se comparabat. Augebat barbarorum animos Christianorum dissensio, pacata namque omnino non erat Aragonia, & Castellæ ac Lusitanæ Reges acriter diffidebant: ad quos conciliandos missus anno superiori fuerat Bernardus Rutenensis episcopus A. S. N. adeoque apud eos perfecit (a), ut induciæ primum inter Reges feliciter initæ fuerint ad natalitia Domini, de quo certior factus Pontifex Alfonso Castellæ Regi est gratulatus (b): e jus vero socerum Alfonso Lusitanæ Regem est adhortatus (c) ut inducias servaret, seque compararet ad pacem firmandam: Sic te, inquit, (d) sili benedictionis & gratiæ, super iis habiturus, quod merito Rex dici debeas pacificus; & illam beatitudinem, quam veritas repromittit pacificis sub nomine Dei, filii meraris.

Concitarat Lusitanum ad id bellum iusta indignatio, generum Regem Castellæ, habita ludibrio Regina Maria, pellicem Gusmaniam habuisse in deliciis, & ad regium pene fastigium evexisse. Ut itaque e voluptatum cœno Castellano extraheret Pontifex, hisce literis (e) proposuit illi ob oculos quantum dedecus sibi eo adulterio apud homines pareret, quantum divinam læderet majestatem, in quanta denique pericula se ac regnum conjiceret.

Benedictus, &c. Charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ illustri.

Sane, sili dilectissime, dolemus super te graviter; & afflictæ præ angustia paterna viscera commoventur, dum te qui, sicut titulus exigit regis dignitatis, tam te ipsum, quam tuos subditos regere imperio rationis teneris & debes, ipsa succumbit ratio, seque non sine dispendiosis periculis subicit voluptati, cum illam multo magis publice tenes concubinam & adulteram, & ei adhaeres impudice, charissima in Christo filia nostra. Regina uxore tua legitima derelicta quodammodo, & contempta. Utinam, sili amantissime, regalis circumspèctio diligenter attenderet, & revolveret apertis rationis oculis intra præcordia mentis suæ, quam graviter Regem æternum, cujus gratia solum regis dignitatis obtines, ex præmissis offenderis & offendis; quantumque maculam posueris in tui nominis gloria, detrahendo non modicum famæ tuæ longe lateque per orbem diffusa, quam facis labiis obloquentium, pro dolor! plusquam posset forsitan credere tua sublimitas, lacerari. Nam, eisi de quocumque catholico, quantumcumque in statu infimo constituto, per reatum adulterii debonestante matrimonium a Domino institutum, irriterur Altissimus merito, de persona tamen sublimi, populis præ-

sidente, provocatur vehementius non indigne, cum peccatum illius redditur manifestius pluribus, qui exinde ad damnationis præcipitum impelluntur. Quid autem excinde vulgus non solum in regnis & terris tuæ ditioni subiectis, sed ubique per orbem de te clamat, attende, sili, que sumus; & considera diligenter, si vox communis, quæ tantum Regem vociferat publicum aduleterum, & famæ claritatem obscurat nominis regii, dulcis vel amara esse debeant in auribus cordis tui, cum non solum subditos inficit, sed hostibus fidei catholice tuis prædictis regnis & terris vicinis materiam deridendi & contemnendi, pro dolor! tribuat, sicut intelleximus, legem Dei.

Nec esse in hac parte credimus tuis rebus considerationibus omittendum, sed tibi potius terribiliter formidandum, quod quamvis divina pietas, quæ omnes querit salvos fieri, & neminem vult perire, ad penitentiam diutius peccatores expectet; quandoque tamen, cum demum converti renuunt, jugiter post sua peccata currentes, eos punit in quo peccaverunt, condigna ultionis judicium exercendo. Unde visum & auditum est alias, quod magnates in tali perseverantes peccato, prole legitima Dei iusto iudicio privabantur. Colligi autem & ad memoriam reduci satis potest de facili, quot & quanta dispendiosa, & perniciose pericula propter bastardos in illis partibus retroactis temporibus contigerunt. Rogamus igitur, &c. addit preces, ut Reginam Mariam conjugali amore prosequatur, atque honorifice tractet. Dat. Avin. iv. id. Junii anno iv.

Parere apostolicis monitis visus est Rex Castellæ, ac Benedicto ad iungendum cum Rege Lusitano socero fœdus paratissimum se exhibuit, atque arma in barbaros vertere decrevisse significavit; quem Pontifex ad bellum strenue adversus Saracenos, qui ex ipsius discordiis insolentebant, instruendum hisce literis incendit. (f)

Benedictus, &c. Alfonso Regi Castellæ. Fili charissime, quia respondendo exhortationibus & monitis nostris salubribus, de fonte charitatis, qua te velut benedictionis & gratiæ filium prosequimur, utique manantibus, ut ad reformanda pacis & unitatis fœdera cum charissimo in Christo filio nostro Alfonso Rege Portugalliæ illustri tecum, hostis humani generis procurante malitia, dissidente regium animum inclinaveris, venerabilis fratris nostri Bernardi episcopi Rutenensis apostolice sedis nuncii, ad partes illas per nos propter hoc specialiter destinati, per suasionibus & inductionibus benigne acquiescendo, super his prudenter & devote regia serenitas per literas prædictas obtulit se, sicut treugas cum Rege præfato (nimirum Lusitano) exhortationibus nostris obtemperando inierat, ad huiusmodi pacis & concordie tractatum a-

Exempli in subditos transmissi perniciis.

Dei misericors patientia.

LII. Redit ad officium Castellanus.

(f) Ead. 10.4. ep. fecr. 322.

LIII. Pacatæ intestine dissensionis.

Arma in Saracenos vertere cogitat.

Ad id consilium urgetur.

(a) Ead. 10.4. ep. fecr. 324.
(b) Ib. ep. fecr. 326.
(c) Ep. 323. 325. 327.
(d) Ep. 443. 449.
(e) Sur. 1.7. c. 46.
(f) To.4. ep. fecr. 444.

(g) Ib. ep. 283.

deo prompte ac benevole condescendere rationabilem & decentem, quod merito possemus cognoscere qualiter tu, sili dilectissime, Rex esse vis & vocari pacificus, tuæque vires potentie adversus Agarenos inimicos fidei catholice desideras exercere; nos ex his exultantes in Domino, & ei, qui cor tuum rore suæ perfudit gratiæ, sic illustrare dignatus est mentem tuam, laudis jubulum excolentes; & exinde nihilominus magnitudinem regiam laudum & commendationum præconiis extollentes, regalem celsitudinem rogamus attentius in Domino & hortamur, quatenus rectum huiusmodi conceptum & a Domino inspiratum spiritum sic accendas, quod curram præsumptuos fastus & superbia, quem prætextu dicti dissidii ascendisse creduntur infideles prædicti, Christianorum sitientes sanguinem, & ad tuum & Regis præfati exterminium aspirantes, non solum deprimatur, sed potius per tuam & memorati Regis potentiam, invicem reformata concordia, dilaceretur penitus & frangatur, & in illis partibus per tua gesta magnifica dilatetur cultus fidei orthodoxæ, ut sicut clara memoria progenitorum tuorum clarum nomen tuum exaltetur in gentibus, & tandem in retributione iustorum coronam regni merearis percipere sempiterni. Dat. Avin. iv. non. octobris anno iv. Scriptis eodem die ad Alfonso Regem Lusitanæ literis ipsum hortatus est, (a) ut cum genero firmam pacem sanciret, ac tum Reginam Beatricem (b) pluresque proceres (c), ut in id summo studio incumberent, rogavit, iterumque anni exitu utrique Regi acriores stimulos ad fœdus illud optatum redintegrandum, armaque socialia in barbaros imminentes conjungenda auctor extitit (d). Et quidem feliciter inter Petrum Aragonum, Alfonso Lusitanum, Alfonsoque Castellano Reges percussum ad retundendos Saracenos fœdus, Surita testatur (e): qua de re sequenti anno sermo recurrit, Bernardus vero episcopus Rutenensis, cujus industria strenue in tanto opere desudarat, cardinalitia purpura, ut dicitur, extremo hoc anno ornatus est. (f)

Neque externis modo bellis cum finitimis Christianis Regibus finem posuit Castellæ Rex imminenti barbarorum metu, sed intestinas etiam dissensiones pacare studuit, Joannemque Manuelis principis filium in gratiam admisit, auxitque honoribus. Cui Benedictus gloriosum victorie genus in vincendo clementia hoste revulsi, est gratulatus (g): Tu, inquit, quidem prudenter considerans & attendens, quod per clementiam vincere gloriosum victorie genus in principibus reputatur, dilectum siliam nobilem virum Joannem Manuelis natum recolende memoria Manuelis infantis, qui dudum satore discordiæ, hu-

mana quietis & salutis amulo procurante, a gratia regia separatus, te plerumque graviter offenderat; ad gratiam huiusmodi per viam benignitatis & mansuetudinis, remissis clementer culpis & offensis præteritis, & expulsis de corde regio rancorum odiis revocasti, eum ad tua benignius obsequia nihilominus admittendo. Hæc siquidem a Rege supremo, qui suam omnipotentiam parcendo & miserando maxime manifestat, tibi, dilectissime, inspirata divinitus, ad illius cedunt beneplacitum, tuique commodi, famæ, & honoris augmentum, &c. Dat. Avin. xv. kal. septembris anno iv. Hactenus de turbis Hispanicis: jam funesta Anglorum & Francorum bella aggrediamur.

Ad discutienda imminenti rei Christianæ luctuosissima mala Benedictus superiorum anno Petrum Hispanum, & Bernardum e Monte Faventio Cardinales ad Francorum & Anglorum Reges conciliandos transmiserat: cumque Philippus Rex se ad pacem redintegrandam paratum offerret, circa huius anni initia in Angliam navigarunt; quibus de felici trajectu Pontifex gratulatus est (b). At aversos a pacis consiliis Anglos reperere. Queritur Walsinghamus (c), ipsos Francorum magis studuisse quam Anglorum Regi, atque in præsulum conventu Cantuariensem archiepiscopum iis se opposuisse: deinde disseminatum in Anglia rumorem, Eduardum in Gallicum sceptrum poriora quam Philippum iura contendere: ferturque eam Eduardi animo ambitionem infudisse transugam Robertum Atrebatensem. Subornarunt (k) mox Angli Flandros, postquam est Ludovicus comes a Jacobo Arrevelda, qui tyrannidem arripuit. Concitato in rebellionem adversus Philippum Regem Belgio, atque Germania (l) ad conspirationem magna vi auri adducta, cum Ludovicus Bavarus ad principes magis commovendos, præter Anglorum ingentia proposita stipendia, in pluribus solemnibus conventibus iactaret, se Francorum Regis invidia ab ecclesiæ gratia repulsum, imperii iura ab eo occupata, armisque vindicanda, nec bello discessurum (m) nisi in Gallias victor irrupisset, Eduardus (n) Rex vigesimo secundo julii Antuerpiam trecentarum navium classe vectus, plurimoque auro atque amplissimo exercitu instructus applicuit.

Audito ejus adventu Benedictus, cum bellum atrox Galliarum imminere prospiceret, Philippum Regem ad divinum implo-randum præsidium excitavit, atque adeo ad adipiscendam divini Numinis gratiam ac tollenda omnia, quæ illius læderent majestatem; pacandam conscientiam, ne intus bellum gereret, abstinentem ab ecclesiasticorum & inopum oppressione, denique ut pacis vel induciarum honestas

Solicitationem ad clementiam Castellæ Rex.

LIV. De Anglico in Gallis bello. Cardd. legati in Angliam pergunt. (b) Ib. ep. fecr. 249.
(c) Walsing. in Tractat. Neustr. Eduardus Gallicum sceptrum affectat. (k) Jo. Vill. l. 11. c. 82.
(l) Walsing. ubi supra. Paul. Æmil. Meyer. l. 12. Froissar. l. 1. c. alii. Subornati ab eo Flandri. Bavarus in Galliam conspirat. Angli in Belgium adventus. (m) To.4. ep. fecr. 130.
(n) Ibid. LV. (n) Jo. Vill. l. 11. c. 83.
Froissard. Meyer. Walsing. Paul. Æmil. ubi supra. Pont. Gallo data.

(a) To. 4. ep. fecr. 272.

leges admitteret, consuluit (a); cum enim in eo bello plurimus sanguis Christianus spargendus esset, coram divino tribunali atque etiam apud homines ab omni illius effusi crimine purus appareret; ne spem in virium potentia sed in divina virtute collocaret; se vero cum universa ecclesia Deo preces pro ipso porre- arum.

Benedictus, &c. Philippo Regi Fran- cia.

Non sine mentis amaritudine, doloreque cordis audimus nimio, qualiter tui, fili charissime, hostes & aemuli ad tuam & regni tui offensionem, conglobatis in multitudine magna viribus, se disponunt. Sane quia nescitur quo Dei occulto iudicio huiusmodi procellarum & turbinum tempesta- tes insurgunt, ad eum, qui dormiens in mari discipulorum mergi timentium preci- bus excitatus imperavit marinis intumescentibus fluctibus, & ejus imperio facta tranquillitate prospera quieverunt, esse cum sinceritate devotionis & fidei credimus principaliter recurrendum, ut ipse, qui pacis est auctor & humana salutis amator, si forsitan provocatus peccatis extiterit, suam misericorditer indignationem avertens, procellosos dissensionum & guerrarum tur- bines in auram optata pacis & tranquillitatis convertat. Ut autem preces effun- dende super iis ante thronum divina cle- mentia offerantur confidentius, & pro te, fili dilectissime, regnoque predicto exau- dibiliores in auribus Altissimi possint credi, magnitudini regie paternis & charitativis affectibus suademus, ut in domo propria conscientie pacem stabilias & confirmes, ne remorsus peccati alicujus, divina majesta- tis oculos offendentes, eam aggravet, vel bellum in ea tibi moveat intestinum. Et quia ecclesiarum & personarum tam eccle- siasticarum, quam secularium, maxime pauperum, oppressiones indebitae Deum of- fendunt proculdubio graviter eum, qui ju- stitiam, misericordiam, & veritatem dili- git; ad iracundiam nihilominus provo- cando, videat & circumspectat, quaesumus, regalis providentia diligenter, si per se aut ejus officiales & ministros in regno eodem oppressiones huiusmodi sint illatae, & eis, quos oppressos minus juste repererit, sic pie, misericorditer, & benigne provi- deri de remedio faciat opportuno, quod pla- cato Domino, cujus oculis nuda & aperta sunt omnia, gratiam & benedictionem di- vinam assequi merearis uberius non indi- gne.

LVI.

Rursus admodum expediens, considera- ta praesentis qualitate temporis, existima- tur, quod si pacis vel regnarum tracta- tus, aut earum seu alterius ipsarum fina- les offerantur effectus, qui rationabiles vel tolerabiles reputentur, celsitudo non respuat regia, nec similes etiam offerre, sicut fue-

Hortatur ut ad Deum perfu- giat.

Mundet omni no- xa ani- mam.

rit opportunum, omittat, ut te, fili, vel- le vitare innoxii effusionem sanguinis, & amplecti pacem, charitatem, & concordiam per hac evidentiis attestaris, & ejusdem pacis dulcedine, si eam Dominus dederit, spiritualiter & temporaliter perfruaris; al- ias autem, cum per te non steterit, habeas merito in conspectu Dei & hominum ex- cusatus. Demum vero, ponens ante oculos mentis tuae, quod in exercitus multitudine non est victoria, sed de caelo fortitudo con- sistit, & quibus, vult, cum paucis etiam Dominus victoriam impertitur, non in tua & tuorum potentia, sed in Dei virtute con- fidas, anchoram spei & fiduciae tuae, a- gendo tamen magnanimiter & viriliter, in eo semper ponens. Speramus igitur in Do- mino, quod si huiusmodi monitis & persua- sionibus nostris, de fonte charitatis atque prodeuntibus acquieveris effectualiter in hac parte, ipse qui cor contritum & humi- liatum non despicit, sed potius elevat & exaltat, tibi praesidiis opportunis propitius super tuis agendis assistet; maxime cum ab hostibus fidei, & sanctae matris eccle- siae rebellibus impugneris. Nos quoque, qui tuam & regni praedicti salutem & statum prosperum appetimus, preces devotas super praemissis cum sancta Dei ecclesia effundimus & etiam effundemus, prompti quantum cum divino beneplacito, ac honore Dei & eccle- siae poterimus, ad ea, qua tuum & regni praedicti commodum respicient & honorem. Dat. Avin. v. id. augusti anno 14.

Incubuit eo majori ardore Benedictus ad tentandam inter Francorum & Anglo- rum Reges concordiam, quo ii ad pugnam instructi procurebant; Philippo enim at- que Eduardo gravissimis literis, quibus adjecta x. kalend. augusti dies, datis pro- posuit ob oculos (b), quam nefarium & horrendum esset, Christi domini sangui- ne redemptos homines in mutuas cae- des confurgere: cum maxime sanguine, essent conjunctissimi. Tum subjicit in li- teris Philippo missis: Videtur nobis, quod multum tibi & dicto Regi ac utriusque regno foret expediens, si per te pro parte tua aliqua vel aliqua sufficientes eligerentur persona & per dictum Regem Anglorum si- militer persona assumerentur idoneae, pote- statem habentes, inter te & dictum Re- gem exortas controversas & discordias pro- vidis & salubribus consiliis terminandi; quae etiam ad Regem Anglorum monita scripta sunt. Urgebant illum pacis tracta- tum Cardinales legati Petrus tit. S. Prae- xedis presbyter, & Bertrandus S. Mariae in Aquiro diaconus Cardinales (c) jussu pontificio (d): quibus demum imperia da- ta (e) x. kal. decembris, ut cum concor- diae ex eo tractatu oriundae spes evanesce- ret, proponerent utrique Regi Pontificem componendae controversiae provinciam ad- missurum, Quia, inquit, reformatio pacis

Ad indu- cias pa- cemve promptus sit.

Spem vi- ctorie in Deo col- locet.

LVII. Carpitur ob inva- sas sacras opes.

(b) To. 4. ep. fecr. 270. 271.

Proposita a Pont. inter Re- ges con- cordiae rationes.

(c) Ib. ep. fecr. 271. (d) Ib. ep. fecr. 311. (e) Ib. ep. 399.

Pontifex se pacis arbitrum offert.

LVIII. Acrebati aqitata pax. (a) Meyer. hist. Flan. l. 12. Irri- to exitu discul- sa.

Edwardi in Germ. profectio. (b) Jo. Mil- l. l. 11. c. 87. Alb. Arg. in abo. G. H. Bened. ap. Paul. Bosq. Thon. Walling. Paul. N. mil. in Phil. 17. Essland. hist. l. 1. Nipper. l. 12. Vicarii caesari nomen accipit a Bavaro. (c) To. 4. ep. fecr. 380. LIX. Corrip- tur a Pont.

inter Reges praefatos mutuae non solum Re- gibus ipsis ac eorum regnis & subditis, sed toti Christianitati multipliciter accommoda- insidet admodum cordi nostro, & eam in- tensis & ardentibus desideriis affectantes, devotis & instantibus precibus a Domino postulamus: pro ea non respueremus an- xios & intolerabiles etiam subire labores: propter quod praemissis vobis alias scriptis, ut praesertim, non obstantibus, nos cum il- lius auxilio, qui vera pax est, susceptu- ros labores huiusmodi si, quando, & prout honoris nostro & ecclesiae, ac vobis, & ne- gatio, de quo agitur, expedire praevia deliberatione cognoveritis, offeratis. Dat. Avin. xv. kal. decembris anno 14.

Desudarunt Cardinales nuncii pro con- jungendo inter Reges foedere in conventu Acrebatensis, de quo meminit Meyerus (a), atque a Philippo Rege archiepi- scopum Rothomagensis, Lingonensem & Bellovacensem episcopos missos ad- dit: ab Eduardo vero Cantuariensem archiepiscopum, ac Lincolnensem & Dunelmensem episcopos, praesuisseque Car- dinales legatos; nec tamen pacem conciliari potuisse: neque enim ignobilia Aquitaniae oppida Anglum, sed nobiles provin- cias repetisse ferunt. Quod ad Edwardi in Germaniam ex literis pontificiis profectio- nem attinet; Joannes Villanus ac pleri- que auctores testantur (b) eo se contu- lisse, ut a Ludovico Bavaro vicariatum, ut vocant, imperii excepta Italia acciperet; idque etiam increpatoriae ad Eduardum da- re literae demonstrant (c), quibus illum, ob- jurgat Benedictus eo nefario facinore & regiam obscurasse dignitatem, & censuris ecclesiasticis aliusque poenis gravissimis se irretivisse: Ludovicum Bavaram invasorem esse imperii, neque ulla in eo iura obti- nere; ac licet ut ab impio foedere disce- deret, admonitus jandiu antea fuisset, a- postolica tamen jussu protrivisse. Jaetas praeterea de nimio in Regem Francorum stu- dio querelas refringit hortaturque, ut ti- tulum vicarii regio indignum fastigio de- ponat: ac denique, si paternis monitis morem gesserit, severitatem in eum ex of- ficii religione se dilaturum.

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliae illustri.

Quod te, fili charissime, clara imitari vestigia progenitorum tuorum Regum An- gliae, qui erga Deum & sacrosanctam Ro- manam ecclesiam, velut peculiarem ejus a- lumni & devoti filii, plenitudine devotio- nis & fidei claruerunt, tuaeque splendorem profapie a quovis obscuritate nebulosi- contagii praeservari, eamque in te prelu- cere clarius cupientes; ex paterna chari- tatis & dilectionis affectu, quo te statum- que tuum prosequimur, nostras tuae celsi- tudini literas direxisse mentimur, inter caetera recensentes, qualiter excessus per

nobilem virum Ludovicum de Bavaria, olim ut asserbatur, discorditer in Regem Romanorum electum, adversus Deum & eandem Romanam ecclesiam, ac felicitis re- cordationis Joannem Papam XXII. praede- cessorem nostrum per coactionem mul- tiplicium & atrocium offensarum nequiter perpetrati, tuum praeterisse nequibant au- ditum: quos, velut toti mundo notorios, non omnes, cum longa & proluxa nimis eo- rum narratio extitisset, sed ex eis aliquos in eisdem literis providimus, ut sequitur, recitandos.

Idem namque Ludovicus contra processus praedecessoris ejusdem & inhibitiones ipsius de consilio fratrum suorum ejusdem Roma- nae ecclesiae Cardinalium factos & habitos diversas spirituales & temporales penas & sententias continentes, intravit Italiam & nonnullos haereticos, de haeresi publice & notorie condemnatos, in consortium pub- licae participationis admisit, tenens & as- serens haereses manifestas, ac fovendo, se- cumque tenendo haereticos publice dogmati- zantes praedictarum haeresum detestabiles, & horrendos errores; haeretica quoque dogmata scienter immo potius dementer ap- probans, & in evidentiam approbationis huiusmodi ea per diversas literas suo no- ro sigillo munitas deduxit in aliorum pub- licae notionem. Sibi etiam nomen impe- riale postmodum usurpare, & administra- re jura imperii in eadem Italia & Ala- mannia contra processus & prohibitiones praedictos detestabili temeritate praesumpsi- ex iis, praeter penas alias, excommunicatio- nis & anatematibus sententias incurrendo.

Et tandem ausus ausibus, & excessibus ac- cumulando excessibus, se conferre non ex- pavit ad Urbem, ubi in illam nequitiae pro- rupit insaniam, ut meditatae Urbis & orbis universalis schismatis suscitare dispendum, quendam hypocrisiam, diabolicam praesumptio- nis virum, nomine Petrum de Corbaria, velut abominationis horrendae simulacrum in Apostolica sede pro Romano Pontifice sta- tuere moliretur, idque quantum in eo fuit, produxit in actum, & eum fuit venera- tus ut Papam; consecrationemque, immo verius execrationem, ac diadema imperiale de facto recepit ibidem, ut de multis aliis infamis processibus, quinimmo detestandis excessibus, per eisdem Ludovicum & Pe- trum praesumptione perpetratis haeretica, taceatur. Propter quae dictus praedecessor praefatum Ludovicum fore a Domino de- nunciavit omni dignitate & honore priva- tum, & ipse in eum, rursarum haeresum & schismatum maculis irretitum, exereus gla- dium apostolicae potestatis, eumque cum om- nibus, qui adhaerent eidem, vel praestarent auxilium, consilium, vel favorem, seu pro Romanorum Rege aut Imperatore scienter haberent, tenerent, vel nominarent eun- dem, non solum excommunicationis & ana-

Proposita Joannis edicta in Bavari studiosos.

Ut idem Bavar. haereticum sit profes- sus.

Imperi- um con- tra fas corripue- rit.

LX.

Schisma conflat.

Nefaria edicta edi- derit.

Ut ob hoc Joannes Ludovi- cum ac sequaces damnarit.

Ut Lud. vere poenitens nondum extiterit.

LXI.

Sæpius monitus sit officii.

LXII.

Vetitus Anglus nondum ecclesie conciliato adhære scere.

LXIII. Monetur patrati flagitii ex inito cum Bav. fcedere.

thematis, sed etiam alias penas & sententias, tanquam in fautores, auxiliatores, & milites heretici & schismatici promulgavit, & a jure declaravit prolatas, sicut in diversis processibus, per præfatum prædecessorem habitis, seriosius continetur. Super quibus quidem poenis, quantumcumque per ipsum Ludovicum promeritis, & in eum iusto ecclesie iudicio promulgatis, si vere poenitens se habilitasset ad gratiam, benignam reperisset eandem ecclesiam, qua ipsum tanquam filium prodigum, de longinquo redeuntem ad suum gremium, aperitis brachiis receperisset, immolatura pro eo in ubertate divina laudis vitulum saginatum.

Rursus adsecimus in literis supradictis quod quamquam tam prædictorum excessuum, quam eorumdem processuum per dictum prædecessorem contra dictum Ludovicum, exigente iustitia, postmodum habitorum, notitiam habuissimus & etiam habeamus, ut tamen ipsum a peccatorum nexibus liberatum de faucibus sempiternæ mortis posse minus eripere, postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, diversos nuncios ejus diversis vicibus & temporibus ad nos missos receperamus benigne, ac pro reconciliatione ipsius per fructum veræ poenitentiae promovenda, prolocutiones varias habueramus cum eis, & tunc pendebat etiam ad proloquendum ulterius terminus assignatus: in quo proculdubio per nos non stetit, quominus ulterius fuerit super negotio reconciliationis ejusdem processum.

Quare, fili dilectissime, serenitatem tuam requirendam tunc duximus per easdem literas & rogandam, ut prudenter adverterens, & in scrutinium internæ considerationis adducens gravitatem poenarum, in quas inciderant, & sententias quas incurrerent, quantisque se periculis & discrimini- bus implicarent, qui præfato Ludovico, sic publice & notorie de pravitatibus heresis, & sic odiosi toti Christianitati schismatis condemnato, antequam reconciliationis gratiam ejusdem ecclesie meruisset, participare præsumerent sibi impenderent consilium, auxilium, vel favorem, vel sibi tanquam Imperatori aut Regi Romanorum reverentiam cultum, seu titulum regalis vel imperialis nominis assignarent scienter; a cuiuslibet participationis federe contrahendo cum ipso & exhibitione reverentiae, & honoris sibi tanquam Regi vel Imperatori, quousque dictus Ludovicus reconciliationis ejusdem ecclesie meruisset gratiam obtinere, penitus te retrahere, & totaliter abstinere curares, ut tibi fama integritas, & illibata tui generis claritas servarentur.

Cum autem rumor implacitus admodum & infestus ad nos perduxerit his diebus, quod tu, fili, requisitionibus & rogationibus nostris hujusmodi, utique salubribus & de fonte prodeuntibus charitatis, non sine detrimento tuæ salutis, & famæ (quod do-

lentes referimus) obauditis, non solum cum prædicto nondum eidem reconciliato ecclesie, nec a poenis & sententiis, quibus propter præmissa & alia multa gravia commissa per ipsum implicatus esse noscitur, liberato; nec etiam processibus sæpefati prædecessoris, per quos, ut præmittitur, adversus omnes & singulos cujuscumque præminentiae, dignitatis, conditionis, vel status, etiam si pontificali, regali, vel quocumque alia ecclesiastica seu mundana dignitate fulgerent, præfato Ludovico adhaerentes, seu præstantes directe vel indirecte, publice vel occulte consilium, auxilium, vel favorem, vel sibi tanquam Imperatori aut Regi Romanorum reverentiam exhibentes seu titulum regalis vel imperialis nominis assignantes, seu adscribentes, graves spirituales & temporales poena ac sententia infliguntur, nequaquam relaxatis, immo in sui voboris efficacia perdurantibus, participationis confederationes inire, sibi que adhaerere, ac præstare favorem, consilium, & auxilium præsumpsisti: immo (quod perniciosius, pro dolor! & damnabilius noscitur existere) si veritas relativis suffragetur, vicariatus officium per totam Alamanniam & Germaniam, ac universas & singulas earum provincias sive partes, ab eodem Ludovico, sub imperialis nominis titulo, ut asseritur, suscepisti de facto, cum idem Ludovicus nec Rex, nec Imperator sit, ut præfertur. Cujus prætextu nonnullis prælatis ecclesiarum & personis ecclesiasticis in terris imperii constitutis, ac in nostra & ecclesie memorata devotione ac fidelitate debitis persistentibus, sub poenis gravibus per tuas eis literas comminatis, mandasse dicitur, & districtius injunxisse, ut ad te tanquam ejusdem Ludovici in Alamannia & Germania & partibus supradictis vicarium, audituri sententiarum & iudiciorum ipsius Ludovici, tuorumque mandatorum recitationem, ac præstari eidem Ludovico vel tibi ejus nomine recognitiones, & homagia de terris, bonis, & juribus, quæ tenent ab imperio, convenirent.

De te igitur, fili, ubi sit tua tuorumque consiliariorum prudentia, ex eo præsertim non sufficimus admirari, quod cum tu, sicut audivimus, pro illorum repetitione jurium, quæ ad te asseris pertinere, non sine grandium personarum periculis, ac expensarum & sumptuum profuvis, peregrinari ad partes Alamanniae curaveris, & multas super hoc feceris apparatus; nunc spreto dictis ejusdem prædecessoris nostri processibus, ac deductis damnabiliter in contemptum, poenis & sententiis supradictis, quibus te manifeste, si quæ nobis referuntur vera sunt, non absque horrenda nota, quæ non parum obscurat tui claritatem generis, proculdubio implicasti. Et nihilominus, quamvis nos & ecclesia ipsa te nunquam

Ludovicum nec Imp. Regem esse.

Edwardi iniquum edictum.

LXIV.

Arguitur ecclesiam læsisse.

Mendacibus furoribus dare aures.

Persecutorem se ecclesie promulgasse.

Involvere se gravibus periculis.

quam offenderimus, nec contra te aliquid fecerimus (quamquam, ut intelleximus, falso & mendaciter suggestum tibi per eos, qui te, salutem, & honorem tuum minime diligunt, fuerit quod nos charissimo in Christo filio nostro Philippo Regi Francia illustri in auxilium guerra suæ ingentem pecunia quantitatem de nostra camera dederamus, quodque institutionem personarum ecclesiasticarum concesseramus eidem in omnibus ecclesiis regni sui; qua omnimoda carere veritate noscuntur, talia namque nunquam postulata fuerunt a nobis, nec nos ea concessissemus quomodolibet, cum quantumque instantia petita fuissent; nec decimas contra te Regi præfato Francia concessimus; sed adversus Theutonicos Ludovico adhaerentes prædicto, ipsiusque Romanae ecclesie inimicos, qui ad invasionem ecclesie se, ut habebat rumor publicus & notorius disponebant, sicut in concessione decimarum ipsarum continentur expresse; non fuit nempe intentionis nostræ adversus te fomentum ministrare discordiis, vel eas alicujus subsidii administratione, fulcire, quinimmo statum regni tui & etiam regni Francia pacis & concordie prosperitate & unanimitate potiri summis desideris affectantes, ad hoc serenitati tuæ & dicto Regi Francia per nos sæpe directis literis & etiam nunciis, videlicet sanctæ Romanæ ecclesie Cardinalibus ad partes illas de latere nostro missis, votis ardentibus laboravimus, & laborare non cessamus, nec cessabimus, ut inter te ac Regem eundem & utriusque regna pacis & unitatis serenitas illucescat) tu tamen, fili dilectissime, fide ut videtur adhibita prædictis falsis suggestionibus & mendosis, & nostrum & ejusdem Romanae ecclesie matris sue constitucendo persecutorem & hostem, invadere ac occupare honores & jura nostra, & ejusdem ecclesie, ad quos regimen & administratio imperii Romani, eo vacante, sicut nunc vacare noscitur, pertinent pleno jure, moliris molestando prælatos & personas ecclesiasticas, in nostra & ipsius ecclesie devotione ac fidelitate debitis, ut præmittitur, persistentes; ipsosque ad obedientiam dicti Ludovici de diversis, ut præmittitur, hæresibus & schismaticibus, aliisque criminibus sententialiter condemnatis, ac jure regni & imperii, si quod ad eum forsitan competierat, vel etiam competeat, jure Dei & ecclesie iudicio privati, ac præstationem hujusmodi recognitionis & homagii sibi vel tibi ejus nomine faciendam attrahere ac inducere coactis impulsibus, & comminationibus satagendo. Utinam, fili, antequam te iis tam periculosis & detestandis involvas amplius, attente consideres, & matura deliberatione prævia constituas ante oculos mentis tuae circuitus periculosis, & notos laqueos, quibus te subtilibus ingeniis & fraudibus exquisitis

aliqui, de suis potius quam de tuis solliciti negotiis & commodis, præmissis involvere, tibi que onus, quod a se quodammodo recedere cupiunt, non nimis leve, si diligenter circumstantias attendis, imponere moliti sunt, & non sine periculo tui præcipitii moliantur.

Nec latere te volumus quod præfatus prædecessor olim per quandam constitutionem ab ipso de dictorum fratrum suorum consilio editam, in omnes & singulos, cujuscumque status dignitatis, vel conditionis existenterent, etiam si patriarchali vel quavis alia superiori, aut pontificali, vel regali dignitate fulgerent, qui absque sedis Apostolicae licentia speciali vicarii seu cujuscumque alterius officii nomen in prædicti terris imperii, eo vacante, sicut tunc vacabat & nunc etiam vacat, ut præmissum est, assumere, vel assumptum ultra duorum mensium spacium retinere, seu dimissum resumere quoquo modo; ac in obedienter, parentes, & intendentes eisdem excommunicationis & alias graves poenas, & sententias promulgavit.

Nos itaque, qui erga te, fili, claudere viscera paternæ dilectionis nequimus, & cordis dolore tangimur intrinsecus, cum talia percepimus ad tuum tuique honoris, status, salutis, & famæ dispendium machinari; tuam rogamus magnificentiam, requirimus, & in Domino attentius exhortamur, sano paternoque tibi nihilominus consilio suadentes, quatenus ea quæ præmissimus, alia quæ circa illa tibi possunt occurrere, deducens in rectæ deliberationis & discussionis examen; ac insuper tenens certius attendens, quod dictus Ludovicus, ut præmissimus, nec Rex nec Imperator est, nec aliqua quæ ipse fecerit vel faciet quamdiu fuit & erit dictis processibus ac poenis & sententiis, quidquam valuerunt, vel valent, nec sunt aut fuerunt alicujus auctoritatis, roboris, vel momenti; quodque tibi periculosum est, ac multipliciter formidandum, te bellorum subicere discrimini, maxime si esses supradictis, processibus, poenis, & sententiis, a quibus liberari non posses, nisi dumtaxat per sedem Apostolicam; quæ absolutionem eorum tibi expresse retinuit, involutus, ac Dei & ejusdem Romanae ecclesie persecutor & hostis effectus (a quibus te misericordiarum Dominus protegat & defendat) consideransque præterea diligenter quod, licet humanum sit peccare, in peccatis tamen perseverantia diabolica est censenda; te a præmissis & singulis sic honorandis devotis, si ad illa forsitan declinaveris serpentina deceptione seductus, antequam invalescant perniciosus, seu in conspectu Dei & hominum foveant deterius & putrescant, resipere penitus, pedesque tuos ad viam rectam, Deo placidam, ac tuis statui, salutis, & honori congruam, dirigere quantumvis non postponas, eorumdem Cardina-

LXV.

Contraxisse stantibus Joannis editis poenas.

LXVI.

Præsumpta a Lud. non valere.

LXVII. Solicitatur, ut pacis accommodet. non essent. Ne Regium decus vilis tituli adfectione inquinaret.

LXVIII. Eduardi in Germaniam accessus. (a) Rebdorf, in annal. hoc anno & alii. (b) Nic. Min. MS. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 199.

Non parentes Ludovico opprimendos suscipit. (c) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765.

nalium, qui te statumque tuum sincere diligunt, super reformatione pacis inter te dictumque Regem mutue placibili Deo & hominibus amabili acquiescens.

Videtur equidem, quod etiam si predicti processus, poena, ac sententia quibus, ut praemissum est adhaerentes dicto Ludovico ligantur, & absque Dei & ecclesiae memorata a vero & catholico Imperatore, si esset, alicui valeret vicariatus officium assignari; adhuc tamen tuum, qui tam magnus tantisque Rex & princeps existis, tantoque nomine ac titulo regio existere, nosceris insignitus in orbe, non deceret honorem, quod nominaveris vicarius alicujus domini temporalis. Quanto minus ergo tuam decuit vel decet excellentiam, illius vicarium appellari, qui auctoritate nulla, sicut sepe dictum est superius, praeminet; sed, proh dolor! tantorum existit respectus labe criminum, tamque gravibus poenis & sententiis cum omnibus sibi adhaerentibus implicatus? sciturus, filii amantissime, quod si monitis nostris hujusmodi salutaribus acquieveris cum effectu, tibi sic impulsio, ut caderes, manum benignam porrigemus, quantum cum Deo poterimus, sublevantem; alias autem non poterimus desistere, cum id a nobis exigit officium apostolicae servitutis, quo minus super praedictis providere de opportunis remediis, procedendo contra te, quod molestum & grave nobis erit admodum, si necesse (quod absit) fuerit, prout exigente justitia debebit & poterit, fieri procuremus. Dat. Avin. idib. novembris anno IV.

Sane Eduardum, in Germaniam hoc anno profectum, Confluentiae cum Bavaro junxisse foedus, porrecta illi maxima auxilii vi narrat Rebdorfius (a), Immo Nicolaus Minorita addit (b) tunc in Confluentinis illis conventibus, secunda die mensis septembris hujus anni editam Francofurti sanctionem, quae ab his verbis, Licet jaris utriusque testimonia, exorditur (de qua actum est) praesente Eduardo repetitam fuisse: siquidem, cum haec duo contineret, primum ad electum Regem a septemviris spectare administrationem imperii sine pontificia confirmatione; secundum eos proscriptos qui ipsi non parent, sive ut exponit Rebdorfius, quod quicumque de cetero ipsum Ludovicum tenet excommunicatum, aut qui cessat a divinis propter sententias papales, proscriptur sit corpore & in rebus; armatus ejusmodi sanctione est Eduardus, ut praesules Ludovici, exauthorati ab ecclesia, respuentes imperia obtereret, ac praecipue episcopum Cameracensem, qui suo principe viduato imperio, Galli patrociniolum sibi asciverat, de quo habet MS. Vaticanum: (c) Hujus temporibus Eduardus Rex Angliae, jam factus inimicus Philippi Regis Franciae, venit in Franchford Maguntinae

diocesis ad Ludovicum Bavariae, gerentem se pro Imperatore, pro auxilio sibi ferendo: qui Ludovicus eundem fecit vicarium imperii. Cujus vicariatus praetextu venientem sibi populum Cameracensem & civitatem, quae est camera imperii in Francia obsedit, sed non cepit, De Cameracensi obsidione postea agetur.

Interea Pontifex ad reprimendos iniquos illius conatus legatis Cardinalibus provinciam dedit (d), ut cum vacuo augustali solio imperii administratio ad sedem Apostolicam spectet, neque justus vicarius imperii Eduardus esset, nec Ludovicus Rex vel Imperator, veterent clientes imperii Eduardo vel Ludovico jura imperialia accepta solemniter sponsonem referre; praeterea ut antequam in praesules, qui Eduardo vel Ludovico studebant, graviora ederet decreta, ipsos monerent (e) officii, utque ab illorum partibus se subducerent. Incubuit belli moles in Leodiensem & Cameracensem episcopos, Et quidem in Leodiensem Brabantiae ducem cum Ludovico Bavaro conjurasse, ut cum octo millibus equitum & sexaginta peditum, millibus in eum incurrerent, ne hostis a tergo relinqueretur, refert Joannes Villanus, (f)

In rebus vero adeo trepidis Benedictus Leodienses confirmare ad constantiam animus est subjectis literis (g). Dilectis filiis Scabinis, magistris, & consiliariis ac universitati civitatis Leodiensis.

Claruit antiquis & modernis temporibus fidei vestrae constantia erga sacrosanctam Romanam ecclesiam universalem matrem fidelium & magistrum; claruit etiam commendabilis vestra devotio erga defensionem honorum & jurium Leodiensis ecclesiae, cuius estis peculiare filii & fideles; & ideo, cum temporis opportunitas exigit, ad ea, quae circa continuationem devotionis & fidei erga Deum & ecclesias praebitas fidelitatis vestrae incrementa respiciunt, & profectum vestrarum sapiunt animarum, eo fiducialius vos requirimus, quo ex praetritis vestrae devotionis insignis vos promptiores apostolicis beneplacitis credimus invenire. Sane nuper fidei digna insinuatione percepimus, quod Ludovicus de Bavaria, hostis Dei & ejusdem sanctae matris ecclesiae manifestus, de praetritis non poenitens, sed atrociores continue prioribus coarctans, noviter venerabili fratri nostro, episcopo Leodiensi minaces, requisitorias, & monitorias literas destinare praesumpsit, inter alia, ut dicitur continenter quod in octavis resurrexionis dominicae proxime ventura in civitate Colonienfium, sicut in dictis literis dicitur contineri, se praetendebat principes electores ceterosque magnates, praelatos, barones & vassallos imperii convocasse super arduis imperii negotiis coram eo sub debito fidei

Accessus pro-regis Caesarei fucus.

LXIX. Vetiti clientes imperii Eduardo parere. (d) To. 4. ep. sec. 397.

(e) Ib. ep. 398.

(f) Jo. Vill. l. 11. c. 77.

(g) An. 4. p. 1. ep. com. 66.

Solicitantur a Pont. ad constantiam.

Proposita inique Ludovici minae.

Jure illorum exautoratum insinuat.

Exercendam in adversis virtutem.

fidei & feudi, quod idem episcopus ab imperio obtinet, dictum feudum ab ipso Ludovico inibi suscepturus omnibus postpositis excusationibus debeat personaliter comparere: alioquin idem Ludovicus in dictis literis, ut dicitur, minabatur contra dictum episcopum secundum jura & leges curiae imperialis processus suos certitudinaliter se facturum.

LXX. Cum itaque Ludovicus praesens per processus felices recordationis Joannis Patris XXII. praedecessoris nostri velut abjectus & reprobatus a Deo omni jure, si quod sibi forsitan fuerat ex electione, quae dicebatur de ipso in discordia celebrata, questum, praedictis culpis suis & sceleribus exigentibus, sententialiter sit privatus propter publicam favoriam haereticorum & damnatam haeresim, quam astruxit, publicum se sibi sum, quod in universali ecclesia, mente vestra & sacrelega, suscitavit; de haeresi & schismate iusto ejusdem matris ecclesiae judicio fuerit condemnatus, ac pro suorum coarctatione facinorum non solum in eum praecipuum tantarum iniquitatum auctorem, sed in omnes participes, fautores, valitores, & auxiliatores ipsius per diversos processus praedecessoris ejusdem plures & diversae excommunicationum sententiae, in universitates quoque & personas quilibet singularum, cujuscumque status, ordinis, conditionis, vel dignitatis existerent, quae dicto Ludovico adhaerere, vel sibi tanquam Imperatori vel Regi Romanorum obedire, vel cum pro Imperatore habere, recipere, vel nominare, vel sibi quandiu in rebellionem seu contumaciam contra dictam Romanam ecclesiam perstiterit, dare praesumpserint auxilium, consilium, vel favorem, privationis feudorum, quae ab ecclesiis vel imperio obtinerent, ac quorumlibet privilegiorum, honorum, & dignitatum, & nonnulla alia poena per processus eisdem legitimae fuerint promulgatae, prout in eisdem processibus plenius & seriosius continentur; universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, vobis per apostolica scripta districte praecipiendo mandantes, quatenus praefato episcopo vestro praesuli & animarum vestrarum pastori in omnibus, quae ad honorem Dei & ejusdem Romanae ac Leodiensis ecclesiarum, & libertatam, & jurium suorum & ecclesiae suae defensionem, antiquae quoque fidelitatis & devotionis vestrae praeconium, atque laudem, quas erga Deum & dictas ecclesias habetis habuistis, redundare noscantur, robustis & intrepidis animis assistentes; ac provida meditatione pensantes graves poenas, non solum per dictos processus, sed etiam per nonnullas aliorum praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum sacras constitutiones in generalibus conciliis editas, tam in dictorum haereticorum & schismaticorum personas, quam in receptores & fautores. Ann. Eccl. Tom. XXV.

res eorum & adhaerentes eidem, ac etiam in progeniem eorum notabiliter promulgatas; eidem Ludovico, quamdiu damnatis prius erroribus per eundem se reconciliare non studuerit Deo & ecclesiae memoratae, in nullo obediat, sed ab ejus communionem, participationem, & obedientiam penitus abstinere curetis, non trabentes jugum cum infideli contra doctrinam Apostoli, sed ipsum totaliter devotantes, ac in ecclesiae devotione constantissime persistentes. Alioquin si, quod absit, pro vano timore vel favore transitorio & caduco, seu quocumque premio temporali, quae velut nubes evanescunt, obedire tyranno elegeritis contra Deum, divinae indignationis aculeos, in hac parte Deum & sponsam suam ecclesiam offendendo, infallibiliter incurretis. Dat. Avin. III. kal. aprilis anno IV.

Excitati (a) pariter Leodiensis principatus ordines ad constantiam, ut ad Ludovici Bavari retundendos impetus fortiter se accingerent: tum Adolphus episcopus Leodiensis vetitus (b), Coloniam ad clientelarem sponsonem Ludovico exautorato exhibendam se conferre. Monitus (c) etiam Walramus archiepiscopus Colonienfis, ne cum Ludovico adversus Leodienses sentiret: Quia, inquit, nuper a divinis, quod idem Ludovicus, culpas culpis accumulans, & scelera sceleribus coarctans, ad offensionem venerabilis fratris nostri episcopi & ecclesiae Leodiensis suam, molimina constare proponit; fraternitati tuae in virtute obedientiae districte praecipiendo mandamus, quod in tuae considerationis scrupulum consulte deducens graves poenas, quae participando cum dicto Ludovico ejusque complicitibus, fautoribus, & sequacibus tam per dictos processus, quam per antiquos sacros canones incurrunt, teque a praedictarum incurssione poenarum, ejusdem Ludovici participium & communionem totaliter devotando, praeservans immunem, eidem Ludovico in nullo parcas se intendas: nec praefatos episcopum & ecclesiam Leodiensem offendas, nec permittas, quod a tuis gentibus offendantur; sed eisdem assistas auxiliis & favoribus opportunis, &c. Dat. Avin. III. kal. aprilis anno IV.

De praemonitis episcopo & clero Leodiensi, ut ad retundendos Ludovici impetus strenue se accingerent, meminit Hocsemius (d), ac literas eo argumento dattas superioribus consentientes adducit. Consuluit (e) etiam Adolpho Pontifex, ut armorum societatem cum episcopis catholicis imperii iniret: Quia, inquit, virtus unita fortior esse noscitur se dispersa, cum venerabilibus fratribus nostris Colonienfibus & Bisuntino archiepiscopis ac Virdunensibus, Basiliensibus, Argentinensibus, Cameracensibus, Metensibus, Tullensibus, Lusitanensibus, Bellicensibus, Trajectensibus, Monaste-

LXXI. (a) Ib. ep. com. 67.

(b) Ib. ep. 68.

(c) Ep. 59.

Colonienfis archiepiscopus communicare Ludovico.

(d) Hocsem. l. 2. c. 24.

(e) To. 4. ep. sec. 383.

Praesules Pontificiarum partium.

riens episcopi, quibus per nostras opportunas literas inde scribimus; vel illis exis; de quibus tua circumspeditionis videtur expedire, colligationes, & confederationes, prout expediens cognoveris, in eas & facias, &c. Dat. Avin. idib. novembris anno xv. Demum Leodiensis vi oppressus foetus cum hostibus inivit (a). Exceptit vero fortius primos Eduardi impetus episcopus Cameracensis, quem Pontifex idibus julii est adhortatus ne Ludovicum Bavarium vel sequaces, qui in Regem Francorum conspirant, admitteret: atque ad id clerum ac populum Cameracensem adduceret, quem etiam aliis literis, ut hostes repellerent excitavit (b): qua de re erant ad Francorum Regem ut ipsis opem ferret, datæ literæ (c). Philippum vero validissimo præsidio eam urbem munivisse, testantur auctores: sed de his proximo anno agetur.

Feliciora gerebat bella Hugo Rex Cypri, qui cum nobilem de Turcis victoriam antio superiori, ut facile ex adscripta Pontificiis literis die colligitur, retulisset, Benedictus hoc ineunte anno ipsi est eam gratulatus: ac novos alios triumphos illi a divino Numine conferri precatus, studia Apostolica est pollicitus (d).

Benedictus, &c. Hugoni Regi Cypri illustri.

Fili charissime, literarum prædictarum lectio, gloriosam tibi dudum datam de celo victoriam contra Turcos blasphemos nominis Christiani recensens, & infidelitatem illorum falsorum Christianorum, qui velut suæ professionis Christianæ degeneres, & fidei catholice inimici, Turcis eisdem contra te tuamque gentem catholicam astutissimè, diuinaque intulisse gentibus eisdem in mari sries denotat literarum ipsarum, subjungens nobis de victoria ipsa; gaudium & letitiam, & de damnis prædictis tristitiam non immerito ministravit. Verum, fili dilectissime, quia dum circa depressionem Turcorum prædictorum, qui ad confusionem & exterminium redemptorum pretioso Christi sanguine, aspirare noscuntur, intendis, non solum tuam, sed illius, qui pro redemptione humani generis seipsum in ara crucis obtulit, causam agis, spes tibi certa promittitur, & præstatur fiducia, quod ipse tibi, puro zelo & recta intentione agentis, nequaquam super his deficiet, sed suum potius dirigendo, & fulciendo negotium, tibi de sua omnipotentia opportuna tribuet auxilium, si ad eum devote levaveris oculos mentis tuæ. Ideoque regalem excellentiam in Domino attentius exhortamur, quatenus consideranter attendens quod Deus, cujus occulta sunt judicia, fideles suos pati adversitates quandoque non ad depressionem eorum, sed ad probationem potius pro acquirenda majoris meriti corona permittit; damna & adversitates hu-

iusmodi non demittant in hac parte magnanimitatem regiam, sed extollant, ut adversus infideles hostes prædictos, eorumque fautores, adjutores & complices (etiam si falsi & impii Christiani existerent, sicut superius est expressum) fortior & robustior, dextera Dei tecum faciente virtutem, tamquam princeps catholicis & strenuus appareas & existas: tam prædictam victoriam, quam alias, quas tibi adversus præfatos hostes concedet Dominus, ut speramus, non ex humana strenuitate virtutis, sed de manu Domini, a quo est omnis virtus & potentia, te suscepisse recognoscendo cum spiritali lætitia, & fatendo, &c. Dat. Avin. v. id. feb. an. iv.

Florebat tum in Cypro archiepiscopus Nicosiensis, qui strenuam in Græcis Armenis, & Jacobitis ad ecclesiæ Romanæ pium studium revocandis operam collocabat; cujus zelum Benedictus eo nomine commendavit (e), deque amplissimis missis muneribus gratias egit. Cæterum legendum admodum est Christiano characteri insignitos adeo obsecratos fuisse, ut quasi nulla ipsos in alia vita supplicia, vel præmia manerent, tanto sacrilegio religionem obtrevissè, ut pro Turcico nomine contra Christianum arma gererent. Sed adoranda etiam divina providentia in suam ecclesiam, quæ dum hi deficiebant, conjungebantque se Turcis in Cyprios, alii ducibus Ludovico Bavaro & Eduardo Anglo ipsam oppugnarent, distraherentque arma Gallica, ne in Turcas & Saracenos stringerentur; in extremo oriente ferocissimos populos ad ecclesiæ obsequium pelliceret.

Accessere hoc anno ad sedem Apostolicam oratores Magni Chami Tartarorum Imperatoris, quibus Alanos & alios imperii sui Christianos pontificiæ benevolentiam commendabat, rogabatque ut apostolicam benedictionem sibi impertiret: tum ut de nunciis ad Pontificiam & Tartaricam aulam ultro citroque commecturur agerent. Adjunctique erant iis alii principum Christianorum, qui in imperiali aula Tartarica autoritate florebant, oratores de Christiana amplificanda in Tartaria religione agitaturi. De quibus honorice atque amantissime receptis hæc Philippo Benedictus significavit. (f)

Benedictus, &c. Regi Francorum illustri.

Nuncii majoris Imperatoris Tartarorum, nec non & quorundam principum Christianorum, qui familiaribus obsequiis ejusdem Imperatoris insistant, nuper ad nostram præsentiam venientes exhibuerunt nobis literas, quarum transcriptum per eos, qui linguam & literas noverant ipsorum, in Latino translatum una cum copia literarum dictorum prælatorum Alamanniæ continet cedula præsentibus interclusa. Quos quidem nun-

(a) Vill. sup. c. 7. Paul. æ. mil. in Phil. vi. Gaguin. in eod. & alii.

(b) To. 4. ep. fecr. 240. 241. (c) Ib. ep. 242.

LXXII. Cyprios infelicitant Turcæ.

(d) Eod. to. 4. ep. fecr. 33. His se jungunt pirate Christiani.

Parta de illis victoria. Gratulatur Cyprio Pontifex.

Plures Jacobitæ pellecti ad ecclesiam.

(e) Eod. l. 4. ep. fecr. 181.

LXXIII. Imp. Tartaror. ad Pont. legatio.

(f) Ib. ep. fecr. 130.

nuncios mente benigna, & sereno vultu recepimus, & quæ voluerunt coram nobis proponere, mediante interprete intelleximus, & eos fuimus etiam dulciter & favorabiliter, ut decuit, allocuti. Tandemque omnibus plenarie intellectis, tam eidem Imperatori, quam aliis Imperatoribus sibi subiectis, regratiando eis super multis favoribus, quos impendunt Christianis in suis dominis argentibus, eosque movendo & inducendo ad devotionem, & ut lumen fidei Christianæ aspiciant sinceris cordibus, illiusque radiis illustrentur, ac favores prædictos coninuent, & exuberent erga Christi-anos prædictos: præsertim ut ecclesiæ, basilicæ & oratoria reparentur, & de novo construantur ibidem, in quibus divina officia celebrentur, liceatque antistitibus & religiosis predicare verbum Dei, & veritatem fidei orthodoxæ; insuper Christianis principibus in illis constitutis imperiis, & generaliter omnibus Christianis, in partibus orientalibus degentibus, exponendo per extensum fidem catholicam, per diversas scribimus literas opportunas, & nihilominus intimamus eisdem, quod juxta supplicationem eorum nuncios vel legatos, qui eos consolentur, instruunt, & confirmant in fide prædicta, ipsamque prædicant clarior & ostendant, ad eos & partes illas proponimus, divina suffragante gratia, destinare. Præfatis quoque Imperatoribus offerimus, sicut major prædictus instanter petit, quod nuncios eorum recipiemus libenter & amicaliter & nostros mittemus ad ipsos, ut salubrius & clarius eis via possit ostendi, per quam de faucibus erepti diaboli, circuire quærentis jugiter quot devoret, ad semitam æternæ vitæ dirigere valeant feliciter gressus suos. Dat. Avin. ix. kal. julii anno xv.

Producentæ in lucem visæ (a) sunt Tartarorum Imperatoris literæ, ut pudeat hæreticos, ac perverfos Christianos religione ab infideli vinci; & discant a Tartaris, quam honorifice sit de Romano Pontifice sentiendum.

In fortitudine omnipotentis Dei Imperatoris Imperatorum præceptum.

Nos mittimus nuncium nostrum Andream Francum cum quindecim sociis ad PAPAM DOMINUM CHRISTIANORUM in Franchiam, ultra septem maria, ubi sol occidit, ad aperendum viam nunciis sepe mittendis per nos ad Papam, & per Papam ad nos: & ad rogandum ipsum Papam, ut mittat nobis suam benedictionem, & in orationibus suis sanctis semper memoriam faciat de nobis, & quod Alanos servitores nostros, filios suos Christianos habeat recommendatos. Item quod adducat nobis ab occasu solis equos & alia mirabilia. Scripta in Cambalec in anno Rati mense sexto tertia die lunationis. Porrectæ fuere aliæ a prin-

cipibus Tartaris, qui religione Christiana erant imbuti, literæ quibus flagitabant supplices, ut pontificius legatus ac sacerdotes in Tartariam mitterentur.

In fortitudine omnipotentis Dei, & in honore Imperatoris domini nostri.

Nos Futim Joens, Gbaticeo Tungy, Gem-boga Euenzi, Joannes Jukoy sanctum patrem dominum Papam nostrum, capitibus ad terram positis pedes osculantes salutamus, petentes benedictionem suam & gratiam, & quod in orationibus suis sanctis faciat de nobis memoriam, & nunquam obliviscatur nostri. Hoc autem sanctitati vestræ notum, quod longo tempore fuimus infirmati in fide catholica, & salubriter gubernati, & consolati plurimum per legatum vestrum fratrem Joannem Valentem, sanctum & sufficientem virum, qui tamen mortuus est ante octo annos, in quibus fuimus sine governatore & sine spiritali consolatione, licet audiverimus, quod providisset de alio legato: ille tamen nondum venit. Quare supplicamus sanctitati vestræ, quod mittatis nobis bonam, sufficientem, & sapientem legatum, qui curam habeat de animabus nostris, & quod cito veniat, quia ovile stamus sine capite, sine informatione, & sine consolatione.

Supplicamus etiam sapientiæ vestræ, quod domino nostro Imperatori respondeatis gratiosè; ita quod aperiatur via, sicut & ipse petit, & apta nunciis sepe mittendis a vobis ad ipsum, & ab ipso ad vos, & ad conferendam inter vos & ipsum amicitiam; quia si hoc feceritis, magnum bonum sequetur pro salute animarum, & pro exaltatione fidei Christianæ, quia favor ejus in imperio suo facere potest innumera bona: & ideo recommendatis nos sibi filios vestros & fratres, & fideles alios, qui sunt in imperio ejus, quia si ita feceritis, bona maxima facietis. Cum ita factum fuerit, quod ex parte vestra diversis temporibus tres vel quatuor nuncii venerint ad præfatum Imperatorem dominum nostrum, a quo gratiosè recepti fuerunt & honorati & remunerati, & ex tunc dictus Imperator nullum a vobis vel a sede Apostolica responsum accepit, licet singuli promiserint se a vobis responsa ad præfatum dominum reportare. Quare provideat sanctitas vestra, quod hac vice, & deinceps habeat certum a vobis responsum & nuncium, sicut decet sanctitatem vestram, quia magna verecundia est Christianis in partibus istis, quando mendacia inveniuntur in ipsis. Scripta in Cambalec in anno Rati mense sexto tertia die lunationis.

Cumulavit gaudio Pontificem optimum tam pia barbari Imperatoris legatio; scriptisque ad Chamum literis (b), ipsum ob eximium in fovendis Christianis studium laudibus ornavit: excitavit ad cultum divi-

Principum Christiani. Tart. lit.

Præfulem polcant.

Vt mittantur ad Chamum oratores.

LXXV. (b) Eod. to. 4. ep. fecr. 198. Extant etiam in MS. avob. Vat. de reb. Arm. & alior. infid. pag. schif. pag. 30.

Acte illi ob impensa Christianis studia gratia.

divini Numinis, & Christiana sacra amplectenda: rogavit ut ecclesias ac facella condi in imperii terris permitteret, in quibus divina hostia pro ipsius ac Tartarorum salute incruente immolaretur; nuntios denique Apostolicos ad ipsum evangelica luce collustrandum, curandamque animæ salutem se missurum est pollicitus.

Magnifico principi, Imperatori Imperatorum omnium Tartarorum illustri gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

De egressu in Christiam nos studio gratulatur Imperatori Tartarorum.

Celsitudinis tuæ nuncios ad nostram nuper presentiam venientes, vultu sereno, & lata mente recepimus, eosque favorabiliter audivimus & benigne. Sane quia tam ex his, quæ proposuerunt ipsi nuntii coram nobis per fidelem interpretem ad hoc adhibuit intellecta, quam ex tenore litterarum tuæ magnificentie nobis exhibitarum per ipsos, percepimus & collegimus manifeste, quod tu ad sanctam Romanam, catholicam, & apostolicam ecclesiam, nostro commissam regimini, & ad nos qui, licet immeriti, locum Dei tenemus in terris, devotionem magnam gerens, teque nostris humiliter orationibus recommendans, ob nostram, & ejusdem ecclesie reverentiam, dilectos filios nobiles viros Fodim Jovens Chyansam Tongi, Chembogam Vensu, Johannem Tachoy, & Rubeam Pinzanum principes Alanorum & alios Alanos Christicolos, in tuo degentes imperio, benevolis favoribus, & opportunis gratis pertractatis habemus & pertractas; nos tam ex his quam de missione nuntiorum ipsorum admodum nobis grata, tibi reverentes gratiarum uberis actiones, magnitudinem tuam rogamus attentius, & hortamur, quatenus benevolentiam & favores hujusmodi, erga prefatos Alanorum principes & alios Christicolos in eodem imperio commorantes, continuare pro nostra & ecclesie prædictæ reverentia velit tua sublimitas, & augere: & ut antistites, & religiosi catholici & Christiani alii ecclesias, basilicas, & oratoria, in quibus juxta ritum & morem prædictæ Romanæ ecclesie divinae laudis peragantur officia, & offeratur pro delictis & peccatis populi hostia salutaris, per dictum imperium habere libere, fundare, construere valeant, & tenere; possitque ubique ibidem ab eisdem antistitibus, religiosis, & aliis Christicolis auctoritatem habentibus, super iis verbum Dei, & veritas fidei catholice, sine qua nemo potest salvus fieri, prædicari, placeat tuæ magnitudini licentiam largiri.

Alanos rei commendat.

Rogat, ut ecclesias excitari permittat.

LXXVI. Au fidem amplectendam hortatur.

Nos autem pro te, tuaque salute, & ut ille qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, sic illustrare dignetur suæ charitatis & gratiæ lumine mentem tuam, quod cum cognoscas veraciter, & lumen recipias fidei, per quam in præsen-

ti abundanter replearis gratia, & in futura vita aeterna beatitudinis assequaris præmium, oramus & orabimus humiliter & devote. Porro cum tua sublimitas affectu sincero, sicut credimus, nobis amicitias offerens, & illas a nobis postulans petieris, quod tui ad nos, & nostri ad te nuntii super iis desinentur; scire magnitudinem tuam volumus, quod hæc nobis placibilia sunt & accepta, & nuncios tuos, quandocumque ad nos transmissi venerint, recipiemus favorabiliter & letanter: nostros vero nuncios seu legatos ad tuam presentiam & partes illas mittere disponimus, qui te de nostra benevolentia, & aliis quæ tuæ salutem animæ respiciunt, plenius informabunt. Quæsumus igitur ut eosdem nuncios nostros, cum ad te venerint, placide suscipias, seque patienter audias & benigne, quod spargenda in agro cordis tui vitæ semina fructus producant uberes, quorum dulcedinem tandem, connumeratus inter redemptos pretioso Christi sanguine, in caelesti degustes patria, & eis æternaliter satieris. Dat. Avin. id. junii anno IV.

Missurum legatorum spondet.

Confirmare etiam in fide Christiana studuit Pontifex principes Alanos memoratos, quibus formulam orthodoxi dogmatis subjectis literis (a) transmissit.

LXXVII.

Dilectis filiis nobilibus viris Fodim Jovens, Chyansam Tongi, Chemboga Vensu, & Joanni Tachoy, & Rubeo Pinzano Alanorum principibus, ac aliis universis & singulis Christicolis in partibus orientibus constitutis salutem, &c.

(a) Ext. in eod. M. S. pag. 32.

Serena facie, lætoque animo vestros, filii principes, nuncios ad nostram nuper presentiam venientes, recepimus & eis super omnibus, quæ voluerunt coram nobis proponere, audientia benigna concessa, per interpretem fidelem adhibuit ea, quæ ipsi proposuerunt, intelleximus: & ipsi etiam responsionem nostram & alia, quæ ipsi explicavimus, plenarie perceperunt. Sane quia tam per literas nobis per eosdem nuncios presentatas, quarum seriem exponi fecimus, quam per ea, quæ proposuerunt, ut præmittitur, vestram & aliorum Alanorum Christicoliarum illarum partium magnam devotionem, quam ad nos & sacrosanctam Romanam ecclesiam, matrem omnium fidelium & magistræ, fidemque catholicam, sine qua salus non est alicui, geritis; quodque in eadem fide, prout eam dicta Romana ecclesia tenet & prædicat, desideratis instrui & confirmari, percepimus evidenter; nos, qui velut pastor universalis gregis dominici salutem omnium Christi sanguine redemptorum querimus, grandi perfusi gaudio, ei qui vobis dictum dedit spiritum, & illustrare dignatus est suæ charitatis & gratiæ lumine mentes vestras, in laudis jubulum assurgimus, ac de iis, dictorumque missione nuntiorum sanctum &

Lit. Pont. ad Tartaricæ aulae Christianos.

Laudatur eorum pietas.

Excitati ad conranciam.

LXXVIII. Propolita iis fidei formula.

salubre devotionis vestre propositum cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino commendamus; nobilitatem & universitatem vestram exhortantes attentius & rogantes, quatenus in eodem proposito, per quod ad bravium caelestis & æterni præmii poteritis attingere, cum augmento devotionis & fidei persistatis: nos equidem pro vobis oramus, & orabimus incessanter. Et ut eadem fides catholica, quam nos & ecclesia Romana cum toto cœtu Christianorum fidelium profitemur, prædicamus firmiter, & tenemus, vobis & cæteris partium prædictarum Christicolis clarius innotescat, vosque illum sequi, profiteri, & tenere firmiter valeatis, eam clarius & apertius tenere presentium explicamus.

Et quidem credimus sanctam Trinitatem Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum unum Deum omnipotentem, totamque in Trinitate deitatem coessentialem & consubstantialem, coæternam & coomnipotentem, & pietas voluntatis, potestatis, & majestatis: creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ sunt in celo & in terra, visibilia, corporalia & spiritalia. Credimus singularem quamque in Trinitate personam, unum verum Deum plenum & perfectum. Credimus ipsum Filium Dei, Verbum Dei æternaliter natum de Patre, consubstantialem, coomnipotentem, & coequalem per omnia Patri in divinitate; temporaliter de Spiritu sancto conceptum, ac natum ex Maria semper virgine cum anima rationali, duas habentem natiuitates, unam ex Patre æternam, alteram ex matre temporalem: Deum verum, & hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum: non adaptivum, neque phantasticum; sed verum & unicum Filium Dei in duabus & ex duabus, divina scilicet & humana naturis, sed in unius persone singularitate; impassibilem & immortalem divinitate; sed in humanitate pro nobis & pro salute nostra passum vera carnis passione, mortuum, & sepultum, & descendisse ad inferos, ac tertia die resurrexisse a mortuis vera carnis resurrectione, die XL. post resurrectionem cum carne, qua resurrexit, & anima ascendisse in caelum, & sedere ad dexteram Patris: inde venturum judicare vivos & mortuos, & redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint sive mala. Credimus etiam Spiritum Sanctum plenum & perfectum, verumque Deum ex Patre & Filio procedentem, coequalem, & coessentialem, coomnipotentem, & coæternum per omnia Patri & Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem non tres Deos, sed unum Deum omnipotentem, æternum, invisibilem, & incommutabilem. Credimus sanctam catholicam & apostolicam unam veram esse ecclesiam, in qua unum datur baptisma & vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam

veram resurrectionem ejusdem carnis, quam nunc gestamus, & vitam æternam. Credimus etiam novi & veteris testamenti legis prophetarum, & Apostolorum unum esse auctorem Deum ac dominum omnipotentem. Hæc est vera fides catholica, & hæc super dictis articulis tenet & prædicat sacrosancta Romana ecclesia.

Sed & propter diversos errores a quibusdam ex ignorantia, & ab aliis ex malitia introductos, dicit & prædicat eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos; sed per veram penitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum: quod si vere penitentes in charitate decesserint, antequam digne penitentia fructibus de commissis satisfecerint & omiserint, eorum animas poenis purgatorii post mortem purgari, & ad poenas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium orationum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, & elemosinas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverint secundum ecclesie instituta: illorum insuper animas, qui post sacrum baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post peccati contractam maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exuta, prout superius dictum est, sunt purgate, consistunt in caelum mox recipi, & essentia divina beatifica perfrui visione. Illorum autem animas, qui in mortali peccato vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas, eadem sancta Romana ecclesia credit, & firmiter assererat: & quod nihilominus in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem.

LXXIX. Baptismus non iterandus.

Lapis poenitentiae sacramentum datum.

Animæ omnis labis immunes loca admittuntur.

Divina perfruantur visio. Decedentes in peccato lethali, & alii in originali tantum in disparia inferorum loca descendunt.

De extremo iudicio. De sacramentorum numero.

De transubstantiatione in Euchar.

Nuptiæ secundæ &c.

Tenet etiam & docet eadem Romana ecclesia septem esse ecclesiastica sacramenta. Unum scilicet baptismum, de quo dictum est supra. Aliud est sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt christum renatos. Aliud est poenitentia. Aliud est Eucharistia. Aliud est sacramentum ordinis. Aliud est matrimonium. Aliud est extrema unctio, quæ secundum doctrinam B. Jacobi infirmantibus exhibetur. Sacramentum Eucharistiæ ex azy-mo conficit eadem Romana ecclesia, tenens & docens, quod in ipso sacramento panis vere transubstantiatur in Corpus, & vinum in Sanguinem domini nostri Jesu Christi. De matrimonio tenet, quod nec unus vir simul plures uxores, nec una mulier simul habere permittitur plures viros: soluta vero lege matrimonii per mortem alterutrius conjugum, secundas, & tertias, & deinceps nuptias successive licitas esse dicit, si impedimentum canonicum ex causa alia non obstat.

Nec omittimus, quod ipsa sacrosancta Romana.

De primatu Rom. ecclesie.

Romana ecclesia summum & plenum primatum super universam catholicam ecclesiam obtineat, quem se ab ipso Domino in B. Petro Apostolorum Principe seu vertice, cujus Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter & humiliter recognoscit. Sicut prae ceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si qua de fide subortae fuerint quaestiones, suo debet iudicio definire; ad quam potest gravatus quilibet in negotiis, ad forum ecclesiasticum pertinentibus appellare. Sed & in omnibus causis, ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potestatem recurri judicium, & eidem omnes ecclesiae sunt subiectae, ipsarumque praelati & obedientiam & reverentiam sibi debent: apud quam sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesiae ceteras ad sollicitudinis partem admittit, quarum multar, & patriarchales praecipue, diversis privilegiis eadem Romana ecclesia honoravit: sua tamen prerogativa tam in generalibus conciliis, quam in quibuscumque aliis semper salva.

Ad eam in causis ecclesiasticis provocari potest.

Porro cum praescriptam purissimam & fidelissimam orthodoxae fidei veritatem, evangelicam doctrinam consonam, a sanctis patribus traditam & Romanorum Pontificum in suis synodis definitione firmatam, in vobis confirmari & augeri, fidemque ipsam ubique ampliari, ut ad laudem divini nominis populus Deo serviens & in numero & merito nostris augeatur temporibus; & animae diabolica fraude deceptae agnita & suscepta huiusmodi fidei veritate, de faucibus eripiantur daemonum, summis desideris affectemus; certos nuncios seu legatos nostros, qui vos & alios Christianos pariter illarum consolentur, & in fide ipsa instruant, consolident, & confirmant, & ad eam errantes attrahant, ad partes easdem proponimus, divina suffragante gratia, destinare. Dat. Avin. id. junii anno IV.

LXXX. (a) To. 4. ep. fecr. 199.

Conscriptae (a) sunt iisdem principibus literae, quibus singulos seorsim hortatur ad fidem Christi amplificandam, & sacras aedes extruendas, in quibus, inquit, iuxta ritum & morem ejusdem Romanae ecclesiae divina peragantur officia, & immoletur hostia salutaris pro peccatis populi. Actae

(b) Ib. ep. 104.

(b) etiam a Pontifice gratiae Chansi principii Tartarorum ob sacros concionatores benevole exceptos, concessamque evangelii promulgandi facultatem. Commendati (c) pariter Carafmon & Johanam in Tartarica aula gratia & auctoritate florentes, ob promotam eorum studiis rem Christianam, conditamque Armalechi ecclesiam. Rogati praeterea Usbech (d) Imperator Tartarorum Aquilonarium, ejusque filius Tynibech (e), ut efflorescenti religioni orthodoxae faverent, extrui sacella permitterent certissima divinae remunerationis spe: iisdemque studia apostolica pro adipiscenda felici immortalitate est pollicitus. Decreti (f) porro legati ad Tartaros ad fidem apud eos amplificandam fuere Nicolaus Molanus, Nicolaus Joannes Florentinus & Gregorius Ungarus Minoritae amplissimis ad profereandam latius religionem prerogativis, quas in pari re meminimus proficiscentibus ad gentes concessas, instructi; ac literis (g) apostolicis omnium Tartarorum summo Imperatori, tum Chansi mediae Tartariae, tum Usbecho Aquilonarium Imperatoribus, ac Tynibecho huius filio: denique Fodim Jovens (h) Alanorum fidelium principi commendati.

(c) Ep. 205.

(d) Ep. 206.

(e) Ep. 369. Aquilonares Tartari ut favent Christianis sollicitati.

At contra animadvertendum fuit in nonnullos impostores Armenos, qui cum se antistites fingerent, ac Romanae ecclesiae addictos, eoque nomine a Latinis foverentur, in tribules tamen suos orthodoxa fide informatos tyrannidem exercebant; variisque erroribus eos insicere moliebantur. Ex quorum hominum genere Petrus (i) Armenus, archiepiscopi Jerosolymitani ejusdemque Nazarethani antistitis titulos sibi arrogans, grassabatur Patavii: Florentiae Ezechiel (k) istius vicarias partes sibi vendicabat: Romae Athanasius (l) Verientem episcopum se iactabat, cujus scelera hisce verbis describit Benedictus: Errores contra fidem catholicam dogmatizabat, ac quibusdam falsis literis & privilegiis apostolicis, falso sub quorundam Romanorum Pontificum nomine fabricatis, uti seu verius abuti temere praesumebat; Armenos catholicos, tenentes quod tenet, & credentes quod credit sancta Romana ecclesia mater cunctorum fidelium & magistra, diversis persecutionibus affligebat: baptizatos quoque secundum formam ejusdem ecclesiae abominabatur, & asseribat seu vocabat renegatos, eosque per personarum captivem, incarcerationem, aliaque flagella, variasque persecutiones retrahere nitentur a devotione & fide ejusdem ecclesiae, & ad pristinos errores & perfidiam, quibus idem Athanasius imbutus esse creditur, resumendus damnabiliter revocare. Contentiebant in eodem scelere Petrus Armenus, ejusque vicarius memorati: quare Benedictus hos tres in carcerem compingi ab Anagnino episcopo, vicariam in Urbe gerente sacrarum rerum praefecturam, atque a Florentino & Patavino episcopis iussit (m). Dedit etiam imperia Geraldo supremo ordinis Minoritarum praeposito (n), ut comprehenderet Laurentium Anconitanum Minoritam fugitivum, antea sacrae fidei censorem apud Picenates, quod in abolvendis Andrea & Lipatio a crimine haereseos, quo antea fuerant rite damnati ab aliis censoribus, exagitatique a Joanne XXII. pontificiam auctoritatem invasisset.

(f) Ep. 36. Minoritae missi ad Tartaros.

(g) Ep. 366. 367. 368. 369.

(h) Ep. 371. Nonnulli impostores Armeni tribules suos vexant.

(i) An. p. 1. ep. cur. 38. (k) Ib. ep. 55. (l) Ep. 56.

Male sentiunt de baptismo Latinorum.

Vinculis tradit iussit.

(m) Ibid.

(n) Ib. ep. 5.

LXXXI. Creati a Bened. Card.

Inter hos Rothomagensis arch. numeratus futurus Pont.

(a) To. 4. ep. fecr. 443.

Bened. ad eum lit.

(b) Ep. 443.

LXXXII. (b) Ib. ep. 442. (c) Ep. 444.

(d) Gesta Ben. apud Bosq. Aliorum Cardd. nomina. * fuit.

* Avimio * al. de Tejo vel de Dicio. Brien. alii de Dencio.

LXXXI. Creati a Bened. Card.

dum numerum Cardinalium ad optima in dubiis & difficillimis rebus consilia explenda, censuit: quo honoris gradu tantum praesules insignes virtutibus ornavit, ut ipse in subiectis literis ad Petrum archiepiscopum Rothomagensem, quem in summis rebus a Francorum Rege adhibitum vidimus, datis (a) testatur: quemque postea, accepto Clementis VI. nomine, lapsis aliquot annis Apostolicam sedem ascendente intuebimur. Dilecto filio Petro S. R. E. presb. Card. olim archiepiscopa Rothomagensi.

Urgens universalis ecclesiae, non dissimulanda, necessitas iis temporibus nos & fratres nostros reddidit anxios in perquirendis viris secundum cor nostrum idoneis ad Cardinalatus praeminentiam assumendis. Opus quidem esse ipsi ecclesiae conspicimus, ut ad tantum ministerium exercendum viri assumantur idonei, Deum timentes, diligentes iustitiam, & avaritiam abhorrentes. Ideoque nos cum fratribus eisdem, praehabita deliberatione provida & matura inter alios, quos ad tantum gerendum officium nostrum & dierum fratrum consilium honorari decrevit, ad personam tuam, quam bonorum omnium largitor Altissimus multis virtutibus insignivit, nostrae considerationis intuitum dirigentes, te ad onus huiusmodi ministerii de fratrum ipsorum consilio duximus assumendum, &c. Dat. Avin. XIV. kal. januarii anno IV.

Conceptae sunt eadem verborum forma literae ad Gorium (b) patriarcham Constantinopolitanum & Bernardum (c) episcopum Rutenensem, quem ad firmendam inter Alfonso Castellae & Lusitaniae Reges pacem incumbentem vidimus, ut arma in Marrochitanos & Granatenfes verterentur.

De his una cum aliis Cardinalium numero ascriptis agit vita Benedicti author his verbis (d): Anno Domini MCCCXXXVIII die decima octava mensis decembris, qua * feria VI. quatuor temporum, dictus Benedictus Papa unam fecit creationem sex Cardinalium, quos in presbyteros assumpsit, qui fuerunt isti, videlicet Goticus de * Aramono Italicus tunc patriarcha Constantinopolitanus, dominus Bertrandus de Dencio * diaecesis Utiensis tunc archiepiscopus Ebreundenfis, dominus Petrus Rogerii diaecesis Lemovicensis monachus ordinis S. Benedicti tunc archiepiscopus Rothomagensis, dominus Guillelmus Curti diaecesis Tolosanae Ordinis Cisterciensis tunc episcopus Albienfis, dominus Bernardus de Albia diaecesis Apamiarum tunc episcopus Rutenensis, & dominus Guillelmus de Aura diaecesis Carcajonensis tunc abbas monasterii S. Olivii ordinis S. Benedicti: fuitque reputata creatio huiusmodi multum notabilis, nam omnes praenommati erant summi & profundi doctores. Ann. Eccl. Tom. XXV.

Floros in iure canonico vel civili aut magistri in theologia. Haec author: quibus consentanea affert ex libro obligationum Felix Cantelorius (e). Meminit etiam de hac Cardinalium creatione Bosius (f), additque ad Benedicti commendationem, illud proculcato carnis & sanguinis affectu neminem nisi virtutibus & meritis spectatissimum ad Cardinalatum evexisse, quibus Albertus Argentinensis consentanea scribit, dum haec de Benedicto tradit (g): Rogatur, inquit, ipse Benedictus super promotione suarum, respondit: Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero Porro e memoratis Cardinalibus tres tantum in pontificia curia versabantur, nimirum Ebreundenfis, Albienfis, & Montis Olyvi; alii vero tres legationibus amplissimis in Gallia, Hispania, & Italia fungebantur: quare celeberrimo ritu agentibus in aula apostolica proximo ineunte anno iis pilei & tituli Cardinalitii attributi fuerunt. Ritus vero in huiusmodi creatione Cardinalium, vetere more & instituto servati, describuntur ab auctore eius temporis teste oculato, & ritu praefecto, qui de iis luculentum volumen edidit (h), ex quo ea, quae sequuntur, delibavimus. Cerimoniae & solemnitates solite servari in creatione novorum Cardinalium.

Die mercurii xv. temporum dominus Papa in consistorio consuevit quaerere a Cardinalibus, an expedit fieri creationem novorum Cardinalium, faciendo ibidem primus aliqualem brevissimam collationem, quod expedit creare novos Cardinales: Cardinales vero postea omnes, quilibet secundum ordinem suum, consueverunt respondere & consilere an expedit vel non. Quo facto, dominus Papa consuevit dicere: Nos sequimur consilium dicentium, quod fiant, vel non fiant, secundum quod melius videtur ei sciendum. Et ubi eligit viam, quod fiant, immediate interrogat Cardinales, de quanto numero videtur eis sciendum. Quo responso per eos ut supra, dominus Papa dicit: Nos sequimur consilium dicentium, quod fiant usque ad talem numerum. Deinde dicit ibidem: Cogitabimus & cogitemus de personis nominandis, & die veneris agemus super eo, Deo dante. Ista sunt vera quando Cardinales omnes in consistorio sunt praesentes. Si autem sint aliqui in domibus suis infirmitate detenti, est consuetum in consistorio per dominum Papam mandare duobus Cardinalibus, quod vadant ad Cardinales absentes, & requirant & habeant eorum consilium super praedictis duabus quaestionibus: & relatione facta postea domino Papa in consistorio, audientibus omnibus Cardinalibus, per illos Cardinales deputatos, ipse postmodum eligit in consistorio, an velit sequi consilium Cardinalium dicentium, quod fiat nova creatio Cardinalium, & de quanto numero.

Deque eorum numero.

(e) Cantel. in obligat. Cardd. Bened. xii. Bened. a suo amore divisus. (f) Bos. hist. eq. Jerof. p. 2. l. 2. (g) Argentin. in gestis Bened. episc. Argentin. Insignis eadem sententia. De ritibus in creatione Cardinalium servati, describuntur ab auctore eius temporis teste oculato, & ritu praefecto, qui de iis luculentum volumen edidit (h), ex quo ea, quae sequuntur, delibavimus. Cerimoniae & solemnitates solite servari in creatione novorum Cardinalium.

(h) Ext. in MS. bibl. Vat. sign. n. 4737. p. 34. c. LXXXIII. Consuetudine Cardinalium senatus de novis Cardinalibus.

Deque eorum numero.

Privatim
etiam ex-
pendun-
tur singu-
lorum
consilia.

Die veneris vero sequenti mandatur etiam in consistorio per dominum Papam duobus Cardinalibus, quod vadant ad requirendum & habendum consilium Cardinalium absentium super personis in Cardinales de novo creandis. Quo consilio habito veniunt ad consistorium dum dominus Papa audis consilia auricularia Cardinalium, & eis referunt ad partem, dum est in cathedra sua, consilia Cardinalium absentium. Qua die veneris, facta primitus reverentia Papae per Cardinales, Papa mandat quod portetur cathedra nuda, & ponunt se in sine illius aulae vel camerae, ubi tenetur consistorium excepto priore episcopo Cardinali, qui remanet ibi, & ponit se ad sedendum super cathedram nudam, quae debet esse ad laus Papae dextrum parata. Dominus Papa consuevit dicere illi Cardinali, & aliis post eum venientibus secundum ordinem suum; Nos cogitavimus de talibus personis, quas ibi nominat: dicitis quid vobis de istis, vel de aliis videtur esse sciendum. Tunc Cardinalis ille, & alii successive postea per ordinem suum venientes, respondent quid eis videtur, secundum quod Deus eis ministravit. Et cum omnes Cardinales successive secundum ordinem suum responderunt, omnes redeunt ad sedendum in consistorio secundum ordinem suum. Quo facto dominus Papa consuevit eis dicere. Deo gratias. Nos habemus de personis concordiam omnium fratrum, vel quasi omnium, vel majoris partis, secundum quod fuerit; nihil tamen aliud super ipsa concordia specificè exprimendo: & immediate ipse ibi creat Cardinales tam praesentes quam absentes a curia, dicendo: Auctoritate Dei omnipotentis, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & nostra talem, si sit praelatus, absolvimus a vinculo, quo tenebatur ecclesiae suae, & ipsum assumimus in presbyterum S. R. E. Cardinalem, secundum quod eidem domino Papae magis placebit super hoc ordinare. Quibus Cardinalibus creatis dominus Papa vadit ad cameram suam, & Cardinales ibidem publicant provisionem novorum Cardinalium quibus eis placet. Dominus vero Papa interdum ibidem, cum ad cameram suam redierit, consuevit novis Cardinalibus creationem de eis factam mandare per domicellum suum, interdum non.

LXXXIV.
De publi-
co habendo
confi-
sorio.

Die sabbati sequenti dominus Papa, facta ei reverentia in consistorio per Cardinales, mandat quod aperiatur portae aulae, ubi tenetur consistorium, omnibus intrare volentibus: & ibidem debent venire ad consistorium, & infra consistorium in terra sedere camerarius, notarius, & capellani domini Papae & auditores palatii & clerici camera domini Papae: alii vero debent stare pedes extra consistorium. Domini Cardinales novi debent tunc temporis esse ex-

tra consistorium in aliqua camera ibi satis prope, quousque dominus Papa mandet eos vocari. Dominus vero Papa facit ibi in praesentia omnium unum brevem sermonem: in sine vero sermonis descendit per ordinem ad nominationem Cardinalium tam praesentium in curia quam absentium, quos creaverit quemlibet ipsorum commendando de scientia, fidelitate, prudentia, & aliis, prout merita cuiuslibet requirunt, & in fine commendationis dicit cuiuslibet novorum Cardinalium sic: Talem absolvimus a vinculo, quo ipse ecclesiae tenebatur, & cum assumpsimus, & assumimus in presbyterum S. R. E. Cardinalem. Si vero non sint praelati, non fit mentio de absolvimus, sed dicit: Assumpsimus & assumimus in presbyterum vel diaconum S. R. E. Cardinalem. Quo facto dominus Papa facit vocari Cardinales novos, qui debent venire ad eum secundum ordinem, quem dominus Papa dederat in eos nominando, & stare pedes retro consistorii, & firmare se retro bancam, quae est ab opposito sedis cathedrae domini Papae ubi sedent alii antiqui domini Cardinales. Et tunc dominus Papa debet dicere novis Cardinalibus aliqua ad instructionem eorum, quales debent esse in conciliis & aliis agendis. Quibus dictis vocat eos, quod veniant ad eum, & in introitu consistorii duo diaconi Cardinales antiquiores recipiunt novum Cardinalem, primo nominatum per dominum Papam, alii vero duo diaconi Cardinales antiquiores post primos recipiunt alium Cardinalem secundo nominatum, & sic deinceps faciunt alii Cardinales diaconi per ordinem suum, si sint plures Cardinales de novo creati, & eos adducunt ad osculum pedis domini Papae.

Quibus per Papam ad osculum pedis receptis, immediate omnes Cardinales antiqui & ceteri supranominati surgunt, & capellani Papae, Te Deum laudamus, cantare incipiunt alta voce. Et Cardinales antiqui secundum ordinem suum bini & bini primo vadunt ad altare, quod debet in aula, ubi dominus Papa tenet consistorium, tunc temporis esse paratum, sine cruce tamen: & post eos duo diaconi Cardinales antiquiores ducunt novum Cardinalem ad altare primo nominatum per dominum Papam, alii vero duo diaconi Cardinales alium, & sic deinceps faciunt alii duo diaconi, si sint plures Cardinales de novo creati secundum ordinem supradictum. Et cum pervenerint ad altare, Cardinales novi debent stare genu flexo ante altare prostrati, quando cantatur, Te Deum laudamus. Quo completo prior episcoporum Cardinalium debet dicere submissa voce; Pater noster; & postea cantando V. Et ne nos inducas in tentationem B. Sed libera nos a malo V. Salvos fac servos tuos B. Deus meus sperantes in te V. Mitte eis auxilium de sancto B. Et de

Ut cui-
que novo
Cardinali
suum tri-
buatur e-
logium.

Ut prae-
ceptis infor-
mentur.

Quae pre-
ces repe-
tendae.

Sion tuere eos; V. Domine exaudi orationem meam B. Et clamor meus ad te, veniat V. Dominus vobiscum B. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus miserere famulis tuis, & dirige eos secundum clementiam tuam in viam salutis aeternae, ut te dominante tibi placita cupiant, & tota virtute perficiant.

Alia oratio.

Actiones nostras, quae sumus, domine aspirando praeveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio & operatio a te semper incipiat, & per te cepta finiatur. Per Christum, &c. B. Amen.

Ut ad-
mittan-
tur ad
osculum
&
ample-
xum.

Pradicta debent dici per episcopum praedictum in libro, qui super altare debet esse paratus. Quibus finitis capellani domini Papae bini & bini recipiunt novos Cardinales, & eos faciunt osculari altare. Deinde ipsos adducunt secundum ordinem suum ad osculum oris Cardinalium antiquorum, & primo veniunt ad episcopos, secundo ab presbyteros, subsequenter ad diaconos Cardinales, quemlibet eorum secundum ordinem suum osculando. Quo facto, antiqui Cardinales bini & bini redeunt ad consistorium ad sedendum secundum ordinem suum. Diaconi vero Cardinales antiquiores ducunt iterum bini & bini novos Cardinales secundum ordinem supradictum ad osculum pedis, & oris domini Papae, & postea eos ducunt usque ad sedem, in qua debent stare in consistorio secundum ordinem per dominum Papam in nominatione eorum eis datum.

LXXXV.
De impo-
nendo eis
silentio.

Postea omnes alii non Cardinales redeunt: post quorum recessum dominus Papa imponit silentium dominis Cardinalibus novis, quousque ipse dominus Papa de consilio antiquorum Cardinalium os duxerit eis aperire: & tunc dicit eis, qualiter debent cum reverentia loqui in consistorio, cum loquuntur aliis Cardinalibus, & etiam cum loquuntur tam in viam consilii quam in viam collationis, non contradicendo seu impugnando dicta aliorum Cardinalium; sed alias dicendo, prudenter cum reverentia quod eis Dominus inspiraverit: & qualiter etiam alios Cardinales debeant honorare: qualiter etiam in consiliis dandis debeant Deum praeculis habere, & in mente & in ore tunc temporis sinceritatem & puritatem habere, amota omni partialitate amoris, odii, vel favoris. Aliquando consuevit eis tunc silentium imponere illo tunc, & reliqua proximo pro precedenti eis dicere, dum eis decreverit os aperire. Quibus dictis Papa surgit, & vadit ad cameram suam: & Cardinales omnes remanere consueverunt in domo Papae quousque mensa pro prandio sint parata, & illa die o-
Am. Eccl. Tom. XXV.

mnis Cardinales comedunt in aula cum Papa. Et cum dominus Papa, exiit de aula camera, & venit ad prandium, associant ipsum duo diaconi Cardinales antiquiores usque ad mensam ipsam, praecedendo: & post prandium simili modo associant cum usque ad cameram. Et sedent Cardinales in mensa primo secundum ordinem suum a parte dextra Papae episcopi & presbyteri Cardinales tam antiqui quam novi, diaconi Cardinales iuxta modum consistorii.

Post prandium eundem ordinem servant in sedendo tam antiqui quam novi Cardinales: & cum fuerit tempus recedendi, dominus Papa, sedendo in cathedra sua, dat capellum rubeum novis Cardinalibus secundum ordinem per eum in nominando eos eis datum, & ipsum capellum cuiuslibet ipsorum capiti imponit, ipsis Cardinalibus novis stantibus, coram eo genuflexis: & immediate familiaris domini Papae, qui debet ibi esse paratus, capellum de capite ipsius Cardinalis recipit: & tunc quilibet eorum post praedictam impositionem capelli immediate secundum ordinem suum pedem domini Papae osculatur. Et postea ipse dominus Papa quemlibet eorum ad osculum oris recipit secundum ordinem praedictum, & quilibet novorum Cardinalium, osculo per eum a domino Papa recepto, ad sedem suam ibi redit. Quo facto, dominus Papa surgit ac etiam omnes Cardinales: & postea si ecclesia cathedralis sit ibi prope, novi Cardinales aliquoties ad orandum consueverunt immediate ire, deinde ad domos suas redire.

Ritus in
dando pi-
lco tubeo.

Sequenti autem die novi Cardinales debent simul incipere visitationem omnium Cardinalium antiquorum, quemlibet ipsorum in domibus quas inhabitant visitando, non attendendo in visitatione Cardinalium antiquorum, qui sint vel fuerint antiquiores Cardinales, sed secundum quod Cardinalibus novis magis placebit. Et ipsi Cardinales antiqui debent novos Cardinales tunc, dum visitantur, in camera sua secrete instruere, quam dominum Papam & Cardinales antiquos debeant verbo & facto honorare & etiam revereri, & quem modum loquendi in consistorio vel alibi cum domino Papa vel Cardinalibus in viam consilii, seu collationis, seu alloquendo, vel in sedendo debeant observare. Postquam vero Cardinales novi Cardinales antiquos visitaverint in suis domibus, Cardinales antiqui debent Cardinales novos singulariter singuli in eorum domibus visitare immediate cum sint creati per Papam.

Ut salu-
tandi sint
officii
gratia
Cardina-
les veteri-
rani.

Dominus vero Papa in consistorio secundo, quod tenuerit, vel ad tardius in tertio consuevit os Cardinalibus novis de consilio Cardinalium antiquorum aperire: & tunc eos hortari quomodo debeant in consistorio loqui reverenter, & etiam alia bona verba, prout supradictum est, tunc temporis

LXXXVI.
De aper-
tione oris.

Qua ndo
dantur ti-
tuli &
annuli.

poris eis dicendo. Attendendum est tamen, quod dum prædictum consilium petitur, Cardinales novi debent exire consistorium, & stare in aliqua camera ibi prope, donec datis prædictis consiliis per Cardinales antiquos, postea per juniorem antiquum Cardinalem de mandato Papæ vocetur quod redeant ad consistorium: quibus reversis, Papa consuevit eis os aperire. Papa vero singulis novis Cardinalibus in consistorio die, qua eis os aperuit, dare consuevit titulos & annulos in fine consistorii; & quilibet novus Cardinalis consuevit tunc temporis, dum Papa imponit annulum digito ipsius, genua flectere, & pedem dicti domini Papæ osculari, & osculo per eum a domino Papa recepto, postea redire ad sedem suam. Novi vero Cardinales annulos portare non debent, etiam si, antequam Cardinales fierent, prælati existenter, quousque dominus Papa in consistorio det eis titulos & annulos, ut est dictum.

Forma vero, quæ antiquitus consuevit servari in apertione oris novorum Cardinalium, & assignatione titulorum, & datione annulorum, est infrascripta; videlicet quod postquam sederint Cardinales tam antiqui quam novi in ordine suo in consistorio, tunc quando domino Papæ placebit, dicitur per eum novis Cardinalibus, quod sedeant ad partem: & ipsi absentibus, dantur consilia circularia per Cardinales antiquos, an ora ipsorum novorum Cardinalium sint aperienda: & si consulant, quod sic, revocantur ad consistorium isdem Cardinales absentes, & sedent in locis suis: & tunc Dominus Papa, proposita aliqua autoritate, si placet, cum brevi vel modica & quasi nulla ipsius prosecutione ora ipsorum aperit, dicendo: Nos aperimus tibi os, vel vobis, si sint plures, tam in collationibus quam in consiliis, & in electione Romani Pontificis, & in omnibus actibus tam in consistorio quam extra, qui ad Cardinales spectant, & quos sint soliti exercere. Ipsi vero ad proposita nihil respondent.

LXXXVII.

Post hoc in fine consistorii, vel ibidem post apertionem prædictam, secundum quod domino Papæ videbitur, singulis Cardina-

les novi singulariter unus post alium genua flectit coram Papa: & tunc Dominus Papa recipit unum ex annulis præparatis ad hoc, & immittit digito Cardinalis novi, dicendo tunc hæc vel similia verba, quæ sequuntur: Ad honorem Dei omnipotentis, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & S. Priscæ vel alterius sanctæ vel sancti, ad cuius honorem est fundata ecclesia, quam Cardinali novo committis, committimus tibi ecclesiam S. Priscæ cum clero & populo, & capellis suis, si est in presbyterum Cardinalium assumptus, & sic in similibus; & interdum adijcitur: Secundum formam, quæ committi Cardinali consuevit, quæ eandem ecclesiam intitulatam pro tempore habuerunt. Si vero esset in diaconum Cardinalem assumptus, dicitur: Ad honorem, &c. ut supra, committimus ecclesiam sanctæ talis cum clero & populo suis, & omittitur capellis. Cardinalis vero, qui recipit annulum, osculatur manum & pedem domini Papæ, & dominus Papa ipsum post ad osculum oris recipit: & sic consequenter de aliis novis Cardinalibus observatur. Quibus completis, vadunt prædicti domini Cardinales novi sedere in locis suis, nec tunc etiam Cardinales novi aliquid prædictis verbis & factis respondent. Attendendum etiam quod Dominus Papa tunc, presentibus omnibus Cardinalibus, ordinat quos titulos habere debeant novi Cardinales absentes, ut inde sollicitudo tollatur. Attendendum etiam, quod præmissa, quantum ad apertionem oris ac donationis annuli & tituli, interdum consueverunt fieri extra consistorium, quando dominus Papa vocat omnes Cardinales ad cameram suam pro consilio super negotiis habendo, & tunc omnes præmissæ solemnitates per omnia servantur secundum ordinem antedictum; pro ut factum fuit anno a natiuitate Domini MCCCXXXIX, die xvi. mensis Januarii Avin. per dominum Papam Benedictum XII. in personas dominorum Cardinalium Ebreundenfis, cui tunc fuit commissus titulus S. Marci, & Albi, cui tunc etiam commissus fuit titulus IV. Coronatorum: Montis Olivæ, cui tunc etiam commissus fuit tit. S. Stephani in Cælio monte, in camera prædicti domini Papæ Benedicti.

Formula
committendæ ec-
clesiæ.

Absentibus etiam
conferuntur
tituli.

Memora-
ti ritus in
superiori
Cardd.
creatione
servati.

Parta

I.
Præcipua
hoc anno
gella.

Præcipua hoc anno gella. **P**arta est de Africanis & Granatenfibus. Saracenis illustri victoria anno Christi millesimo trecentesimo trigesimo nono. indictione septima: Aragonius Sardiniam & Corsicam pontificiæ liberalitati, solemniter acceptas in apostolica aula retulit: egere Andronici Imperatoris oratores, de ecclesia orientali ad conjunctionem cum Romana adducenda: præfecit sibi ducem, mutata publicæ rei forma, Liguria: dati apostolica autoritate imperii provinciis in Italia vicarii: Eduardus Anglorum Rex censuris ob id munus in germania inferiori Ludovici autoritate gestum irretitus: concurrere infestis signis paratus Christianæ nobilitatis flos, injecto divina providentia furori freno, abcessit; denique Bavaria, intermissum de sua reconciliatione tractatum redintegavit. Pellicere ipsum ad Christianam penitentiam atque ab æterno exitio eripere. Pontifex optimum enitebatur, sed nil ipsius benignitas profuit: ille enim impiorum, quibus agebatur, consiliis subornatus, confirmata potentia Anglorum Regem Germanici imperii creavit ut diximus vicarium, ut reliquos quos nondum sibi subjecerat, Eduardi Regis viribus opprimeret: elatusque in id potentia fastigium plura adversus pontificiam autoritatem erat molitus. Benedictus mollire iterum furentem clementia studuit, paternisque literis proposuit (a) ob oculos, quantis ac nunquam intermissis supplicis se addiceret: infelicis meminisset æternitatis humanæque vitæ inconstantiam, nec divinam patientiam novis sceleribus fatigaret.

Addita
a Lud.
Bav. veteribus
nova facinora.
(a) To. 5.
ep. sec.
392.

II.

Magnifico viro Ludovico de Bavaria promereri gratiam in presenti, per quam assequi valeat gloriam in futuro. Literas magnificentiæ tuæ benignitate solita recepimus, & quæ continebantur in eis, pleno collegimus intellectu. Sane cum tam per eas, quam diversas tuas literas alias hæcenus nobis missas te reconciliatorem tuam nobis & ecclesiæ sanctæ Dei desiderare asserueris, & asseras affectibus ferventibus & devotis, in eis nihilominus subjungendo, quod nostris & ecclesiæ Romanæ juribus & honoribus derogare non intendis in aliquo, sed ad eorum exaltationem te proponis impendere reverenter; non sufficimus admirari, quod licet nos, propter præcautiones olim super eadem reconciliatione inceptas, quas desiderabamus, sicut adhuc desideramus, ad debitum finem perducere, procedere contra te super his etiam, que per te attentata referuntur interrim, de quibus inferius aliqua exprimantur, te per viam mansuetudinis ab his & aliis detestandis excessibus cupientes retrahere, omiserimus aggravare processum per

prædecessorem nostrum adversus te, ut novis vicibus cle-
mentia pontificiæ
illulserit. **P**arta est de Africanis & Granatenfibus. Saracenis illustri victoria anno Christi millesimo trecentesimo trigesimo nono. indictione septima: Aragonius Sardiniam & Corsicam pontificiæ liberalitati, solemniter acceptas in apostolica aula retulit: egere Andronici Imperatoris oratores, de ecclesia orientali ad conjunctionem cum Romana adducenda: præfecit sibi ducem, mutata publicæ rei forma, Liguria: dati apostolica autoritate imperii provinciis in Italia vicarii: Eduardus Anglorum Rex censuris ob id munus in germania inferiori Ludovici autoritate gestum irretitus: concurrere infestis signis paratus Christianæ nobilitatis flos, injecto divina providentia furori freno, abcessit; denique Bavaria, intermissum de sua reconciliatione tractatum redintegavit. Pellicere ipsum ad Christianam penitentiam atque ab æterno exitio eripere. Pontifex optimum enitebatur, sed nil ipsius benignitas profuit: ille enim impiorum, quibus agebatur, consiliis subornatus, confirmata potentia Anglorum Regem Germanici imperii creavit ut diximus vicarium, ut reliquos quos nondum sibi subjecerat, Eduardi Regis viribus opprimeret: elatusque in id potentia fastigium plura adversus pontificiam autoritatem erat molitus. Benedictus mollire iterum furentem clementia studuit, paternisque literis proposuit (a) ob oculos, quantis ac nunquam intermissis supplicis se addiceret: infelicis meminisset æternitatis humanæque vitæ inconstantiam, nec divinam patientiam novis sceleribus fatigaret.

Ut Ludovicus
cle-
mentia
pontificiæ
illulserit.

Detra-
here nifus
fit ponti-
ficio pri-
matui.

III.
Germani-
am ab ec-
clesiæ cath.
divellere
fit nifus.

Profana-
rit facta.

Præterea statuendo de facto mandasti, ut asseritur, quod in partibus Alamanniæ mandata non recipiantur apostolica, nec parantur eisdem; nec illos, quibus per se-
dem prædictam provideri contingit, de dignitatibus & aliis beneficiis ecclesiasticis dictarum partium, permittis aut permittis ad dignitates & beneficia hujusmodi recipi & admitti. Et ulterius prælatos, religiosos, & alias personas ecclesiasticas partium earundem ad violandum interdictum ecclesiasticum, autoritate apostolica in diversis civitatibus, villis, terris, & locis partium earundem appositum propter captionem & captivationem personarum ipsorum, ac honorum subtractionem, & alias crudeliter & immaniter (non absque plurimorum scandalis, contemptu clariorum ecclesiæ, ac animarum periculis) non erubescis compellere, faciendo divina officia in locis eisdem interdito ecclesiastico, ut præmittitur, suppositis damnabiliter profanari: quamplurimos etiam religiosos, & præsertim fratres ordinis Prædicatorum (qui Dei timorem & amorem, ac reverentiam sedis prædictæ, suarumque animarum salutem injuris & iniquis mandatis & presumptionibus sacrilegis & damnandis hujusmodi præferentes, & profanare in locis prædictis recularunt divinis) fugando, affligendo, & sic crudeliter persequendo, quod multi conventus eorum propter hoc sunt, prob dolor! dissipati. Ad

IV.

Ad hoc detrahendo non parum ejusdem ecclesie Romanae juribus & honoribus, vicarium in certis partibus Alamanniae, quamquam ad te non pertineat, deputasti, ut fertur. Haec autem, quae fert rumor hujusmodi taceatur ad praesens, si vera sunt, in divina majestatis contumeliam & offensam, ac jurium & honorum detractionem sedis praedictae, fideique lesionem catholicae credere proculdubio dignoscuntur. Talia namque, quae non solum Deum & sedem eandem graviter non immerito provocant, sed horrorem mentes concutunt & commovent catholicorum Regum, magnatum, & principum orbis terrae; maxime cum ex his fides tangatur catholica, ex qua justus vivit, & extra quam non est alicui gratia neque salus; non sunt signa vel facta poenitentis hominis Deum timentis, ac volentis revereri sacrosanctam ecclesiam matrem suam, & reverti ad ejus gremium, cum se sentit esse, delictis & offensis suis exigentibus, extra illud. Quis enim fidelis dubitat, quin illi homines pestilentes haeretici & schismatici manifesti, qui adhuc sub tegmine alarum tuarum morari dicuntur, te de cujus salute ac honore non curant; sed ad hoc cum evidenti tuae salutis & famae detrimento tantum aspirant, ut tuo protecti munimine sibi pro suis sceleribus effugiant ultionem, retrahere moliti fuerint hactenus, & etiam adulando pestifere, moliantur in hujusmodi & alia praecipua confusionis & damnationis aeternae?

Arguitur fidem esse ejus poenitentiam.

Haereticas suo tueri patrocini.

te impellere.

V. Monitus, ut animae salutis prospiciat.

Proposita aeterna supplicia.

deas, & cum effectu attentata, ut praemittitur, circa haec tam pie quam provide revocare, non procrastinando, dum tempus habes, sicut praemisimus, prosequi reconciliationem eandem: circa quam, si te digne ad id coaptaveris, nos & sedem praedictam, quantum cum divino beneplacito, & honore ipsius ecclesiae fieri poterit, propitios repeties & benignos. Et inter caetera satis expediens videretur, quod ab offensa & irritatione illorum, qui prodesse vel obesse tibi valerent super his, abstineres. Dat. Avin. x. kal. febr. anno v.

Poenitentia ostensa veniae spes.

Aragonius vires regias contra Bavarum offert.

(a) Eod. 10. 5. ep. febr. 12.

VI. (b) Ibid. ep. febr. 393. Missus ad Lud. inter nunciatus.

Proposita a Lud. pacificationes. (c) To. 5. post ep. febr. 394.

Superiora decreta ac gesta impia adversus pontificiam auctoritatem cum audisset Petrus Rex Aragonum adeo exhortuit, ut tuendae dignitatis Apostolicae zelo Benedicto adversus ipsos hostes armorum potentiam obtulerit; cui Pontifex gratias egit (a) ob eximium illius in ecclesiam studium, nuntiumque apostolicum ad Ludovicum, cum redeundi in gratiam cum ecclesia voluntatem praese ferret, se transmississe significavit.

Verfabatur (b) in aula Bavarica Arnaldus et Verdala A. S. N. pontificioque nomine cum Ludovico agebat, ut illius animum ad Christianam poenitentiam flecteret, abduceretque ab Eduardi Regis foedere, quo occidenti ac rei Christianae necessaria pax restitueretur: cumque propositas nonnullas a Ludovico reconciliationis ineundae rationes exposuisset Pontifici, is adhibitis in consilium quibusdam Cardinalibus Arnaldo respondit (c), ac primam quidem a Ludovico oblatam conditionem non videri nec utilitati, nec honori sedis Apostolicae conducere, neque in opus perducere posse: cum enim in ea dicat, se in omnibus controversiis, quae ipsi una cum Rege Francorum intercessere, vel exoriri possint, pontificio iudicio statutum; absque enim esse, cum nulla dissensio inter Regem ac Ludovicum ipsum exarserit, nisi imperii causa, in quo nullum sibi jus Bavarus arrogare possit, ad quod assequendum ecclesiae gratiae restitui optabat: unde fit, ut si eam Ludovici submissionem, antequam conciliatus esset, sedes Apostolica admitteret, non levem sibi injuriam ac damnum pareret. Quod ad secundam attinet; restituito fidelium confortio Ludovico, si Francorum Rex arbitrum Pontificem vellet deligere, Regem Anglorum Ludovici arbitrio controversias omnes permittiturum; atque ita, imperatis induciis, bellum inter ipsos Reges sopitum iri. At neque id videri sedi Apostolicae honorificum, cum uni parti se addiceret; illam vero deceat in neutram inclinare; neque etiam id fieri posse, cum Francorum Rex Anglorum Regem fiduciarium & clientem suum appelleret; nec dissentiat Eduardus; unde cum Francorum Rex sit Anglorum Regis in

in vestigialium terrarum causa, de quibus lis vertitur, iudex, non facile in alterius arbitrium controversiam collaturum: tum maxime, si de omnibus controversiis agatur, cum Philippum non lateat, Eduardum plura eaque maxima deposcere, de quibus putandum non sit, Francorum Regem compromissum facturum: praeterea id exiguum utilitatem pariturum cum prius Ludovici reconciliatio perficienda, eaque diuturni temporis tractum, consumptura sit: interea vero si bella sopita non fuerint, cum illorum incerti sint exitus, ea posse emergere, quae resarci postea non possint; & quamvis illa omnia absissent, non facile Pontificem & Ludovicum in eodem loco ad dirimendam, quae compromissa essent, conventuros; quare ab illis Francorum Regi denuntiandis se abstinuisse: hanc autem rationem conciliandae totius rei componendaeque ineundam.

Proposita a Pont. concordia ratio.

Liberi commeatibus syngrapha sceleratis non datur ab ecclesia.

VII.

Si, inquit, idem Ludovicus ad nostram praesentiam suos certos super facto reconciliationis suae destinaret nuntios, & dictus Rex Angliae etiam suos cum potestate plena tractandi pacem cum eodem Rege Franciae vellet transmittere, scribemus efficaciter eidem Regi Franciae, quod idem duceret faciendum: & nos libenter laboravimus, ut reconciliatio & pax praedicta ad bonum perveniret effectum; ita tamen quod interim pendentes praedictis coram nobis guerra ex quibus innumera mala proveniunt, omnino hinc inde cessarent; & haec via videretur cuilibet factibilis & honesta, &c. Praecipit ut Ludovicum ad hoc consilium inlectat, ac si ipsum ad id adducere non potuerit, ne se aliis tractatibus irretiat, sed ad sedem Apostolicam, his missis, se conferat. Petenti vero ad nonnullorum improbarum hominum gratiam liberi & tui commeatibus syngrapham, cum ad eandem sedem pro flagitanda venia se conferre meditarentur, respondit: Caeterum quia non est de more ac honestate Romanae curiae sceleratis hominibus dare conductum, illis hominibus, de quibus fiebat in tuis literis mentio, non concederemus eundem: sed si de sua salute solliciti gratis & spontaneos ad sedem Apostolicam venerint veniam & misericordiam humiliter petaturi, eos (quos magis lucrifacere Domino, quam perdere cupimus) misericorditer, prout eorum exegerit devotio & contritio meruerint, mansuete tractabimus & benigne, rigore iustitiae oleo misericordiae temperato. Dat. Avin. x. kal. februarii anno v.

Optabat sane Benedictus implere mandatas sibi illius vices, qui prophetico ore contestatur: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat; idque etiam in Ludovici & aliquorum principum electorum, qui superiori anno Romanam ecclesiam majestatem laeserant,

causa demonstravit: hos enim, ac Ludovicum Pontifex paterno sinu, si flagitii ipsos poenitisset, amantissime se excipiturum respondit (a).

(a) To. 5. ep. febr. 393.

Benedictus, &c. magnifico viro Ludovico de Bavarica promereri gratiam in praesenti, per quam assequi valeat gloriam in futuro.

Quia principes electores, quorum aliqui Deum, ac nos & sedem eandem graviter offendisse noscuntur, benigne ac mansuete tractari per easdem literas supplicasti, asserens id esse praedictae reconciliationis negotio multipliciter opportunum; scire te volumus, quod cum sedes praedicta, quae benignitatem severitati consuevit prout in Deo expedire cognoscit, praeserre, vere poenitentibus & contritis non claudat gremium misericordiae & gratiae, tanto miseranda benignius, quanto gravius fuerit provocata; offensores praedictos, prout eos de commissis hujusmodi poenitentes & contritos, ac nobis & eidem sedi fideles & devotos, ut tenentur & debent, cognoverimus; praeserim dicti consideratione negotii, propter ea, quae praemisimus, insidentis admodum cordi nostro, recipimus clementer, ac favorabiliter & benigne tractabimus, rigore iustitiae oleo misericordiae temperato. Dat. Avin. x. kal. februarii anno v.

Electori- bus eius sequacibus venia ostensa.

Flagitavit (b) quoque Bavarus a Pontifice, ut Arnaldo e Verdala apostolico nuntio reconciliationis illius perficiendae auctoritatem tribueret: cui respondit Benedictus, missum illum ea de causa fuisse, ut ipsi suam mentem atque arcanae voluntates panderet: rem vero nisi in Cardinalium consistorio perfici non posse. Reversus itaque est Arnaldus ad sedem Apostolicam, qui ob virtutis praemium ad Magalonensem episcopatum evectus est, de cujus legatione Germanici historici (c) meminere; ac significavit Pontifici, Ludovicum ac principes electores decrevisse solemnes oratores pro optatissima reconciliatione perficienda transmittere: qua de re idem Pontifex ad Robertum Siciliae, & Philippum Galliae Reges scripsit (d), ut legatos mitterent, quo rationibus suis consulerent.

VIII. Ludovici petitio. (b) Super ep. 393. Responso Pontificis.

(c) Alb. Arg. in chron. & alii.

(d) To. 5. ep. febr. 111.

Extant porro in regesto pontificio nonnullae pro Ludovici oratoribus ad sedem Apostolicam accessuris liberi commeatibus syngraphae, altera (e) quidem III. non. junii hujus anni consignata, in qua haec adjecta conditio: Dummodo dicti nuntii & familiares sexaginta numerum non excedant, nec sint de haeresi condemnati; altera nonis octobris data (f) tum pro Bavarum principum electorum oratoribus. At interea Bavarum promissa Pontifici data ep. infringebat, cumque ab eo toties flagitatum esset, ut a coeundis molitionibus in Regem Francorum abstereret, ea enim re ipsius reconciliationem disturba-

(e) Ib. ep. febr. 466.

(f) Reg. post eand. ep.

(a) Ib. ep. fecr. 416. Monitus Bavarus ut a Gall. & eccles. opprimendis assistat.

IX. Eduardus caesarem praefecturam gerit.

Et fucos intendit litem episcopo Camera-censi.

(b) An. 5. ep. com. 2.

tum iri; invadendis tamen Gallis, opprimendisque ecclesiasticis, qui sedis Apostolicae partes tutati fuerant, inhababat. Quem Benedictus monuit (a), ut nonnulla, quae contra datam fidem gesserat, & in arcana schedula describerat, revocaret: Ceteram tibi, inquit, benigno suademus affectu, ut interim, huiusmodi coram nobis super reconciliatione praedicta pendente tractatu, prudenter abstineas a qualibet noxia novitate; & maxime ne contra charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francia illustrem, ac ecclesiasticas & ecclesiasticas personas per te vel gentes tuas aliquid attentas aduersum: quinimo ea, quae contra promissiones tuas in dictis literis tuis contentas attentata sunt, studeas efficaciter revocare; pro firmo sciturus, quod si secus fieres, id dicto negotio magnum posset impedimentum & absculum generare. Dat. Avin. v. id. octobris anno v.

Invadabat tum Gallias Eduardus Anglorum Rex Ludovici armorum praesidio fultus, & Cameracensem episcopum, accepta Germaniae inferioris Bavari auctoritate praefectura, quam vicariatium vocant, imperii fiduciarium ad clientis praestanda Ludovico officia adigere, utque Regis Francorum foederatum bello opprimere tentabat. Ut vero in oppugnando ecclesiastico principe imperii aliquem juris colorem Anglus praetereret, subornato sacerdote Cameracensi, Guillelmo episcopo iudicium ineunte anno intentavit, ut sibi tanquam proregi caesareo comitatum Cameracensem imperialis beneficentia acceptum referret. At episcopus de intentata sibi lite ad sedem Apostolicam provocavit, ad quam spectabat causa, cum Ludovicus iura caesarea non teneret. Benedictus itaque, ut accersitos ab Anglo iuris fucos ad colorandum iniustum bellum dilueret, edicto pontificio promulgavit, iniquam esse motam ab illo litem: juris formulas tamquam a caesareo legato editas rescidit; ipsumque Eduardum Regem ac reliquos principes, qui bellum comitatu Cameracensi inferrent, anathemate defixit. (b)

Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Nuper venerabilis frater noster Guillelmus episcopus Cameracensis, non sine gravi querela ad apostolatus nostri deduxit auditum, quod licet civitas & comitatus Cameracensis iure veri domini spectent ad episcopum & ecclesiam Cameracensem, ac episcopi Cameracenses, qui fuerunt pro tempore a longis retro temporibus per tempora, quorum in contrarium memoria non existit, iusto & vero titulo civitatem & comitatum possederint supradictos pacifice & quiete; nuper tamen (quod non absque multa admiratione percepimus) Charissimus in

Christo filius noster Eduardus Rex Anglia illustris, pretendens se vicarium imperii constitutum per Ludovicum de Bavaria, a sede Apostolica de haeresi & schismate condemnatum, omnique iure, si quod sibi in regno vel in imperio Romanorum ex electione, quae dudum de ipso celebrata dicebatur, vel alio quovis modo forsitan comperisset, suis culpis exigentibus, sententia liter & iuste privatum; licet etiam vacante imperio, sicut nunc vacare dignoscitur, ad Romanum Pontificem, cui in persona B. Petri terreni simul & caelestis imperii iura Deus ipse commisit, iurisdictio, regimen, & dispositio ipsius vacantis imperii pertinere noscantur; de facto quamquam de iure non posset, eundem episcopum citari fecit sub poena privationis & amissionis omnium honorum, feudorum, privilegiorum, honorum, & aliorum, quae ab imperio tenere dignoscitur, ut coram eo certo jam elapso termino compareret: quare praefatus episcopus, qui huiusmodi citationi non paruit, prout nec parere etiam tenebatur, dubitans quod idem Rex forsitan eundem episcopum reputans contumacem, sultem de facto contra eum & praefatam ecclesiam Cameracensem procedat, ad Apostolicam sedem super hoc duxit humiliter recurrendum.

Licet igitur manifestum existat, quod praedicta citatio ac omnes processus, qui contra dictos episcopum & ecclesiam per praefatos Ludovicum & Regem, vel de mandato ipsorum propter hoc forsitan facti essent vel fierent, vel sententia, quae propterea promulgarentur, iuribus non subsistant, nec subsistere possint, nec aliquam habeant, nec habere possint roboris firmitatem; ne sultem de facto dicti episcopus & ecclesia praegraventur, nos prout tenemur ex apostolica servitutis officio, huiusmodi insolentis obviare, & ejusdem & aliarum ecclesiarum praecavere dispendiis sollicitis studis intendentes, dictam citationem, omnesque processus & sententias per praefatos Ludovicum seu Eduardum Regem Anglia, se vicarium dicti Ludovici vel imperii pretendentes, contra dictos episcopum & ecclesiam Cameracensem, forsitan post dictam citationem secutos vel subsequendos dictasque poenas in citatione praedicta comminatas, & sententias quaslibet super praemissis vel praemissorum occasione prolatas, vel in posterum proferendas per eisdem Ludovicum & Eduardum Regem vel alium, seu alios de mandato ipsorum super civitate & comitatu praedictis, & aliis bonis feudis, privilegiis, & honoribus, quae ab imperio obtinent, habitos vel habitas, habendos vel habendas, latos vel latas, seu ferendos vel ferendas, quatenus de facto processerint vel procedent; auctoritate apostolica revocamus, cassamus, annullamus, vacuumus, & irritamus omnino, ipsos nullos, cassos, & ir-

Intentatam injuriam queritur Pontifex.

Rescindit Ludovici & Eduardi dicta.

Vetat Camera-cum intradi.

(a) Reg. post eand. ep.

X. Non paritum est Pontifici.

(b) Gest. Bened. a. 1. a. 1. Bofq.

Camraci oblidio.

& irritos nanciamus, & nullam eos habere decernimus roboris firmitatem; districtius injungentes, & etiam inhibentes universis & singulis ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, & aliis personis singularibus quibuscumque, nec non communibus & universitatibus quibuscumque civitatum, castrorum, villarum, & aliorum locorum ne contra revocationem, cassationem, annullationem, irrationem, & decretum nostra huiusmodi facere vel venire vel quidquam attentare, vel civitatem aut comitatum praedictos in toto vel in parte invadere vel occupare, aut invasos vel occupatos per se vel alios detinere praesumant in praedictum dictorum episcopi & ecclesiae, nec non praepositi, decani, & capituli ecclesiae memoratae. Ac nihilominus omnes & singulos, cujuscumque praeminentiae, dignitatis, conditionis, & status existant, etiam si pontificali vel regali praefulgeant dignitate, contrarium facere praesumentes, excommunicationis sententiam incurere volumus ipso facto: ac civitates, castra, villas, & alia loca ipsorum interdicti sententiae eo ipso decernimus subjacere; nihilominus irritum & inane auctoritate apostolica decernentes, si secus super iis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscumque privilegiis & indulgentiis apostolicis vel imperialibus eidem Eduardo Regi, vel praefatis ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, & aliis personis singularibus, nec non communibus & universitatibus quibuscumque sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, &c. Dat. Avin. xi. id. januarii pontificatus nostri anno v. Data (a) est Leodiensis, Traiectensis, & Tornacensis episcopis divulgandi huius edicti provincia.

Verum Eduardus, cum frustra prodictione nonnullos Cameracenses subornare nisus esset, aperto bello rem gerere aggressus, exeunte septembri maximo succinctus exercitu, stiparusque duce Brabantiae, Geldriae & Juliaci comitibus, quorum primus ducis, alter marchionis titulos a Ludovico erant eblanditi, Cameracum caesareae quidem ditionis urbem, sed quam episcopus idemque comes, vacuo folio imperiali, Francorum Regis clientela addixerat, ejusque milite praesidio firmarat, obsidione cinxit; de qua haec prodit vitae Benedicti author (b): Dictus Odoardus Rex Anglia intravit A. Lemanniam, venitque in Frankford oppidum imperiale ad dictum Ludovicum ducem Bavariae, petens ab eo auxilium & juvamen contra dictum Philippum Regem Francia; fueruntque adinvicem contra dictum Philippum confederati & colligati: dictumque Ludovicum, qui licet se falso gerebat pro Imperatore, talemque se nominabat, ipsum Regem Angliae, quantum in ipso fuit, con-

stituit vicariam imperialem in partibus Italiae & nonnullis aliis terris. Cujus occasione & praetextu idem Rex Angliae Reg. Gal. Cameracensem civitatem, quae est camera lia Germaniae imperii, voluit intrare: sed negato sibi aditu, eam obsedit: civibus tamen ejusdem sibi viriliter resistentibus. Dum Cameracum urgeret obsidione Eduardus, Pontifex illum anathemate devinctum ob foedus armorum cum hoste ecclesiae percussum, bellumque episcopo Cameracensi praefecturae Germaniae susceptae scelere praetextu indictum, revocare a ceptis studuit hinc datis ad ipsum literis (c).

Benedictus, &c. magnifico principi Eduardo Regi Anglia illustri spiritum consilii sauioris.

Dudum te, fili charissime, clara imitari vestigia progenitorum tuorum Regum Angliae, qui erga Deum & sacrosanctam Romanam ecclesiam velut peculiarem ejus alumnus & devoti filii plenitudine devotionis & fidei claruerunt, suaeque splendorem in prospera a quavis obfuscatione nubili contagii praeservarunt, eaque in te praelucere clarius cupientes; ob paternam claritatis & dilectionis affectum, quo te statumque tuum prosequimur, nostras tuae celsitudini literas direxisse meminimus, inter cetera recensentes, qualiter excessus per nobilem virum Ludovicum de Bavaria olim, ut assererebatur, discorditer in Regem Romanorum electum, adversus Deum & eandem Romanam ecclesiam, ac felicis recordationis Joannem Papam XXII. praedecessorem nostrum per coactionem multiplicium & atrocium offensarum nequiter perpetrati, tuum praeterire nequibant auditum: quos velut toti mundo notorios non omnes, cum longa & proluxa nimis eorum narratio extitisset, sed ex eis aliquos in eisdem literis providimus, ut sequitur, recitandos.

Idem namque Ludovicus contra processum praedecessoris ejusdem, &c. Repetie vetera Ludovici in ecclesiam facinora iisdem pene verbis, quibus antea illa recensuerat (d), nimirum irruptionem Italiam, susceptum haereticorum patrocinium, promulgatam publico libello haeresim, creatum pseudopontificem, arreptum contra leges imperiale nomen, contractas censuras a Joanne XXII. irrogatas, tum subdit: Super quibus quidem poenis, quantumcumque per ipsum Ludovicum promeritis, & in eum iusto ecclesiae iudicio promulgatis, se vere poenitens se humiliter ad gratiam benignam, reperisset eandem ecclesiam, quae ipsum tanquam filium prodigum de longinquo redeuntem ad suum gremium apertis brachiis receperat, immolatura pro eo in ubertate divina laudis vitulum figuratum.

Rursum adjecimus in literis supradictis quod quamquam praedictorum excessuum contra eorundem processum per dictum pra-

Cod. Reg. Gal. mania legendum ex Bened. lit. constat.

Ab ea revocare Eduardum nitor Benedictus. (c) To. 5. ep. fecr. 417. ext. etiam apud Walsing. in Eduard. III. Propositum in eum majoresque sedis Ap. benevolentia.

De edictis Ludovicum Bavar.

(d) A. C. 1337. n. 7. & 8. usq. continetur.

XI. Monitus deinde sit ut in sinum ecclesiae redeat.

predecessorem contra dictum Ludovicum, exigente iustitia, postmodum habitum nominem habuissimus & etiam habemus; ut tamen ipsum a peccatorum nexibus liberatum de facibus sempiternae mortis possemus eripere, postquam fuit ad apostolatus summi apicem assumpti, diversos nuntios ejus, diversis vicibus & temporibus ad nos missis, receperamus benigne; ac pro reconciliatione ipsius, per fructum verae poenitentiae promerenda, prolocutiones varias cum eis * . . & tunc pendebat etiam ad proloquendum ulterius terminus assignatus, in quo proculdubio per nos non stetit quominus ulterius fuerit super negotio reconciliationis ejusdem processum: quare, fili dilectissime, serenitatem tuam requirendam tunc duximus per easdem literas & rogandam, ut prudenter advertens, & in serinium interne considerationis adducens gravitatem poenarum, in quas inciderent & sententiarum quas incurrerent, quantisque periculis, & discriminibus se implicarent, qui praefato Ludovico sic notorie & publice ab omnibus haereticis & sic odiosi toti Christianitati schismatis condemnato, antequam reconciliationis gratiam ejusdem ecclesiae meruisset, participare praesumerent, sibi impenderent auxilium, consilium, vel favorem, vel sibi tanquam Imperatori vel Regi Romanorum reverentiae cultum seu titulum regalis vel imperialis nominis assignarent scienter, ac cujuslibet participationis foedera contrahendo cum ipso, & exhibitione reverentiae & honoris sibi tanquam Regi vel Imperatori quousque dictus Ludovicus reconciliationis ejusdem ecclesiae meruisset gratiam obtinere, penitus te retrahere & totaliter abstinere curares, ut tibi fame integritas, & illibata tui generis claritas servarentur.

* habueramus.

Monitus Eduardus ne Ludovico non conciliato ecclesiae adhereret.

Propositae poenae canonicae in Ludovici sequaces.

Post quae rumore implacido & infesto ad aures nostras deducto, quod tu requisitionibus & precibus nostris hujusmodi, de fonte procedentibus charitatis, non sine detrimento tuae salutis & fame, quod dolentes referimus, obauditis eisdem processibus praedecessoris ejusdem, per quos adversus omnes & singulos cujuscumque praeminentiae, conditionis, vel status, etiam si pontificali vel regali vel quacumque alia ecclesiastica vel mundana dignitate fulgerent, praefato Ludovico adhaerentes seu praestantes directe vel indirecte, publice vel occulte, consilium, auxilium, vel favorem; vel sibi tanquam Imperatori vel Regi Romano- rum reverentiam exhibentes, seu titulum regalis vel imperialis nominis assignantes seu ascribentes, graves spirituales & temporales poenae & sententiae infliguntur, in sua perdurantibus firmitate; praesumpseras confederationes inire cum eo, sibi adhaerere ac praestare auxilium, consilium, & favorem; & quod est gravius, in serenitatis tuae gloria notabilem ponere maculam

non formidans, per totam Alamanniam & Germaniam ac universas & singulas earum provincias vicariatus officium sub imperialis nominis titulo susceperas ab eodem de facto, cum idem Ludovicus nec Rex nec Imperator existat; tali praetextu ecclesiarum praelatis & personis ecclesiasticis in terris imperii constitutis, ac in nostra & ejusdem ecclesiae devotione & fidelitate consistentibus, sub poenis gravibus per tuas literas injungendo, ut ad te, tanquam ejusdem Ludovici in partibus illis vicarium, super diversis contentis in eisdem tuis literis convenirent, prout in dictis tuis literis, quas tuo sigillo munitas praesentatas nobis oculata fide perspeximus, plenius continetur, contemnens damnabiliter poenas & sententias supradictas, illis te manifeste, non absque horrenda tui status macula atque nota, proculdubio implicando; nos considerantes, quod hujusmodi vicariatus officium & alia praemissa per te praesumpta ad tui honoris & status & fama dispendium tendebant, te per dictas literas nostras requisivimus & hortati fuimus, tibi paterno consilio suadentes, ut praemissa & alia, quae circa illa tibi possent occurrere, deducens in recta discussionis & deliberationis examinem; ac insuper tenens certius & attendens quod idem Ludovicus, ut praefertur, nec Rex nec Imperator existit, nec aliqua, quae fecerit vel faciat sub imperialis vel regali nomine sunt alicujus roboris vel momenti; quodque tibi periculosum erat ac multipliciter formidandum bellorum subire discrimina, si fores dictis processibus, poenis & sententias involutus, ac per hoc Dei & ejusdem ecclesiae persecutor & hostis effectus, a quibus semper desideravimus reddere te immunem; ab hujusmodi praesumptionibus penitus resiliens, gressusque tuos in viam rectam ac Deo placitam, tuique status, salutis, & honori congruam dirigere quantum non differres. Sperabamus enim, quod oculis tuis apertis ad bonum, & declinantibus non in erroris devium, sed in callem rectitudinis & semitam veritatis, salutis monita devote susciperes, & efficaciter adimpleres; nec Deum ac nos & eandem ecclesiam ulterius per graviores excessus, ac oppressiones ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum contra te ad iracundiam provocares.

Arguitur illis se irreverente.

Ludovicum ex-faricos apices iure non tenere.

Sed, sicut noxiter ex conquectione venerabilis fratris nostri Guillelmi episcopi Cameracensis, non sine admiratione & animi turbatione percepimus, & referimus cum dolore, tu praedictis monitis, requisitionibus & hortationibus, & precibus apostolicis deductis penitus in contemptum, adversus praefatum episcopum & ecclesiam Cameracensem, ac comitatum & terras ipsorum quosdam voluntarios & odiosos processus, non absque divinae majestatis & Apostolicae sedis offensa & derogatione ecclesiasticae libertatis, de facto pra-

XII. Iniquum in Cameracensibus bellum geri.

praetextu vicariatus hujusmodi habere coepisti, & graviores facere continuas, ac contra civitatem Cameracensem, quae ad episcopum & ecclesiam praedictam pleno jure noscitur pertinere equitum & peditum armatorum exercitum congregasti, ipsamque in dictorum episcopi & ecclesiae damnum non modicum & praesudicium obsedisti, eamque detinere praesumis obsesam.

Cum itaque processus, vel verius excessus hujusmodi non possimus salva conscientia, nec etiam debeamus conniventibus oculis pertransire, quin ad tuitionem & defensionem ejusdem Cameracensis & aliarum ecclesiarum, in quarum oppressionem jura nostra & Romanae ecclesiae opprimi dubium non existit, apponamus manum apostolicae potestatis; excellentiam tuam iterato requirimus, & rogamus attente, per apostolica scripta tibi districtius injungentes, quatenus attendens consilium, & revolvens prudentius in scrutinio mentis tuae quam periculosum tibi tuisque heredibus in posterum reddi possit, quod adversus ejusdem praedecessoris processum notorie habitos, & per universa fere orbis climata publicatos te procuraciter erigas, & publice venias contra eos; quantaque nota infamia & ignominia ex praesumptione tam damnabili respargaris; considerantis etiam cogitans quale tibi tuisque heredibus possit in posterum parturiri dispendium, si publicatus fautor haereticis & schismaticis de haeresi & schismate condemnati per solemnes processus ejusdem sedis Apostolicae deviteris, consilio & proviso consilio per emendationem debitam hujusmodi studeas praecavere periculum ab obstinatione praedicta quantocumque revocando, & a similibus in posterum abstinendo, disloque vicariatus officio, per quod fama tua laeditur, & status dignitatis regiae non mediocriter minoratur, ulterius non atendo. Alioquin, cum non sit deferendum homini contra Deum, nec ecclesiarum oppressiones possimus salva conscientia equanimitate sustinere, contra te, licet invidi, ad publicationem dictarum poenarum & sententiarum, in dictis ejusdem praedecessoris processibus & constitutione contentarum & etiam prolatarum, quas te propter praedicta non es dubium incurrisse, infallibiliter procedemus, & procedi per alios faciemus, prout viderimus expedire. Dat. Avin. vi. id. octobr. an. v.

Propositio Joannis XXI. edita.

XIII. (a) Eod. l. 5. ep. fecit. 418. 419. Legati Cardinales ad Anglum milli. (b) Ib. ep. 420.

Florebant apud Eduardum gratia & auctoritate Joannes Archiepiscopus Cantuariensis, & Richardus Episcopus Dunelmensis, quibus Pontifex apostolicus pro imperio injunxit (a) ut Regi exponerent, quantis periculis in gerenda Germanica praefectura, colendoque Bavarico foedere se objiceret; atque ad sedis Apostolicae capeffenda iusta adducerent. Data etiam Cardinalibus nuntiis Petro tit. S. Praxedis & Berrando S. Mariae in Aquiro imperia (b) ut Eduardum.

dum Angliae Regem poenas & censuras in decretis apostolicis adversus Bavari sequaces latas contraxisse pronuntiarent: atque etiam pontificio nomine ipsi denuntiarent, nisi Cameracensem obsidionem solveret, ac praefecturam imperii in Germania Ludovici auctoritate susceptam abjiceret, gravioribus in eum poenis ac sententiis animadversurum. Comparat sibi adversus Eduardum aemulum Philippum Francorum Rex ingentia auxilia, accesserant (c) enim illius signis Johannes Boemiae & Philippus Navarrae Reges, Aymo comes Sabaudiae, Imbertus delphinus Viennensis, ac viginti quatuor vel quinque millia equitum, peditumque innumeram multitudinem ad bellum traaxerat, parabatque (d) florentissimo illo succinctus exercitu irumpere in Germaniam inferiorem, ne bellum in suo, sed hostium solo gereretur; cum Benedictus, veritus ne Germanis saevienti magis in Gallos praebereetur occasio, suavit Philippo, ut hostem intra regni limites opperiretur. Cum, inquit, intellexerimus noviter, quod Theutonici Regi Angliae adhaerentes praedicto praetextu cujusdam processus, quem Rex ipse, se vicarium imperii nominans abusive, adversus ecclesiam & comitatum Cameracensem fecisse de facto dicitur aliquas in eodem comitatu coeperunt facere novitates, existimantes forsitan calide quod tu, fili dilectissime, regnum tuum ad ipsos aggrediendos exires, sique praestaretur occasio principibus & alii Alamanniae nobilibus te ac regnum tuum ex eo jure invadendi & offendendi, quod tu primo intrando terras regni Romani & imperii hostiliter invasisses; nobis, qui te, regnumque tuum praedictum suaveri dilectione prosequimur, deliberatione cum quibusdam ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus honoris & commodi regni zelatoribus habita diligenti, expediens non videtur quod regnum tuum praedictum quomodolibet exeat pro praemissis: sed sicut illum inclytiae memoriae Philippum Regem Franciae praedecessorem tuum in casu quasi consimili gessisse testatur historia, cum apparatu decen- ti eos infra dictum regnum tuum, si forte, quod absit, illud ingredi attentarent, expostet: super quibus mature, prudenter, & consulte circumspicias regia providentia, quid agendum, &c. Dat. Avin. viii. id. octobris anno v.

Intentata illi ecclesiae severitas.

Parat Gallus irumpere in Germ.

(c) Jo. Vill. l. 11. c. 85. Masson. ubi sup.

(d) To. 5. ep. fecit. 415.

Id consilium discutit Pontifex.

Addita ratio.

Confirmata exemplo.

Secutus est pontificum consilium Philippus Rex, & castra ad flumen Haram Regis Anglorum castris proxime admovit (e). Laborare coeperat comitatum inopia. Germanorum Anglorumque exercitus, cum Eduardus, metuens (f) ne exercitus sensim absumeretur, universi certaminis alexa spes suas committendas censuit. Provocavit itaque Philippum Regem ad pugnam: sed prudentes eam suaserunt declinandam ne

(e) Jo. Vill. l. 11. c. 85. (f) Masson. in Phil. vi.

Gallia in apertum discrimen conjiceretur; hostemque vincendum consilio, atque interclusis comitatibus atterendum, ut observat Hocsemius (a) qui rei exitum accurate describit: *Sextadecima*, inquit, *die dicti mensis*, nempe octobris hujus anni, Rex Franciæ cum viginti quatuor millibus equitum transiit flumen Sommam per pontem Peronæ, interim Rex Angliæ se retraxerat versus Guisiam versus Terraciam propter defectum victualium, quæ gens Regis Franciæ non permittebat venire: & die XXIII. scilicet sabbato de sero, exercitu soluto, recessit. [1] Tribuendum visum est divinæ providentiæ, ut potentissimi exercitus infestis signis non concurrerent, ne tantus Christianus sanguis funderetur, ex quo fidei hostes majores animos collegissent ad rem Christianam evertendam, ut expendit Benedictus in suis ad Eduardum Anglorum & Philippum Francorum Reges datis literis. Scriptas ad Eduardum Regem affert Thomas Walsingham (b); quæ vero Francorum Regi missæ, subjecta verborum forma sunt conceptæ. (c)

(a) Hocsem. l. 2. c. 25. Gallus xxiv. mill. Equitum educit.

Interclusi Anglo comitatus. Soluti utrimque sine caede exercitus.

(b) Walsingham. in Eduard. III. (c) To. 5. ep. secr. 425. XIV.

Benedictus, &c. Philippo Regi Franciæ illustri. Dum diligenter attendimus, & profundis cogitationibus meditamus, quanta summi & aeterni Regis fuerit benignitas, & misericordissima affluentia pietatis, quod prædem tuis, charissime fili, & illustris Angliæ Regis ejusque colligatorum ordinatis aciebus, & multum ex propinquo ad confligendum terribiliter ex animo se dispositis hinc & inde, secuta non existerant pericula, quæ tantus fragor armorum & armatorum impetus minabantur: eidem laudum exsolvimus præconia, cum hocce ad donum Dei maximum, & grande operatum misericorditer a clementia divina providentiæ, quæ in sui dispositione non fallitur, miraculum reputetur. Ex hoc quidem colligi potest etiam apertius, quod Altissimo, qui bella conterit, & gentibus ea volentibus per prophetam dissipationis exterminium comminatur, tanta sanguinis redemptorum pretioso cruore dominico, quanta fuisset, si conflictum sibi dedissent acies prædictæ tunc temporis in totius Christianitatis damnum & opprobrium ac animarum multarum periculum, effusio non placebat. Regalis quoque circumspectio potest etiam advertere diligenter, quantum, tu & Rex prædictus

Monitus Phil. ut certamen detrectet.

indignationem haberetis formidare divinam, si populos Dei, quos ipse a periculis animarum & corporum eripuit sic benigne, iterum simili subijcere discrimini curaretis. Timendum esset proculdubio, ut adeo accenderetur, & præsertim vehementius contra illum, qui hujusmodi discrimini daret ampliore operam, ira Dei, ut tanta strages tantaque confusio sequeretur, quod tota concuteretur Christianitas, & reformatio pacis & concordia non solum difficilis, sed impossibilis (quæ non sinit misericors & miserator Dominus contigere) redderetur. Et insuper nec minus considerandum videtur, quantum occasione guerrarum præsentium multis & variis modis, ut fertur, regii subditi non modicum sunt exhausti pecuniis, & aliis bonis suis; & etiam quod, si continuatio raliu onerum sequeretur [quod absit] amplius gravarentur: quodque bellorum eventus est dubius, & multum, ubi Dei timetur indignatio, formidandus.

Ideoque regiam magnificentiam rogamus in Domino attentius, & hortamur, eam nihilominus per Dei misericordiam obsecramus, quatenus præmissa & alia, quæ posunt occurrere circumspeditioni regiæ in hac parte, revolvens intra claustra pectoris regii, & deducens in exactæ deliberationis examen; ad reformandam pacem cum Rege præfato vel treugas ineundas (ut tuis, dilectissime fili, tuorumque obvietur periculis; & Deo, qui pacem diligit, & in viris pacificis delectatur, magis placeat, teque acceptiorem eidem efficias) animum habilitates regium & inclines; dilectorum filiorum nostrorum Petri tit. S. Praxedis presbyteri & Bertrandi S. Mariae in Aquiro diaconi Cardinalium, Apostolica sedis nunciatorum, zelatorum utique regii honoris & quos commodi, dudum ad partes illas propterea de consilio fratrum nostrorum destinavimus, monitis & salubribus circa hæc persuasionibus effectualiter nihilominus acquiescens, &c. Adjungit preces, ut si ad mutuam pacem a Cardinalibus adduci non poterint, inducias ineat: seque apostolicas partes in concilianda controversia adhibiturum; atque ideo oratores summa ad id autoritate instructos mittat, quibus regiam aperiat voluntatem. Dat. Avin. x. kal. januarii anno v.

Ex superioribus literis atque aliis antea in.

Paci animum accommodet.

XV.

NOTÆ [1] Continuator Nangii, qui tunc in Gallis agebat, causas veras exponit, quibus Philippus Galliarum rex pugnam cum Anglis distulit. Non enim, ut Annalista hic opinatur, pugna hanc dilationem suasit spes, ut Angli ex inopia comitatus de rebus suis desperantes ad pacis condiciones quas accipiendas adducerentur; Sed optantem Philippum manum statim cum hoste conferere retraxerunt Gallorum nonnulli, laudantes, ut eam Veneris diem quieti daret, ne festum ex itinere, & nondum cibo refectum exercitum pugnae labori exponeret; religioni etiam ejus diei, memoriæ passioni J. C. sacræ, id daret, ut a caede Christianorum parceret. Vix exorari se permisit Rex, ut tandem pugnam in succedentem diem differret, ex quo Anglo permisum tempus, quo prompto secessu e præsentis discrimine sese proriperet. MANSI

indicatis pontificius illustratur zelus in conciliandis Regibus, belloque exitiali sopiendi adhibitus: ad quem magis collustrandum tentata ab eo. variis hujus anni temporibus cumulanda visa sunt. Egit (a) imprimis III. non. martii cum Cardinalibus nuntiis de variis ineunde pacis inter Reges rationibus explorandis: mense vero julio induciarum pacificandarum nonnullæ leges proposiæ ab Anglis, quorum primæ rationi consentaneæ, duæ postremæ Regi Francorum admodum inique, ut nimirum Scotis nulla auxilia submitterentur, atque arces in Aquitania superiori anno occupatæ restituerentur; de quibus suam sententiam Pontifex ita protulit. (b)

(a) To. 5. ep. secr. 395.

Proposita a Pont. concordia ratio.

(b) Ib. ep. secr. 410.

Petro tit. S. Praxedis presbytero. Card. A. S. L.

Velle ad tractatum pacis pro parte dicti Regis Angliæ afferentes redire, petunt in treugis pro tractatu eodem ineundis quinque subseqentes condiciones apponi. Primo videlicet, quod damna, quæ illata durantibus treugis fuerint, hinc inde rationabiliter emendantur. Secundo quod alligati & amici utriusque partis, vigentibus treugis, possint ire per terras & dominia utriusque Regum prædictorum libere ac secure. Tertio quod mercantiæ resque aliæ de uno regno ad aliud deferri similiter valeant & conduci. Quarto quod dictus Rex Franciæ Scotis interim auxilium non impendat. Et quinto quod restituat occupata per ipsum de ducatu Aquitanie postquam idem Rex Angliæ mare transiit. Expugnasse (c) nonnullas arces. Philippiduces referunt historici, ac Burdegalam (d) ipsi deditam hoc anno, cum repente conjurati cives in Francos incautos duce Inghamo Anglo insurrexere, atque urbe non sine strage pepulerunt. Porro condiciones duriores ita mollire studet Pontifex: Nos igitur præmissis diligentius intellectis, primam & tertiam simpliciter & secundam conditiones hujusmodi cum temperamento, quod alligati & amici prædictorum Regum terras & dominia ipsorum hostiliter vel cum armigerâ gente non intrent, satis rationabiles; & reliquas duas difficiles existimamus; quinquam super quarta posse videretur lenitatis antidotum adhiberi, ut scilicet Rex præfatus Franciæ procuraret, ut inter Scotos & Regem Angliæ prædictum inveniatur treuga, per tempus, quo inter Reges eosdem fierent duraturæ; vel quod negotium Scotiæ una cum principali Regum prædictorum negotio in nostris manibus poneretur. Ea vero, quæ quinta conditio continet, magis principale negotium deducendum in pacis tractatu, quam treugas indicendas concernit. Sane qui vererit, quod via pacis prædictæ, quam accensis optamus desideris, intentione recta & modo debito non queratur, ex-

Varia in Aquitan. converter. siones. (c) Frosard. hist. l. 1. (d) Walsingham. in E. david. III.

pedire credimus, quod per te dictumque Cardinalem collegam tuum non respondeatur præmissis; sed potius per partem alteram & vos tamquam mediatores ad temperandum, parte sive reducendum ad concordiam, sicut juxta ea quæ præmissimus, & alia quæ vobis occurrerint expedire cognoveritis, diligentibus studiis intendatis; ut sc. misericordia faciente illius, qui concordiam in sublimibus operatur, aditus pandatur accommodæ pacis tractatui, ad se vestra fidelis & sedula solertia operatrix: alias autem nec nobis, nec vobis, quin quod potuimus in hac parte fecerimus, possit a Deo vel hominibus, sicut sepe refricavimus, imputari, &c. Dat. Avin. xvii. kal. augusti anno v.

Cum nullæ firmari induciæ potuissent, iterum XII. kal. octobris Benedictus Reges flectere ad pacis consilia pertentavit, (e) proposuitque ob oculos rem Christianam ex eo bello everti, insolescere si dei hostes, perire animas, atque innumera mala pullulare in republica Christiana. Obsunderant regiæ aures ad hæc monita apostolica, armorum fragore operetæ, festique Cardinales nuntii pacem furdis canere, flagitabant, ad sedem Apostolicam revocari: quos Benedictus eo majori ardore ad procurandam concordiam XI. kal. octobris iussit incumbere (f) atque ad Eduardum se conferre, quo Reges majori furere ad bellum procurerent; tum VII. id. octobris Philippum gravibus monitis, ne sectandæ paci desset, instruxit. (g)

Non deerant porro muneri suo Cardinales in his Eduardo exponendis: at non nisi tristia belli nuntia retulere Benedicto, qui una cum iisdem Cardinalibus versus in lacrymas conceptum ex rei Christianæ exitio dolorem cum ipsis pariter ac delinire conscientiæ integritate studuit. (h): Ex. iis quidem, inquit, filii dilectissimi, amaricata corda vestra sentimus hæcenus, proculdubio sentimus, & nos non minus paternis commotis visceribus dolore cordis tangimur intrinsecus, & suspiramus amare præfatorum Regum & aliorum Christi fidelium gravia exinde pericula formidantes. Verum quia nos & vos quod potuimus circa præmissa fecimus sic, quod credimus esse debere apud Deum & homines excusati, restare non videtur agendum aliud, nisi quod ad divinum auxilium recurrenter, si per operationes nostras & vestras aliud utile ad obviandum tantis malis & periculis possit agi, non sumus tepidi vel remissi. Dat. Avin. v. kal. novembris anno v. Confectus itaque dolore ob filiorum, in mutuas caedes ruentium, dissensiones pater optimus Cardinalibus, desperatis de concordia rebus, præceperat (i) XIV. kal. decembris, ut ad sedem Apostolicam, si Philippo Regi ita visum esset, revertere-

XVI.

(e) To. 5. ep. secr. 413.

Dificeta pacis consilia.

(f) Ib. ep. secr. 414.

(g) Ep. 415.

Conceptus exitio de a Pontifice gravis dolor. (h) Ib. ep. secr. 422.

(i) Eod. 10. 5. ep. secr. 423.

ren-

rentur : cum x. kal. Januarii Anglorum & Francorum Regibus significavit (a) se ad suscipiendam dirimendam omnium controversiarum provinciam paratissimum, modo ea de re missis ad sedem Apostolicam oratoribus inducias paciscerentur.

XVII. Anglus concordiam respuit. (b) Ib. ep. 413. (c) Id. ib. Perfici pax non potuit, cum in ea tractanda Eduardus Anglorum Rex difficilimum se praeberet, ut queritur Pontifex (b); cum tamen Francorum Rex ad pacis consilia inclinaret, ac Pontifici & nuntiis Cardinalibus obsequeretur (c): affeclabat enim Eduardus non ignobilis opipida Aquitaniae, sed universum Francorum regnum, ut vel aliquam provinciam, Normanniam, Britanniamve adipisceretur. Auxit vero ejus res Belgarum a Gallo Rege defectio, quam extremo anno contigisse Hocsemius, harum conversionum spectator narrat (d).

Interim, inquit, Flamingi, percipientes quod Rex Angliae in Francia sic jacebat, terram comburendo & depraedando, sibi nemine resistente, se congregaverunt in finibus terrae suae, mandantes Regi Franciae, quod Insulam, Duacum, & terras reliquas, quae dudum ad Flandriam pertinebant, restitueret: alioqui Insulam obsiderent.

Descivisse Belgas a Francorum Rege, seditionis principe Jacobo Artevelde Gaudaveni cervisiae venditore, comitemque populasse, tradunt historici: ipsiusque consilio ad religionem, qua Gallo istis praeteritis foederibus obstricti erant Flandri, eludendam Eduardum Gallica corripuisse insignia ne perjury dicerentur; de quibus dicitur inferius. Extant porro Eduardi litterae hoc anno Antuerpiae ad Benedictum & Cardinales datae, quibus plura de Philippo Rege conquestus, rationes, quibus ad regnum Francorum annitebatur, exposuit. (e)

Evidentia, inquit, facti notorii praesupponit, quod celebris recordationis Philippus olim Rex Franciae, pater clarae memoriae Caroli Regis Franciae immediate defuncti & serenissime dominae Isabellae Reginae Angliae matris nostrae, fuerit avus noster, cum eidem Carolo tempore mortis suae ex descendentiis secum ab eodem Philippo masculus superstes proximior fuerit nullus nobis; & persona foeminea dicti regni per jus in eodem regno servatum antiquitas, sit non capax: quod jus regni praefati favorem in viam causa finalis attendens, ne regnum ipsum sub foeminea fragili gubernatione labatur, & propter personam masculi per se exclusam foeminam descendens, ne fiat iuribus semper odibilis prorogatio odiorum, personae videlicet ad personam, sexus ad sexum, causa ad causam, odii ad favorem, nec contra le-

gam traditiones communes * foemineum genus, ubi maxime de odio agitur, concipiat masculum.

Ad hoc etiam per jus memoratum a regno fragilitas muliebris excluditur, ut regno salubrius consulatur, & proximior masculus admittendus alias admittatur potissime ad jus illius, qui primodialiter a matre sic exclusa non oritur; sed in nepotem propagatum ab avo originaliter derivatur: alioquin sequeretur & alia iniquitatis absurditas per prorogationem odibilem supradictam, quod excluderentur collateralibus aliis alterius linea praefertur, & inde dictum jus pro regni favore, ac odio foemineae inhabilitatis ad regnum exoritur tam * juris quam descendendum, ne per foemineam masculorum injuria occasio nasceretur, &c.

Interjectis in eandem sententiam nonnullis, queritur Eduardus latam contra se a paribus Francorum proceribus iniquam sententiam, ac suos procuratores objecta mortis formidine, reiectos: tum Philippum ejusdem jura oppressisse in Aquitania, foedus cum Scottis Anglicae coronae perduellibus conjunxisse: conjurasse semper in exitium suum; ac nocendi studio juratam Christi causam deserere exprobrat: atque ideo ad conqurendam undique auxilia jure naturae se incubuisse; excusataque inquit cum Ludovico Bavaro coitionem, cum id eo consilio egerit, ut ipso veluti scuto in hostem uteretur; bellumque in solo hostili gereret: neque ea re ab ecclesia defecisse, erga quam regium studium, supremamque in terris Pontificis auctoritatem hisce verbis profiteretur.

Non igitur apud vestra viscera misericordiae & sanctitatis locum inveniat detrahentium informatio amula, vel sinistra, facta de filio, qui suorum hereditario jure majorum in vestra & Apostolicae Sedis gratia & obedientia semper inconcusse persistet: immo si quaeris de filio taliter facta suggestio pulsaverit beatitudinis * forsitan aures, non prius a vestra dignatione sancta credulitas illi detur, quam auditus sit filius, qui tangitur, qui confidit, & insensenter intendit ante sanctitatis vestrae iudicium omni praesidens creaturae (quod negare, haeresim est probare) justam dicere vel justam facere quamlibet causam suam. Illud demum dicimus, ad nostra intentionis majorisque devotionis evidentiam subjungentes, quod si sit aliquis nobis foedere naturae conjunctus, nobisque ad nostram defensionem adjunctus, qui per viam obedientiae Apostolicae sedis vestrae non ambulet, sicut debet, dare intendimus, quam non parum utiliter dare posse fidemus, operam indefessam, ut omnium dimisso devio, ad viam

Querela in Philippum.

Perjury illi obicit.

XVIII. Initium cum Bavaro foedus excusat.

* vestrae Supremam Pont. auctoritatem negare haeresim vocat.

viam obedientiae redeat, omnemque faciat femitam suam rectam.

Unum rursus quod a multis audioimus, petita venia cum reverentia, non tacemus, quod alias inauditum fuit quantoque consideretur attentius, pungit atrociter mentem nostram, videlicet quod adversarii nostri manus, notorie nunc ut prius ad nostri tantum laborantis exitium cum guerram faceret nemo sibi nec ipse alii nisi nobis de Christi patrimonio sit armata, quod certe Reges Angliae nostros praedecessores illustres Christi pugiles, fides ardetas, sanctae Romanae juris ecclesiae amantissimos zelatores, e jusque mandatorum devotissimos servatores, ut nos etiam, nec scimus nec credimus meruisse. Et licet propter hoc dicatur a pluribus, non a nobis, quod contra nos facta subventio quod ad nos atque patris vel matris non extiterit, sed nocere, nihilominus tamen constanter asserimus quod sumus & perseveranter erimus vestrae sanctitatis vestraeque sedis devotus & humilis filius, non privignus, &c. Dat. apud Andoverp. xvi. die Julii anno Domini MCCCXXXIX.

Corripuisse sequenti anno Gallica insignia Eduardum visuri sumus, eaque de re a Pontifice objurgatum. Ut vero potentiam suam confirmaret magis ad invadendas Gallias, filium cum ducis Brabantiae filia matrimonio jungere statuit: sed Pontifex Philippo Regi canonicas leges ad filii Eduardi gratiam precesve non solum iri est pollicitus (a), cum non deceat ut ecclesiae eos suis beneficiis prosequatur, qui ipsam injuriis, inuito cum hoste foedere, affecerunt.

Dum occidentens Eduardi Philippique Regum dissensionibus aestuabat, orientis Imperator Andronicus jam ante a Joanne XXII. Philippo Francorum & Roberto Siciliae Regibus, ac Venetis, invitatus ad conjunctionem, Barlaamum abbatem ac Stephanum Dandalum oratores ad sedem Apostolicam misit, qui Benedicto exponerent, Graecos ad conjunctionem ecclesiarum inclinare iis legibus, ut in concilio oecumenico de processione Spiritus sancti orthodoxum dogma concertationibus theologis illustraretur statuereturque: & antequam cogeretur synodus, auxilia Graecis ad quatuor urbes principes a Turcis in Asia recuperandas submitterentur. Confectae sunt de eo tractatu subjectae tabulae (b), quae ob rei dignitatem silentio praeteriri non possunt.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno a natiuitate ipsius millesimo trecentesimo trigesimo nono ad praesentiam sanctissimi patris domini Benedicti divina providentia papae XII. apud civitatem Avinionensem, ubi cum sua curia residebat, Barlaam dictus abbas monasterii domini nostri Jesu Christi salvatoris Constantinopolitani una cum nobili viro Stephano de Dandulo mi-

lite veniens, & literas * ... dominorum Philippi Franciae & Roberti Siciliae Regum illustrium, continentes inter caetera, quod idem Barlaam cum milite praedicto, ex parte magnifici principis Andronici moderatoris Graecorum pro negotio reunionis Graecorum ecclesiae Romanae, ac ipsius catholicae unitati missus fuerat ad has partes; coram praefato domino nostro summo Pontifice ipsiusque sacro collegio dominorum Cardinalium in effectu proposuit quae sequuntur: videlicet quod in generali concilio, per eundem dominum nostrum summum Pontificem convocando, articulus de processione Spiritus sancti per disputationes & concertationes ibidem concordaretur inter Latinos & Graecos: quodque ante omnia super recuperatione trium vel quatuor civitatum magnarum, quae per Turcos infideles in praedictum imperium Graecorum occupatae detineri dicuntur, per ipsum dominum summum Pontificem & ecclesiam, dictosque Reges ac fideles alios praestaretur auxilium, & alia non modici ponderis gratiae a sede Apostolica Graecis exhiberentur praedictis.

Et licet praedicti Barlaam & miles interrogati ab eodem domino nostro summo Pontifice ipsiusque collegio, si habebant super praemissis vel aliis proponendis & audiendis ab illo, qui se dicit patriarcham Constantinopolitanum in illis partibus, aut moderatore praedicto, vel aliis personis magnatibus dictarum partium, ecclesiasticis aut mundanis, literas vel mandatum, ne frustratorie aut delusorie procederetur super his; cum sicut ex gestis antiquis colligitur, olim super unione praedicta solemnibus tractatibus habitis & negotio concordato, postquam Joannes tunc patriarcha Constantinopolitanus & quondam Michael Palaeologus moderator Graecorum synodano suo celebrato concilio per suos solemniter a poenitentibus idoneis mandatis suffultos fidem catholicam, quam tenet, docet, & praedictat eadem Romana ecclesia, fuerunt in generali concilio Lugdunensi professi, retro respicientes damnabiliter a professione hujusmodi recesserunt, & ad vomitum redierunt, eadem ecclesia Rom. quantum in eis fuit, remanente delusa. Confirmantur haec ex iis, quae a nobis dicta sunt (c), Palaeologum a Martino xv. fuisse percussam anathemate non injuria ad Caroli Siciliae Regis gratiam, sed ob turpem in vetus schisma lapsam. Pergunt superiora documenta: Finaliter Barlaam & miles responderunt praedicti, se nequaquam habere hujusmodi literas vel mandatum. Tamen praefati dominus noster & ipsius collegium reunionem affectantes praedictam, ex qua, si diceretur a Domino, salus animarum multarum proculdubio resultaret, ea quae dicti Barlaam & miles volebant proponere ad experiendum, si forte fructus exinde posset aliquis elici, unde via utilis aperiri vale-

* ferens Barlaam & Steph. Dandalus ca sancti.

Poscunt Graeci concilium.

Et auxilia contra Turcas.

Expeditum ab iis principis patriarchae mandatum.

Postulati causa.

(c) To. 14. ann. Ch. 1281. n. 26.

Quid responsum a Barlaamo.

Ab eo usurpata Gallica insignia.

Argumenta Eduardi in confectanda Gall. corona. (e) Ext. apud Wal. in Eduar. III.

Queritur sacras decimas ad vertus ipsum averti.

(a) To. 5. ep. fecr. 411.

XIX. Graecorum ad Pont. legatio.

(b) Ext. apud Bened. 10. 5. ep. fecr. 289.

ret negotio reunionis predictae, fecerunt sibi dari quae quibusdam colorata rationibus sequuntur in hunc modum.

XX.
Ejusdem ad Pont. & Cardd. oratio.

Qui modi ad Graecos ad Latinorum conjunctionem revocandos fingi possint.

Cur non sequatur unio ex missis in occidentem Graecis.

XXI.

Quoniam divinum & adorabile mandatum factum est mihi a vestra sanctitate, ut dicam modum per quem reputo ego possibile esse orientalem ecclesiam uniri occidentali, ecce vestro obediendo mandato, hoc Deo praecedente jam faciam. Primum autem omnium deprecor Deum, ut sicut ego cum omni veritate & puritate cordis loquar de istis, sic & ipse emittat ad sanctam animam vestram quod sit ad gloriam quidem & laudem vestrae magnificentiae, destructionem autem impiorum, perfectionem vero & unitatem omnium Christianorum. Sanctissime pater, duo sunt modi, per quos potest aliquis reputare possibile esse fieri predictam unionem, unus quidem, qui sit violenter, hoc est si vim passi habitantes orientem nolentes recipiant vestram communitatem. Alius vero, qui sit voluntarie, hoc est si per doctrinalia verba eruditi & humiliati volentes vobiscum uniantur. Horum ergo duorum modorum prior quidem omnino dimittatur, quoniam & vobis placet. Secundus autem, qui est voluntarius, duplex est, alius est enim modus, per quem possibile est sapientes nostros concordari vobiscum, & alius per quem populum communem. Sapientium quidem modus simplex est & facilis: nam si venerint ad vestram sanctissimam majestatem ex nostris sapientibus triginta & quadraginta, aut quocumque sint, bene scio quia concordabuntur vobiscum statim facillime. Quare? quia neque vos queretis ut irrationabilis appetitus vincat, neque illi: sed & vos & illi queretis ut vincat veritas. Ergo quoniam & ambo desideratis veritatem, credendum est, quia & cito ipsam invenietis, & cito concordabimini: sed isti, postquam fuissent concordati vobiscum, reversi ad orientem non poterunt reducere populum nostrum ad credendum, quae fuerunt concordata vobiscum, cum salva essent dogmata sanctorum patrum: sed surgent alii quidam aut propter invidiam aut vanam gloriam, aut forte reputando benefacere, & docebunt totum contrarium plebi, & dicent: Viri fratres, videte ne seducamini neque audite eos: isti enim, cum sint corrupti propter munera & vanam gloriam, dicunt quae dicunt. Nihil ergo removeatis ex his quae tenetis. Isti ergo, sanctissime pater, dicendo talia verba, humiliabunt plebem credere magis eis: sapientes autem qui vobiscum fuerint concordati, nihil facere poterunt, sed magis erunt in periculo a turba pereundi: unde predictus modus propter quidem sapientes sufficiens est, propter vero populum nequaquam.

Quis ergo est modus, qui & plebem & sapientes simul adducet ad unionem vestram? Ego dicam: audiendo communis populus,

quia sexties factum est generale concilium & quoties factum est, ad perfectionem ecclesiae factam est, & ad correctionem errorum, qui erant in illis temporibus opinionem receperunt omnes ad animas suas, quia quod sit determinatum a generali concilio rectum & sanum est. Ergo si fiet & nunc de differentiis, quas habetis cum Graecis, generale concilium, & nos ostendemus quaecumque a generali concilio determinata fuerint, omnes orientales libenter haec recipient, & nemo erit, qui his contradicat: & sic unanimitas statim & unio facta erit. Si autem aliquis dicet, quia jam factum est de istis generale concilium in Lugduno, in quo fuerunt & Graeci; sciat quod nemo poterit humiliare populum Graecorum, ut recipiant illud concilium sine alio concilio. Quare? quia illi Graeci, qui interfuerunt isti concilio, non fuerunt missi neque a quatuor patriarchis, qui gubernant orientalem ecclesiam, neque a populo: sed a solo Imperatore, qui conatus fuit facere unionem vobiscum ex vi, & non voluntarie.

Lugdunense concilium sine alio concilio ab orientalibus non exceptum ini.

Expetuntur legati pontificij in orientem mittendi.

Obiectae conversionis populorum spes.

Si ergo vestra sanctitas concedat, ut fiat de isto generale concilium, sic taliter ejus initium. Mittantur a vobis ad orientalem ecclesiam legati viri religiosi & timentes Deum, & pleni spiritu humilitatis & patientiae, & portent a vobis literas, habentes istum modum: Viri fratres, scitis quia communis inimicus noster diabolus posuit scandala inter nos & vos, & separavit nos ad invicem: debemus ergo & nos & vos tristari super hoc, & commune damnum reputare istam separationem. Rogamus ergo vos, ut fratres in Christo, patriarcham Constantinopolitanam & patriarcham Alexandrinam, Antiochenamque & Jerusalemitanam, & alios pontifices ac electos viros, ut conveniamus simul in aliquo loco, & quaeramus communiter cum spiritali affectu de propositis, & quod vobis revelabit Spiritus sanctus, hoc determinabitur: & speramus in misericordia Dei, quia scandala foris ejicientur, & unanimitas & amor dominabuntur nostri. Si sic, sanctissime pater, mansueta verba audierint orientales, Imperatorque & patriarcha & populus maxime gaudebunt, & statim incipient operari ad propositum, & cum vestris nunciis ordinabunt modum, tempus, & locum, in quo universale fiet concilium, in quo sine omnium dubio est credendum, quia unio firmiter facta erit. Postea quot interfuerimus isti concilio, exhibimus ad communem populum, & dicemus: Viri fratres, sanctum & generale concilium determinavit haec & haec, debetis ergo recipere ea: & omnes ea sine dubio recipent. Iste, sanctissime pater, solus modus est, sicut videtur mihi, per quem unio ecclesiae fieri potest. Consulo autem, id hoc magis vero deprecor.

In Turchia quatuor sunt civitates magne & di.

XXII.

De recuperandis quatuor insignibus Abie urbibus.

Turcas inde reprimendos

Conciliandos Graecos benefactis.

Perdemitis Turcis de concilio oeconomico actum ini.

Argumenta cur vertenda occidentali-um arma in Turcos.

& divites, quae hactenus fuerunt Graecorum, & propter peccata nostra multo tempore jam traditae fuerunt in manus impiorum: nunc vero qui tenent & custodiunt illas, erant quidem Christiani; ex vi autem facti sunt Turchi. Isti ergo, volendo iterum reverti ad Christianam fidem, notum fecerunt domino meo Imperatori, ut vadat cum exercitu ad eos, & ipsi illi tradent praedictas civitates: Imperator vero, non confidendo in sola sua gente, misit nos ad Christianissimum Regem Francorum, quaerens propter hoc auxilium: nam si apprehensa fuerint illae civitates & reversae ad nos, primum quidem totam virtutem, quam habent Turchi per mare, statim perdet & deficient mala, quae patiuntur Christiani per mare ab eis. Etiam regiones & civitates, quae sunt inter praedictas civitates, & nos, omnes tradentur nobis & erit magna janua aperta sancto passagio. Et audiens haec Rex Francorum, misit nos ad vos, ut discat quid vobis de isto placeat. Unde supplicamus vobis, sanctissime pater, ut concedatur & mittatur auxilium ad partes illas aut priusquam vadant illuc praedicti vestri legati, aut simul: hoc autem dico propter duas rationes.

Prima quidem, quod naturaliter omnes homines magis volunt subjugari beneficientibus, quam vim facientibus: nam & Judaei, cum sint ingrati omnium hominum, tamen quando Christus nutritus eos ex quinque panibus in deserto, eum voluerunt eorum Regem facere: ergo & Graeci, videntes sibi jam factum vestrum auxilium, magis erunt parati recipere verba vestrorum legatorum, & ipsa adimplere. Etiam nos, qui desideramus ecclesiae unionem, poterimus fiducialiter unionem populum docere, & Imperator noster, accipiens occasionem, poterit & patriarcha & alii pontificibus & principibus dicere: Videte quomodo Latini sunt boni homines, & quaerunt nos fructuosos operibus & gratiosis verbis. Debemus ergo & nos similiter diligere eos, & quaerere modum, per quem cum ipsis concordemur.

Secunda autem ratio est ista: non poterit Imperator dare se ad ordinandum generale concilium, nisi prius guerra, quam habet eum Turcis finiat; neque enim dum guerra sit, poterit quatuor patriarchas & alios pontifices in unum conjugare, nec concilio poterit interesse: & propterea oportet, ut ipsi amul prius ab imperio aliquantum longius expellantur, & tunc Imperator accepta tranquillitate, quantum ex sua parte est, poterit perfecte adimplere. Quod vero dicunt quidam ex vobis, quia oportet prius uniri vobiscum Graecos, & tunc ibimus contra Turcos; non mihi videtur bene dictum esse propter sex argumenta. Primum quia Turci non solum nocent Graecis, sed etiam Armenis & Cyprianis & Ann. Eccl. Tom. XXV.

Heraclis, qui omnes sunt subditi vestri, & omnibus habitantibus insulas: unde quando propter Graecos non vultis mittere auxilium contra Turcos, ad minus propter miseros Armenos, qui sunt jam desolati, & propter alios Christianos subditos vestros debetis mittere ad partes illas vestrum auxilium.

Secundum: quia Turci expugnant Graecos non tanquam Graecos, nec quoniam differunt a vobis: sed quia crucem sunt adorantes; unde per se quidem expugnant crucem, per accidens autem Graecos. Si ergo abieritis contra Turcos, non ibitis ad auxilium Graecorum, sed crucis, quae est communis salus omnium Christianorum. Ergo justum est sicut Graeci sunt defensores crucis, & vos similiter sitis.

Tertium quia nunc quidem, dum sit saluum imperium Graecorum, & sit in viribus suis, facillimum est Latinis cum Imperatore Graecorum Turcos prosternere. Quare? quia primum quidem Graeca militia scit bene per experientiam modum guerra Graecorum, & insuper per totam Turchiam & Saraceniā sunt commixti plurimi & adhuc Christiani, & alii jam renegati, qui valde diligunt dominum Graecorum: isti ergo cum audierint quia cum exercitu Imperator vadit ad eos, statim unanimitur subjicientur sibi. Si autem, quod Deus non permittat, Turcae everterent imperium Graecorum, tantum erunt fortiores ex natura loci & verum, quod aut omnino impossibile aut difficillimum erit vobis prosternere eos. Unde donec facile est prosternere eos, ne vos pigeat, nec dimittatis venire illud tempus, in quo erit vobis meditatio non quomodo ibitis super eos, sed quomodo cavebimini ab eis, & erit magnum quid vobis ulcisci ab eis.

Quartum: si soli Turchi venissent ad vos, dicerent: O Latini, volumus quidem esse sultem Turchi, tamen rogamus vos, ut simul vobiscum expugnemus Tartaros & Saracenos, & disperdamus eos, receperitis utique eorum supplicationem. Quare? quia magis esset utile vobis cum Turchis expugnare Tartaros & Saracenos, quam si soli expugnassetis omnes tres. Ex simili ergo utilitas est vobis cum Graecis tam si concordentur vobiscum, quam si non, impior expugnare, quam si soli expugnatis Graecos & impios.

Quantum: scitate etiam hoc vere, quia non tantum differentia dogmatum separat corda Graecorum a vobis, quantum odium, quod intravit in animas eorum contra Latinos ex multis & magnis malis, quae per diversa tempora passi sunt Graeci a Latinis, & adhuc patiuntur per singulos dies: quod odium nisi primo abiciatur ab eis, non poterit unio fieri. Verumtamen nisi prius eis fiat a vobis magnum beneficium, neque predictum odium abicietur, neque poterit

Non Graecorum modo, sed & Latino-rum rem agi. Oppugnari Graecos non, ut schismaticos, sed ut Christi cultores.

XXIII. Stante Graecorum imperio, Turcos facile perdomitum ini.

Vicis Graecis Latinos periclitatos.

Infidelium societates admittitur adversus alios infideles, multo magis admittenda Graecorum foecitas.

Lenienda esse beneficis Graecorum odia.

rit aliquis audere loqui ad eos ea, qua sunt unionis.

Missa ab Imp. avido unionis ex arcano hac legato.

Sextum : scitote & hoc, quia nunc non communis populus Græcorum misit me, ut queram a vobis auxilium & unionem; sed Imperator solus secreta, qui nisi prius mittatur auxilium ad partes illas, non poterit se manifestare plebi suæ, quod vult vestram unionem.

XXIV.

Ecce dixi & narraui vobis omnia. Deus faciat quod melius est. Prædictum quidem modum unionis habeo manifestum: & si possibile est vobis facere eum, sit gratia Deo: si vero non, dicam vobis alium modum, qui in dubio quidem est, tamen potest Deus facere etiam per ipsum unionem. Quod ergo jam dixi, magnum odium intravit in animas Græcorum contra Latinos ex multis malis, que passi sunt ab eis: quod odium nisi prius eiiciatur, nemo poterit docere Græcos vestram unionem. Ut ergo prædictum odium prius eiiciatur, supplicamus ut adimpleatis nobis istas tres supplicationes. Primam, ut concedatis Regi Francorum mittere ad partes illas auxilium. Secundam, ut detis indulgentiam peccatorum omnibus volentibus ire ad auxilium Græcorum contra impios, & omnibus volentibus adjuvare cum rebus eorum, & omnibus morientibus in bello Turcorum. Tertiam ut omnes Græci, qui fuerunt venditi a Latinis ubicumque sunt, liberentur & de cætero ut non vendantur Græci; & si quidam vendiderint vel emerint eos, vel vadant contra eos, sint excommunicati. Et postquam facta essent ista, mittantur a vobis ad partes illas doctores; & doceant populum, Imperatore dante eis securitatem: & forsitan illi, videntes prius vestra beneficia, verecundabuntur, & humiliabuntur recipere etiam sine generali concilio vestram unionem. Tamen supplico sanctitati vestræ, ut si invenieritis aliam modum, per quem possibile erit populum recipere vestram unionem, ostendatis nobis ipsum: & nos, quod possibile est, parati sumus ducere ad effectum.

Petitum ut indulgentiæ in auxilium Græcorum juris proponantur.

Capti a Latinis Græci liberentur.

Mittantur ad Græcos erudendos doctores.

XXV.

Que responsa sint a Pont. & Cardd.

Habita de professione Spiritus S. plura concilia.

Non adducendam in disceptationem fidem.

Quibus per eisdem dominum nostrum summum Pontificem, & collegium visis & diligentius intellectis, habitaque super eis deliberatione matura, breviter responderunt, quod cum olim a sanctis patribus & viris catholicis in Ephestino partium Græciæ, quod est unum de quatuor principalibus conciliis; nec non Toletano & Lugdunensi, & aliis diversis conciliis per Romanos Pontifices & ecclesiam Romanam, vel autoritate ipsorum in diversis mundi partibus tam orientalibus quam occidentalibus celebratis solemniter, determinatum & definitum fuit ac etiam definitum, quod Spiritus sanctus eternaliter a Patre & Filio tanquam ab uno principio & una spiratione procedit; & quævis opinio contraria reprobata extiterit & damnata, non esset decens nec expediens præfato domino nostro & ecclesie sancte Dei

cœtinueque fidelium sic clarum, determinatum & definitum articulum fidei hujusmodi, quem Græci antiquissimo tempore pia memoriae Hormisdæ Papa Romanæ & Joanne patriarcha Constantinopolitana ecclesie, tunc presidentibus, & Justino Imperatore regnante, professi fuerunt expresse: nec non subsequenter post lapsam longi temporis super professione ipsius articuli Joannes tunc patriarcha Constantinopolitanus, & Michael Palæologus tunc temporis moderator Græcorum, prius ab eodem patriarcha synodatico celebrato concilio, solemnem epistolam recolendam memorie Joanni Papæ XXI. miserunt; nunc per novas disputationes vel altercationes, aut alias quomodolibet in dubium revocare: nec providentia sedis Apostolicæ circumspecta, que in suis actibus & processibus, maxime super his, que fidem orthodoxam concernunt, maturitatem observat & observare solet debitam, a rectitudinis & veritatis tramite non discedens, ea que per eam provide, solemniter, & catholice determinata & definita sunt, in concertationes vel disputationes superfluas deducere, maxime ad schismaticorum & hereticorum instigationem vel instantiam, consuevit: & si hoc fieri super articulo memorato determinato juxta veritatem catholicam, ut præfertur, permitteret, circa illum videretur dubitare, quod absit.

Græcos Justino & Palæologo Imperatoribus cum articulum professos.

Rursum cum prædicti Barlaam & miles, hujusmodi responsione audita, dicerent quod saltem si ad præstendum dictum articulum Græci forsitan induci non possent, reunionem factam permitterentur ipsi Græci quod super eodem articulo tenent credere, Latinique crederent catholice Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere secundum veritatem catholicam, sicut credunt; & responsum extitit, hoc esse nullatenus tolerandum, quia in ecclesia catholica, in qua una fides esse noscitur, quoad hoc duplicem fidem minus veraciter esset dare; dictusque dominus noster summus Pontifex cum ipsa ecclesia, hujusmodi manifesto non resistendo errori, videretur eidem, quod avertat Dominus, consentire.

XXVI. Barlaami iniqua deprecatio.

Constanter repulsa.

Verumtamen ad hujusmodi & alios expellendos de cordibus Græcorum errores, ipsosque inducendos ad unitatis catholice veritatem, idem dominus noster aliam viam magis facilem & accommodam, que sibi dicto collegio dominorum Cardinalium occurrebat, duxit prælati Barlaam & militi ostendendam, videlicet, quod per illum, qui se in partibus illis patriarcham Constantinopolitanum appellat, & per moderatorem Græcorum, qui nunc est, convocatis illis, qui se Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ ecclesiarum antistes in eis partibus nominant, ac clero partium earundem, principalibusque nobilibus & majoribus populi in Synodatico concilio convocatis, certi assumerentur sapientes, & ad has partes occidentales mitte-

XXVII. Propositus a Pont. unionis modus.

De celebranda a Græcis synodo.

Si ab ea viri prudentes mittantur illustratum iri-

rentur idoneis mandatis suffulti, qui cum aliis viris sapientibus, doctis in lege Domini & peritis, per sedem Apostolicam super hoc deputandis, non per modum disputationis vel concertationis, sed instructionis quoad Græcos ipsos salutare haberent maturos & diligentes tractatur, ut tandem super prædicto articulo & dubiis, si que Græci prædicti habeant, alia circa fidem ab ipsis Græcis luce catholice veritatis percepta, & de cordibus eorum fugatis errorum tenebris, ad ovile reverterentur dominicum, cujus est unus pastor, & extra quod non est alicui gratia neque salus: nam concilii generalis convocatio, que longi temporis tractum exigeret ac expensas, & labores varios & intolerabiles, quod occidentales & orientales prælatos & personas ecclesiasticas, nec non Reges, principes, & alios convocandos ad illud secum traheret, non videtur (præsertim hoc præfati, turbato, & impacato tempore, peccatis, pro dolor! exigentibus) expedire. Ad hoc autem, quod de præstando eisdem Græcis ante omnia subsidio, & aliquibus exhibendis gratiis, ut exprimitur superius, petebatur, fulciebatur pro parte dicti Barlaam rationibus quibusdam ab eo datis in scriptis, ut sequitur in hunc modum.

XXVIII. Urget Barlaamus, congregandum concilium.

Ejus ratio cur id a Latinis expectandum.

Confirmat exemplo.

Licentia mihi data a vestra sanctitate respondendi, fiducialiter respondebo. Dicunt quidam inconveniens esse, si posuerimus iterum in examinationem quod habemus jam sicut manifestum. Mihi autem videtur totum contrarium: si manifestum est, multo magis convenit ipsum poni in examinationem, si aliquis dubitant de eo propter quatuor rationes, quarum prima est ista: vos constemini nunc, quia Spiritus sanctus procedit ex Filio sicut & ex Patre; sed hoc a Græcis dubitatur: si autem verum est & ponitur in communem examinationem, sicut est nunc vobis solis manifestum, sic & tunc fiet Græcis manifestum, quod vos deberetis maxime desiderare: quemadmodum enim natura aromatum quanto quis ista movet manibus, majorem emittit odorem, sic & natura veri quanto magis examinatur disputatione, tanto magis pura & clara apparet; omnis enim examinatio non consuevit facere dubia que primo erant manifesta, sed contrarium: ea enim, que prius erant dubia, ipsa examinatio habet a natura ad clarum ducere. Ea ergo que prius erant manifesta; ipsa examinatio manifestiora faciet. Secunda ratio est; justum est, ut vos exemplum assumatis a sanctis patribus, illi enim habebant quidem manifestum, quia Filius Dei ejusdem substantie est Patri; tamen quia Ariani dubitaverunt de hoc, posuerunt hoc in examinationem ut & illos salvarent: similiter & in aliis conciliis orthodoxi patres habebant quidem manifesta ea, de quibus hæretici dubitabant; tamen quoniam deside-

Ann. Eccl. Tom. XXV.

rabant & illos juvare, ponebant ea in communem examinationem: non enim erat in eis prohibens eos facere, & credebant vere quia que habebant ipsi manifesta, posita in examinationem adhuc manifestiora fierent, & multos juvabant. Ergo & vos, si similiter volueritis facere, ad gloriam vobis contingeret.

Tertia ratio est ista: ego quidem sciens bene Latinos, numquam audebo dicere de eis aliquid blasphemum, prudentes enim viros & sapientissimos scio eos: sed alii Græci, qui non noscunt eos sicut ego, dicent quia pro timiditate noluerunt venire ad examinationem; timendo ne forte videantur Græci dicere veriora quam ipsi: qui enim confidit sibi & reputat firmiter habere veritatem, non effugit examinationem: qui autem hanc effugit præstat suspensionem timiditatis: sicut enim si quis cambians aurum negat experiri in lapide, cum recipiens ipsum peteret hoc fieri, suspensionem dat, quia non credit purum esse aurum suum; sic & vocatus in iudicium & examinationem pro aliqua re, & nollens accedere, suspensionem dat, quia non confidit in seipso, neque reputat firmiter firmari in veritate. Attendite ergo si bonum est talem opinionem dare aliquibus de vobis ipsis, quia ab omnibus hominibus differtis secundum meam opinionem sapientia & magnificentia.

Si negetur concilium, datum iri Græcis detrahendi occasio nem.

Quarta ratio est ista: Non debet aliquis timere, ne forte contingat ecclesie Dei ex isto concilio aliqua defaltatio, considerando quia quoties factum est generale concilium, semper ad exaltationem & honorem ecclesie & majorem firmitatem veritatis factum est. Ergo & nunc credendum est, quia si fiet de propositis generale concilium, exaltatio magna ecclesie sequetur.

XXIX. Nullum concilio in ecclesia redundaturum malum.

Si aliquis autem vult dicere, quia istud opus indiget multis temporibus & magnis expensis, sciat quia pro isto opere tantum pecuniam & tempora pro nihilo debemus reputare, sed & sanguinem nostrum libenter propter hoc effundere, si necesse fuisset, debemus. Quod majus opus quam uniri Græcos cum Latinis, sub cælo poterit homo invenire?

Tantum esse conjunctionis ecclesiarum bonum, ut non modo opes, sed corpora pro eo exponenda sint.

Quem ergo habeo residuum modum unionis, jam dicam; tantum protestando, quia certissime quidem non possum dicere si fiet per istum modum unio; tamen credo, quia Deo possibile est. Potestis, si vultis mittere ad quatuor patriarchas orientalis ecclesie, & ad Imperatorem legatos vestros, dicentes: Viri fratres, quoniam vos & nos constemur in divinis unam substantiam & tres personas, etiam unum principium, & neque vos neque nos adducimus in dubium aut identitatem personarum, aut divisionem substantie, sufficiant ista vobis, ut haberemus unionem: de processione

Iniquus definita re concordia modus suggestus a Barlaamo.

autem Spiritus sancti non dividatur ab invicem; sed sapientes quidem vestri cum nostris disputent de ista questione si volunt; communiter vero non haberemus propter hoc divisionem, sed tenete vos quod vultis de isto, & nos similiter; & non damnemus propter hoc alterutrum, sed factum sit tantum. Vos quidem date ecclesie Romanae illum honorem, quem dabant & antiqui patriarche in tempore unionis, quem determinaverunt leges Imperatorum & canones sanctorum patrum, & plus non petimus a vobis. Nos autem parati sumus dare & firmare ecclesie orientali, & specialiter ecclesie Constantinopolitanae & imperio Constantinopolitano omnia jura, quae sunt, vel ab antiqua consuetudine, vel determinata aut a legibus Imperatorum aut a canonibus sanctorum patrum. Ista verba, sanctissime Pater, audientes Graeci, si omnes recipiant non possum dicere: tamen credo, quia plurimi recipient, & forsitan per istum modum Deus dabit vobis unionem. Tamen supplicamus vestrae sanctitati non emittatis nos sine portare aliquam gratiam a vobis domino meo Imperatori, ut optatum suum, quod habet, unionis ecclesie, non obscuratur, sed potius illuminetur.

XXX. Refellitur a Pontifice.

Supradictus dominus noster summus Pontifex cum suo collegio praedicto respondendo dixit, quod eisdem rationibus nequaquam obstantibus, ex eo iusta praedicta petita non videtur, quia si fortificati, ditati, exaltati, & confortati per sedem Apostolicam, Reges, principes, & populos catholicos ante reunionem praedictam postea terga & non faciem verterent Romanae ecclesie memoratae, sicut alias dum credebantur reuniri, prout expressum est superius, fecisse noscuntur; proculdubio idem dominus noster summus Pontifex, ecclesia, & fideles alii remaneret delusi; & dici posset opprobriose non modicum, quod suos & fidei juraverant & fortificaverant inimicos & hostes, & participassent scandalose cum eis; sed si per illum, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, eorumdem Graecorum cordibus infusione gratiae spiritualis illustratis per viam tactam per eundem dominum nostrum vel aliam accommodam & honestam ad obedientiam, unitatem, & devotionem ejusdem Romae ecclesie redire curaverint cum effectu, ipsos tunc effusis gaudiis, ac gratis & favoribus largisue dispensatis, tanquam de regione dissimilitudinis revertentes, ipse dominus noster & Apostolica sedes recipient, eos charitativis brachiis amplectendo, non solum super his quae petunt, sed super aliis eorum opportunitatibus exhibituris tunc, quantum cum Deo & honestate fieri poterit, auxilia, consilia, & favores.

Promissa redeuntibus ad gremium ecclesiae auxilia.

Porro post praemissa dictus Barlaam, qui ad partes Graeciae praedictas erat, ut asseruit, rediturus, quamvis responsum hu-

iusmodi iustam & rationabilem reputaret; viam tamen, quam de mittendis pro parte Graecorum praedictorum sapientibus tactam, ut praemittitur, difficilem seu impossibilem aestimat, nisi Deus, cui nihil est impossibile, illa sola sua virtute perficere dignaretur; causas difficultatis hujusmodi exprimendo per quandam sbedulam, quam in scriptis tradidit sub hac forma.

Sanctissime Pater. Quamvis receperim a vobis perfectum responsum, adhuc supplico vestrae sanctitati, ut dignetur audire & ista pauca verba; necessaria enim sunt & mihi dicere & vobis scire. Quod jam vestra sanctitas mihi dixerat super facto unionis ecclesie orthodoxae, ut veniant ex partibus illis legati, habentes literas imperiales & synodicas; exoro Deum ut faciat istud possibile, quia ex se est valde difficile multis de causis, videlicet quia Imperator non audeat manifestare se, quod velit uniri vobiscum, quoniam si manifestasset, se multi ex principibus suis etiam ex populo, timentes ne forte ipse vellet

XXXI. Barlaami tertius supplex libellus.

facere, sicut fecit ipse Michael Palaeologus quaererent opportunitatem interficiendi illum. Praeterea ecclesia Constantinopolitana non mitteret ad hoc negotium legatos suos sine consilio & consensu patriarcharum Alexandrini, Antiocheni, & Hierosolymitani; quare oportet eos in simul congregare, quod est difficile propter guerras; & praeter hoc incertum est, si vocati ad hoc voluissent venire; & dato, quod jam venissent, & omnes unanimiter concordassent ad mittendum legatos super praedictis, ipsi non darent unquam plenum posse super hoc talibus legatis, nec promitterent illud, quod factum fuisset per ipsos legatos ratum habere, nisi sub certis articulo-rum pactis, quae pacta vos nullatenus admitteretis. Quapropter videtur mihi, quod tales legati aequaliter non veniant, eo quod scirent praedictorum articulos per vos nullatenus admittendos; unde si tales legatos contingat ad vestram sanctitatem venire, habeatis quod ex Deo est, cui difficile nihil est; si autem non veniant, non imputetur Imperatori, neque suspicetur, quod ejus negligentia sit in causa, cum ipse diu est ad praedictam unionem animatus. Atque quoque verbotenus postmodum Barlaam supradictus, quod non obstante quod, ut praemisit, praemissa ei difficilia, vel impossibilia videantur; ipse tamen circa ea fideliter laborabit. Et sic ab eodem domino nostro summo Pontifice explicante expressus, quod aliter eidem dictoque collegio posse non videbatur, nisi prout superius dixerat, & tetigerat, negotium perfici supradictum, rediens ut dixit praefatus Barlaam ad partes Graeciae praedictas, discessit.

Pontificia sententiae in exitum perducenda: difficultatem exponit.

Promittit se navatum operam pro Graecis redudendis.

Hactenus publica documenta de Graecorum oratorum cum Pontifice gestis. Quae

XXXII. VERO

Responsum pontificii summa.

(a) To. 5. ep. fecr. 290.

Pont. de his ad Franc. Regem literaz.

vero a Benedicto Papa & senatu Cardinalium responsa sint, tum ex antea dictis, tum ex subiectis literis ad Gallo-rum Regem datis constat, nimirum rogatos primum fuisse, num aliquibus mandatis ab Imperatore & patriarcha instructi essent, quibus caveretur, ne post in-stauratam ecclesiarum conjunctionem ite-rum a coeptis deficerent, ut antea Palaeo-Logo Imperatore post celebratam synodum Lugdunensem, tantaque maturitate ha-bita plura consilia, acciderat. Negante vero Barlaamo, fultum se ad id idonea auctoritate, sed ut tantum subsidiarias copias ad aliquas provincias Asiaticas Tur-carum servitute liberandas deposceret; deinde de synodo oecumenica, in qua veteres controversiae dirimerentur, congre-ganda ageret; responsum a Benedicto est, Spiritum Sanctum ex Patre Filioque pro-cedere, jam ante in Ephesino concilio in Graecia, Toleti in Hispania, Lugduni in Gallia definitum, idemque Graecos Justino, primum tum Palaeologo Imperatori-bus profectos; nefasque jam in discepta-tionem fidei articulum adducere. Si ta-men Graeci post habitam suorum syno-dum aliquos misissent, eos a Latinis do-ctoribus instruendos fore, & omnem du-biorum & objectionum caliginem discus-sum iri. Quod ad petita autem auxilia spectabat; ea demum submittenda, cum Graeci ad Romanae ecclesiae gremium re-versi essent, ne si iis fulti subsidiis suas res amplificarent, confirmatis inde viribus insolefcentes Romanae ecclesiae illuderent. Quae singula Francorum Regi, a quo Graecus Imperator flagitabat auxilia, Bene-dictus hisce literis exposuit (a). Repetita-que ob rei dignitatem nullum lectori tedi-um allatura putamus.

Benedictus, &c. Philippo Regi Fran-ciae illustri.

Nuper ad nostram venientes praesentiam Barlaam dictus abbas monasterii domini nostri Jesu Christi Salvatoris Constantino-poli-tani, & dilectus filius nobilis vir, Stephanus de Daudulo miles, nobis literas praesentiarum regias, inter cetera conti-nentes, qualiter ipsi cum literis credentiae magnifici principis moderatoris Graecorum se pridem conspectus regio praesentantes, duo proposuerint sub credentia eis per di-ctum moderatorem commissa, primo quod or-dinarum tractatus super reunionem Graeco-rum sanctae Romae ecclesiae, ipsorumque re-vocatione unitati ejusdem. Secundo vero ut super recuperatione trium vel quatuor ci-vitatum magnarum, quae detineri dicuntur per Turcos infideles occupatae in pra-judicium imperii Graecorum, eis a nobis & ecclesiae, neque, fili charissime, aliisque fide-libus auxilium praestaretur; super quibus nostras circa haec interponere, tuaeque cel-

itudinis ad hoc auxilium offerenti rescribere, quae ordinare super iis nos continge-ret, curavimus.

Sane regalem volumus prudentiam non latere, quod praefatus Barlaam & milite be-nigne receptis a nobis, & quae super praedictis voluerunt proponere favorabiliter & plenarie intellectis, nos & fratres nostri S. R. E. Cardinales ad memoriam redu-centes, quod olim super reunionem Latinorum & Graecorum inter ecclesiam Romanam & ipsos Graecos solemnibus & divinis tra-ctatibus habitis & finaliter concordatis, ac per patriarcham tunc Constantinopolitanum & moderatorem Graecorum synodati-co per eos tunc celebrato concilio, & so-lemni praecedente tractatu, & suis apocri-furiis mandatis suffultis idoneis, fide ca-tholica, prout eam tenet, praedicat, & do-cet eadem Romana ecclesia, specialiter & expresse in concilio generali Lugdunensi pro-fectu, totoque reunionis negotio sicut crede-batur feliciter consummato; dicti Graeci re-concilio respicientes damnabiliter, a professio-ne recesserunt hujusmodi, & ad vomitum in eorum damnationem & delusionem eju-sdem Romanae ecclesiae redierunt; & pro-pterea cupientes, ne nobis illuderetur praesentialiter, quantum potuimus praeca-vere, praefatos Barlaam & militem inter-rogavimus, si ab illo, qui se dicit patri-archam Constantinopolitanum, & modera-tore praedicto, aut aliis personis ecclesiasticis vel mundanis magnatibus partium il-larum, ne quod ageretur cum eis redde-retur delusorium, habebant super iis, quae proposuerant vel intendebant proponere, li-teras vel mandatum: quibus licet se, pro-tinus respondentibus, literas vel manda-tum hujusmodi non habere; quia tamen nos & fratres praedicti reunionem eandem, ex qua, si daretur a Domino, salus anima-rum multarum, & alia innumera commoda universis Christi fidelibus provenirent, ser-ventibus desideriis affectantes: & nihilo-minus experiri volentes, si ex propositis vel dictis praedictorum Barlaam & militis elici fructus posset aliquis utilis, viam a-periens negotio reunionis praedictae, illa quae proposuerant, & proponere intendebant ab eis, in scriptis fecimus nobis dari. Quae quidem, aliquibus colorata rationibus, haec erant breviter in effectu; ut scilicet in generali concilio, a nobis super tractatu reunionis hujusmodi convocando, articulus de processione Spiritus sancti, per disputatio-nem & concertationem concordaretur inter Latinos & Graecos: sed quod ante omnia super recuperatione dictarum civitatum per nos & ecclesiam teque, fili dilectissime, praepararetur eisdem Graecis auxilium, & alia gratiae non modici ponderis in fa-vorem & relevationem ipsorum Graecorum exhiberentur a nobis, ad qua nos & dicti fratres deliberatione mativa praevia pro-vidi.

XXXIII. Quid sit a Pont. Graecis re- sponsum.

Obiecta a Lugdun. concilio defectio.

Postulata a Graecis subsidia.

XXXIV.

De pro-
cessione
Spiritus
Sancti.

Ut eam
Græci
sint pro-
fessi.

Negat Be-
neditus
illam in-
discepta-
tionem
adducere.

XXXV.

Fides uni-
ca est.

vidimus, ut sequitur, respondendum. Primo namque, quod cum a sanctis patribus & viris catholicis olim in Ephesino partium Græciæ, quod est unum de quatuor principalibus conciliis, nec non Tolitano, Lugdunensi, & aliis diversis conciliis per Romanos Pontifices prædecessores nostros & ecclesiam Romanam, vel auctoritate ipsorum in diversis mundi tam orientalibus quam occidentalibus partibus solemniter celebratis, determinatum catholice fuerit, ac etiam definitum, quod Spiritus Sanctus æternaliter a Patre & Filio tanquam ab uno principio & una spiratione procedit, & quævis opinio contraria reprobata extiterit & damnata; non esset decens, nec expediens nobis & ecclesie sanctæ Dei cœruptique fidelium, sic clarum determinatum & definitum fidei articulum hujusmodi, quemque Græci antiquissimo tempore, tunc pie memorie Hormisdæ Papa Romanæ, & Joanne patriarcha Constantinopolitanae ecclesie presidentibus, ac Justino Imperatore regnante, professi fuerunt expresse: nec non subsequenter post lapsum longi temporis, super professione ipsius articuli, Joannes olim patriarcha Constantinopolitanus & Michael Palæologus tunc moderator Græcorum, prius ab eodem patriarcha synodatico celebrato concilio, solemnem epistolam recolenda memorie Joanni Papæ XXI. prædecessori nostro miserunt, nunc per novas disputationes vel alias in dubium quomodolibet revocare. Nec providentia sedis Apostolicæ circumspicita, quæ in suis actibus & processibus [maxime super his, quæ fidem orthodoxam concernunt] maturitatem observat & observare solet debitam, a rectitudinis & veritatis tramite non discedens, ea quæ per eam provide, solemniter, & catholice determinata & definita sunt, revocare per concertationes vel disputationes vanas & superfluas in dubium [maxime ad schismaticorum & hereticorum instigationem vel instantiam] consuevit: & si hoc fieri super articulo memorato, determinato juxta veritatem catholicam, ut præfertur, permitteremus, circa illum videremur dubitare, quod absit.

Rursus cum prædicti Barlaam & miles, hujusmodi responsione audita, dicerent quod saltem, si ad præstendum dictum articulum Græci forsitan non possent induci, demum reunionem facta permitterentur iidem Græci, quod super eodem articulo tenent credere, Latineque crederent catholice Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere secundum veritatem catholicam sicut credunt, diximus diversitatem hujusmodi fore nullatenus in ecclesia tolerandam, quia in ipsa ecclesia, in qua una fides esse noscitur, sic quoad hoc duplicem fidem minus veraciter esset dare, nosque cum ipsa ecclesia, hujusmodi manifesto non resistendo errori, videremur eidem, quod advertat

Dominus, consentire. Verumtamen ad hujusmodi & alios expellendos de cordibus Græcorum errores, ipsosque reducendos ad unitatis catholicæ veritatem, aliam viam magis facilem & accommodatam, quæ nobis & fratribus ipsis occurrit, prælibatis Barlaam & militi duximus ostendendam, videlicet quod per illum, qui se patriarcham Constantinopolitanum in illis partibus Græciæ nominat, & moderatorem Græcorum, qui nunc est, convocatis illis, qui se Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ ecclesiarum antistites nominant in eisdem partibus, ac clero partium earundem, principalibusque nobilibus & majoribus populi in synodatico concilio congregatis certi assumerentur sapientes, & ad has partes occidentales mitterentur idoneis mandatis suffulti, qui cum aliis viris sapientibus, doctis in lege Domini & peritis, a nobis super hoc deputandis non per modum disputationis vel concertationis, sed instructionis, quoad Græcos ipsos salutare haberent maturos & diligentes tractatus, ut tandem super prædicto articulo & dubiis, si qua Græci prædicti habeant alia circa fidem ab ipsis Græcis luce catholice veritatis percepta, & de cordibus eorum fugatis errorum tenebris, ad ovile revertentur dominicum, cujus est unus pastor, & extra quod non est alicui gratia, neque salus. Nam cum concilii generalis convocatio, quæ longi temporis tractum exigeret ac expensus, & labores varios & intolerabiles, quoad occidentales & orientales prælatos & personas ecclesiasticas, necnon Reges, principes, & ceteros convocandos ad illud secum traheret; non videtur (præsertim hoc præsentii turbato & impacato tempore peccatis, prob dolor! exigentibus) expedire.

Cæterum ad hoc, quod de præstando eisdem Græcis ante reunionem prædictam subsidio, & aliis exhibendis gratiis & favoribus petebatur; diximus respondendo, quod ex eo justa hujusmodi petitio non videtur, quia si fortificati, ditati, exultati, & confortati per nos & alios fideles Græci prædicti ante reunionem eandem postea terga & non faciem verterent nobis & ecclesie memorata, sicut alias, dum credebantur reuniri, ut expressum est superius, fecisse noscuntur; proculdubio nos & fideles alii remaneremus delusi: & dici posset opprobriose non modicum, quod nostros & fidei juveramus & fortificavimus inimicos & hostes, ac scandalose participavimus cum eis. Sed si per illum, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, cordibus eorumdem Græcorum, infusione spiritualis gratiæ illustratis, per viam prædictam, quam tetigimus, vel aliam accommodatam & honestam, ad obedientiam, unitatem, & devotionem ejusdem Romanæ ecclesie redire curaverint cum effectum,

Invitati
præfules
Græci ad
disceptan-
dam contro-
versiam.

XXXVI.
Cur nega-
ta Cræcis
auxilia,
ni prius
redirent
ad officium.

Paterna
in Græcos
exposita
benevo-
lentia.

XXXVII.

Androni-
cus ob
suorum
metum
clam re-
conciliationem
tentavit.

(a) Eod. 103. ep. fec. 201.
(b) Ib. ep. fec. 203. Barlaam docet Græcos primatum Rom. ecclesie agnoscendam.
(c) Arguendum quod debeat unus esse ecclesie princeps.
(d) MS. huj. Vat. sign. 4208.
(e) 17. ep. a. p. d. Ca. n. 117. c. 6.

fectu, eos tunc, effusis gaudiis ac gratiis & favoribus largitæ dispensatis, tanquam de regione dissimilitudinis revertentes, recipiemus lætantes, ipsos paternæ charitatis brachiis amplexando; non solum super his quæ petant, sed aliis eorum opportunitatibus exhibituris tunc, quantum cum Deo & honestate fieri poterit, auxilia, consilia & favores.

Demum vero præfatus Barlaam, qui ad partes Græciæ prædictas erat, ut asseruit, rediturus, quamvis responsum nostram hujusmodi justam & rationabilem reputaret; viam tamen quam de mittendis pro parte Græcorum prædictorum sapientibus tetigimus, difficilem prorsus existimas (nisi Deus, cui nihil est impossibile, illum sua sola virtute perficere, dignaretur) causas difficultatis hujusmodi sic expressit. Præfati namque qui se asserunt Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ ecclesiarum patriarchas, & clerus earundem partium adeo a Constantinopoli sunt distantes, quod viam, præsertim guerrarum frenitibus in diversis locis partium illarum ingruentibus, valeret commode congregari: & si forsitan adesset eis super congregatione hujusmodi facienda facultas, deesset, ut optinamur, voluntas. Præterea moderator Græcorum, quamquam optet reunionem prædictam, suam non audeat propositum propalare, timentis a suis principibus & populis exinde sibi mortis periculum intemari: & adiecit ulterius Barlaam memoratus, quod si omnes prædicti convenirent in unum, & de dictis mittendis sapientibus concordarent, plenam & sine conditionibus, per nos & ecclesiam minime admittendis, eis ut arbitratum, non concederent potestatem. Sed quamvis hæc sibi difficulta vel impossibilia, nisi a Deo solo fierent, videantur; ipse tamen circa hæc fideliter laborare promisit: & sic a nobis, expresse sibi explicantibus, quod aliter nobis & fratribus prædictis posse non videbatur negotium prædictum commode perfici, redeundo ut asseruit ad dictas partes Græciæ, cum licentia nostra discessit. Dat. Avin. II. non. septembris anno v. Conceptæ eadem verborum forma literæ ad Robertum Regem transmissæ, (1) cui etiam Pontifex Barlaamum Constantinopolim redeuntem, commendavit (b).

Plurimam sane ad Græcos in sinum Romanæ ecclesie traducendos navavit operam Barlaamus, extantque insignia ipsius opuscula, quibus eorum errores refellit, ac doctrinam orthodoxam de primatu ecclesie Rom. deque processione Spiritus sancti ex Patre & Filio asserit (c) variis argumentis, quorum nonnulla delibanda, vita sunt: Dicit nullam multitudinem in eandem dimitit in experientiam virtutis unius, per quam infinitum multitudinis & indeterminationem termino & ordine formari valeat:

sed semper multis superstatuit unum commune principium, non solum longinquum & alterius generis, & multa alia non ejusdem generis comprehendens, sed etiam propinquum & cum multis ejusdem generis. Et hoc, si quis incipiendo a Deo, qui est commune omnium principium, voluerit mente transire per supercaelestes & caelestes, & inferiores naturas, & cum his videre veteris testamenti facta, & quæcumque alia providentia acceptantis sunt in universo opera, indubitabiliter ita se habere in omnibus inveniet, & convenienter. Ut enim ait theologus in primo de Filio sermone, pluralitas principiorum & carentia principii iniita sunt inordinationis, ex hac autem oritur solutio; solutio vero est omnino Dei alienum. Quapropter & factus propter nos homo, & duodecim eligens viros, quos sapientia decorans missurus erat ad nostri generis reconciliationem, his principem & caput superstatuit Petrum, primum aliorum cum constitutus, per ea (quamvis communiter omnibus data) singulariter ipsi & manifestius tradita. Ligandi enim & absolvendi potestatem, atque pastorale ministerium, quæ & ante resurrectionem & post per communia & alia verba omnibus dederat, specialiter & expressus Petro dat; ipse dare pollicens claves regni caelorum, & super eam ecclesiam suam firmissime edificare, & ejus fidem numquam deficere, & suos ipsam fratres confirmare, & adhuc pascere totam ecclesiam ter ei præcipiens: quia enim per hæc caput ipsum aliorum Apostolorum constituat Dominus, & hoc intendebat, multa hujus argumenta esse possunt.

Primum enim si nihil differentius, ab aliis per ea Petrus accipiebat, non facile invenietur alia causa, ob quam nihil frustra faciens sapientia hæc singulariter Petro loquebatur. Deinde & evangelistæ & in evangelis & in actis ubicumque commemorant Petrum cum aliis, vel omnibus vel aliquibus, semper & ubique ipsum aliis præordinant: quod non utique observanter facerent, nisi scirent, eum primum aliorum a Domino constitutum. Invenio etiam Apostolos illi ut suo primati semper cedentes: in actibus enim, aliis Apostolis pariter cum eo existentibus, ipsum video semper sermonem inchoantem, alios vero sequentes. Deinde & illud considero, quod cum ea, quæ sacramenti incarnationis magis sunt necessaria, sicuti est crux, passio, mors, resurrectio, & per quatuor evangelistas plenius scribantur: ea vero quæ in tantum non sunt necessaria, ab aliis omittantur, & ab aliis dicantur; illa, per quæ Petri primatus ostenditur, tanquam existentia illorum, quæ magis sunt necessaria, & a quatuor conscripta sunt: tanquam valde necessarium sit, omnes scire cui ecclesie principatus a Domino creditus est. At vero & divi-

Institu-
tum re-
pla a
Christo
Petrum.

XXXIX.
Collatum
Petro
principatum
demonstratur.

Dionysius in tertio de divinis nominibus verticalem theologorum summam magnum Petrum nominet, & ex tunc universa ecclesia, addito ipsi divino Paulo, summos Apostolorum Petrum & Paulum nominat, illum similiter præordinans. Quare undique manifestum est ab ipso domino Christo ipsum accepisse aliorum principatum & hoc valde decenter, quoniam enim oportebat eum, qui erat proprie & vere aliorum Apostolorum princeps, non semper eis corporaliter adesse, sed secundum corporalem presentiam relinquere eos, unum de duodecim vice sua principem aliorum præponit hominem hominibus, ut facta dispensationis neque in hoc aliis providentiæ operibus appetianda sunt: sed videamus reliqua.

* minis

* scribunt

Illum ad successores necessarios propagatum ecclesia.

Multi nostrorum doctorum... pontifices quidem locum obtinere duodecim Apostolorum, presbyteros vero septuaginta. Ergo primi pontificum Apostoli sunt. His adhuc prior quidem primitus Christus, secundo vero & ab omnium primo constitutus ad habendam principandi rationem ad alios beatus Petrus. Quid igitur? oportet ne pontificale quidem ministerium non in ipsi Apostolis circumscribi, sed etiam successoribus ipsum tradi usque ad fines seculorum, ut semper in mundo sint pontifices successores eorum; pontificatus vero primatum in ipso oportebat finire, ut quemadmodum in illis factus est aliquis decreto Dei primus, quem alii pro capite suo ducunt, hoc nequaquam ad reliquos transeat, ut alii aliquid unum suum principem putent, sed omnes per omnia coequales sint? Et ex qua differentia hoc debet contingere, ut pontificale quidem ministerium transeat ad successores, principandi vero officium secundum pontificatum minime, cum utriusque similiter essent a Domino offensa & similiter multitudini fidelium necessaria existant? Vel quomodo totaliter providentiæ opus esset, omnia sapienter administrantis, Apostolis quidem providere, ut habeant primatem, quos ita gratia erat perfectura, ut non indigeant in multis duces hominum habere; post illos vero multitudines fidelium in principatu & inordinatas deservere ferre? Ego enim contrarium credo, ideo Petrum principem aliorum constitutum fuisse, ut secundum eandem formam semper in ecclesia ad unum reducat omnes principium. Et infra.

XL.

Petri successores eum principatum exercuisse ostenditur.

Aliarum quidem civitatum pontifices inveniuntur nihil, ut plurimum, æstimantes oportere curiosius agere ultra illa, quæ ad suam diæcesim pertinebant: Romanos vero Pontifices, tanquam totius orbis prælaturam & curam habentes, universalia administrare mox ordiantes, ad universas partes regulares epistolas mittentes, & quæ ubique peccabantur corrigere nitentes, & quod agendum erat omnibus statuentes, ut potest

hoc scire, si quis regulares epistolas Romanorum Pontificum a B. Clemente usque ad S. Silvestrum discurrere voluerint, in quibus non pauca inveniet contenta etiam eorum, quæ nunc ecclesia Græcorum facit, ab illis Pontificibus instituta, & originem habentia: unde quod in machina universi contigit, quod quæ longinquius a Deo distant, procliviora sunt ad peccandum, & minus determinata, & mutabiliora, quæ vero propinquiora sunt, eadem in bono permanentiora, & stabiliiora, & magis determinata; idem etiam in ecclesia profecto contingit: plurimæ enim & deterrima hæreses in partibus magis a Romana distantibus ortæ sunt, Romæ vero vel prope authores hæresum facti non sunt: matre enim ecclesiarum omnibus veritatis radios emittente, profecto contingebat propinquiores magis, quam longinquiores clarius illuminari. Cum autem divina providentia publica ad Christianos venisset, priorum Imperatorum leges Constantinus & post eum Justinianus consequenter superiori traditioni & possessioni legibus & decretis ejusdem ecclesiæ primatum statuunt, in parte pietatis hoc facientes, manifeste determinantes Romanam ecclesiam oportere habere rationem ad reliquas omnes, & ipsi convenire omnium dominari, & omnia retractare, & quæ ubique de fide & dogmatibus dubitantur, ad ipsam referri, & convenienter examinationem & definitionem consequi; atque Sardicenses concilii canones, omnium aliorum Pontificum sententias judiciales, si quis ad ipsam appellaverit, ipsam oportere retractare & confirmare vel irritare.

Similiter statuunt & generalia quedam concilia, novæ Romæ episcopum honorare volentia, oportere ipsum habere decernunt primatum post episcopum antiquæ Romæ: & quod omnium maximum est, quod in canonibus & legibus nullius ecclesiæ sedes Apostolica nominatur, nisi tantum Romanæ: unde multi magni viri de orientali ecclesia, arbitantes se injuriam esse passos, ad sedem illam refugerunt: magnus Athanasius, S. Maximus. Sed neque B. Chrysostomus suum ignoravit caput: passus enim maximas injurias ad tunc sanctissimum Papam omnia refert, qui quantum in se erat, manum auxiliatricem dare injuriam passo nullo modo neglexit. Sed & Agapetus sanctissimus Papa, cum advenisset novam Romanam tempore Justiniani Imperatoris, quoniam vidit Antinam patriarcham quandam hæresim defendentem, illum quidem deponit de sede, Menam vero virum orthodoxum in patriarcham creat: & cum aliquando quatuor patriarchæ cum Imperatore adversus venerabiles imagines impie gessissent, non paucisque annis in hac hæresi perseverassent, atque ad delendas honorabiles figuras communia quedam concilia, quæ generalia esse & nominari probabant, celebrassent

Viguisse semper in Rom. ecclesia fidei puritatem.

Cultum a conciliis Rom. Pontificis primatum.

Patriarchas Constantinopolitanos illi fuisse subditos.

Præfuisse conciliis Romanum Pontificem.

XLI. Sublato eo primatum quantam obortura.

Que sit basis pontificii principatus.

sunt, & suis decretis B. Stephanum subscribere cogere voluissent, repudiat eos ille sanctus non ex alio, nisi quod non habebant consentientem Romanum Pontificem, dicens hujusmodi synodum non debere generalem nominari, illo absente, quo sine non licet fieri generale concilium, & si fiat robor non habere; quamquam Ephesinum concilium nihil impedivit generale & esse & nominari, neque Antiocheno patriarcha præsentem, neque Constantinopolitano assentientem: & Chalcedonense similiter, Alexandrino patriarcha non assentiente. Neque igitur generale concilium, neque aliud quidquam ad universi utilitatem unquam celebratum est sine illa sede. Et ex illa quidem ecclesia nulla hæresis superioribus temporibus ortum habuit: nulla vero aliunde ortarum occidit sine illius providentia. Omnibus quidem modis, quibus iuste aliquid possideatur, totius ecclesiæ illa primatum obtinuit sedes, scilicet divina sententia, Apostolorum institutionibus, synodorum canonibus, sanctorum decretis, multitudinis assensu, temporis præscriptione, ab omnibus consensu, & quod omnibus superioribus temporibus pie & rebus communibus utiliter dominum exercuit, &c.

Interjectis nonnullis, ratiocinatur Romanæ ecclesiæ primatum agnoscendum: ac primum gravissima scandala exponit obortura si ecclesiæ omnes ab invicem, divisæ essent, ut alterius imperio libera foret: pullulaturæ quippe hæreses, neque unquam eas excidium iri. Utilius itaque & pulchrius esse, unam aliis imperare. Omnes vero doctores, quæ in ecclesia cæterarum principe desiderari possint, in Romana ecclesia radiare: nam & illam ex viris pietate & doctrina conspicuis collectam, & qui senatum pontificum conspexerit, nullam aliam ecclesiam parem dignitate visurum. Spectare etiam ad decus principis omnium ecclesiarum, ut nulli terreno Regi subdit, cum poscat ratio ut anima imperet corpori, cœlestia præfint terrenis, tum ut contra electorum voluntatem nullus solio sese obrudat. Eo vero imperio & hac libertate Romanam ecclesiam potiri oportere etiam, ut illius immortalis ecclesiæ principatus non aliquo corruptibili fundamine, sed incorruptibili innitatur: & Regum quidem potentiam in exercitiis, qui interdum cæduntur ferro, in arcibus quæ corruunt, locatam; ut Romanam ecclesiam divinis verbis Petro dictis, cœlo & terra firmioribus, inniti. Si etiam digna illius ecclesiæ fastigio spectentur opera, illam per universum orbem terrarum sacros præcones ad evangelium gentibus inferendum mittere, cohortari schismaticos ad officium, afflictiis ubique Christianis subvenire, nec si lustraret universos orbis, ullam reperiri ecclesiam, quæ hæc ornamentis sit Ann. Eccl. Tom. XXXV.

insignita. Hanc itaque conclusionem infert: Quoniam ergo, movens meas cogitationes undique, invenio per omnia melius esse, ut sit aliqua ecclesia, sub qua alia ordinatae sint; & has perquirens, solam video Romanorum, & habentem & facientem quæcumque oporteret, divino beneplacito omnium dominaturam, & habere, & facere; non possum, providentiam esse credens, Romanæ ecclesiæ majestatem & sublimitatem fortuna & casu dare, & non in maximis providentiæ operibus & solemnissimis & hoc computare. Ex his igitur primatum illius ecclesiæ sufficienter demonstratum esse puto. Venio rursus ad Paraleti processionem.

Quoniam multis annis post septem generalia concilia vidit eadem ecclesia aliquos eorum, qui denuo consueverant in hæreses frequentius delabi, asserentes Spiritum Sanctum ex solo Patre procedere, & minime ex Filio, & sermonibus persuasibilibus ex humana mente hoc dogma affirmantes; propinquiorum vero sibi multitudinem, & ad hæreses semper tardiores, a principio sapientem Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere, quid eam, quæ semper consueverat hujusmodi controversiis finem congruum imponere, & unitatem omnibus monstrare, oportuit facere? silentio ne rem præterire, & ordinem suum deserere? Sed non erat hoc ejus. Et infra: Quid igitur fecit? Ad suos doctores, quos longis sursum temporibus pro sanctis habuit, recurrit beatos Augustinum, Ambrosium, Hieronymum, & Gregorium: & horum scripta perscrutata, videt eos tanquam ex uno ore multis locis & frequentius, Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere asserentes. Et neque usque ad hoc stat: sed & orientalis ecclesiæ patres perquirat, & videt horum similiter plures & principales id ipsum sapientes: reliquos vero minime obvium, dicentes, præter unum scilicet Damascenum, qui videtur contrarium dicere: quamquam non dicit ipse, quod Spiritus Sanctus non est ex Filio; sed quia non dicitur ex Filio: ac si diceret, quod in divina scriptura non invenitur verbo dictum; quia ex Filio. At vero videtur & ipse dicere Spiritum Sanctum a Patre per Filium emanare, & imaginem esse Filii Spiritum, & ad Patrem ita se habere Filium & Spiritum, quemadmodum ad solem se habent radius & illuminatio, quæ utraque ex sole quidem sunt, sed per radium aut illuminationem nobis dari. Ex quibus videtur & ipse non penitus contrarium tenere: ipsum enim illuminationem, & ex sole per radium esse dicere, & rursus ex sole & radio verum est. Quemadmodum & in Trinitate: quorum enim est communiter auctor Pater & Filius, hæc, & utroque modo dici verum est, & ex Patre per Filium, & ex Patre & ex Filio.

Tantum itaque Patrum concordiam cum

Pia auctoritatis conclusio ad Græcos.

XLII. De controverbia processionis Spiritus Sancti.

Ut in ea Rom. ecclesia consensus SS. Patrum Græcorum, & Latinorum secuta sit.

vidisset, & propter rei magnitudinem ad-
huc his non contenta, convocat ad se uni-
versos ecclesiarum prelatos ad inquisitionem
communicandam. Uno itaque verbobis
qui voluerunt interesse, simul congregatis,
& omnibus post factam rei congruam in-
quisitionem ad idem consentientibus, deni-
que apostolica auctoritate hoc esse, quod o-
portet credi, declarando determinat, &
contrarium dicentes in portione hereticorum
decernit. Quae igitur erit nunc mea excu-
satio, si nolueris quiete obedire; sed tan-
torum patrum & matris ecclesiarum senten-
tia de re vincente vires naturalis cogita-
tionis praeponere veiam cognitionem; neque
illud valens considerare, quod indignum
erat penitus divina providentia, non solum
illam ecclesiam sublimare & caput catholi-
cae ecclesiae a principio facere quam novis
insanabiliter casuram, & infinitas multitu-
dines secum dimissuram, sed & cum a re-
ctis cecidit dogmatibus, adhuc magis ma-
gnificare, & omnibus bonis ditare; eam
vero, quae recte ei a principio restitit, con-
trarium pati permittere? Concludit demum
Barlaamus, verissimum esse Christi oracu-
lum, portas inferi numquam adversus ec-
clesiam praevalituras esse; cum autem illae
adversus Graecam praevalerent, inferendum
Romanam veram esse ecclesiam: Cogor,
inquit, Romanam ecclesiam orthodoxam in
omnibus putare, & hanc solum esse, cum si-
bi subiecta multitudine unam sanctam ca-
tholicam & apostolicam ecclesiam, in quam
credere jubemur, & adversus quam portae
inferi neque praevaluerunt, neque unquam
Deo ipsam tamquam novam Jerusalem re-
gente, praevalerunt. Haec tenus Barlaamus,
quem nonnulli Graeci orarunt (a), ut fan-
ctorum Ambrosii, & Hieronymi commen-
taria, ubi illi de profectione Spiritus San-
cti loquuntur, Graecis verbis redderet: re-
sponditque ad varias objectiones a Deme-
trio Thessalonicensi propositas.

Humanas
argutias
adversus
illum non
valere.

Certissi-
mum si-
gnum
quo Rom.
ecclesiam
veram ef-
se demon-
stratur.

(a) In eod.
MS. bibl.
Vatic. &
apud Ca-
nis.

XLIII.
Graeca
monialis
sanctitate
illustris.

(b) To. 5.
ep. fecr.
207.

Floruit hoc tempore in Germania e-
gregiae pietatis opinione Graeca sanctimo-
nialis Ungara genere, quae Coloniae in
monasterio undecim millium virginum &
martyrum rebus divinis vacabat: cui Pon-
tiffex ob missas sibi S. Margaritae unius ex
illo triumphali agmine sacras reliquias gra-
tias egit, atque ad constantiam in re-
rum caelestium tractatione est adhortatus.
(b) Tum haec non praetermittenda subje-

cit: Caterum cum, dilecta filia, nobilis
vir Henricus miles, qui nobis pro parte
tua reliquias praesentavit, te sibi narraffe
asseruerit coram nobis, quod omnipotens Do-
minus meritis ejusdem virginis & marty-
ris Margaritae multa fecerat te sciente mi-
racula, tuque quasdam visiones devotas
& resicientes animam videras propter ea,
exhortationibus nostris adjicimus, ut nos
per tuas literas particulariter & seriose,
certiores de iis omnibus efficeret, quanto ci-
tius commode poteris, non postponas. Dat.
Avia. III. id. junii anno v.

Grassabantur (c) eodem tempore in o-
rientali mari nonnulli Ligures Monachi-
enses, qui graviora Venetis damna intule-
re, & eorum diripere naves: invaserunt
etiam pontificias, quae ad reprimendos
Turcas ea sulcabant maria: adeo vesana
cupiditas perverfos Christianos obcaecarat.
Cum vero iis Roberti Regis Siciliae clien-
telae additi dicerentur, conceperant Ven-
eti odia in Regem: sed Pontiffex, factus
de re tora certior, Monachienfes (d) ac
Robertum (e) Regem in impro-
bos grassatores animadvertere iussit; tum
Venetiarum ducem docuit, ut piratae illi,
licet Guelphi videri vellent, non Rober-
to tamen Regi, sed hosti illius invasori
Trinacriae Petro Aragonio adhererent,
ac plura damna ejusdem Roberti subditis
inferrent. [1] Denique ad colendam ad-
egiam amicitiam Venetum ducem est ad-
hortatus (f). Adhibita vero apud Ven-
etos haec studia a Pontifice fuerunt, ne
Robertum Regem a recuperanda Tri-
nacia distraherent: devoluta quippe il-
lius jura ad eum vidimus, atque adeo Pe-
trum majorem Regis Friderici natu filium,
qui regios apices inter suos gerebat
non Regem, sed injuriosum insulae de-
tentorem vocavit (g). Tum missi ab eo su-
periori anno internuntii apostolici, qui ob-
jecta censurarum religione Trinacrios in
justi Regis Roberti obsequium cogerent:
a quibus subiecta acta judiciaria in per-
duelles, & in Petrum alieni juris occu-
patorem hoc anno concepta sunt. (h)

Gotius Dei gratia S. Romanae ecclesiae
presbyter Cardinalis, olim patriarcha Con-
stantinopolitanus, & Raterius eadem gra-
tia episcopus Vastonenfis Apostolica sedis
nuntius, commissarii & executores ad in-
frascripta per sedem Apostolicam speciali-
ter

XLIV.
Ligures
grassantur
in orien-
tali mari.
(c) To. 5.
ep. fecr.
271.

(d) Ib. ep.
secr. 355.
(e) Reg.
post eand.
ep.

(f) Super
ep. 271.

(g) End.
ep. 271.
Justi Tri-
naciae
Robertus
parere.

(h) Ext.
in lib. pri-
vil. Rom.
eccl. to. 1.
p. 359. &
in arce S.
Angeli in-
ter collect.
Plat. to. 2.
p. 490.

NOTAE [1] Quae hic narrat Annalista de piratis Genuensibus, hostilia in Venetos exercentibus, a vetusto
rerum Genuensium scriptore Gregorio Stella ab ipsa origine repetuntur in hanc sententiam.
Quidam Genuensium piratae, unus de Marinis, unus de Grimaldis, unus Marcellus, arma-
tis triremibus, piraticam exercentes Venetos infestabant. Hi rebus suis consulturi instructa clas-
se piraticas triremes aggressi ex illis unam occupaverunt, reliquis fuga dilapsis. Quotquot autem
viros ex Genuensibus ceperunt, suspenderunt ad furcas. Tunc Genuenses fugitivi navium curam
Genuensium adjuncti maria in perniciem Venetorum excurrentes, hostibus damna plurima intule-
runt. Adversus triremes & navim hanc piraticam pontiffex Robertum Regem incitavit, ut in
Annalibus legitur. MANS

ter deputati, universis & singulis hujus
processus seriem inspecturis, ad certitudi-
nem praesentium & memoriam futurorum.

Dudum de mense septembris proxime praer-
teriti nos Gotius & Raterius commissarii
& executores praefati contra dominum Pe-
trum primogenitum quondam domini Fre-
derici olim Regis Trinacriae, & alios na-
tos & heredes ipsius domini Friderici juxta
formam literarum apostolicarum, nobis per
sanctissimum patrem & dominum nostrum
deminum Benedictum Papam XII. directarum,
executionem debitam facientes, ad
civitatem Regis vicinam insulae Siciliae &
civitatem Messanenfi per tres leucas persona-
liter nos contulimus. Ubi die vigesima
quinta dicti mensis assumpsimus religiosos
viros fratres Thomam de Rossi, Petrum de
Geratio, Angelum de Mevania, & Amicum
de Tarano ordinis fratrum Minorum beati
Francisci, pro nunciis nostris in praedictam
insulam dirigendis: quos jurare fecimus,
tactis scripturis sacris corporaliter ab eis-
dem, quod literas apostolicas & nostras,
quae domino Petro praefato, & communita-
ribus Messanenfi, Panormitano, & aliis
communitatibus dictae insulae dirigebantur,
fideliter praesentarent, & de responsionibus
eis factis relationem nobis facerent plena-
riam & fidelem.

Interrun-
tionum
pontifi-
corum
in eos a-
cta.

Minoritas
ab his de-
legati.

XLV.
Prohibiti
aditu.

Qui quidem fratres eantes in quadam
barca ad insulam praefatam, & civitatem
Messanenfi intrare volentes, fuerunt pro-
hibiti, ne intrarent. Verumtamen ducti fue-
runt per gentes de dicta insula ad comi-
tem Matibaum de Palicio, dictam civita-
tem Messanenfi pro dicto domino Petro re-
gentem, & exponentes dicto domino Mat-
ibae negotium, pro quo illuc erant trans-
missi, idem dominus Matibaum non permisit
civitatem praefatam intrare, nec praedictas
literas alicui praesentare; asserens, quod ne-
dum ipsos, sed Papam illuc intrare non
permitteret, nec nos etiam si iremus: &
eosdem fratres per totam diem illam jeju-
nos, absque cibi & potus receptione ad nos
compulsi retroire, prout haec & alia in-
ipsorum relatione nobis data in scriptis con-
tinebantur seriosius, sigillis eorumdem cu-
juslibet sigillata. Ex quibus verisimiliter
videbatur, quod per nos ad dictam insu-
lam non poterat securus accessus haberi:
quinimo videbatur, eundem dominum Pe-
trum facere manifeste, ne nobis commissis
per sedem Apostolicam possent ad ejus noti-
tiam pervenire.

Quapropter ut idem dominus Petrus non
posset de sua malitia gloriari, cum excessus
& contumacia, atque culpa, adversus
Romanam ecclesiam & dominum nostrum
Papam commissi, per publicam evidentiam
eorundem essent & sint notorii, & nullius
ope examinationis indigerent; sed solum e-
xecutionem poenarum, quibus quondam do-
minus Fridericus, & dominus Petrus praer-
Ann. Eccl. Tom. XXV.

fati, & alii nati ejus propterea essent,
& sunt affecti, exposcere nolcebantur; die-
tertia mensis octobris proxime praerteriti de-
claravimus auctoritate apostolica praedicta
dictum Petrum & alios natos praefatos, e-
xigentibus culpis & demeritis dicti quon-
dam domini Friderici, quibus ipsi dominus
Petrus & alii nati ejusdem quondam domini
Friderici etiam sunt affecti, a jure tenentae,
omni que commodo & emolumento ipsius tenentae
insulae Siciliae, & aliarum insularum sibi ad-
jacentium totaliter cecidisse: dictamque in-
sulam Siciliae, & alias insulas sibi adja-
centes ad dictam Romanam ecclesiam fore
reversas; & per consequens alteri parti
terrae, scilicet citra pharum reintegratas
& consolidatas consistere ipso jure, & ad
dominum Robertum Regem Siciliae tanquam
verum & directum feudatarium Romanae
ecclesiae pertinere.

Petrus nil
juris in
Trinacria
habere
pronun-
tius.

Monimus etiam per publica nostra re-
quisitionis & monitionis edictum dominum
Petrum praefatum & alios natos & here-
des dicti quondam domini Friderici, qui
de facto post dicti quondam domini Fre-
derici obitum incubuerunt detentioni dictae
insulae, & aliarum insularum sibi adja-
centium & incumbunt, eidem districtius sub
excommunicationis poena mandantes, quod
praedictam Siciliae & alias adjacentes in-
sulas, cum omnibus juribus & pertinentiis
earundem, praefato domino Roberto Regi
Siciliae tanquam directo & vero feudatario
dictae ecclesiae & dicti domini nostri Pa-
pae, ac alii vel aliis nunciis ipsius, quos
ipse dominus Robertus Rex ad id duceret
deputandos, infra duorum mensium termi-
num domino Petro & aliis natis & here-
dibus antedictis ad hoc peremptorie assigna-
tum, plene & integre restituerent, & ea
omnino dimitterent, vel dimitti facerent;
revocatis poenis & exclusis omnibus, per
quos dictas insulas ac civitates, castra, for-
tilita, alia bona ipsarum facerent detineri,
ipsa Regis vacua, libera, & ab omni im-
pedimento penitus expedita, praedictis nun-
ciis ejusdem domini Roberti totaliter dimitti-
tentes, nunquam ulterius dictam insulam
Siciliae & alias insulas sibi adjacentes, per
se vel alios, directe vel indirecte, publi-
ce vel occulte, occupaturi vel ad eas praer-
ter voluntatem dictae Romanae ecclesiae re-
versuri; sic quod idem dominus Rober-
tus Rex, ejusdem insulae Siciliae & alia-
rum insularum sibi adjacentium, ac civita-
tatum, castrarum fortillitorum, & aliorum
bonorum ipsarum, posset libera, pacifica, &
plena possessione gaudere.

XLVI.
Promul-
gatus Ro-
bertus il-
lius prin-
ceps.

Moniti.
Trinacrii
de exci-
piend. e-
jus impe-
riis.

Omnes quoque, qui dicto domino Petro aut
fratribus suis, vel alicui eorumdem ratione
dictae insulae Siciliae & aliarum insularum
sibi adjacentium, juramento tenebantur fide-
litatis astricti, auctoritate praedicti absol-
vimus ab hujusmodi juramento; eidem fir-
miter inkibentes, ne quisquam eorum dein-
Z 2 ceps

XLVII.

De resti-
tuendo
regno.

cepto domino Petro, & ejus nato, ac fra-
tribus supradictis ratione juris cujuslibet
dicta insula & aliarum insularum sibi ad-
jacentium pareret, vel intenderet, cum nul-
lum jus eis competere in eisdem. Quod si
presatis dominus Petrus & alii fratres e-
jus admonitionem, requisitionem, & indu-
ctionem nostram hujusmodi infra predictum
duorum mensium terminum per nos eisdem,
ut praemittitur, peremptorie assignatum, praes-
fatas Siciliae & alias insulas adjacentes
eisdem insulae, ac civitates, castra, & for-
tilitia ipsarum cum omnibus juribus & per-
tinentiis suis plene & integre non restitu-
erunt domino Roberto Regi presato, seu nunci-
o vel nunciis ejus; ipsaque vacua, li-
bera, & penitus expedita non dimitterent,
aut dimittere facerent, recedatis omnino, &
exclusis cunctis, per quos detinentur praedicta
presatos dominum Petrum, & fra-
tres ejus, & omnes consiliarios, fautores,
auxiliatores, & valitores eorum, cujus-
cumque dignitatis, etiam si pontificali vel
regali vel qualibet alia dignitate fulgerent,
& alias singulares personas dicta insulae,
qui vel quae facta, verbo, consensu, auxi-
lio, vel favore quocumque essent culpabiles
in praedictis, elapso dicto termino, per nos
eisdem peremptorie assignato, excommunicatio-
nis sententia ferremus; a qua nullus,
praeterquam in mortis articulo, ab alio
quam a Romano Pontifice, vel a nobis,
seu nostrum altero, posset absolutionis bene-
ficiam obtinere; & si aliquis de praedictis
in mortis articulo a sententia esset abso-
lutus presata, nisi postquam ad convales-
centiam perveniret, quamprimum commode
posset, de iis, pro quibus excommunicatio-
nem incurrisset, satisfaceret, in sententiam
eandem recideret ipso facto.

XLVIII.

Verum si presati dominus Petrus & fra-
tres ejus post decursum dictum terminum
duorum mensium, eis per nos peremptorie
assignatum, infra alium terminum compe-
tentem, quem assignavimus eisdem, in conti-
nua supradicta persisterent; cum crescen-
te contumacia, poena etiam augmentari de-
beret, contra eos, & quoscumque alios in
dicta contumacia adherentes, seu praestan-
tes eisdem auxilium, consilium vel favo-
rem, cujuscumque status, ordinis, conditi-
onis, vel dignitatis existerent, etiam si pon-
tificali vel quacumque alia dignitate ful-
gerent, ad poenas alias spirituales & tem-
porales etiam privationis dignitatum eccle-
siasticarum & secularium, & feudorum, &
beneficiorum, quae in dictis insulis obtine-
rent, & inhabilitationis peronarum, &
alias gravius auctoritate apostolica, qua
idem dominus Papa nos fungi voluit in
hac parte, sicut nobis visum esset expedi-
ens, procederemus; non obstantibus quibus-
cumque privilegiis, indulgentiis seu literis
quibusvis universitatibus vel singularibus
personis ecclesiasticis vel secularibus, cu-

Objecte
adverlan-
tibus poe-
nae.

Nullum
dignitatis
discrimen
habitu.

juscumque status, conditionis, vel dignita-
tis essent, etiam si pontificali vel regali
vel qualibet alia dignitate fulgerent
seu literis, vel ordinibus, generaliter vel
specialiter ab eadem sede concessis, de quibus,
quorumque totis tenoribus, aut de ip-
sorum locorum, ordinum, & personarum nomi-
nibus propriis, in literis apostolicis ha-
benda esset mentio specialis, per qua nul-
lum in hac parte idem dominus Papa voluit
afferri suffragium: sed illa quatenus commissi-
oni vel executioni praesentium praesare possent
obstaculum, auctoritate apostolica revocavit,
& decrevit nullius fore penitus firmitatis.

XLIX.

Insuper eisdem domino Petro & fratri-
bus suis, consiliariis, fautoribus, auxi-
liatoribus, & valitoribus eorum, ac adhe-
rentibus eisdem in dicta contumacia, cu-
juscumque status, ordinis, conditionis, vel
dignitatis, etiam si pontificali, vel regali,
seu quacumque alia dignitate fulgerent, pri-
mam diem juridicam post dictum duorum
mensium terminum per nos peremptorie su-
perius assignatum cum continuatione sequen-
tium; & alteri cuicumque, qui se interes-
se putaret, duximus peremptorie assignan-
dum, ut coram nobis in civitate Terracinae
de provincia maritima, quae de juris-
dictione spirituali & temporali Romana
ecclesiae existit notorie, & ad quam per
terram, & per mare poterat securus acce-
sus haberi, legitime & peremptorie com-
parerent ad videndum & audiendum nostras
alias requisitiones, inductiones, edicta,
mandata, excommunicationum sententias,
& alia, quae circa praedicta & praedictorum
quodlibet, conjunctim vel divisim, dicto elap-
so termino faceremus, ac etiam ferremus.

Petri fe-
quaces
postulati
iudicio.

Postmodum die quarta mensis decembris
proxime praeteriti, domino Petro & fratri
suo, ac consiliariis, fautoribus, auxiliato-
ribus, & valitoribus eorum praedictis pro
termino peremptorie ut praemittitur assigna-
ta, quae fuit prima dies juridica post assi-
gnatum duorum mensium terminum antedi-
ctum, eisdem domino Petro & fratribus pe-
remptorie assignatum, nos commissarii & exe-
cutores presati in civitate Terracinae presata
personaliter existerent, licet dies statuta in-
terpellaret probomine; ex abundantiam tamen
dominum Petrum & fratrem suum, ac con-
siliarios praedictos, quibus dicta prima
dies juridica fuerat assignata, fecimus in co-
dem loco publice proclamari: quos per se,
aut per procuratores, vel defensores legiti-
mos ipsorum coram nobis minime comparen-
tes, licet usque ad horam congruam expe-
ctatos, reputavimus exigente justitia con-
tumaces. Et quamquam contra ipsos, tan-
quam contumaces procedere potuissimus ad
actum per nos assignatum ad diem eandem;
de equitate tamen ad diem quintam pro-
xime sequentem duximus expectandos. Qua
die quinta, cum dicti dominus Petrus &
germannus ipsius, ac consiliarii & ceteri
supra-

L.
Idem
Petrus ac
frater
princeps.
Dammati
contuma-
cia.

Indicta
dies judi-
cii.

LII.
Iterum
extra.

supradicti, quamvis publice proclamati &
usque ad horam debitam expectati, compa-
rere coram nobis in loco presato per se,
aut per procuratores, vel defensores, ipso-
rum legitimos non curarent; volentes, juxta
Apostolum, sulcisse inobedientiam eorundem,
excommunicavimus in scriptis dominum Pe-
trum detentorem presatum, & consiliarios,
fautores, auxiliatores, & valitores ejusdem,
& germani sui presati; nec non & quos-
cumque alios eisdem domino Petro & ger-
mano ejusdem in dicta contumacia adheren-
tes, seu praestantes eisdem consilium, auxi-
lium, vel favorem, cujuscumque conditi-
onis vel dignitatis existerent, etiam si pon-
tificali vel regali, aut quavis alia digni-
tate fulgerent, qui facta, verbo, consensu,
auxilio, consilio, vel favore quocumque essent
culpabiles in praedictis.

LII.
Moniti
officii
praeceres.

Monimus insuper, & requisivimus per
nostrum edictum propositum, per nos, praes-
fante fidelium multitudine copiosa, domnum
Joannem germanum dicti domini Petri, Jo-
annem de Claromonte, qui se intulit com-
item Moach, Damianum de Palicio, qui se
intulit cancellarium regni Siciliae, Mat-
thaeum de Palicio, qui se intulit com-
item de Nucaria, Blascum de Aragona,
& Raimundum de Peralta, tamquam no-
torios fautores, auxiliatores, consiliarios,
& valitores dicti domini Petri detentoris:
qui nedum eisdem in praedictis excessibus da-
bant, sicut adhuc dant, auxilium, consi-
lium, & favorem; quinimo in crimine de-
tentionis & occupationis insulae Siciliae &
aliarum insularum adjacentium, eisdem praedictarum
participabant & favebant, sicut
adhuc participant & faveant notorie cum
eodem; mandantes sub poena excommunicatio-
nis eisdem omnibus, & singulis, ut in-
fra triginta dierum subsequenti spatio,
quod pro peremptorio termino assignavimus
ipsis, & cuilibet eorundem, a fautoria,
valitudine, participio, consilio, auxilio,
& favore hujusmodi desisterent penitus, &
cessarent. Alioquin prima die juridica post
dictum triginta dierum terminum in loco
praedicto in omnes & singulos praedictos, di-
cto elapso termino, excommunicationis sen-
tentiam ferremus, & alias procederemus
contra eosdem ad poenas alias spirituales
& temporales juxta nobis traditam seu con-
cessam in literis apostolicis potestatem.

Subsequenter die martis quinta mensis
januarii proxime praeteriti, quae fuit pri-
ma dies juridica, post elapsum triginta die-
rum terminum supradictum, nos commissarii
& executores antedicti, existerent in
civitate Terracinae presata, cum presati
dominus Joannes & alii nominati moniti
usque apostolicis praedictis sibi factis non pa-
verent infra terminum supradictum; nec ip-
si in die quinta presata per nos, ut praemittitur,
comminata, ad ferendum excom-

municationis sententiam in ipsos & quem-
libet eorundem, licet expectati usque ad
horam debitam, per se, aut per procurato-
res, vel excusatores aliquos ipsorum coram
nobis in loco praedicto comparere cura-
rent, ideo ipsos propter praedicta reputavi-
mus merito contumaces. Et quamquam ipsa
die potuissimus ferre excommunicationis sen-
tentiam in eosdem; tamen ejusdem diei ter-
minum ad diem sabbati, nonam videlicet
dicti mensis januarii, ad actum eundem
duximus prorogandum. Et quia die nona
presata moniti antedicti per se, aut per pro-
curatores, vel excusatores eorum coram no-
bis in eodem loco comparere nullatenus cu-
raverunt; quin etiam ipsi mandata nostra
immo verius apostolica supradicta contem-
nentes, & in sua obstinata malitia persi-
stentes, dicto domino Petro detentori in-
criminis detentionis & occupationis insula-
rum praedictarum notorie participabant &
favebant, sicut adhuc participant & faveant
sibi adhuc adherentibus, sicut adhuc adherent
in contumacia supradicta; ac praestabant,
sicut adhuc praestant eisdem in his consilium,
auxilium, & favorem (quae quidem ultra
pharum & citra in regno Siciliae adeo
sunt notoria, quod nulla possunt tergiver-
satione celari) ne ipsorum malitia impuni-
ta transiret, excommunicationis sententia
innodavimus in scriptis domnum Joannem
tamquam contumacem in restitutione & di-
missione praedictis, & esse causis aliis su-
praedictis, Joannem de Claromonte, Dama-
num, & Matthaeum, ac Blascum & Rai-
mundum presatos tamquam notorios fauto-
res, auxiliatores & valitores dicti domi-
ni Petri detentoris, sibi in praedicta
contumacia adherentes; quinimo eisdem in
crimine detentionis & occupationis insularum
praedictarum notorios participes & auctores,
nec non & praestantes eisdem in illis auxi-
lium, consilium, & favorem notorie ut praes-
fatur, & alias singulares personas, qui
vel quae facta, verbo, consensu, auxilio,
consilio, vel favore quocumque, dicto duo-
rum mensium elapso termino, per nos per-
emptorie assignato eisdem, fuerunt culpabi-
les in praedictis.

Spretus ab
iis leges.

Contor-
tum in
eos ana-
thema.

LIII.

Et quia propter delictum domini tempora-
lis, terrae, quae per ipsum detinentur, sup-
poni possunt ecclesiastico interdictione; noto-
riumque existeret, sicut adhuc existit, di-
ctum dominum Petrum dicta insulae Sici-
liae, & aliarum insularum sibi adjacentium,
esse illicitum detentorem & occupato-
rem; idcirco praedictam Siciliae insulam &
alias insulas sibi adjacentes, civitates, ca-
stra, & loca alia, universa insularum ear-
undem, & quaelibet alia loca dicti domi-
ni Petri ubique consistencia, in scriptis ec-
clesiastico supposuimus interdictione.

Moniti
praefules
ne iis fa-
veant.

Insuper, cum excommunicatus per denun-
tiationem ipsius non amplius ligaretur, mo-
nuimus & requisivimus per edictum publi-
cum

cum universos & singulos reverendos patres dominos patriarchas, archiepiscopos, & episcopos & venerabiles viros abbates, praepositos, priores, archipresbyteros, plebanos, & alios ecclesiarum rectores, ad quos processus tunc factus perveniret, eisdem sub excommunicationis poena mandantes, ut ipsi & quilibet eorumdem, qui super hoc essent requisiti, per se vel alium seu alios dominum Petrum detentorem praefatum, & dominum Joannem germanum ipsius, Joannem de Claromonte, Damianum, Matthaeum, Blasium, & Raimundum praefatos; nec non & quoscunque consiliarios, fautores, auxiliares & valitores ejusdem domini Petri & germani sui praedicti, ac eidem domino Petro & fratri suo praefato in dicta contumacia adhaerentes, seu praestantes eidem in praedictis consilium, auxilium, vel favorem, cujuscunque dignitatis existenter, etiam pontificali, vel regali, aut quacunque alia dignitate fulgerent, & singulares personas dictae insulae, qui vel quae facta, verbo, consensu, auxilio, consilio, vel favore quocunque essent culpabiles in praedictis; in eorum ecclesiis singulis diebus dominicis & festivis, dum missarum solemnia celebrarentur, coram fidei populo, pulsatis campanis & candelis accensis & demum extinctis, sic excommunicatos, ut praefertur, publice nunciarent, vel facerent nunciari. Monuimus quoque universos & singulos Christi fideles, ad quos idem processus perveniret, quod ipsi abstinere a participatione omnium praedictorum, eisque commissimus, ut si ad hoc requisiti forent, monerent nominatim subditos suos, quod ipsi etiam abstinere a participatione omnium praedictorum. Alioquin prima die juridica post quintadecimam diem mensis februarii tunc futuri, nunc vero praeteriti, procederemus ad poenas & sententias debitas contra eos.

Intentatum anathema.

Repetita ad populos monita.

LIV.

Ad haec per nostrae publicae requisitionis, monitionis, & inductionis edictum requisivimus, monuimus, & inducimus dominum Petrum & dominum Joannem germanos, Joannem de Claromonte, Damianum & Matthaeum, Blasium & Raimundum praefatos; nec non Agrigentinesem, Syracusanum, & Cephaludensem episcopos, ac alios omnes & singulos abbates, & quoscunque alios, dignitates, personatus, seu officia, aut quacunque alia beneficia ecclesiastica obtinentes in dictis insulis, & alibi ubicunque; ac omnes & singulas universitates terrarum & locorum insularum earundem, ipsisque & cuilibet eorumdem mandavimus auctoritate praedicta, ut infra xv. diem dicti mensis februarii tunc futuri, nunc vero praeteriti (quem terminum omnibus & singulis supradictis pro peremptorio termino duximus assignandum) ipsi dominus Petrus & dominus Joannes praefatam Sicilia insulam, & alias insulas sibi adjacentes cum omnibus juribus & pertinentiis earundem, praefato domino Roberto Regi Siciliae, tanquam directo, & vero feudatario dicti domini Papa & ejusdem ecclesiae, ac alii vel aliis ejus nunciis, quos idem dominus Rex ad id duceret deputandos infra terminum supradictum, quem eisdem domino Petro & domino Joanni ad hoc duximus praefigendum plene, & integre restituerent, & ea omnino dimitterent, vel dimittere facerent, revocatis omnino & exclusis omnibus, per quos dictas insulas ac civitates, castra, fortilitia, & alia bona ipsarum faciunt detineri, ipsa vacua, libera, & ab omni impedimento penitus expedita, praedictis nunciis domini Roberti Regis praefati totaliter dimitterent, nunquam ulterius dictam insulam Siciliae & alias sibi adjacentes per se vel alios, directo vel indirecte, publice vel occulte occupaturi, vel ad eam praeter voluntatem dictae Romanae ecclesiae reverturi; sic quod idem dominus Robertus Rex ejusdem insulae Siciliae & aliarum insularum sibi adjacentium, ac civitatum, castrorum, fortilitiorum, & aliorum bonorum ipsarum posset libera, pacifica, & plena possessione gaudere; dictique Joannes de Claromonte, Damianus, & Matthaeus, ac Blasius & Raimundus, nec non & Agrigentinesis, Syracusanus & Cephaludensis episcopi, & alii omnes & singuli episcopi, abbates, & quicunque alii dignitates, personatus, aut officia, vel quaecunque alia beneficia ecclesiastica obtinentes in insulis praedictis & alibi ubicunque, & universitates terrarum & locorum insularum earundem, a praedictis auctoritate, auctoritate, favora, participio, adhaerentia, praestatione, consilio, auxilio & favore praedicti domini Petri detentoris praefati desisterent, & omnino cessarent. Alioquin, cum praesente contumacia, crescere deberet & poena, contra ipsos superius nominatos & singulos eorumdem, ac contra quoscunque alios in dicta contumacia adhaerentes seu faventes, vel praestantes auxilium, consilium, vel favorem, cujuscunque status, ordinis, conditionis, vel dignitatis existenter etiam pontificali, vel regali, aut quacunque alia dignitate fulgerent, conjunctim vel divisim, prima die juridica, post dictam diem quintadecimam dicti mensis februarii subsequenti, in civitate Beneventana, domino Papa & Romanae ecclesiae in spiritualibus & temporalibus immediate subiecta, ad poenas alias spirituales & temporales juxta potestatem apostolicam procederemus nobis traditam sapeditam; non obstantibus quibuscunque privilegiis, indulgentiis, & literis quibusvis universitatibus & singularibus personis, & prout in literis apostolicis, & superius exprimitur.

Dicta Petro dies de restituendo regno.

Repetita ejus sequecibus eadem imperia.

Objecta poena.

LIV. Designata Roma ad exercendum iudicium.

Post quae nos idem commissarii & executores considerantes, quod Roma omnium communis est patria, ad quam etiam accessus potest securus haberi per requisitos & mo.

& monitos antedictos; in domibus monasterii S. Severini Neapoli existentes, & pro tribunali sedentes die jovis xi. mensis februarii proximo praeteriti, terminum per nos superius comminatum ad procedendum ad poenas alias spirituales & temporales in civitate Beneventana ad primam diem juridicam post quintam decimam diem dicti mensis februarii, peremptorie per nos etiam assignatam domino Petro & domino Joanni germanis praefatis ad restituendum & dimittendum domino Roberto Regi praefato insulas supradictas, & Joanni de Claromonte, Damiano & Mattheo, Blasco, & Raimundo, nec non Agrigentinesi Syracusano & Cephaludensi episcopis, & aliis monitis cum eisdem ad cessandum, abstinendum, & desistendum ab auctoritate, auctoritate, & aliis supradictis ad primam diem juridicam post octavam resurrectionis dominicae proxime praeteritam, tunc futuram, ad procedendum ad easdem poenas spirituales & temporales contra omnes & singulos supradictos in urbe & basilica beati Petri continuandum duximus & etiam prorogandum. Et ejusdem termini prorogationem & continuationem similem, ad diem & locum praefatum nos Raterius commissarius & executor praefatus vice & nomine dicti domini Cardinalis commissarii & coexecutoris & nostri, se ex causa legitima excusantis, ac committentis nobis vires suas in hac parte, & nomine & vice nostris, in civitate Beneventana praefata personaliter existentes, & pro tribunali sedentes die martis sextadecima mensis februarii proximo praeteriti, quae fuit prima dies juridica post dictam quintadecimam diem dicti mensis superius comminata, fecimus iterato, praesente populi multitudine copiosa. Quas quidem termini prorogationes & continuationes eisdem intimavimus per publicam nostram intimationis edictum, & ad eandem diem primam juridicam per publicum citationis edictum citavimus dominum Petrum & dominum Joannem germanos, Joannem, Damianum, Matthaeum, Blasium, Raimundum, & Agrigentinesem, Syracusanum & Cephaludensem episcopos, & alios superius monitos cum eisdem, ad comparandum coram nobis in urbe & basilica supradictis, & ad dicendum causam rationabilem, si quam haberent; videlicet dicti dominus Petrus & dominus Joannes, Joannes de Claromonte, Damianus, Mattheus, Blascus, & Raimundus, quare non debeat gravius procedi contra eos ad poenas alias spirituales & temporales praedictas: dicti vero Agrigentinesis, Syracusanus & Cephaludensis episcopi & alii supradicti, quare non deberent excommunicationis sententia innodari.

Prorogata illis dies.

Petrus & socii iterum in ius vocati.

LVI.

Insper per nostrae publicae requisitionis, monitionis, & inductionis edictum, fidelium multitudine copiosa praesente propositum, requisivimus, monuimus, & inducimus of-

ficiales, consiliarios, auxiliares, & valitores dicti domini Petri detentoris; videlicet comitem Manfredum de Claromonte magnum senescalcum & vice admiratum, dominum Mattheum de Sclafano, Aloysium de Incisa, & comitem Rubicum magistros rationales, & alios infra scriptos expresse nominatos cum eis, qui in crimine detentionis & occupationis insularum praedictarum eidem domino Petro detentori participabant & saeviebant, sicut adhuc participant & favent notorie; sibi in praedicta contumacia adhaerentibus & praestabant, sicut adhuc adhaerent & praestant eidem in his auxilium, consilium, & favorem; ipsique omnibus & singulis sub excommunicationis poena mandavimus, ut ipsi & quilibet ipsorum infra octavam resurrectionis dominicae tunc futuram, nunc vero praeteritam, quem terminum eisdem omnibus & singulis pro peremptorio termino assignavimus, a participatione & favora dicti D. Petri detentoris in dicto crimine detentionis & occupationis, & ab ipsius adhaerentia in contumacia supradicta, & a praestatione auxilii, consilii, & favoris ejusdem in praedictis abstinere penitus, ac cessarent. Alioquin dicta prima die juridica post octavam praedictam, in urbe & basilica praedictis contra dominum Petrum & dominum Joannem germanos, Joannem de Claromonte, Damianum, Matthaeum, Blasium, & Raimundum praefatos ad poenas alias spirituales & temporales praedictas procederemus: dictos vero Agrigentinesem, Syracusanum & Cephaludensem episcopos, ac omnes & singulos infra scriptos requisitos, & monitos nominatim excommunicationis sententia percelleremus, ipsorum absentia seu contumacia non obstante, eisdem monitis & requisitis ad comparandum coram nobis in urbe & basilica antedictis & ad videndum & audiendum per nos ferri dictam excommunicationis sententiam, eisdem, dictam primam diem juridicam post octavam praedictam pro peremptorio termino assignantes.

Propositiis poena.

LVII.

Nos itaque commissarii & executores praefati, die quinta mensis aprilis, quae fuit prima dies juridica post octavam praedictam, domino Petro & domino Joanni germanis, ac alias citatis & monitis praedictis peremptorie prorogata & assignata, existentes in urbe & basilica supradictis, ipsos dominum Petrum & dominum Joannem ac alios monitos, citatos, & requisitos praefatos per se aut per procuratores, vel excusatores ipsorum, coram nobis minime comparentes, licet usque ad horam debitam expectatos, reputavimus, exigente justitia contumaces: ipsos tamen ad diem sequentem, de benignitate duximus expectandos.

Et quia dicta die sequenti per se, vel per procuratores, aut excusatores ipsorum coram nobis comparere nullatenus curaverunt; quinimmo eorumdem domini Petri & dom.

Idem pertinaciter jura spernunt.

domni Joannis germanorum, & Joannis de Claromonte, Damiani, Matibai, Blasii, & Raimundi corda insipientia, non absque gravi & notabili contemptu clavium, sic reperimus indurata, ut ipsi more Pharaonis in eorum pertinacitate obcecati, descendentes in malorum profundum, monitionibus nostris non pareant, comminationes, & mandata nostra, immo verius apostolica contemnant, ac apostolicas, nostrasque sententias parvipendant; considerantes etiam, quod dominus Petrus prefatus propter accessum dudum notorie factum per eum cum non modico stolio galearum ad Ludovicum de Bavaria tunc in Urbe morantem, propter processum felicitis recordationis domini Joannis Papae XXII. pluribus & diversis excommunicationis sententiis cum suis participibus innotatum, excommunicationis & alias penas & sententias in fautores, auxiliares, & valiores Ludovici prefati & adhaerentes eidem, vel sibi praestantes auxilium, consilium, vel favorem, noscitur incurrisse, & eisdem excommunicationis & alias sententias, absolutione non petita vel obtenta, tam diu pertinaciter, & damnabiliter toleravit; nos congruum & rationabile fore censentes, ut tam nefandissimorum flagitiorum ultionis severitas extendatur, Christi nomine invocato, pro tribunali-bus sedentes, & habentes pra oculis solum Deum, dicimus eundem dominum Petrum propter praedicta de haeresi vehementer suspectum; & in his scriptis pronuntiamus ipsum esse infamem & intestabilem, ita quod nullus eidem, nec ipse alicui ex testamento vel alia ultima voluntate, aut ab intestato succedere possit, eundemque omnibus bonis, juribus, & feudis, quae a Romana vel quavis alia ecclesia tenet, & privilegiis, indulgentiis, & quibuscumque gratis eidem sub quacumque forma verborum ab Apostolica sede concessis, auctoritate sedis ejusdem privamus eidem districtius inhibentes, ne deinceps Regem Sicilia se nominet vel imitulet, siquilloque regio non utatur, nec etiam in dicta insula Sicilia & aliis insulis sibi adjacentibus ut Rex quidquam ordinet, mandet, vel faciat, aut fieri faciat: quod si secus per eum factum, ordinatum, mandatumve fuerit, illud decernimus irritum & inane.

Petrus de haeresi suspectus pronuntietur.

Vetus regios apices sibi arrogare.

LVIII.

Prefatos vero dominum Joannem, Joannem de Claromonte, Damianum, Matibaeum, Blasium, & Raimundum, qui eidem domino Petro in crimine detentionis & occupationis insulae Siciliae & aliarum insularum, praedictarum fuerunt & sunt notorii participes & auctores, sibi que adhaerunt & adhaerent, ac eidem praestiterunt in his auxilium, consilium, & favorem; & excommunicati & denunciati propterea per nos, excommunicationem eandem sustinuerunt & sustinent animis induratis, propter quae poena eidem debet etiam augmentari, aucto-

ritate praedicta privamus omnibus bonis, juribus, & feudis, & quibuscumque gratiis, sub quacumque forma verborum eis cuilibet eorundem a praedicta sede, vel quavis ecclesia, concessis. Eundem quoque Damianum omnibus beneficiis & officiis ecclesiasticis, quae ipse obtinet, eadem auctoritate privamus, & reddimus inhabilem ad quacumque beneficia seu officia ecclesiastica in posterum obtinenda. Eisdem quoque dominum Joannem, Joannem de Claromonte, Damianum, Matibaeum, & praenominatos alios cum eisdem, pronuntiamus fore infames & intestabiles, ita quod nec ipsi alii, nec alii ipsi ex testamento, vel quacumque alia ultima voluntate, aut ab intestato succedere possint. (Recentis praecipuorum Petri sequacium, qui censuris percelluntur, nominibus subditur.)

Præterea, quavis cum excommunicationis communicare non liceat, sed id generaliter omnibus juris auctoritas interdicit; quia tamen solet plus timere quod specialiter prohibetur, idcirco univervis & singulis Christi fidelibus, & specialiter duci, consiliariis, & civibus civitatis Venetiarum, potestatibus, capitaneis, consiliariis, civibus, incolis, & habitatoribus civitatum Januae, Pisarum, Anconitanæ, & omnium civitatum, castrorum, & locorum aliorum maritimarum, nec non & univervis civitatibus eorundem, & singulis de ipsis civitatibus, omne commercium spontaneum cum excommunicatis & aggravatis praedictis interdiciamus; monentes nihilominus eosdem, univervis & singulis primo, secundo, & tertio, ac peremptorio, & eisdem sub excommunicationis poena mandantes, ut nullus ipsorum ab excommunicatis & denunciatis ac aggravatis praedictis vel ipsorum aliquo emere, aut ipsi vel alicui eorum vendere, vel cum eisdem contractum vel obligationem aliquam facere vel iurare, aut mittere, vel sponte accedere ad insulam Siciliae & ad alias insulas supra dictas, nec etiam in eorum terris & locis excommunicatos, denunciatos, & aggravatos praefatos, vel ipsorum aliquem scienter receptare praesument. Alioquin in eosdem, omnes & singulos, qui sic interdicti, moniti, & iusti infra xv. dies per sententiam interdicti, monitionis, & iussionis hujusmodi, quos dies ipsi & cuilibet ipsorum pro peremptorio termino assignamus, contra interdictum, monitionem, & iussionem nostram hujusmodi cum excommunicatis & aggravatis praedictis quaecumque habere commercium, quive praedictum mandatum nostrum contumaciter praeterire praesumpserint, ex nunc prout ex tunc excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis: civitates vero, castra, seu loca caetera, univervis eorum, qui scienter secus fecerint, in his scriptis ecclesiastico supponimus interdictum, &c. Sub anno a nativitate domini MCCCXXXIX.

Poenis mulctati ejusdem sequaces.

Prohibitum Petri commercium.

Obiecta illud iniuriis poenae.

LIX. Expeditio Roberti in Trinacriam. (a) Jo. Vill. l. II. c. 107.

(b) To. 5. ep. fecr. 389.

Parta a Lipari victoria.

cellamus

indictione VII. die septima mensis aprilis pontificatus ejusdem sanctissimi patris domini Benedicti Papae XII. anno v.

Detrectante igitur Petro transmissum flagitio a patre regnum Roberto Regi restituere legibus, ad arma concursum fuit, immisissaque (a) hoc anno est in Trinacriam valida classis, praefecto Goffredo Nanzanio Squillacii comite: qui cum Liparum insulam obsideret, comes Clarimontis, Petri Aragonii copiarum dux, classe in portum inventus, cum abcedente Goffredo partem victoriam arbitratus incautior ageret, insequenti die summo mane reverfa Roberti classis impetu inopinò Trinacriam oppressit: comes Clarimontis captus inter caeteros, ac nonnisi pauci ex ea clade evasere; arxque Lipari insulae imposita ea clade attonita deditionem fecit. Partam exiguo cruore victoriam, unde animarum pauciorum salus periclitata sit, gratulatus est Pontifex Roberto Regi (b); cui Trinacriam jam antea eju majoribus a sede Apostolica jure fiduciario traditam, atque ab Aragoniis occupatam restitui exoptabat. Benedictus, &c. Roberto Regi Siciliae illustri.

Tam laeti rumores, quam praesentata nobis celsitudinis tuae regiae literae, datam tibi, fili charissime, divinitus in loco Lipari insulae Siciliae gloriosam victoriam nunciante, cor nostrum rore gaudii perfuderunt; sed non parum modus & processus ipsius victoriae per eandem literas denotati hujusmodi exultationis & gaudii materiam ex eo praesertim in Domino adhauserunt, quia, sicut ex serie literarum ipsarum colligitur, virtutum Dominus, qui mirabilia operando de caelo dat fortitudinem, & cui vult victoriam impartitur, absque strage magna hominum, & per consequens sine grandibus periculis animarum, multitudinem magnam hostium, adversariorum & rebellium tuorum, dilectissime fili, & ecclesia sanctae suae, quorum in hac parte negotium est connexum, suam revelando justitiam, & justum iudicium exercendo, in tuis & tuorum manibus cum omnibus vastis navibus & caeteris bonis, quae ipsi adversarii secum habebant tunc temporis, sua potentie extenso brachio conclusit. Unde nos, qui hominum strages in eis formidantes, animarum periculum abhorremus, super tantis tanque mirabilibus donis Altissimo, a quo cuncta bona procedunt, exolvere laborum vitium in humilitatis spiritu non cessantes, rogantes magnificentiam regiam, & in Domino attentius exhortantes, quantum praemissa non humanae, sed omnino divinae potentiae cum humilibus actionibus gratiarum ascribens, captum feliciter negotium, quod velut pro parte tua & ecclesia in justitia & veritate fundatum cle-

Ann. Eccl. Tom. XXV.

mentia divina videtur benignis & favorabilibus oculis insueri [propter quod est de ipsius prospero & votivo successu sperandum] prosequi ac continuare regalis magnanimitas, confisa de divino auxilio & favore nostro, quantum cum Deo poterimus, poterit & viriliter non omittat. Dat. Avin. 11. id. decembris anno v.

Data est aliis literis ad Roberti Regis gratiam provincia Averfano episcopo & abbati Cumeni, ut Liparientes censuris solverent ea lege, ut si ad hostem deficerent, iterum priori nexu irretiti tenerentur. Revertebatur Neapolim victrix Roberti Regis classis (c), cum saeva tempestate dissipata est; & quatuor trirēibus, quae captivis plenae erant, in Corsicam actis, plures Siculi evasere; adeo inconspicua est humanae felicitatis stans. Caeterum exortis in Sicilia citeriori diffusionibus, urbium oves immania odia excussisse, superius ex Joanne Villano vidimus, ac Robertum ob non compressum improborum furorem in invidiam vocatum: quem quidem in administranda justitia fuisse remissorem, ex literis pontificiis (d) constat, quibus Benedictus re-

cti & aequi amantissimus; utque supremus regni dominus graviora ea mala enumeravit, illaque regia auctoritate tolli iussit. Manabant illa praecipue ex eo fonte, ut refert Pontifex (e), quod procerum clientes adversus ipsos testes esse detrectarent: In castris, inquit, & locis eorum maxime committunt vetita & inculant licenter, inde sumpta fiducia, quod per eorum subditos & vassallos contra eos non potest verum haberi testimonium: & sic accusationes & denuntiationes, quae fiunt in curia charissimae in Christo filii nostri Roberti Regis Siciliae illustris de excessibus ebrundem, vim non obtinent, nec debitum sortiuntur effectum. Ad coercendam igitur eam improbitatem Dei vicarius damnavit anathemate illos, qui publicos grassatores exciperent, ipsorumque loca interdicto subjecit; tum eos, qui ad repetendam armis ultionem coitionem facerent. Eo vindictae appetitu elati nonnulli proceres Campaniae foederati adversus Fundorum comitem in Neapolitanum regnum excurrerunt, dum regiae vires ad redigendam ad officium Trinacriam distractae erant, non sine Roberti Regis iactura, verum etiam contemptu ecclesiae, quae anathema aliasque graves poenas Roberti regnum infestantibus objecerat. Perfolutum porro Romanae ecclesiae octo millium unciarum auri censum syngrapha pontificia testatur (f).

Similiter insequenti die a Petro Rege Aragonum Sardiniae & Corsicae liberalitate sedis Apostolicae acceptarum nomine duo millia marcharum argenti sunt in pontificium fiscum illata (g). Accessisse vero

LX.

Funes corrupta exitu. (c) Jo. Vill. l. II. c. 107.

Justitia in Neapolitano regno male administrata. (d) To. 5. ep. fecr. 135.

(e) An. 6. ep. com. 24. Quorum vicio id acciderit.

Obortae turbae.

(f) To. 5. ep. fecr. 214. Petri Regis Arag. ad sedem Apost. accessus. (g) Ib. ep. 215.

(a) To. 6. ep. sec. 1. (b) Marian. l. 16. c. 6. Sur. l. 7. c. 28. (c) Apud Bosq. & MS. bibl. Vat. sig. n. 3765. in Ben. XII. Clientelaris spon- sio ab eo præstita.

LXI. Proceres Insubriae pontificis fiduciar- rii.

(d) Jo. Vill. l. II. c. 100.

(e) MS. bibl. Vall. sig. li. B. n. 12. pag. 206.

vero Petrum ad eandem sedem, ut eli- entis obsequia ex officii religione solemn- rito Pontifici addiceret, non modo pon- tificiæ literæ anno proximo ineunte exa- rata (a) ostendunt; sed etiam testantur historici (b), e quibus Benedicti vitæ author hæc affert (c): Ad dictum Pa- pam venit Avinionem Petrus Rex Arago- num, fecitque ei homagium, & præstitit juramentum fidelitatis in forma debita pro regno Sardinie, quod tenet in feudum ab ecclesia Romana, fuitque idem Rex bono- rifice receptus per dictum Papam licet die introitus sui in curia incendium magnum fuit in coquina, ubi parabantur cibaria pro prandio dictorum Papæ, Regis, & Cardi- naliū, prout est fieri consuetum: sed hoc non obstante omnia fuerunt bene disposita & parata sic & taliter, quod omnes remanse- runt bene contenti. Venit etiam cum di- cto Rege, qui satis juvenis erat, Jacobus Majoricarum, qui quasi dicti Regis pro- tunc regimen & gubernationem habebat, sal- tem quoad personam. De exorta inter hos Reges discordia, cum Petrus a Jacobo solemniter clientis officia exigeret, in rebus Hispaniæ dicemus: nunc institutum de Romanæ ecclesiæ fiduciaris principibus sermonem prosequamur.

Constituti sunt hoc anno in Italia plu- res magnates sedis Apostolicæ fiduciarii, qui e tyrannis in justos principes, accepta a Benedicto, utpote interregni tempore administratore imperii, quam antea sceler- e arripuerant autoritate, evasere. De Luchino post Azonis Vicecomitis Medio- lanensis mortem Mediolani principe me- minit Joannes Villanus (d) illumque decem aureorum millia in annos singulos Pontifici pendere pollicitum; sed de eo suo loco inferius: Mastinum similiter, non quinquaginta (error enim in authorem irrepsit) sed quinque, ut ex literis pon- tificiis constat millibus census annui pat- tis, plurium urbium principatum accepisse: qua occasione author in exclamatio- nes ineptas in Romanam ecclesiam pro- rumptit. Quid tandem diceret, si Angliæ, Hiberniæ, Aragoniæ, Sardinie, Corsicæ, Trinacriæ, Siciliae Reges, pluresque alios, de quibus Baronius nosque meminimus in annalibus, ut alios plures inferiores prin- cipes mittamus, Romani Pontificis clien- tes se professos audiret, atque honori & triumpho duxisse suos Illius, cui data est omnis potestas in celo & in terra, vicario principatus subjecisse? Quo vero ritu, quave consilii maturitate expetentibus I- talis gesta res sit, ex publicis documen- tis tum editis delibanda narratio visa est.

Constituti (e) sunt a Scaligeris procu- ratore Bonaventura e Ponte petræ, & Guillelmus e Pastrengo, ut a Benedicto Veronensem præfecturam depoccerent: Ad comparandum coram sanctissimo in Cbri-

sto patre & domino Benedicto, divina pro- videntia sacrosanctæ & universalis ecclesiæ summo Pontifici, & ad supplicandum eidem, quod ipsos dominos Albertum & Mastinum & utrumque eorum in solidum dignetur con- stituere vicarios ipsius domini summi Pon- tificis, & sanctæ Romanæ ecclesiæ usque ad tempus, de quo eidem summo Pontifici vi- detur expedire, vacante imperio, in civi- tatis Veronæ, Parmæ, & Vicentiæ, ac castris, villis, territoriis, districtibus, & comitatibus civitatum earundem ad regen- dum, gubernandum vice, jure, & nomi- ne dictæ Romanæ ecclesiæ, & præfati do- mini Romani Pontificis, vel alterius, qui erit Romanus Pontifex pro tempore, civi- tates, districtus, territoria, & comitatus, & alia castra & villas prædictas, & ha- bitatores laicos ipsorum, ac merum & mix- tum imperium, & jurisdictionem omnimo- dam temporalem, ac universa jura imper- rialia in omnibus & singulis civitatibus, castris, villis, territoriis, districtibus, & comitatibus eidem, & universos habitato- res laicos ipsorum exercendum & admini- strandum vice, jure, & nomine proxime dictis, & ad tempus prædictum, & va- cante imperio prædicto; & ad recipiendum a sanctissimo domino Benedicto Romano Pon- tifice hujusmodi vicariatium in civitatibus, castris, villis, districtibus, & comitatibus, & habitatoribus omnibus prædictis, ut hæc multa alia & plura constant publico in- strumento procuratoris, scripto sub signo & nomine mei Joannis Francie notarii infrascripti die jovis XXV. mensis februa- rii MCCCXXXIX. indictione VII.

Extracta est in plures mentes conferendæ Scaligeris, vacuo augustali folio, vicariæ præfecturæ tractatio, ac demum e publica re- visum est eos creari proreges: atrocissima enim bella Italica componenda, promo- vendam divinam gloriam, animasque ad adipiscendam felicem immortalitatem faci- lius perductum iri. Transmissum itaque est ad Scaligeros hoc decretum.

Benedictus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis nobilibus viris Alberto & Mastino de la scala fratribus, vicariis no- stris & S. R. E. in Veronensi, Parmensi, & Vicentina civitatibus, ac castris, vil- lis, territoriis, districtibus, & comitati- bus earundem salutem & apostolicam benedi- ctionem.

Attendentes gravia longe lateque dif- fusa, prob dolor! animarum pericula, quæ in nonnullis Italiæ, & maxime Lombardiæ & marchie Tervisinae provinciis absque rationis judicio dissensionum suscitatae ma- teriæ generarunt, & ex quibus strages cor- porum & dispendia facultatum, & alia non facile numeranda pericula provenerunt, sub spe illius, cui facile est res etiam despe- ratas sine moliminis tarditate perficere, ad id sollicitudinem nostram convertimus, ut

Scaligeri creati vi- carios caesares vacuo folio imper- riali a Pont. poscunt. Data procuratori- bus ea de re man- data.

LXII. Ob Italiæ quietem collata ea dignitas.

Promittunt Scaligeri jura iuste ad- ministrato- ros.

Caesarem nisi ab ec- clesia confir- matum non agni- turos.

sublatis hujusmodi dissensionibus per oppor- tuna provisã remedia salutaris & consulti regiminis, scandalorum succidere & prop- pulsare materias, plantare pacem, populis securitatem adjicere, ac in eis firmam sta- bilire quietem Deo propitio valeamus, ut ead- dem provinciæ, per bonum regimen securi- tate gaudentes, in pacis pulchritudine se- deant & in requie opulenta quiescant. Sane nos diligenter, &c. & infra, attento quod imperio Romano vacante, prout nunc va- cat, ejus regimen, dispositio, & jurisdic- tio ad solum Romanum Pontificem, cui in B. Petri Apostolorum principis celestis simul & terreni imperii jura Deus ipse commisit, pertinere noscuntur, & ea ipse præfati imperii vacatione durante per se vel alium seu alios exercet in imperio memora- to, &c. (Subjicit ut oratores Alberti & Mastini præfecturam Veronensem postula- rint ad justitiam administrandam, ac plu- ra promiserint ad populorum salutem & ecclesiæ decus, inter quæ hæc.)

Qui si quidem procuratores, principalis & substitutus, procuratorio nomine vestro nobis, in fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium præsentia solemniter pro- miserunt, quod vos & quilibet vestrum merum & mixtum imperium, jurisdictionem, jura, & vicariatium prædicta exerce- bitis & administrabitis, ac civitates, ca- stra, villas, districtus, & comitatus præ- dicta, ac cives, incolas, & habitatores i- psorum regeritis & gubernabitis vice, jure & nomine nostris, ac successorum nostrorum & ecclesiæ prædictorum, non tyrannice sed secundum jura communia & leges, ac con- suetudines rationabiles, & libertati eccle- siasticæ non repugnantibus, vigentes & ha- tentes observatas in civitatibus, castris, villis, districtibus, & comitatibus memo- ratis; & quod in exercitio, administratione, & universis proclamationibus, bannis, & actibus, propterea faciendis denominabitis vos vicarios Romani Pontificis & Romanæ ecclesiæ prælibatæ: & quod in omnibus, & singulis civitatibus, castris, villis, co- mitatibus & districtibus prædictis ecclesia- sticam conservabitis libertatem: & quod vos & quilibet vestrum communiter & divisim Ludovicum de Bavaria, qui se dicit Im- peratorem, & quemcumque alium, qui se nominaret Imperatorem vel Regem Roma- norum, vel se diceret in Imperatorem, vel in Regem Romanorum electum, qui per dictam Romanam ecclesiam approba- tus non esset, non recipietis in civita- tibus, castris, villis, comitatibus, & districtibus antedictis, vel aliis terris dittoni vestræ subiectis, vel in postero- rum subjiendis, nec ipsos in eis recipi per vestros subditos permittetis: quinimo pro posse vos opponetis, quod civitates, castra, villas, districtus, comitatus & ter- Am. Eccl. Tom. XXV.

ritoria, quæ nunc obtinetis, vel in postero- rum obtinebitis, aut aliquam seu aliquem, vel aliquod ipsorum non intrent vel occu- pent, ac etiam super his resistetis eidem: & quod de civitatibus, castris, villis, co- mitatibus, districtibus, & territoriis su- prædictis universos hæreticos ab ecclesia- denotatos, vel in posterum denotandos ex- pelletis & facietis expelli, & ipsius ec- clesiæ rebelles, in quantum potueritis im- pugnabitis & recipietis fideles ipsius, eos- que admittetis in eis, & benigne tracta- bitis, in civitatibus, castris, villis, co- mitatibus, & districtibus, ac territoriis supradictis, & maxime ad mandatum Romani Pontificis & Romanæ ecclesiæ prædi- ctorum, nisi in receptione & admissione & tractatu dictorum fidelium vobis ex causis evidentibus vel probabilibus conjecturis per- iculum immineret; quodque vos & quili- bet vestrum fideles eritis nobis & successo- ribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, & Romanæ ecclesiæ præli- batae, ac nostræ & successorum & Roma- næ ecclesiæ prædictorum, honores & jura conservabitis illibata, ac nostros & succes- sorum, & ecclesiæ prædictorum legatos, & nuncios, eundo, morando, & redeundo honorifice tractabitis, & adjuvabitis in necessitatibus eorumdem.

Et in signum superioritatis nostræ & e- jusdem Romanæ ecclesiæ, pro concessione vicariatus hujusmodi, cum omnibus juri- bus, fiscalibus, & imperialibus supradictis præfati procuratores vestri, habentes ad hoc a vobis speciale mandatum & plenari- am potestatem, procuratorio nomine vestro & cujuscumque vestrum in nostra & dictorum fratrum nostrorum præsentia & in publico consistorio, præsentem multitudinem copiosam, fidelium obtulerunt, dederunt, & constitu- erunt nobis & successoribus nostris Roma- nis Pontificibus canonice intrantibus, & eidem Rom. Ecclesiæ usque ad finem tem- poris, quo hujusmodi vicariatus officium vo- bis duxerimus concedendum; vel quousque præfata vacatio imperii durabit, si forte ante finem constitutionis & concessionis vi- cariatus hujusmodi cessaret vacatio memo- rata, pensionem quinque millium floren- rum auri puri justique ponderis & cuius Flo- rentini, ubicumque Romanus Pontifex fue- rit, eidem Romano Pontifici, qui erit pro tempore, & Romana ecclesiæ, vel ipsi ec- clesiæ ubi ipsa fuerit, sede vacante, reci- pienti pro futuro Pontifice, & pro portio- ne collegium ipsius ecclesiæ Cardinalium con- tingente, anno quolibet inchoando in primo futuro festo beatorum Apostolorum Pe- tri & Pauli, & ex tunc in antea annis sin- gulis in festo prædicto, hujusmodi vicari- atum durante, vestris & cujuscumque vestrum sumptibus & expensis, sub infrascriptis pœ- nis & sententiis, si in aliquo termino fue- rit in hujusmodi solutione cessatum, integra- liter

Fidem ad perle- quendos hæreticos devin- ciant.

Obsequia Pontifici- bus veris devovent.

LXIII.

Censum quinque millium aureorum spondent.

Et vestigal militare.

liter & sine diminutione aliqua persolvendam: & quod eidem Romana ecclesie, quando cumque pro parte ipsius fueritis requisiti, exhibebitis ducentos equitos, & trecentos pedites secundum morem patrie bene armatos, in Lombardia, marchia Anconitana, & provincia Romandiole, ac civitatibus Bononiensi & Ferrarienti, & districtibus eorundem, pro juribus & bonis dictae ecclesie defendendis, recuperandis, & conservandis, servituros eidem ecclesie, & in ejus servitiis moraturos pro tribus mensibus singulorum annorum, quibus durabit vicariatus praedictus, propriis sumptibus & expensis vestris & heredum vestrorum: & quod ultra istos tres menses liceat nobis & dictis successoribus, seu dictae ecclesiae praefatos equitos & pedites retinere, nostris tamen & dictorum successorum & ecclesiae sumptibus & expensis; vosque & quilibet vestrum facietis & curabitis cum effectu, quod ipsi equites & pedites, in servitio dictae ecclesiae remanebunt pro stipendio competenti.

LXIV.

Rursus dicti procuratores, nobis nostro & successorum & ecclesiae praedictorum nomine solemniter stipulantibus, praedicto procuratorio nomine promiserunt, quod si qua bona, possessiones, vel jura qualiacunque sint, & in quibuscunque consistant, locorum vel personarum ecclesiasticorum, per vos vel vestrum alterum, aut alios vestro nomine vel mandato, vel quoscumque alios sunt occupata vel detenta illicite, vel subtrahita in civitatibus, castris, villis, comitatibus, & districtibus ac territoriis supra praedictis, seu aliquo eorum, bona fide & integre restituetis, & restitui facietis libere, & cum effectu locis & personis eidem: & quod possessiones, bona, & jura ipsius ulterius non occupabitis vel subtrahetis, nec occupari, vel subtrahi permittetis, nec occupare, seu subtrahere volentibus consentietis, nec eis dabitur auxilium, consilium, vel favorem; dictaque personas ecclesiasticas in suis juribus & libertatibus defendetis, easque de facto, & quantum ad vos pertinuerit, etiam de jure juvando & permittendo ipsas frui libere & pacifice omnibus possessionibus, bonis, & juribus ac libertatibus eorundem, & a qualibet violentia & injuria, eis quomodolibet in ipsis possessionibus, bonis, & juribus, ac libertatibus, vel ipsorum personis, nec non fructibus, redditibus, & proventibus possessionum, honorum, & jurium eorundem inferenda, penitus studebitis abstinere; ac personas easdem, earumque familiares benigne & favorabiliter tractabitis, omnesque libertates & immunitates ipsis de jure concessas observabitis, & observari per alios facietis, eosque benigne tractari.

Servanda immunitate sacrorum.

LXV.

Insuper dicti procuratores vestri voluerunt & consenserunt expresse procuratorio nomine supra praedicto, quod propter hujusmodi

oblationem, & constitutionem dicta pensionis, & solutionem ipsius, & supra praedicti adjutorii ducentorum equitum & trecentorum peditem praestationem, vel aliquod aliud praemissorum, eadem Romana ecclesia non teneatur suis sumptibus vel expensis civitates, castra, villas, districtus & comitatus praedicta defendere, vel vobis eisque quodcumque aliud temporale adjutorium exhibere, nec in ipsa aliquod aliud jus transferre, nec se vobis in aliquo propterea obligare. Eadem tamen Romana ecclesia pro defensione vicariatus hujusmodi, ac bonorum & jurium praedictorum, ubi per vos vel vestrum aliquem fuerit requisita, si & quando, & prout sibi decere & expedire videbitur, spirituale auxilium, censuram videlicet ecclesiasticam, vobis de solita sua benignitatis gratia exhibebit; vosque nihilominus & quilibet vestrum remaneatis, ac civitates, castra, villa, territoria, districtus, & comitatus praedicta, & habitatores ipsorum remaneant & consistant, hujusmodi vicariatu durante, sub protectione ejusdem Romanae ecclesiae specialiter.

Idemque procuratores, nobis nomine nostro & successorum nostrorum solemniter stipulantibus, promiserunt procuratorio nomine supra praedicto, se facturos & curaturos cum effectu, quod omnia & singula supra praedicta per eos promissa vos & quilibet vestrum rata & grata habebitis perpetuo, & tenebitis, & adimplebitis; & quod contra ea, vel ipsorum aliquod, durante vicariatu praedicto, non facietis vel venietis aliqua ratione, occasione, colore, vel causa; ipsaque omnia & singula supra & infra scripta infra festum natiuitatis Domini proxime futurum, in praesentia nuntii seu nuntiorum nostrorum, quem vel quos ad haec deputaverimus, & ad civitatem Veronensem, vel aliquam aliam de praedictis duxerimus destinationis publicae ad haec specialiter adhibendi, affirmabitis, confirmabitis, ratificabitis, & emologabitis specificis & expresse vosque solemniter promittetis per vos & quemlibet vestrum, corporaliter praestito juramento, quod omnia & singula praemissa, secundum quod per dictos procuratores promissa, oblata, & constituta sunt, efficaciter observare studebitis & complere sub poena mille marcarum argenti, Romanae ecclesiae & ejus cameram toties committenda & solvenda, quoties contra praemissa vel aliquod praemissorum veneritis vel etiam facietis, ratis & firmis nihilominus manentibus omnibus & singulis supra praedictis; confecto exinde per tabellionem eundem publico instrumento, nobis & eidem Romanae ecclesiae, infra dictum terminum post affirmationem, confirmationem, ratificationem, emologationem, & juramenti praestationem hujusmodi fideliter transmittendo, realiter assignando; durante tamen vicariatu praedicto, quem vicariatum

Acceptus in clientelam Apost. Scalligero-rum principatus.

De nuntiis apostolicis excipientis honorifice.

Objecta, si fidem violant, poena.

Definitum praefectura tempus ad Imperatoris creationem.

LXVI.

Denique praedictis omnibus, per dictos procuratores nomine procuratorio supra praedicto, in praesentia nostra, & dictorum fratrum nostrorum peractis solemniter & perfectis, nos hujusmodi vestrae devotionis, & laudabilis considerationis propositum in Domino commendantes, ac promissa, oblata, constituta, gesta, & habitata per procuratores eosdem pro parte vestra nomine procuratorio praebitate acceptantes expresse; securitati quoque, tranquillitati, paci, & quieti vestrae, nec non civitatum, castrorum, villarum, districtuum, territoriorum, & comitatuum praedictorum, eorumque salubri regimini providere, ac praefatis obviare, periculis & dispendiis cupientes, dictorum procuratorum nobis pro parte vestra portectis supplicationibus inclinati, vos & quemlibet vestrum in solidum, & heredes vestros ex vobis legitime descendentes, usque ad decem annos a data praesentium computandos, & ultra quamdiu nobis & successoribus nostris placuerit, dicta tamen imperii vacatione durante; si tamen in tenendo &

exercendo vicariatum hujusmodi ultra dictum tempus decem annorum vestra vel heredum vestrorum voluntas accesserit praedictorum, constituimus auctoritate apostolica vicarios nostros, nomine nostro & successorum nostrorum, & ecclesiae Romanae praedictorum, in civitatibus, castris, villis, comitatibus, districtibus, & territoriis supra praedictis, castro burgi sancti Domini Parmensis diocesis cum ejus territorio & districtu excepto (quod in constitutione & concessione vicariatus hujusmodi volumus non includi) ad gerendum in eis pro nobis, ac nostro & successorum nostrorum Romanorum Pontificum & Romanae ecclesiae praedictorum nomine vicariatus officium, &c. Praescripta est etiam sacramenti forma a Scaligeris nuncupanda iisdem concepta verbis, quibus ecclesiae clientes devinciri solent, ex qua etiam in verba pontificia jurare iussit. Pergit Pontifex: Hujusmodi autem homagium vos & quilibet vestrum & dicti heredes facere, & juramentum fidelitatis praestare secundum praescriptam formam nobis infra dictum festum natiuitatis Domini, & cuilibet successori nostro Romano Pontifici infra sex menses a tempore promotionis suae, si in Italia fuerit, si vero cum extra Italiam esse contigerit, infra annum teneamini; & singulis eidem successoribus & eidem Romanae ecclesiae renovabitis tam ipsum homagium, quam hujusmodi juramentum, durante tamen praefectura praedicta. In optatione autem & beneplacito erit Romanae ecclesiae vos & heredes vestros vocare ad praestandum personaliter juramentum fidelitatis hujusmodi, & ligum homagium faciendum Romano Pontifici & eidem ecclesiae, &c. Dat. Avinionae kal. septembris pontificatus nostri anno v.

NOTE [1] Bernardus Aquilejensis patriarcha, cui a Pontifice injunctum ut in reos necis episcopi Veronensis inquireret, hoc ipso anno constitutiones suas edidit, quas ex praecedentibus Aquilejensi Concilio collectas in Synodo anni hujus, habita die XXV. Aprilis, assidentibus Episcopis IX. vulgavit. Recitantur illae in collectione conciliorum Veneto Labbeanae, to. XV. col. 533. & canones XXX. complectuntur. Quarta, & quinta constitutio desumptae sunt totidem verbis ex concilio provinciali Aquilejensi sub Raymundo patriarcha, quod habitum fuisse anno 1282. (non vero anno 1281. ut sphalmate typographico ibidem legitur, cum Montfauconius ex quo haec desumpta sunt, annum 1282. habeat) anonymus adnotator Concilii, de quo hic agimus, admonet. Porro geminas istae constitutiones, in quibus poena in sacrosacerdotum interfectorum, tum & iniquos honorum Ecclesiasticorum inavos decernuntur, innovandae tunc fuerant, cum Bernardus commissum sibi a Pontifice haberet ut de interfectoribus Episcopi Veronensis inquireret. Reliquae constitutiones nihil habent novi, quod nostra aliqua animadversione indigeat. MANSI.

De praefectura clientelari sponcione.

LXVII. Scaligeri illata Bartholomaeo episcopo Veronensi necis rei.

Bartholomaeo episcopo Veronensi necis rei.

fuere, ut tunica & supertunicali tantum induti, tenentes manibus cereas faces, centumque alias præferri iubentes, a Veronensis urbis porta ad principem ecclesiam progredierentur, veniam illate episcopo cædis a canonicorum collegio deprecaturi: facella aliquot conderent, ut in iis res divina fieret: imperata etiam donaria in eadem ecclesia collocanda: nec non jejunia & elemosynæ erogandæ in pauperes. Quæ singula in literis ad episcopum Mantuanum, cui inunctum est munus, ut eos ritu ecclesiastico expiaret, datis (a) expressa sunt.

(a) An. 5. ep. cur. 29.

Benedictus, &c. venerabili fratri e. piscopto Mantuano.

Licet atrocissima sit illorum injuria, qui manus sacrilegas in necem spiritualium patrum extendunt, & indignè auxilium ecclesie invocent, qui eam tam acerbiter in sublimibus ejus columnis atque sponis offendunt; quia tamen ipsa, quod matris est exhibens, non consuevit redeuntibus claudere gremium, sic recipit poenitentes, quod delinquentes poena castiget, cum sint culpæ, quarum gravitate pensata crudeliter parcitur, & misericorditer deservitur. Sane nobiles viri Mastinus natus quondam Albuini de la scala, & Albuinus natus quondam Canis grandis de la scala cives Veronenses per dilectum filium Guillelmum de Pasfrenco nuncium & procuratorem eorum, ad infra scripta specialiter constitutum, ac per eos ad hoc ad nostram præsentiam destinatum, nobis humiliter exponere curaverunt, quod dudum ad audientiam, immo sicut asseritur, notitiam eorum deducto, quod bona memorie Bartholomæus de la scala episcopus Veronensis tractabat cum Venetis & Florentinis, tunc ejusdem Mastini capitalibus inimicis, civitatem Veronensem de manibus præfati Mastini violenter eripere, ipsumque proditorie interficere; eodemque Mastino de his certificato tam per literas super hujusmodi tractatu habitas & inventas, quam per relationem fide dignarum personarum; nec non per jactationem & collationem verbalem, quam idem episcopus cum multis civibus Veronensibus & etiam forensibus, de quibus credebat posse confidere, faciebat, eos ad similis machinationis operam & consensum omnibus, quibus poterat, persuasionibus inducendo; idem Mastinus, timens propter dictorum inimicorum potentiam per tractatus & persuasiones hujusmodi perdere statum suum, ac ex his ad iram commotus, ejusque calore succensus; ipse & Albuinus præfatus in personam dicti episcopi fecerunt insulsum, ipsumque multis sibi illatis vulneribus occiderunt: de quo sequitur reatu plurimum poenitentes, per eundem procuratorem præmissa nobis devote & humiliter exponentes, & quod ad præsentiam nostram propter multorum inimicorum suorum insidias, quas probabiliter formidabant, ab-

Allata ab his executio de nece ab episcopo sibi parata.

que personarum periculo se conferre personaliter non valebant, nobis humiliter supplicarunt, ut eos de hujusmodi reatu plurimum, ut præfertur, dolentes pariter & contritos, ac ad gremium sanctæ matris ecclesie redire cupientes, ac super iis stare paratos mandatis ejusdem ecclesie atque nostris ab excommunicationis sententia, quam propterea incurrerunt, absolvi de ipsius ecclesie misericordia mandarem.

Petita demissa a Pont. vicia.

Nos igitur eorundem Mastini & Albuini magna contritionis indicia nobis pro parte ipsorum exposita attendentes, ac de tuæ circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus ab eisdem Mastino & Albuino de parendo mandatis nostris & ejusdem ecclesie prius recepto corporaliter juramento, ipsos auctoritate nostra ab hujusmodi excommunicationis sententia juxta ecclesie formam absolvas; injungens eis sub debito præfati juramenti, quod infra octo dies post absolutioem hujusmodi ab introitu ejusdem civitatis Veronensis, cujus episcopum occiderunt, pediter in tunica sine capitulo & supertunicali ac alio quolibet cooperimento, capitibus discooperitis, incedant & vadant; ac ante se portari faciant centum cerea tortitia accensa, quodlibet ponderis sex librarum, & eorum quilibet unum accensum ceruum dicti ponderis propria manu portet ad ejusdem civitatis ecclesiam cathedralem; & ibi in aliquo die dominico vel solemniori hora, qua missa major cantatur, & in dicta ecclesia major fuerit populi multitudo, offerant dicta tortitia cerea, & a canonicis dictæ ecclesie veniam dicti delicti cum humilitate deprecant. Et deinde infra medium annum, a die absolutiois hujusmodi computandum, unam magnam argenteam B. Mariæ ponderis triginta marcharum, & decem lampades de argento, quolibet ponderis trium marcharum, in dicta ecclesia offerant inibi perpetuo remansuras, ac redditus annuos perpetuos assignent pro oleo habendo ad dictas lampadas necessario, & nihilominus infra dictum annum in ipsa ecclesia sex cappellanas dotent, quolibet de viginti florentis auri de Florentia annui & perpetui redditus pro sex presbyteris qui in dicta ecclesia ultra illos, qui esse consueverunt ibidem, officiare perpetuo teneantur: quorum duo pro anima ejusdem episcopi interempti, unusquisque videlicet per hebdomadam suam debeat celebrare.

LXVIII.

Admissi ad crimen sacra poenitentia expiandum.

Offerri poenitentia ritu iusti cerei.

Argentæ icon Virginis offerenda.

Appendendæ lampades.

Imperati sacerdotales census.

Elemosynæ & jejunia imperata.

In die vero, qua dictus episcopus extitit interfectus, quilibet eorundem Mastini & Albuini singulis annis habeat reficere viginti quatuor pauperes, & singulis singulas tunicas conferre, ac toto tempore vite sue jejunent sextas ferias & vigiliis festivitatum B. Mariæ, nisi infirmitate vel senectute fuerint impediti: & tunc pro illa die, qua propter causas prædictas non po-

sc.

terunt jejunare, duos pauperes reficere, teneantur. Et cum fiet passagium generale, idem Mastinus & Albuinus, si vivunt, viginti homines in equis armatos in terra sancta subsidium mittere teneantur, ibidem per annum unum propriis expensis mittendum moraturos: si vero tunc rebus non superessent humanis, ordinare dum vixerint sint astrecti, quod id per successores eorum debeat adimpleri. Aliam vero poenitentiam publicam, quam dicti Mastinus & Albuinus ob prædictum reatum facere tenebantur, & poenâ alias, quas per sacros canones ipsi ipsorumque liberi seu posteritatis circa amissionem feudorum & aliorum jurisdictionum & jurium, vel alias ob prædictum facinus incurrerunt de jure, eisdem de magna ipsius sedis misericordia, superexultante iudicium, auctoritate apostolica tenore præsentium duximus remittendas, eos plene restituunt ad famam de apostolica plenitudine potestatis, &c. Dat. Avin. x. kal. octobris anno v. Affecti his beneficiis Scaligeri contulere dono Romanæ ecclesie Magnanum & Caprariam oppida Veronensis agri: quæ Pontifex isdem Scaligeris jure fiduciario possidenda tradidit, imperato unius marchæ auri vectigali annuo, recurrente principum Apostolorum festo die pendendo. Qua de re extant publica documenta (a); in quibus etiam formula clientelaris sponsionis nuncupanda suis verbis concepta traditur, quæ a nobis prætermittitur, cum alias allata fuerit.

Data Romana ecclesie a Scaligeris oppida.

(a) An. 5. ep. cur. 21.

lib. priv. Rom. eccl. 10. 2. p. 240.

MS. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12.

pag. 199. 207. 209.

(b) To. 5. ep. fecer. 216.

Coginenses in eccl. ditionem accepti.

(c) To. 5. ep. fecer. 217.

(d) Ib. ep. fecer. 219.

230.

LXIX.

(e) Ib. ep. fecer. 48.

50. 52. 56. 60. 223.

218. 320. 323. ad. 337.

Reperitur a tyrannicis urbes ecclesiasticæ.

(f) Ib. ep. 278.

(g) Ep. 286.

(h) Ep. 285.

(i) Ep. 280.

(k) Super ep. 287.

Ad tutandam vero contra tyrannos ditionem ecclesiasticam, idoneos provincis præfectos imposuit Benedictus (e), Joannemque de Amelio auctoritate (f) instruxit, ut objecta censurarum religione ac poenarum, quæ in edictis Joannis XXII. continebantur, terrore intentato, omnes qui jura ecclesie occupassent, ad ea restituenda adigeret: in quos etiam Rambaldum episcopum Imolensem (g) Romanolæ præsidem, tum Picensium (h) animadvertente jussit. Perduellium principes erant Franciscus Ordelaffus (i), nonnullique Malatestarum (k) Ariminensium stirpe fati, qui cædibus & rapinis provinciam fœdabant, ipsique accesserat Eu-

stachius (l) Polentanus Ravennas: iique Meldulam (m), arces (n) S. Cassiani & Elinez invadere moliebantur. Ad quos reprimendos Pontifex Florentinos (o), ut ecclesie opera non deessent, exaratis viii. kal. junias, nonis augusti, & x. kal. septembris literis, rogavit; neve in pacis tractatu ab eis suscepto deludi, atque ecclesie jura interire parerentur. Conciliata (p) paulo post Florentinorum opera, mense septembri in Æmilia pax inter Forolivienses, Cæsenates, Malateſtas Ariminenses, & Polentanum Ravennatem fœderatos, quos ecclesie hostes fuisse ex literis pontificis vidimus, adversarumque partium socios Faventinos, Imolenses, Guidos comites, & alios, qui nimirum cum ecclesia sentiebant. Agitavit quoque Pontifex (q) cum Francisco episcopo Florentino, ut Mercenarium in Piceno tyrannum, qui Firmum nonnullasque urbes & arces invaserat, certis legibus in gratiam restitueret: sed tyrannus, cum benevolentiam pontificiam perneret, sequenti anno ineunte, ut refert Jo. Villanus, (r) similiterque Accorimbonus Tolentinas alique tyranni cæsi sunt a populis tyrannidis impatientibus. Laxatis etiam furori habenis, improbi in nonnullis aliis provinciis, præcipueque in Campania grassati (s), quibus reprimendis data opera: in Urbe vero cum factionibus contrariis diu certatum fuisset, pax est felicissime revocata.

(l) Ep. 256.

(m) Ep. 189.

(n) Ep. 280.

(o) Ep. 189. 256.

(p) Jo. Vill. l. II. c. 102.

Nonnulli ex his in gratiam admitti.

(q) To. 5. ep. fecer. 172.

(r) Jo. Vill. l. II. c. 106.

(s) Lib. 5. ep. fecer. 65. 69.

Restituta urbi pax.

(t) Jo. Vill. l. II. c. 103.

(u) Eod. lib. c. 101. Folior. hij. Jan. l. 7.

LXX.

Exortu in Liguria motus.

(v) Eod. lib. c. 101.

Folior. hij. Jan. l. 7.

Nonnulli favent barbaris.

Tumultuatum (t) est in Pedemontio, atque Asta Roberto Regi Siciliæ a marchione Montisferrati crepta exiguo labore, cum ob non soluta stipendia prædiorum milites arma & equos oppignerassent non sine regii nominis labe & macula.

In Liguria etiam novi seditionum motus a populo ex falsis rumoribus acceptæ a nobilibus, qui a Francorum Rege conducti in Anglum fuerant, ignominie dolore furenti concitati (u): mutataque reipublicæ Genuensis forma, dux creatus est vir popularis Simeon Buccanigra, Spinularum & Auriarum familiarum arces ipsis ereptæ, ac denique, ut novus principatus cruore sanciretur, sequenti anno duo e Spinularum familia proceres alique conjurati in novum ducem obruncati. Illum vero ut recti æquique amantem laudant historici: ac sane necessarium erat, ut strenui alicujus viri prudentia revocaretur inter Genuenses æquitas, cum nonnulli adeo opum cupiditate deflecterent a justitiæ tramite, ut in mediterraneo mari ad Turcarum gratiam invaderent pontificis & Venetæ naves, uti dictum est superius, & in oceano Saracenis Africanis & Granatensibus contra orthodoxos Hispanos magno Christiani nominis opprobrium locarent: quamobrem ipsos Bene-

(a) To. 5. ep. fecr. 259. Incepit a Pont.

nedictus subjectis literis increpuit (a). Benedictus, &c. dilectis filiis communi civitatis Januensibus.

Multorum assertio, horrore non vacua, his diebus perduxit ad nostri apostolatus auditum, quod nonnulli Januenses concives seu districtuales vestri laborare damnabiliter contra sue professionem fidei non verentes, illi profano hosti & adversario Dei & fidei Christiana Regi Garporum, & suo execrando exercitui Saracenicæ nationis [qui ad invasionem & occupationem terrarum...]

Solicitati ut Castellano se conjungant.

LXXI. Inter Castell. & Arag. fecr. in Mauros. (b) Surit. l. 7. c. 46.

(c) Joan. Vill. l. 11. c. 98.

(d) To. 5. ep. fecr. 116. 117. Lusitani & Castell. di cordia rei Christiane in-faulta.

wadendi presumpta fiducia niterentur, sicut adhuc nituntur, ut asseritur, eadem regna & fideles eorum offendere periculosus. Desudabat in iis conciliandis Bernardus Cardinalis apostolicus internuntius, sed obstabat adultera Gufmania, quæ Castellani ad Mariam Reginam Lusitani filiam male habendam impulerat, quamque Pontifex gravissimis literis (e) ejici jusserat, quas etiam divulgari a Cardinale voluit, ut omnibus piis constaret, scelus horrore esse. Cedere visus est Castellanus apostolicis monitis, posterioribus enim literis ad pacem cum focero jungendam paratum se offerenti, seque in Saracenos bello accingenti Pontifex est gratulatus. (f)

(e) Ib. ep. fecr. 118. Pellex regia pelli iusta a Pont. Paret Cas stellæ Rex. (f) Ib. ep. fecr. 259.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ illustri. Nos, qui licet insufficientibus meritis, illius vices in terris gerimus qui cogitationes pacis, & non afflictionis se cogitare restatur, reformationem pacis prædictæ, velut utrique vestrum totique Christianitati non parum accommodam, desiderii ferventibus affectamus; de tua circumspicientis mansuetudine, laudabilique in hac parte proposito, exultationis & lætitiæ rore perfusi, prudentiam & benevolentiam regiam super his cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino commendamus; regalem rogantes magnificentiam attentius & hortantes, quatenus in eodem proposito illud usque ad pacis votivum effectum, quantum cum honestate decentiaque tua fieri poterit, præsequendo persequas; exinde quidem te Deo acceptiorem efficias, & diffundes per orbem diffusius celebrem famam tuam. Nos autem desinendos ad præsentiam nostram pro negotio hujusmodi nuncios regios benigne recipere, favorabiliter & patienter audire intendimus, & circa reformationem prædictæ pacis & concordie viis & modis, quibus utilius & decentius poterimus, laborare.

LXXII. Gratulatur ipsi Pont.

Cæterum adjecit, nobis referendo deletabiliter Cardinalis prædictus, quod tu, fili amantissime, inclite memoria progenitorum tuorum, qui zelo accensi fidei orthodoxæ pro ea defendenda & dilatanda, spreto personarum periculo & expensarum profuvis, sicut eorum gesta testantur magnifica, & rei evidentia notoriat, infudarunt strenue, vestigia cupiens imitari, adversus Agarenos eosdem pro defensione ipsius fidei, & tuorum cum tuo potenti exercitui regio te potenter & viriliter accinxisti. Nos autem his lætante auditis, ei, qui tibi propositum inspiravit hujusmodi, laborum vitulum in humilitate spiritus exolventes, regalem magnificentiam exhibeamur in Domino & rogamus, ut de divina virtutis potestate confusus, ac spiritu fortitudinis & robore magnanimitatis accinctus, inchoatum Dei negotium hujusmodi

Author est urgens di belli id Mauros.

di sic constanti & intrepide prosequar, quod exinde apud Deum percens mercedem præmii, & apud homines condignis præconiorum attollit titulis merearis. Dat. Avin. v. id. augusti anno v. Cæterum convenerat (a) Castellani focer Alfonso Lusitanæ Rex suos ad aulam pontificiam, pro stabilienda concordia oratores missurum; utque regnum adversus impiorum excursions tutaretur se comparavit.

(a) Ib. ep. 260.

LXXIII. Studebat etiam Benedictus ob imminens barbaricum bellum alios Hispaniæ Reges conciliare arctiori fœdere, neque enim Belmarini Regis filius unius urbis, sed Hispaniarum Regem se vocabat, quas Mauros dira eluvie inundare parabat. Gliscibat vero inter Petrum Aragonum & Jacobum Balearium Reges discordia, ad quos ad fœdus adducendos incubuit, Aragonium quidem, ne asperius sua jura a Jacobo Baleari exigeret, utque controversiam communionem amicorum arbitrio committeret admonuit, (b) ne si res erumperet in bellum, ingentia inde discrimina emergerent.

Diffensio inter Arag. & Balearum.

(b) Ib. ep. 109.

Aragoni-us ad concordiam sollicitatus.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Aragonum illustri. Tam literali quam verbali relatione displicibili admodum & infesta percepimus, quod hostis antiquus humani generis, amulter charitatis & pacis, ibi sue virus nequitie diffundere satagens, ubi se amplius existimat obfuturum, inter te, charissime, filii, & charissimum in Christo filium nostrum Jacobum Regem Majoricarum illustrem propinquis tibi, sicut nostri, nexibus sanguinis & affinitatis conjunctum, periculose nuntis dissidia nititur suscitare; sicque vos invicem periculosius commovere, ut prætextu illorum, quæ per te, fili dilectissime, petuntur ab eodem Rege pro regno & terris suis, Rege ipso dicente, ut asseritur, se credere modo, quo petuntur, ad ea non teneri; ad guerrarum Deo displicibiles, & utriusque vestrum periculosissimas fremitus & congressus bellicos prorumpatis hinc inde.

Deterri-tus ab in-ferendo bello.

Nos igitur, qui te præfatumque Regem, & domos vestras regias paternæ dilectionis affectu prosequimur, & gerimus in visceribus charitatis, innumera dispendiosa, discrimina, quæ commotiones hujusmodi, si quod absit, procederent, secum trahunt (præsertim his temporibus, quibus ille hostis profanus, & crudelis adversarius orthodoxæ fidei, Manrochitanus Rex scilicet, ad Christianorum exterminium ac invasiones, offensiones, & occupationes terrarum tuarum & ipsius Regis Majoricarum, ut habet rumor vulgaris, aspirans, multos ad hoc apparatus facere dicitur) attendentes diligentius, & eis obviari salubriter cupientes, regiam rogamus excellentiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus ea, quæ præmissimus; nec non quam Ann. Eccl. Tom. XXI.

graviter Deum offenderes, quantamque maculam in tui nominis gloria poneres, si Regem eundem Majoricarum sic, ut præmittitur, tibi conjunctum, cujus progenitores & prædecessores de tua domo Aragonum inclita descendunt, offenderes per invasiones hostiles, quantaque gaudii & exultationis materia exinde præfato Regi Manrochitano & Saracenis aliis suis valitoribus & complicitibus præfaretur; & insuper quanta expensarum & sumptuum proflavia bellicus unius Regis adversus alium apparatus exposcit, quodque belli eventus existere dubius noscitur & incertus, in examen rectæ considerationis adducens; & advertens nihilominus diligenter, quod nondum inter te ac charissimum in Christo filium nostrum... Regem Castellæ illustrem, qui favore Regi præfato Majoricarum dicitur, nondum concordia plenarie solidata, ut fertur, majus posset ex præmissis dispendiosum scandalum suboriri; & deum hæc alia multa, quæ tibi circa præmissis possunt occurrere, ponens & statuens prudenter & provido ante oculos mentis tuæ, propositum tuum, si forsitan circa guerram faciendam contra Regem Majoricarum prædictum conceperis, omnino velit tua serenitas deserere, & in melius commutare: ut videlicet per communes amicos, viros utique fideles & expertos in talibus, qui litigia & jurgia odiant, pacem zelantur & concordiam, ac tuum & memorati Regis Majoricarum statum affectent pacificum, ac honorem & commodum diligant, hinc inde communiter eligendos, exorva diffensionis hujusmodi materia per viam pacis & tractatus amicabilis sopiatur, &c. Dat. Avin. xi. kal. aprilis anno v.

Proposita ex eo graviora incommoda.

LXXIV. (c) Eod. to. 5. ep. fecr. 95.

Dileptatum de supremo Balearium imperio.

(d) Ib. ep. 96. (e) Super ep. 95.

Agebatur (c) in ea controversia, an Baleares insulæ & aliæ terræ, quas Jacobus obtinebat, Aragoniæ coronæ jure fiduciario addicere essent: contendeat Petrus Rex esse, ac majorum jura affectabat; at Jacobus vi & injuria ab Aragoniis rom usurpatam querebatur. Urgentem autem Petro, ac diem Jacobo, ut clientis officia præstaret, indicente, Pontifex conciliandæ controversiæ cupidus Aragonium exoravit, ut ipsam extraheret, cum Jacobus gravissimis occupationibus esset implicatus. Cessit Petrus Rex sedis Apostolicæ precibus, ea tamen lege, ut Jacobus, excurrente ante vel post dominicum pascha decem dierum spatio, literis polliceretur, se lapsuro ad S. Joannis natalitia tempore liberalitate Regis Aragonum regnum ac principatus accepisse præfens agnosceret. Qua de re Petro Benedictus gratias egit (d), atque interim urgere non desistit Regem Balearium, cui hæc omnia significavit (e), ut fidem Petro Regi devinceret: jam enim ante ipsum Jacobum & Alfonso Regum fiduciarium Regem se professum esse: patrum itidem

Monitus Balearis de praesanda Aragonio clientis sponcione.

Sanctum & Jacobum avum Balearium Reges regnum Regibus Aragonum acceptum retulisse: agnosceret vetera pacta, ac diffensionis causam omnem aboleret.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Jacobo Regi Majoricarum illustri.

Circumspectionem hortamur regiam, paterno eidem nihilominus consilio suadentes, quatenus consideranter attendens, quantum expediat, ut inter te, ac Regem praefatum observetur unitas in vinculo charitatis & pacis, quantaque dispendiosa discrimina secum ferret diffensio, si procurante pacis emulo, invicem suscitaretur, quod absit; & nihilominus in recte iudicium rationis deducens conventiones & pacta praedicta, juxta quae in clivis memoriae Jacobus avus, & Sanctius patruus tui Reges Majoricarum Regibus Aragonum, ut asseritur, praestiterant; & tu, fili, primo sub potestate tui tutoris existens, cum ejus auctoritate recolenda memoriae Jacobo & successore per te Alfonso Regibus Aragonum avo & genitorum, ac immediatis praedecessoribus dicti Petri Regis Aragonum, qui nunc est, cum innovatione conventionum & pactorum hujusmodi dixeris praestitisse, sicut haec tua prudentia melius & prudentius nosse debet; te sic consulte, ac mature gerere studeas in hac parte, quod semilla diffensionis, quae nobis esset proculdubio displicibilis admodum & infesta, ob culpam vel defectum tuum, nullatenus valeat suboriri. Et ecce, fili dilectissime, quod pro majori tua informatione tibi literas, quas nobis misit supradictus Rex Aragonum inclusas praesentibus destinamus. Dat. Avinion. viii. id. martii anno v.

Proposita majorum exempla.

LXXV. (a) Ib. ep. 110. Impendens ab Afris discrimen.

Urgere iterum iterumque perrexit (a) eundem Regem Benedictus ad concordiam; imminere ex Africa Regem Marrochitanum, qui diffensionem utrumque opprimeret; timendum esse ne obnoxii populi ab ipso ad Aragonum deficerent, neque opes tanto suscipiendo bello pares esse; regiam dignitatem ab Aragonia, stirpe accepisse, rationique consentaneum ut illi acceptam referret.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Jacobo Regi Majoricarum illustri.

Licet ad eum (Petrum nimirum Regem Aragonum) retrahendum a proposito guerra hujusmodi, si illud forsitan concepisset, & ad viam tractatus pacis amicabilem promptius inclinandum, multa eidem pericula, sicut in eadem cedula videre plenus poteris, ostendamus; tibi tamen, fili dilectissime, illa eadem & longe majora exinde pericula, praesertim his temporibus, quibus ille profanus hostis fidei Christianae... Marrochitanus Rex ad tuorum & ipsius Regis Aragonum terrarum invasiones & occupationes, ut rumor fert vulgaris aspirat, imminere noscuntur. Creditimus itaque, te

Balearis ad pacem sollicitus.

tuarum facultatum nequaquam esse ignarum; debere perpendere sumptus expensarum innumerabiles, quos exposcit proculdubio talis guerra, cujus finis omnino est dubius & incertus, & si dicta ad hoc sufficerent facultates. Nec minus tibi attendenda est potentia dicti Regis, & advertendum diligentius, si praedictis tuis facultatibus ad id suppetentibus in tali turbatione subditus adversus Regem ipsam reperirentur in assidua tua & fidelitate constantes, cum de contrario sit timendum.

Rursus estimamus esse intra tua praecordia profundius revolvendum ea quae circa illam materiam, de qua praefatus Rex agit, tam per te, quam per tuos progenitores & praedecessores facta sunt temporibus retroactis; & nihilominus quod, cum domus tua regalis a domo Aragonum descendit, & inde praemunia fuerit dignitate regali, deferre super his, quae deinceps, teneris eidem, &c. Datum Avin. xi. Kalendas Aprilis anno quinto. Praeruit demum pontificiis monitis Jacobus; clientelarem enim sponcionem hoc anno Petro Regi exhibuit (b) solemniter, quam summo rigore servari Aragonius voluit in sacello regio, cum Jacobus postulasset ne in aula publica obsequia debita praestaret. Contemptum vero se arbitratus a Petro Balearis, postea a promissa fide resiliit.

Conciliatis igitur Hispaniarum Regibus Africanos & Granatenses conrudere facilius fuit; triginta triremes, quas Aragonum & Castellae Reges intrudere pactos vidimus ad freti Gaditani fauces obsidendas, cum pluribus majoris alyei ac minoris navibus percurrere ea maria; sed tardius, Garpi enim barbari ex Africa fretum maximo numero traiecerant. Notat porro Jo. Villanus (c) omnes Saracenos ab Africa ad extremam Arabiam communibus armis & sumptibus bellum proruendo Granatensi regno & instauranda in Hispaniis superstitione gerere solitos, ut Christiani pro restituenda Christiana religione Syria proficisci ex universis occidentis regnis consueverant; deploratque tandem illud magno Christianorum, a quibus cinctum erat, dedecore sterisse. Tum carpit Pontificem, quem bella alere queritur: at qua ratione, e superioribus hominis calumniis detegitur. Sed his missis ad partem a Christianis de barbaris nobilissimam victoriam properet oratio. Promota erant Lindam Christiana castra (d) cingique obsidione, urbs coeperat, cum barbari magna multitudine ad ferendam abfessis opem procurare. Superior numero erat hostis, doloque vincendus fuit. Comparata itaque sunt certo loco insidiae, & Christianus exercitus, cum fugam simulasset, barbarum dissolutis ordinibus insequentem, conversa fronte, adortus est

Expositum subditos facit ab eo defectu.

Balearis Aragonio fidei ad dicit.

(b) Sur. l. 7. c. 47.

LXXVI.

Garporum in Hisp. expeditio.

(c) Jo. Vill. l. 11. c. 98.

Saraceni pro tucendis Granatensibus foederati.

(d) Jo. Vill. cod. cap. Marian. l. 16. c. 6. Sur. l. 7. c. 50.

Parta de his victoria.

est; erumpentibusque aliis ex insidiis innumera multitudo est profligata, viginti millia infidelium caesa captave, in illaque Regis Mauritanii sive Belmarini filius, qui Regis Hispaniarum nomen invaserat, ac duo Saraceni alterius Regis filii trucidati. Praecipuus tantae victoriae auctor fuit Gundisalvus ordinis Alcantarae magister, qui mox tanto triumpho plures gloriae invidos sibi peperit. Periclitantem autem in judicio Pontifex apud Alfonso Regem defendit, instititque (a) ineunte sequenti anno, ne Gundisalvum optime de ipso meritum, relatae victoriae fama insignem exagitaret.

(a) Tom. 5. ep. sec. 434.

Benedictus, &c. Alfonso Regi Castellae illustri.

Sane relatu fide dignorum percepimus bis diebus, quod dudum dilectus filius Gundisalvus Martini magister domus militiae de Alcantara de mandato & beneplacito regio ad exercitum frontaria contra Saracenos perfero, qui ad occupationem & offensionem regnorum & terrarum tuorum ac Christianorum degentium in eisdem praesumptuosus & temerariis ausibus aspirabant, cum certo numero tam regionum, quam sua religionis militum ac aliorum armatorum accedens, fideliterque ibidem agens & strenue, post diversos conflictus cum eisdem Saracenis in ampliori longe numero ibidem, quam Christiani existentibus, virtute Domini sub tuo nomine habitos, de hostibus victoriam obrinuit triumphalem; in qua illius hostis Regis Belmarini filius, qui se quorundam locorum & specialiter Hispaniarum Regem denominari abusive faciebat, ac duo filii cusydam Regis aliterius, & nonnulli alii Saraceni tam magnates & nobiles apud eos, quam inferioris status in grandi multitudine mortis infelicis in ore gladii perolverunt occasum; quodque subsequenter magister ipse, zelo Dei fervens & fidei, & honorem cupiens regium totis viribus ampliare, ad confortandum fideles illarum partium, & fortalitia regia munendum procederet, & ulterius ad persecutionem & confusionem hostium se disponeret eorumdem, intendens exinde victoriam hujusmodi, tibi desuper per suum & commilitonum suorum ministerium, concessam, ac signa interfectorum Saracenorum praedictorum magnatum, quae sub regio nomine ac honore acquisiverunt, tuae celsitudini, sicut erat decens & debitum, praesentare, atque praeter divina retributionis praemium sibi, gratiam, favorem, & amorem regium uberius vindicare; tristis & dolens audivit quod quidam miles mandato fultus regio ad ipsum captivandum vel interficiendum, si alias captivari nequiret, fuerat specialiter destinatus: fratribusque sua religionis praedictae pro parte mandatum existerat, ut ipsum tanquam magistrum non admitterent, sed eum potius caperent, & pro alio magistro eligendo apud

LXXVII. Gratulatur victoriae Pontif. Regi Castellae.

Barbarorum Regum filii caesi.

Gundisalvus praecipuus victoriae auctor ab invidis circumventus.

Alcantaram convenire curarent.

Profecto, fili dilectissime, si haec, quae vix credere possumus, veritate nitantur, magnam nobis & aliis audientibus ministrarunt admirationis materiam non indigne: obsequiis siquidem & benemeritis debentur praemia & favores, ut debito satis fiat gratitudinis, & alii ad similia vel majora exhibenda obsequia ferventius animentur, &c. Addit preces, ut cum optime de ipso totoque regno Gundisalvus meritus sit, invidiorum telis excipi non patiat; sed praemiis potius illius virtutem exornet: si qua in re regiam laeserit dignitatem, severitatem clementia temperet, non ad crudelitatem detorqueri sinat: denique illum ut virum religiosum, si iustitia exercenda sit, non ad regium, sed apostolicum tribunal accersendum; quem si male trahet, magnum dedecus oppresso homine de se benemerito suscepturum, censurisque ecclesiasticis irretitum iri. Dat. Avin. iv. non. Januarii anno v. Deterrere alius literis (b) est conatus Pontifex Gundisalvi aemulos, ne illi molesti essent. Praeterea Barnabam episcopum Oxomensem in Castellana aula auctoritate florentem sollicitavit (c), ut Gundisalvo studium & opem explicaret, pontificisque voluntatibus obsecundaret. Sed nil pontificiae praesces valere, ob partem enim gloriam, qua Regem antea a Saracenis victum superare videbatur, velis seu falsis criminibus appetitus, ignibus perit (d): indigno genere supplicii, etiam si reus fuisset, postquam Hispanias e Saracenorum invasione vindicasset.

Efferati accepta clade Saraceni filii mortem Marrochitani Regis ulcisci cupientes, maximos exercitus in Hispanias sequenti anno miserunt qui divina virtute prostrati. Barbarico autem bello Castellae Rex implicitus, cum vestigalia sacerdotum, qui ex regno Castellae non erant oriundi, vel ecclesiarum cultum divinum non impendebant, occupasset; necnon tertias templorum sartis restis resciscendis sacras, a Benedicto subjectis literis perstritus est (e).

Benedictus, &c. Alfonso Regi Castellae illustri.

Displicibilis nimis insinuationis assertio bis diebus perduxit ad nostri apostolatus auditum, quod tu, fili dilectissime, per aliquos, forsitan impulsus, qui plus circa te lucra quaerunt venari propria, quam tuis saluti & fama consulere ac indemnitate, per diversas partes regnorum & terrarum tuorum fructus, redditus, & proventus dignitatum, praebendarum, partitionum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum in regnis & terris eisdem consentium, & ad quoscumque, qui non sunt oriundi exinde, nec personaliter eis deserviunt, spectantium & aliorum beneficiorum

LXXVIII. Susceptus illius a Pont. patrocini-um.

(b) Ib. ep. 436.

(c) Ib. ep. 435. Indignum Gundisalvi supplicium. (d) Marian. l. 16. c. 7.

LXXIX. Castellae Rex opes Eccl. invadit.

(e) To. 5. ep. sec. 261.

Corripitur a Pont.

rum etiam, quae ibidem ad dispositionem...

Hac itaque, fili amantissime (qua si vera sunt, in divinae majestatis contumeliam, ac nostram & ejusdem sedis totiusque universae ecclesiae injuriam & offensam, ac libertatis ecclesiasticae laesionem redundant) manifeste nobis & eidem sedi magnam admirationis & turbationis materiam, cum alias attentari similia in aliqua parte Christianitatis nequaquam audierimus, ministrant non immerito, & in cordibus audientium stuporem ingerunt & horrorem. Unam, fili, charitatem progenitorum tuorum (qui non solum ab offensa abstinentes ecclesiae, sed eam potius in observantione ac ampliacione immunitatum, libertatum & jurium honorantes, a Deo & ipsa ecclesia meruerunt vice mutua honorari) diligenter attenderes, & repulsis quorumvis malitiosis & dolosis suggestionibus, studeas perspicacius eorumdem progenitorum recollenda vestigia imitari, ut matrem tuam ecclesiam, & Deum patrem in ipsa ecclesia honorando similiter in praesenti tibi augerentur honores, & vita longitudine, quae parentes honorantibus promittitur, perfueris, & in futuro perennis mercedis letari praemio mereris &c. Adjungit preces, ut manus ab ecclesiasticis vestigialibus temperet, illatamque famae suae maculam quamprimum deleat, possitque cum propheta canere: Impulsus eram ut caderem: manus autem misericordiosa Domini me suscepit; qui si in coeptis obfirmatus peristerit, non posse apostolico se muneri deesse, ut quamvis veluti filium amantissimum charum habeat, errantem non castiget. Dat. Avin. id. augusti anno 1.

Polonus Rex egregie meritus de ecclesia. (a) To. 5. ep. fecr. 265.

Gratulatione Pont. litera.

Certabat contrariis studiis Casimirus Poloniae Rex ecclesiam regis beneficiis devincire, illamque ut matrem amantissimam singulari benevolentia complectebatur: quem Benedictus his elogiis commendavit (a). Charissimo in Christo filio Casimiro Regi Poloniae illustri. Exultamus in Domino admodum & laetamur quod sicut fama divulgat celebris, & dilecti filii magistri Galbaridi de Carceribus praepositi ecclesiae Titulensis Colocensis diocesis, nostri & Apostolicae sedis in partibus regni tui nuntii, grata nuper insinuatio patefecit, tu, fili charissime, divinis praeventus benedictionibus, & ab eo, a quo cuncta bona procedunt, sic virtutibus et dotatus, quod timorem & amorem divinum habens ante oculos mentis tuae, pacem & justitiam colis & diligis, & in-

gentis devotionis affectu revereris tanquam filius benedictionis & gratiae sanctam Romanam ecclesiam matrem tuam, ad ea, quae ipsius honoribus & beneplacitis congruunt, te promptis & devotis operibus impendendo. Super quibus, utique Deo ac nobis & sedi Apostolicae gratis non indigne plurimum, & accepit, et qui tibi rectum dedit spiritum, in laudis jubulum assurgentes, & serenitatem tuam regiam cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino commendantes, exhortamur regalem magnificentiam attentius & rogamus, quatenus in hujusmodi tuo laudabili proposito, per quod Deum tibi semper magis propitium constitues, & uberiores dictae sedis vendicabis gratiam, constanter & stabiliter perseveres circa conservacionem & tuitionem tuorum & regni tui ac ecclesiae memoratae honorum & jurium, de divina & sedis praedictae confisus gratia; viriliter nihilominus intendendo, & assistendo, sicut opportunum & honestum extiterit, in agenda pro nostra & Apostolicae sedis reverentia nuncio memorato. Dat. Avin. XVI. kalen. septembris anno V.

Delegit hoc anno in solemnibus ordinum Poloniae conventibus Casimirus, cum prole mascula careret, sceptri successorum Ludovicum filium Regis Hungariae, de quo haec Michovias (b) Anno MCCCXXXIX. Rex Casimirus, factogenerali conventu omnium terrarum regni in Cracovia pro festo sancti Stanislai in majo, eo quod filium successorem non haberet, Ludovicum Caroli Regis Hungariae filium & nepotem suum ex sorore germana regnaturum post se nominavit. Cum enim militum auxilia pro subsidio regni Poloniae a Carolo Rege Hungariae Rex Casimirus postularet, interrogavit quid praemii pro talibus beneficiis Rex Carolus habiturus esset; Casimirus Rex Poloniae Ludovicum filium ejus tanquam nepotem suum post se regnaturum renuntiavit. Ob hoc Carolus Rex Hungariae filios suos Andream in Sicilia, Stephanum in Hungaria, & Ludovicum in Polonia regnare in animo destinavit: quod sic evenerat: sed aliis morte praecipitis, Ludovicus in Hungaria & Polonia regnavit. Anna autem Regina consorte sua & filia Gedemini principis Lithuaniae ejusdem anni decima octava mensis junii in castro Cracoviensi mortua atque sepulta, & unicam filiam Elizabeth relinquente, Casimirus Rex cum certis episcopis & magnificis personaliter septima mensis julii in Vissegrad Hungariae perveniens praefatum Ludovicum Regem Poloniae, se assumpto, sub certis foederibus ac conditionibus successurum oretenus designavit, & non duces Mazovia, nec Oppolienfes. His contentientia refert Cromerus (c) & Casimirus iis, qui Zemovitu aut Janussium duces Mazoviorum vel Wladislaum Oppoliensem & verusta Regum Poloniae profapia oriundos ad sceptri successionem vocabant ad-

LXXXI. Ludovicus Ungarus delectus sceptri Polon. successor. (b) Mich. l. 4. c. 18.

Ungarus tribus filiis tria regna comparat.

(c) Crom. l. 12. in Casimir. Bonfin. dec. 2. l. 9.

adversatum in solemnibus regni conventibus, cum Silesii duces ob secutas Boemorum partes eo honoris fastigio indignos se reddidissent: ex Oppolienfibus regni clientibus nihil dignitatis Poloniae accederet; Caroli vero Ungari filios, matre Polona ortos, regnum Poloniae Hungaricis viribus & opibus tutaturos, amplificaturosque.

LXXXII. De Caroli Ungari pietate.

Efferebat in dies divina providentia. Carolum Regem ad majorem amplitudinem, cum ille ab annis teneris fas in Numine spes collocasset: cujus pietatis in Deum, cultusque in B. Virginem insignem monumentum producum. Charissimo in Christo filio Carolo Regi Ungariae illustri.

(a) An. 5. ep. com. 72.

Paterna (a) charitatis affectu, quo tue celsitudinis personam zelamus in domino Jesu Christo, prosperi tui status diligentes augmentum, tuoque regni tranquillitatem assiduum affectantes, petitiones tuas, quas ex intentionis devota puritate prodire perpendimus, libenter audimus, & favorabiliter exaudimus. Sane, sicut exposita nobis tuarum literarum series indicavit, tu jam dudum tempore, quo in puerili quasi constitutus aetate, cum ad regnum Hungariae quod magnates ipsius, tunc a recto devii justitia inter sese dividerant & tenebant, ductus fuisses, conspiciens te in recuperatione dicti regni & ejus regimine assurgente gratia indigere, cum ob hoc, tumentiam ut ipsorum magnatum, tunc temporis tibi parere non curantium, astutias & insidias sine tuo periculo personali evadere, posses, diversis temporibus & vicibus Deo vivo & vero, ac beatissima Virgini Mariae genitrici suae, ipsiusque sanctis vota emisisti devota de dicendis oratione dominica & angelica salutatione ad dictam Virginem, ac legendo antiphonam, Salve Regina, quae quidem oratio & salutatio certis diebus ad centenum, & quibusdam aliis similiter diebus ad ducentenum jam numeros pervenerunt, certis etiam lectionibus de eadem antiphona adjunctis eidem; unde cum ex repetitione frequenti seu quotidiana orationis, salutationis, lectionis, antiphonae, aliarumque lectionum praefatarum instantia in consiliis & negotiis ejusdem regni ac terrarum tuarum, & alias in eorum regimine atque justitia ministranda impediaris multipliciter, ac etiam occuparis; nobis devote ac humiliter supplicasti, ut vota hujusmodi commutare, neque super eis alleviare juxta circumspectionis apostolicae providentiam dignaremur.

Ut in regni exordio votum de fundendis certis precibus stunc comparit.

Proponit earum numerum nimium crevisse.

Quantis igitur ferventibus studiis amplectimur opera pietatis, ea tamen cum sunt nimium onerosa de ratione & ex potestate nobis celsitus elargita in alia etiam pia impendia possimus commutare. Quare tuis devotis supplicationibus inclinatus, frequentiam

& quotidianam instantiam hujusmodi orationum & salutationum praefatarum dictis diebus ad quindennum numerum restringimus & etiam limitamus, & ab ulteriori & numerosiori earum obsequio diurna vel nocturna auctoritate apostolica te absolvimus, tecumque super hoc dispensamus de gratia speciali. Volumus autem, & tibi eadem auctoritate injungimus ad salutem, quod illis diebus, quibus te per votum obligasti ad dicendum orationes & salutationes praefatas ultra quinquagesimum numerum duodecim pauperes praeter illos, quos communiter consueveristi benigne reficere, pie pascere, seu illis refectorem divina pietati amabilem impendere tenearis. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. XVI. kal. februarii anno V.

Communitatum ad illius gratiam votum.

Dalatae fuerant de Rege Ungaro apud Pontificem graves querelae; occupata fuisset, vacuo Colocensis & Bachiensis conventuum ecclesiarum archiepiscopali solio, praedia & castra, quae juris erant ecclesiastici, a regis ministris, dissimulante eodem Rege: ac tum ipsum monuerat Benedictus, ut a sacris opibus temperaret manus, atque antecessorum suorum, qui ecclesias locupletarant, exempla sequeretur. Qui cum Pontifici rescripserit, id ad eundem limitem regni Ungarici, ne Rasciae Rex schismaticus iidem oppidis invadendis inhieret, gestum; partes datae (b) sunt a Benedicto Strigoniensi archiepiscopo, ut ejusdem Regis rationes in publica documenta redactas ad sedem Apostolicam transmitteret. Cum vero idem Rex continua cum fidei hostibus praedia gereret, ad sacro ardore accendendos ejus milites Christi vicarius felicem iis immortalitatem, criminumque gratuliam veniam in religiosa ea expeditione occubituris proposuit. (c)

LXXXIII. Commendata illi ecclesiae.

(b) Ib. ep. 162.

(c) Ib. ep. 161.

Benedictus, &c. universis Christianis de per regnum Hungariae constitutis. Innotuit nobis ex insinuatione humili & devota charissimi in Christo filii nostri Caroli Regis Hungariae illustris, quod cum paganis & schismaticis, regno & terris suis contiguis & vicinis, guerram quasi continue ipsum cum gentibus suis exercere contingit, & specialiter cum quibusdam schismaticis a devotione sanctae Romanae ecclesiae deviantibus; ac insuper subintellimus plenius fidedigne, quod ab schismaticis & infidelium nationibus circumpositarum regionum persecutiones personales, reales, & periculosas & damnosae dictum regnum perpeffum exitit temporibus retroactis, & talis persecutio recipit modica intervalla: quodque idem Rex vestro stipatus praesidio una vobiscum praefatis schismaticis & infidelibus se murum defensionis ad honorem & robur dictae fidei opposuit, & opponere satagit, dimicando contra illos viriliter & ferventer.

Proposita indulgentia Ungaris dimittaturis contra impios.

Nos igitur, ex iis pietate paterna communitatum ad illius gratiam votum.

patientes ipsius Regis de vestris laboribus periculis, & jacturis, vestraque corda roborare charitatis igniculo cupientes, ac cognoscatis temporalem vitam fragilem & caducam in aliam perpetuam & immarcescibilem commutare; de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, vobis omnibus ceterisque Christianis, quos pro defensione predictae catholicae fidei in bello, seu pugna in eodem regno Ungariae, aliisque fidelium terris & partibus, eidem regno adjacentibus seu vicinis eidem habitis contra schismaticos & infideles praefatos, aliasque permixtas nationes ipsorum infidelium, vel ex vulnibus in eisdem bello vel pugna receptis mori contigerit, vestrorum omnium, de quibus vere contriti fueritis & confessi, plenam concedimus veniam peccatorum, praesentibus post sexennium minime valituris. Dat. Avin. XVI. kal. februarii anno v.

LXXXIV. Dani in Christophor. conjurant.

Magnus trium regnor. princeps.

(a) Ta. 5. ep. secr. 31.

A Scaniis in Regem asci- scitur.

In Dania iis temporibus magni motus fuere concitati, & Christophorus Rex, ob nimiam tyrannidem suis invidus, regno depulsus est [1]. Inde magis excrevit seditio, & Scania, ut praepotentis principis clientela ab invasorum injuriis vindicaretur, Magni Suecorum, Gothorum, & Norvvegorum Regis obsequiis se addixit, isque ut quartum diadema in capite firmaret, flagitavit a sede Apostolica, ut cum Dania sedis ipsius stipendiaria esset, Scaniae dominatum ipsi confirmaret; ac si reliquam Daniam, pulsus tyrannis, qui ipsam opprimebant, sceptris posset adungere, pontificia id autoritate corroboraret. Cui respondit Benedictus (a), non vocata adversa parte de alienis rebus quidquam statui non posse. Benedictus, &c. Magni Sueciae, Gothorum, atque Norvvegiae Regi illustri. Sane petitionis pro regia parte tua nobis exhibitae series continebat, quod quondam Christophoro, tunc in regno Daciae dominante, suis demeritis exigentibus de regno ipso violenter ejecto, major & sanior pars praelatorum, cleri, magnatum, & personarum nobilium terrae Skaniae dicti regni Daciae, nec non communitas ejusdem, se in eorum Regem & dominum affectantes,

tibi juramentum fidelitatis & homagii tanquam eorum vero Regi & domino praestiterunt: ac demum eidem ob defensionis defectum in corporibus & rebus nimium praegravatis, tu pietate motus, & pro dicta terra Skaniae memorati regni Daciae ad statum prosperum reducenda, quibusdam tyrannis, qui regnum ipsum, ejusque munitiones & castra tunc de facto occupata tenebant, ut abinde recederent, ac clerum & populum dictae terrae, quos opprimebant immaniter in pace dimitterent, triginta sex millia marcharum argenti puri, sicut asseris, persolvisti, volens propter hoc guerrarum malis & dispendiis tuorum, ejusdemque terrae damnis & violentiis obviare: quare nobis humiliter supplicasti, quod cum dicta terra Skaniae dictorum regnorum tuorum sit janua & clausura, per quam si ad manus alienas deveniret, tibi tuisque subditis & posteris guerra & mala innumera possent proculdubio suscitari, tibi tuisque posteris & heredibus, dictam terram Skaniae, per te tuosque posteros & heredes detinendam perpetuo & etiam possidendam, confirmare auctoritate apostolica dignamur; adiciens in supplicatione predicta, tibi concedi, ut si quas alias terras dicti regni Daciae acquirere adhuc possis, in parte vel in toto de manibus tyrannorum praedictorum, quod hoc facere valeas de nostra licentia speciali; maxime cum dictum regnum Daciae in nullo unquam fuerit subiectum imperio, sed Romanae ecclesiae censuale, quem censum paratus esses solvere secundum quod devoti & fideles Reges dicti regni hactenus exolvebant.

Licet igitur, fili, ob merita tuae devotio- nis eximia, quam erga dictam Romanam ecclesiam te habuisse & habere percepimus, libenter tuam & heredum tuorum personas, quantum cum Deo & justitia possumus, favoribus apostolicis prosequamur; quia tamen justitiae debitum exigit, & nos observantionis antiquae praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum introduxit, ut ad confirmationem hujusmodi bonorum temporalium, nisi citatis omnibus, qui fuerunt evocandi, & inquisita prius de statu talium bonorum diligentius veritate, quomodolibet procedatur ad confirmationem hujusmodi & concessionem aliorum, quae ut praemittitur postu-

Postulat a Pont. ut rem confir- met.

LXXXV.

Quid illi a Bened. respon- sum sit.

scilabaz, non duximus, sicut nec juste possumus, procedendum. Regalem tamen excellentiam tuam illa benevolentia speciali prosequimur, ut libenter in aliis tibi gratis & utilibus placeamus, &c. Adhibet preces, ut se ab eorum societate ac foedere divellat, qui ecclesiae adversantur, ne pariter ipsorum poenis se irretiat. Dat. Avin. x. kal. februarii anno v. Frustratus votis Magnus Rex, ad asserendam sibi Scaniae, perfecit, ut quarto post anno, af-

ficiente Christophoro Rege Daniae, qui belli molem aegre sustinebat, Petrus Lundensis & Hemmingus Upsalensis archiepiscopi, congregata suffraganeorum episcoporum & abbatum synodo, Scaniae a Dania divisam conjunctamque Sueciae publicis literis (a) promulgavit: de quibus pluribus Magnus archiepiscopus Upsalensis in Gothorum ac Suecorum historia (b).

(a) Extr. apud Magn. hist. l. 2. c. 2. (b) Eod. cap.

NOTAE [1] Christophorus Daniæ rex diu ante hunc annum e sedibus suis exulare coactus, diu pariter antea e mortali hac vita abierat, si vera tradit anonymus Danus, qui rerum Danicarum diarium ad exitum usque sæculi hujus perduxit, quem publici juris fecit Ludewig Reliq. to. 9. n. 9. Notat enim ille Christophorum II. patrem Valdemaris regis in castro Fornaborgh in Selandia per suos amulas fumo extinctum A. D. 1336. & Soræ sepultura mandatum fuisse. Profecto Benedictus pontifex in literis hic ab Annalista recitatis, obiisse illum ante hunc annum indicare videtur verbis illis: Quondam Christophoro tunc in regno Daciae dominante. Male igitur notat Annalista avulsam fuisse a Dania Scaniae post quadriennium, assensum praesente Christophoro Daniæ rege, cum Christophoro ante plures annos fati functo, Valdemarus tunc Daniam regeret. Equidem Valdemarus sequenti anno 1340. Daniam ab iniquis occupatoribus vindicavit, & quietus dein provinciam rexit, ut chronologi omnes apud Ludewig ibid. conveniunt. MANSI

I. Aucta inter Franc. & Angl. Reges disensiones.

Utae sunt, corripiente Eduardo Anglorum Rege Gallica insignia, anno Christi millesimo trecentesimo quadagesimo indictione octava pristinae disensiones, quae annis superioribus ipsum inter ac Philippum Francorum Regem magno rei Christianae excidio exarserant: quibus elati animis infideles ad religionem everendam conatus suos convertere, Armeniam concussere Babylonii, Ungariam & Poloniam affectarunt Tartari, Turcae fecerunt Graeciam, Hispaniis Mauri se infuderunt. Sed non defuit ecclesiae suae fluctuanti divina providentia, quae exiguis copiis repressit impios: Romanusque Pontifex nihil intentatum reliquit, ut pacem inter Anglos & Francos revocaret. Traxerat in belli societatem adversus Philippum Francorum Regem Eduardus praeter Brabantinos & Hannonios, ut refert Joannes Villanus (a), Belgas Gallicae aulae clientes extremo superiori anno: quorum audita conjuratione Benedictus, ut periculis imminentibus occurreret, ac Flandris etiam consuleret, gravioribus enim ipsi divinis humanisque poenis ob illam perduellionem ex antiquo inito foedere Apostolica autoritate confirmato se irriterant; Hiprenses (b), Brugenses (c), Gandaveses (d), praecipuos conspirationis socios monuit officii, ut fidem Regi Francorum sacramento firmatam, & veterem pacis formam servarent: atque etiam apostolicam operam obtulit ad eos Regi conciliandos, & abolendam injuriam omnem: tum in qua mala & pericula se ultro conicerent, ob oculos proposuit (e).

Belgae Anglorum focii.

(a) Jo. Vil. l. II. c. 108. Prof. sar. l. I. Paul. Mil. l. 8. in Phil. VI. & alii. Moniti officii. (b) To. 6. ep. fecr. 247. (c) Ib. ep. 248. (d) Ib. ep. 249. (e) Eod. ep. 249.

II.

Utinam, filii, statum vestrum & patriae negotiisque hujusmodi qualitatem, antequam innovetis aliquid circa haec, diligentius attendentes, procurare studeatis vobis utilia & vitare nociva: est namque communis opinio, quam a veritate non credimus distare, quod praedicta patria Flandriae, quae multis bonis villis, & populorum nobilitate, quam aliorum numerositate refulget insignis, adeo gratia, benevolentia, & favore Regis & regni ac regnicolarum, Franciae continue noscitur indigere, quod sine illis nec abundare victualibus, nec in mercantiis, quibus specialiter insignitur, aut in aliis sibi necessariis & utilibus possit quomodolibet diutius prosperari. Ceterum, prout credimus, vos non latet, quot & quanta ex odiis & guerris Regnum Franciae praedecessorum dicti Regis tam in personis, quae innumerabiliter, prob dolor! in ore gladii perierunt, quam facultatum

Proposita bellorum discrimina.

laxibus hactenus, dum eisdem Regibus rebellionis opponebatur stimulis, ipsa patria est perpeffa. Quamobrem cum ex praeteritis habeatur conjectura verisimiliter de futuris, si occasione rebellionis vel inobedientiae notabilis per Regem memoratum guerra contra vos & alios Flandrenses moveretur, quod absit, de magnis & gravibus animarum, personarum, & rerum periculis esse proculdubio formidandum.

Nec est circa considerandas hujusmodi negotii circumstantias omittendum, quod vos & alii incolae ejusdem Flandrensis patriae, qui sub dominis naturalibus, comite videlicet immediato, & Rege supremo soliti estis uti libertatibus, & gaudere libere bonis vestris, sub tyrannis subjeceremini iugo gravissimo, ad quod principaliter illorum ferri videtur intentio, qui vos a via veritatis & justitiae retrahere, & ad praecipitium fraudulenter & dolose deducere, ut asseritur, moliantur, &c. Dat. Avin. VI. id. Januarii anno VI. Conceptae sunt eadem verborum forma ad Hiprenses & Brugenses literae (f); utque religione Belgas magis ad officium constringeret Pontifex, cunctis Belgii praesulibus, aliisque inferioris dignitatis ecclesiasticis viris religiosis ac secularibus religiose pro imperio injunxit (g), ut in singulis ecclesiis & parochiis populos sibi obnoxios ad parendum pontificiis monitis pro virili parte impellerent. Ludovicum etiam Flandriae comitem ad revocandos ad Regis Gallorum obsequium Flandros excitavit (h): exposuit accepta ab ipso ingentia beneficia, a quo post illustrem victoriam, regio partam sudore, restituta contra hostium potentiam principatu fuisse: si qua porro in re gravari sint Belgae, pontificia solitudine injustis oneribus levatum iri. De quibus etiam omnibus Benedictus Philippum Regem certiore fecit (i), utque Flandris, si redirent ad obsequium, per humanum se praestaret, ac si quae contra vetera foedera tentata essent, rescinderet, est hortatus.

Avertere aures apostolicis monitis Belgae ingenti suo malo, magnis enim ex securo bello attriti (k) sunt cladibus. Neque continere ipsos in officio potuit Ludovicus comes, cum Jacobus Artevelde tyrannidem invasisset: ad quam firmandam immortale bellum inter Anglos & Francos Reges accendendum ratus, Eduardo Anglorum Regi author exitit (l), ut Gallicum nomen regium Anglico adjungeret, veteribusque insignibus lilia adderet, pactus ea ratione Flandros ad ipsius, ut Regis Francorum, obsequium adducendos: hos vero delusit ea specie, censuris ecclesiasticis rebellionis causa non devin-

Cavenda tyrannorum servitus.

(f) Super ep. fecr. 247. 248. Praesules iusti populos ad Galli Reg. obsequium hortari. (g) Ib. ep. 250. (h) Ib. ep. 251.

(i) Ib. ep. 257.

III. (k) Meyer. anal. Flan. l. 12. Artevelde rebellionis princeps. Anglum ac corrup. Gallica insignia adducit. (l) Froff. Gar. in. Phil. VI. Paul. Temil. in eod.

atum iri, neque aliis poenis afficiendos, si Eduardo Francorum Regum insignibus adornato tanquam iusto Galliae Regi fidem obstringerent.

(a) Jo. Vill. l. II. c. 108. (b) Hocsem. l. 2. c. 25. Anglus a Belgis Francorum Rex salutat.

Belgae censuris devincti.

(c) To. 6. ep. fecr. 278.

Clientes Eduardi se profitentur.

IV. Anglus apud Pont. Gallicum stemma iure a se susceptum contendit. (d) Exe. apud Walsing. in Eduard. III. Monetur a Pont. ut illud abiciat.

buiffe, cum si inconstantes & infidi essent: Philippum Regem jamdudum quiete coronam Gallicam gestasse, eidemque ab ipso ob fiducia terras clientis officia praestita fuisse: plures Reges ac principes ob correptum Gallicum nomen ipsi adversaturos: inanibus ejusmodi titulis pacem, quae conciliari posset, disturbatum iri: Francos acrioribus animis eum insectaturos; denique Germanos & Flandros, ubi Anglicas opes exhaurerint, terga versuros: atque ideo ad festanda pacis consilia redintegrandumque cum Philippo Rege foedus paterne sollicitavit (e).

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliae illustri.

Nuper excellentiae regiae literis nostro apostolatu praesentatis, & contentis in eis plenius intellectis, novus in eis descriptus titulus, & impressio sigilli Franciae armis & Angliae sculpti, ut prima facie videbatur, stuporis & admirationis magnam nobis materiam ministrarunt. Nempe, fili charissime, quanto te amplioris dilectionis praerogativa prosequimur, tanto gravius in interioribus anxiamur, dum perverfis & fraudulentis consiliis te trahi, & induci percipimus ad ea, quae non expediunt neque decent, nec ea tacere vel dissimulare nos interna sanis affectio, quominus ea, ut providere tibi super illis consiliis, & salubrius valeas, ponamus ante oculos mentis tuae. Siquidem certum, & indubitatum, asseritur, quod cum consuetudo hactenus inconcussa, servata successione ad regnum Franciae per femininam lineam non admittat, tibi qui, ut nobis, desuper domus Franciae descendisti ex femina linea, dicitur successio non debere: & si etiam consuetudo non prohiberet ad coronam dicti regni successione ex femina linea procedentem, sunt profecto clarae memoriae Regum Franciae, qui gradatim inclita recordationis Philippo Regi Franciae avo tuo successerunt, filiae ac proles earum quae quoad successione eandem proximiores, ut fertur, existerent. Regibus patribus suis, quam existatis tu & charissima in Christo filia nostra Isabella Regina Anglia illustris mater tua, nata Philippi Regis praedicti: sed adeo, ut praemittitur, observata est praeteritis temporibus ipsa consuetudo irrefragabiliter, & etiam observatur, quod successione ad regnum praedictum ex femina linea non admittit.

(e) To. 6. ep. fecr. 255.

Data eo argum. litera.

Propositum feminas in Gall. regno non succedere.

Adducta exempla.

V. Vi nunquam regnum occupaturum.

Cogitare autem, quod per viam potentiae regnum posses occupare praedictum, nequaquam intenta Regis & regni Franciae magnificentia & potentia existimantur ad id sufficere vires tuae: & quod in regno eodem nihil tenens & possidens te Regem Franciae facias nominari, armaque illis sumpseris, ut praefertur de malo & iniurioso consilio proculdubio creditur emanasse. Si vero qui tibi suaservant talia, nitantur

Non sibi blandiendum de Belgis conciliatis.

Infidis non fidentium.

VI. Philippum multis annis possessione potitum.

Tristes exitus & latus iniuriis secururos.

VII.

Gallos intrepide repugnuros.

asferere palliando, quod in Flandria, qua de Regis & regni Francie noscitur existere feudo, dominari; profecto attendendum & considerandum est, & potest discutere regia circumspectio diligenter, qui & quales cuiusque conditionis sunt illi, qui te introduxerunt ibidem: in ipsis namque hactenus virtus constantie & fidelitatis nequaquam extitit commendata; naturales enim dominos suos, quibus erant debito fidelitatis stricti, violato fovere fidei, pro suarum voluntatum libito sepe de ipsa Flandria turpiter eiecerunt: & si hoc fecerunt de illis, quos revereri naturaliter tenebantur, quid de te, fili, presumendum sit: & qualis exinde possit assumi vel formari titulus, tua que sumus prudentia consideranter advertat.

Attende rursus, etiam si de bono & recto consilio processerit, quod Charissimo in Christo filio nostro Philippo Rege Francie illustri regnante, qui per multos annos tanquam Rex Francie regnum pacifice tenuit & possedit, & cui tu sicut tali proterris, infra dictum regnum ad te pertinentibus, fidelitatem & homagium legitimum faciendo, eum in Regem Francie tuumque dominum pro terris recognovisti predictis; te Regem Francie facias nominari. Stupent quidem qui audiunt, id non ad discretionem, sed ad simplicitatem & vanitatem patius arbitantes. Denique perspicacius credimus attendendum, quod talis denominatio re carens & commoda, quam tibi persuasissimè dicuntur qui te non diligunt, sed cum tuis iacturis lucra propria venari satagunt, ad ea se posse attingere plenius existimantes, cum te altioribus intricacionibus, & periculosis necessitatibus & negotiis illaqueari procuraverint, & involvi. Radix venenosa esse timetur germinatura verisimiliter, nisi providoatur alter, fructus amaritudinis & doloris.

Præterea existimamus tibi non minus diligenti advertendum quot, quales, & quantos Reges, principes, & magnates, qui de stirpe domus Francie processerunt, aut habent affinitatem seu consanguinitatem cum ipsa, qui se tibi non opponerent super tuis negotiis antea, ex nominatione seu intitulatione huiusmodi contra te provocares, & expressius, si eidem, quod absit insisteres; irritares, talemque ordiri nominatio ipsa, posset (quod avertat Dominus) materiam per quam pacis reformatio inter te dictumque Regem Francie impossibilis perpetuo, quantum ad humanam spectat iudicium, redderetur: & etiam principes, & alii regnicolæ dicti regni (qui se, ut vulgari voce sonat, prius mortis periculis & perpetuis honorum suorum perditionibus exponerent, quam sustinerent predicta) promptiores, potentiores, valentiores, & animosiores ad-versus te, ac defensionem dictorum Philippi Regis & regni per nominationem seu in-

titulationem efficerentur eandem. Nec est tibi, amantissime fili, ut alias tibi scripsisse racolimus multum confidendum de Theutonice & Flamingis, nam eos affabiles & propitios tibi reperies, quamdiu facultates tuas poterunt exhaurire: alias autem de ipsorum assistentia non confidas. Et si gesta progenitorum tuorum revolveris, qualiter erga eos se olim gesserunt iidem Theutonici & Flamingi, quomodo possit de ipsis confidere, reperies manifeste.

Itaque celsitudinem regiam rogamus, & attente in Domino exhortamur, quatenus præmissa, qua de benevolentia paterna & affectione sincera scribimus, benevolo suscipias animo, eaque una cum aliis, que tibi circa hæc possunt occurrere, adducens in recte considerationis & discussionis examen, omnia intitulatione predicta, regium inclines animum ad viam pacis & concordie, per quam que tui juris erant, assidue & pacifice retinere valeas, mutua inter te dictumque Regem concordia reformata; ut sicut nexu sanguinis & affinitatis jungimini, sic sitis perpetuo vinculo fœderis & amoris connexi. Dat. Avin. III. non. martii anno VI.

Consignata sunt eadem die alia littere (a) a Pontifice ad Eduardum missæ, quibus ipsum perstrinxit monitum superiori anno IV. id. octobris ecclesiasticarum censurarum aliarumque pœnarum gravissimarum terrore obiecto, ut a Ludovico Bavarum studio ac fœdere discederet, nil se di Apostolicæ rescripsisset. Gesserat enim se Eduardus Ludovici Bavarum vicarium in Germanico imperio, ut Germanicis viribus in Francos uteretur, qua de re Pontifex hisce verbis queritur.

Per totam Alamanniam, Germaniam, ac universas & singulas earum provincias vicariatus officium sub imperialis nominis titulo ab eodem Ludovico, qui nec Rex nec Imperator est, de facto suscepas, teque faciebas pro ea vicarium in illis partibus publice nominari. Autores vero erant (b) Pontifici Petrus tit. S. Praxedis presbyter & Bertrandus S. Mariæ in Aquiro diaconus Cardinales, Apost. sedis internuntii, ut intentate Eduardo Regi censuræ obretentam illam imperii præfecturam, incuterentur. Quibus rescripsit Benedictus, ut a publicis in Eduardum edictis abisterent, donec rem majore consilii maturitate cum Cardinalibus expendisset. Ut vero Eduardo ab ipso Ludovico ob Tornacenses inducias, se inconsulto, cum Rege Francorum initas, id vicarium munus abrogatum sit, dicitur inferius. Urgebat etiam in superioribus literis III. nonas martii exaratis (c) Eduardum Benedictus, ut pacem cum Philippo Rege redintegraret; Philippus quippe ad eam propendebat, ac monitus a Pontifice, ut sedi Apostolicæ controversiam permitteret, as-

Belgas Germanosque eum de certuros.

VIII. (a) To. 6. ep. fecr. 254.

Corripitur Eduardus legatum se dicere Ludovici.

(b) Ib. ep. fecr. 256. Deliberatum de eo censuris percellendo.

Ben. lente ad id veniendum censet. Tentat concordia rationes. (c) Super ep. 254.

(a) Ead. ep. 254.

Arbitrum se se exhibet.

(b) To. 6. ep. fecr. 256.

Repudiata ab Eduardo, pax (c) Vita Bened. auct. apud Belg.

IX. Argumenta sua cause exponit Pontifici Anglus.

(d) Ext. apud Bened. 10. 6. post ep. fecr. 302.

ferent ac missurum se oratores idonea auctoritate instructos, si suos Anglus legaret, responderat, qui in Benedictum ut privatum hominem compromissum facerent: quamobrem Philippus a Pontifice est commendatus.

At non ita Eduardus (a), qui literis x. kal. januarii superioris anni datis admonitus, ut animum ad pacis consilia flecteret, ac Pontifice illi offerente, ut si Petrus Bertrandusque Cardinales apost. internuntii fœdus conciliare non possent, se communem & æquum controversiæ arbitrum futurum; ambiguis & obscuris verbis responderat, quem ideo iterum urstis his verbis Pontifex, ut mentem enucleatius explicaret: Sane, fili dilectissime, cum super dictis duabus literis super prima, ea nimirum, qua vicariam in Germania præfecturam acceptam a Bavaris erat iustus abjicere, nihil & super secunda, de Pontifice scilicet arbitro pacis deligendo, clare & aperte non duxeris respondendum; magnificentiæ rogamus regiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus super eis, & si viam tractatus pacis huiusmodi coram nobis prosequi volueris, nobis clarius & apertius rescribere celeriter non omitteris, ut videre que agenda circa præmissa fuerint valeamus. Dat. Avin. III. non. martii anno VI. Injunctum est iidem Petro & Bertrando Cardinalibus (b) onus ut has literas Eduardo porrigendas curarent, earumque certa responsa quantocius transmitterent. At respuit Eduardus omnia pacis consilia, & Cardinales consumptis frustra multis laboribus ad pontificiam aulam rediere, ut vitæ Benedicti auctor enarrat (c).

Titillabant quippe Eduardum magnæ regni Francorum occupandi spes, cum a Belgis efferretur; utque sua ad sceptrum Gallicum jura quibus poterat argumentis commendaret ornaretque, hunc libellum (d) summo Pontifici a suis oratoribus tradidit iussit: in quo præcipuas rationes, quas Benedictus ad Philippi Regis gratiam objecerat, labefactare nisus est, contenditque licet scemine ob sexus imbecillitatem moderando sceptrum idoneæ non putentur apud Gallos, prognatam tamen ex iis prolem masculam gerendo regno impari non esse, nec successione jure excludendam.

Ut sanctitati domini nostri summi Pontificis clare pateat, quod iusto petiit Dominus Rex Angliæ jure hereditario regnum Francie, datur informatio, quæ sequitur per nuncios dicti Regis. Factum ex quo dominus Eduardus Rex Angliæ jus habere se dicit ad regnum Francie sic se habet. Pulchre notum est & fuit, quod dominus Carolus junior filius Philippi Regis Francie, Pulchri communiter nuncupati, post mortem domini Philippi fratris sui, cum idem do-

minus Carolus immediate jure hereditario in dicto regno successit, fuit verus Rex Francie, & quod sibi dictum regnum Francie fuit jure successorio legitime devolutum, & quod ipse dominus Carolus dictum regnum tamquam verus Rex Francie suo tempore, quo regnaverat, tenuit & possedit pacifice & quiete; & quod tandem idem dominus Carolus, nullo fratre suo tunc superstitite, decessit sine herede masculino de corpore suo procreato. Certum est etiam de jure, quod in successione hereditaria, ab intestato venientibus, proximior de sanguine defuncti inspecto mortis tempore habilis ad succedendum omnes remotiores de sanguine ejusdem defuncti prorsus excludit, sive per masculi sive per femine personam defuncto iungebatur. Et certum est, quod tempore mortis dicti Domini Caroli Regis Francie, ut præfertur, proximior ipsius cognatus fuerit dominus Eduardus Rex Angliæ supradictus, qui fuit filius sororis e jusdem domini Caroli, videlicet domine Isabellæ Regiæ Angliæ, in secundo gradu consanguinitatis dumtaxat distans ab eodem domino Carolo supradicto: dominus vero Philippus de Valesio, qui occupat dictum regnum Francie, fuit filius patris ipsius domini Caroli Regis, filius videlicet domini Philippi Pulchri, sic distans notorie ab ipso Rege Carolo tertio gradu consanguinitatis: & per consequens de jure communi prædictus dominus Eduardus Rex Angliæ, filius sororis prædicti domini Caroli Regis defuncti, jure successorio debuit & debet præferri in successione regni Francie prædictæ domino Philippo de Valesio, qui dumtaxat in tertio gradu consanguinitatis ipsum dictum Regem Carolum attingebat. Fundata ergo intentione domini Regis Angliæ de jure communi, non restat aliud nisi objectibus respondere.

Primo obicitur per partem domini Philippi de Valesio, pro Rege Francie se gerentis contra Regem Angliæ supradictum, quod idem Rex Angliæ fecit sibi tanquam Regi Francie homagium pro ducatu Aquitania & pro comitatu Pontini, & sic ipsum dominum Philippum suum fore & esse dominum ac Regem Francie recognovit. Obicitur etiam ipsi Regi Angliæ, quod ipse homagium legitimum & juramentum sibi fecit, & quod de his prædictis Dom. Philippus habet penes se literas sigillo prædicti Regis Angliæ consignatas: item quod literæ huiusmodi fuerunt in Angliæ sigillatæ.

Item obicitur prædicto Regi Angliæ, quod ipse non est de sanguine domus Francie, nisi per medium mulieris, videlicet domine Isabellæ matris suæ: & quod mulier non poterit, neque debet, obstantibus consuetudine in regno Francie approbata & legitime præscripta, admitti ad obtinendum jure successorio dictum regnum, &

Argum. ex successione hereditaria.

Et proximitate sanguinis.

X. Respons. det ad objecta.

De clientel. spon. sione.

De success. per femi. nam.

Excusatio
de exhibi-
ta spon-
sione.

per consequens per medium ipsius filius e-
jus non succedet.

Ad vacuandos istos objectus datur in-
formatio, quae sequitur per nuncios supra-
dictos. Primo quod homagium factum pra-
judicare non debeat praedicto Regi Angliae
in effectu, quia idem Rex Angliae tempore
factionis homagii supradicti notorie fuit mi-
noris aetatis, nec annum aetatis suae octavum
decimum tunc complevit: quo debuisset, si-
cut ceteris minoribus laevis, infra tempora
in integrum restitutionum legibus cauta per
competentem judicem, si fuisset iudex com-
petens, beneficio restitutionis in integrum
subveniri: in defectum tamen iudicis com-
petentis usus est idem Rex Angliae infra
praedicta in integrum restitutionis tempora
aliis juris remediis, quae sibi debent suffi-
cere in hac parte.

XI.
Conten-
dit vim
sibi illa-
tam.

Præterea Rex Angliae praedictus, minoris
aetatis existens, ut praefertur, ante factio-
nem homagii per quemdam procuratorem
suum, ad hoc specialiter constitutum, pro-
testabatur palam & expresse, quod per ho-
magium quodcumque domino Philippo de
Valesto, tunc pro Rege Franciae se gerenti,
per ipsum Regem Angliae pro ducatu Aquitaniae
seu pro comitatu Pontini faciendum,
non intendebat nec intenderet renuntiare
juri hereditario, quod sibi ad regnum Fran-
ciae competebat, seu eidem juri aequaliter
derogare, etiam si literae super hoc suo si-
gillo quocumque in posterum signarentur:
& protestabatur, quod non faceret praedi-
cto domino Philippo aliquod homagium sua
spontanea voluntate, sed dumtaxat illud
faceret propter metum justum amissionis di-
ctorum ducatus & comitatus; & quia me-
tuebatur, quod nisi hujusmodi homagium sibi
faceret, alia etiam perhorrenda pericula &
damna irreparabilia nullatenus evitaret:
de veritate vero praemissorum fecit idem
Rex Angliae per procuratorem suum praedi-
ctum praestari in animam suam, tactis
sacrosanctis evangelis, coram multis ad id
vocatis testibus juramentum.

XII.
Negat sa-
cramen-
tum se
non-
cupasse.

Ad objectum de juramento, quod Rex
Angliae in homagio debuit praestitisse, seu
quod ipse sic juraverit declarasse, salva
reverentia, non est verum; quia nec ipse
dominus Rex Angliae, nec aliquis progeni-
torum suorum unquam juraverit in praes-
tatione homagii cujuscumque, prout liquere
poterit evidenter ex inspectione registorum,
continentium formas homagiorum praedicto-
rum: nec in aliquibus literis sigillatis si-
gillo Regis Angliae, quod sic juratum fue-
rit continetur. Nec dici potest, quod in
homagio facto per dictum dominum Regem,
fuerit contentum tacite juramentum ex hoc,
quod sigillatae fuerint aliquae literae sigillo
Regis Angliae, in quibus continebatur hu-
jusmodi homagium fuisse ligium, quia ver-
bum ligium nullatenus ex sui significatio-
ne hoc importat.

Et ad id, quod dicitur, quod hujusmodi
literae fuerunt in Anglia sigillatae, & sic
sine metu; respondetur, quod non sine me-
tu, cum instaret metus amittendi totum du-
catum praedictum per paratum exercitum
ad ipsum Regem in ducatu & in Anglia
per partes Scotiae invadendum; & quod
dictae literae hujusmodi, dum idem Rex
notorie minoris aetatis fuerat, ut praefertur,
non de plena dicti Regis intelligentia,
nec habita juris sui seu praesudicii
notitia, sicut nec propter aetatis fragilitatem
potuit tunc haberi, sed ex prioris er-
roris consequentia fuerant sigillatae. Prae-
terea restituendus fuit in integrum in hoc
casu infra tempora ad hoc apta dominus
Rex praedictus, si competentem judicem ha-
buisset: & quia judicem competentem non
habuit, usus est tempore debito aliis juris
remediis, per quae de jure plenus est suc-
cursus: & vult Rex Angliae dominum no-
strum Papam certius informari, quod ipse
Rex nunquam fecit aliquid ex proposito ipsi
domino Philippo, pro Rege Franciae se ge-
renti, propter quod cessare vel desistere
debeuit aut debeat a prosecutione juris sui
supradicti, seu propter quod senserit vel sen-
tiat in hac parte conscientiam suam laesam:
& quod sic invocat Deum testem.

Ad objectum, quo dicitur, quod dictus
dominus Rex Angliae non est de sanguine
Franciae nisi per medium mulieris, quae ju-
ris hereditarii regni Franciae non est capax;
respondetur, quod etsi de consuetudine re-
gni Franciae mulier de genere regio a juribus
hereditariis regni Franciae sit exclusa; tamen
ex hoc non sequitur, quod eius filius masculus,
ad regnandum habilis, a successione priorum
parentum ad heredes legitimos devolvenda
debeat excludi, quia Rex Angliae successio-
nem sui avunculi domini Caroli Regis de-
functi secundum gradum sui praerogativam
vendicat ut cognatus ejusdem defuncti Re-
gis proximus, qui excludi non debet ab
hereditate avunculi vel avita per remotio-
nem in gradu consanguinitatem; licet ipsius
Regis mater propter conditionem sexus ex-
clusa fuerit, vel subducta.

Etsi dicatur, quod aliqui nepotes vel con-
sanguinei dominorum Ludovici & Philippi
fratrum praedicti domini Caroli Regis, sibi
invicem succedentium, exclusi fuerint a
successione regia ex illo capite, quod ipsi
praedictis Regibus per feminam personas
medias dumtaxat jungebantur, sicut & Rex
Angliae dicto domino Carolo avunculo suo
per medium feminam dumtaxat, videlicet
matris suae, jungebatur; respondetur, quod
non ex illo capite dicti nepotes fuerunt ex-
clusi, sed ex eo quod nullus dictorum ne-
potum fuit in rerum natura tempore mor-
tis illius Regis, de cujus hereditate age-
batur: & hoc clare patet ex facto infra-
scripto. Sciendum est enim quod dominus
Philippus Pulcher Rex Franciae decessit re-
lictis

XIII.
Colores
pro excu-
sationis li-
teris.

XIV.
Licet ex-
cludatur
mater, si-
lium non
excludi
dilectat.

XV.
Ad pra-
judicia re-
spondet.

De Phil.
Longi
progenie.

Praeci-
pium.
Gall. ar-
gum.

Ad id non
respondit
Eduard.

(a) Jo.
Vill. l. xi.
c. 108. &
alii.
Excursio-
nes actae
in Galliam.

lictis tribus filiis, videlicet Ludovico pri-
mogenito, Philippo Longo secundo nato, &
Carolo tertio & ultimo nato, ac quadam
filia, videlicet Isabella Regina Angliae;
Ludovicus senior successit patri suo Philippo
Pulchro immediate in regnum Franciae &
procreavit unam filiam: subsequenter mor-
tuus est Rex Ludovicus relictis dicta filia,
quae non concepit prolem aliquam, ipso Lu-
dovico Rege superstiti & uxore sua impre-
gnata, quae post mortem dicti Regis pepe-
rit filium masculum nominatum Joannem,
qui post novem dies, quibus pro Rege
Franciae habebatur mortuus est: & successit
sibi immediate in dictum regnum Philippus
Longus medius frater trium praedictorum.
Iste Philippus Rex tres filias, sed nullum
masculum procreavit, quarum filia senior
fuit matrimonialiter copulata duci Burgun-
diae, secunda delphino de Vienna, tertia
& junior comiti Flandriae. Ex prima fi-
lia duci Burgundiae copulata suscitatus fuit
quidam filius masculus vocatus, ut dicitur,
Robertus, Rege Philippo superstiti: sed iste
Robertus moriebatur antequam moreretur
Rex iste Philippus avus suus, & sic non fuit in
rerum natura tempore mortis dicti domini Phi-
lippi Regis avi sui. Ex secunda filia delphino
copulata nulla fuit proles vivente dicto Phi-
lippo Rege, neque ex alia nupta comiti Flan-
driae suscitata. Post mortem praedicti Regis
Philippi successit sibi immediate tertius &
junior frater suus, videlicet dominus Caro-
lus, qui demum, relictis duabus filiabus
non conjugatis sine prole masculina decessit.
Ex quibus liquet, dictum dominum Caro-
lum fuisse verum & legitimum Regem Fran-
ciae, & per consequens dominum Regem An-
gliae qui fuit filius domini Isabella Reginae
Angliae sororis praedicti Caroli, ut praefertur,
debere sibi tanquam ejus cognatum pro-
ximum succedere in regno praedicto.

Dissimulavit Eduardus in eo libello praeci-
pua argumenta, quibus Philippi causa
nitebatur, Reginam Isabellam, si nulla
ad regnum Gallicum obtinebat, jura, in
filium illa transfundere non potuisse; nec
latam tantum apud Gallos legem ne mu-
lieres ob fragilitatem sexus in sceptrum suc-
cedant, sed etiam ne regnum ad ex-
eros devolvatur: liberis vero populos eam
condere potuisse, ut publica rei consul-
tum sit, ratio & gentium jura docent:
quibus non assentientis Anglo, in atrox
bellum nomini Christiano perniciosissimum
res versa est. Rediit in Angliam Edu-
ardus mense februario (a) Flandris pol-
licitus, se cinctum copiis in Belgium
reversurum; Joannes vero Hannonius &
Falcamontius in Gallias aprili excurrere,
illamque caedibus, flammis fedarant:
ac vicissim major ineunte magister equitum
Francorum in Hannoniam ad Valentianas
irrupit, gravissimaque intulit damna:
atque in datis acceptisque cladibus, uni-

versa regio foedissime attrita est.

Dum Galli Anglique mutuis se cladibus
conficiebant, ex insano illo odio atrox
facinus in ipso sedis Apostolicae gremio
adversus Nicolinum Eliscum Eduardi Regis
Anglorum oratorem, qui Avenionem acce-
serat, commissum est a nonnullis Gallis, qui
spreti sedis ejusdem observantia, propo-
sitisque in eos, qui ad ipsam accedentes agen-
tesve capiunt, censuris contemptis apud
eam Avenione nocte in tempesta, effra-
ctis domus foribus, armati una cum filio An-
drea in Regis Francorum ditionis terras
mancipandum vinculis abduxerunt. Qua in-
juria affectus Pontifex, ut sedis Apostoli-
cae majestatem tueretur, edicta mox gra-
vissima in omnes illius criminis auctores
participesve edidit, Galliasque ecclesiasti-
co interdicto subiecit (b). Purus ab eo
scelere erat Rex Francorum, reque in-
tellecta, Anglorum Regis oratorem re-
duci honorifice ad subsellia apostolicae ju-
sit, deque pontificia questus severitate
hiscie literis (c) omnem a se rei gesta labem
absterfit.

XVI.
Anglicus
orator ex
curia
Pont. in
Gall.
abreptus.

(b) To. 6.
ep. fecr.
269. 271.

(c) Exc.
ib. n. 265.
Gallus
Rex se ab
eo facinor-
re excu-
sat.

Licet, inquit, teste Deo, dicta captio de
mandata nostro, seu de nostra voluntate aut
conscientia facta non fuerit, & quando audi-
vimus dictos captos esse in regno nostro per-
quiri ipsas mandaverimus, & ordinaverimus
ut, eis repertis, statim ad sanctitatis ve-
stra praesentiam, quod esse speramus brevi-
ter, reducantur; dicti tamen processus in
nostri denigrationem honoris facti & publi-
cati fuisse, nostramque conscientiam, quam
semper mundam & illaeram servare cupimus,
pungere videntur; ex quibus quamplurimum
causamur admirari, vestram sanctitatem
sic repente, sicque rigorose, & nobis per
litteras vel alias non certificatis super hoc
fieri, fecisse, ac mandasse publicari proces-
sus. Et infra: Idcirco, pater sanctissime,
quanto possimus affectu majori rogamus, qua-
tenus dictos processus, & quidquid ex eis
secutum est, revocare & annullare velitis;
& statim ab ipsorum publicatione & de-
nunciatione mandare cessari, abstinere de
cetero, si placet, & abstinere tales com-
missarios mandantes, si casus alias in offen-
sam vestram contingerent, quod absit, a
talibus sic repente sicque rigorose & nobis
non certificatis vel irrequisitis; ut unio &
sincera dilectio, quae fuerunt, sunt, & sem-
per erunt, Domino concedente, inter sedem
Apostolicam & domum Franciae vestris &
nostris temporibus minus non debeant, sed
augeri. Scriptum apud Moncellum prope
montem S. Mixentia die xxxi. marti. Devotus
filius vester Rex Francorum.

Rogat in-
terdictum
solvi.

XVII.
Pontifici-
um res-
ponsum
ad Philip-
pum.
(d) Eod.
to. 6. ep.
secr. 266.

Rescripsit Philippo Pontifex (d) nun-
quam se arbitratum illius facinoris con-
scientiam ad ipsum pertinuisse; adeo ta-
men immane exitisse, ut ea severitas,
qua erat usus distringenda esset: neque
imminutum erga ipsum paternum studium,
immo

immo mutua animorum officiorumque
consensione se cum ipso conspiraturum.
Benedictus, &c. Philippo Regi Franciæ
illustri.

Rei gestas
seriem
exponit.

Sane, fili preclarissime, captionem hu-
jusmodi de mandato, voluntate, vel con-
sensione regis nequaquam credidimus pro-
cessisse: illam tamen, ut de ipse, utique
nefandissima, & ejus horrendis circum-
stantiis regia providentia plenius informetur,
succincte providimus describendam tuæ
celsitudini per presentes. Nempe cum Ni-
colinus prefatus tanquam illustris Regis
Angliæ ambaxiator, & pro ejus negotiis
specialiter, ut asseruit, super tractatu pacis
inter te, preclarissime fili, & eundem
Regem reformandæ transmissus ad sedem
venisset Apostolicam, & se nostro conspe-
ctui præsentasset, nondumque sua nobis am-
baxiata aliter explicata in Romana curia
moraretur, alios, ut dicebat, expectan-
do pro Rege venturos prædicto; pridem
circa mediæ noctis cæna dominicæ proximo
præterita silentium per nonnullos ministros
sathane, inter quos erant aliqui de curia
ipsa & etiam de familiaritate nostra, de
quibus posse considerare credebamus prodito-
riis tractatibus diu ante præcedentibus,
idem Nicolinus quiescens in lecto per ma-
gnam multitudinem hominum armatorum do-
mum, in qua morabatur, latenter & pro-
ditorie intrantium, fracto deinde violenter
camera, in qua jacebat, ostio captivatus,
cum eisdem filio & domicello extitit im-
maniter de lecto extractus, vixque permis-
sus camisium induere quasi nudus ad turrem
regiam in capite pontis Avinionensis cum na-
vigis per Rhodanum ignominiose adductus,
ibidemque detentus usque ad diem sabbati
sanctam sequentem: qua die per devia, si-
cut rumor horribilis vehebenter exclamavit,
fuit ad alia loca transductus.

Criminis
horror ex
circum-
stantiis
augetur.

Porro si modum & qualitatem hujusmo-
di scelerum nefandorum in eadem Romana
curia, ubi fidelibus ad eam confluentibus
adesse debet securitas, & sanctissima nox
cænae dominicæ, a cunctis fidelibus ob me-
moriam sacratissimæ passionis domini nostri
Jesu Christi cum omni reverentia & devo-
tione colenda, regalis circumspectio atten-
derit diligenter, admirari non debet, ut
credimus, si super tam horribili factu, ad-
versus tam scelerosos patratore illius, vi-
gore antiquorum processuum olim, tam per
nos quam diversos prædecessores nostros Ro-
manos Pontifices solemniter habitorum, ex-
communicationis & anathematis promulga-
tas sententias contra illos, qui venientes
ad sedem prædictam, aut ab ea receden-
tes, seu morantes apud eam, molestare
indebite, captivare, vel spoliare præsumunt,
continentium, & alias, prout de jure fieri
potuit, processum exiitit diligenter.
Cæterum cum te, fili amantissime, porte-
mus in visceribus charitatis, ad tuum &

regni tui prædicti honorem promovendum &
commodum, quantum cum Deo possumus,
aspirantes & cum tuo devoto proposito in
dictis literis regis delectabiliter recensito,
super quo tibi gratiarum actiones referimus,
concurrentes, illam amoris & devotionis
unitatem, que inter dictam Romanam ec-
clesiam & domum Franciæ viguit hætenus
& vigere continue noscitur, tecum, fili cha-
rissime, confovere volumus & augere, &c. Dat.
Avin. III. kal junii anno vi.

Reduxit paulo post ad sedem Apосто-
licam Bernardus Andreæ Nicolaum five
Nicolinum Fliscum atque Andream filium
incolumes Philippi Regis Francorum ju-
su, cui Pontifex gratias egit (a), sacro-
rumque ac templorum usum Gallis resti-
tuit (b). Adhibuisse vero maximam feve-
ritatem in eos e familia pontificia, qui
Regis Anglorum oratorem ceperant, re-
fert vitæ illius author (c): in ipsos enim
nullo dignitatis discrimine legibus agi ju-
suisse, ac nonnullos ante domus effractæ fo-
res laqueo præfocari: marescallum (d) au-
tem pontificium, qui facinori assenserat,
cum in carcere ex dolore ignominia necem
sibi conscivisset, damnatum iudicium
sententia, atque illius corpus in patibu-
lo volucris lanandum expositum.

Ita fontium supplicis Anglico oratori
ac sedi Apostolicæ illata injuria vindicata
est, nec flecti Pontifex optimus precibus
a Francorum Rege porrectis (e) potuit,
ut ab æquitate rigore discederet. Qui ta-
men rebus in justis benevolentiam in ip-
sum explicuit: ac regno consulturus, ut
illud tutari facilius adversus hostiles irru-
ptiones posset, biennales illi decimas ka-
lend. martii attribuit (f): monuit vero ne
ecclesiasticos gravaret. Verum iis decimis
minime contentus Philippus, colle-
ctas antea pro bello in Saracenos Asiaticos
decimas in hostes derivandas censuit,
scriptisque ad Pontificem literis (g), ubi
grates de biennialibus sacerdotiorum decimis
sibi concessis egit, ac pluribus ver-
borum officiis eximium suum in ecclesi-
am studium explicuit, data monita ad sa-
lutem animæ spectantia in intimum ani-
mum se demisisse significavit: denique sub-
jecit, consultum sibi a præsulibus fuisse,
ut cum univerforum Gallorum salus age-
retur, & hostis regnum moliretur evertere,
sacras Syriacis instaurandis rebus deci-
mas adversus hostem convertere ipsum pos-
se: cumque Brabantinos, duce filio Jo-
anne, invadere meditaretur, deposcere,
ut sacramenti religione, qua ipse ac fi-
lius se obstrinxerant sacras illas decimas
in nullos usus quam adversus Saracenos
derivaturos, apostolica autoritate sol-
veret, vel restituendarum tempus proro-
garet.

Redinte-
grata in-
ter Ponti-
ficem
Gallum-
que ami-
cicia.

XVIII.
Reductus
ad curiam
Angl. o-
rator.

(a) To. 6.
ep. fecr.
268.

(b) Ib. ep.
269.

(c) Vit.
Ben. auct.
apud Bos-
guer.

Auctores
flagitii
necati
suspensio.
(d) Id. ib.
& MS.
bibl.

Vat. sign.
n. 3765.
in Ben.
XII.

(e) Apud
Ben. to. 6.
ep. fecr.
270.

Biennales
decimæ
attributæ
Philippo.

(f) Ib. ep.
252.

(g) Ex.
apud Ben.
to. 6. ep.
fecr. 259.

XIX.
Fucata
Philippi
Regis of-
ficia.

* nostra

Posit fa-
eras decu-
mas averti
in hostes.

Adulato-
rum confi-
lia propo-
nit.

XX.
nos

Sacrosanctissimo patri in Domino Benedicto
divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac
universalis ecclesiæ summo Pontifici, &c.
Vere, pater sanctissime, ob hoc tenearis
pro firmo, quod sit nostra intentio. princi-
palis, nos taliter gerere & habere pro pos-
se erga ecclesiam, ut domini & prædeces-
sorum nostri se hætenus habuerunt: & quod
Salvator noster contentabitur, ut spera-
mur, & si gentes nostræ, pater sanctissime,
aliqua bona ab ecclesiis assumpserunt, eis
sit inde assignatio competens, & eis conce-
se sunt a nobis plures gratiæ. Insuper,
pater sancte, guerra nostra est pro resisten-
do illis, qui volunt exhereditare nos & sub-
ditas nostros, tam personas ecclesiasticas
quam etiam seculares: quare, sicut vestra
discretio non ignorat, in hoc casu omnes in-
missi & expensis participare habent ad
defensionem eorum, quorum res sua agitur
sicut vestra. * Pater sancte, prefatus cle-
ricus noster vobis ex parte nostra suppli-
cavit secreta, ut vobiscum super levatis
per gentes nostras de decimis concessis pro
passagio terra sanctæ vestra dignaretur
sanctitas dispensare, aut ad remissionem vel
prorogationem finem. Sed vos, pater sanctis-
sime, ad nullum finium prædictorum nobis-
cum voluistis dispensare ducasque, licet i-
pse a sanctitate vestra veniam postulasset
pro nobis occasione super iis nostro nomine
præstiti juramenti: & cum magna pars
pecuniæ levata pro dicto passagio in
usum aliquarum rerum ad dictum pas-
sagium necessarium veraciter sit con-
versa, quæ adhuc in esse consistunt, e-
tiam, pater sancte, ea, quæ levata & capi-
fecimus, levata & capta fuerunt per con-
siliam prelatorum & aliorum de consilio no-
stro, qui nobis omnes sine aliqua differen-
tia retulerunt, quod ad institutionem & defen-
sionem regni nostri ea levare & capere sa-
na conscientia poteramus: in quo dictæ pec-
cunia residuum fuit conversum, & non in
alios usus versa: & pater sanctissime, no-
stra intentione existat, brevi intrudere
ducem Brabantie inimicum nostrum, qui dis-
fidavit nos, & primo mittere illuc dile-
ctum primogenitum nostrum, ut contra il-
lum, cui nocere & damna inferre volumus,
& tenemur pluribus & justis causis.

Et quia vos & ecclesiæ tantum * cordi de-
betis habere, quemadmodum sanctam dis-
cretionem vestram credimus non latere, scia-
tisque quod holorum eventus dubii, & pe-
riculosi existant, nihilque sit certius morte,
incertius hora mortis, sanctitatem vestram
rogamus, ac ei in quantum devote possu-
mus supplicamus, quatenus de levatis per
nos & gentes nostras e concessis decimis pro
passagio terra sanctæ remissionem plenam pro
nobis & heredibus nostris dignemini facere
de vestra solita clementia sanctitatis, &
a peccato quod incurrisse dicimur occasione
præstiti super hoc juramenti, nos & dictum

primogenitum nostrum absolovere; nobis in
hac parte veniam concedentes, & eam de
vestra beatitudinis gratia nullatenus de-
negantes, cum in casu isto omnia possibiliter
apud vos.

Si autem, pater beate, dictam pecuniam
nobis ad plenum remittere nolueritis, saltem
restitutionis illius pecuniæ prorogare termi-
num dignetur eadem vestra sanctitas usque
ad sex annos post finem guerrarum nostrarum,
vel ad tantum & tale tempus, quan-
tum vestra summa providentia duxerit
concedendum, quoniam non possemus com-
mode illam restaurare pecuniam de præsentibus,
& nobis & dicto primogenito nostro super
peccato, quod incurrisse dicimur ratione
jurisjurandi præacti, veniam misericordi-
ter impetiri. Pater sancte, istud nego-
tium habemus cordi sine dubio, nec est mi-
rum, & inde remissionem & dispensationem
totis viribus affectamus: sed revera, ex
quo vestra beatitudini non placeret, nos
& primogenitum nostrum super hoc absol-
vere, & inde nobis absolutionem dare, quia
per consilium factum fuit & cum difficul-
tate tanta, quam novit Altissimus, dispen-
sator, satis de facili esset nostra conscien-
tia pacificata in istis, licet dispensationem,
remissionem, & absolutionem vestras deside-
remus, & volumus ex intimis cordis no-
stri, &c. Pater sancte, dominus Jesus Chris-
tus vobis vitam longam tribuat ad regi-
men ecclesiæ suæ sanctæ. Script. apud Passa-
cum xx. die martii. Devotus filius vester
Rex Francorum.

Repulit Pontifex injusta Philippi Regis
postulata, gravissimisque sententiis in luce
collocavit (a), nuncupatum tanta reli-
gione sacramentum de non convertendis
in alios usus, quam adversus infideles sa-
cris decimis sine gravissimo scelere infringi
non posse: mirari se præsules adeo
divini timoris oblitos, ut nefarium illi
consilium suggererint: nec coelestes tan-
tum iras, sed omnium odia populorum
in se concitaturum: ludibrio sedis Apo-
stolicæ majestatem habitum, ixi, si decreta-
tam solemnem pompam decumæ in fidelium
strages vertantur: Anglorum Regem ja-
ctare certos sibi de eo triumphos polliceri,
cum putaret ob non perfoluta divino Nu-
mini de orientali expeditione vota ipsum
graviori scelere devinctum teneri: si petita
concedantur, universum orbem Christiani-
um indignaturum; ac si quæ adversa ipsi
vel filio succederent, eorum perjurio ad-
scriptum iri: nec restituendæ unquam il-
lius pecuniæ sacræ spem affore, id testari
prædecessorum Regum tristia exempla,
qui sacris Asiatico bello decimis abusi mi-
lere extincti sint: caveret animam tanto
gravare onere; nunquam certe Apostoli-
cam sedem illius criminis participem fu-
turam.

Sacra-
mento
solvi fla-
gitat.

Culpam
fatetur.

XXI.
Injusta
petita re-
pulsula a
Pont.
(a) Eod.
to. 6. ep.
fecr. 260.

Additæ
causæ
gravissi-
mæ.

Benedictus, &c. Philippo Regi Francia.

Sane, precharissime fili, super tue devotionis intentionis proposito, quod geris ad sacrosanctam ecclesiam matrem tuam ac re-

Præfutura Gallor. consilium vituperatum.

XXII. Proposita indictæ expeditionis solemnitas celebrata.

Jurisjurandi sanctitas.

Profecto tales Deum timere, ac tue dilectique primogeniti animarum salutem diligere non videntur: tenet namque nostra memoria, quod olim in præsentia cleri & populi de diversis mundi partibus copiosa per felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædecessorem nostrum de consilio fratrum suorum S. R. E. Cardinalium, & quorum numero tunc eramus, ad tuorum solemnium nunciatorum supplicationem instantem indicto passagio generali, teque illius duce & capitaneo deputato, & imposito nihilominus sub certis modis & formis decimali subsidio supradicto; ibidem pro parte regia & ejusdem primogeniti per procuratores ad hoc mandatis suffultos idoneis, & prædictis assistentibus nunciis in publico hujusmodi præstitum extitit juramentum, cujus forma habere inter cetera noscitur, que sequuntur; videlicet, quod de dicto decimali & aliis subsidiis, ad dictum passagium deputatis (que juxta ordinationem prædecessoris prædicti per dioecesanos ecclesiarum cathedralium, & collectores ab eis deputandos debuerunt colligi, & in deposito per ipsos dioecesanos conservari, per eos certis assignanda personis, que de mandato quatuor prælatorum dicti regni, per sedem eandem & te, fili dilectissime, deputandum deberent ad commodum ejusdem passagii hujusmodi subsidia dispensare) nihil regalis celsitudo acciperet, nec accipi scilicet faceret, nec etiam consentiret, quod alius aliquid acciperet, ut in alios usus quam utilitatem dicti passagii converteret, nec pateretur converti: & quod si forsan aliquid de prædictis pro usibus aliis a se vel aliis contingeret occupari casu aliquo vel converti, cum adnotitiam suam devenire contingeret, illud in eorum manibus restitui sine dilatione morosa faceret ac re-

poni, apud quos secundum ordinationem apostolicam talis conservatio pertineret. Et quod aliqui tuae magnitudini præsumant asserere, quod hujusmodi juramentum sic publice pro causa tam pia præstitum, & per diversas mundi partes, ut regiam prudentiam latere non credimus, divulgatum posset infringi, mirandum est proculdubio multipliciter, & stupendum.

Si autem in loco privato præstitum extitisset secreta, forsan talium assertio quoad mundanam infamiam, non tamen quoad Deum, posset quodammodo colorari: sed cum præstitum super tali facto talique materia fuerit ita publice ac notorie, ut præsertim, occasione illius fama celebris tanti Regis tamque catholici principis exponeretur ex consilio & assertione talium labijs non solum detractorum & amulorum, sed etiam populorum, præter divinam offensam & animarum grave periculum laceranda, quod absit, de sano consilio procedere non videtur, nec nos participationem habere volumus in tali consilio quoquo modo. Displacenter nempe nimis & dolenter audivimus & audimus, quod murmuraciones & oblationes detractorie contra te, fili amantissime, non desunt in mundo ratione vel occasione passagii antedicti; & quantum non solum contra te, sed adversus nos & sedem Apostolicam, præter ultionis æternæ vindictam terribilius formidandam, crederent ex quibus extingueretur periculo se devotio populi, si qua petuntur pro parte regia, concederentur a nobis suspicari posset faciliter & verisimiliter formidari, prædicaretur & divulgaretur per mundum, equidem, nec a veritatis tramite discreparet, quod illa, que solemniter & pie per sedem præfatam deputata & dedicata pro liberatione dictæ terre, relevandisque miseris & oppressis fidelium in partibus degentium transmarinis, fideque inibi dilatanda catholica fuerant, ad effundendam Christi fidelium sanguinem per nos & sedem ipsam ac te dissipata in cismarinis partibus in Dei contumeliam & catholici delusionem populi existerant, & consumpta. Circa que prospere videtur, quod continebatur in dictis literis regis argumentum, scilicet quod terras nobilis viri ducis Brabantia hostiliter intendit regia magnitudo invadere, illucque propterea præfatum primogenitum destinare.

XXIII. Inferenda ejus famæ labes.

Exorbitata scandala populorum.

quod

XXIV.

Quamobrem attendat, quaesumus, regia circumspectio, si talis & tanta infamia, præter damnationis æternæ periculum, sit vitanda: & ultra hoc etiam intra pectoris regii clausura diligenter revolvat, quis amodo, si præmissa, que petuntur (quod absit) fierent, posset credere, quod per te, fili precharissime, vel successores tuos negotium aliquod transmarini passagii completum, cum non solum tuis, sed aliquorum, prædecessorum tuorum temporibus tot bona

exacta pro passagii hujusmodi conversi in usus alios fuerunt, nullo facto passagio, & consumpta. Dandum quidem meminimus quaedam illustris Regis Angliæ literas recepisse, in quibus inter cetera jactabat, quod quia te credebatur peccatis propter passagium prædictum gravibus obnoxium, audacius & securius adversus te de sua potentia confidebat. Absit igitur sinceritatem regiam peccatorum hujusmodi vinculis alligari. Sed pro tanto id recitare non omitimus, ut evidenter regalis pendat prudentia, quid alii, prob. dolor! obloquantur & obloquerentur crebrius, si per nos concederentur petita. Non minus etiam advertendum videtur, quod si tibi vel eidem primogenito adversi aliquid in bellis contingeret (quod clementia divina pietatis non sinit) per te, fili, ac alios multos tam benevolos quam amulos peccatis adscriberetur prædictis. Rursus quantum ad prerogationem prædictam, regia sublimitas discedat & attendat quando & qualiter restitueretur pecunia prædictis piis, immo piissimis usibus deputata: & cum ex præteritis haberi valeat conjectura verisimilis de futuro, quid in similibus a tuis prædecessoribus factum temporibus præteritis extiterit, quidve ipse exinde contigerit, & tibi, fili, posset (quod Deus avertat), contingere; necnon quot onera anime tue, si non subsequeretur restitutio prædicta, incumberent, a quibus conscientia nostra immunit non evaderet, si prorogatio ipsa concederetur a nobis. Dat. Avin. xv. non. aprilis anno vi.

Insultatum ab Angla. ob intermissam ab illo expeditionem.

Imminentes clades ejus peccatis adscribendas.

XXV. Respondent dictis pontificis exitus.

Philippi classis maxima clade dissipata. (a) Jo. Vill. l. 11. c. 109. Paul. in Phil. VI. Gaguin. Masson. in cod. & alii. (b) Thom. Walsing. in Epodig. Neustr. & in Edda. ord. III. (c) Meyer. l. 12.

tradit M. S. Vaticani author (d) his verbis: Item suo tempore Rex Angliæ cum sua armata debellavit armatam Regis Francia in die S. Joannis Baptistæ super Selusam portum Flandria, in quo bello mortui fuerunt omnia triginta tria millia Gallici & Normanni; & amiserunt octingentas naves; majoris scilicet minorisve alvei, neque exiguo Anglorum cruore, eam vicloriam constitisse, captasque ad ducentas Francorum naves consentiunt: nec desunt, qui Gallicam classem ex quadringentis (e) navibus, alii ex trecentis (f) octoginta constata fuisse scripserint. Redintegratum (g) vero postea majori terrore & apparatu bellum est ab Eduardo Anglorum Rege, qui cum Brabantia & Juliaci ducibus, Hannonia, Gueldria, Lothensii, Falcamontii comitibus, aliisque proceribus Germanis foederatis & Flandria, Tornacum obsidione valida cinxit, adeo ut octoginta millia peditum, equitumque octo millia sub signis essent.

Eduardo se conjungunt Germani. Tornacum oblesum. (d) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. in Ben. XII. (e) Gaguin. hist. Fr. in Phil. VI. (f) Meyer. ubi sup. (g) Jo. Vill. l. 11. c. 111. Walsing. ubi sup. Meyer. l. 12.

Interea dum Francorum & Anglorum Reges in mutuas caedes delibatam Christiani populi florem committere pararent, Christi in terris vicarius, quem ante cruentam maritimam pugnam pro dirimendo bello desudasse vidimus, omni studio & contentione ad avertendas imminentes strages incumbere non destitit: ac primum urgere cælum precibus, virosque religiosos incitare, ut ardentissimas preces pro optata inter Reges pace a Deo obtinenda funderent; inter quos Cistercienses suos ad solemnia ordinis comitia congregatos subjectis verbis provocavit (b): Licet per nos & sedem Apostolicam modis variis & diversis, quibus commode fieri potuit, pro sedandis guerris & dissensionibus hujusmodi, pacisque inter dissidentes reformanda concordia, & maxime inter charissimos in Christo filios nostros Francorum & Anglorum Reges illustres extiterit laboratum, quia tamen hostis antiqui malitia prævalente, attingi nequidquam adhuc ad fructus pacis hujusmodi, quos desideratis ferventibus optabamus, solum restare videtur ad divinam auxilium recurrendum: ideoque vos & ordo prædictus apud eum, qui pacis est auctor, & humana salutis amator, pro pace ac tranquillitate hujusmodi devotis precibus insistatis, &c. Adicit, ut pro ipsius valetudine divino Numini preces porrigerent: conflictabatur enim tibiurum morbo, ob quem cum celebrare in consueto loco consistoria non posset, Cardinalibus rogantibus, illa in cubiculo coegisse, vitæ ipsius auctor refert (i). Data vero superiores literæ Avin. 14. kal. sept. an. vi.

XXVI. Benedicti pro sopiendo bello curæ. Indictæ a Pont. preces pro sopiendo bello Anglico.

(b) To. 6. ep. fecr. 155.

(i) Vit. Ben. auct. apud Bosq. Data ea de re præfatis imperia. (k) Eod. 10. 6. ep. fecr. 279. ad 293.

Paucis post diebus solemnnes in Gallis & Anglia supplicationes indixit, literisque encyclicis ad archiepiscopos & episcopos datis (k), ubi pluribus tristitia, que

ex iis bellis emergebant, exitia, adhibi- tamque pontificiam pro iis propulsandis. sollicitudinem exposuit, excitari fideles jubet, ut ad preces fundendas incumbant. Quia non tantum, inquit, de remediis hu- manis in hac parte confidimus, quantum de humili devotorum fidelium supplicatione spe- ramus, illorum quorum exempla pramissi- mus vestigiis, quantum possumus, inhae- rentes ad illum, qui maris imperat tem- pestati, quique illius tumida freta sternit, & quo subente turbato vertitur in tranquil- lum & pacem; ad orationum fidelium sus- fragia providemus recurrendum ut ipse pa- cis auctor & humanae salutis amator, qui multorum preces elementer consuevit ad gra- tiam exauditionis benigne admittere, fide- lium ipsorum precibus inclinatus eorumdem Regum mentes & corda, turbationis cujus- que subductis exinde fluctibus, de sua lar- gissima pietate pacificet, & uniat, multi- plicatis intercessoribus, voluntates. Quare fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus pro huiusmodi pacis & unitatis concordia, dono caelestis gratiae concedenda, devotas ad Deum tam proces- sionaliter, quam alias preces effundere, ac per clericum & populos in vestris civitati- bus & diocesis constitutos effundi face- re studeatis. Dat. Avin. VII. kal. septemb. anno. VI.

XXVII. Sollicitati Reges ad pacem.

(a) To. 6. ep. fecr. 293. 294.

Proposita belli clades.

(b) End. ep. fecr. 293.

Fundi hu- manum cruorem.

Excitatis ad implorandum divinum au- xilium Gallis Angliisque, Pontifex Reges in mutua funera ad Tornacum concurrere paratos apostolicis mollire monitis at- que ad pacis consilia adducere aggressus est, exaratis eadem verborum forma litem (a). Illarum partem potiorum subitio, quas Regi Francorum misit: ubi enim ingentia a se pro concilianda ipsum inter & Eduardum concordia interposita studia exposuit, scriptas crebras aposto- licas literas hortatorias, nuntios frequen- ter missos, legatos Petrum tit. S. Praxe- dis presbyterum & Bertrandum S. Mariae in Aquiro diaconum Cardinales, quorum pariter opera ac diligentia in adducendis ad pacis foedera animis elusa fuerat; tri- stes sane illius belli eventus, & ingen- tia, quae ex eo emergebant mala ob o- culos regios ponit (b).

Benedictus, &c. Philippo Regi Franciae. Ecce, fili dilectissime, quod sicut tristes & dolentes audivimus & audimus, hoste ipso humani generis malorum omnium in- centore, qui ad exterminium humanae salu- tis aspirat, ignem dissensionis, rancoris, & odii adeo inter te ac Regem praesatum in flammis nocivas & pestiferas fugiter accendente, atque guerrarum frenitibus in diversis partibus terrarum & maris cre- breferentibus, hinc & inde innumerabilis mul- titudinis redemptorum pretioso cruore do- minico sanguis innocens sic crudeliter non parcendo etati vel sexui (quod etiam a-

pub infideles tam antiquis quam modernis temporibus ut parvuli, mulieres, senes & debiles in ore gladii perirentur immani- ter, reputabatur horrendum) prob dolor! est effusus & effunditur etiam incessanter; & amplior effuso, nisi aliter clementia di- vina disposuerit, formidatur, aliaque discrimina, damna, & scandalosa peri- cula exinde subsecuta sunt, & continue subsequuntur. Et infra, ubi descripsit re- gnum praedonum rapinis expositum, cal- cari jura, opprimi vectigalibus populos, inedia pauperes confici, divites spoliari, ecclesiasticos ad inopiam redigi; adducit alia mala, quae ex eo bello ad totius rei Christianae in oriente & septentrione ex- itium redundabant.

Et insuper, ut literarum de ultrama- rinis & aliis longinquis partibus transmisa- rum lectione ingesta, ac nunciorum multo- rumque fidedignorum aliorum dolorosis re- lationibus percepimus, hostes fidei Christianae, turbatam Christianitatem propter tuas & ejusdem Regis guerras exultantibus animis audientes, & ad eandem Christianitatem conculcandam & confundendam, praesertim in eisdem transmarinis & aliis eis vicinis partibus sibi tempus ad hoc opportunum, durantibus dictis guerris existimantes adesse, fastuosam exinde assumunt audaciam; & ad invadendum, opprimendum, & offendendum Christianos & terras, quas Christiani obtinent, sicut Rex Marrochitanus His- panias, Turchi Romaniam & partes Chri- stianorum alias transmarinas, soldanus Ar- meniam, & Tartari Ungariae & Poloniae regna praesumptuosus & audacius, terri- bilibus congregatis exercitiibus, se dispo- nunt. Quae quidem omnia, & alia inenar- rabilia mala & periculosa scandala, ex eisdem guerris & dissensionibus tuis & Regis praedicti eidem Christianitati proventura, quasi totus mundus tibi & Regi praedicto imputat & ascribit.

Attendat itaque regia providentia di- ligenter, si pro vitandis tot & tantis malis, periculis, & scandalis, quibus merito irrita- tur Altissimus, & quodammodo derogatur no- mini regio & honori, exinde depressa jus- titia & tota Christianitate concussa, esset stestendum cor regium ad dictae pacis re- formandam concordiam, vel saltem treugas ineundas. Est namque plurimum formidand- um, quod dum via pacis rationalis res- puitur, Deus qui est pax vera, eamque diligit, & delectatur in viris pacificis, pro- vocatus exinde sinat contra te dictumque Regem, & alios utriusque vestrum adhe- rentes multiplicari tribulationes varias, & augeti, &c. Rogat, ut se paci accommo- det, populo Christiano preces publicas ip- sum ideo indixisse: mittere vero ad eum Guillelmum Amici ut haec alius viva vo- ce in animo regio desigat. Dat. Avin. VII. kal. septembris anno. VI. Propendebat ad pa-

Inde rem Christiana- nam col- labi.

XXVIII. Saracenos debaccha- ri in fide- les.

Afros, Turcas, Tartaros, ingrave- scere.

Addita blandae preces.

Philippus ad pacem inclinat. (a) Ext. epus lit. apud Ben. 10.6. ep. fecr. 293.

XXIX. Eduardus ab ea ab- horret.

Repetitae apud eum preces. (b) Eod. 10.6. ep. fecr. 294. Mitius ad eum inter- nuntius.

Monita Eduardo data.

Lata ex- ordia tri- sti exitu claudi posse.

Infidos esse Flan- dros qui comitem nepulere. Socios fi- dei defu- ctos.

XXX.

pacem Philippus Rex tot cinctus pericu- lis, quam utinam antea, cum poterat, esset sectatus: mensaque junio Pontifi- ci illius ineunda desiderium exposuit (a), utque Ludovicus Bavarus intercessorem se pro ea concilianda futurum pollice- retur.

Non ita spectabat ad pacis consilia E- duardus Rex Angliae, quem Pontifex ut flecteret scriptis eodem, quas dabat ad Regem Francorum, argumento allatis ante a nobis literis, ingentia mala, quae ipsius causa rei Christianae invehebat discordia ob oculos posuit (b), utque prae- ter occidentis excidia, ob ipsius cum Rege Fran- corum exitalia dissidia in Asia Armeniam Babylonii, Graeciam Turcae invaderent: Poloniae & Ungariae imminerent Tartari, Hispanias Marrochitani penetrarent: de- nique ad ea, quae Willelmus e Norwico decanus ecclesiae Lincolnensis capellanus pontificis sacri palatii causarum auditori apostolico nomine expositurus esset, ani- mum adverteret. Haec vero regio animo, ut ad pacem flecteretur, a Willelmo im- primi iussit.

Credentia commissa per dominum Papam magistro Willelmo de Norwico super expo- nendis per eum Regi Angliae: quam qui- dem credentiam idem dominus Papa per eun- dem Magistrum Willelmum scribi manda- vit, & fecit manu propria, & sibi realiter assignari.

Memoriale super dicendis ex parte do- mini nostri Papae domino Regi Angliae. Primo quod propter victorias, quas Dei gratia obtinuit mediante, non superbiret, nec earum confidentiam in pacis viis vel tra- ctatu recipiendis extraneum se redderet, vel difficilem: exemplo quorum unus, de- cem septem vicibus in bello succumbens, de- cima octava vice de inimicis suis finalem obtinuit victoriam: & alter duabus vi- cibus obtinuit, tertia vero vice cum toto suo succubuit exercitu.

Secundo de perfidia gentis sibi colligatae, tam de Flandrensibus, qui cum dominum pro- prium naturalem deceperint, multo magis eum, quem accidentaliter & momentanee receperunt in dominum, verisimiliter de- ciperent in futurum. Nec multum se confi- dere habet de dominis Juliaceis, & Gu- eldrensi comitibus, quod quasi amore sui i- stis se actibus exponeret pro eodem; quia magis, immo principaliter propter scanda- lum potioris, eisdem per Regem Franciae impo- situm, defensionem suam propriam & pecuniarem prosequi reputantur. De Ali- mannis etiam minus, qui semper consueve- runt instabiles reputari. Avus etiam istius Eduardus bonus eorum instabilitatem ult- imatae suae indigentiae tempore experimento probavit.

Tertio de potentia Regis Franciae exce- siva, qui licet decem bella in regno suo perdi- Ann. Eccl. Tom. XXX.

disset, populum tamen in abundantia ad ve- ssendum cuique verisimiliter recolligere pos- set: quod tamen in Rege Angliae extra regnum suum, & in extraneorum manibus existente, propriaque natione non stipato, difficile immo impossibile reputatur. Et hoc patet exemplo Regis cujusdam Angliae, qui quondam infra regnum Franciae plus habuit in redivis, quam ipse Rex Franciae in regno proprio, & cum toto successore fuit expulsus. Et praesertim cum peritio dicti Regis Angliae quoad regnum Franciae, in quo nullum jus reputatur habere; ac quoad certos comitatus, in quibus centum anno- rum praescriptione & ultra Reges Franciae continue & quiete possessionem habuerunt, videatur injusta. Quare videtur, quod du- catu Vasconiae sub forma, qua dominus Edu- arduus avus istius tenuit eundem, merito debeat contentari.

Quarto de timore Dei, quem ad memo- riam semper reducere debet, in pectoris sui serinio revolvendo processus & censuras in & contra Bavarum factos & latus, quas per adhesionem ejusdem & assumptionem vi- cariatu imperii noscitur incurrisse: super quibus dominus noster praesatus eidem Regi tam exhortando quam monendo scripsit fre- quenter, & semel sibi non ut filio, nec ut fidei ecclesiae, sed ut rebellibus & insideli- bus adherenti literas destinavit. Et praesertim propter incursum hostium fidei Chri- stianae, qui Christianitatem undique impu- gnare ceperunt, prout in literis domini no- stri specificae continetur, ab istius guerra continuatione desistere jam deberet. Item in casu, quo Rex diceret, merito se dubita- re, ponere se in manibus domini nostri; praesertim assistentibus sibi dominis Cardinali- bus, quorum major pars & quasi omnes de regno Franciae sunt oriundi, vel in perso- nis propriis vel in eorum nepotibus benefi- ciati, ac reddituati tam in temporalibus quam in spiritualibus, & quorum pars magna publice partem faciunt contra eum in nego- cio, de quo agitur; haberem dicere bene- volentiam, quam dominus noster habet spe- cialem ad personam domini Regis, & re- gnum; ac etiam quod in talibus negotiis, Romanam ecclesiam & ejus patrimonium non concernentibus, Cardinalium consilium requi- rere non consuevit: & in hoc negotio, si in suis manibus poneretur, aliorum consilium requirere non curaret.

Cohortatus etiam est Pontifex sapien- tes viros, ab utroque Rege Eduardo & Philippo ad sanctiora consilia adhiberi so- litos, ut eos ad concordiam ineundam impellerent: Universitatem, inquit (c), vestram rogamus, requirimus, & in Do- mino exhortamur, quatenus habentes praeculis solum Deum, cui omne cor patet & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, super tantis tamque peri- culosis negotiis, statum totius Christiani- tatis

Francorum Regem praestare viri- bus.

Domestica exem- pla memo- ret.

Injuria Gallicum sceperum polci.

Transi- gendura de Aquit- tano du- catu.

Propositi- se pacis fecerit ex Ba- vari fecerit.

Futura se pacis arbitrum spondet Bened.

XXXI. Monita ad Angli- senatum. (c) Eod. 10.6. ep. fecr. 265. 296.

tatis, ut praesertim, concernentibus, eidem Regi, ac salutis, honoribus, & commodis suis; nec non Christianitati praedictae salubria, utilia, & expedientia, cum bonis & rectis conscientis credideritis, suadere ac consulere studeatis. Dat. Avin. VII. kal. septembris anno VI.

XXXII. Inita ad Tornacum induciae. (a) Ib. ep. 305.

(b) Ep. 302. 304.

Agitatum de pace.

(c) Eod. to. 6. ep. fecr. 302.

Eduardi de ea re literae.

Cum utriusque Regis acies ad Tornacum accinctae ad praelium essent (a), nullo cruore fuso diremptae sunt, ut similiter anno superiori Cameraco abscerferant, nullo commisso praelio. Perfusus egregie suo munere apostolicos nuntios Guillelmum e Norwico apud Eduardum, & Guillelmum Amici apud Philippum utriusque Regis ostendunt literae (b): profuitque admodum, ut Tornacensi confenscente bello, Joanna Valesia sanctimonialis, Philippi Regis soror, apud Philippam Reginam Angliae & Guillelmum filium comitem Hannoniae pacis consilia promoveret: demum pacis induciae, solutaque Tornaci obsidio. Constitutum est inter Eduardi & Philippi Regum foederatos fuerat, ut prope Tornacum pacis tractatus proximo a S. Martini festo die ageretur: sed illum Eduardus receptis apostolicis literis, quibus propositis ingentibus malis, quae bella traherent, quantaque exitia rei Christianae, ni illa Deus averteret, illatura essent, urgebatur; ad faciendam cum Rege Francorum inducias, mittendisque ad sedem Apostolicam oratores, ut una cum aliis Philippi oratoribus conciliandae pacis ratio iniretur, ad proximam recurrentem post festum purificatae Deiparae diem extrahi flagitavit; rescriptisque haec (c) Pontifici, cujus arbitrio certis legibus permissam controversiam, videbitur inferius.

Sanctissimo in Christo patri domino Benedicto divina providentia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo Pontifici, Eduardus ejusdem gratia Rex Franciae & Angliae, & dominus Hiberniae devota pedum oscula beatorum.

Reverenter & devote recepimus sanctitatis vestrae literas (ac nonnullis interjectis, quibus Willelmum e Norwico apostolicum internuntium a se exceptum honorifice ait, haec subiicit:) Et quidem, pater sanctissime, de tam pia visitatione vestra ac exuberante penes nos paterna

benevolentia nimium exultat devotio filialis, laudes & gratias exsolvens propter hoc humiles & votivas. Sed pungunt & amaricant interius mentem nostram mala quae, sicut praedicitur, ex praesenti guerra proveniunt, & praesertim quod terras Christianorum invadere sic sagunt infideles, ad quorum repulsionem & insolentiam conterendam, si possemus, daremus operam libentissime, novit Deus. Ad quod per Dei gratiam & vestri praesidium aspiramus; & ob hoc haec tenemus, quantum decuit, pacem quaesivimus, & querere volumus cum effectu. Unde cum nuper ante receptionem literarum vestrarum obsideremus civitatem Tornacensem, licet nobis arrideret expeditionis uberis spes propinqua; ad importunam tamen quorundam instantiam sub spe tractatus pacis toleravimus, quod inter alligatos nostros & alligatos partis adversae (Joannem Regem Boemiae cum duce Brabantiae de pace colloquium inhiisse referunt nonnulli d) capiebatur una tregua, usque ad festum natiivitate S. Joannis Baptistae proximo futurum duratura: inter quos conditum exitit, ut in crastino instantis festi S. Martini episcopi prope Tornacum tractatus pacis haberetur; quem diem, receptis praedictis vestrae sanctitatis literis, prorogari fecimus usque in diem dominicam proxime post festum purificationis B. Mariae virginis, ut interim possemus vestram beatitudinem super intentione nostra & causa nostra iustitia plenius informare, & super iis providum vestrum consilium, quod praeceteris amplecti volumus, obtinere, &c. Addit se oratores ob id ad sedem Apostolicam mittere, atque Pontifici ob navatam pro liberrando Nicolino e Felice operam eximiam gratias agit. Denique subiicit:)

Conseruet vos Altissimus ad regimen ecclesiae suae sanctae per tempora prospera & longeva. Dat. apud Gandavum decimo die novembris anno regni nostri Franciae primo, regni vero nostri Angliae quarto decimo. [1]

Edendus hoc in loco in lucem visus est libellus (e), quem Eduardi oratores Pontifici porrexere, quo illius causae aequitatem illustrare conati sunt, atque omnium bellorum originem in Philippum Regem transfundere tentarunt.

Haec sunt in effectu, quae dicta sunt vobis

(d) Jov. Leyd. l. 28. c. 3.

XXXIV. Postulata Eduardi. (e) Ex. pud Ben. to. 6. ep. fecr. 114.

bis sanctissimo patri & domino per nos Willelmum de Norwico decanum Lincolnensem, Joannem de Offerde Archidiaconum Eliensem, & Joannem de Thoresby canonicum Surtwellsensem ex parte domini nostri Regis Angliae illustris.

Sanctissime pater & domine. Ut beatitudo vestra de intentione dicti domini nostri Regis sincera & iusta, ac ad pacem rationabilem prona semper & parata, plenius informetur, aliquid est in facto referendum. Dominus Philippus, pro Rege Franciae se nunc gerens, a tempore, quo regnum Franciae primitus occupavit, verisimiliter aestimans, & merito, dictum dominum nostrum Regem ad regnum ad Franciae suae mentis oculos direxisse, vel vellem saltem dirigi in futurum, visus fuit eum in Scotiae partibus, Scotis realiter adhaerendo & in ducatu Vasconiae quamplurima usurpando, adeo continue & fortiter occupare, quod circa recuperationem jurium suorum in Francia eidem intendere non vacaret. Et quia eidem in minori aetate constituto, juris peritiam & agendorum experientiam non habentem, propter infidias praesertim praedictas eidem, ut praedicitur, praeparatas usque ad tempora novissima via non potuit jura sua quoad regnum suum Franciae praedictum congrue prosequendi; idem dominus noster Rex, pacem desiderans & quietem, vias dicto domino Philippo obtulit infra scriptas, pro sola recuperatione ducatus praedicti, & ut a subsidio Scotorum se totaliter amoveret. Primo videlicet maritimum filii sui primogeniti pro filia domini Philippi sine quacumque dote maxima & excessiva Tertio maritimum germani sui domini comitis Cornubiae pro quadam consanguinea sua. Quarto pro vexatione redimenda obtulit sibi unam summam pecuniae arbitrio dicti domini Philippi proprio moderandam. Quinto quia dictus dominus Philippus praetendebat, se velle in terrae sanctae subsidium transfretare; dictus dominus noster Rex ex magno zelo, quem semper habuit & habet ad sanctum passagium assumendam, obtulit se paratum passagium cum eo assumere supradictum, & Scotis treguas concedere competenter sub illa conditione finaliter, quod dictus dominus Philippus fideliter promitteret sibi, post reditum eorumdem de ducatu sibi facere iustitiae complementum. Sed ipse obla-

Queritur motum sibi bellum a Phil.

Oblatam affinitatem recipi.

tiones tam rationabiles, immo superrationabiles respuens & refutans, respondit se nihil velle facere quousque omnibus Scotis tam vivis quam heredibus moriuorum restitutionem plenam faceret de iis, quae suis temporibus in Scotia occupavit. Et cum nuntii dicti domini nostri Regis respondissent, quod ad hoc non habuerant potestatem, nec hoc credebant dictum dominum Regem facere velle; respondit dominus Philippus per haec verba: Nunquam bene erit, quousque unus fuerit Rex utriusque regni tam Franciae quam Angliae. Ista publice praedicavit dominus archiepiscopus Cantuariensis Londonis in praetorium, comitum, baronum, & aliorum multitudine copiosa.

Audiens haec dominus noster Rex, ad discretionis annos jam perveniens, convocari fecit parlamentum, in quo de consilio & assensu omnium praetorum, comitum, baronum, & aliorum nobilium & popularium ibidem praesentium, & praesertim dicti domini Cantuariensis ad hoc specialiter instantis, exitit ordinatum, quod cum pacem per humilitatis viam obtinere non potuit, & ex sententia & decisione doctorum & advocatorum tam Romanae curiae, quam studiorum Parisiensis & Oxoniensis & aliorum, nec non praetorum omnium regni Angliae peritorum & famosorum, cum quibus jus suum fecerat sollicite disputari, regnum Franciae praedictum per montem clare memoriae domini Caroli ultimi Regis Franciae avunculi sui ad eum ut proximum heredem masculinum jure successorio enati legitime devolutum, jus suum praedictum etiam in manu forti curaret prostqui cum effectu. Et ut hoc securius & secretius facere posset jurati ad hoc fuerunt domini Cantuariensis, Lincolnensis, Londoniensis, Saresberienensis, Lichfeldensis, & alii multi praetati, comites, barones, & alii nobiles majores regni super crucem domini archiepiscopi Cantuariensis praedicti.

Insuper inter alia exitit ordinatum, quod alligations fierent in Alemannia jam factae, & quod dominus episcopus Lincolnensis, associatis sibi quibusdam nobilibus de Anglia, minister constitueretur ad perficiendum alligations praedictas: qui ex ordinatione parlamenti praedicti, & dicti domini Regis praeccepto dictum ministerium sic necessitatus admisit, & ad effectum perduxit. Quibus factis, dominus noster Rex consilium secutus praedictum, mare transfretavit, & aliquas regni Franciae partes cum suo

Juri se ac commo-dare detrectasse.

Anglicum sceptrum affectasse.

XXXV.

Decretum in Angli-senatu, jus armis petendum.

XXXVI. Incundum cum Germanis foedus.

NOTAE [1] Hoc anno inter Gallum, & Britannum induciae compositae, de quibus Annalista quidem non silet, sed nec mensem ac diem quo sancitae sunt, nec quorum interventu procuratae indicat. Continuator Nangii, qui opus suum hoc anno claudit, recitat induciarum conditiones ex publicis tabulis quibus dies adscripta est feria secunda, XX. Septembris anni 1340. Haec est dies & mensis initium induciarum. Porro tabulae illae conceptae sunt nomine Joannis Bohemiae regis, Arnulfi episcopi Leodiensis, Radulfi Lotharingae ducis, Aymonis comitis Sabaudiae & Joannis comitis de Armeniaco. In eisdem inducias comprehensos voluit literae illae Anglos pariter, & Scotos, cum Hispanis, Castellanis, Genuensibus, & Provincialibus, Episcopo cum capitulo Cameracensi, tum & reliquos omnes qui alterutram partem secuti sunt. Rebus ita constitutis, notat continuator alter Nangii qui hoc anno historiam suam exorditur, regem Angliae, non quidem remeasse, sed diutius in Belgio substituisse: ubi stetit per magnum tempus. Animadvertere hic

NOTAE hic juvat Anglum, quamvis arma suspenderit, non tamen titulum regis Franciae deposuisse, cum literis hoc anno scriptis die XXI. Novembris epocham regni sui Anglici, itemque & regni Francici, adscripserit; ita enim consignatur: le vingt, & un jour de novembre, l'an de nostre Regne d'Angleterre quatorziesme & de France premier. Ex his discimus epocham hanc regni Francici, sive ab hoc anno, sive a priori labente capisse, MANSI

Paratas mari sibi infidias.

suo & quorundam alligatorum exercitu devastavit. Instante postmodum tempore hyc mali, dicitur dominus noster Rex in Angliam reversus audivisse, quod in mari maxima navium multitudo ad sui & suorum invasionem celerem parabatur. Qui de consilio suorum, sibi pro tunc assensitum, & principaliter domini Cantuariensis predicti subito se paravit ad purgandum mare, & ad transcendendum se exposuit absque provisione pecunie vel equorum, sub confidentia principaliter dicti domini Cantuariensis, qui infra certos & paucos dies pecuniam sibi sufficientem promiserat destinare: & mare transiens, inimicos suos invenit in mari juxta portum, quo proposuit applicare, & eam quam dedit sibi Deus obrinuit victoriam.

Partam navalem victoriam

Qui postmodum, terram ascendens sub confidentia promissionis predictae cum armorum maxima multitudine, civitatem Tornacensem obsedit, ibidemque remanens longaevo tempore omni pecunie subsidio destitutus: licet ad multorum instantiam importunam, veraciter tamen sola pecunie frustratione coactus, treugis consenserat inaudis, in summo sic periculo & extremo necessitatis articulo constitutus, cum nullum denarium toto obsidionis tempore, ut dixit ab Anglia recepisset. Et ultra suum contra dictum dominum archiepiscopum conceptum, aperiens, dixit haec verba: Vere credo quod archiepiscopus voluit, quod propter defectum pecunie perditus fuisset & interfectus, & ulterius dixit mihi seorsum de uxore mea, & e contra talia dixit uxori meae seorsum de me, propter quae, si fuisset exauditus, ad tantam nos iram mutuam provocasset, quod perpetua inter nos fuisset divisio. Vere, pater sancte, dominus Rex omnia ista, dominum archiepiscopum tangens, sepiissime mihi Voillelmo de Norwico tam ad partem quam coram aliis de consilio suo reduxit ad memoriam, & firmiter injunxit sub juramento, quod ea vestra sanctitati plene & fideliter recitarem. Ista, pater sanctissime, videlicet quod propter defectum pecunie dominus Rex treugis consenserat inaudis, & ea quae dominum archiepiscopum tangunt, si placet, teneantur secreta: caetera omnia poterunt proolari.

XXXVII. (a) Ext. ead. pag. 114.

Porrectus etiam tum videtur ab iisdem oratoribus Pontifici alter libellus (a) a nobis superius aptiore loco indicatus, quo probare nitentur, regnum Francorum jure hereditario ad Eduardum spectare: quo vero illius consilia vergerent, his verbis expresserunt: Sanctissime pater & domine. Ut specialiter & nude vestra clementiam suam aperiat voluntatem, vestra significat sanctitati, quod prosequitur, & intendit prosequi totum regnum Franciae tamquam sibi jure successorio legitime debitum & delatum: ob reverentiam tamen vestram & Apostolicam sedis, & propter di-

serimina vitanda, qua ex continuatione guerrarum poterunt verisimiliter provenire, paratus est tractare de pace, & bona paci consentire; dum tamen in tractatu pacis faciendae habeatur consideratio ad jus sibi competens in regno predicto, & non solum ad ducatum, quia solo ducatu toto, & etiam ab omni servitio & subjectione cujuscumque libero, non intendit contentari. Insuper quia sanctitas vestra ad reformationem pacis summe sollicita per literas suas paratam se obtulit apud Apostolicam sedem in persona propria si partium nuntii propter hoc ad curiam desinentur vel per alios, prout honeste & commode fieri poterit, laborare; dominus noster Rex ex magna confidentia & reverentia devota consensit, quod hoc sit in electione sanctitatis vestrae.

Non Aquitania modo, sed & alia expetita.

Sanctissimo Patri in Domino Benedicto, divina providentia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo Pontifici.

Sanctissime pater. Pridem per vos cum quibusdam vestrae sanctitatis literis ad nos missis vir venerabilis & discretus magister Guillelmus Amici auditor sacri palatii ex parte vestra multum secreta nobis exposuit viva voce, quod propter bonum pacis & affectionem sinceram, quam ad nos regnumque nostrum habetis, onus in vos libenter susciperetis, dum tamen nobis placeret, pacificandi discordias inter nos & Regem Angliae suscitatas, in quantum terras & loca per charissimum dominum & genitorem nostrum Regis Caroli tempore, ac pro ipso & postmodum per nos in Vasconiae partibus acquisita tangere dignoscuntur. Super quibus vestram scire volumus sanctitatem, quod licet ad nos dumtaxat ratione nostra superioritatis, quam per certas conventiones pertinetur cognitio de praemissis; nihilominus propter honorem & reverentiam vestrae beatitudinis, & ob ingentem confidentiam, quam de vobis semper habuimus & habemus, placebit nobis, quod vos ut privata per-

Philipp. de Aquitania terris tantum committit.

persona de & super predictis per viam amicabilem & rationis, prout vobis bonum & expediens videbitur, cognoscere ac ordinare possitis: dum tamen ante omnia praefatus Rex Angliae nomen Regis Franciae, quod usurpative nascitur, assumpsisse, ac sigillum de armis Franciae, quo per tempus aliquod usus est indebitus, & adhuc uti nititur, omnino dimittat, ac eis revertetur totaliter cum effectu. Personam vestram sanctissimam conservet. Altissimus ecclesiae sanctae regimini feliciter, ut optamus. Dat. apud S. Ludovicum prope S. Dionysium in Francia die xxvii. octobris, Devotus filius vester Rex Franciae.

XXXIX. Perspectis utriusque Regis consiliis, Pontifex iusti foederis ineundi rationem non explicari rescriptit (a) Philippo; cum tamen ipsius & Eduardi oratores proximis a celebrato purificatae Virginis festo diebus pro tractanda pace convenire apud sedem Apostolicam deberent: suam operam, si adversae partes assensissent, adhibeatur: quod ad eam legem a Philippo adjactam spectaret, ut prius Anglorum Rex Gallicae insignia & nomen abjiceret, antequam de Aquitaniae terris illi vel Eduardo II. ereptis restituendis quidquam constitueret sedes Apostolica; subdidit, eam ab Anglo nunquam admittendam: Quamquam, inquit, cum predictis missis per Regem praefatum Anglorum super dimissione illius nominis & sigilli de armis Franciae collocati fuerimus, & eis quae nobis videbantur expedientia circa haec duxerimus explicanda, reperire tamen non possumus nec sentire cum ipsis, quod Rex ipse ante tractatum pacis quoquo modo dimitteret supradicta.

Instat Philipp. ut Anglus insignia Gallica abjiciat.

Monetur ne periculo exponatur exercitum.

XL.

Ne tamen Philippus ob id a tractanda pace discederet, utque illi accommodaret animum, Pontifex ipsum obsecravit; atque inter gravissimas rationes hanc subjecit: Ponens nihilominus ante oculos mentis tuae, quod licet superna benignitas offensas predictas hactenus dissimulaverit patienter, sibi tamen Christianorum effusionem sanguinis non placere his tuis & Regis praedicti accebur, ut nosti, de propinquo dispositis ad bellandum ostenderit manifeste; verendum tamen est, & multipliciter formidandum, quod si ulterius provocaretur similibus, sua non quiesceret indignatio, quin adversus illum vel illos, qui horum causa essent, terribilis & forsitan irreparabilis vindictae ultionem cum ejus sint occulta judicia exerceret, &c. Denique ut Philippum ad pacem cum Anglo & bella Domini gerenda accenderet, de Rege Marrochitano atque aliis Africanis Regibus, qui trajecterant in Hispanias, a Castellano & Lusitano Regibus magna gloria debellantis certiozem fecit. Dat. xli. kal. januarii anno vi.

Historiam aggressuri clarissimae victoriae,

in qua maxima infidelium multitudo, pugnante pro ecclesia Christo, caesa est, qua praecesserint, ad ejus perspicuitatem praemittimus. Nuntio de accepta superioriori anno clade efferatus Mauritaniae Rex, hoc ineunte maximos apparatus bellicos ad invadendas Hispanias instruxit. Quo afflatus rumore Alfonso Castellae Rex, missis oratoribus, auxilia a sede Apostolica expetit. Neque illi defuit Pontifex, indixit enim religiosam in Mauros expeditionem: Conchensi & Abulensi episcopis provinciam dedit, (b) ut Christi fideles pro concione ad arma sacra corripienda concitandos, crucisque synibolo insigniendos curarent: imperatae ecclesiasticis ad sumptus bellicos sustentandos decumae triennales; ac proposita castra securis, vel stipem erogaturis indulgentiae. De quibus Alfonso Rex factus certior hisce literis (d), vicissimque ad condendas in comparandis ab hoste locis ecclesias obstrictus.

Petita a Castellano contra Mauros subsidia.

(b) An. 6. ep. com. 15.

(d) Id. ib. ep. 14.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellae & Legionis illustri salutem.

Exultamus in te, fili charissime, nos & Romana ecclesia mater tua, quod Rege Regum & domino exercituum mentem tuam in actus devotos & strenuos salubriter dirigente, contra crucis hostes perfidos, videlicet Agarenos, ad exaltationem & defensionem catholicae fidei velut Christi miles intrepidus, & ejus praesertim promptus & subsidiarius praetor, sic te hactenus murum opportuna defensionis opponere studuisti, quod, dante Domino tibi & gentibus tuis virtutem, de Agarenis ipsis feliciter triumphasti, multis ex eis, qui ad Christianorum interitum furentis propositi armaverant voluntatem, una cum infante nato profani & blasphemii Regis de Beamaarin in ore gladii Dei digno judicio interemptis: de quorum internicione idem Rex blasphemus, & maxime propter necem ejusdem infantis nati sui adeo in profana impietatis rabiem dicitur exarsisse, quod sicut publicis fidei dignorum fertur reatibus, omnino citra mare ad partes Hispaniae transire proponens, innumerofam Agarenorum multitudinem congregat, & ad quascumque civitates & portus, in quibus credit invenire navigia, nuntios suos cum multis pecuniis, in quibus plurimum dicitur abundare, pro habendis dictis navigiis ad transitum suum necessariis destinavit, ad perficiendum hujusmodi nequam propositi sui votum potentiae suae vires accelerans quantum potest.

De Mauritani Regis filio in acie caelo.

Quare tu prudenter attendens, quod ad obtinendum moliminibus ejusdem Regis blasphemii, & omnium Agarenorum, in magna potentia citra mare transire volentium cum eodem, toti Christianitati expedire dignoscitur

Contra eos se apparat Alfonso.

Legatos ad Pont. decernit.

Quæ ab iis fuerint proposita.

XLI.

Indicta a Pont. cruceata militia.

scitur, ut quamcunq; fieri potest, adhibeatur per opportunam diligentiam & sollicitudinis studium, & promptæ suffragationis auxilium in necessariis navibus & galeis, ac aliis navigiis armatis decenti, & ad hoc apta classe fidelium remedia opportuna; nobis per dilectos filios nobiles viros Joannem Martini de Leyna & Petrum Didaci de Corduba milites speciales nuncios, ambassiatores, & procuratores tuos, ad præsentiam nostram propterea specialiter destinatos, humiliter supplicasti, ut tibi, qui velut catholicus princeps, & fervidum zelum gerens, pro defensione fidei Christianæ ad obviandum potenter dictorum Agarenorum congressibus peregristi hæcenus, & continue peragis circa hoc quod status & possibilitas tui requirunt, cum contra tantam multitudinem & potentiam Agarenorum, quam idem Rex blasphemus cum aliis Regibus Agarenis crucis hostibus continue congregare non desinit, non credas posse sufficere per te ipsum, providere tibi de infrascriptis subsidis dignemur.

Quamvis igitur ecclesiis & personis ecclesiasticis regnorum & terrarum tuorum prædictorum paterno compatiamur affectu, ac invite ipsi gravamina imponamus; attendentes tamen urgentem & probabilem supplicationis hujusmodi causam, & præsupposita necessitatis instantiam, votis tuis super præmissis eo libentius annuendum fore providimus, quo illa apostolici favoris fulcienda, & juvanda præsidis magis utile & expediens existimamus. Præmissis itaque attentam considerationem pensatis, ac deliberatione super iis cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus præhabita diligenti, sub infrascriptis promissionibus & obligationibus dictorum procuratorum & nunciorum tuorum per eos factis, ac moderationibus nostris per dictos procuratores acceptatis, & juramento, quod in tuam animam præstiterunt, vallatis supplicationes tuas hujusmodi ad exauditionis gratiam duximus admittendas. Prædicationem siquidem crucis in omnibus regnis, comitatibus, atque terris tam tuo quam etiam charissimi in Christo filii nostri Aragonum Regis illustris, dominis & ditioni subjectis, nec non in regnis Navarræ & Majoricarum per certos archiepiscopos & episcopos in literis nostris super hoc directis eisdem nominatim expressis, & alias personas ecclesiasticas seculares & regulares ad id idoneas, per eisdem archiepiscopos & episcopos deputandas, tam contra dictum Regem de Benamarin, & quoscumque alios crucis hostes sequaces ipsius, quam contra Regem Granatæ ceterosque blasphemos, obsequentes eidem, sive ipsos Reges blasphemos contra te & regna seu terras tuas sive te non solum regna & terras tuas prædictas defendendo, sed etiam regna & terras eorum invadendo seu impugnando, guerram movere contigerit con-

tra eos, fieri concedimus pro triennati tempore infrascripto; ita quod in dictis regnis & terris ac dominiis dictorum Regum catholicorum proponatur solemniter verbum crucis & inibi venerabile signum ejus tuis & aliorum fidelium in regnis, comitatibus, terris, & dominiis prædictis consistentium, vel illuc undecumque confluentium, illam devote suscipere volentium, buemeris per eos, qui ibidem proponunt verbum hujusmodi, affigatur; ut prædictum negotium contra præfatos Reges blasphemos & sequaces eorum, vivificæ crucis muniti signaculo, te dictum negotium assumente, ferventer assumant, teque illud prosequente, vivaciter prosequantur (Pluribusque interjectis de subsidario decumano auro, in bellicos sumptus ex sacerdotiorum vestigalibus redigendo, adjectæ a Pontifice hæc pactiones.)

Ut autem hujusmodi negotium sive circa defensionem regnorum & terrarum tuorum, sive circa impugnationem crucis hostium prædictorum, tam per mare quam per terram feliciter & securus, Deo tibi assistente propitio, prosperetur, hujusmodi ordinationis nostræ terminos non excedas; sed illos diligenter observans, ad Dei gloriam & exaltationem fidei dictorum crucis hostium impugnationi diligenter invigiles, & solertiter intendas, cum ipsi fidem catholicam & terras fidelium, potissime in ipsorum frontariis constitutas, ac personas Christianorum non desinant impugnavere, Christianos ipsos capiendo, suæque ditioni subdendo, ipsosque tam mares quam feminas & parvulos filios & filias eorumdem cogendo fidem catholicam abnegare, & nonnulla alia nefanda in eisdem catholicis committendo. In terris quoque, castris & locis in dicto regno Granatæ & aliis terris, per dictos Agarenos detentis, tam per te forsitan acquisitis, quam quæ divina tibi suffragante virtute acquiri contigerit in futurum, construere & edificari volumus ecclesias, seculares videlicet cathedrales secundum mandatum & ordinationem nostram & successorum nostrorum vel aliorum, quibus nos vel dicti successores ad id duxerimus vel duxerint committendum, considerata aptitudine, conditione, qualitate, & dignitate locorum, in quibus fuerint hujusmodi ecclesie ordinandæ. In quibus etiam de mandato nostro seu dictorum successorum ponentur & instituantur persone ecclesiasticæ seculares, per quas in eis divina celebrentur officia, & ministrantur habitatoribus ipsorum locorum catholicis ecclesiastica sacramenta Collegiata vero & alia inferiores ecclesie a cathedralibus fundari possit de mandato prælatorum & aliorum catholicorum, quibus hoc de jure competit vel competet in futurum: ac similiter institutio seu ordinatio personarum ecclesiasticarum, quas, ut prædicatur, seculares esse volumus, in eisdem col-

Distingui jussi crucis signo milites.

Attributæ decumæ.

XLII. Quibus pactioibus Alfonso obstrictus.

Coercenda excuriones Mauroorum.

Excitantia ecclesie in locis hosti ereptis.

Mahumetici ritus palam non permittendi.

XLIII.

Decumæ in comparandis bello agris solvendæ sacerdotibus.

Cautum libertati ecclesiasticæ.

XLIV. (a) Marian. l. 16. cap. 7. Sur. l. 7. c. 53. Afrorum in Hispanias expeditionis.

collegiatis & aliis inferioribus ecclesiis ponendarum, possit fieri per eisdem, quibus competit id de jure, salvo jure patronatus tui: quod jus intelligi volumus illud esse, quod tibi jura communia canonica in casu, de quo agitur seu agatur, præstiterint. Repetita etiam ea pacto, alias cum ipso Castellæ Rege & Aragonenita, ut in locis de hoste partis, in quibus Mauri permitti Christianis versarentur, non permittentur peregrinationes ad Mecham iniri, vel alta voce perfidi Machometi nomen proclamari. Adjectum demum de ecclesiis, ad sustentandos sacerdotes vestigalibus locupletandis.

Et quia spiritualia diu sine temporalibus non subsistunt, ac justum est, qui altari servit, vivere debeat de altari, & juxta verbum Apostoli mirum esse non debet, si temporalia merantur, a quibus spiritualia seminantur; volumus quod pro bonis & rebus in dictis regno Granatæ & terris per dictos Agarenos detentis, per catholicos forsitan, ut præmittitur, acquisitis vel in posterum, concedere Domino, acquirendis decimas & primitias ecclesiis & personis ecclesiasticis instituendis ibidem, cum super hoc per eos fuerit requisitus, facias cum integritate persolvere, secundum quod juratum ad id te astringere dignoscantur: & nihilominus libertas & immunitas ecclesiastica in civitatibus, castris, terris, & locis acquisitis, & quæ acquiri contigerit in regno & terris prædictis, eisdem ecclesiis & personis ecclesiasticis & aliis plene & libere servabitur juxta canonicas sanctiones. Volumus insuper, quod processus nostri & sententia excommunicationis & interdicti per nos, ut præmittitur, in personam tuam & civitatem & loca prædicta lata & præmissorum occasione ferenda, per aliqua verba dicti procuratorii tui nullatenus revocantur; sed in sua firmitate consistant, quod si eas incurere te contingat, tandem in persona tua ac civitatibus & locis prædictis, eas habere decernimus roboris firmitatem, donec congrua satisfactio præmissa, dictas sententias de nostro & successorum nostrorum speciali mandato contigerit specialiter relaxari, &c. Dat. Avinion. martii anno vi.

Non frustra denuntiatus barbarici apparatus terror: Albohacenus (a) enim Marrochitanus Rex, Abomelici filii cæsi in bello Hispanico necem ulturus, Septæ, Bugiæ, Tuneti, Regum, soldanique Babylonii copiis auctus, comparata ingenti classe, exercitus partem trajecerat in Algeziræ portum appetente vere, cum apud Castellæ Regem Alfonso Goffredus Tenorius regis classis præfectus in odium adductus est, & inertie accusatus, qui barbaros in Gaditano freto trajecit non arcuisset. Laceratus ea injuria Tenorius universam barbarorum classem bello ad-

Ann. Eccl. Tom. XXV.

rii constituit, (b) perijtque accepta insigni clade (c) paulo ante dominicam palmarum: quinque tantum triremes fuga Tarriffam evasere (d): meminist de amissa Regis Castellæ classe. mense aprilis Joannes Villanus (e) quam tempestate laniam ait adeo, ut vintiquatuor triremes ex octoginta ad terram fuerint vi ventorum & maris illisa: potuitque in ipso certamine æstu classis procella discerpi, quem casum Pontifex in literis ad Regem Castellæ consolatoris non obscure innuere videtur (f). Nec felicius res Gilaberto Aragoniæ classis præfecto successit (g), quo in Algeziræ litore telo confosso in pugna tumultuaria, classis dissipata abcessit: barbari totis mensibus quinque ex Africa in Hispanias trajecere. Reficere navalem exercitum enisus est. Alfonso: Lusitani & Aragonii ad conjungendas vires sollicitati (h): exorati Genuenses, ut triremes regis stipendiis conductas submitterent: eaque in re adhibita autoritas Pontificis, qui ut facilem se in juvando Rege Castellæ præbuit, ita ipsum ad permulcendas divinas iras, quas impudicis adulteræ Gufmanis amoribus, injustoque magistri Alcantaræ ordinis supplicio in se concitarat, permovet (i), monuitque ut opprimerentur interdum ob scelera principum populi: vincendum prius hostem, qui lateret in pectore, ut felicius de externo triumpharet; neve ex accepta navali clade demitteret animum, sed more majorum fortius in ceptum cum barbaris bellum incuberet.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ illustri.

Casus ille finister, quem pridem gentibus tuis, fili charissime; fidelibus cum perfidis Saracenis in mari Marrochitano pugnantibus, mæstis audivimus relatibus contigisse, turbavit sicut creditur & concussit [super quo tibi paterno more compatimur] non immerito mentem tuam. Sane quia talem & tantum principem, tantæ virtutis, & constantiæ decet esse, ut non elevetur in prosperis, nec concidat e-tiam in adversis, excellentiam rogamus regiam, & in Domino exhortamur, quatenus ad illum, a quo est omnis potestas, quæque confidentes de sua misericordia non deservit, sed sustentat potius & exultat, dirigens similiter vota tua, non demittendo propter hujusmodi casum, sed exaltando potius animum regium, magnanimitor, & robustior appareas & consistas, ac fuger, præsertim cum Dei prosequaris negotium, conforteris. Equidem si gesta claræ memoriæ progenitorum tuorum laudabilia, qui pro defensione ac dilatazione fidei Catholice nec laboribus, nec expensarum profuissent, nec demum effusioni pepercerunt proprii sanguinis, ante conspectum posueris

(b) Id. ibi Victoria. navalis relata a barbaris. (c) Tom. 6. ep. fecr. 104. (d) Marian. sup. per cap. 7. c. 53. Vill. l. 11. c. 112. (f) To. 6. ep. fecr. 104. Classis Aragonia dissipata (g) Sur. l. 7. c. 53. (h) Marian. ubi sup. Genuen. ses rogati ut ferrent Hispanis opem.

(i) To. 6. ep. fecr. 104.

XLV.

Monita Regi Castellæ dæ-

Majorum exempla proposita.

E e

mentis tuae, nihil prorsus tibi grave red- detur circa prosecutionem operis Dei, quod inhaerendo eorum vestigiis laudabiliter & commendabiliter incipisti. Age igitur, fili dilectissime, viriliter & potenter, ut tibi assistente dextera divinae potentiae, opus coe- ptum contineres & perficias ad laudem Dei, & augmentam tui nominis & honoris.

Conci- liandam divinam gratiam.

Optaremus tamen te attendere diligenter, quod proficiscenti ad bella principi, multum inter caetera noscitur expedire, ut pacem in domo propriae conscientiae studeat stabili- re, ne pugna laesisset domestica, minus ab hostibus timeatur. Inter omnia sane pra- lia, illud magis est intimum, & dici de- bet rectius intestinum, quod sub Dei solius oculis in conscientiae sinu geritur, & quietem animi nunc rodendo, nunc concuriendo, nunc lacrando, proflernendo quandoque deficit, vel perturbat.

XLVI. Expanda crimina.

Ideo, fili amatissime, considera quae- sumus diligenter, quid in domo conscientiae tuae agitur, & si ratione illius concubinae, cui in tuae salutis & famae dispendium diu- tius adhaesisti; ac nihilominus, quod in il- lum quondam magistram domus de Alcan- tara, personam utique religiosam & eccle- siasticam, manus violentas usque ad ex- tinctionem vitae illius super terram, non sine magno sententiarum laturarum a canone periculo, per te vel alios extendisti: bella in domo tuae conscientiae moveantur, vel mo- veri debeant intestina volvens & revol-vens intra regii claustra pectoris diligen- ter, mulierem ipsam a cohabitatione tua corrigendo & mutando in melius amodo vitam tuam, removeas & ad obtinendum absolutionis beneficium a dictis sententiis te disponas: sicque pace in tua conscientia firmata & salubriter stabilita, teque acce- pto apud Deum, per quem regnas & regeris reddito, securus inire bellum poteris contra hostes.

Futurae poenitentiae Deum propi- tium.

Et quia, sacra scriptura testante, quan- doque propter peccata Regum punitur po- pulus, ex tunc de peccatis praedictis, dum ab illis mandatus & liberatus fueris, non habebis quod te vel dictum populum pericu- lis subjiciant formidare, nec labores tuos ab aeterni retributione praemii vacuabunt. Haec autem tibi, fili praedilectissime, quem portamus in visceribus charitatis, pater- nis & charitativis monitis, sicut alias per- suasisse meminimus, adhuc eo affectuosius quo saepius suademus. Porro receptis beni- gne nuper magnificentiae tuae literis, & contentis in eis diligentius intellectis, su- per habendis, conducendis, armandis, & munitendis galeis, & etiam falsis Christi-

anis & impiis de Janua, qui Siracenis adhaerere dicuntur, contra te abinde retra- bendis, dilectis filiis... defensori, commu- ni, & populo civitatis Jannensis per lite- ras scripsimus opportunas. Dat. Avin. XII. kal. Julii anno VI.

Extant ex litera (a) in pontificio re- gesto ad Alfonsi Regis gratiam ad Simo- nem Buccanigram ducem datae, in quibus proposita haec ratio: Considerantes, inquit, attente, quod per mare illud Hispaniae va- sis navalibus Christianis deficientibus pan- deretur, quod absit, liber transitus Sara- cenis, fidelibus & fidei catholicae imminen- tia pericula provenirent. Nonnullisque interjectis Simonem ac Genuenses hortat- ur, ut impios homines, qui Saracenis adversus Christianos operam locare non perhorrescunt, comprimant, diramque infamiae labem a suo nomine abstergant: Cum sicut alias, inquit, vobis scripsisse meminimus, vox sonet horribilis & info- nuerit hactenus, vos & civitatem vestram (licet ab his sitis quantum ad vos inno- centes, ut credimus) infamia gravis res- pergens, quod aliqui subditi vestri, se- constituentes falsos & impios Christianos, assistunt, nimirum Saracenis, arma, vasa navalia & alia, cum quibus Christianos ipsos impugnant, ministrantes eisdem, & se ad stipendia ponentes eorum, crudelius quam Saraceni Christianos ipsos invadunt gravius & offendunt, quod in divina ma- jestatis cedit contumeliam, Christiani no- minis opprobrium, ac honoris & fama di- spendium, si est ita &c. Dat. Avin. XIII. kal. Julii anno VI. Et quidem divinae vin- dicte datum est (b), cum insequenti anno kal. Januarii portus Veneris incendio con- flagasset, grassantibus tanto furore flami- nis, ut domos omnes, in quibus innume- ra opes erant, absumperint: at ex- malis artibus erant quaesita, si enim pi- raticam omnes exercebant, vel piratas fovebant.

Assensit pontificiis precibus monit'que XLVIII. Simon, ac triremes quindecim egregie in- structas regiis sumptibus Alfonso submi- sit (c), Florebant ea tempestate rei ma- ximae gloria Genuenses, quos hoc anno in Ponto Euxino centum quinquaginta ma- joris seu minoris alvei naves Cerabis Sy- nopensis profligasse refert Joannes Villanus (d) caesis barbarorum sex millibus mensive. [1] Sed ad res Hispanicas redimus. Con- junxit (e) primum duodecim triremes cum aliquot navibus Aragonius Petrus Monca- da praefecto, ac deinde alias septem ador- navit: ita cum aliis Castellae & Lusita- nie

XLVII. (a) To. 6. ep. fecr. 103.

Objurga- ti operam apud Afros lo- cantes.

Portus Veneris incendio consum- ptus. (b) Jo. Vill. l. II. c. 120.

(c) Ma- rian. l. 16. c. 7. (d) Jo. Vill. l. II. c. 116. (e) Sur. l. 6. Aug. Inst. l. 4. Instaurata Christiana clas- sis. (e) Sur. l. 7. c. 53.

(a) Ma- rian. super. cap.

(b) To. 6. ep. fecr. 87.

(c) Ma- rian. super. c. 7. Firmata inter Lu- sitan. & Castellan. foedera.

(d) To. 6. ep. fecr. 305.

(e) Ib. ep. fecr. 273. Indictae solennes applica- tiones.

niae Regum navalibus copiis maritima res redintegrata (a). Exercuerant ante ii Reges gener focerque gravissimas similtates, ad quos, ut diximus, conciliandos Pontifex Bertrandum tit. S. Cyriaci in thermis pres- byterum Cardinalem miserat (b): jurgia vero leviora imminentis belli barbarici gravissimus terror diremit. Rex Castellae a petitis abcessit, Mariam Reginam uxorem ad parentem Lusitanum, ut eum le- niret, transmissit (c), ac postea cum focero ad Jurameviam oppidum in Ane ripa colloquium iniiit: dimisit Constantiam Ema- nuelis filiam ad Petrum Lusitaniae princi- pem tercentorum millium aureorum dote constituta; atque inter eos nuptiae mox re- gio apparatu celebratae. De qua firmata feliciter Lusitanum inter & Castellatum pace, mutisque postis odiis Pontifex ex- tremo anno Regem Francois certiore fecit (d).

Caeterum ut converti facilius possent in- hostem communem omnium Hispanorum fidelium arma, Pontifex ad divinum im- plorandum praesidium archiepiscopos & episcopos Hispaniarum solemnibus suppli- cationes, instructa religiosa pompa, ce- lebrare iussit (e), monereque populos, ut divinae iras precibus averterent, abster- gerent lachrymis scelera, ut placatus Deus infidelium fastum contunderet, opta- tamque victoriam suis tribueret.

Benedictus, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Toletano ejusque suffra- ganeis.

Cum sicut habet rumor implacitus, & infestus, hostis ille profanus, Rex Marro- bitanus videlicet, ad invasionem, oppres- sionem, devastacionem, & occupacionem par- tium Hispaniarum, & fidelium in eis de- gentium, extirpacionemque cultus catholice fidei ac nominis Christiani aspirans, ex eo ad suos nefandissimos, nequissimos, & dam- natos conceptus hujusmodi producendos, quod absit, in partium majorem assumat audaciam, & ad id praesumptuosus cum suis nequam se- quacibus se disponat, quia charissimorum in Christo filiorum nostrorum Regum Hispa- niarum illustrium vel aliquorum ex eis, ac nonnullorum aliorum magnatum & potentium earundem partium corda sentit discordia, & voluntates disjungat; nos attendentes, quod licet super eorum reformanda concordia per nos & sedem Apostolicam laboratum alias multipliciter extiterit, sicut nostris, obisten- te tamen hostis antiqui cunctorum malorum inceptoris malitia, & etiam propter pec- Ann. Eccl. Tom. XXV.

cata gravia, quae in divinam offensam, & salutaris ecclesiasticae disciplinae contemptum, in illis partibus nimis impudenter ut asse- ritur, committuntur, multiplicatis adversan- tibus, attingi plene non potuit ad fructus pacis & concordiae peroptatae. Sperantes i- gatur in eo, qui cor contritum & humilia- rum non despicit, sed propter poenitentiam de Afris hominum peccata dissimulat & dimittit, i- ram indignationis in lenitatem & mansue- tudinem misericordiae convertendo, quod si peccatores digne poeniteant, divina propi- tiationis clementiam humiliter implorantes miserator & misericors Dominus, qui iusto- rum preces clementer exaudit, pacem red- det fidelibus, dabit eis robur virtutis & constantiae, & ab adversariis proteget & defendet; fraternitati vestrae per apostoli- ca scripta mandamus, quatenus consideran- tes attente, quod haec ad sollicitudinem spe- ctant vestri pontificalis officii, & in di- stricto examine iudicii exinde ratio exigetur a vobis officii debitum hujusmodi dili- gentibus & sedulis studiis exercentes, ad peccata diluenda, & faciendum dignos fru- ctus poenitentiae, commissos vobis populos & subditos, per vos & personas ecclesiasticas, religiosas & seculares vestrarum civitatum & dioecesium monitionibus, exhortationibus, & aliis modis honestis & debitis solerter & fideliter inducat: & nihilominus, tam per vos, quam clerum earundem civitatum & dioecesium processionaliter, & alias ora- tionum multipliciter suffragia, & preces ef- fundatis devotas ad Dominum, & effundi ab eisdem clero & populo faciat, ut ipse, qui pacis est author, & humana salutis a- mator, tam Regum quam aliorum partium praedictarum fidelium discordia, corda pa- cificet, & ad suum exequendum beneplaci- tum, & defendendam, & dilatandam fi- dem eandem catholicam uniat multiplica- tis intercessoribus voluntates; concedat- que praefatis Regibus & populis fide- libus de inimicis ejusdem fidei, ad lau- dem divini nominis, victoriae gloriose trium- phum. Dat. Avin. VII. kal. septemb. an. VI.

Missae sunt eodem exemplo ad Taxra- conensem, Compostellanum, Hispanensem, Caesaraugustanum, Bracharensem, eorum- que suffraganeos litera (f): quo vero fi- deles majori ardore pugnarent cum bar- baris, Pontifex cruce distinctos iussit in- cedere, atque indulgentiarum praemia iis, qui trium mensium tempore bellicos labo- res tolerarent, stipendive in belli sumptus conferrent, proposuit; id enim Beneficium

Pro com- paranda de Afris victoria.

L. Cruce m induere iusti fide- les. (f) To. 6. ep. fecr. 274. 275. 276. 277. 278.

E e 2 Lieva

NOTAE [1] VICTORIAM NAVALEM GENUENSUM DE TURCIS SYNOPENSIBUS DESCRIBENS Vetus Genuensium rerum scriptor Georgius Stella, longe, quam Joannes Villanus, moderator est. Con- gressas enim narrat Genuensium triremes novem cum duodecim, & cum navibus duabus Synopen- sium Turcarum. Victoria stetit pro Genuensibus, qui triremes decem adversariorum, & novem unam

NOTAE unam coeperunt, nautis plerisque vel submersis, vel gladio peremptis. Quae vero ex Mariana ad- dit Annalista, de triremibus quindecim a Simone Genuensium Duce ad Regem Castellae missis, paulo aliter apud eumdem Genuensem historicum leguntur. Non enim hoc, sed potius sequenti anno missas tradit subsidiarias triremes, non quindecim sed potius viginti, Aegydio Buccanigra Ducis fratre ejusdem classis praefecto, sive ut oratis illius rudis sermo ferebat, Amiraglio. MANSA

Lieva Alfonso Regis Castellæ orator flagitabat. Respondere Pontificis optimi votis ac studiis felices successus (a), affuitque e caelo divina virtus, quæ rotas numerosissimos improborum hominum exercitus exiguo suorum numero contrivit. Confluxerant (b) ex Africa & Asia Saraceni, ut Christianam religionem everterent: insultabant enim Christi fidelibus, qui post tantos apparatus jactatasque Asiaticas expeditiones velut amentia perciti in seferum strinxissent, atque ad Christianorum terras incolendas, quasi de triumpho certissimi, cum mulieribus & infantibus concurrerant tanta multitudine, ut ad sexcenta millia peditum, equitum sexaginta millia ascendisse scribant nonnulli (c). In equitum numero consentiunt vel eum augent alii: pedites autem ad quadringenta millia sub signis steterisse dicunt (d): immanis certe multitudo (Quod Pontifex in literis ad Eduardum Angliæ Regem testatur) (e) esse debuit, cum trajectus barbarorum ex Africa quinque menses tenuerit; præter Granatenses, qui eum Juzepho Rege Afris & orientalibus se conjungere. Impares longe erant (f) tanto numero Christiani, quorum copiam recensitæ (g) sub Castellæ & Lusitanæ Regibus quatuordecim equitum, peditum viginti quinque millia: sed fideles pius ardor vincendi in terra, aut fuso pro fide sanguine triumphandi in caelo incendat.

Lucis adventu, inquit Mariana, Reges & eorum exemplo ceteri confessione & Eucharistia rite procurati sunt. Mox acies ad pugnam instructæ. In primo agmine Lara Emanuel & D. Jacobi magister constituti, in prostromo Gonfalon Aquilarius: peditum incondita multitudo in subsidiis Petro Nunnio ducis; mediam aciem cum robore copiarum Reges obtinebant. Aderat Egidius Toletanus præsul, alique episcopi & proceres: vexillum crucis Lugus natione Gallus Romani Pontificis jussu gestabat. Milites omnes rubra cruce distincti, ut adversus impiis pro religione pugnaturi. Lusitano invadendi Granatenses cura imposta est. Ad peculiarem manum adjuncti Calatravæ & Alcantaræ magistris. Castellæ Rex Albohaccenum invadere parans, concione advocata milites oratione accendit.

II. Cognito cruce signatorum adventu Albohaccenus, qui Tariffam premebat obsidio-

NOTE [I] Celebris victoria de Saracenis hoc anno a regibus Castellæ, & Lusitanæ relatæ dies ab Annalista non definitur, nec in tanto Scriptorum, etiam equalium, diffidio statui posse centeo. Mariana ex factis Toletanis diem 30. Octobris seligit, Joannes Villanus ipsas Novembris Kalendas præfert; Author Chronici Regiensis, qui tunc florebat, diem ultimam octobris maluit, qui etiam tradit in hostium potestatem venisse filium regis Gambui Saracenum cum quatuor Saracenis Regibus, tum addit: Ipse vero Rex nec vivens nec mortuus invenitus est. Nec minus incertus hostium castrorum numerus; Villanus ad 20000. castra dicit. Plerique ad 200000. supputant. Continuator Nangii ad 150009. MANSI

ne, castra movit agmine composito occursurus, spe plenus opprimendi nostros barbarorum multitudine: sed levi prælio, injecto divinitus barbaris pavore, confusisque inconditæ multitudinis ordinibus, est ad Sallum flumen profligatus: Magna caedes facta, addit Mariana (b): supra ducenta Maurorum millia in prælio fugaque ceciderunt. Surita (i) & alii plures consentiunt, ac Pontifex in literis ad Anglorum Regem, immanem multitudinem castram describit: quocirca error apud Jo. Villanum (k) irrepit in numero, dum defectu unius apiculi arithmetici viginti millia pro ducentis millibus occubuisse refert. Pergit Mariana: Captivorum ingens numerus fuit: e Christianis, quod vix stadem faciat, viginti desiderati non amplius; dissentit admodum Surita (l), qui viginti quinque millia Christianorum occubuisse tradit. Classarii milites parum contulerunt, cum se Aragonii ad unum tenuissent navibus. Vascones in nullo hujus belli usu fuere, Philippo gentis Rege Gallicis bellis distracto, reipublicæ moderatore Reginaldo Pontio homine Gallo: Egidius Toletanus præsul a Regis Castellæ latere nunquam discessit, desertumque pene a suis & in confertos hostes irruere parantem voce manuque retinuit, ne tristis casus certam victoriam corrumpere. Salutis anno millesimo trecentesimo quadragesimo pugnatum est. De die scriptores variant: nobis certissimis monumentis exploratum est, tertio kal. novembris die lune victoriam nobilissimam partem esse, uti in fastis Toletanis notatum est, ubi anniversariis sacris festaque letitia veteri instituto ejus diei memoria celebratur. [I]

Ascripta est miraculo (m) divino hæc victoria. Evadere strage Albohaccenus Marrochitanus, qui Heracleam abiit, indeque in Africam eadem nocte, ut ajunt, trajecit. Juzephus Granatenis Marbellam se recepit. Duo tamen filii Albohacceni in pugna occubuerunt: captorum maximus fuit numerus: spollarum tanta vis, ut valor monete imminueretur, mercium pretium cresceret. Transmisere laureatas Castellæ & Lusitanæ ad Pontificem literas: quibus ille exceptis, solemniter pompa ob perdomitos divina virtute barbaros, qui religionem extinguere in Hispania erant conati, grates divino Numini persolvit; utque clerus & populus triumphales

Reportatus de barbaris triumphus.

(b) Marian. sup. cap. (i) Sur. ubi sup. Castrorum ingens numerus. (k) Jo. Vill. l. 11. c. 119.

(l) Sur. l. 7. c. 53.

Instituta annue supplicationes. LIII. (m) To. 6. ep. fecr. 303. Victores Reges scribant ad Pontificem.

les Christo laudes occinerent indixit. Gratulatoris vero hæc literis (a) victores Reges fidei Christianæ defensores amplissimis laudibus exornavit.

(a) To. 6. ep. fecr. 306. & post eand. ep.

Gratulatoris ad Castell. literæ.

Charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ illustri. Prosperis & lætis admodum rumoribus, antequam tuæ nobis, fili charissime, præsentarentur literæ ultimo nobis missæ, audiveramus gloriosam victoriam, nobis & toto cœtui fidelium lætitudinam, quam tibi & charissimo in Christo filio nostro Alfonso Regi Portugalliæ illustri dedit de cœlo virtutum Dominus, contra hostem illum sevisimum catholice fidei, & fidelium persecutorem ferocem, Regem Marrochitanum videlicet, qui magno fastu inflatus præsumptionis & superbiæ cum nonnullis principibus & magnatibus, aliorumque innumerali equitum & peditum multitudine sua fœtida nationis & sectæ, ad fidei & fidelium ipsorum exterminium & confusionem aspirans, mare transierat: jamque adversus terras tuas, & Christianas habitantes in eis, apparatu terribili conceptum evomere cœperat virus suum. Sed subsequenter tuis & Regis prædicti Portugalliæ receptis exultanti animo literis, victoriam ipsam & depressionem hostium eorumdem describentibus, inde perfusus majoris immensitate gaudii non immerito intimis cordis nostri, ei qui bella iniquorum conterens, & cornua peccatorum confringens, tibi tuisque robur fortitudinis & auxilium desuper ad conterendum sic gloriose hostes fidei præstitit, laudum cantica & gratiarum actiones devotas in humilitate spiritus solemniter persolvimus, & a clero & populo fecimus reverenter & devoto persolveri. Profecto, dilectissime fili, ea quæ per te ac Regem præfatum Portugalliæ ante conflictum initum cum prædictis fidei hostibus facta juxta beneplacitum divinum audivimus, nobis non indignæ cum, ut sacra scriptura eloquitur, sapientia filii, sit patris lætitia, gaudium in Domino adauxerunt, &c. Et infra maxima se lætitia ex accepto initæ cum Rege Lusitanæ concordie nuntio delibutum esse testatus, hæc subiicit.

LIII. Et, qui vobis hujusmodi consilii salutaris rectum dedit spiritum, multiplicatas gratiarum referimus actiones, tenentes indubie, quod misericordie Dominus, cujus auris benigna nunquam justis & justorum petitionibus auditum subtrahit, hujusmodi salubribus preparationibus cordium vestrorum auditis, de sede sue magnitudinis vobis misit adiutorium inestimabile ad hujusmodi victoriam sic gloriose ac miraculose, sicut creditur, obtinendam. Rogamus itaque magnificentiam regiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus consideranter attendens, quod quanto gloriosior in prædicto prælio fueris, tanto te debes humiliorum in

cæteris exhibere, non tuis & tuorum viribus, sed potius potentie majestatis divine victorie hujusmodi triumphum adscribas. Et ut clementiam divinam tibi magis propitiam constituas & benignam, peccata gravia quæ inolevisse, proh dolor! in partibus illis hæctenus, & offendisse non leviter supremi contemplantes retributoris oculos dignoscuntur, vitari procures, & facias quantum in te fuerit, deleri: prælati, religiosi, & aliis personis ecclesiasticis, quibus est cura gregis dominici, vel etiam prædicare verbum Dei competit, benignis, devotis, & sinceris favoribus nihilominus assistendo. Eadem ad Lusitanæ Regem, nonnullis immutatis, scripsit (b). Cum vero Alfonso, qui antea in Africa-

no mari a Marrochitanis maritimo prælio fusus fuerat, pellicem, ob quam a Pontifice increpitus acerrime fuerat divinas in se iras concitasse, eam repudiatis carnis lenociniis a se amandasset, nunc victori hæc gratulatus est Benedictus. Porro tibi, fili amantissime, summo studio & cura sedula instandum est & cavendam, ut cum hostem antiquum humani generis, qui tuæ salutis animæ invadens, suus te rebus aliquibus detinuit temporibus involutum, a te virtuose ut lætenter audivimus abjeceris, tali vel simili laqueo nequaquam permittas de cætero te involvi, nec Dominum tecum pugnantem impugnes: quod utique proculdubio periculose tibi nimum faceres, si a voluntate tua & carnis concupiscentia, quibus per imperium rationis te dominari decet & convenit, te sueres subijci vel subjugari, quod abest. Esto quidem, fili præclarissime, fortis & constans & magnanimus, non solum contra hostes visibiles, sed etiam invisibiles fortiter dimicanda; nam si hostem intrinsecus viceris, hoc de manu Domini tibi jugiter vindicabis, quod exterius semper gloriosior tuorum & fidei hostium victor eris, augeturque tui nominis & famæ gloria per orbem diffusus divulgata, & tandem corona regni coronaberis sempiterni. Dat. Awin. vi. kal. januarii anno vi.

Sumpsit ex hac insigni Lusitanæ & Castellæ Regum victoria occasionem Pontifex, ut Eduardum Anglorum Regem, qui rempublicam Christianam turbabat, atque Philippum Francorum Regem a bello Astatico distrahebat, ad arma convertenda adversus infideles accenderet (b): clarissimos illos esse triumphos, quibus amplificatur religio, augetur Dei gloria, ac regnum cœlestis comparatur.

Benedictus, &c. Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri.

Ad hæc quidem te, fili amantissime, ac Regem præfatum (nimirum Francorum) debent proculdubio non modicum cum cordium compunctione illa movere, quæ toti cœtui

Amplectenda in triumpho demissio.

(b) Reg. post eand. ep.

LIV. Cavendas demonis insidias.

LV.

(b) To. 6. ep. fecr. 303.

Pontificie ad Eduardum literæ.

fideliū latibunda per ministerium charissimorum in Christo filiorum nostrorum. Castellæ ac. Portugallia Regum illustrium divina clementia, quæ nunquam justorum se subtrahit justis & devotis petitionibus, operata extitit, sicut per literas Regum ipsorum latenter percepimus his diebus. Nam, sicut ex lectione literarum ipsarum, & quorundam etiam habetur relatis, cum hostis ille profanus, & persecutor nominis Christiani. Rex Marrochitanus videlicet, coadunatis nonnullis suæ fœtidæ nationis Regibus & principibus, ac innumerabili Saracenorum equitum & pedum multitudine congregata, mare in superbia & fustu magno hoc anno transiens, & ad extinguendam & confundendam Christianitatem non solum in illis, sed etiam in multis aliis partibus vehementer, sicut ferebatur, aspirans terras dicti Regis Castellæ in fortitudine gravi, & apparatu terribili subintrasset, obsidissetque quendam fortissimum locum Regis ejusdem Castellæ, Christiancolas ibidem existentes ferociter impugnando; præfati Castellæ ac Portugallia Reges, qui jamdudum inter eos invicem odiis, inimicitias, & gravibus rancoribus, usque ad congressus bellicos & offensivos suscitatis hinc inde, inimici erant adinvicem, tandem nostris salutaribus acquirascentes tanquam filii benedictionis & gratia monitis; & attendentes, quod sine pace proximi pax Dei, quæ omnem sensum exuperat, cum ejus gratia & misericordia nequit haberi; ob Dei honorem & sanctæ matris ecclesiæ reverentiam, velumque catholicæ fidei charitativæ pacis inter se adinvicem ac suos fœdera reformarunt, & derelictis vitiorum tribulis, corda sua Spiritui Sancto manda quantum potuerunt, officientes habitacula, seque præparati ejusdem sancti Spiritus gratiam, tanquam strenni athleta fidei humiliter implorantes cum paucis, respectu multitudinis innumerabilis hostium crucis Christi, contra hostes ipsos intrepidi proesserunt ad bella. Quibus Regibus & exercitibus suis catholicis desuper potentia divina, cujus auris benigna præparationes cordium eorum audierat, sic benigne assistit, seque clementer eis majestatis suæ dexteram adjutricem porrexit, quod de inimicis fidei orthodoxæ gloriosum obtinuerunt triumphum; quibusdam ex principibus & majoribus Saracenis prædictis, & aliis inferioris status personis captivitatibus in eorundem Regum catholicorum manibus, & aliis Saracenis qui erant ibidem, quorum numerum, solus ille novit, qui omnium infallibilem habet notitiam [illis solum exceptis, qui evaserunt per fugæ subsidium] in ore gladii truncidatis. Ad talia nempe bella, proculdubio debent catholici Reges & principes, abhorrendo Christianorum effusionem sanguinis, devotis animis & ferventibus desideris, extirpatis odiis & reformatis pacis

Proposita de Afris victoria.

Aliorum Regum exemplo sollicitatus in Saracenos Anglus.

fœderibus, animari; ac exponere viriliter & strenue, ut regie dignitatis sibi augerent exinde gloriam, ac æterni & incorruptibilis regni coronam immarcescibilem acciperent, vires suas, &c. Dat. Avin. xv. kal. januarii anno vi.

Exiguam sibi in hoc bello Petrus Rex Aragonum peperit gloriam, classis enim, quam Moncada præfecto ad fretum submiserat, nil memorabile gessit: terrestris vero exercitus ad turandum litem subfedit: metuebat (a) quippe Petrus, ne Saraceni Valentino regno, quod olim, dum Marrochitano regno obnoxium esset, ipsis fuerat ereptum, avidi imminerent. Non levi vero dedecore regium decus ipse inquinabat, tanta Judæis & Saracenis, qui in ipsius regno consistebant, data licentia, ut Viennensis concilii de iis statuta obsolescere permitteret; ac licet ipsum Pontifex, dum apud sedem Apostolicam anno superiori agebat, ut tuendam religionis studio illos legibus coerceret, obsecrasset; inerte tamen sacra implere promissa negligebat. Eum itaque Pontifex iterum sollicitavit (b), ut nominis Christiani opprobrium deleteret.

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio. Petro Regi Aragonum illustri.

Inter cætera, quæ tecum, fili charissime, cum esses nuper in nostra præsentia constitutus, super tuo & regnorum tuorum statu salubri fuimus paternis & charitativis assiduis colloquiis, expressus meminimus explicasse, qualiter ex multorum fidelium in eisdem regnis degentium insinuatione percepimus sæpius repetita, quod licet olim Judæis & Saracenis in nonnullis civitatibus, castris, & locis dictorum regnorum in magna multitudine morantibus, certa loca clausa, & distincta parietibus ad inhabitandum & negociandum, ut essent a familiaritate ac conversatione Christianorum, fidelium nimia & periculosa remoti, ab antiquo fuerint deputata; his tamen temporibus Judæi & Saraceni prædicti loci hujusmodi non contenti, sed eis dilatatis seu dimissis omnino, mixtim inter fideles ipsos, etiam quandoque in eisdem domibus commorantur, panem suum in eisdem furnis faciendo decoqui & in balneis simul se balneando cum eis, & in multis aliis periculose ac scandalose nimium conversando; ex quibus, non sine Dei offensa & gravibus animarum periculis, multa indecentia, nefanda, & horribilia subsæcuta sunt, ut asseritur hætenus, & jugiter subsequuntur.

Rursus quod præfati Judæi synagogas, & Saraceni mesquitas construunt & habent inter fideles eosdem, in quibus redemptorem nostrum dominum Jesum Christum, ac nomen & gloriam Christianitatis blasphemant turpiter, & ipsi Saraceni nomen illius perfidi Machometi publice contra prohibitionem constitutionis olim editæ in concilio Viennensi extol.

LVI.

(a) Sur. l. 7. c. 53.

Infidelium in Arag. tolerata licentia.

(b) To. 6. ep. sec. 1.

Eos primi jubet Pont.

LVII. Nomen Mahometi proclamari vetat.

extollant: & insuper dum cultus divinus a fidelibus in ecclesiis, monasteriis, & aliis sacris locis, circa quæ sunt in locis aliquibus ut asseritur, synagoga & mesquita prædicte, agitur; vel corpus dominicum ad communicandum infertur, defertur, aut alia sacramenta fidelibus ministrantur, ecclesiastica, prælibati Judæi & Saraceni cachinnationes & derisiones facere sæpius in divina majestatis opprobrium, fidelium perniciem, ac fidei detractionem catholicæ non verentur. Tu vero, fili amantissime, præmissa diligentius intellectis, nobis te instanter requiruntibus & rogantibus, ut pro divina reverentia, ejusdemque zelo fidei, tuæque animæ salutis obtentu Judæos & Saracenos prædictos prohiberes, & nullatenus sineres mixtim, ut præmissum est, cum fidelibus commorari, aut in præmissis vel aliis periculosis & illicitis, ut præfertur, quomodolibet conversari, faceresque constitutionem eandem, quantum perlineret ad te, inviolabiliter observari, in ipsos Judæos & Saracenos poenis inflictis gravibus, si secus attemptare præsumerent quoquo modo; nobis prompte ac benevole respondisti, te præmissa, prout ad te pertinuerit, effectualiter implendum.

Cum autem hæc infideant admodum non immerito cordi nostro, etque pro reverentia divina, salute animarum & Christiana religionis honestate cupimus ferventibus desideris effectibus mancipari, sicut verbatenus & ex corde, te fuimus super prædictis cardinaliter exhortati, sic cordialiter, si fieri possit, per scripturam, preces precibus, & exhortationes exhortationibus cumulamus. Et ut celeritatem & efficacitatem sent decet & expedit, piam hoc nostrum desiderium capiat executionis effectum, venerabilibus fratribus nostris Terraconensi & Casaraugustano archiepiscopis eorumque suffraganeis per alias scribitur literas, ut celsitudinem tuam super his sollicitent, & requirant; ipsique, prout ad eos pertinet, partes suæ sollicitudinis solerter & fideliter interponere non omittant: quorum requisitionibus, & monitis salubribus velit acquiescere regalis sublimitas in hac parte. Dat. Avin. vi. id. januarii anno vi.

Exrante literæ eo argumento ad Casaraugustanum & Terraconensem archiepiscopos eorumque suffraganeos date (a), ut studio fidei accenti Regem, principes, ac magistratus ad reprimendam in Aragonia, Valentia, & Catalonia impiam Saracenorum & Judæorum impudentiam percellerent, ne sacris Christianis, post hæc illud, ne misceri fidelibus, ne publice infandum Machometi nomen inclamarî, ne rempla sacrilegæ illius superstitioni poni, ne blasphemis vocibus Christum appeti permitterent. Viri etiam eorum regnorum & comitatus primarii ad decus religionis ab impiorum injuriis vindicandum exci-

LVIII. Monita Aragonis prælibatis data (a) To. 6. ep. sec. 2.

tari (b): denique populus Casaraugustanus apostolicis exhortationibus, ut religionem in suum splendorem afferret; cohiberetque blasphemos, inflammatus (c).

Præter superiorem in Saracenis & Judæis indulgentius habitis labem, Petrus Rex anathematis notam contraxerat (d), cum debitum sedis Apostolicæ ærario census non intulisset: censuris vero a Pontifice solutus est, cum duo millia marcharum argenti penderet, quæ accepta pontificia syngrapha Benedictus his verbis est professus: Pro regno, ita ipsum allocuitur Pontifex, Sardinia & Corsica, quod a nobis ecclesiæ Romana sub certis vassallagio, homagio ligio, & fidelitatis jure, aliisque certis pactis, conventionibus, & conditionibus expressis plenius in literis apostolicis super concessione dicti regni confectis tenes in feudum, &c. Dat. Avin. vi. id. januarii anno vi. Solutum (e) similiter est a Roberto Siciliæ Rege antiquum octo millium unciarum auri vectigal Romanæ ecclesiæ. Utque addamus similia: persoluta sunt census nomine Romanæ ecclesiæ quinque millia aureorum ab Alberto & Mastino Scaligeris, quibus subacta syngrapha de iis acceptis data est. (f)

Benedictus, &c. Alberto & Mastino vicariis nostris & S. R. E. in Veronensi, Parmensi, & Vicentina civitatibus, ac castris, villis, territoriis, districtibus, & comitatibus eorundem.

De constituto illo Romanæ ecclesiæ, vacante imperio, censu secundum conventiones & pacta inter nos & ecclesiam Romanam de consilio fratrum nostrorum, & ambasciatores, nuncios, & procuratores vestros, ad hoc sufficienti potestate suffultos, dudum habita, & per vos postmodum ratificata & approbata specialiter & expresse, vos ratione vicariatus Veronensis, Parmensis, & Vicentina civitatum, ac castrorum, villarum, territoriorum, districtuum, & comitatum eorundem, per nos & sedem Apostolicam, ad quos, imperio Romano vacante, sicut tunc vacabat & nunc vacat, etiam pertinet, nobis sub certis modis & formis usque ad certum tempus, sicut in literis apostolicis inde confectis plenius continetur, concessi ad solvendum nobis & eidem ecclesiæ in Romana curia, ubicunque fuerit, vestris sumptibus & expensis quinque millia florenorum auri singulis annis in festo beatorum Apostolorum Petri & Pauli de annua pensione [quandiu vicariatibus hujusmodi tenebitis] esse noscimini sub certis juramento, poenis, sententiis, & conditionibus in literis eisdem expressis ascriptis, &c. Cum intermiserint nonnullis de causis censum illum ecclesiæ pendere, eo illato ærario pontificio, perjurii nota ac poenis sunt liberati. Dat. Avin. xi. non. septembris anno vi. Hoc

(c) Ep. 7.

(d) Ep. 97.

Solutus Sardinicus census.

(e) Ep. 115.

Scaligeri vectigal Pontifici pendunt.

(f) Ep. 171.

LIX.

Bononienses ad officium revocant.

(a) Ext. apud Ben. an. 6. ep. cur. 48. & in MS. bibl. Vall. fig. 11. B. n. 12. p. 97. Decreti ab his oratores.

Fulti amplius mandatis.

Profitentur Bononiam esse Pontificii.

Poscunt dari praeturae urbis Thadaeo.

Hoc anno Bononienſes, cum addendi Romano Pontifici priſtini obſequii, inque ejus clientelam redeundi conſtitum ob nonnullas difficultates, quae in praſcriptis ante a Benediſto legibus, maxime in exulum patriae reſtituendorum cauſa, obortae erant, ad biennium extraxiſſent; illud demum perfeceere, decretis ad ſedem Apoſtolicam oratoribus, qui Bononiam juris eſſe pontificii profiterentur, atque ad imperia Benediſti procurberent: tum ab eo nonnullas pactiones accommodas eorum rebus communibus expeſtas votis referrent. De quibus publica edita documenta (a), quorum praecipua pars ſubjectis concepta verbis delibanda viſa eſt.

Anno MCCCXL. indictione VIII. die IV. menſis aprilis generale conſilium communis & populi civitatis Bononiensis, reſtante univverſitatem dictae civitatis & diſtrictus ipſius, & infra, ordinarunt ipſorum & dictae civitatis communis & populi ac univverſitatis praedictae ſynodicos, procuratores, & nuncios ſpeciales dilectos & honorabiles cives, & ambaffatores ſuos in curia domini Papa & ſacroſanctae Romanae eccleſiae dominum Petrum de Bompe- tris legum doctorem & magiſtrum Bonaventuram Jacobini, & infra, ad obligandum ſolemmiter dictum commune, univverſitatem, & populum Bononiensem, & ipſius bona, & ipſum commune, univverſitatem, & populum, & ſe dicto nomine ſubmittendum & ſupponendum iurisdictioni & correctioni dicti ſanctiſſimi Patris, & ſanctae Romanae eccleſiae, & ſuorum officialium & auditorum quorumcumque pro obſervantia & executione plena & perfecta omnium & ſingulorum praemiſſorum: & etiam ad praestandum corporale cujuſlibet generis juramentum in animas & ſuper animabus conſtituentium generale vel ſpeciale quodcumque ab eis petierit, vel fieri occurrerit pro executione & obſervantia ſupradictis. Et infra: Et ad ſupplicandum humiliter, quod ſanctitas ſua dignetur alicui probo viro committere, quod in caſu, quo poſſeſſio civitatis Bononiensis fuerit, ſicut in literis reconciliationis continetur, eccleſiae reſtituta, & ratificatio contentorum in ipſis literis [ſalvis declarationibus quibuſdam, per ipſum dominum Papam faciendis, infra certum tempus per ipſum dominum noſtrum Papam limitandis] fuerit ſubſecuta, concedat auctoritate apoſtolica ſuper hoc ſibi ſpecialiter attributa domino Thadaeo de Pepolis abſque alia nova nominatione de ipſo per populum faciendam, adminiſtrationem plenariam iurium & bonorum ad Romanam eccleſiam in civitate, comitatu, & diſtrictu Bononiensis pertinentium, gerendam & exercendam nomine & vice eccleſiae praedictae ad tempus, de quo ſanctitati ipſius videbitur expedire; ſacramento tamen fidelitatis, dominio, mero &

mixto imperio, iurisdictione, & ſuperioritate & horum recognitione, cenſus conſtitutione, & de dandis armigeris obligatione; nec non & officialium ad iurisdictionem huiusmodi vice & nomine Romanae eccleſiae exercendam, & adminiſtratoris iurium & honorum univverſitatis ejuſdem, per commune & populum Bononiensem nominandorum, & per ipſam eccleſiam Romanam eligendorum, ponendorum, conſtituendorum, ſeu deputandorum electione, poſitione, conſtitutione, & deputatione, prout in literis reconciliationis continetur faciendam, & aliis iuribus univverſis in civitate, comitatu, & diſtrictu Bononiensis eccleſiae Romanae competentibus ſalvis ſemper & illeſis permanentibus, & integraliter apud eccleſiam remanentibus ſupradictam, prout in literis apoſtolicis reconciliationis, & quibuſdam aliis ſuper certis modificationibus & declarationibus faciendis ſerioſus contineri reperietur: volentes & expreſſe conſentientes ipſi conſtituentes & commune & univverſitatem praedictam, ut praemittitur, reſtante quod, non obſtante conſeſſione praedicta dicto domino Thadaeo, ut praemittitur faciendam, ipſi conſtituentes & univverſitas & commune Bononiense ad ſolvendum cenſum octo millium Florenorum ſingulis annis ſub certis forma, modo, termino, & poenis inter praefatum dominum Papam & ſyndicos univverſitatis & communis Bononiensis alias ordinatis, Romanae eccleſiae propterea ſunt & remaneant obligati, &c.

Excepti ſunt perhumaniter Bononiensium oratores a Benediſto, qui initas biennio retro evoluto pactiones temperavit, quarum ſingula capita in pontificio diplomate (b), quod etiam in M. S. pergameno noſtrae bibliothecae Vallicellanae inter alia inſignia monumenta a Cardinale Baronio ad nos tranſmiſſa extat (c), fuſe deſcripta ſunt. Inter alia vero ſancitae fixaeque hae leges praecipuae, ut Bononia poſſeſſio internuntio apoſtolico reſtitueretur: rapta ſeditione redderetur: cenſus, nimirum octo millium aureorum, Pontifici vel ſenatu Cardinalium, vacuo ſacroſancto folio, quotannis penderetur: veſtigal militare ducentorum equitum egregie armis inſtructorum, qui trimetri ſumptu Bononiensium caſtra pontificia ſequerentur, numero circumſcriptum. Quibus pactionibus ſi deſeſſent Bononienses, prioribus cenſurarum nexibus irretiti tenerentur. Conſignatum eſt diploma XVII. kal. julii pontificatus anno VI.

Decretus vero eſt proximo die ad haec conventa perſicienda Beltraminus Novocomi episcopus Apoſtolicae ſedis internuntius, inſtructusque mandatis ampliffimis (d) ut Bononiensium ad pontificium imperium redeuntium ſacramenta exciperet, urbis iniret poſſeſſionem, conſtitueret magiſtratus, cives cenſuris ſolveret, eos priſtini

Cautum iuris pontificii.

Annuum cenſum octo millium aureorum pacificatur.

(b) An. Super ep. cur. 48. (c) Sup. MS. Vall. fig. 11. B. n. 12. p. 481. Praecipuae leges impositae Bononiensibus.

LX.

(d) An. 6. ep. cur. 43.

(a) Ib. ep. cur. 44.

Beltraminus A. S. N. Bononiam militis.

Cur Thadaeo Pepulo Bononiae ad ministriam concredita.

nis reſtitueret iuribus, academiamque ſuae aſſereret dignitati: praeturae etiam Bononiensem Thadaeo Pepulo, imperato nummario & militari veſtigali, pontificio nomine conferret. De quibus hoc diploma datum (a).

Venerabili fratri Beltraminio Episcopo Cumano A. S. N.

Quoniam, ſicut per viros expertos, & in regiminibus civitatum & aliorum locorum pralatos civitates & loca ipſorum commiſſa regimini utiliter gubernantur, ſic per inexpertos & novos frequenter pacificus ſtatus locorum ſuo regimini commiſſorum exvertitur, & multa oriuntur noxia novitates; expedire cognoſcimus, ut in locis eccleſiae Romanae ſubjectis novitates, ex quibus poſſunt oriri pericula, quantum cum Deo poſſimus, ſalubriter evitemus. His igitur circa novitatem vitandam in regimine civitatis noſtrae Bononiensis in ſerutinium conſiderationis noſtrae deductis, fraternitati tuae, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, praesentium tenore committimus & mandamus, quatenus cum poſſeſſio & quaſi civitatis Bononiensis, comitatus, & diſtrictus, & aliorum iurium juxta tenorem & formam literarum noſtrarum ſuper reconciliatione univverſitatis, populi, & communis civitatis ejuſdem haecenus conſectarum, fuerit nobis & Romanae eccleſiae ſeu tibi, quem ad id per alias noſtras literas deputandum providimus, noſtro & ejuſdem eccleſiae Romanae ac ſucceſſorum noſtrarum nomine reſtituta; & ratificatio omnium & ſingulorum contentorum in ipſis literis, ſalvis quibuſcumque declarationibus, moderationibus, & ſuppletionibus noviter per noſ factis ſuper certis articulis contentis in literis memoratis, prout in literis noſtris ſuper his conſectis plenius continetur, infra kal. menſis ſeptembris proximo ſuturas fuerit ſubſecuta; Thadaeo de Pepulis legum doctore civi Bononiensi, cujus provisione & diligentia dicta civitas, comitatus, & diſtrictus (ſicut univverſitas, populus, & commune Bononiense nobis per eorum literas, nec non per magiſtros Petrum de Bompe- tris legum doctorem ac Bonaventuram Jacobum cives Bononienses ſyndicos & procuratores eorum, ad nos & ſedem Apoſtolicam deſtinatos, ſyndicario & procuratorio nomine dictorum conſtituentium intimarunt) fuerint haecenus in ſtatu pacifico conſervati, & ſperant ſe verſimiliter in poſterum conſervandos, & ob hoc idem univverſitas populus & commune de ipſius Thadaei regimine contententur; volentes nihilominus & conſentientes expreſſe per ejuſdem ſyndicos & procuratores, habentes ad hoc ſpeciale mandatum, ut ex procuratorio eorum evidentem apparet (quod in archivio Romanae eccleſiae factum conſervari) quod iſdem populus & commune ad ſolvendum cenſus annui nobis & ſucceſſoribus no-

ſtris ac collegio fratrum noſtrarum S. R. E. Cardinalium debite faciendam, etiam huiusmodi praesentis conſeſſione durante, remaneant obligati, tu abſque alia nominatione de ipſo per dictor univverſitatem, populum, & commune faciendam (prius tamen eodem Thadaeo a cujuſlibet excommunicationis ſententia vel ſententiis, quibus propter contenta in literis reconciliationis praedictae, vel auctoritate noſtrarum proceſſuum poſtmodum ſecutorum fore noſtatur, inmodatus, poſt praedicta per te plenaria executioni mandata, ſalvis declarationibus, moderationibus, & ſuppletionibus ſupradictis, auctoritate noſtra juxta formam eccleſiae abſoluto; & injunctis ſibi ſuper iſs ſententia ſalutari & aliis, quae de jure fuerint injungenda) adminiſtrationem plenariam iurium & honorum ad eandem eccleſiam in civitate, comitatu, & diſtrictu praedictis pertinentium, gerendam & exercendam per eundem Thadaeum nomine & vice noſtris & eccleſiae memoratae, uſque ad triennium apoſtolica auctoritate concedas: exceptis ſacramento fidelitatis a poſteſtate & capitaneo, quando cives Bononienses per capitaneum regi voluerint, ceterisque officialibus & civibus civitatis ejuſdem recipiendo: nec non dominio ac mero & mixto imperio, iurisdictione, & ſuperioritate, & horum recognitione civitatis, comitatus, & diſtrictus praedictorum, ad nos & dictam eccleſiam ſpectantibus: cenſus quoque annui nobis & ſucceſſoribus noſtris ac collegio fratrum noſtrarum S. R. E. Cardinalium ab eiſdem civibus praestandi & etiam mittendorum equitum ad ſervitium ejuſdem Rom. eccleſiae receptione: officialium quoque ad iurisdictionem huius vice & nomine dictae Romanae eccleſiae exercendam, & adminiſtratoris iurium & bonorum univverſitatis ejuſdem, per commune & populum Romanam eccleſiam eligendorum, & per ipſam Romanam eccleſiam eligendorum, ponendorum, conſtituendorum, ſeu deputandorum electione, poſitione, conſtitutione, & deputatione faciendis: & aliis iuribus univverſis, competentibus in civitate, comitatu, & diſtrictu Bononiensi eidem Romanae eccleſiae, ſecundum quod in dictis literis ſuper dicta reconciliatione conſectis praemiſſa plenius exprimuntur. Quae omnia nobis dictisque ſucceſſoribus, & Romanae eccleſiae integraliter reſervamus, quaeque prout haec in dictis literis ſuper dicta reconciliatione conſectis plenius continetur, per nos & dictos ſucceſſores ac eandem Romanam eccleſiam, ſeu de mandato noſtro & dictorum ſucceſſorum & ejuſdem eccleſiae, non tamen per eundem Thadaeum, fieri volumus, & etiam exerceri, &c. Praeſcripta etiam eſt ſacramenti formula, qua nuntius Thadaeum Pepulum adactus in verba Pontificis erat. Dat. Avin. XVII. kal. junii anno VI.

Triennii tempus definitum.

Adjectae leges.

LXI. Beltraminus pacata re Bononiensi ad eam sedem traductus.

(a) An. 6. ep. com. 143. Firmani conciliati ecclesie. (b) To. 6. ep. secr. 78. (c) Ib. ep. 42.

Varie urbes a tyrannis occupatae.

Eas nitor reciperare Benedictus.

(d) Ib. ep. 113.

LXII.

(e) Jo. Vill. l. i. c. 113. 117. An. 3. p. l. 21. c. 755. Leonard. Act. bish. Flor. l. 6. & alii. (f) To. 6. ep. secr. 205. Italia fame laborat.

(g) Ib. ep. 12.

Consulti egestati Romano-rum Pontifex.

Perfunctus est magna laude Beltraminus demandato sibi munere, restituentibus illi urbis imperium Bononiensibus, promissaque obsequia fancientibus, ac recurrente die Apostolis Petro & Paulo sacro octo aureorum millia vestigalis nomine in aerarium pontificium inferentibus. Ob rem vero praecclare gestam idem Beltraminus Novocomi episcopus ad Bononiensem sedem traductus (a) est. Reverfietiam sunt eodem anno ad obsequium ecclesie Firmani, (b) pontificiisque excitati (c) adhortationibus tyrannidem e suis cervicibus depulerunt. Ad asserenda alia Romanae ecclesie jura, tyrannofque comprimendos Benedictus incubuit, cum nonnulli proceres ex ruinis ecclesie principatus scelere excitarent, ut e literis ad Emiliae praesidem constat: Cum, inquit, nobilis viri Franciscus de Ordelluffis, Malatesta & Galeottus de Malatestis, Lippus de Lidofis, & Eustachius de Polentia, ac quidam alii de provincia Romandiola, cuius rector existis, Deum ac nos & eandem ecclesiam graviter offendere, ac se statufque suos levibus periculis subicere minime formidantes, dictus Franciscus videlicet Forlivienfem & Casenatem, & praefati Malatesta & Galeottus Ariminenfem, idem quoque Lippus Imolensem, ac Eustachius praebitatus Ravennatem & Cervienfem civitates, ac tam ipsi quam alii nonnulla castra & loca alia in eadem provincia ad nos & eandem ecclesiam pertinentia, seu nobis & ipsi ecclesie immediate subiecta occupaverint ac diu detinuerint in nostrum & ejusdem ecclesie contemptum & praesudicium occupata, &c. Dat. Avin. xi. kal. Julii ann. vi. Denique sollicitati (d) sunt Florentini, ut pontificiis praefectis adversus Picensi & Emiliae tyrannos vires ac potentiam explicarent; tum ne Malatesta ulla re juvarent.

Quod ad Florentinos spectat, intestinis seditionibus fame ac peste conflictatos referunt (e) adeo, ut sextam civium partem absumptam epidemia, alii quindecim & eo amplius millia periisse tradant, quorum malorum praenuntium cometem ajunt. Laboravit etiam Roma inopia rei frumentariae: qua de re certior factus Benedictus, ad levandam annonam incubuit (f): utque egentes sustentaret, quinque millia aureorum Joanni episcopo Anagnino, Guigoni electo Cassinenfi Patrimoni in Tuscia praefecto, ac Petro Laurentii, canonico Atrebatensi altarario, ut ajunt, basilicae Principis Apostolorum transmissit, ut elemosynas erogarent: Non absque, inquit (g), magna mentis compassione percepto, quod in Urbe partibusque circumvicinis fame valida, nescitur quo Dei occulto judicio, bis temporibus ingruente, propter defectum ciborum ibidem pauperes miserabiliter & lamentabiliter moriuntur;

nos, quamvis nobis & ecclesie Romanae varia inevitabiles necessitates super vires facultatum immincant incessanter, tamen pietatis paterna viscera erga pauperes Urbis ejusdem, nostros & ecclesie memoratae peculiare utique filios, claudere non valentes, quinque millia florenorum auri de Florentia de pecunia nostrae camerae pro emendis exinde blandis, pieque distribuendis inter pauperiores & indigentiores praedictae Urbis pro utiliori sustentatione vitae ipsorum mandavimus & ordinavimus fideliter vobis mitti, &c. Dat. Avin. kal. februarii anno vi. Non factis modo & pestilentiae flagellis percussa est Italia, verum intestino quoque bello afflicta, externique maximus illi terror impendit: in Neapolitano quidem regno gravissimi tumultus concitati, (b) quibus auditis Ludovicus Bavarus, ut Robertum Siciliae Regem opprimeret, maximos militum delectus habuit, de quibus Benedictus Robertum ipsum vii. kal. decemb. per apostolicas literas docuit.

Trajecisse hoc anno in Trinacriam Gotium patriarcham Constantinopolitanum, & episcopum Vafionensem nuncios apostolicos, de quibus antea actum est, ferunt historici (i) Siculi, ut pacem inter Robertum Siciliae Regem ac Petrum dominatorem Trinacriae, regno nimirum Roberto restituto, quod auctor praeremittit, conciliarent: illos vero a Messanensibus insulae ingressu telis repulso. Diffidebat nimirum Petrus Aragoniae familiae princeps causae suae injustitiae, ac verabatur ne ii Trinacrios religione ad Roberti obsequium adigerent. Repulsi itaque edictum pontificium quo insula sacrorum usu ob perduellionem in legitimum Regem Robertum multabatur, in litore exposuere. Et quidem Benedictum equitate motum, ut ecclesiae & Roberti jura adversus invafores Aragonios tueretur, cum ex initis a Carolo II. cum Friderico legibus regnum ad Caroli successores post Friderici obitum devolvendum esset, in Petrum inique scepra tractantem edicta apostolica promulgasse, in literis sequenti anno afferendis ipse testatur (k): Contra dictum, inquit, primogenitum, Petrum scilicet injustum detentorem, ac fratres suos, & quolibet alios eidem in detentione ipsius insulae quovis modo praestantes auxilium, consilium, vel favorem, nonnullos processus fieri fecimus, excommunicationis & interdicti sententias & poenas alias contingentes, qui publicati in diversis mundi partibus solemniter extiterunt. Cum Pontifici supremo insulae domino parere decreta-ret Petrus, & caduca aeternis praeretur, conversus ad arma Robertus, immiffa florentissima classe, Mylas valida obsidione cinxit: quam cum frustra solvere niteretur Petrus Aragonius, ex castris laboribus contracto morbo obiit, atque

(b) To. 6. ep. secr. 235.

LXIII.

(i) Fa-zell. bish. Sic. l. 9. Nuntii non permissi Trinacriam ingredi.

(k) To. 7. ep. secr. 297. Petrus a censuris defixus.

Myla: Roberto captae. Petri Trinacrii mors.

arx

Succedit filius Ludovicus. (a) An. 6. ep. com. 76.

LXIV. Phil. princeps Balearis novum ordinem condere affectat. (b) A. C. 1328. n. 82.

(c) To. 6. ep. secr. 143.

(d) Ead. ep.

Regulam Minor. ad literam observand. postulat.

LXV. Causae ob quas repulsum sit Passus.

arx ad deditionem compulsus est, reliqui vero insulani Ludovicum Petri filium sexennem Principem creavere, data Joanni patruo Randarii duci regni procuracione. In superiori vero expeditione Benedictus Roberto Regi permisit (a), ut praefectis castrorum tribunisque subductiles aras habere liceret, in quibus sacerdotes divinam rem peragerent. Ut porro Siciliae insula ob injustam Aragoniorum dominationem variis bellis divexata sit, suis locis dicitur. Jam reliqua hujus anni profectamur.

Institit Robertus Siciliae Rex ad Philippi Balearis regiae principis, quem antea votorum repulsum a Joanne XXII. passum vidimus (b), gratiam apud Benedictum, ut novam illi religiosam familiam, quae praescriptam a S. Francisco in suo testamento religiosae vitae formulam, ut verba sonant, id est, pro cuiusque monachi libidine potius, quam interpretatione apostolica, servaret, condere permitteret, ac Paulum episcopum Fulginatam ea de causa ad sedem Apostolicam transmissit (c). Non veram pietatem, quae sine Christi vicarii observantia, atque ecclesiasticis imperiis colendis constare non potest, sectabatur Philippus: verum abreptus in devia hypocritarum subornatus consiliis, fucatae sanctitatis larvam amplectebatur, nec toties monitus a Pontificibus, ut alicui ex approbatis religiosi sodalitiis se aggregaret, pervicax ingenium ulli vitae religiosae formulae accommodare potuerat; sed potius Beguinis, gyrovagis neque haereseos suspicione carentibus, se adjunxerat. Quid vero concepisset animo ac votis, in pontificiis ad Robertum Regem literis deferbitur. (d) Benedictus, &c. Roberto Regi Siciliae illustri.

Habebat serier petitionis ejusdem [nimirum Philippi Balearis regiae principis] quoad B. Franciscus brevem regulam edidit, quam sicut in ea, & testamento suo sibi, ut asseruit, a Domino revelato scripsit, intentionem suam super hoc explicando, ad litteram observavit, & voluit a suis fratribus observari: & cum idem Philippus & nonnulli tam ordinis fratrum Minorum, quam alii cupiant, ut eadem describitur petiti, eundem ordinem fratrum Minorum sub observatione literali dictae regulae profecti, haecque propter innumera impedimenta complere non possint; supplicat nobis idem Philippus, ut tam sibi, quam aliis, qui sunt vel infra annum erunt hujusmodi propofiti, professionem faciendi praedictam & regulam eandem ut praemittitur, observandi sic, quod nullus de ordine praedicto vel extra valeat super his impediri, concedere licentiam dignaremur.

Cum Philippi petita mature discussisset Pontifex, illa inani pietatis specie fucata & plena periculi, reperit. Data itaque

illis repulsa, Roberto Regi rationes gravissimas, quibus ad id adduceretur, exposuit. Primo quia jamdudum eadem petitiio tempore felicitis recordationis Joannis Papae XXII. praedecessoris nostri in suo consistorio propofita & deliberatione plenaria praehabita super ea extitit penitus denegata: quod autem sic provide in consistorio factum est, nec consuevit nec debet faciliter retractari. Rursus certum est, quod super regula praedicta, ut professores ejusdem secundum qualitates temporum possent sub ea virtutum Domino salubrius famulari, per praedecessores nostros Romanos Pontifices cum multa maturitatis providentia nonnullae salubres & utiles ordinationes & declarationes ad instantias & supplicationes fratrum ejusdem ordinis factae fuerunt, quibusdam ex eis per modum constitutionis perpetuae inter constitutiones eorumdem praedecessorum nihilominus collocatis: quae quidem ordinationes & declarationes, si concederetur dicta petitiio, sic proculdubio turbarentur, quod ab ordine praedicto, in quo dissensiones, odia, & schismata nimis haerentis suscitare studuit hostis humani generis, & suscitare continue non desinet, pacis & charitatis unitas exularet, usque, qui religiones in vinculo pacis & charitatis tenemur & cupimus conservare, dici possemus, quod abhi, aurores dissipationis & discordiae Minorum ordinis supraedicti. Et ulterius cum per sedem praedictam approbatae solum quatuor religiones mendicantes existant, si concederetur quod petitiio praedicta subjungit, esset quintam religionem concedere mendicantem, quod his temporibus fieri, sicut credimus, non expedit, neque decet. Et nihilominus nos religionem eorumdem fratrum Minorum approbatam per sedem praefatam reprobare per concessionem alterius videremur, quod esset inter fratres seminare discordiam, absque magnis & gravibus periculis, scandalis & dispendiis non sedandam.

Et cum memoratus Philippus subjungat in petitione praedicta, quod impedimenta sunt innumera, quibus ipse & sui sequaces alii nequeunt dictam regulam profecti literaliter, & etiam observare: si nos impedimenta tolleremus hujusmodi, notari possemus forsitan magis favore religioni constitutenda de novo quam alii, sicut praeractum superius, ab antiquis temporibus approbatae, quod nequaquam rationi convenit, nec decentiae congruit status nostri. Sequeretur insuper aliud scandalum & periculum nimis durum, quia multi fratres tam illius quam aliorum ordinum, dum a suis praelatis, & superioribus per viam debita correctionis, vel alias secundum eorumdem instituta ordinum tangerentur, ad effugiendum correctionem & disciplinam sui ordinis regularem possent, si concederetur petita licentia, in suarum animarum dispendium

Decreta Pontificum non temere abroganda.

Non injicienda M noritis dissensionis causa.

Antevertenda fecutura scandala.

Hum. & proprii ordinis confusionem & opprobrium ad illum novum ordinem fictis, vel alias se transferre: sicque multis, qui nunc etiam vix instigante illo, qui salutis humane invidet, refranari valent a suis inordinatis motibus seipso decipiendi, & evagandi damnabiliter materia per viam hujusmodi prestaretur.

Invisum supplicis nomen.

Ut Philipp. Reg. studuerit.

Denique quamquam premissa & alia multa, qua dici possent circa hac non obfarent; adhuc tamen in personam dicti Philippi non posset deceter, quod petitur, a nobis & sede prefata concedi. Notorium quidem est, & per mundum se communitur prob dolor! divulgatum, quod nulla potest tergiversatione celari, quod idem Philippus secta Beguinorum per sedem reprobata predictam, in qua diversi Beguini secta sectatores ejusdem reperti sunt heretici manifesti, promotor, defensor, rector & conservator extitit, etiam post reprobationem predictam, illam contra determinationem & declarationem sedis predictae auxiliis, consiliis, predicationibus, vel sermonibus quandoque publicis, quantum potuit nihilominus fulciendo. Et his nequaquam contentus tam contra prefatum Joannem Papam XXII. predecessorem nostrum, quem sedem predictam multa enormia & haeretica, quamvis mendosa & falsa, laxata suis labiis licentia, publico asseruit, & etiam predicavit interdum. Ex quibus ut de aliis taceatur ad praesens, se rebellem sedi predictae, ac de labe pravitate haeretica suspectum vehementer reddidit, vel respersum: nec audimus adhuc, quod ipse signa praetendat poenitentiae super his & reconciliari aut revivari petierit, relictis erroribus hujusmodi, unitati ecclesiae sanctae Dei. Ex praemissis autem & aliis multis, quorum esset proluxa narratio si recitarentur per singula petitionum predictae sine lesione honoris Dei, & Ecclesiae sanctae suae, ac nostrae remorsu conscientiae non valeamus annuere, nec debemus. His de causis gravissimis Benedictus, religiosus institutus praclarisque virtutibus imbutus, Philippi e Majoricis postulata ut temeraria, plena periculi, atque a vera pietate abhorrentia repulit: monuitque Robertum, gloriae suae labem non levem ipsum illaturum, si suspicione haereticos laborantem illum, aliove ea macula notatos in regno toleraret, foveretque. Dat. Avin. VII. id. augusti anno VI.

LXVI. Postulata a Rob. Rege decum. (a) To. 6. ep. fecr. 26.

Flagitarat (a) etiam oratorum opera. Robertus Siciliae Rex ab Apostolica sede, ut ad levanda onera, quibus urgebatur, vestigalium ecclesiasticorum in Etruria decimas apostolica liberalitate concederet, marchionem Montisferrati, qui Astenensem civitatem injuste occuparat, illam ipsi restituere literis juberet; praepareretque Scalligeris & Mediolanensibus Vicecomitibus nec marchioni opem afferrent, sed potius

Regem armis juvarent. Cui rescripsit Pontifex, quod ad petitas decimas attineret attributas jam illi fuisse, quae in ipsius regno ac terris colligerentur: extra ipsius ditionem non licere. Cujus responsi hanc rationem subjecit: His praesertim temporibus, ut te latere non credimus, praesumptuosa Bavaria sevitia rugit, ut fertur adversus eandem Tuscanam, & partes alias circumpositae regionis: nec nobis nec tibi decens vel expediens existimatur, cum etiam irabi possent ad perniciosam quodammodo consequentiam propter nonnullos Reges catholicos. Quod ad petitas in marchionem Montisferrati literas spectat; ad ipsum, ut decoris ratio ferret, scripsisse: (b) Mediolanensibus, cum adhuc ecclesiae conciliati non sint, non potuisse, cum magis exasperarentur animi, si velut ad fidelium communionem segregatos scriberet: Scaligeros vero licet in gratiam fuerint admissi, nondum tamen sacramentum nuncupasse.

Bavarus exped. in Ital. mo. litur.

(b) Ext. ejus lit. ib. ep. 27.

Agitasse Ludovicum Bavarum de invadenda Italia consilia, quamquam ea postea perducere non potuit, ex aliis ad Bertrandum patriarcham Aquilejensem datis literis constat, quibus eum admonet Pontifex (c), ut cum ipso ad episcopum Tridentino sollicitatum acceperit, ad ineundam adversus Ludovicum cum Tyrolensi comite, aliisque principibus armorum societatem ita prudenter rem gerat, ut quae ad discutienda pericula foedera contraxerit, ad ea acceleranda non obliat.

LXVII.

(c) Ib. ep. 22.

Benedictus, &c. venerabili fratri Bertrando patriarchae Aquilejensi.

Intelleximus, quod ad te venerabilis frater noster, Nicolaus episcopus Tridentinus his diebus accedens super colligationibus inter te ac aliquos Italianos cum nobili viro comite Tyrolis, filio magnifici principis Regis Boemiae illustris, ne Bavarus vel gentes suae transire possint ad partes Italiae, faciendis tecum habuit colloquium & tractatum; quodque tu cum Florentinis & quibusdam aliis Italianis te habere velle de liberationem super hoc respondisti. Sane circa ligas hujusmodi esset, si fierent, advertendum subtiliter & caute, ne id quod crederent pro parte tua inutilitatem & favorem ecclesiae fieri, posset in ejus detrimentum & periculum per malorum & salforum hominum fraudes & malitias retorqueri; te praesertim super iis reddere volumus & attentum, ut procedatur ad haec, & etiam ne dicto Bavaro ejusque gentibus pandatur ad partes predictas aditus, cautelas adhibeas opportunas, &c. Dat. Avin. II. non. februarii anno VI.

Inita ad intercludendos aditus foedera.

Conciliari ecclesiae postulat Bavarus.

Præbuit hoc anno, ut alias, Ludovicus Bavarus aliquam speciem conceptae discedendi ab haeresi & schismate, ac recuperandae ecclesiae gratiae voluntatis: petiitque a Benedicto, ut liberi commeatu

lyn.

syngraphas Pontificio & Regis Francorum nomine pro suis oratoribus, ac nonnullorum principum electorum ipsius studio eorum transmitteret. Cujus votis morem, gessit Pontifex reconciliandi illius percupidus, seque ipsum admissurum in sinum ecclesiae spondit, si rite ad Christianam poenitentiam se compararet: se tamen vereri significavit (a), ne ad subornandos trahendosque in suas partes principes catholicos, ut antea egerat, pietatis inanem speciem obtenderet: in iis locis, in quibus antea effluerat pietas, ex quo ubi illa subjecerat, violari interdicta ecclesiastica: pios & catholicos poenis gravioribus, atque etiam supplicio affici: ne sedem Apostolicam, ut antea, verbis deluderet, suamve reconciliationem ductis aliis ex aliis moris extraheret: ni recurrere sacro pentecostes die miserit oratores, judiciorum severitatem in eum se distriaturum.

(a) To. 6. ep. fecr. 261. & an. 6. lit. cur. 7. & 51.

Magnifico viro Ludovico de Bavaria spiritum consilii sanioris.

Pleno collegimus intellectu, quae praesentata nobis nuper tuae literae continebant: & licet per eas petieris literas de securo conductu pronunciat tuis, & principum Alamanniae, se jus habere in electione imperii dicentium, super negotio reconciliationis tuae ad nostram praesentiam destinandis; quia tamen ex praerogative haberi solet conjectura verisimilis de futuris, per ea quae circa negotium reconciliationis ejusdem acta, postquam divina miseratione nos ad apicem summi apostolatus provexit, per te fuerunt habitus, sicut nosti, & in Alamanniae partibus contra Deum & suam sanctam ecclesiam attentata, & etiam jugiter, sicut habet rumor implacitus, attentantur, spes non datur, quod ad obtinendum reconciliationem hujusmodi te vera & recta intentione disponas: sed veretur potius, quod sub colore illius fideles ecclesiae partium illarum per te, vel tuos ab ejusdem ecclesiae fidelitate substractos, ad tuam attrahere studeas, sicut de Argentineni episcopo & multis aliis fecisse noscitur, obedientiam & sequelam; & ulterius procures, vel facias procurari, quod in eisdem partibus, in quibus antequam tua permissa ibidem vigerent, prob dolor! opera, cultus fidei catholicae reverenter & salubriter colebatur, & ad sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem omnium fidelium & magistratam salutaris habebatur reverentia plenitudo, multiplicentur errorum & schismatum fermenta execrabilia & damnanda: eum, sicut ignominiosa infamia detulit ad sedem Apostolicam & deferre (quod dolentes referimus) non desinit incessanter, per te ac ministros tuos nonnulli praelati cathedralium & aliarum ecclesiarum, necnon capitula, collegia, & conventus aliaque persona regulares & seculares ecclesiasticae in plerisque Alamanniae partibus violare inter-

Veretur Pont. si de illum periret.

Ea arte hoc subire catholicos.

Religionem inde evertit.

dicta ecclesiastica, & profanare in locis interdictis divina officia, non sine gravi Dei offensa & animarum periculis & scandalis plurimorum coguntur, in eos, qui haec tanquam viri fideles, timorati, & catholici facere contradicunt, vel renuunt gratibus poenis inflictis, & variis cruciatibus & injuriis irrogatis: ut de multis aliis deestabiliter perpetratis, quae brevi nequirent explicari sermone, si recitarentur per singula; quaeve, si non respires ab eis, te denotaret datum a Deo, tuis peccatis exigentibus, in sensum reprobum, praesentialiter iaceamus.

Sane quia salutem tuam, neque reduci ad viam veritatis & justitiae desiderabiliter affectantes, & experiri volentes si divinae pietatis clementia, quae omnes quaerit salvos fieri, & neminem vult perire, te misericordiam respiciens oculo, & mentem tuam rore gratiae spiritualis perfundens, revocare ad fructuosam poenitentiam dignaretur, & ut romaneamus excusati, si hoc forsitan non fieret, apud Deum, mundusque luculenter cognoscat, quod per nos & sedem predictam non steterit, quo minus a devotis ad viam revocaris salutis, populusque illarum partium ab imminenti periculis, quibus propter facta tua involutus existere noscitur, liberetur; ecce quod tibi tam nostras quam charissimas in Christo filii nostri Philippi Regis Franciae illustris opportunas de securo conductu, ut petisti, literas pro dictis mittendis nunciis destinamus, intendentes (si te ad reconciliationem promovendam, prout decet & expedit, reperrimus) nos, quantum cum Deo ac honore, decencia, & honestate nostris & ecclesiae fieri poterit, exhibere super his favorabiles & benignos. Tu vero, ad obtinendam gratiam reconciliationis hujusmodi effectualiter te disponens, vide diligenter & cura, quod per te dictosque principes persona devota ac catholica criminibus haereticis nullatenus condemnata, quae statum illius zelentur salubrem & prosperum ad nostram, pro praemissis praesentiam cum mandatis sufficientibus destinatur: nam tales benigno recipere, ac in veniendo, morando, & redeundo plena volumus securitate gaudere. Denique scire te volumus, quod cum deludi, vel per verba inutilia nolimus protrahi de cetero, sicut haecenus delusi fuimus & protracti, mittendos hujusmodi nuncios usque ad instans proximum festum pentecostes tantummodo disponimus expectare processuri, si tunc venerint, super eodem reconciliationis negotio, sicut Dominus ministrabit: alius autem, si infra dictam terminum forsitan non venerint, ex tunc, eis non expectatis amplius, procedere aliter intendimus, prout secundum Deum & justitiam videbimus expedire. Dat. Avin. VII. id. aprilis anno VI.

Paratam sedem. Apost. ad illum recipiendum.

Datus liber commeatu ejus oratoribus.

Constitutus dies.

Traxit alias ex aliis moras Ludovicus im.

LXIX.

Papiensium ad ecclesiam reditus.

impiorum, illius aures obsidentium, fururis retardatus: iterumque xv. kal. novemb. liberi comiteatus syngrapha pro ejus ad sedem Apostolicam mittendis oratoribus transmissa est, sed irritum etiam exitu. Secutarum vero illius partium, cum in Italiam jam ante Joanne XXII. Pontifice irruerat, poenitentes Papienses solemnem hoc anno oratorem decreverunt, qui culpam veniam posceret, atque eorum nomine prosteretur nunquam Cæsarem nisi prius a sede Apostolica confirmatum ipsos veneraturos; ac tenere firmissime Imperatorem in Romanum Pontificem sententiam ferre non posse: tum alia promissere, quæ alios populos, schisma Corbarianum ejuratos, vidimus spondere consuevisse. (u)

(a) Ext. apud Ben. an. 7. ep. cur. 35.

In nomine Domini. Amen. Anno a natiuitate ejusdem MCCCXL. indictione viii. die luna penultimo mensis octobris, & infra, Papiæ in publico & generali consilio, & infra, faciunt procuratorem & syndicum Guidolum de Calice ad devote & humiliter comparandum coram sanctissimo patre & domino domino Benedicto, divina providentia Papa XII & coram sacro collegio reverendorum patrum dominorum S. R. E. Cardinalium, & quolibet alio ab ipso domino Papa deputato seu deputando: & ad offerendum dicto nomine, quod ipsa civitas, universitas, & communitas erit & permanebit devota & fidelis sanctitatis domini nostri Papæ prædicti sicut Christi vicarii, & sanctæ matris ecclesiæ sicut cæteri fideles ac catholici Christiani: & ad promittendum & jurandum dicto nomine in animis dictorum constituentium, quod stabunt & parebunt mandatis ecclesiæ super quibuscumque excessibus per eos contra Romanam ecclesiam perpetratis, & quod eos vel similes de cætero non committerent: & ad dicendum & protestandum, quod non credunt ad Imperatorem spectare Papam depone- re & alium facere; sed hoc hæreticum putant & hæresim per ecclesiam damnatam, quam & ipsi constituentes, quantum ad eos spectat, anathematizant & damnatam reputant secundum determinationem ecclesiæ: & quod expellent & exterminabunt de dicta civitate ejusque districtu pro viribus universos hæreticos, ab ecclesiâ de hæresi denotatos, & manifestos schismaticos; salvo, quod in iis non includantur Papienses & alii damnati, ut dicitur, infra scriptis processibus, donec commissio de nullitate vel vigore, & injustitia vel justitia ipsorum processuum, stenda per dictum dominum Papam, & ipsorum processuum discussio pendebit.

Marsili- sam hæ- resim ex- cranatur.

Et ad dicendum & protestandum, quod non credunt ad Imperatorem spectare Papam depone- re & alium facere; sed hoc hæreticum putant & hæresim per ecclesiam damnatam, quam & ipsi constituentes, quantum ad eos spectat, anathematizant & damnatam reputant secundum determinationem ecclesiæ: & quod expellent & exterminabunt de dicta civitate ejusque districtu pro viribus universos hæreticos, ab ecclesiâ de hæresi denotatos, & manifestos schismaticos; salvo, quod in iis non includantur Papienses & alii damnati, ut dicitur, infra scriptis processibus, donec commissio de nullitate vel vigore, & injustitia vel justitia ipsorum processuum, stenda per dictum dominum Papam, & ipsorum processuum discussio pendebit.

LXX. Ludovico Bav. non adhaerens spondent.

Item quod non adhaerebunt Ludovico de Bavaria damnato, nec alicui antipapæ vel schismatico scienter, nec eorum sequacibus vel complicibus, nec eis scienter dabant auxilium, consilium, vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte: nec eos scien-

ter receptabunt in civitate prædicta, nec alicuius terris ejus jurisdictioni suppositis, quousque ad ecclesiam redierint unitatem & gratiam: nec alicuius vel aliquos, qui venirent sub nomine Imperatoris, vel Regis Romanorum, vel alterius tituli pro eis vel eorum altero sine approbatione aut contra mandata summi Pontificis, qui est vel pro tempore erit; sed contra eos pro posse stabunt, & eidem resistent in favorem sanctæ matris ecclesiæ ac domini Papæ et successorum canonice intrantium: & quod recipient & curialiter tractabunt nuncios & gentes domini summi Pontificis & sanctæ Romanæ ecclesiæ & suorum successorum canonice intrantium, transiuntis per ipsam civitatem vel loca eorum jurisdictioni subiecta vel subjienda, ipsosque protegent & defendent, dummodo transiant pacifice & sine fraude, sicut alii: & quod universos archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, præpositos, decanos, archidiaconos, archipresbyteros, presbyteros, clericos regulares vel seculares ecclesiarum, & ecclesiasticas personas gaudere permittent, nec impedient, quo minus gaudeant omnibus suis libertatibus, redditibus, juribus, pertinentiis, & obventionibus universis in dicta civitate & aliis terris, eorum jurisdictioni subiectis, quantum in eis fuerit, ipsique collectas non imponent, nec ab eis exigent, nec dabunt improventibus vel exigentibus auxilium, consilium, vel favorem, & infra.

Pontificios nuncios a se honorifice habitum iri.

Non violaturos immunitatem sacerdotalem.

LXXI.

Et ad sponte constituendum, & recognoscendum procuratorio & sindicario nomine suprascriptis, quod dudum dicta civitas Papiæ & ejus districtus, ac homines & habitatores eorundem civitatis & districtus fuerunt & steterunt sub dominio & subjectione ac obedientia quondam domini Matthæi de Viccomitibus de Mediolano etiam contra Romanam ecclesiam; non tamen in hæresi, neque in aliqua fautoria alicujus hæresis, etiam temporibus, quibus dicitur, quod ipse dominus Matthæus fuit in rebellionem ejusdem Romanæ ecclesiæ, & ei obdiderunt. Et infra.

Veniam poscunt si Mat- hæo viccomiti adhaere- rint.

Item ad constituendum, & recognoscendum etiam, quod dicta civitas & communitas, & homines & habitatores ejusdem civitatis & ejus districtus fuerunt aliquibus temporibus obedientes & faventes Ludovico de Bavaria, etiam in coronatione ipsius facta in civitate Mediolanensi, scientes ipsum tunc temporis esse rebellem sanctæ Romanæ ecclesiæ, & ei tanquam Regi Romanorum & se nominanti Imperatorem, licet non esset per sanctam Romanam ecclesiam approbatus, fuerunt, obdiderunt, & intenderunt, sicut supradictum est, in omnibus præterquam in hæresi vel aliqua fautoria seu specie hæresis, in quibus nunquam eidem Ludovico vel alicui alii obdiderunt, nec favorem alicuius præstiterunt; & etiam obedi-

Ut pavent Ludovico.

dientiam & favorem prædictos, ut dictum est, eidem Ludovico præstiterunt non voluntarii, sed invitati & coacti per dictum Ludovicum seu gentes ejusdem, & quandoque propter timorem aliorum.

Exceperint anti- papæ nuncios.

Item ad recognoscendum & constituendum nomine suprascripto, quod dicta civitas & communitas, civos & homines & habitatores ejusdem civitatis & ejus districtus aliquibus temporibus scienter receperunt nuncios Petri de Corbaria antipapæ tempore, quo in rebus humanis agebat bonæ memoriæ dominus Joannes Papa XXII. ac prædicatores etiam predicantes contra dictum dominum Joannem Papam XXII. & eis faverunt, ipsos ut tales honorabiliter recipiendo, & eis reverenter obediendo, ipsosque favorabiliter tractando, non tamen in hæresi, nec in aliqua fautoria alicujus hæresis, neque eis vel alicui eorum in aliqua hæresi vel in specie alicujus hæresis, seu contra catholicam fidem favorem vel auxilium aliquod ullo modo præstiterunt: nec etiam unquam crediderunt, dictam Petrum de Corbaria fuisse vel esse verum Papam, nec dictos nuncios fuisse vel esse nuncios veri Papæ, & etiam receptionem, obedientiam & favorem hujusmodi, ut dictum est, præstiterunt & fecerunt non voluntarii, sed invitati & coacti. Et infra: Et ad supplicandum pro eis & eorum nomine sanctitati ejusdem domini Papæ, quod sua solita clementia dignetur, & velit adhibere remedium opportunum circa amissionem & abolitionem & relaxationem quorumcumque interdictorum, processuum & sententiarum, &c. Pluribus aliis adjectis, quibus amplissimis mandatis oratorum fulciunt, adjectæ sunt prolixæ præcipuorum civium Papiensium subscriptiones. Eadem penitus verborum formula ad eadem præstanda Novarienses anno fuere censuris, restituro iis sacrorum templorum usu, Feltrenses & Belunenses qui Ludovici Bavariæ foederatis Scalligeris adhæserant, posteaque excusso servitutis iugo ad episcopos ejusdemque comitis obsequium redierant: & Novocomenfis, Tridentino, atque Tarvisino episcopis, data provincia est, ut singulos oppidanos, nuncupata prius rite de Cæsare non agnoscendo, nisi a sede Apostolica confirmatus esset, pellens hæreticos, asserenda immunitate ordinis ecclesiasticis, damnanda Corbariana perfidia, sacramenti formula anathemate liberarent. Ita Marsiliæ Jan- duniæque hæresicos reliquæ fibræ ex Italia sensim evulsæ sunt.

Solvi censuris flagitant.

(a) An. 7. ep. cur. 37. (b) Ib. ep. 38. (c) Ib. ep. 39. (d) Ib. ep. 75.

(a) Vercellenses (b) Novocomenfes. (c) memoratum Guidolum oratorem autoritate intruxere: de quo publica documenta civium nominibus appositis discrepantia edita sunt. Soluti (d) eodem anno fuere censuris, restituro iis sacrorum templorum usu, Feltrenses & Belunenses qui Ludovici Bavariæ foederatis Scalligeris adhæserant, posteaque excusso servitutis iugo ad episcopos ejusdemque comitis obsequium redierant: & Novocomenfis, Tridentino, atque Tarvisino episcopis, data provincia est, ut singulos oppidanos, nuncupata prius rite de Cæsare non agnoscendo, nisi a sede Apostolica confirmatus esset, pellens hæreticos, asserenda immunitate ordinis ecclesiasticis, damnanda Corbariana perfidia, sacramenti formula anathemate liberarent. Ita Marsiliæ Jan- duniæque hæresicos reliquæ fibræ ex Italia sensim evulsæ sunt.

LXXII. Hæretici in Boem. irreperunt.

In Germania aucta est hæreticorum multitudo, quæ etiam in finitimam Boemiam sese infudit: adeoque hæc pestis grassata

est, ut ejusmodi tenebriones cœtus audent cogere, sævire in catholicos, atque etiam principes ad pugnam provocare. Vocabant ii errorum magistros apostolos: quos vero profanos ritus scelerarentur, non describitur. Non abest tamen conjectura, ipsos ex illorum, qui obscenis voluptatibus felicitatem virtutemque metiebantur, volutabro emeruisse. Cum vero ab his laceratus Ulricus e Novadomo expediret arma, ut ipsos ad officium cogeret, a Pontifice sacris indulgentiis subiecto diplomate affectus est.

(c) An. 6. ep. com. 269.

Benedictus, &c. dilecto filio nobili viro Ulricho domino de Novadomo Pragensis dice- cessit, baroni de regno Boemiac.

Grassan- tur in ca- tholicos.

Petitione tua nobis exhibita continebat, quod in terris tuo domino temporali subiectis, in Pragensi, & Olomucensi diecesibus consistentibus, & etiam in toto regno Boemiac infirmi hæretici communiter Theutonici & advene, non absque infectione cultorum fidei orthodoxæ periculose, prob dolor! in magna multitudine pullularunt; & quod dicti hæretici, cum inquisitores hæreticæ pravitatis, auctoritate apostolica in illis partibus constituti, volunt procedere contra eos, fugiunt & latitant, ac catholicos capiunt, mutilant, expoliant, & alias proditorialiter offendunt eosdem, eorumque bona incendio ignis supponunt; quod licet per dilectum filium Gallum fratrem Ordinis Prædicatorum, inquisitorem pravitatis prædictæ illis par- tibus deputatum, tunc præsentem in Roma- na curia, multi infirmi pravitatis prædictæ, abjuratis erroribus, devote redierint ad agnitionem & observationem fidei orthodoxæ; tamen post ejus absentiam in errores pri- stinos sunt relapsi, conventiculas illicitas cum magistris eorum, quos vocant apostolos, faciendo: qui etiam in tantum numerum exceverunt, quod te tuosque subditos catholicos ausi sunt temere diffidare; quare tu in nostra præsentia constitutus nobis humiliter supplicasti, ut cum tu pro exaltatione catholice fidei & zelo ipsius intendas exponere te & tua ad hæreticorum ex- terminium prædictorum, vel reductionem ipsorum ad lucem catholice veritatis, dictoque inquisitori, ejusque inquisitionis officio assistere toto posse; ac ob hoc habeas dictorum hæreticorum machinationes & mortis pericula formidare, providere tuæ speciali salutis de solita sedis Apostolicæ clementia dignaremur. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, tibi & iis, quos tecum ad prosecutionem præmissorum duxeris assumendos, teque sic assumpti sequentur personaliter; quosque forte quocumque modo negotium fidei contra hæreticos prædictorum prosequendo, machinationibus aut facto vel occasione dictorum hæreticorum mori contigerit; illam omnium peccatorum vestrorum, de quibus fueritis corde contritus & ore confessi, auctoritate apostolica veniam

Errorum magistris vocant apostolos.

Ulricus e Novadomo eos excidere parat.

Ulricus e Novadomo eos excidere parat.

Sacris indulgentiis afficitur.

indulgemus, qua per sedem Apostolicam indulgeri vel concedi consuevit transfratantibus in subsidium terrae sanctae. Nulli ergo &c. Dat. Avinion. II. non. mar. anno VI.

In celeberrimis theologorum coetibus damnati errores.

Primus. (a) Lib. 4. bibl. Patr. p. 1318. (b) A. C. 1236. n. 3.

Secundus & tertius. (c) A. C. 1341. n. 51. & 105. (d) Annal. 10. 14. A. C. 1274. n. 14. & 18. Quartus. Quintus. (e) A. C. 1339. n. 34.

Sextus. (f) Canon. 12. c. 40. Pontan. in notis ad idem cap. Septimus. (g) An. Chr. 1336. n. 3. Octavus. (h) Calvin. inst. 1. 3. c. 20. Nonus. Decimus.

LXXIII. Princeps Boffinae ad fidem cathol. revocatus. (i) To. 8. ep. fecr. 33. (k) Ib. ep. 32.

Coacti hoc eodem anno fuerunt celeberrimi theologorum coetus (a) a Guiljelmo episcopo Parisiensi, in quibus varii errores damnati sunt. Quorum primus ex Armenorum haereticorum lacunis fluxerat, & nonnullos etiam Graecos, Palama auctore, hoc tempore infecit, divinam nimirum essentiam in se neque ab homine neque ab angelo beatissimam, vel unquam visum iri: quem quidem errorem a Benedicto Papa fidei decreto jam ante allato, discussum vidimus (b). Fingebant enim illi errorum architecti tantummodo lucem quandam corpoream a divina essentia manantem conspectum iri: quam nefariam opinionem Armenos ejurari iustos a Christi vicario proximo anno narrabimus. (c) Secundus & tertius error divinitatem Spiritus sancti ejusque a Patre & Filio tanquam unico spiratore & principio processionem oppugnabat: quem in concilio Lugdunensi damnatum Gregorio X Pontifice vidimus (d), atque etiam in Ephesino oecumenico antea superiori anno memoravimus (e). Quartus hic erat, quod multa veritates fuerunt ab aeterno, quae non sunt ipse Deus. Quintus error verfabatur circa distinctionem creationis, an idem sit cum Creatore, an cum creatura, vel quid ab his distinctum: magnasque hoc tempore Constantinopoli turbas movisse (f) visuri sumus. Sextus error circa angelos verfabatur, nimirum, quod angelus malus in primo instanti suae creationis fuit malus & nunquam fuit non malus. Septimus error jam antea damnatus a Benedicto apostolica sententia (g) repetitus & ab impio Calvino (h) mentiebatur, animas beatas & corpora gloria immortalitatis donata caelo empyreo cum angelis non excipi, vel exceptum iri. Octavus error, quod angelus in eodem instanti potest esse in diversis locis, & est ubique, si velit esse ubique. Nonus error, quod qui habet meliora naturalia, de necessitate habebit majorem gratiam & gloriam. Decimus est, quod diabolus nunquam habuit unde possit stare, nec etiam Adam in statu innocentiae. Alluxit Boffinae hoc anno Stephani Boffinensis sive Bofnenfis bani religione catholicae fidei splendor, quem haeresis densioribus tenebris obscurarat: (i) cum enim Geraldus supremus Minoritarum praepositus precibus Caroli Regis Ungariae in eam provinciam se contulisset, banus obviam illi progressus, conceptum animo delendae haereseos consilium aperuit; quae de re Pontifex Geraldo hisce verbis est gratulatus (k) Idem banus, tibi obviam occurrens

in via, te honoranter recipit, & a te verba catholicae veritatis & salutis libenter audivit, tibi que aperuit propositi sui votum, per quod evidentius cognovisti, quod bonam voluntatem geris ad extirpandum de principatu Bofnenfi cunctos haereticos degentes ibidem, dummodo nos & sedes Apostolica, & idem Rex Ungariae sibi super his favoreabiliter assistamus: quorum favorem sibi opportunum aestimat propter schismaticos, quos habet sua terra vicinos, quorum schismaticorum auxilium dicti haeretici invocarent, si se de terra praedicta cognoscerent extirpandos. Addit Benedictus bano se studio & opera non defuturum in haereticis excindendis, atque orthodoxos finitimos ad auxilium illi explicandum excitaturum. Cumque in primis ad prosternendos fidei hostes Caroli Regis Ungariae potentia desideraretur, illum Benedictus accendit (l), ut caeteris triumphis restituta in Boffina catholicae religionis gloriam adderet.

Cum, inquit, fili, ad magnam gloriam tuam & securitatem regni tui cedere dignoscatur, si de praefata terra Bofnenfi dicti haeretici, tui ad hoc suffragante praesidio, extirpentur; serenitatem regiam rogamus, requirimus, & hortamur attente, tibi in remissionem peccaminum injungentes, quatenus divina retributionis intuitu, & requisitionis apostolicae interventu eidem bano omnibus modis, viis, & studiis & consiliis, & auxiliis opportunis, quibus melius cognoveris expedire, prudenter & potenter assistas; ut idem banus de terra praefata possit evellere praefatam jam antiquam in ea contagionem haereticam pravitatis, & in ipsam reducere divinum cultum, & ecclesiam exinde destructas in statum pristinum ad laudem divini nominis restaurare: ita quod exinde praemium consequaris retributionis aeternae, & regno tuo ex reductione dictae terrae ad lucem catholicae veritatis praepares & impendas pacis & securitatis augmentum. Dat. Avin. II. kal. mart. an. VI. Confirmare aliis literis (m) in pio suscepto revocandae in Boffinam puritatis catholicae consilio Stephanum Banum studuit Pontifex, proposuitque ob oculos in quantum heredesque pericula conjiceret, si palam adeo grassari haereticos sineret: quibus excisis, immortalam apud Deum hominesque gloriam esset collecturus.

Ad tuendam ejusdem fidei puritatem, tum latius inter gentes veteri imbutos superstitione proferendam, ne apostolico deesset muneri Benedictus archiepiscopos, episcopos & caeteros inferioris gradus praefules, qui in Tartarorum imperiis, ac vel in oriente vel Scythia Asiatica verfabantur, literis ad constantiam in fide, vitaeque labores spe immortalitatis perferendos; servandam incorruptam religionem, eamque amplificandam est cohortatus. (n)

Haereticum excindere e principatu moletur. Sedis Ap. auxilium implorat.

(l) Ib. ep. 31.

Ungarus ad ferendum illi auxilium sollicitatus.

Et inflau-randas Boffin. ecclesias,

(m) Super ep. 33. Confirmatus in conceptis Banus.

LXXIV. Curat Tartaricam ecclesiam Benedictus.

(n) Eod. 10. 6. ep. fecr. 152.

Ve.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis & episcopis ac dilectis, filiis electis, abbatibus, caeterisque personis ecclesiasticis regularibus, religiosis, & secularibus, ac universis fidelibus Christi in Tartarorum imperiis, & partibus orientalibus & aquilonaribus constitutis.

Supra gregem dominicum tanquam pastor universalis, disponente Domino, constituti, de subditorum salute profundis meditationibus cogitamus: inter quas illa sollicitudo quotidiana nos angit praecipue, ut per vestrae cooperationis ministerium puritas catholicae fidei, sine qua nemo potest salvus fieri, colatur & observetur ubique ad divini nominis laudem & gloriam, fideliumque animarum salutem, semper felicia suscipiens incrementa. Etsi splendorem hujusmodi fidei orthodoxae in illis mundi regionibus, in quibus plenarie ipsius cultus viget, resplendere cupimus, cuiusvis obfuscationis erroneae caligine profugata; summis tamen desideriis peroptamus, ut in vobis, inter nationes externas constitutis, non extingatur ejusdem lucerna fidei, sed vehementius accendatur, ut quanto majoribus pressuris & tribulationibus vos contingit subire propter eam, tanto si constanter & perseveranter in ea fideliter fueritis, ampliora & uberiora merita vobis exinde proveniant apud Deum.

Ideoque universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente in domino Jesu Christo, quatenus spem vestram figentes in Domino, qui non permittit vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione provenientem; pro fide ipsa, quae vos cum operibus bonis ad aeterna quietis perducet beatitudinem, steteris viriliter, & cum firmiter & tenaciter observetis: vosque, fratres archiepiscopi & episcopi, ac filii electi abbates & alii religiosi ac seculares, quibus ex officio vel alias predicare congruit verbum Dei, circa dilatacionem ejusdem fidei verbis & exemplis salutaribus fideliter & sedule tanquam operarii veri & idonei laboretis, metentes messis manipulos in agro Domini, quos in ejus horrea reportetis cum gaudio, vocem illam dulcissimam, Euge servae bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui, post hujus vitae miserabilis transitum audituri. Ut autem fides eadem catholica, quam nos & ecclesia Romana cum universo caetero Christianorum fidelium profitemur, praedicamus, & tenemus firmiter, vobis clarius & apertius innotescat, vosque illam sequi, profiteri, tenere, ac evangelizare firmiter valeatis, eam tenore praesentium providemus, ut sequitur, explicandam. Creditimus sanctam Trinitatem Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, &c. Concepta est illa, quam Michaeli Palaeologo Graecorum Imperatori a Clemente IV. & a Joanne

Praefules imperii Tart. ad fidei constantiam hortatur.

Ad ferenda adversa.

Ad gentiles probo exemplo ad Christum traducendos.

Proponit fidei formulam.

XXII. Offinio Armeniae Regi (a) ac superiori anno a Benedicto Alanis propositam vidimus. Dat. Avin. XVI. kal. septemb. an. VI. Favebat amplificandae inter septentrionales Tartaros religioni Usbech Imperator, qui oratores hoc anno ad sedem Apostolicam transmissit, quibus se erga ipsam egregie affectum exhibuit, precibusque pontificiis in evangelicis praconibus amplectendis, conferenda facultate ut templi Christo ponerentur, Christiana sacra exercerentur, disseminaretur fides, obsecundasse significavit, & omne erga fideles odium posuisse, cum nonnulli ipsos ob structas sibi insidias, subjectasque regiae faces in invidiam adducerent. Imperialia etiam, ac Tynibech (b) majoris natu filii, & Taydolae (c) uxoris Imperatricis nomine magnifica Christi vicario munera transmisit. Quibus receptis Benedictus iisdem Usbecho Imperatori, Tynibecho filio (d) ac Taydolae Imperatrici de egregio in Christianos studio grates egit; excitavitque ad sacra baptismalia suscipienda, ut caeleste imperium adipiscerentur.

Magnifico principi Usbech Imperatori Tartarorum gratiam in praesenti, quae perducatur ad gloriam in futuro.

Letanter & benigne recepimus dilectos filios nobiles viros Petranum de Lorio olim dominum de Capba, & Albertum ejus socium fidei catholicae professores, magnificentiae tuae nuncios una cum dilecto filio Helym de Ungaria ordinis fratrum Minorum nuncio viri egregii ducis Tynibech primogeniti tui, ad nostram praesentiam destinatos: & ea, quae ipsi coram nobis pro parte tuae celestium curaverunt proponere, patienter & clementer audivimus, & intelleximus diligentem. Cum autem nuncios praefatos tuam magnificentiam & potentiam, nec non devotionem & reverentiam, quas ad nos & sanctam sedem Apostolicam geris & gessisti hactenus, multae laudis & commendationis praemiis attallentes, narratione subjuncta placibili explicarunt, quod tu hujusmodi devotionem & reverentiam in laudabilium effectum operum perducendo, nuncios nostros, quos dudum ad partes Cathayensis imperii mittebamus, ad tuam praesentiam accedentes, ob divinam & nostram ac dictae sedis honorem & reverentiam favore benigno suscipiens, eis charitativae fecisti de necessariis & expensis ac usque ad partes praedictas de conductu non modico, quin potius sumptuosa & magnifico providideri, ulterius exhortationibus & precibus nostris, quibus Christianos catholicos & Romanam obedienciae tuae devotes imperio benevolentiae tuae commendavimus, favorabiliter annuens, erga Christianos eisdem tuae magnitudinis liberalitates & gratias ampliasti; eis reparandi nihilominus & aedificandi ecclesias

(a) Annal. 10. 14. 1265. n. 73. & 10. 15. ann. an. 1318. n. 10. & 10. 16. An. Chr. 1338. n. 78. LXXV. Usbech. Imp. Tart. fidei Christianae favet.

(b) To. 6. ep. fecr. 149. & in MS. archy. var. de rebus Tart. Arm. &c. p. 33. (c) Eod. 10. 6. ep. fecr. 150. (d) Ib. ep. fecr. 151.

Colit Romanam Pont.

Excipit honorifice ejus inter-nuncios.

Gg

& lo.

Fidei propagandae facultatem impertitur.

Solicitatione Christi cultum.

LXXVI. Vitae inconstantia proposita.

Actae de muneribus gratia.

LXXVII.

& loca ecclesiastica, necnon antistitibus & religiosi catholici praedicandi verbum Dei & sacramenta ecclesiastica juxta ritum & morem S. R. E. matris omnium fidelium & magistræ, ministrandi licentiam liberalem concessisti: profecto quidem speramus, & credimus, quod providentia divina, quæ in sua dispositione non fallitur, præmissa & alia pia opera, circa quæ, ut gaudenter percepimus, te liberaliter exerceas, inspiravit & inspirare non desinit menti tuæ, ut tandem agnita veritate, quæ Christus est, illuminatusque fidei catholice claritate, & per susceptionem ejusdem fidei, sine qua non est salus alicui, ovile dominicum, cujus est unus pastor, ingressus eterna societatis pascuis post vitæ præsentis exitum non frauderis.

Nos igitur, qui licet insufficientibus meritis, locum Dei tenemus in terris, hæc pro tuæ salute animæ ferventibus desideriis peroptantes, rogamus magnitudinem tuam & in Domino attentius exhortamur, quantum intra tui pectoris claustra consideranter revolvens, quam brevis est vita hominis, & quam incertus mundi hujus exitus, quam frequenter sit etiam repentinus, quodcumque potest manus tua, ut oboris possis adjuvni celestibus, instanter studeas operari: super quibus & aliis, salutem tuam hujusmodi concernentibus, devotis insillimus & insistemus precibus apud Deum. Porro super favoribus & gratiis a tua clementia Christianis prædictis catholicis, ut præfertur, exhibitis; necnon de encantiis pro parte tua & ejusdem incliti primogeniti, ac illustris Imperatricis consortis tua nobis per memoratos nuncios præsentatis, & a nobis grate mittentium consideratione receptis, excellentiæ tuæ referimus gratiarum uberes actiones; nostris prædictis precibus & exhortationibus subjungentes, ut gratia favor imperialis erga Christianos prædictos catholicos, & præfata Romanæ ecclesiæ obediens, ut præmittitur, semper exuberet & accrescat. Et insuper cum, sicut intelleximus, inter tuos ac charissimorum in Christo filiorum nostrorum Ungariæ & Poloniæ Regum illustrium officiales & subditos in consensu imperii tui & regnorum Regum prædictorum quandoque suscitari contingat dissensiones & guerras, ex quibus strages hominum, lapsus rerum, & animarum amarius deploranda pericula subsequuntur; velit tua sublimitas ab invasione regnorum prædictorum desistere, quia si Reges prædicti inferent tibi vel tuis injurias indebitas vel offensas, & id nobis duxeris intimandum, hæc per Reges ipsos procurabimus facere, quantum cum Deo poterimus, tibi & tuis rationabiliter emendari. Dat. Avin. xvi. Kal. septemb. an. vi.

Obtulit se Pontifex futurum illius se controversiarum interpretem, cum tunc maximus Tartaricæ in Poloniam irruptionis

terror increbresceret post adjunctam a Casimiro imperio Polonico amplissimam Russiæ partem, postquam Boleslaus dux sive improbæ administrationis, sive religionis odio a Russis veneno extinctus fuisset: Describunt pluribus Poloni historici (a) secundas res gestas in ea expeditione, Leopolim aliatque arces captas, instauratamque veterem regni majestatem: amplitudinemque ex qua Tartari, cum a Russis, qui jugum Polonicum ferre detrectabant, incitati Polono Regi bellum intentarent, admonitus Pontifex ad eorum propulsandos impetus religiosam militiam in Polonia, Ungaria, & Boemia promulgandam indixit (b); Gnesnensique archiepiscopo, ut fideles sacro crucis symbolo insigniret, provinciam dedit (c): Tum Casimirum ad fortem animum gerendum excitavit (d).

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Casimiro Regi Polonia illustri.

Nuper tua serenitas per suas literas nostro apostolatus patefecit, quod gens perfida Tartarorum, in tenebris ambulans, carensque lumine catholice veritatis, profana cogitatione considerans, quod regnum tuum Polonia, quod a fidelibus habitatur, est in ultimis Christianorum finibus constitutum; & quod propterea ad impugnationem regni præfati eidem Tartaris absque catholicorum principum & aliorum fidelium obice juxta profanos conceptus ipsorum facilius via patet; dictum regnum & Christianos habitatores ipsius invadere & destruere feris & furibundis animis ceperunt: ita quod ad tuum fideliæ relatione pervenit auditum, quod dicti Tartari hujusmodi conceptus iniquos continere sub clave silentii nequeunt, præteris occasibus frivolis, publice comminantur, quod ipsi ad invasionem & destructionem regni præfati & desolationem fidelium habitantium in eodem, & religionem catholicam inibi profanandam, constatis potentia sue viribus, infra breve tempus hostiliter properabunt. Propter quod tu attendens, quod dictum regnum est ecclesiæ Romanæ immediate subiectum, & etiam censuale; & quod tam tu, quam habitatores regni prædicti esis ejusdem ecclesiæ peculiare filii & fideles, & quod ex impugnatione dicti regni, si quod absit, dictorum Tartarorum rabiosa præsumptio procederet ad eandem, non solum dictum regnum ejusque incolæ, quinimmo fideles ceteri dicto regno tam proximi quam remoti proculdubio diris adversitatibus lederentur, nostrum in hac parte, & per nos promptum aliorum fidelium subsidium & præsidium humiliter implorasti. Nos igitur attendentes, quod in defensione & tuitione regni prædicti non solum tua & ejusdem regni, sed aliorum fidelium vicinorum, & etiam, ut præmittitur, remotorum salubritas agitur, & securitas procuratur, & barbaricæ feris

Debellata a Casimiro Russia.

(a) Michov. l. 4. c. 18. Chromer. l. 12.

(b) An. 6. ep. com. 240. (c) Ib. ep. 241. (d) Ib. ep. 239.

Intentatum illi a Tartaris bellum.

Petita ab eo a Pont. subsidia.

LXXVIII.

Decreta ad recurrendos Tartaros cruceata militia.

In Polonia, Ungaria, & Boemia promulgati iusta.

Propositæ eam profecturis indulgentiæ.

Excitatus ad constantiam Polonus.

tatis audacia facilius, Deo propitio, in suis poterit refranari & collidi principis, quam si nullo parato resistentiæ obice permitteretur liberius in sanguinem Christianum deservire: considerantes etiam urgentiam & probabilem tue supplicationis instantiam, votis tuis super præmissis eo libentius annuendum fore providimus, quod illa apostolici favoris fulcienda & juvanda, præsidii magis utile & expediens existimamus.

Præmissis igitur attentam meditationem pensatis, supplicationem tuam in hac parte benignius admittentes, ut serenitas tua adversus eosdem Tartaros fidelium inimicos (qui dudum, sicut infanda experientia docuit, dictum regnum & nonnullas alias terras fidelium & personas eorum per crudelis impugnationis & expugnationis excidium destruxerunt) divino, ut speramus, fulcra subsidio, & aliorum fidelium crucis Christi signaculo munitur suffragio communita; defensionem ejusdem regni & incolarum ipsius contra dictam barbaricam nationem potenter assumere valeat & feliciter exerceat; prædicationem crucis in auxilium tuum & regni præfati per nostras literas duximus concedendam: ac venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Gnesnensi, & Cracoviensi ac Vovatislaviensi episcopis per alias nostras dedimus literas in mandatis, ut ipsi & eorum quilibet per se & alias personas ecclesiasticas seculares, & regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc idoneas esse cognoverint, in eodem Polonia ac Ungariæ & Boemiæ regnis contra præfatos Tartaros & quoscumque alios infideles, volentes ac præsumentes invadere seu offendere te & dictum regnum Polonia ac habitatores ipsius, proponant juxta datam eis a Deo prudentiam verbum crucis venerabile signum ejus, tam tuis quam aliorum fidelium incolarum regnorum prædictorum, illum devote suscipere volentium, humeris asfigendo; eosque suis exhortationibus & instantiis inducendo, ut prædictum negotium contra Tartaros & infideles præfatos ferventer assumant, & viriliter prosequantur, &c. (Interjectis nonnullis de proposita criminetaros subire labores, vel milite stipeve sacram expeditionem juvarent, addit Pontifex.)

Tu igitur scuto fidei & salutis galea communitus, ac figens in Domino anchoram spei tuæ, si per similes conjecturas vel præsumptionis probabilis argumenta colligere poteris, quod eadem gens barbara Tartarorum præmissa forsitan presumere moliantur, forti animo esto, tuam tuorumque subditorum mentem corroborans & confortans: quia potens est Dominus habitans in excelstis juvare sperantes in eo, infidelium conterere animos, & deprimeret cornua superbiorum. Dat. Avin. kal. augusti anno vi. Ann. Eccl. Tom. XXV.

Duxit (a) tantum quarto post anno formidandam expeditionem Tartarorum Imperator excitus a proditoribus ad excidendum Polonicum imperium: sed cum ad Vistulam castra promovisset, trajectu a Casimiro Rege prohibitus, post inanes telorum jactus retro signa flectere coactus est.

Hoc anno S. Gertrudes, dum Christi passionis mysteria recoleret, divino amore adeo accensa est, ut Numen illi sacra stigmata impresserit, ut refert Joannes Delydis Carmelita (b): Anno, inquit, Domini MCCCXL. contingit in oppido Delfensi condignum relatione miraculum: nam virgo Gertrudis de Oesten habitans in antiquo begbinagio ejusdem oppidi, adeo ferventer assuebat ad dominicam passionem, ut stigmata & cicatrices in latere, manibus, & pedibus suis visibiliter apparerent: & universi fideles in hoc prodigio crucifixum Dominum non immerito collaudarunt, &c. Nonnullis interjectis, piam historiam ita prosequitur: De nocte sanctæ Parasceves hæc virgo Gertrudis devotione magna profstravit se coram Crucifixo, prolixius orans in camera sua, mente diligenter atrectans amaritudinem passionis & mortem acerbissimam domini nostri Jesu Christi. Cum ergo mirifica devotione sic transformata foret in amorem dilecti sui sponsi Domini nostri, mirabilis Deus in sanctis suis tanta fecit mirabilia virgini mirabili gratia, ut quinque stigmata Domini nostri suscipere in quinque membris sui virginalis corporis. Suscepit igitur stigmatibus, immo quinque vulneribus, ex contemplatione divina veniens ad humana, clamavit ad cohabitantem sibi begbinam voce magna: Die woerdis, Die woerdis, veni & vide quantam gratiam Deus mihi pauperi concessit ancillæ suæ non meis meritis, sed ex sua superabundanti pietate. Quæ cum veniret, videns tantam gratiam dono Dei virgini Gertrudi concessam, obstupuit; & Deum pro tantis mirabilibus largiter offensis laudans, benedixit. Nam non solum nocte illa parascevas, verum etiam clara die, sed & desinceps diebus multis ex sacrosanctis vulneribus profudit sanguis pulcherrimus rubicundi coloris septies in die per singulas septem horas canonicas: qui quidem cruor de stigmatibus perfluens receptus est in panniculis lineis.

Novitas ista cito cunctis innotuit, nec latere potuit: unde non solum de oppido Delfensi, sed & circumquaque populus multus, audiens in virgine mirabilia Dei, properabat videre quæ facta fuerant: sed hujusmodi concursus Gertrudi non placuit, nam propter populi frequentiam cordis molestiam experiebatur, & impediabatur a spiritalibus exercitiis. Et quia considerabat, quod timor est omni homini necessarius rogabat Dominum dicens voce cordis humilissima: Dulcissime domine Jesu Christe, si

(a) Michov. l. 4. c. 8. Chron. l. 12. Repulsi Tartari.

LXXIX. S. Gertrudi impressa stigmata. (b) Jo. a Ly. 3. chr. Belg. l. 28. c. 4.

In recordanda Christi passione.

E vulneribus cruor manat.

Ad videndum miraculum fit concursus populi.

fuert voluntas tua, desidero quod hec quinque vulnera, pietatis tue gratia mihi concessa, rursum tollas, ne forte contingat mihi a te separari per propriam complacentiam. Exaudivit autem Dominus orationem vir-

ginis, & abstulit illi gratiam quinque vulnerum, sic quod ex eis sanguis non emanabat: sed stigmata tamen deinceps usque ad mortem conservabat. Hactenus au-

Ad eju- dem vir- ginis pre- ces clau- vulnere.

Maurice
victoria
spolia
missa
Pontifi-
ci.
(a) Ma-
rian l. 16.
c. 8.

(b) MS.
bibl. Vat.
fig. n.
3765. in
Ben. XII.

Castella-
no acta
gratia.

(c) To. 7.
ep. fecit.
76.

II.
Gratula-
torie ad
eum Be-
nedicti li-
teraz.

PARTÆ de Saracenis Granatensibus & Africanis victoriæ jam a nobis memoratæ gloriam Christo relaturus Alfonso Castellæ Rex, illius in terris vicario spolia anno a virginis partu quadragesimo primo supra millesimum trecentessimum indictione nona transmisit, de quibus meminit Hispanicarum rerum scriptor his verbis (a): Avenionem equi centum, gladii parmæque e corio totidem e præda Maurica Benedicto Pontifici missa sunt: quatuor præterea & viginti Maurica signa, equus vexillumque Regis, quibus in prælio usus erat, alia. Leiva legatus, is in pontificiis literis Joannes Martini dicitur, aliquanto spatio a Cardinalibus obvius exceptus, Pontificis voce, cum sacris de more esset operatus, Alfonso Regis laudæ maximo principum hominumque concursu celebratæ sunt. Desixa victi Albohaceni victorisque Alfonso signa in pontificio sacello fuisse ad securarum ætatum memoriam, testatur his verbis MS. Vaticanum (b): Hujus Papæ temporibus dominus Alfonso Rex Hispania contra Regem Marrochia conferto prælio triumphavit: & in signum victoriæ idem Rex vexillum suum domino Papæ misit, quod usque hodie in capella Papæ Avenionensi conservatur. Eadem etiam vitæ Benedicti auctor tradit. Confirmantur superiora pontificiis literis, quibus Benedictus Alfonso Regi Castellæ ob missas hostium exuvias, ac nonnullos Saracenos bello captos in relati triumpho argumentum adductos ad sedem Apostolicam, gratias egit (c), ipsumque est adhortatus, ut quo majorem sibi triumphando de hostibus gloriam peperisset, eo se demissorem erga Deum, a quo pendet victoria, præberet: fortem animum generet, præteritos enim triumphos novis cumulatam iri.

Benedictus, & charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ illustri.

Missum pridem ad nostram præsentiam dilectum filium nobilem virum, Joannem Martini militem & nuncium regium læto vultu & animo benigno, tam mittentis consideratione quam ejusdem missi probitatis obtentu, recepimus; & expositam per eum in nostra & fratrum nostrorum, ac aliorum multorum prælatorum, clericorum, & laicorum præsentia, facundis & gratis sermonibus recensendo delectabiliter victoriæ gloriosam quam adversus hostem illum crudelem Dei & orthodoxæ fidei, Regem Marrochitanum videlicet & suos exercitus Saracenicis ad confusionem & exterminium fidei & fidei in illis partibus terribiliter aspirantes dedit tibi de celo virtutum Dominus, audivimus exultanter; nec non equum, quem equitasti contra eosdem perfidos Saracenos, in virtute divina triumphans, vexillum quo-

Partæ

que armorum regionum victriçium, te in acie tunc præcedens, & quosdam de saracenis, in Christi victoria captivatis, cum diversis banderis seu vexillis Saracenorum devictorum & captivatorum in Dei prælio quod gessisti; quæ omnia nobis & sedi prædictæ in signum devotionis eximia, subsequenter ibidem præsentavit, & obtulit pro parte regia dictus miles; gratis & gaudio in Domino admisionis affectibus, divina clementia, quæ de sede sua magnitudinis eandem tibi tribuit victoriam, in laudis jubulum una cum eisdem fratribus & aliis fidelibus, tunc ibidem ut præfertur askantibus, rore repleti spiritualis exultationis & gaudii, devotius assurgentes, tuæque celsitudini pro prædicto missa nuncio, ac destinatis & præsentatis, ut præfertur, hujusmodi devotionis encensis, referentes non sine commendationis condigne titulis gratiarum uberes actiones.

Sane, fili charissime, si diligenter attendis, quot & quanta beneficia de manu Domini, & qua cuncta bona procedunt, & sine quo humana fragilitas nihil potest, in obtinenda victoriâ ipsa (per quam, præter mercedis perennis acquisitum tibi præmium, divulgatur per orbem fama celebris tui nominis & honoris) receperis, habes proculdubio unde sibi devotas, & debitas referre in humilitate spiritus gratiarum actiones non cesses, recognoscendo devote hæc & alia dona tibi ab ipso collata non de tuis vel tuorum viribus, sed solum de sua virtute potentia recepisse. Speramus siquidem in Domino, quod si hæc jugiter egeris, teque gratum eidem reddideris per opera virtuosa, ultra existimationem humanam, cum felicium votiva prosperitate successum & annoſa temporis longitudine, honores tibi, ac bona spiritualia & temporalia jugiter adaugebit.

Idoque regalem excellentiam paternis affectibus in Domino attentius exhortamur, quatenus circa ea, quæ præmissimus, sollicitudine studiosis intendens, ad defensionem & dilatationem fidei, ac repressionem & expugnationem ejus hostium velut athleta strenuus in virtute divina accinctus robore magnanimitatis & fortitudinis, sicut indicit tibi alti tui prospacia generis, & regalis persuadet solii dignitas, continuationibus laudabilibus te impendas. Et nihilominus ut vitia, quæ inoleſſe consueverunt, prohdolor! in illis partibus, extirpentur: tibi que ac tuis subditis magis placatus propitietur Dominus, dare velit regia celsitudo, quantum in ea fueris, operam efficacem, &c. Datum Avin. VII. id. maji anno VII.

Legarat etiam una cum Alfonso Rege Lusitana Castellæ Alfonso alter illius focer Lusitanæ Rex, quem in pugna & gloria fo-

III.
Lusitana
de cad. re-
legatio.
cic-

cietatem venisse vidimus, suos ad sedem Apostolicam oratores, qui accepta e caelo in barbarorum infinita prostrata multitudine beneficia Pontifici & sacro Cardinalium collegio referrent; cum maxime Benedictus id bellum sacrum, ut diximus, apostolicis studiis promovisset. Auditis Lusitanis oratoribus Christi vicarius, ut Castellanam ad agendas divino Numini ob partam victoriam gratias excitaret, ita Lusitanie Regem, ut in Deum rei gestae gloriam omnem transfunderet, permovit: collaudavit (a) pium illum de urgendo adversus impios bello consilium: ad praecleara majorum, qui Mauros continuis bellis attrivissent, exempla provocavit; ex ea enim re ipsum immortale decus collecturum.

(a) To. 7. ep. secr. 82.

Benedictus, &c. charissimo in Christo Alfonso Regi Portugalliae illustri.

Pontific. de ead. vi. storia ad Lusit. Regem licentia.

Habes proculdubio unde altissimo, qui tibi tam salubre inspiravit propositum, & illius executione salutifera tibi clementer assistit, ad laudis jubilum & gratiarum humiles actiones assurgas eidem, recognoscendo humiliter, haec non de tui vel tuorum virtutibus aut viribus, sed de manu divinae clementiae recepisse. Quod si feceris, eique per virtuosorum & piorum multiplicationem operum te sibi gratum fugiter exhibere studueris, ut optamus, adaugebit tibi gratiam, exaltabit in terra nomen tuum, & tandem de regno temporali, quod obtines, ad regni provehet gloriam sempiterni. Porro quia nondum Agarenorum perfidorum quiescere praesumptuosa videtur superbia, immo sicut habet quorundam infesta relatio, rugitus dant terribiles, ad invasionem dictarum partium & Christianorum in eis degentium aspirantes; propter quod, si sit ita, non minus quam prius tuum consilium & auxilium existere noscitur multipliciter opportunum; excellentiam rogamus regiam attentius in Domino & hortamur, quatenus consideranter attendens, quod perseverantibus est corona gloriae repromissa, a praemissis favore, auxilio, & consilio circa repressionem infidelium, ac defensionem & dilatationem fidei orthodoxae in illis partibus, si & cum opportunum extiterit, imitando clarae memoriae progenitorum tuorum vestigia, nullatenus te retrahas; sed ut majus tibi acquiras continue meritum, & gloriae tui nominis amplius augeatur, te promptum in praemissis [maxime cum tua & tuorum res agi videatur] non mediocriter exhibeas & benignum &c. Dat. Avin. xvii. kal. Junii anno vii.

Saraceni nova parant bella.

Solicitatione ad eos obtendos Lusitanus.

IV. Sacro bello se devovet.

factus in agris & urbibus Mauris eripiendis, ecclesias pro cultu divino exercendo conditum iri: de quibus insignes sunt subjectae literae (b).

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Alfonso Portugalliae & Algarbii Regi illustri.

(b) An. 7. ep. cur. 5.

Venerabilis frater noster Martinus episcopus Elborensis, & dilecti filii nobiles viri Lupus Fernandi domus de Ferraria, necnon Laurentius Gomezi de Aureo miles, ambaxiatores & nuntii tui, pro infra scriptis ad nos & sedem Apostolicam destinati, nobis ex parte tua reverenter exponere curaverunt, quod dicti progenitores tui tanquam veri catholici, & ejusdem fidei ardore ac zelo successi, dictaeque fidei solliciti plantatores fervidi, regnum tuum Algarbii & regni Portugalliae magnam partem, copioso subditorum sanguine fuso, propriisque personis & facultatibus infinitis ad hoc expositis, liberaverunt divinae dexterae assistente, & eriperunt de manibus infidelium praedictorum, illaque redeverunt ad cultum nominis Christiani, ac obedientiam & reverentiam ecclesiae sanctae Dei, & in eis diversae ecclesiae & loca ecclesiastica fundarunt pariter & dotarunt, & pro defensione ipsorum ac impugnatione hostium eorundem multa & magna fortelitia construxerunt: quodque ipsi perfidi hostes Christi, de hujusmodi ereptione dolentes, non solum ad recuperationem Algarbii, sed etiam impugnationem Portugalliae regnorum praedictorum ejusdem progenitoribus guerras & actus bellicos quasi continue movisse noscuntur, quibus progenitores ipsi non solum resistunt, sed hostes ipsos multoties expugnarunt, & damna eis plurima intulerunt: & quod clarae memoriae Dionysius Rex Portugalliae genitor tuus, qui inter progenitores ipsos fuit in agendis circumspectissimus, & ferventissimus dictorum hostium persecutor, considerans, quod dictum regnum Algarbii est in frontaria dictorum hostium constitutum & vicinum eiusdem, & quod per homines in actibus bellicosis maris expertos ipsi hostes per mare, cum galeis & aliis vasis navalibus opportunis poterant melius, quam alias impugnavi, & damna eis inferri etiam graviora; de remotis partibus quandam in mari & maritimis bellis expertum ad regna praedicta venire fecit, eumque cum maximis stipendiis admiratam suorum regnorum constituit praedictorum, qui galeas & alia vasa navalia opportuna construxit, & gentes dictorum regnorum in actibus bellicos apparatus marinos pertinentibus per eorum exercitum sic fecit audaces & expertos, quod vix posset ad actus hujusmodi gens aptior reperiri non solum ad defensionem dictorum regnorum, sed impugnationem virilem hostium eorundem; quem admiratum praefato genitore tuo sublato de medio,

Missi ab eodem ad sedem Ap. oratores.

Exposita ab iis Lusitanorum Regum praecleara gesta.

De Dionysio Rege.

Conflata ab eo classe.

Ut maritima arte excellere coepit Lusitani.

praeum tenuisti, & ipsum amplius honorasti, ac per eum & gentes tuorum regnorum dictis hostibus tam per mare quam per terram damna quamplurima gravia intulisti: quodque licet ille profanus & blasphemus Rex Agarenorum de Benamarin, inter Reges blasphemos Saracenorum potentissimus, territus ex praemissis, cum pridem ad persecutionem & exterminationem orthodoxorum fidelium citra mare ad partes Hispaniarum cum catervis bellatorum infidelium innumerabilibus transfretavit, tibi per suos nuncios & literas diversa munera, promissiones, subsidia, & securitatis obsequia obtulisset, si charissimum in Christo filium nostrum Alfonso Regem Castelle ac Legionis illustrem tuum nepotem non juvenes; tamen tu praemissa omnino respiciens, & more dictorum progenitorum tuorum ipsorum sequendo vestigia, sanctae matris ecclesiae ac totius populi Christiani & ejusdem fidei cupiens injuriam tantam repellere, ac velut Christianissimus princeps & fidei ejusdem athleta strenuus obviam vastitati Christianae fidei, tunc ex dicti blasphemii & nefandi Regis potentia in illis partibus imminente, ad reprimeendam hostium sevitiam praedictorum una cum dicto Rege Castella exposuisti patenter personam & bona tua pariter & subjectos; ita quod tu & dictus Rex Castella, vobis Dei auxilio, cujus agebatur negotium, suffragante, dictis hostibus, sicut est toti mundo notorium, viriliter & feliciter triumphastis, insensit, ex dictis hostibus, qui ad exitum Christianorum furentis & iniqui propositi armaverant voluntatem, in ipso triumpho in ore gladii interemptis, & multis ex eis captis ac reductis in perpetuum servitatem.

Tentatus muneribus ab Afro Lusitanus.

Iis repudiatis, Castellano te adjunxit.

Postulata ab eodem subsidia.

V.

Quare praefati ambaxiatores & nuntii nobis ex parte tua devote & humiliter supplicarunt, ut cum tu velut fervens zelo fidei orthodoxae tam prospera & prognostica spei bonae initia, qua de triumpho hujusmodi successerunt, adversus hostes praedictos nefandissimos ad divini nominis laudem & gloriam, & fidei exaltationem ac dilatationem ejusdem toto posse sis dispositus prosequi in futurum; tuque in prosecutione hujusmodi Dei & fidei orthodoxae negotii cum dicto Rege Castella jam facta multa subjeris onera expensarum, & maiora resubire oporteat pro prosecutione ipsius in posterum facienda, ad quam supportationem tui erarii non sufficiunt facultates; tibi decimam omnium proventuum ecclesiasticorum regnorum & terrarum tuorum cum praedicatione crucis, ac indulgentiis solitis concedi transfretantibus in subsidium terrae sanctae, concedere de benignitate apostolica dignemur.

Nos igitur tuum pium & laudabile propositum diligentius attendentes, hujusmodi supplicationibus eo libentius annuendum fore providimus, quo hujusmodi negotium (quod te ad laudem Dei, & pro ipsius orthodoxae fidei palmitibus dilatandis assumere & promoveri confidimus) apostolici favoris fulciendum & juvandum praesidiis utile ac expediens existimamus; & propterea praemissis attenta consideratione pensatis, ac deliberatione super iis cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus praehabita diligentibus supplicationibus tuis hujusmodi ad exauditionis gratiam duximus admittendas. Praedicationem siquidem crucis in omnibus regnis, comitatibus, atque terris, tuis dominio ac ditioni subjectis, per venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Bracharensem, & alias personas ecclesiasticas, seculares & regulares ad id idoneas, per eundem archiepiscopum deputandas, tam contra dictum Regem de Benamarin & quoscumque abios crucis hostes sequaces ipsius, quam contra Regem Granatae caterosque blasphemos obloquentes, sive ipsos Reges blasphemos contra te & regna tua seu terras tuas, si ve te non solum regna & terras tua praedicta defendendo, sed etiam regna & terras eorum invadendo seu impugnando, guerram movere contigerit contra eos fieri concedimus bienniali tempore infra scripto; ita quod in dictis regnis & terris ac dominiis tuis proponatur solemniter verbum crucis, & inibi venerabile signum eius tuis & aliorum fidelium, in regnis, comitatibus, terris, & dominiis praedictis consistendum, illam devoto suscipere volentium, humeris per eos, qui ibidem proponunt verbum hujusmodi, affigatur, ut praedictum negotium contra praefatos Reges blasphemos & sequaces eorum vivifica crucis muniti signaculo, re dictum negotium assumente, ferventer assumant, teque illud prosequente, viriliter prosequantur, cum indulgentiis expressis in aliis nostris literis confectis specialiter super praedicatione & indulgentiis supra dictis, &c. Decevit redigendas in sumptus bellicos subsidiarias sacerdotiorum decumas biennales: tum nonnullis pactionibus pro re sacra amplificanda Lusitanum adigit de coercendis excursionibus barbarorum, ne fideles in servitutem abripiant, excitandis in locis, quae eripientur Saracenis, ecclesiis vestigalibusque donandis, ut divina peragantur, de cohibenda Mahumetica superstitione, de pendendis sacerdotibus decumis: quarum pactionum formula iisdem verbis omnino concepta est, atque ea, quam alias in literis ad Castellanum & Aragonem Reges datis, cum de sacra in Mauros expeditione ducenda agerent, allatam vidimus (a). Dat. Avin. ii. kal. maji anno vii.

Admitta ejus preces.

Indicta a Pont. creata militia.

Attribute biennales decumae.

(a) To. 15. ann. Chr. 1328. n. 77. 78. VI.

Furebant ex accepta ad Salsum flumen ignominiae dolore Saraceni, inanesque profundeabant minas. Quos Alfonso Castellae antequam sese ex clade colligerent, proterere constituit; de quo haec rerum Hispanica.

(a) Mar. l. 19. c. 9. Sur. l. 7. a. 37.

Irruptio in Maur. ros sic.

Captæ urbes.

Comparata in freto classis.

(b) To. 7. ep. secr. 185.

VII. Gratulatio Pontificis ad Castell. Regem literæ.

nicarum author (a): Incunte salus anno millesimo trecentesimo quadragesimo primo Corduba, quo copia militares convenire pitur erant, in Granatenses fines irrum-jussa arte, quam viribus: victoria glorio-sior. Præmissæ naves aliquot commeatu onu- stæ Malacam invadendi speciem præbue- runt. Mauricis copiis ea urbe munienda oc- cupatis, Rex Alcala regis agros improvi- sus invasit augusti xxvi. die; oppidum de- ditum, oppidani salutem pacti dimissi in- columes. Magno id hostium dolore accidit, sua se opinione delusos considerantium. Eo oppido captio, Priegbum, Rutes, Benamexil- lum aliisque oppida & arces eo tractu: pars vi. pars deditione in potestatem venerunt. Victoribus omnia prona erant, Mauris af- pera. Copiæ in hyberna reducta, præsidia tantum opportunis locis disposita: finibus tutandis classi imperatum, ut fretum in- siderent, Afrosque transtu arcerent. Felices progressus adversus Granatenses initos, a Mahumetica superstitione vindicata lo- ca, restitutaque religioni Christianæ, signi- ficavit Pontifici Alfonsus Rex, quem ille iterum meritis ornatum laudibus ad excin- dendam Saracenorum pestem ex Hispa- niis, ac bella Domini gerenda stronue in- flammavit (b).

Charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ illustri.

Atvenerunt nobis in gaudii, & exulta- tionis augmentum prosperi & letabundi ru- more per tuas, filii charissimo, literas quas jucundo recepimus animo, nunciati: descri- bebat namque delectabiliter earundem series literarum, qualiter captum olim feliciter per tuam regalem magnificentiam orthodoxæ fidei negotium adversus hostes Christi & feroces inimicos nimis Christiani pridem, adveniente vernalis opportunitate temporis, tuisque adunatis regis subditis & fidelibus, in virtute potentia divina resumens, & hos- tes ipsos aggressoribus intrepidus viriliter & potenter expugnans; tandem post diver- sos insultus bellicos, & discrimina persona- rum varia, villam de Alcala de Abencai- de, ac subsequenter castrum de Locovin, distans per leucam unam a villa prædicta, loca utique inter alia cismarinarum parti- um per Saracenos detenta, fortissima, & quasi inexpugnabilia, divina virtutis assi- stente tibi dextera, per armorum obtinisti potentiam de cultorum manibus perfidi Ma- chometi: & expulsa de illis Saracenicæ, fœditate, loca ipsa Christiano cultui ad lau- dem & gloriam divini nominis reddidisti, hanc tibi datam divinitus victoriam non- de tuis vel tuorum viribus, sed potius de manu Domini recepisse humiliter protestando.

Nos igitur ex his latitiæ spiritualis ro- re perfusi, pro tantis beneficiis non solum tibi, fili dilectissime, sed assistente tibi auxiliis cœlestis virtute, per te toti Chri- stianitati collatis, ei a quo hæc & alia-

cuncta bona procedunt, laborum vitulum, in humilitate ac devotione spiritus exol- vere non cessamus: instantes nihilominus devotis intercessionum orationibus apud e- um, ut ipse, cujus geritur in parte nego- cium, quique tecum clementer dignatus est hæcenus operari, manum directricem & adjutricem non retrahat; sed ad dilatan- dam in partibus illis fidem catholicam, & extirpandam exinde Agarenorum infideli- um sectam abominabilem, super te tuosque fideles, tecum in eodem negotio fideliter la- borantes gratiam uberiorem suæ benedictio- nis infundat. Demum tuam rogamus regi- am magnificentiam in Domino & hortamur quatenus donz gratiarum innumera, que tibi, præsertim, circa præmissa, contulit Altissimus (ex quibus non parum apud e- um tua creverunt merita, & fama tui no- minis & honoris exitit dilatata per or- bem) diligenti consideratione præmeditans; & etiam diligenter attendens, quod veri- tas coronam gloriæ perseverantibus repro- mittit, dum Deum tibi sua misericordi pie- tate adesse propitium, & tecum sentis tam- quam fortem bellatorem pugnantem, nego- tium hujusmodi forti & robusto animo, sic- ut tibi tui generis incolta prosapia ingerit tanquam princeps magnanimus & athleta Christi strenuus constanter & intrepide pro- sequaris, anchoram spei tue figens in ipsos, & sibi qui de cœlo dimicant multos in pau- cis novit concludere, robor cujusque forti- tudinis & potentia, sicut hæcenus digno- sceris laudabiliter fecisse, ascribens; ita- quod ex amplioribus tuis meritis, majora- tibi felicitatis æternæ compares præmia, & in mundo fama tui nominis incrementis fe- licioribus jugiter augeatur. Dat. Avin. vi. kal. octobris anno vii.

Solicitavit finitimos Reges ad conjun- genda in Saracenos arma Alfonsus Cas- tellæ & Legionis Rex. Et quidem missos ea de causa ad Petrum Regem Aragonum oratores, refert Surita (c): hunc vero enatas inter Philippum Regem Francorum & Jacobum Regem Balearum discordias, ut a sociandis viribus se excusaret, præ- texuisse. Cum enim Philippus Rex Balea- rem urgeret (d), ut Montispeffulani, Omeladesii, & Carladesii principatum mo- re majorum Gallicæ quæ beneficio & au- thoritate acceptum solemniter agnosce- ret, is Philippum ipsum Anglico impli- citum bello intuitus, cum ab Anglo ad nova fœdera urgeretur, tum ex animi elatione ut antea Regi Aragoniorum fidem præstare diu respuerat, ita postea supre- mum in his terris Gallorum dominatum a- gnoscere recubabat, Aragoniorum maxime fretus potentia. Tæxit vero in suas par- tes Gallus Aragonium, cui exposuit arro- gantiam principis, utque is cum Arago- niorum jugum excutere meditaretur, a Gallis nulla auxilia impetrare potuisset.

Gen-

Ad accepta urgenda hortatur eum Benedictus.

VIII. Finitimi Reges ad sacri belli societatem vocati. (c) Sur. l. 7. c. 37.

(d) Cap. 34. 35. Balearis & Gallo de- ficere pa- rat.

Montispeffulani principatu detur- batur.

IX.

Castellanus Gal- lum Anglumque conciliare nititur. Fit certior de ea re a Gallo Pont. (e) Apud Bened. to. 7. ep. secr. 244.

Regiæ ad eun- dem literæ.

Censuit itaque Petrus Rex Aragonum, in Jacobum haud tacita indignatione sus- fusus superiores in se conflatas coitiones (cuncti maxime illud ad pacem cum Philip- po flectere nunquam potuisset) vicem re- ponendam, ac Balearis clientela abstinen- dum: atque ita Philippus Rex Montem- pessulanum, Omeladesiam, & Carlade- siam ad Gallicam coronam, damnato per- fidia ac perduellionis Jacobo Rege Ba- leari, revocavit: atque Aragonium non modo non adversus Gallos, sed in Jaco- bum ipsum plura novantem, arma con- vertit, cum responderet illi auxilia flagi- tanti, Saracenicis distineri se bello: Ca- stellano vero in juvando Jacobo ad prin- cipatum avitum e Gallorum manibus vin- dicandum occupari.

Implorabat etiam Castellanus Philippi Regis Francorum auxilia, seque unum sustinendis immanibus Saracenorum, si- dem Christianam extinguere molientium, conatibus imparem esse querebatur: com- parari ab impiis majores copias, ac rei Christianæ, ni bellum cum Anglo compo- neret, inireve inducias, exitium immi- nere. Assensit iustis Castellæ & Legionis Regis petitis Philippus, ac diploma re- gium vel ad fœdus firmandum, vel ad inducias diurnas coeundas dedit: de- quibus certiore Pontificem fecit (a), sibi que a sorore Hannoniæ comitissa san- ctimoniali, cujus operam in conciliandis inter fratrem, ac generum Reges feliciter collocatam vidimus, relatum hostes Gallici nominis etiam ad arma contra bar- baros socianda paratos, si bella suscepta removeri possent.

Sanctissimo patri in Domino Benedi- cto, divina providentia sanctæ Romanæ & universalis ecclesiæ summo Pontifici, &c.

Magnificus princeps Alfonsus Rex Cas- tellæ & Legionis, consanguineus noster charissimus, nuncios suos pridem ad nostram præsentiam destinavit, qui nobis ex parte ipsius certius retulerunt, quod Saraceni & alii increduli & adversarii fidei Christi- ane congregabant magnum exercitum & ferocem ad invadendum & destruendum re- gna, terras, & loca dicti consanguinei; subsequenter etiam totam Christianitatem exterminare ferocius comminantes. Quod displicenter audivimus, & referimus con- dolenter; & exinde non immerito moti fui- mus ad compassionis affectum, grandia con- siderantes pericula, que ex hoc possunt toti Christianitati præfateque nostro consan- guineo provenire. Nobisque præfati nuncii ex parte dicti consanguinei supplicarunt, ut eidem in tali & tanto totius Christiani- tatis negotio vellemus succurrere, & de competentis & opportuno celeriter providere: & ut facilius pro dicto negotio nos & alii Christiani hoc adimplere possimus, ad bo- Ann. Eccl. Tom. XXV.

nam pacem, vel saltem ad treugarum pro- rogationem competentem cum inimicis nostris habendam vellemus intendere, ac etiam in- clinari. Et ut præfato Regi & toti Chri- stianitati in præmissis, promptius succurra- tur, præfatis nunciis dicti Regis Castellæ recipiendi infra regnum nostrum terminum competentem ad tractandum de pace, vel recipiendum longas treugas inter nos & Regem Angliæ alligatosque suos per literas nostras patentes plenariam potestatem, do- lentes quia occupati in guerris nostris tam sancto & favorabili negotio, nos & totam Christianitatem tangente, non potuimus, ut desideranter appetimus, favorabilis & liberalius nos offerre.

Insuper, pater sanctissime, charissima soror nostra comitissa Hannoniæ novissime nobis scripsit, quod inimici nostri & emuli ad defensionem Christianitatis contra præfatos infideles disponent se libenter, si cessa- rent impedimenta guerrarum. Ad quæ ves- tra beatitudini referenda dilectos & fide- les consiliarios nostros episcopum Claromon- tensem & Raimundum magistrum requesta- rum nostri hospitii destinamus. Et infra: Plene de vestra confidimus benevolentia san- ctitatis; quam dignetur per multos annos feliciter conservare. Altissimus ecclesiæ suæ sanctæ. Script. apud sanctum Germanum in Laya xxvi. die maji. Humilis filius ves- ter Rex Franciæ.

Extractas (b) inducias Philippum inter & Eduardum pontificia opera, referunt historici, iisque Scotos comprehensos, quo Saracenorum retundi impetus possent. In- stitit etiam apud Pontificem Francorum Rex ferendarum (c) Regi Castellæ sup- petiarum desiderio, quo Flandrico bello liber esset, ut edicta apostolica olim in Belgas lata rescinderet, blanditiis enim illos se allecturum ad officium sperabat. Pollicitus ipsis fuerat in castris apud pon- tem Bovinensem defixis superiori anno mense septembri, dum nimirum inducias cum Eduardo pactus est, se auctoritatem suam apud sedem Apostolicam adhibitu- rum, ut censuris solverentur; decreta- que pontificia, quibus anathematis reli- gio iis, si a Gallorum Regibus desciscerent, objecta erat, convellerentur: tum etiam omnibus hujusmodi diplomatibus ac privilegiis abrenunciaret, & excurrente octo dierum spatio illa se traditurum obtrinxerat: qua de re extant in pon- tificio regesto regiæ literæ (d). Cum vero Flandriæ comes ac populi suos ad sedem Apostolicam misissent oratores, ut conciliarentur ecclesiæ, utque edicta super- riorum Pontificum ad vincendam fluxum illorum fidem lata dissolverentur, ex pat- tis cum Gallo Rege incitis flagrantem, Pontifex ut illos rite in gratiam admit- teret, ab oratoribus expetiit (e), an il- liscis edictis memoratis, in Regis Fran- H h

Gallus ad pacem inclinat.

Mittit oratores ad Pont.

X. Extractæ Gall. inter & Angl. induciæ. (b) Wal- sin, in Eduardo II. & a- lu. (c) Ext. ejus lit. apud. Ben. to. 6. ep. secr. 245.

De libe- rando censuris Belgio a- ctum. (d) Ext. ib. ep. 229.

(e) Ib. ep. 240.

Instat Bened. ut Belgæ ad officium redeant.

corum fide stare decreverunt; respondere periculum capitis se subituros, si ad hæc responderent. Quibus subiecit Benedictus, se æquitatis legibus ad præterita acta & decreta, quibus censura Belgis, si rebelarent, incussa erant, labefactanda adduci non posse, cum ad ipsorum preces edita essent, temporisque vetustate confirmata: eam rem trahere ingentia pericula, si ita facile sacramenta violare juratamque principibus fidem infringere liceret: rite etiam censuris eos liberari non posse, dum rebellionis non pœniteret, atque apostolica illa edicta temerarent. De quibus fecit Philippum Regem Francorum certiorum. Is tamen, ne in invidiam violati promissi a Flandris adduceretur; Petrum e Cuneris ac Simonem e Buciano oratores (a) ad sedem Apostolicam legavit, qui Benedictum ad remittendam in Belgas severitatem permoverent ac literis iterum iterumque perurrit (b). At Pontifex ne a justitiæ tramite deflecteret, Philippo respondit, Belgas dum in pristina contumacia obdurecerent, censuris solvi non posse: at si redirent ad officium, & in regium procumberent obsequium, mox se illos apostolico sinu complexurum. [1]

(a) Ib. ep. 241.

Negat aliter censuras dissolvi.

(b) Ext. ib. n. 238. 243. & 245.

XI. Hannonius Cameracensis episcopus conciliatus.

Conciliata est pontificia opera inter Cameracensem episcopum, & Hannoniæ comitem partiumque illius Joannem Hannonem patrum concordia: ex qua Philippus Rex Francorum, quem præsidio firmissimo magnique operibus eam urbem adversus Angliæ Regem antea accepta episcopi clientela munivisse hostemque repulisse vidimus, jura sua lædi suspicatus, has querelas apud Benedictum fudit. (c)

(c) Ext. ea lit. ib. n. 248. De pellendis Cameraco Gallis actum.

Intelleximus magnificum Henricum comitem Hannoniæ a vestra sanctitate absolutum, atque ab illius terris interdictum amotum. Et quidem credimus, si se ecclesiæ submisserit, criminaque ingentia patriæ expiarit, gravem vestræ sanctitati ejus rei rationem non defuisse: at vero accepimus, in tractatu concordie inter eundem episcopum, comitem, & capitulum Cameracense statutum ab ipsa fuisse, & quem admodum sæpius comes nostris militibus præsidariis dixit, pellendos esse Cameraco,

Queritur de ea re Gallus.

NOTE [1] N Angii Continuator alter, qui hoc anno historiam suam exorditur, de interdicto Belgarum, cujus hic mentio apud Annalitam, tradit, Philippum Regem fidem illis suam obstrinxisse, ut interdictum, quod procuraverat apponi in Flandria, faceret amoveri. Ad quod faciendum, addit, Rex Franciæ consentiens, interdictum, quantum in se fuit, amoveri fecit, quod maximum gaudium in Flandria generavit... & Flammingi cantum ecclesiasticum, & Organa resumpserunt, inconsulta tamen Romana ecclesiæ, unde ipsam restitutionem sine sancta matre ecclesiæ factam non approbavit ipsa dicta ecclesiæ nisi usque ad tempora Innocentii VI. qui ad eorum humilem petitionem dictum interdictum approbando totaliter relaxavit, & obnoxios absolvi misericorditer mandavit. Hæc animadversione digna censui, ut intelligerent lectores, quæ olim inesse de censuris opinio quorundam; eas nimirum cessante causa cessare, etsi nulla absolutio præcessisset; quam demum opinionem Innocentius XI. reprobavit. MANSI

nec amplius admittendos: qua de re, cum singulari regnum nostrum studio complectamur, admodum miramur. Scit vestra sanctitas, rogantibus episcopo, decano, & capitulo ecclesiæ & civibus Cameracensibus, nos misisse magnò numero, & stipendiis milites præsidarios ad vindicandam ab imminenti exitio dictam civitatem, adeo ut ex hoc vestra sanctitatis factò utilitas ad hostem, ad nos incommoda & dedecus derivarentur. Quare provideat, ut speramus facturam: ita enim comitem & alios hostes Franciæ Cameracensium agro in regnum nostrum possent irrumpere, graviusque mala invehere. ejus urbis opera, quam nostris sumptibus, magnis operibus communitimus, &c. Dat. Parisiis. xv. die decembris. Devotus filius vester Rex Franciæ.

Injuste has querelas fundebat (d) Philippus Rex, cum non sanxisset Pontifex, ut præsidarii milites Galli ejicerentur Cameraco; sed ne utrinque copiarum excursiones in vicinos agros agendas contraherentur: ad tutandum tamen Cameracum præsidium militare teneri posse pronuntiatum fuerat. Respondit itaque iv. non. januarii insequentis anni Pontifex, in iis pacis legibus ipsius jura non violari: Nec de te, fili amantissime, aut personis aliis, quas dictum non tangit negotium, mentio facta fuit: nec insuper de civitate prædicta Cameracensi, cum communitas & cives ipsius procuratorem non miserint, aliquid tactum exitit in reformatione prædicta; nisi quod, si communitas & cives ipsi vellet adhaerere cum eisdem episcopo, decano, & capitulo reformationi pacis jam dictæ non ad offensionem comitis & patris sui prædictorum, aut terrarum subditorum eorum, sed pro defensione sua, possent habere genem armigeram & tenere, &c. Dat. iv. non. januarii pontificatus anno vii.

(d) To. 7. ep. fecr. 249.

Satisfit ipsi.

Quid de præsidario milite decretum.

Absterit quoque (e) ex ejusdem Regis animo suspicionem sinistram, quam conceperat animo, Pontificem conatum, Regem Castellæ ab illius studiis abalienare. Cui respondit Benedictus, non modo non meditarum se conjunctionem illam animorum, quæ inter ipsos intercedebat, discernere; verum etiam augere magis ac fortius astringere annisurum. Beneficiorum, quæ

XII. (e) To. 7. ep. fecr. 247.

Phil. inconsulta ecclesiæ factus in init cum Bavaris.

(a) Ep. 243.

Ludovicus ab Angli fecedere discedit.

(b) Wol. sing. in Eduar. III.

Pro Lud. ecclesiæ conciliatio do Gallus operam adhibet. Oratores ad Pont. mittit. (c) Ext. apud Bened. to. 7. ep. fecr. 242. Libellus ab iis Benedicto porrectus.

quæ ab Apostolica sede acceperat, immemor (a) Philippus Rex fœdus, inconsulto Rom. Pontifice cum hoste ecclesiæ nimirum Ludovico Bavaris fecerat, antequam censuris solveretur: utque suspicax est mala conscientia, Benedictum injuriam vindicaturum verebatur.

Ludovicus igitur, uxore sua eademque Philippi Regis nepte intercedente, Gallo se conjunxit; cum maxime Eduardus promissas pecunias, quas erat pactus, ei non dedisset: tum id etiam ignominia verteretur, ut qui gerebat imperium, a Rege stipendia acciperet. Abrogavit itaque Eduardo Bavaris Germanici imperii vicariam præfecturam, atque inducias ad Tornacum cum Francorum Rege initas se inconsulto ad firmandum cum ipso fœdus obtulit: paratum se tamen obtulit, si Anglus arbitrum controversiæ deligeret, operam se ad eam conciliandam collocaturum: Philippum Regem eam sibi auctoritatem, tum ad annuas biennalesve inducias ineundas contulisse. Quæ literæ a Wallingamo afferuntur (b): tum alia Eduardi, quibus queritur, pristina dissoluta fœdera: in Tornacensi quidem obsidione consulere Bavarum non potuisse in pacificis induciis, cum a fœderatis principibus ad eas adactus fuerit: sui tamen fuisse consilii pacem cum Philippo, nisi ipso inconsulto nunquam inire: sua vero ad Gallicum sceptrum iura ambiguo iudicio noluisse committere. Inter ceteras porro fœderis cum Bavaris initi leges ea præcipua extitit, ut Philippus, qua florebat gratia & auctoritate apud Pontificem, ad perficiendam Bavari reconciliationem incumberet. Suos itaque Gallia Rex misit ad sedem Apostolicam oratores, qui hanc libellum (c) Benedicto porrexerunt.

Credentia nuntiorum Regis est; quod Rex Franciæ protestationibus primitus per ipsam factis in Gallico ore proprio, & postea de precepto suo factis in Latino per cancellarium suum, & acceptatis per nuncios Bavaris, quod non intendebat nec intendit aliquid promittere contra sacrosanctam ecclesiæ seu ejus statum, contra sanctissimum patrem summum Pontificem seu ejus statum, contra reverendos patres dominos Cardinales, seu alias quascumque personas ecclesiasticas, seu ministros ecclesiæ; sed potius eos tueri & defendere contra quascumque personas: promissit Bavaris, quod erit sibi bonus, verus, & fidelis amicus ad promovendum & procurandum erga ecclesiæ & sanctissimum patrem nostrum reconciliationem suam. Et ex parte dicti Regis devoti filii sui supplicavit dicti nuntii domino nostro summo Pontifici, quod non credat devotum filium suum Regem Francorum fecisse aliquas promissiones contra personam suam, sacrosanctam ecclesiæ, ac eorum statum, licet forte alia ab aliquibus fuerint relata, Ann. Eccl. Tom. XXV.

ut dicitur. Supplicavit etiam sanctissimo patri, quod ipse, salvo honore ecclesiæ, gratiose velit vacare ad reconciliationem prædictam intuitu & ad preces devoti filii sui Regis Franciæ prædicti; cum infinita anima in via periculationis existens per istam reconciliationem reduci poterunt ad salutem.

Auditus Francorum Regis oratoribus, XIII. Pontifex se desiderio teneri conciliandi cum ecclesiæ Ludovici respondit, (d) si ad promerendam illius gratiam & commissa crimina rite expianda se compararet. Damnavit vero Philippi cum eo nondum soluto censuris, hæreticos & schismatis nota affecto, edictisque apostolicis defixo, ininitum fœdus: ipsumque Regem perstrinxit monita apostolica sprevisse: non respondisse mutuis studiis: descivisse a majorum gloria, qui hæreticos & schismaticos infectari, non cum iis fœdera coire, contuevisset.

Benedictus, &c. Philippo Regi Francorum illustri.

Non sufficimus admirari, quod cum [sic] notorium est toti mundo, & processus apostolici dudum, præsentem multitudinem copiosum fidelium, solemniter habiti, & exsuperabundanti per diversa mundi climata publicati, manifestius attestantur] Ludovicus prædictus hæreticus ac schismaticus, ac de hæresi & schismate sententialiter & publice condemnatus, ac profanus & crudelis adversarius, persecutor & hostis ecclesiæ sanctæ Dei; fautor quoque, receptator, & defensor hæreticorum & schismaticorum hucusque existerit, in suis damnatis hæresibus, ac hæreticorum & schismaticorum ipsorum fautoria, receptatione, ac defensione obstinato, proh dolor! animo damnabiliter perseverans; aliquis, qui sacre scripturæ ac canonum, zelumque veritatis catholice habuerit, ausus fuerit asserere, tibi que consilium vel quomodolibet suadere, ut cum homine hæretico & schismatico publice sic damnato, adhucque ut videtur in suis hæresibus & schismatibus perdurante, antequam unitati reconciliaretur ecclesiæ, posses absque propria salutis & honoris detrimento amicitias & confederationes inire: cum illa, quæ de sua natura mala sunt & damnata, nunquam valeant licite fieri bono fine.

Nec minus cogimur admirari, quod tu, filii, absque nostra & Apostolicæ sedis licentia & voluntate præcesseris ad præmissa: immo contra persuasionem nostræ consilium. Quod si secundum æquitatem attendentur, quæ circa negotium dicti Ludovici per nostram considerationem intuitu, & cum tua scientia & voluntate, ut nosti, continue facta sunt habemus, non videbatur sic transgrediendum faciliter, vel etiam contemnendum: & maxime cum ex his tua non credantur verisimiliter prosperari negotia, & ma-

XIII. Benedicti responsum. (d) Eod. to. 7. ep. fecr. 243.

Corruptur Phil. ob initum fœdus cum Bavaris.

Non consilium in ea re ecclesiæ.

& magnam nihilominus maculam non facili- ter abolendam, sicut ab aliis asseritur, per te circa negotium hujusmodi sit proces- sum, posueris in gloria tui nominis & ho- noris. Nam, sicut dolentes & tristes audi- vimus, jam mundus incipit crebris detra- ctoriis oblocutionibus multipliciter murmu- rare, abominabiliter quodammodo, sicut asse- ritur, proclamando alias esse inauditum a seculo, quod principes Christianissimi inclytæ domus Franciæ cum hæreticis & schismaticis, quos zelo fidei orthodoxæ accensî per- sequebantur & fugabant, ac eos etiam au- dire nominari horrebant, contraxerint quo- modolibet amicitias vel favores. (Hæc uti- nam perpenderent recentiores politici.)

Ceterum quantum dicta credentia recon- ciliationem prædictam contigit; providi- mus respondendum, quod si Ludovicus præ- fatus ad mandata nostra & ecclesiæ cum effectu voluerit secundum juris formam re- dire, nos qui conversionem ipsius & alio- rum omnium, quos ab ovili dominico, ex- tra quod non est alicui gratia neque salus, separari procuravit astutia diabolica, fer- ventibus desideriis affectamus, parati eri- mus eum, prout statuta volunt canonica, re- cipere ad prædictam reconciliationem dum- taxat; ac prout ejus obedientiæ, contritio- nis, & penitentiæ signa vera præstiderint, prosequi & tractare, &c. Dat. Avin. IX. kal. maii pontificatus nostri anno VII.

XIV. Refellit Argentini. (a) Ar- gentini in chron.

Refellendus ex his Albertus Argentin- nas (a), qui dum Philippum Regem Fran- corum intercessisse pro Ludovico Bavaro conciliando apud Benedictum ait, puerile responsum inepte affingit, nulla tantæ rei allata ratione, quam nolle jam Apostoli- cam sedem admittere in gratiam Ludovi- cum, cum Philippus velit; quandoquidem restitui tum gremio ecclesiæ noluerit, cum ipsa voluit: abhorret enim a rei veritate Ludovicum alterius, quam sua culpa & inconstantia, ut toties testatum vidimus Pontificem, non admissum: atque etiam tum Benedictus paratissimus ad solvendum censuris Ludovicum erat. Porrexit illi prævaricandi ansam impudica fœmina Mar- garita ducissa Charinthiæ, Joannis comi- tis Tirolensis Regis Boemiæ secundi natu filii uxor, quæ ob nullos ex viro susce-ptos liberos virginem se apud Ludovicum jactare ausa est, atque impotentia & fri- giditatis virum accusare, ut soluto eo ma- trimonio Ludovicum Bavari majorem natu filium dictum marchionem Brandeburgen- sem adulterum acciperet. Audita sceleris fama, Benedictus Bertrando patriar- chæ Aquilejensi partes dedit (b), ut si re- licto viro Charinthiæ ducissa Ludovico juniore Bavaro, non pronuntiata ab ec- clesiâ divortii cum Joanne Tirolensi comi- te sententia, matrimonio conjugari medi- taretur, illam intentata censurarum reli- gione ab scelere deterreret, moneretque

(b) To. 7. ep. fecr. 213. Intentata Ludovico juniore censuræ.

ut marito adhæresceret: at si proueret in flagitium, seque autoritate sua segre- garet a viro, & cum Ludovico juniore vel alio matrimonium scelere contraheret, adulteros conjuges, & quoscumque illo- rum in eo scelere studiosos anathemate defigeret. Quæ imperia xv. kal. decem- bris hujus anni patriarchæ data: hisque emendes auctores, qui ejusmodi Margari- tæ ducissæ divortium, plurimum bello- rum originem, in aliena tempora retu- lerunt.

Non retardarunt Ludovicum Bavaram seniore incurrere censuræ ecclesiasticæ: sed qui Margaritam ad mariti thorum repe- tendum hortari debuerat, suæ oblitus fa- lutis, Charinthiæ invadendæ cupiditate ducissam invito filio conjugem, vel adulte- ram potius, dare non perhorruit (c): im- mo pontificalem, ad quam cognoscendi de matrimonii, eaque explorata certis- simis argumentis causa, dirimendi ob- junctum sacramentum munus spectat, au- thoritatem invasit, ac de conjugio rescin- dendo Margaritam ducissam inter & Jo- annem comitem Tirolensem, sententiam (d) tulit, quæ in additionibus ad Rebdor- fium extat. Tanto facinorosi aliud adjecit. Obstabat lex canonica de gradibus con- sanguinitatis, ne filio Ludovico, quem illa tertio attingebat gradu, matrimonio jungi posset, quæ non nisi a Romano Pon- tifice solvi poterat: sed ille, futilibus ra- tionibus solvendorum in ea re sacrorum Canonum autoritatem obtendens, diplo- mate (e) suo canonica impedimenta in spe- ciem dissolvit. Ob quod atrox scelus Cle- mens Benedicti successor illum novo anathe- mate percussit (f), affecitque gravioribus pœ- nis. Hæc si Ludovicus facinora adversus pon- tificiam autoritatem, dum ecclesiæ gra- tiam optare præfererebat, non adepta im- perii confirmatione patrare ausus; quid ab ipso rerum potito expectare potuit Pon- tificem? ut mirum videri non debeat, si da- ta ab ipso signa Christianæ poenitentia vana extitisse fuerit suspicatus Pontifex.

Gerente hæc Ludovico Bavaro ad regiæ Boemiæ stirpis depressionem, Joannes Rex Boemus, metuens ne aliqua seditiones post ipsius mortem oborirentur, ad antever- tenda discrimina de primogenito marchio- ne Moraviæ Boemica corona cingendo con- silia suscepit: cum maxime Henricus ar-chiepiscopus Moguntinus, ad quem regia inunctione perlinendi Boemiæ principis jus spectabat, Ludovici Bavari partium stu- dio a Romanæ ecclesiæ obsequio descivis- set. Consultus itaque ea de re Benedic- tus, archiepiscopo Pragensi jus autori- tatemque contulit (g), ut Carolum in ec- clesiâ Pragensi, assentiente Joanne Re- ge, Boemico diademate insignire posset. Venerabili fratri archiepiscopo Pragensi. Nuper ad nostrum fidei digna relatione per-

XV.

(c) Du- brav. hist. Boem. l. 21. Solvendi leg. s. ca- nonicus jus arro- gat sibi Lud. (d) Ext. in addit. apud Reb- dorf. & apud Gol- dast. in collect. consuetudi- din. & le- gum im- per. & a- pud Her- wart. ad an. 1342. n. 24. (e) Ext. in add. Rebd. & apud Gol- dast. & Hebrant. ubi sup. (f) Clem. VI. l. 6. an. 1. ep. cut. 24. (g) Boemus de filio diademate cingen- do cogi- tat.

(g) An. 7. ep. com. 197.

Speſtabat id munus ad Mogunt. archiepiscopum.

venit auditum, quod charissimus in Christo filius noster Joannes Rex Boemiæ, illustris, certis causis rationabilibus suadentibus, dilectum filium nobilem virum Carolum, primogenitum suum marchionem Moraviæ, pro- ponit in Regem facere Boemiæ coronari. Ve- rum quia coronatio & inunctio Regis & Regiæ Boemiæ, qui sunt pro tempore, ad archiepiscopum Maguntinum, qui pro tempo- re existit, de antiqua & approbata con- suetudine dicitur pertinere; ac omnis ju- risdictio & autoritas Henrici archiepi- scopi Maguntini (qui adversus Deum & sanctam Romanam ecclesiâ, a qua hono- res & beneficia multiplicia recepiſſe digno- scitur, se obnoxiosum reddidit & ingratum) per processus apostolicos, ejus demeritis ex- xigentibus, totaliter est suspensa, nec po- teſt ipſius Regis propositum sine providen- tia sedis Apostolicæ adimpleri, nos, qui bo- num statum Regis ac primogeniti prædicto- rum, ac regni Boemiæ diligimus & honorem, volentes in hac parte per ipsius sedis pro- videntiam opportunum remedium adhibere, ac de tua circumſpectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternita- ti tuæ, ut dictum primogenitum in Regem, & dilectam in Christo filiam nobilem mu- lierem Blancam suam consortem in Regiam Boemiæ, ad hoc ipsius Regis accedente con- sensu, hac vice auctoritate apostolica inun- gere & coronare in tua Pragensi ecclesiâ va- leas juxta consuetudinem & solemnitate- m in talibus hæcenus observatas, auctori- tate prædicta tenere præsentium, duximus con- cedendum. Per hoc autem ecclesiâ Magun- tinæ & successoribus ejusdem Henrici archie- piscopi Maguntini, qui erunt pro tempore, in obedientia & devotione nostra & suc- cessorum nostrorum ac ipsius Romanæ ecclesiæ persistentibus, nullum volumus in præmissis in posterum præjudicium generari. Nulli ergo &c. Dat. Avin. id. octobris anno VII.

Transfutum apostolica auctoritate ad episcopum Pragensem.

XVII. Renuntia- tor idem liber ab imperio Mogunti- ni archie- pisc. (a) Ib. ep. com. 400.

Objecta Mogunti- no defe- ctio ad Ludovi- cum Ba- var.

Solutus est idem episcopus (a) Henrici Moguntini archiepiscopi imperio auctori- tateque, cum is. censuras, editis Joannis XXII. intentatas Ludovicum Bavaram Cæ- sarem agnoscentibus contraxisset, dum publice illius partes omni studio efferre conatus est: si vero, ille eundem veluti suffraganeum suis, vexare edictis moliretur, ea penitus irrita futura, sanxit. Venerabili fratri Episcopo Pragensi. Te ignorare non credimus, sicut cunctæ fidei Christianæ provinciæ non ignorant, processus diversos & varios dudum per fe- licis recordationis Joannem Papam XXII. prædecessorem nostrum contra Ludovicum de Bavaria, manifestum Dei & ecclesiæ inimicum, ac per ipsam ecclesiâ de hære- si condemnatum, exigentibus & execrecen- tibus gravibus & notariis ejus culpis & ex- cessibus, adversus Deum & universalem sta- tum ecclesiæ in cunctorum fidelium scandala- lum perpetratis, cum magna deliberatione

& gravitate, cogente iustitia publice ha- bitos & solemniter publicatos: quibus con- sultat, eundem Ludovicum omni jure regali & imperiali, si quod sibi competeat, fuisse privatum. Nec etiam te latere credimus, quod idem prædecessor universis patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, alii que perso- nis ecclesiasticis quibuscumque sub pœna sus- pensionis ab officio & beneficio, & excom- municationis (quam eos incurrere voluit ipſo facto, nisi inhibitioni hujusmodi effi- caciter obedirent) duxit districtas inhi- bendum, ne prædicto Ludovico tamquam Regi seu in Regem Romanorum electo super- iis, quæ ad regnum vel imperium Roma- norum, aut ejus regimen pertinerent, quo- vis modo parerent, adhaerent, vel inten- derent, seu præstarent per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel oc- culte, auxilium, consilium, vel favorem: nec nomine regni vel imperii prædictorum aut domini cujuscumque per eum usurpati in illis ei responderent, vel aliam satisfactio- nem sub quocumque velamine impendere attentarent: quibus pœnis & sententiis adeo ipſos ligari & astringi voluit & decre- vit, ac se propriis eorum nominibus nomi- nati fuissent specialiter & expresse. Quas quidem pœnas & sententias Henricum ar-chiepiscopum Maguntinum metropolitanum, Contra- rium, eidem Ludovico tamquam Regi seu in Regem Romanorum electo in Regem publicè ac notoriè parendo, adhaerendo, & intendendo, ac præstando per se & alios auxilium, consilium, & favorem, non est dubium incurrisse.

Licet igitur ex prædictis processibus præ- decessoris ejusdem, & pœnis contentis in eis credimus plenissime informatum, quali- ter circa ipsam archiepiscopum debeas te habere; tamen in iis, quæ statum tuum re- spectant & salutem, adiacere apostolica in- structionis & jussionis instantiam utile ac necessarium reputantes, fraternitati tuæ consulimus, tibi que per apostolica scripta in virtute obedientiaè districtè præcipiendo mandamus, quatenus eidem archiepiscopo, qui non solum indiscrete, sed etiam infide- liter in præmissis se habuit & habet, ad- præsens, pœnis & sententiis contentis in di- ctis processibus propterea involuto, in nul- lo pareas vel intendas, nec per tuos sub- ditos, quantum in te fuerit, parere vel intendi permittas: nam si talia faceres, quod absit, essent a via salutis devotio & manifesta periclitatio status tui. Et si forte idem archiepiscopus in tantam prorump- peret temerariæ persecutionis audaciam, ut ad parendum sibi per se vel alium seu alios te quovis modo requireret vel urgeret, tu memor apostolicæ doctrinæ omnino stude- as plus Deo quam hominibus obedire, in devotione & fidelitate Romanæ ecclesiæ fir- ma constantia persistendo, sicut hæcenus te credimus perstitisse. Nos enim omnes & sin-

Contra- rium, eidem Ludovico tamquam Regi seu in Regem Romanorum electo in Regem publicè ac notoriè parendo, adhaerendo, & intendendo, ac præstando per se & alios auxilium, consilium, & favorem, non est dubium incurrisse. Vetus Pragensem illius imperii obtemperet.

gulos processus, contra te vel subditos tuos communiter vel divisim per eundem archiepiscopum, vel quemvis alium ejus nomine, postquam fuit eisdem poenis & sententiis involutus, forsitan super hoc habitos, vel quos cum per se vel alium seu alios facere contingeret in futurum, ex nunc, donec ad unitatem ecclesie redieris, cassamus, irritamus, ac cassas & irritas, prout sunt, fore decernimus, ac nullius existere roboris vel momenti. Dat. Avin. x. kal. aug. anno vii.

XVIII. Brabantini ad Pont. legatio.

(a) To. 6. ep. fev. 88. (b) Ead. ep. Spondet illi sua officia.

XIX. Mediolanenses conciliati ecclesie.

Hoc anno transmisit Joannes Brabantiae dux, quem Ludovico Bavaro adhæsisse vidimus, quique injustis oneribus ecclesiasticis oppræserat, suos ad sedem Apostolicam oratores, quibus se ad pontificiam imperia paratissimum obtulit, & inflicta viris ecclesiasticis damna se restitutum est pollicitus (a). Cui Benedictus, commendatis ejus officiis, apostolicum studium, spondit (b): Cum ipsi nuncii, inquit, pro parte tua magnificentiae inter cetera proposita per eosdem filialis devotionis sinceritatem, quam ad nos & sanctam Romanam geris ecclesiam, placidis eloquiis recensentes, nobis devotius duxerint offerendum, quod tu tamquam filius benedictionis & gratiae, nostris & ejusdem ecclesie beneplacitis cum operosa devotionis affectu jugiter inharere proponis: & nihilominus circa ea, que divinum beneplacitum & tuam concernunt salutem animæ, studiis sedulis & devotis intendens, ecclesiis & personis ecclesiasticis infra districtus terrarum tuarum consistentibus, que per te vel tuos gravitate hæctenus fuerunt indebite vel oppræsse, optima satisfactionis subsidia impendere ac impendi facere benigno disposuisti animo, idque jam pro parte in effectum operi deducere incæpisti, &c. Dat. Avin. xii. non. junii ann. 7.

Soluti sunt eodem anno omnibus censuris, quibus ob Ludovici Bavari & antipapæ, ac Matthæi & Galeatii Vicecomitum factiones se irretierant Mediolanenses: quamvis enim jam ante ejurassent schisma, & censuris rite solvi essent jussi; obortæ tamen fuerant variæ difficultates, quæ rei exitum retardarant. Solemnes itaque iterum ad sedem Aposto-

licam oratores transmissere: quibus professis Romanæ ecclesie dignitatem fidemque orthodoxam, ac sacramento pollicentibus, nunquam Ludovicum Bavaram ante adeptam ecclesie, gratiam & regium decus ei confirmatum, venientem in Italiam, aut ejus duces recepturos, veniam rite impertit Benedictus, liberatosque poenis omnibus ob ea contractis pristinis juribus restituit. Ad expiandum autem commissum crimen injunxit, ut suis sumptibus facella duo sancto Benedicto abbati ponerent, omnibusque ornamentis & vestigalibus ad sustentandos duos sacerdotes, divinis operaturos singulis diebus, instruerent: tum elemosynas duobus milibus pauperum, recurrente certo die, erogarent. [1] Insigne est hac de re in pontificio regesto monumentum (c), cui plura de aliis Italiæ populis, ad ecclesie gratiam redeuntibus, documenta publica consentiunt, quæ in molis Adriagæ tabulario, & passim in MS. collect. Platinae to. II. extant.

Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Dilectis filiis Leone de Dugnano & Manfredo de Seracconibus de Mediolano jurisperitis, ambasciatoribus & nunciis, necnon Guidolo nato quondam Benedicti de Calico civibus Mediolanensibus, procuratorum & syndico communis & populi civitatis Mediolanensis, ejusque comitatus & districtus, & quarundam singularium personarum communis & populi predictorum, in subscripto instrumento publico sindicatus, seu procurationis communis & populi predictorum nominatum expressarum, pro infrascriptis exequendis ad nos & sedem Apostolicam specialiter destinatis; coram nobis & fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in consistorio, presente ibidem tam prelatorum quam aliorum multitudine copiosa fidelium, se cum reverentia debita presentantibus, & devotionem sinceram, quam commune & populis & singulares persone predicti ad nos & Romanam ecclesiam gerunt, & constanter disponunt gerere in futurum, devote ac humiliter exponentibus; præfatus Guidolus predictum instrumentum sindicatus seu procurationis, cujus tenorem de verbo ad verbum

Imposita ad crimen expiandum poena.

(c) An. 7. ep. chr. 33.

XX. De missis ab iis oratoribus.

Ut petita sit venia de Vicecomitibus ab iis de fens.

Instructis ad eorum gratiam exercitiibus.

De successibus Ludovici Bavari.

Hum presentibus fecimus annotari, exhibuit in nostra & fratrum nostrorum presentia, predictorum. Quo quidem instrumento de mandato nostro in consistorio ipso lecto, præfatus sindicus & procurator sindicario & procuratorio nomine predictorum, quorum sindicus & procurator existit, devote ac humiliter recognovit, & sponte ac reverenter confessus fuit, quod dicta civitas Mediolanensis ac districtus & comitatus ejusdem, necnon homines & habitatores eorundem fuerunt & steterunt sub dominis & subjectione ac obedientia quondam Matthæi de Vicecomitibus de Mediolano, & quondam Galeatii ejusdem Matthæi filii etiam contra dictam sanctam Romanam ecclesiam; non tamen in hæresi, nec in aliqua favoraria alicujus hæresis & temporibus; quibus dicitur, quod ipsi Matthæus & Galeatii fuerunt in rebellionem ipsius sanctæ Romanæ ecclesie; ac eis & cultibus eorum obediaverunt, & dictis temporibus paruerunt, prout subditi dominis facere consueverunt, & eis ut talibus fuerunt, ipsos in dominis & præminentis civitatis, comitatus, & districtus predictorum totis viribus defendendo ab omnibus eos volentibus impugnare, ac dejicere de dominiis supradictis; & nihilominus exercitus & cavalcatas ad eorundem Matthæi & Galeatii & cujuscumque ipsorum voluntatem & mandatum faciendum contra omnes & singulos inimicos & rebelles eorum, seu alterius eorundem, nec non subsidia pecuniaria eidem Matthæo & Galeatio præbendo, & collectas ac tallias persolvendo, & infra, faciendo in omnibus secundum possibilitatem ipsorum, præterquam in hæresi vel aliqua favoraria ejusdem, in quibus nunquam eidem vel alteri obediaverunt, vel favorem aliquem præstiterunt: quodque civitas & homines ac habitatores ipsius, necnon comitatus & districtus ejusdem fuerunt aliquibus temporibus obediæntes & faventes quandoque de voluntate dicti Galeatii, quandoque præter ejus voluntatem Ludovico de Bavaria etiam in coronatione ipsius facta in dicta civitate Mediolanensi, & sciemus tunc temporis eum esse rebellem eidem sanctæ Romanæ ecclesie, ac ipsi Ludovico tanquam Regi Romanorum, & se nominanti Imperatorem, licet non esset per sanctam Romanam ecclesiam approbatus, favorunt, obediaverunt, & intenderunt in omnibus, prout Matthæo & Galeatio supradictis, præterquam in hæresi vel aliqua favoraria seu specie hæresis, quibus nunquam eidem Ludovico vel alicui alii obediaverunt, nec favorem aliquem præstiterunt: & etiam favorem & obedientiam predictos ipsi Ludovico imperator præstiterunt non voluntarii, sed invititi & coacti, quandoque per dictum Galeatium, quandoque per ipsum Ludovicum, seu gentes ejusdem, & quandoque propter timorem aliorum.

Insuper dictus sindicus & procurator quo supra nomine recognovit & confessus fuit, quod civitas, comitatus, & districtus predicti, nec non cives, homines, & habitatores eorundem aliquibus temporibus nuncios quondam Petri de Corbario, tunc antipapæ, schismatici, & apostatici, tempore quo felicis recordationis Joannes Papa XXII. prædecessor noster in humanis agebat, & etiam unum anticardinalem, legatos, & prædicatores ipsius antipapæ, etiam prædicantes contra præfatum prædecessorem nostrum scienter receperunt & favorunt eidem, ipsos ut tales honorabiliter recipiendo & favorabiliter pertractando, ac eis reverenter obediendo; non tamen in hæresi, nec in aliqua favoraria alicujus hæresis, neque eis vel alicui eorum in aliqua hæresi, vel specie alicujus hæresis, seu contra catholicam fidem, favorem vel auxilium aliquod ullo unquam tempore præstiterunt. Nec etiam crediderunt dictum Petrum de Corbario fuisse vel esse verum Papam, nec dictos Cardinalem, legatos, nuncios fuisse vel esse veri Papæ, ac etiam receptionem, obedientiam, & favorem hujusmodi, ut dictum est, eis impenderunt & fecerunt non voluntarii, sed invititi & coacti, & propter timorem & potentiam predictorum. Et infra.

Et subsequenter dictus sindicus ad eandem boni & veri proposuit, quod dicta civitas Mediolanensis, nec non castra, villa, terra, & loca comitatus & districtus ejusdem, & homines eorundem persistendi in obedientia & devotione sanctæ matris ecclesie, atque nostra & successorum nostrorum habere noscuntur, solemniter bona fide promissit nomine predictorum, quorum sindicus & procurator existit, prout ab eis in mandatis habebat, quod civitatis predictæ, nec non castrorum, villarum, terrarum, & locorum comitatus, & districtus predictorum communia & homines dacia, gabellas, & collectas, sive pedagia, vel alia onera per se vel alium seu alios non imponent, nec imponi facient, vel permittent ecclesiis sive ecclesiasticis locis & personis civitatis predictæ, nec non castrorum, villarum, terrarum, & locorum comitatus & districtus predictorum; nec eadem pedagia, gabellas, collectas & alia onera ab eisdem ecclesiis, locis, & personis ecclesiasticis hujusmodi, vel bonis eorum exigent vel exigi facient, aut permittent contra canonicas sanctiones directe vel indirecte, publice vel occulte, nec illa imponentibus aut exigentibus dabunt auxilium, consilium, vel favorem; quinimmo ecclesias & ecclesiasticas personas in suis bonis, juribus, & libertatibus conservabunt: & quod præsentibus regiminibus civitatis, castrorum, villarum, terrarum, & locorum comitatus & districtus predictorum, quatenus ad eos tanquam ipsorum rectores spectabit, teneantur, si secus fieret, ipsis ecclesiis & ecclesiasticis personis.

XXI. Exceptis antipapæ nunciis & anticardinalibus.

Metu tamen, non voluntate.

XXII.

Nuncupatio sponso de non opprimeas ecclesiasticis.

De restituendis ablatiis juribus.

NOTE [1] Hoc anno Mediolanenses in plenam Ecclesie gratiam restituuntur, conciliato dissidio quod solitis XXII. annis utroque, ecclesiam & imperium inter se commisit, ait Galvanus Flamma in Opusculo de Vicecomitibus. Eodem scriptore teste, die VI. Augusti solemniter hæc concordia Mediolani promulgata fuit, in qua Vicecomites non absoluti tantummodo, sed omnium impactorum criminum immunes declarati, repudiatis abjectisque tamquam iniquis, & mendacibus publicis tabulis in Vicecomites confectis, quarum invidia archiepiscopum Mediolanensem & inquisitorem fidei pontifex oneravit, Demandatus est Vicecomitibus Vicariatus Ecclesie jure perpetuo in Urbes Placentinam, Laudensem, cui additus Vicariatus, (vacante tamen imperio & non ultra) in Urbes Mediolanum, Brixianam, Bergomum, Novocomum, Vercellas, Cremonam. Tandem sponderunt Vicecomites Ecclesie annum vestigial florenorum X. M. Hæc Flamma, quæ hic adnotare visum est ad supplendos Annales, quamquam ex his nonnulla ab Annalista inferius num. 33. attinguntur. MANSI

sonis, de impositionibus sive exactionibus hujusmodi conquerentibus, exacta restituere, seu restituere ac impositiones factas etiam revocare seu revocari facere celeriter, summarie, sine strepitu iudicii & figura; alioquin poenas inde incurrant super iis a sacris canonibus promulgatas; quodque ipsi praesidentes & communia ac singulares personae ipsorum iudices ecclesiasticos non impediunt, quominus contra imponentes & exigentes hujusmodi libere procedere valeant ad publicationem dictarum poenarum & alias juxta canonica instituta.

XXIII.

Colendis
Romanae
ecclesiae
imperii.

Non ju-
vandis
haereticis.

De non
excipien-
do Cesa-
ris legato
nisi a sede
Apost.
confirmatus
sit.

Insuper dictus iudicus juravit ad sancta Dei evangelia, per eum corporaliter manu tacta, in animas constituentium praedictorum, prout ab eis specialiter in mandatis habebat, quod comitatus Mediolanensis, necnon castrorum, villarum, terrarum & locorum comitatus & districtus praedictorum, communia & homines parebunt super praemissis, omnibus & singulis commissis per eos mandatis ecclesiae atque nostris, & quod similia de cetero non committent, ac infra scripta omnia & singula inviolabiliter observabunt & adimplebunt; ac procuratorio & iudicario nomine communium & universitatum civitatis, castrorum, villarum, terrarum, & locorum comitatus & districtus praedictorum & singularium personarum ipsorum promissit, & juravit etiam in animas eorundem, quod communia, universitates, & singulares personae praedicta nobis & successoribus nostris, canonice intrantibus, erunt devoti & fideles ac obedientes tanquam Christi vicario, & sanctae matri ecclesiae, veluti ceteri veri & catholici Christiani; & quod praefato Ludovico & sequacibus suis per ecclesiam condemnatis, & aliis quibuscumque per dictam ecclesiam denotatis (illis qui de injusta condemnatione occasione praemissorum conqueruntur, ut infra sequitur, exceptis) & denotandis in posterum de haeresi vel fautoria ipsius nunquam scienter dabunt auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte; nec eos scienter receptabunt in civitate, castris, villis, terris, & locis, comitatu & districtu praedictis, vel aliis quibuscumque ipsorum administrationi vel jurisdictioni subjectis, vel subiacendis quousque ad ecclesiam redierint unitatem; & quod aliquem, qui veniet ad partes Italiae sub nomine Imperatoris vel Regis Romanorum, vel administratoris juris imperii vel regni Romanorum, aut quemvis alium quovis titulo seu nomine pro eodem, non receptabunt in civitate, castris, villis, & locis, comitatu & districtu praedictis; nec eis dabunt scienter publice vel occulte auxilium, consilium, vel favorem, priusquam fuerit per sedem Apostolicam approbatus. Et nihilominus iudicus & procurator praedictus quo supra nomine confessus fuit ac juravit specialiter & expresse, quod communia civitatis, castrorum, villarum, terrarum, & loco-

rum, comitatus & districtus praedictorum, ac homines eorundem pro certo credunt & firmiter tenent, quod non spectat ad Imperatorem Papam deponere, vel Papam facere, ac haeticum reputant aliter credere, vel docere, & haesim damnatam per ecclesiam, quam & ipse iudicus, quantum in eo est, & praefato iudicario & procuratorio nomine potest juxta determinationem ecclesiae anathematizavit, & damnatam etiam reputavit.

Idem quoque iudicus procuratorio & iudicario nomine supra dicto promissit & juravit, quod communia & homines praedicti de ipsis civitate, castris, villis, & locis, ac terris aliis quibuscumque, ipsorum jurisdictioni, regimini, seu administrationi subjectis, vel in antea subiacendis, universos & singulos haereticos ab ecclesia denotatos & in posterum denotandos, nec non manifestos schismaticos pro viribus bonafide expellere ac exterminare curabunt, quousque ad ecclesiam redierint unitatem; pro testans dictus iudicus, quod ad illos qui ut praemittitur, praemissorum occasione de crimine haeresis vel fautoria se injuste condemnatos conqueruntur, se articulus hujusmodi non extendat donec secundum ordinationem, quam super hoc facimus de iis, quae proponunt contra condemnationes ipsas, cognitum fuerit & etiam definitum. Promissit etiam & juravit dictus procurator & iudicus nomine praedicto, quod communia civitatis, castrorum, villarum, terrarum, & locorum comitatus & districtus praedictorum, ac homines eorum nuncios & gentes nostras, ac successorum nostrorum, & sanctae Romanae ecclesiae per civitatem, castra, villas, terras, comitatum, & districtum, & alia loca eorum jurisdictioni subiecta & subiacenda pro tempore, ipse scientibus, transientes, curialiter recipient & tractabunt, ipsisque defendent & protegent bona fide.

Praeterea promissit dictus procurator & iudicus nomine civitatis Mediolanensis, necnon castrorum, villarum, terrarum, & locorum comitatus & districtus, communium & hominum ac singularium personarum praedictorum, ac juravit in animas eorundem, prout ab eis in mandatis habebat, quod constituentibus ipsi, omni malitia, dolo, & fraude cessantibus, ecclesias & personas ac loca ecclesiastica universa civitatis, castrorum, villarum, terrarum, & locorum praedictorum, ac comitatus & districtus ejusdem, ipsorumque bona, libertates, & jura omnia manutenebant & defendent, & ipsi vel eorum aliqua non usurpabunt seu occupabunt directe, vel indirecte, nec usurpata seu occupata tenent; sed ea libere & cum effectu dimittent & restituent ecclesiis & personis, quibus est eorum restitutio facienda; ac ecclesias, clericos, loca, & personas ecclesiasticas hujusmodi bonis, juribus, libertatibus eorundem libere

Profitetur
orator non
spectare
ad Cesa-
rem ex-
authorare
Pontifi-
cem.

XXIV.
Pulsam
iri schis-
maticos
pollicetur.

Apostoli-
cos nun-
tios co-
lentos.

Restitu-
endum
jus eccle-
siasticum.

uti & fructus, illosque ea pacifice possidere, ac eorum fructus, redditus, & proventus permittens percipere & habere, ac promittent illos non usurpare nec occupare, aut usurpata vel occupata tenere, seu quominus ecclesiae, clerici, & persona ecclesiastica praedictis hujusmodi juribus & libertatibus libere & pacifice uti & frui; nec non ea pacifice possidere, ac illorum fructus & redditus, ut praemittitur, percipere valeant & habere, nec ecclesias aut personas ecclesiasticas in praemissis impedire quoquomodo volentibus consentiens, nec in iis dabunt directe vel indirecte, publice vel occulte, auxilium, consilium, vel favorem: quin immo facient & procurabunt toto posse cum effectu, quod usurpata & occupata de bonis & juribus ecclesiarum, locorum, clericorum, & personarum ecclesiasticarum dimittantur & restituantur praedictis, ecclesiis, locis, clericis, & personis praedictis, praeterquam civitatis, castrorum, villarum, terrarum, & locorum comitatus & districtus praedictorum notoriis inimicis, quos in casu, quo ad pacem & concordiam cum eorum communitatibus & universitatibus de venire nollent, manuteneant & defendere non promittunt.

XXV.
Bononi-
am & a-
lias urbes
pontifici-
as non
oppu-
gandas.

Non la-
suros cli-
entes ec-
clesiae.

Rursus promissit iudicus memoratus procuratorio & iudicario nomine antedicto, & juravit in animas constituentium eorundem, quod ipsi, quorum iudicus & procurator existit, Bononiensem & Ferrariensem civitates earumque comitatus & districtus, ac marchiam Anconitanam, Romanodiolum, ducatum Spoletini, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Campaniam & Maritimam, aut aliquam partem eorum, seu terras districtus, pertinentias, honores, aut bona, & jura eorundem vel quascumque alias civitates, terras, castra, & fortelitia, villas & loca seu habitationes hominum, quaecumque dominia, jurisdictiones, portus, vel passus terrae vel aquarum fluminis, seu ascensus vel descensus eorum, stratas vel vias publicas vel privatas quoruncumque civitatum, comitatum, & districtuum provinciarum seu locorum proxime nominatorum, ad nos & Romanam ecclesiam spectantia, vel quae sub nostro & ejusdem Romanae ecclesiae nomine reguntur aut tenentur, seu in quibus nos & Romana ecclesia jus habemus, qualiacumque sint, in quibuscumque & ubicumque consistant, aut personas ecclesiasticas vel seculares eorundem civitatum, comitatum, provinciarum, locorum & districtuum hujusmodi, vel alicui ipsorum per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, non offendent aut subtrahent, nec invadent, nec capient, nec usurpabunt vel impedient, aut praedabuntur, seu spoliabunt in toto vel in parte, nec iura facientibus aut attentantibus, vel facere ac attentare volentibus dabunt seu praestabunt succursum, auxilium, consilium

Ann. Eccl. Tom. XXV.

vel favorem; nec eis in personis, bonis, vel rebus eorum irrogabunt damna, injurias, vel offensas sine nostra & successorum nostrorum & ejusdem Romanae ecclesiae licentia speciali: nec civitates, comitatus, provincias, districtus, terras, & loca proxime dicta, vel aliqua eorundem ejusdem ecclesiae, vel sub dominio & regimine ipsius consistentia, ipsis appropriabunt, vel ea eidem Romanae ecclesiae auferent, vel quomodolibet subtrahent in futurum: adjecto tamen & salvo, quod si commune alicujus de civitatibus, provinciis, seu locis comitatum & districtuum praedictorum quae tenentur seu reguntur ipsius Romanae ecclesiae nomine; seu persona singulari, commune, seu populum dictae civitatis Mediolanensis, necnon castrorum, terrarum, & locorum comitatus & districtus ejusdem, quorum ipse iudicus procurator existit, vel alicujus eorum aut personam singularem de illis vel etiam aggredierentur primo vel offenderent, aut hostes vel amulos ad ipsos offendendos receptarent; communia aut singularis persona raliter offensa vel invasa tam per viam justitiae, quam vim repellendo cum moderamine inculpata tutele, prout exposcet facti & temporis qualitas, se & bona ac loca sua defendere valeant & tueri: sic tamen, quod in civitatibus & locis praedictis quae, ut praemittitur, tenentur seu reguntur nomine praedictae Romanae ecclesiae, jus ecclesiae praedictae, ac etiam civitatum & castrorum, si quod eisdem in illis vel eorum aliquo, seu hominibus ipsorum vel alicujus eorum competat, ipsi Romanae ecclesiae civitatibus vel castris, quibus per praemissa vel aliquid praemissorum non praedudicetur in aliquo, salvum semper remaneat & illarum.

Adjecta
lex si
quippiam
cliens
Pontifici-
us eos la-
serit.

XXVI.
Poliara
flexis ge-
nibus cen-
surarum
solutio.

Confessus superiora Mediolanensis orator, admittitque legibus memoratis, provolutus in genua, Pontificem demisse precatus est, ut Mediolanenses censuris omnibus, quibus se irretierant, solveret; cum ob eorum multitudinem, partim ob inopiam, partim ob hostium odia, ad sedem Apostolicam se conferre non possent, & constanter in obsequio illius persistere parati essent. Ad quas preces flexus Benedictus Mediolanenses pristinis juribus, piorum societati, templorumque & factorum usui restituit: hanc tamen poenam, ad crimen rite expiandum inflixit.

Porro, ut communi, populo, & singularibus personis civitatis, comitatus, & districtus praedictorum, & eorum posteris, in perpetuum de praedictis commissis excessibus & similibus de cetero evitandis; nec non de tanta gratia, & venia beneficio super praemissis obtenta de clementia dictae sedis memoria perpetua relinquatur, volumus & auctoritate apostolica ordinamus, ipsique communi, populo, & hominibus hujusmodi

li

civi-

civitatis districte injungimus per presentes, ut ipsi commune, populus, & homines nomine penitentie pro premissis edificari seu construi faciant sumptibus eorundem in dicta civitate Mediolanensi duas pulchras & decentes capellas, unam videlicet infra majorem cathedralem, & alteram infra sancti Ambrosii Mediolanensis ecclesias ad honorem almi confessoris B. Benedicti abbatii, ac ejus vocabulo insignitas; in quarum qualibet unus presbyter perpetuus capellanus, & unus minister instituatur, qui in ea divina quotidie debeant celebrare; & quod ipsas capellas libris, calicibus, crucibus, vestimentis, paramentis, & aliis ornamentis, ad cultum divini nominis opportunis, & decentibus muniat, & ea manuteneant, & faciant effectualiter in perpetuum quoties fuerit opportunum; quodque pro dote cujuslibet dictarum capellarum tot possessiones emant, ex quibus fructus, redditus, & proventus proveniant ad summam triginta florenorum auri communiter annis singulis ascendentes, convertendorum in sustentationem dictorum capellanorum & suorum ministrorum, qui eis assistent in celebratione hujusmodi divinarum; qui quodlibet anno in festo ejusdem B. Benedicti ac rectoris, seu regimini dictæ civitatis, qui erunt pro tempore, voce præconia populo dictæ civitatis generaliter invitato & convocato, ad alteram, quam maluerint, dictarum capellarum conveniant, & missam ibidem solemniter audiant, in qua proponatur populo verbum Dei; in quo habebitur memoria tantæ gratiæ indultæ ipsi misericorditer a sede Apostolica supra dicta de tot & tantis excessibus ac delictis per eos, ut præmittitur, perpetratis; & quod ipsi commune in die festivitatis ipsius B. Benedicti singulis annis in perpetuum ad hoc, ut nec culpa commissi per eos, nec gratia veniæ illius recepta a sede prædicta de Mediolanensium memoria valeat aboleri, faciant unam elemosynam in civitate Mediolanensi duobus millibus pauperum personarum, cuilibet personæ videlicet de uno pane bono & convenienter albo ponderis duodecim unciarum pro quolibet; & quod pro hujusmodi elemosyna perpetuo facienda & manuteneunda, ipsi commune, populus, & homines civitatis ejusdem tot emant præfatis capellis annuos redditus, præter redditus capellanorum prædictorum, quod ex eis possit dicta elemosyna perpetuo sine defectu fieri & realiter adimpleri; quodque in casu, in quo non reperirent die hujus festi in civitate prædicta tot pauperes, qui sufficerent ad dictam elemosynam capiendam, ipsi commune id quod supererit a pauperibus, qui in dicta elemosyna intersuerint, dispensari faciant & largiri inter pauperes verecundos civitatis ejusdem: & quod prædictus capellas con-

Duo Sacella extrui iusta.

Indicta celebras annua recurrense die D. Benedicto sacra.

Imperata elemosynæ.

strui faciant, & libros, cruces & calices, ornamenta, vestimenta, & alia paramenta ecclesiastica ipsis capellis dent & assignent, ac redditus hujusmodi emant tam pro capellanis & ministris, quam elemosyna supra dictis infra duos annos, a data presentium computandis, &c. Interjectis nonnullis de his ratis habendis solemnibus, subdit Pontifex,

Volumus & apostolica auctoritate decernimus (si nimirum superiora non fuerint mandata operi) quod præfati communi dictæ civitatis, nec non comitatus & districtus ipsius, universitates & homines eorundem in eadem pœnas & sententias, quibus subjacebant antea, recidant ipso facto: quodque si post ratificationem, approbationem, confirmationem, & innovationem præmissorum, ut præmittitur, faciendas ejusdem civitatis, nec non castrorum, villarum, terrarum, & locorum comitatus & districtus præfatorum communia, vel eorum aliqua, seu singulares personæ ipsarum contra præmissa & jurata per eundem iudicem eorum nomine de non faciendis dicto Ludovico de Bavaria & sequacibus suis, & de non admittendo vel receptando aliquem, qui veniret ad partes Italia sub nomine Imperatoris vel Regis Romanorum, aut administratoris iurium imperii vel regni Romanorum aut quemvis alium quovis titulo seu nomine pro eodem in civitate, castris, villis, terris & locis, ac comitatu & districtu prædictis, seu favendo eisdem [ac expellendis hæreticis & eorum fautoribus, illis, qui de hæresi vel fautoria ipsius se iuste, ut præmittitur, asserunt condemnatos, exceptis] ac de terris, bonis & juribus ejusdem Romanae ecclesiæ, ut præmittitur, non invadendis nec etiam occupandis quoquo modo fecerent, singulares personæ videlicet excommunicationis incurrant sententiam, & communia taliter facientia seu venientia interdicto ecclesiastico eo ipso & pœnis & sententiis subjaceant, que contra fautores hæreticorum & taliter delinquentes, si hæreticis fuerint, vel fautoribus eorundem a sacris canonibus inflictæ sunt & prolata, &c. Additur procuratorium consignatum anno MCCCXL, XXVII. octobris. Dat. Avin. id maij anno VII.

Conciliati pariter alii Infubres, nimirum Bergomenses (a), Papienses (b), Novarienses (c), Cremonenses (d), Vercellenses (e), Comenses (f), Bobienses (g), municipes S. Domini (h), Soncinates (i), iisdem nempe pactioibus, quibus Mediolanenses in gratiam recepti: quare superiori formulæ confecta sunt de his restituentis gremio ecclesiæ diplomata. Jusse autem singulae urbes non duo sacella, ut Mediolanenses, sed unum tantum condere, & elemosynas mille pauperibus erogare. Quibus etiam legibus superiori anno Terdonenses (k) ac Lucani (l) ab-

XXVII.

Intentatae censuræ, si legatus Cæsaris excipiatur antequam a sede Ap. confirmetur.

XXVIII.

Conciliati iisdem legibus alii populi. (a) Eod. an. 7. ep. cur. 34. (b) Ep. 35. (c) Ep. 36. (d) Ep. 37. (e) Ep. 38. (f) Ep. 39. (g) Ep. 40. (h) Ep. 41. (i) Ep. 42. (k) An. 8. ep. cur. 36. (l) Ib. ep. cur. 26.

soluti a Benedicto, hoc anno pontificiam sententiam grato & demisso animo accepere; ac Petrum Bonajunctam & Andream procuratores instituere, ut coram Pontifice & Cardinalibus omnia iusta, rata a Lucano populo & magistratibus habita profiterentur: de quo tabulæ (a) publicæ editæ anno a nativitate Domini MCCCLXII. ind. viii. die xx. mensis januarii consignatæ. Extant in libro privilegiorum Romanæ ecclesiæ una cum aliis Infubrum literæ (b), quibus omnia præscripta a Pontifice se observaturos spondere, neque Cæsarem nisi a sede Apostolica confirmatum agnitueros. Cæterum ad Infubres singulos censuris rite liberandos, Cumenfis, Cremonensis & Laudensis episcopi designati sunt (c), concessumque ut corpora defunctorum ecclesiasticæ sepulturæ tradi juberent.

Cum vero ut jam ante indicatum est, plures Infubres gravissime quererentur, Gibellinarum partium odio inique a censoribus fidei sententia hæreses fuisse damnatos, cum fidem orthodoxam colerent, sed tantummodo censuras, quas ob cæterum jus anceps defensum a Joanne XXII. Pontifice inflitas pertulissent; Benedictus Bertrando tit. S. Marci & Guillelmo tit. S. Stephani in Cælio monte Cardd. provinciam dedit, ut judicarias actiones illas discerent, infonteste absolvent, fontes vero dampnent. Certe fidei censores studio partium nimium commotos in percullendis sententia hæreses Gibellinis aliquibus constat: nam Benedictus cum judicaria acta ab Aycardo archiepiscopo Mediolanensi, Paxio, Jordano, Honesto, Barnaba ordinis Prædicatorum causarum fidei cognitoribus, in Joannem & Luchinum Matthæi Vicecomitis filios confecta, quibus ob patrem damnatum hæreses adiutum armis damnari fuerant & infamiæ nota inusti, bonisque omnibus & juribus privati, mature cum Cardinalibus discussisset, implorantibus legum equitatem Joanne & Luchino, iniqua pronuntiavit (d), ac penitus convulsit: alia vero acta iuste in Joannem Vicecomitem ob susceptum ab antipapa Cardinalatum edita jam ante pontificia clementia fuerant abrogata, cum is ad ecclesiæ sinum redisset.

Professi porro sunt hoc anno Joannes episcopus Novariensis & Luchinus, qui principatum Infubriæ arripuerant, spectare ad sedem Apostolicam, dum interregnum esset, creare imperii vicarios: qua dignitate a Benedicto ornati sunt, polliciti nulli Regi Romanorum, nisi ab sede Apost. confirmato se ad hæsus. Quo vero ordine res gesta sit, fuse describitur tum in pontificis literis (e), tum in publicis documentis (f) Mediolani confectis hoc anno, quibus singula a Pontifice con-

(a) Lib. priv. Rom. eccl. to. 1. p. 166.

(b) Ib. p. 37.

(c) An. 7. ep. cur. 43.

Infubrum de fidei censoribus querela.

Judicaria eorum acta in Joannem & Luchinum pronuntiata irrita. (d) Ib. ep. cur. 26. Vicecomites ecclesiæ velligales se profiterentur. XXIX. (e) Ib. ep. cur. 28. (f) Ext. ib. ext. e. tiam in arce S. Aug. & inter collecti. Plat. MS. arce. Vat. to. 2. pag. 405. & in MS. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. p. 443. ad 452.

stituta a Joanne & Luchino admittitæ rætaque habita fuerunt. Et quidem illi, e- voluto jam ante biennio, cum Mediolani aliarumque plurium urbium dominos se dicerent, ex concepta subjectis verbis formula poposcerant a sede Apostolica vicariam imperii in Infubria, vacuo augustali folio, præfecturam.

In Christi nomine. Amen. Pateat universis hoc præfens instrumentum inspecturis, quod reverendus in Christo pater dominus Joannes Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Novariensis & comes, ejusque civitatis & districtus dominus generalis, & magnificus miles Dominus Luchinus frater ejus filii quondam magnifici militis Matthæi Vicecomitis de Mediolano, civitatum & districtuum Mediolani, Pergami, Brixie, Cremona, Placentie, Laudæ, Cumarum & Vercellarum, nec non Cremæ, Burgi S. Domini, Sonzini, Martinengi, Castri novi, Buccadue, & Caravazii castrorum diocesis Parmæ, Cremonæ, Pergami, & Placentiæ, domini generalis, in mei notarii publici & testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, suæ mera, libera, & spontanea voluntate, ac ex certa scientia fecerunt atque constituerunt & creaverunt suum verum & legitimum procuratorem, actorem, factorem, negotiorum gestorem, & nuncium specialem providum & discretum virum Guidolum de Calice, filium quondam domini Benedicti civem Mediolanensem, præsentem ac in se onus procuratoris hujusmodi suscipientem, ad comparandum, ac sese devote & humiliter ipsorum dominorum Joannis & Luchini nomine presentandum coram sanctissimo in Christo patre & domino domino Benedicto, divina providentia Papa XII. ac sacro collegio reverendorum patrum dominorum Cardinalium S. R. E. tam in consistorio publico & privato, quam in camera & aliis quibuscumque locis, de quibus & quotiescumque pro infrascriptis perficiendis & complendis opus fuerit: & ad exponendum reverenter coram eis devotam & debitam subjectionem & filialem devotionem, & sincerum ac verum affectum, quos idem domini Joannes & Luchinus ad dictos sanctissimum patrem & dominos Cardinales & Romanam ecclesiam gerunt, habent, & constanter disponunt & volunt gerere in futurum: ac ipsos dominum Joannem & Luchinum & subditos suos, nec non civitates & castra prædicta & alias terras quaslibet & loca, sub eorum regimine & jurisdictione consistentia, & posse ipsorum dominorum Joannis & Luchini ejusdem dominis summo Pontifici & Cardinalibus, & ad eorum obedientiam & mandatum & beneplacita totaliter offerendum, ac se & ipsos tanquam veros & fideles sanctæ Romanæ ecclesiæ filios, subditos, & devotos: & ut hujusmodi devotionis, subjectionis, & sinceritatis affectus ipsi domino summo Pon-

Quarum urbium tenuerint imperium.

Joannis & Luchini pollicitationes dante ecclesiæ.

iffici & Cardinalibus clarius liqueat, ad promittendum ipsorum dominorum Joannis & Luchini nomine, ac jurandum in animas ipsorum, quod ipsi domini Joannes & Luchinus sunt, erunt, & permanebunt devoti subditi, obedientes, & fideles, prefato domino summo Pontifici & successoribus ejus canonice intrantibus, sicut Christi vicariis, & eidem sancte Romanæ ecclesie, velut veri subditi & catholici Christiani.

XXX.
Damnata
ab iis
Marfilia-
na here-
sis.

Et ad constituendum & firmiter asserendum, quo supra nomine, ac jurandum, quod ipsi domini Joannes & Luchinus non credunt nec crediderunt, quod spectat ad Imperatorem Papam deponere & alium facere; sed reputant taliter credere errorem nefandum & abominabilem, & hæresim per ecclesiam damnatam, quam & ipsi domini Joannes & Luchinus, quantum ad eos spectat, anathematizant secundum determinationem ecclesie. Et ad promittendum & jurandum, quo supra nomine, & in animas ipsorum dominorum Joannis & Luchini, quod ipsi domini Joannes & Luchinus non adharebunt Ludovico de Bavaria damnato, nec alicui antipapa vel schismatico, nec eorum sequacibus vel complicibus, nec eis scienter dabant auxilium, nec impedient quominus directe vel indirecte, publice vel occulte; nec eos scienter receptabunt in terris, eorum dominio vel jurisdictioni subiectis, vel subjiendis, quousque ad ecclesiam Romanam redierint unitatem & gratiam: quodque aliquem, qui veniret ad partes Italiae sub nomine Imperatoris, aut Regis Romanorum, vel administratoris imperii, vel Regis Romanorum predicti quovis titulo vel nomine pro eo, non receptabunt in terris predictis, nec ei ut tali adharebunt, favorebunt, vel obediunt in aliquo, nisi prius fuerit per Romanam ecclesiam approbatus. Et ad promittendum predicto nomine & jurandum, quod eidem domini Joannes & Luchinus de civitatibus, villis, castris, & locis, ac terris, eorum jurisdictioni & administrationi subiectis vel subjiendis, expellere & exterminare studebunt pro viribus bona fide universos hæreticos ab ecclesia de hæresi denotatos & denotandos, ac schismaticos manifestos. Et nihilominus ad promittendum, quo supra nomine, ac jurandum, quod ipsi domini Joannes & Luchinus nuncios & gentes prefati domini summi Pontificis & successorum suorum ac sancte Romanæ ecclesie per civitates, castra, villas, terras, & loca hujusmodi, dictorum dominorum Joannis & Luchini jurisdictioni vel administrationi subiecta & subjienda, transiunt curialiter recipient & tractabunt, ac recipi & tractari facient, ipsosque protegent & defendent bona fide.

De tuendo jure ecclesiastico.

Ac insuper ad promittendum & jurandum, quo supra nomine, quod si que ecclesie & ecclesiastica persone forent & detinerentur spoliatae in civitatibus, castris,

villis, terris, & locis predictis per ipsos, vel aliquos eorum subditos, bonis vel rebus immobilibus eorum, personas ipsas retineant & restitui faciant de plano sine strepitu judicii & figura in ipsos eorum bonis & juribus ac rebus; & eas faciant illis pacifica possessione gaudere, ac restitutas defendent, quantum ad ipsos tanquam rectores spectabit; quodque si aliqua ecclesie vel ecclesiastica persona conquerebatur, se fore bonis mobilibus spoliatae per ipsos dominos Joannem & Luchinum, vel predecessores aut subditos suos coram prefato domino summo Pontifice, seu illo cui hoc dixerit committendum, juri parerunt sine strepitu judicii & figura, vel concordabant amicebiter cum ecclesiis & personis taliter spoliatis.

XXXI.

Ad promittendum quoque ac jurandum, quo supra nomine, & in animas predictorum dominorum Joannis & Luchini, quod ipsi domini Joannes & Luchinus omnes ecclesias & ecclesiasticas personas regulares & seculares civitatum, castrorum, villarum, & terrarum, & locorum predictorum, sue jurisdictioni & administrationi subiectorum, & subjiendorum in futurum, gaudere permittent, nec impedient quominus gaudere possint omnibus suis redditibus, proventibus, obventionibus, juribus, & libertatibus universis in hujusmodi civitatibus, castris, villis, terris, & locis eorumque districtibus, quantum in eis erit & esse poterit, modo aliquo sine forma; nec ecclesias & personas ipsas impedient dabant auxilium, consilium, vel favorem per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, nisi essent sui injusti & uotorii inimici vel rebelles sui, vel communium, civitatum, castrorum, terrarum, & locorum hujusmodi injuste existerent. Item ad promittendum dicto nomine, ac in animas ipsorum dominorum Joannis & Luchini jurandum, quod ipsi Bononiensem & Ferrariensem civitates ac eorum districtus, & quascumque alias civitates, castra, terras, & provincias districtus, comitatus, & loca ac jura qualibet ad dictam Romanam ecclesiam pertinentia, vel que nomine ipsius ecclesie vel domini nostri summi Pontificis reguntur, aut ipsorum aliquem vel aliquod; nec non communitates eorum & singulares personas ecclesiasticas vel seculares eorundem, vel aliqua alia, in quibus prefatus dominus summus Pontifex vel ecclesia Romana jus habuerit, qualiacumque sint, & in quibuscumque consistant, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, non invadent, capient, usurpabunt, impedient, vel deprædabantur in toto, vel in aliqua parte; nec talia facientibus dabant seu prestabant iuramentum, auxilium, vel favorem; nec eis in personis vel rebus eorum irrogabunt injurias vel offensas sine Romani Pontificis speciali licentia, vel mandato. Et

Non affe-
ctanda di-
tione
pontificia.

Et nihilominus ad promittendum prefatis dominis summo Pontifici & Cardinalibus ipsorum dominorum Joannis & Luchini nomine bona fide, quod ipsi domini Joannes & Luchinus dacta, gabellas, aut collectas, seu pedagia vel alia onera non imponent indebite, nec contra jura aliquibus ecclesiis vel ecclesiasticis personis, nec imposta exigent directe vel indirecte, publice, nec ea imponentibus sive exigentibus dabant auxilium, consilium, vel favorem; sed ipsas ecclesias & personas ecclesiasticas in suis juribus & libertatibus conservabunt. Ac insuper ad promittendum & offerendum, dandum & solvendum eorum nomine, ac pro eis, prefatis dominis summo Pontifici & Cardinalibus ac Romana ecclesia pro emenda pro omnibus & singulis damnis & injuriis, que legatis, nunciis, & gentibus dicte Romanæ ecclesie pro ipsos dominos Joannem & Luchinum & progenitores & agnatos suos, sequaces, fautores, & auxiliares, eorum illata, & irrogata dicerentur quomodolibet usque ad presentem diem, quinquaginta millia florenorum auri, boni & jussi ponderis & cunei Florentini, solvendorum, ipsi Romana ecclesie in Romana curia, ubicumque fuerit, in terminis quos ad hoc prefatus dominus summus Pontifex ordinabit; & pro hujusmodi quinquaginta millibus florenis solvendis in terminis, ac prefatos dominos Joannem & Luchinum ac heredes & successores eorum, & bona eorum mobilia & immobilia, presentia & futura, prefatis dominis summo Pontifici & Cardinalibus ac Romana ecclesia obliganda, & fidejussores idoneos propterea eis dandum, ac promissionem & obligationem hujusmodi omnibus penis, stipulationibus, solemnitatibus, & obligationibus realibus & personalibus, & cautelis, ac juramento, ipsorum dominorum Joannis & Luchini nomine, & in eorum animas prestando vallandum, ipsosque dominos Joannem & Luchinum, ac heredes & successores eorum penis & sententiis quibuscumque spiritualibus & temporalibus, de quibus prefato domino summo Pontifici placuerit, occasione solutionis hujusmodi quinquaginta millium florenorum integraliter faciendæ, & alia faciendæ, que circa hoc eidem domino nostro visa fuerint.

XXXII.

Item ad devotionem & subjectionem ipsorum dominorum Joannis & Luchini erga dictum dominum summum Pontificem & Romanam ecclesiam ostendendam, & ad recognoscendum & constituendum dictorum dominorum Joannis & Luchini nomine, & pro eis & jurandum in animas eorum, ipsas dominas Joannem & Luchinum, civitatem Mediolanensem & districtum tenere & debere tenere, imperio Romano vacante, a prefato domino summo Pontifice, sede Apostolica, & Romana ecclesia, ut a dominis & superioribus, & ut ab illis ad

Promissa
quinqua-
ginta au-
reorum
millia
pro sar-
ceniis
damnis

Vacuo
lolia ex-
fareo
prefectu-
ram Me-
diolanen-
sem a se-
de Ap.
expo-
sunt.

quos, ipso vacante imperio, sicut nunc vacat, regimen, dispositio, administratio, & gubernatio ejusdem imperii, pertinent & pertinere debent; ac dominos Joannem & Luchinum, heredes, & successores predictos, illos civitatem & districtum ipsorum domini summi Pontificis & successorum suorum, ac Romanæ ecclesie nomine, & sub eorum dominio & potestate, dicta imperii vacatione durante, velle, tenere, & regere & etiam gubernare; salvo tamen juribus, libertatibus, & privilegiis dictis civitati Mediolanensi & districtui, necnon eidem dominis Joanni & Luchino vel successoribus suis, vel aliis quibuscumque in eis competentibus quovis modo; & superioribus & aliis, de quibus prefato procuratori videbitur, protestandum; & specialiter quod ipsi domini Joannes & Luchinus, vel eorum successores pro hujusmodi confessione & recognitione civitatum & districtuum earum, ad solutionem alicujus census nullatenus teneantur. Ac promittendum predicto nomine & jurandum, quod ipsi domini Joannes & Luchinus, ac heredes & successores sui predicti civitatem & districtum predictos, eadem imperii vacatione durante, ipsorumque civitatis & districtus personas fideliter regent & gubernabunt in bono statu, equitate, & justitia juxta possessionem ipsorum. Et nihilominus ad prestandum ipsorum dominorum Joannis & Luchini nomine, & in animas eorum pro civitate & districtu Mediolanensi predictis prefato domino summo Pontifici, & Romana ecclesie illud fidelitatis cum omnibus capitulis ad sancta Dei evangelia manu tacta corporaliter juramentum, & per ipsos dominos Joannem & Luchinum observandum, ad quod ipsi domini Joannes & Luchinus tenerentur Imperatori Romanorum legitimo, seu Romano imperio pro eisdem. Item ad supplicandum domino summo Pontifici prelibato reverenter ipsorum dominorum Joannis & Luchini nomine, ut ipse dominus noster rectoriam & gubernationem civitatis, comitatus, & districtus Mediolanensis & personarum earundem cum merito & mixto imperio ipsa imperii vacatione durante, sine promissione, solutione, aut oblatione alicujus census vel servitii, eidem summo Pontifici & Romana ecclesie faciendi, auctoritate apostolica, concedere & committere dignetur, gerendas per eos & successores suos, hujusmodi vacatione durante, &c. Acta fuerunt hæc Mediolani, & infra, anno Domini MCCCXXXIX, indictione VIII, die jovis XXVIII, mensis octobris.

Justitiam
integerrime
admini-
strandam
sponde-
re.

XXXIII.
Admissa
a Viceco-
mitibus
que pro-
miserat
orator.
(a) Ep.
cur. 28.
stru.

Post varios demum tractatus extracta res est in hunc annum, quo, Benedictus vicariam eam prefecturam dedit Apostolico diplomate, cui ascripta est dies id. que promissæ singule ex pactiones (a) Vicecomitibus propositæ sancuntur, & conceptum suis verbis superius in-

strumentum inferitur. Joannes autem & Luchinus conventa hæc, Guidoli oratoris opera inita cum Pontifice, solemniter ritu admiserunt. Qua de re editæ publicæ tabulæ (a), transmissæque ad Benedictum Papam, pendentibus Joannis & Luchini sigillis obfirmatæ; in quibus diffuse diploma pontificium cum superioribus procuratoriis literis afferuntur, ac deinde rei habitæ ratæ formula, & sacramenta fidei, quibus Joannes & Luchinus Benedicto & successoribus se devinxerunt, subjiciuntur his verbis: *Prædicta omnia & singula promissa, conventa, recognita, protestata, confessata, & jurata, acta & quomodolibet æctitata, prout in prædictis apostolicis literis seriose continetur generaliter & singulariter, specificè & expresse, cum gratiarum actione acceptamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, & innovamus, ac juramus ad sancta Dei evangelia, per nos corporaliter manu tacta, ea omnia & singula firmiter attendere, & inviolabiliter observare, ac facere observari, & non contra facere vel venire. Et insuper.*

Evo Joannes de Vicecomitibus Dei gratia episcopus Novariensis pro domino meo domino Benedicto Papa XII. ac sancta Romana ecclesia, vacante Romano imperio, sicut nunc vacare dignoscitur, civitatis, comitatus, & districtus Mediolanensis vicarius, ab hac hora in antea fidelis & obedientis ero B. Petro & eidem domino meo domino Benedicto Papæ XII. suisque successoribus canonice intrantibus, sanctæque apostolicæ Romanæ ecclesiæ. Non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium quod mihi credituri sunt per se, aut per nuncios, sine literas ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam: & si scivero fieri vel procurari, sine tractari aliquid, quod sit in ipsorum damnum, illud pro posse impediam; & si impedire non possim, illud eis significare curabo. Papatum Romanum & regalia S. Petri tam in civitate, comitatu, & districtu Mediolanensi prædictis, quam alibi existentia, adjutor eis ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, & recuperata manutenuendum contra omnem hominem. Universas & singulas promissiones & obligationes per meum & Luchini fratris mei procuratorem factas & juratas, & conditiones per eundem dominum Benedictum summum Pontificem contentas in ipsi presentibus literis confectis super concessione & commissione vicariatus, regiminis & gubernationis prædictorum, mihi & eidem fratri meo Luchino factas, appositas, & omnia & singula, quæ continentur in eisdem literis, plenarie adimplebo & inviolabiliter observabo; nec ullo unquam tempore, durante vicariatu prædicto, veniam contra illa,

(a) Ext. ib. & in arch. arc. S. Ag. & inter collectan. Plat. 10.2. p. 105. & 405. & in MS. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 443. Sacramenti formula ab iis nuncupata.

Servandas superiores pactiones iurjurandum confirmatum.

Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia. Adjunctum est nuncupatum iidem verbis a Luchino sacramentum; tum temporis nota apposta: *Datum & actum Mediolani, & interjectis testium nominibus, anno Domini MCCCXXXI. indictione ix. die luna vi. mensis augusti.* Jussi denique sunt (b) a Pontifice Mediolanensis principatus proceres, ut Joanni & Luchino creatis a sede Apostolica præfectis Mediolani, parerent.

Tum pacandæ Italiæ studio Benedictus, Joannem & Luchinum Vicecomites, quos paulo ante memoravi, rogavit ne qua Albertum & Martinum Scalligeros injuria læcesserent, nec excursionem hostili in eorum terras prædatum irent, vel cum ipsorum hostibus auxilia conjungerent. Feçisse antea anno incedente Luchinum cum Azone Cortigia feudus, refert Joannes Villanus (c), unaque cum Roberto Rege & Gonzaga Mantuano auxiliis fulcivisse, ut Parmam Martinum nepoti suo eriperet; sibi que subjiceret; unde Albertus Scalliger in Mantuanum duxit (d): sed submitte Luchino copias Mantuano, amissis castris, recessit. Erepta ita Mantua Parma, cum Luca ab illo ob interclusa itinera retineri non posset, Florentini in spem venere (e) de ipsa pretio aut armis comparanda. Urebat eadem Pisanos cupiditas, ac Martinus Lucam pretio distrahere constituit. Florentini eam urbem ducentis quinquaginta aureorum millibus licitati (f), cum votorum compotes evasisse putarent, Pisani inito cum Luchino foedere, cujus amicitiam Francisco Posti-erla viro insigni prodito, quem contra fidem datam Luchino querelas de ipso ad Pontificem relatas vindicaturum cadendum tradidere, sibi compararunt (g), valida ostensione Lucam cinxere. Cum Florentini, ut illos distraherent, primum in agrum Pisanum investit (h), dein solve obsidionem meditati, repulsi ac profligati fuere (i): subinde trahere in belli societatem Robertum Siciliæ Regem sunt conati, in quem partem in Lucam jura transfudere (k), cum aliter auxilia impetrare non possent: sed Robertus cum Pisanis, ut solyerent obsidionem minas intentasset, ipsos læcessere bello superedit.

Implicitus sane pluribus aliis bellis erat Siciliæ Rex; in Pedemontio quidem Montisferrati marchio Astam illi eriperat, atque hostibus accessuri timebantur Joannes & Luchinus Vicecomites Mediolanenses, quos Pontifex nonis octob. monuit (l), ne quam Roberti Regis clientibus ac subditis injuriam inferrent: tum a statu de tradenda ipsis Asta discederent (m), cum ea urbs ad Robertum jure spectaret. Eccebant etiam citeriorem Siciliam publici viarum grassatores, ad quam excindendam pestem, purgandumque regnum

(b) An. 7. ep. cur. 29. (c) Jo. Vill. l. 11. c. 126. (d) Eod. lib. c. 128. (e) De Luoa Pisani & Florentini disceptant. (f) Leon. Aret. hist. Flor. l. 7. (g) Jo. Vill. l. 11. c. 129. (h) Cap. 130. (i) Orta inde inter eos bella. (j) Cap. 131. (k) Cap. 133. (l) Cap. 136.

(XXXIV.) Imperata inter proceres Italos pax. (XXXV.) Pedemontium excursionionibus infestatur. (l) To. 7. ep. fecr. 295. (m) Ib. ep. fecr. 294.

(XXXIV.) Imperata inter proceres Italos pax.

(c) Jo. Vill. l. 11. c. 126.

(d) Eod. lib. c. 128.

De Luoa Pisani & Florentini disceptant. (f) Leon. Aret. hist. Flor. l. 7. (g) Jo. Vill. l. 11. c. 129. (h) Cap. 130. (i) Orta inde inter eos bella. (j) Cap. 131. (k) Cap. 133. (l) Cap. 136.

(XXXV.) Pedemontium excursionionibus infestatur.

(l) To. 7. ep. fecr. 295.

(m) Ib. ep. fecr. 294.

Robertus Trinacriam repeterentur.

(a) Ead. ep. (b) Ead. 10.7. ep. fecr. 197. Pontifex Genuenses illi conciliare nititur.

XXXVI.

Ejusdem jura illustrat.

gnum idoneos viros præfectos Pontifex, cui ea res ut supremo regni domino cordi erat, est Regi gratulatus. Agitabat etiam Robertus aliud bellum gravissimum, atque Siciliæ insulam ex Petri Aragonii injure regno incubantibus manibus vindicare nitentur, quem Benedictus, accepto ingenti ab eo instructo bellico apparatu recuperanda Trinacria, 11. Kal. martias ad justa consilia perducenda magis incendit (a). Tum Genuenses, quos Petro Aragonio studere audierat, gravissimis literis est adhortatus (b), ne illi opem ferrent, cum Trinacriam jure fiduciario traditam a sede Apostolica Roberti avo Carolo I. inique occuparet, ob id in ipsum edicta apostolica & omnes ipsius studiosos lata, incussa (que censuras: nonnullos tamen Genuenses divini timoris oblitos, Messanæ, cum a classe Regis Roberti obsideretur, commeatus obfessis intulisse.

Dilectis filiis, rectori, consiliariis, & communi civitatis Januensis. Quantum cedat in animarum salutis dispendium ecclesiasticam censuram contemnere, quantumque favere indepotis & rebellibus Romane ecclesiæ, qui eam a longis retro temporibus variis & continuatis injuriis affecerunt, noletur in divina majestatis offensam, nostrum, & Apostolicæ sedis contemptum & injuriam, ac exempli perniciem redundare, vestra non potest nec debet prudentia ignorare. Nostri etiam, sicut est toti mundo notorium, quod post amara commotionis dissidium & protervæ rebellionis insultum in insula Siciliæ contingentiæ, & subsequentes invasionem & occupationem ipsius, per quondam Petrum olim Regem Aragonum attentatas, & per quondam Fredericum ejus genitum cum successione utique continuatas in culpam, multa proventur Christianitati non facile numeranda discrimina, quæ guerrarum dissidia, collisiones regnorum, animarum pericula, strages corporum, facultatum lapsus, & alia mala plurima induxerunt; & quia, dicto Frederico sublato de medio, Petrus ejusdem Frederici primogenitus dictam insulam etiam contra formam certæ pacis, & pacta juramento firmata, dudum inter claræ memoriæ Carolum secundum Regem Siciliæ ac Fredericum prædictum inita, præsumptuose temeritatis audacia non sine magno nostro & ejusdem sedis contemptu occupavit, & detinet in animæ suæ periculum occupatam, & se nobis & eidem ecclesiæ inobedientem & indevotum notorie constituit & rebellem; nos volentes jura ejusdem Rom. ecclesiæ sponsa nostra, ad quam dicta insula cum aliis insulis sibi adjacentibus & tota terra circa farum regni Siciliæ jure directi domini pertinet, neglecta dimittere, contra dictum primogenitum ac fratres, suos, & quoslibet alios eisdem in detentione ipsius insule quovis modo præstantes auxilium, consilium, vel fa-

(a) Ead. ep. (b) Ead. 10.7. ep. fecr. 197. Pontifex Genuenses illi conciliare nititur.

XXXVI.

Ejusdem jura illustrat.

vorem, nonnullos processus fieri fecimus (ea judiciaria acta a patriarcha Constantinopolitano & episcopo Vahianensi A. S. internuntiis jam ante confecta attulimus) excommunicationis & interdicti sententias & penas alias continentes; qui publicati in diversis mundi partibus solemniter extiterunt: quodque, sicut habet fidedignorum relatio facta nobis, nonnulli ex civibus vestris, Dei & nostra reverentia procul pulsæ, propriis commodis inhiantes, ac penas & sententias contentas indictis processibus incurrere non verentes; & specialiter quidam de Scursastu, qui cum quadam sua nave ad requisitionem & instantiam dicti primogeniti civitatem Messanensem, tunc galeis charissimè in Christo filii nostri Roberti Regis Siciliæ illustris obsessum, & in magna victualium penuria constitutum conducendo ad eam navim prædictam dictis victualibus oneratam, victualibus munivit, eisdem cum eorum vasis navalibus in ipsius primogeniti ejusdem insule detentoris illicitum succursum & subsidium accesserunt, in magnum contemptum dictorum processuum, ac nostram & ecclesiæ prædictæ injuriam, atque damnum, necnon grave dispendium dicti Regis, non solum propriam, sed ipsius Romane ecclesiæ causam & justitiam prosequenti, cujus gentes propter amicitiam, quam vobiscum idem Rex habere dignoscitur dictos vestros cives & vasalia eorundem, cum potuissent offendere, noluerunt. Præcipit, ut auctoritati ipsorum obnoxios, qui foederis cum ipsis iniit leges & imperia apostolica infregerunt, meritis penis afficiant, atque alios earum terrore a ferendo occupatoribus Siciliæ auxilio submoveant: censuras vero ecclesiasticas se in ipsos, ni modum iis posuerint, districturn. Dat. Avin. non. decembris anno VII. De gesto a Roberto Rege in Trinacria bello meminuit Joannes Villanus. (c) immittamque quadragintaquinque trirremium & aliarum navium classem, validaque obsidione ab ea Melacium cinctum, quod sequenti anno expugnatum visuri sumus. Favebant vero Regi Roberto Palicii, quos a Petro Aragonio discessisse ac gessisse in eum arma, referunt auctores. (d).

Solutum porro Apostolicæ sedi a Roberto Rege octo millium unciarum auri censum accepti beneficio pontificio. regni ergo, syngrapha Benedicti Papæ restatur. (e). Illatum (f) pariter a Petro Rege Aragonum duorum millium marcharum argenti vectigal pro Sardinia & Corsica jure beneficiario obrentis. Defuerat Aragonius officio die constituta, & arque anathema contraxerat, & interdicto ecclesiastico regnum involverat: perfectaque solutione, datæ (g) episcopo Herdensi partes ut censuras dissolveret.

Illatus a Ligore Messanam commeatus.

Intentata idem auctoris censura. (c) Jo. Vill. l. 11. c. 127. (d) Sur. l. 7. c. 59. Fazell. de reb. Sic. l. 9. & alii.

XXXVII. (e) To. 7. ep. fecr. 102. (f) Ib. ep. fecr. 198. Coactus Aragon Sardin. censum pendere. (g) Ib. ep. 199. & an. 7. ep. com. 111.

Benedictus, &c. venerabili fratri episcopo Ilerdensi.

Pro parte charissimi in Christo filii nostri Petri Regis Aragonum & Sardinie illustris propositum extitit coram nobis, quod ex eo, quod ipse censum annuum duarum millium marcharum argenti honorum & legatum Sterlingorum, nobis & ecclesie Romanae in festiuitate beatorum Apostolorum Petri & Pauli annis singulis solvendarum in Romana curia, ubicumque fuerit, debitum pro regno Sardinie & Corsicae (quod a nobis & eadem ecclesia sub eodem censu ac certis vassallagio, homagio ligio; & fidelitatis iuramento, aliisque pactis, conventionibus, & conditionibus expressis in literis apostolicis, olim super concessione dicti regni confectis, tenet in feudum) in termino festi eorundem Apostolorum proxime iam elapsi, vel infra quatuor menses post terminum predictum subsequentes, certis necessitatibus suis, ut ex parte ipsius asseritur, prepeditus non soluit, excommunicationis & alias spirituales penas & sententias, promulgatas & contentas in literis supradictis, incurrit & regnum predictum Sardinie & Corsicae subiacet ecclesiastico interdicto. Sane cum Rex prefatus de dicto censu pro eodem termino dicti festi proximo prateriti nostrae camerae plenam fecerit die data presentium satisfactionem impendi, prout in literis nostris inde sub eadem data confectis plenius continetur; nos eiusdem Regis supplicationibus inclinari, absolvendi prefatum Regem iuxta formam ecclesie ab huiusmodi penis & sententiis, quas ex causis premissis incurrit, & interdictum relaxandi predictum hic vice fraternitati tue plenam concedimus tenore presentium facultatem; non intendentes propter hoc, vel quevis alia precedentia vel subsequencia, sicut nec intelleximus hactenus, contentis in supradictis literis apostolicis super concessione dicti regni, ut prefertur, confectis in aliquo derogare, nec immutare aliquid super eis; sed ea potius volumus & intelligimus in sui roboris efficacia permanere. Dat. Avin. xv. kal. junii anno VII.

Vt canonis thematis laqueis irretisset.

Flagitanti concessa venia.

XXXVIII.

(a) Eod. 20. 7. ep. fecr. 298. Romana colonia in delphinatu Viennensi.

Afferendorum etiam Romanæ ecclesie iurium causa, cum Umberto delphinus Viennensis nobile municipium, cui Romans nomen inditum, oborta de eiusdem municipii dominatione lite, bello vexaret, Benedictus municipium clientelam suscepit, atque archiepiscopo Lugdunensi, episc. Valentino, & abbati S. Ruffi mandavit, ut imperatris inducias apostolica autoritate certamina dirimerent, conquestus violari in ea re ecclesie Romanæ maiestatem. Ut enim lapsis retro temporibus illius vectigale fuisset, his verbis exposuit (a): Licet villa de Romans Viennensis diocesis, sicut ex registris antiquis Romanae ecclesie aliisque documentis legi-

timis clare patet, censuales de jure, ac pro parte ipsius Romanae ecclesie ab antiquo fuisset & esset; ac nobilis vir Humbertus delphinus Viennensis & officiales sui premissa, nec non quod archiepiscopus Viennensis, qui est pro tempore, ac dilecti filii capitulum ecclesie predictæ villa nomine Viennensis & dictæ de Romans ecclesiarum villam ipsam cum mero & mixto imperio, ac omnimoda jurisdictione, alta & bassa, tenuissent ab antiquo sub prefata Romana ecclesia, & tenere non ignorarent; tamen bulivus & aliqui officiales & gentes delphini prefati ipsius nomine, & eo sciente vel mandante, ac ratum habente, villam predictam de Romans de mense aprili proximo prateriti hostili de delphinatu & aliunde congregato exercitu, & vexillis explicatis obsiderunt, &c. Dat. Avin. non. decembris anno VII. Repetita sunt proximo anno eadem pontificia imperia (b), de ponendis utrinque armis, ut legum æquitate lis solveretur. Ad vindicandam etiam ab iniuriis & vi, quam inferebat Guillelmus comes Hannoniæ, Tornacensem ecclesiam Pontifex iudicio in illum agi iussit (c). Et de his hactenus.

Vectigalia Romanae ecclesie.

Tornacensis ecclesia ab Hannone oppressa. Intentatum illi iudicium (b) An. 8. ep. cur. 3. (c) An. 7. ep. com. 226.

In Polonia vigeat adhuc vetus cum equitibus Livoniæ controversia, de qua superius mentio facta est: cumque Casimirus Rex a Pontifice flagitaret, ut sententiam ab apostolicis internunciis latam in cruciferos confirmaret, ac Benedictus referentibus Cardinalibus, vicio eam non carere comperisset; inter cætera enim ad Polonorum gratiam pronuntiata edixerant, ut Pomeraniam, quam Carolus Ungariæ & Joannes Boemiæ Reges pacis arbitri attribuerant cruciferis, Polonis restituerent; apud Casimirum ipsum hinc literis se excusavit. (d)

XXXIX. De Pomerania controversia.

(d) To. 7. ep. fecr. 128. XL.

Benedictus, &c. Casimiro Regi Poloniæ illustri. Cum quandam sententiam per dilectos filios Galbardum de Carceribus propositum Titulensi Colocensis diocesis, & Petrum Gervasi canonicum Aniciensis ecclesiarum commissarios super questione inter te, fili charissime, ex parte una, & dilectos filios magistrum & fratres ordinis B. Mariae Theutonicorum ex altera deputatos, super certis ducibus sive terris infra regnum tuum Poloniæ, ut asseritur, consistentibus auctoritate apostolica latam pro te, ac contra magistrum, commendatores, & fratres predictos petere a nobis ex nostra certa scientia confirmari; nos petitioni huiusmodi annuere, si iuste valeret fieri, cupientes processum per dictos commissarios super predictis habitum & eandem sententiam, nobis per ipsos nuncios, examinari per quosdam ex fratribus nostris S. R. E. Cardinales fecimus diligenter. Et quia per relationem fidelem inde ab ipsis Carad. nobis factam in dicto processu notabiles invenimus

mus defectus, non potuimus decenter nec de jure confirmationem concedere postulata.

Quæ vero illa tandem sententia a Galhardo e carceribus & Petro Gervasi internumtiis pronuntiata capita continerit, indicat Michovias (a) verbisque amplioribus Cromerus designat (b): Cum iudices a Pontifice delegati Varavia cognoscendæ causæ aliquamdiu operam dedissent, resutata frivola detractione & provocatione cruciferorum, anno Christi nati MCCCLXXXIX. adjudicaverunt Casimiro & Polonis Pomeraniam, Cujaviam, Dobrinensem, Culmensem, & Michalovitensem ditionem: cruciferos autem ad centum-nonaginta quatuor millia & quingentas marchas Polonicas pro damnis datis, itemque ad mille sexcentas marchas impensarum nomine condemnarunt. Ad hæc, ut in templo & monasteria, in Polonia superiore bello direpta & exusta, instaurarent. Cumque iudicata non facerent, anathemate devoti sunt; & sacris interdictum omnibus locis, quæ in ditione eorum essent, & ad quæ quispiam eorum pervenisset. Hactenus Cromerus. Ad contrariam arduam componendam, quæ annis pluribus cruciferorum & Polonorum arma exercuerat, Pontifex Guillelmus, tit. S. Stephani in monte Cælio presbyterum Cardinalem legatum in Poloniam misit (c): ac demum pacem iis legibus sancitam, ut Casimirus Pomeraniam cruciferis dimitteret, refert Cromerus (d), qui ob id inertie Casimirum notat: cum tamen prudentia fuerit sua in fidei hostes arma convertere, ac regnum provinciarum infidelium accessione amplificare. Subegerat (e) is anno superiori Russiam, redactamque in provincie formam regno Polonico adunxerat: qua de re (ut videtur) Pontifex subjectis verbis hoc anno est ei gratulatus (f); utque in finitimos qui a fide catholica dissentiebant, latius proferret victorias accendit, ac viros ecclesiasticos commendavit.

(a) Michov. l. 4. c. 17. (b) Crom. l. 12. in Casim. II.

Lata ab internuntis sententia.

Guill. Card. missus in Poloniam. (a) Ben. l. 7. sup. ep. 128. (d) Chro. l. 12. (e) Michov. l. 4. c. 18. Russia Superior adjuncta Poloniæ. De propagato imperio gratulatur Pont. Casimiro Regi Pol. (f) Super. ep. 128. XII.

Porro, fili dilectissime, de te gaudemus in Domino & plurimum consolamur, quod sicut gratis & placidis admodum percepimus relatus, tu ad Deum & sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem tuam ingentis generis devotionis affectum, circa colendum, conservandum & manutenendum in regno & terris tuis cultum iustitiae studiis virtuosis intendens, ad repressionem & depressionem hostium crucis Christi, ac catholica dilationem fidei magnanimiter & strenue tanquam princeps Christianissimus te laudabiliter impendisti hactenus, & iugiter impendere non desistis. Ideoque tuam rogamus excellentiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus consideranter attendens, quod non inchoantibus, sed perseverantibus est corona gloria repromissa, tamen devotione predicta, quæ te Deo semper accep-

tiorem efficiet, & prosperabit continue facta tua; quam aliis predictis & cæteris virtuosis & laudabilibus actibus, ex quibus fama tui nominis & honoris incrementa suscipiet felicia, mente sincera & continuatione solida perseveres: ecclesie & personas ecclesiasticas, in eisdem & terris tuis consistentes, habendo nihilominus in suis iuribus & libertatibus pro divina & eisdem sedis reverentia, tuæque obtentu salutis propensus commendatas, &c. Dat. Avin. xv. kal. augusti anno VII.

Hic vero silentio prætereundum non videtur, Benedictum Papam, ne Polonice ecclesie jura injuria temporum sensim obsolescerent, nonnulla illius vetera privilegia, quæ nimirum Cracoviensi a Boleslao olim duce pietate spectatissimo principe collata fuerunt, hoc diplomate apostolico confirmasse (g).

XLII.

Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam. Exhibita nobis pro parte venerabilis fratris nostri Joannis episcopi Cracoviensis petitio continebat, quod dudum recolenda memoria Boleslaus Cracoviæ & Sandomiriæ dux de maturo consilio & consensu militum suorum decrevit, & promissit omnes libertates & privilegia qualibet, per eum alias & duces Cracoviæ & Sandomiriæ predecessores suos ecclesie & personis quibuscumque concessa, perpetuo inviolabiliter conservare: ac nihilominus omnia, & ne-glecta, seu etiam immutata a nonnullis prædecessoribus suis supplere, ac eoriam reformare volens, ecclesie Cracoviensi cæterisque collegiatis secularibus & religiosis ac aliis quibuslibet ecclesiis in suo dominio constitutis tertas libertates concessit, videlicet ut in villis, possessionibus, ac proventibus, & quibuslibet bonis suis acquisitis, & in posterum quocumque titulo acquirendis, ab omni servitio, servitute, angaria, vexatione, telonio, solutione, collecta, & exactione generalibus & specialibus, quocumque nomine censantur; nec non a jurisdictione omnium castellanorum, palatinorum, & quorumlibet iudicum ab ipso duce & successoribus pariter & nobilibus suis forent perpetuo penitus libera & exempta.

(g) An. 7. ep. com. 372.

Joannes episcopus Cracoviensis.

Ecclesie suæ privilegia confirmari postulat.

Voluit etiam dictus dux, quod episcopus & capitulum Cracoviense, totisque clerici a qualibet expeditione intra vel extra terminos ipsius ducis essent perpetuo liberi & exempti; ita quod de villis, possessionibus & aliis bonis suis ecclesiasticis ad expeditiones personaliter ire, vel aliquos homines mittere, minime tenerentur excepto dumtaxat, quod tempore incurfus subiti Lituano rum idem episcopus de Kylicien & Farsen castellanis homines suos ad expeditionem mittere teneretur: quos quidem & alias castellanias, olim eidem ecclesie Cracoviensi per prædecessores dicti ducis concess-

Quænam illa fuerint quamque ampla.

fas, ab omni alia exactione, servitio, servitute, angaria, vexatione, statione, solutione, exactione, collecta, telonio, & jurisdictione generalibus vel specialibus, quocumque nuncupentur nomine, dictus dux a se ac successoribus suis, atque castellanis palatinis, & iudicibus quibuscumque, voluit esse perpetuo liberis & exemptis; ita quod dictus episcopus in eis ducali & militari jure gauderet in venando, piscando, & alia quacumque vellet faciendo, quae praedecessores ejusdem ducis olim facere consueverant, cum omni jure, dominio, & honore: ac nihilominus idem dux jura & stationes, quae in eisdem castellaniis sibi & suis successoribus in signum domini reservavit, per suum privilegium relaxavit, prout haec omnia & singula in eodem privilegio, sigilli autentici ejusdem ducis appensione munito, cujus tenorem de verbo ad verbum praesentibus inseri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dicti episcopi nobis extitit humiliter supplicatum, ut praemissa omnia & singula apostolice fulcire munimine dignemur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, decernimus, promissionem, concessionem, volumus, & relaxationem praedicta rata & grata habentes, ea auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communitus. Tenor autem dicti privilegii talis est.

In nomine Domini. Amen. Cum usus rerum temporalium, ac eorum spatiosam dominium ad futuram gloriam promerendam, nisi conferant, nisi quatenus ad pias causas, seu charitatis opera convertuntur; hoc solere nostrorum praedecessorum principum providentia diligenter advertens, pro eadem consequenda gloria divini intuitu mirificas extraxit tam cathedralam, quam collegiatas, quam etiam religiosorum & regularium plures ecclesias multis possessionibus, proventibus, ac bonis aliis, secundum exigentiam cujuslibet ipsius copiose dotando, & variis libertatibus, prerogativis, & privilegiis decorando. Nos etiam Boleslaus, Dei gratia dux Cracoviae & Sandomiriae, tam salubribus eorum vestigiis inherere volentes, una cum serenissima genitrice nostra Grimylava de maturo consilio & consensu nostrorum militum decrevimus & providimus libertates & privilegia qualibet per nos alias, & per nostros praedecessores concessas ecclesiis, & personis ecclesiasticis quibuscumque perpetuo inviolabiliter observare. Quinimodo quae a nonnullis nostris praedecessoribus omissa, neglecta, seu etiam immutata fuerant, supplere ac reformare volentes; ad omnipotentis Dei gloriam & honorem, & B. Mariae matris suae virginis gloriose, Sanctorumque martyrum Vincencii & Stanislai pontificis, Cracoviensis ecclesiae patronorum, & in remissionem omnium nostrorum peccaminum; nec non precum ve-

XLIII. Boleslaus ducis de ea re diploma.

Immunitates Cracoviensis ecclesiae.

nerabilis patris nostri domini Prandotae, Dei gratia Cracoviensis ecclesiae antistitis intuitu, eidem ecclesiae cathedrali, ceterisque collegiatis secularibus, religiosis, & aliis quibuscumque ecclesiis in nostro dominio constitutis hanc concedimus libertatem, ut in villis, possessionibus, & proventibus & quibuscumque bonis suis, olim sibi acquisitis, & in posterum quocumque titulo acquirendis, ab omni servitio, servitute, angaria, vexatione, telonio, solutione, collecta, exactione, generalibus, vel specialibus quocumque nomine censeantur; nec non a jurisdictione omnium castellanorum, palatinorum, & quorumlibet iudicum sint perpetuo a nobis & nostris successoribus pariter, & a nobilibus nostris, penitus liberae & exemptae; & sic ea, quae dicti praedecessores nostri singularibus impenderunt ecclesiis, nos in testamentum sempernum generaliter omnibus ecclesiis impendamus.

Insuper ut episcopus cum clero suo possit divinis laudibus liberius insistere & invigilare, praesertim hostilitatis tempore, orationibus ipsam, qui per tempora fuerit episcopus, & capitulum suum, totumque clerum ab expeditione qualibet intra vel extra terminos nostros perpetuo volumus esse liberos, & exemptos; ita videlicet, quod de villis, possessionibus, & aliis bonis suis ecclesiasticis venire personaliter, aut aliquos homines ad expeditiones mittere minime teneantur: hoc dumtaxat excepto, quod tempore incursum subditi Lituanorum, de Klyten, & Tarsen castellanis, episcopus homines suos ad expeditionem, prout in alio quodam nostro privilegio distinximus, mittere teneatur. Quas etiam castellanias, pariter & alias, per nostros praedecessores olim praedictae Cracoviensis ecclesiae attributas, ab omni alia expeditione, servitio, servitute, angaria, vexatione, statione, solutione, exactione, collecta, telonio, & jurisdictione generalibus vel specialibus quocumque nomine nuncupentur, a nobis & nostris successoribus atque a castellaniis palatinis, & iudicibus quibuscumque perpetuo volumus esse liberas & exemptas; ita quod episcopus pro suis in eis gaudeat jure ducali & militari in venando, piscando, & alia quacumque voluerit faciendo, quae nostros praedecessores olim facere consueverunt, cum omni jure, dominio & honore. Insuper quae in dictis castellaniis jura & stationes in quodam alio privilegio nobis & nostris successoribus in signum domini reservavimus ex praemissis causis per praesens privilegium relaxamus. In cujus rei perpetuam memoriam praesentem paginam nostri sigilli autentica appensione per manum Thovardoslay nostrae curiae subcancelarii duximus roborandam. Actum & datum in colloquio, juxta Sandomiriam in Blone celebrato, anno Domini MCCLVIII. idus Junii, praesentibus nostris nobilibus infra scriptis, Adam castellano Cracoviensi, &

Se.

Segneo palatino Sandomiriensi, Nicolao palatino Cracoviensi, Boguslao castellano Sandomiriensi, Bogata castellano Voislacensi, Petro castellano Lablinensi, Vislao castellano de Malogoseh, Jacobo castellano de Vovynicz, Petro castellano de Czechou, Joanne iudice Sandomiriensi, Nicolao iudice Cracoviensi, Vovarscho dapifero Sandomiriensi, Falislao pincerna Sandomiriensi, Guenomiro dapifero Cracoviensi, Pelca subcamerario Cracoviensi, Laurentio subdapifero Sandomiriensi, Michaele subdapifero Cracoviensi, & aliis militibus infimis. Nul-li ergo &c. Dat. Avin. II. id. maii anno VII.

Nankeri episc. Wratisl. pia mors. (a) Michov. l. 4. c. 23.

XLIV. Dissensio in Cypria regia. (b) To. 7. ep. sec. 199. Sur. l. 7. c. 35.

(c) Ib. ep. 100. (d) Super ep. 199.

Ad eam pacandam incumbit Pont.

Migraffe hoc anno ad meliorem vitam Nankerum episcopum Wratislaviensem insignem sanctitate tradunt, quos paulo ante memoravi, historici Poloni, de quibus haec digna memoria refert Michovias (a): In morte ejus quadam religiosa femina suavisimum audivit cantum, cui revelatum est, animam Nankeri episcopi Wratislaviensis ab angelis in calum deferri. Et infra: Fertur hic episcopus mira devotionis ac magne abstinentiae fuisse, & missas quotquot legi poterant in ecclesia, in qua aderat, audivisse & ad quamlibet earum specialem oblationem obtulisse. Haec de occidentalibus rebus: nunc orientales aggrediamur.

Graves in Cyprio sunt exortae dissensiones (b) inter Hugonem Regem & illius generum Ferrandum e Majoricis Jacobi Balearium Regis fratrem, qui Eschiviam Hugonis filiam duxerat uxorem: adeoque creverant odia, ut fugam Ferrandus meditari sit visus, ac Rex de capitis discrimine illi inferendo pene ambigeret. Revocanda vero inter eos mutuae concordiae desiderio Pontifex Ferrandum est adhortatus (c), ut quibus pars erat officii demissisque obsequiis, focerem Regem prosequeretur: Hugonem (d) vero mulcere nisus, ut iras poneret, & generum amore paterno complecteretur, neve injuria aliqua afficeret rogavit. Sane, inquit, fili dilectissime, quia tuam decet excellentiam non solum refranare a talibus motus tuis, sed etiam pro ipsa nobili genere tuo, qui per te haberi debet ut filius, consilium in suis actibus capere, ut feliciter & prospere sub tuae directionis culmine dirigantur; magnificentiam rogamus regiam, & in Domino attentionem exhortamur, quatenus praemissa, nec non quod si confunderetur idem nobilis, quod advertat Dominus, in tuum & filiae tuae uxoris suae opprobrium & dispendium gaudiumque tuorum emulorum fidei hostium orthodoxae, a te non longe distantium, redundaret; postquam inde pericula & incommoda gravia tibi & regno tuo nociva, quod absit, subsequi; praesertim cum, ut regia prudentia non ignorat, ipse de potentum domorum regum profapia praedecessor. Ann. Eccl. Tom. XXV.

rit, quae in ejus jacturis & laesionibus proculdubio laderentur. Dat. Avin. XVI. kal. novembris anno VII. Misisse Petrum Regem Aragonum in Cyprium ad conciliandas eas discordias oratorem Martinum Lopezium, qui Aragonum arma, si in generum focer statueret gravius aliquid, intenteret; pacemque demum in regiam Cypriam revocata, refert Surita (e).

In Armenia foedissima haereses his temporibus pullularunt, in eamque finitimi Saraceni variis excursionibus gravissimas clades intulerunt. Exoraturus vero occidentaliu auxiliu Leo Armenia Rex, oratores legavit ad Benedictum, qui gravissimis literis Armenum monuit, nullum ad frangendos hostium impetus munimentum fortius ac praestantius esse divina clientela, cujus promerendas gratia excindendi essent errores, qui Armeniam foedarant: tum quae ad restituendam suo splendori incorruptam Romanae ecclesiae si dem praestanda essent, edocuit. (f)

Benedictus, &c. charissimo in Christo filio Leoni Regi Armenia illustri.

Nuntios patienter, favorabiliter, & benigne audivimus, & quae per ipsos proposita & petita coram nobis fuerunt pro parte regia, pleno collegimus intellectu: cumque ipsi oppressiones, molestationes, & afflictiones varias tibi, fili charissime, regno & regnicolis tuis illatas ab infidelibus, & quae inferuntur jugiter exponentes, a nobis subsidium super hoc humiliter postularint, eis duximus respondendum: nos displicibiliter admodum nonnullorum fidedignorum, relatis inculcatis auribus nostris saepius audivisse, multorumque depositionibus testium de statu partium illarum notitiam, ut dicebant, habentium a nobis pro informatione nostra pleniori receptorum super hoc percepisse, quod tam in majori, quam in minori Armenia nonnulli execrandi errores tenentur a multis, & dogmatizantur ibidem contra fidem catholicam, quam tenet, docet, & praedicat sacrosancta Romana ecclesia mater omnium fidelium & magistra: quamobrem, si relatis hujusmodi suffragaretur veritas, nos & ecclesia ipsa cum sinceritate & honestate non poteramus tenentibus & dogmatizantibus errores hujusmodi auxilium imperiri. Subsequenter autem volentes juxta salutarem Domini nostri doctrinam descendere, ac scire clarius, si praemissa quae audieramus, ut praesertim, de hujusmodi erroribus vera essent; per viam inquisitionis judicialis & solemnem, urgente conscientia, super his procedentes testes multos, habentes similiter de statu partium ipsarum notitiam, recipi fecimus & audiri, per quorum depositiones fideliter in scriptis redactas etiam per libros, qui per Armenos & habentur communiter, ut asseritur, coram nobis exhibitos; de ipsis erroribus pestiferis, quibus damnabiliter per-

Conjuncta ab Aragona studia. (e) Sur. l. 5. c. 55. XLV. Pullulant in Armenia haereses.

(f) To. 7. ep. sec. 137.

Fusa de de iis querela a Pont.

Rogatus Leo, ut regia studia ad tollendos eos errores collocet.

Suggesta illi consilia.

XLVI. Sollicitati præfules ad eos abolendos. (a) Eod. 10. 7. ep. fecr. 138.

(b) Ib. ep. 139. 140. ad 144. (c) Super ep. 138. Datæ ad ad eos litteræ.

nonnullos animæ decipiuntur, prob dolor? in illis partibus, consistit evidenter. Ut autem de illis quos te, fili charissime, detestari & execrari credimus, tua magnificentia valeat informari plenius, & ad eos extirpandos de illis partibus, prout ad te pertinuerit, operam dare commodius efficacem; ecce quod illos distincte scriptos in libello præsentibus intercluso regie prudentiæ destinamus. Addit Pontifex gerere se in votis, ut præfules Armeni celebrent synodum, in qua, damnatis pulsisque iis erroribus, pia Romanæ ecclesiæ dogmata profiteantur; ea enim perfecta re, se Armenos ardentissima benevolentia complexurum. Ad succidenda etiam errorum, germina præfocandaque consuluit Leoni dare operam, ut decretalium libri ab ecclesia Armena exciperentur, quibus illa in posterum regeretur: tum enim hostium potentiam fractam iri, cum orthodoxa religio refloreret. Suavit etiam, ut viros prudentia conspicuos ad sedem Apostolicam mittendos curaret, qui de veritate ad discutiendam errorum caliginem, conferrent: ac tum, si visum fuerit, viros theologica scientia excultos legatum iri, qui doctrinæ splendore Armenos colustrarent: ad quæ in opus revocanda additæ ad Leonem preces, ut regia studia in ea re collocaret.

Hortatus est aliis literis eodem die, nempe kal. augusti, exaratis Pontifex Armenorum catholicorum (a), ut diligentiam in celebranda synodo adhiberet, atque errores in libello descriptos confutatosque damnaret: utque in id studia sua conferret, archiepiscopos S. Thadæi in majori Armenia, Navarzanensem, Farsensem, & Soldanensem sollicitavit (b). Conceptæ vero sunt his verbis ad catholicorum datæ litteræ (c).

Benedictus, &c. dilecto in Christo fratri catholico Armenorum spiritum gratiæ salutaris.

Dudum ad audientiam nostræ apostolatus, extitit quorundam fide dignorum relatione perductum, quod tam in majori, quam in minori Armenia nonnulli detestandi & execrandi tenentur errores, & dogmatizantur contra fidem catholicam, quam tenet, docet, & prædicat sacrosancta Rom. ecclesia mater omnium fidelium & magistra. Et licet nos huiusmodi reatibus fidem ab initio nollemus credulam adhibere, postmodum tamen ad credendum ea mentem nostram dicta quorundam testium, qui de statu partium illarum plenam se dicebant habere notitiam, compulerunt. Sed adhuc antequam præmissis fidem vellemus plenariam adhibere, indagare volentes plenius veritatem per viam inquisitionis judicialis & solemniss, multos testes, qui similiter statum, conditiones, & observantias dictarum partium se nosse dicebant, recipi fecimus

& audiri: per quorum depositiones fideliter in scriptis redactas, ac per libros, quibus uti asseruntur Armeni communiter, coram nobis exhibitos, de huiusmodi erroribus, consistit evidenter. Desiderantes itaque errores eosdem, quibus decipiuntur, immo [quod valde dolendum est] perimuntur animæ, de illis partibus penitus extirpari; teque frater ac tuos subditos & Armenos quoslibet, qui se Christianos professentur, sic esse ac manere in oculis dominico, cuius est unus pastor, ut nos, ac fortes & sinceros persistere in fide catholica, quod lupus rapax invisibilis, qui circumire non cessat quos devoret, oves dominicas, extra illud reperire nequiret quomodolibet oberrantes; prædictos errores in quodam libello distincte scriptos tibi mittimus præsentibus interclusos, ut ad eorum extirpationem melius & utilius procedere valeas, ut optamus.

Ideoque fraternitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur in domino Jesu Christo, quatenus quantum errores prædicti periculosi sint consideranter attendens, prælati partium Armeniæ, aliisque viris ecclesiasticis, de quibus fuerit expediens, ad celebrandum concilium celeriter convocatis, & in eodem concilio intellectis dictis erroribus & discussis illis velut pestiferos, dictaque fidei catholice inimicos condemnatis, & per dictum concilium condemnari & præfendi facias; statuendo & ordinando fidem ipsam absque mixtione illorum vel aliorum errorum quorumlibet teneri, prædicari, & coli per partes easdem, sicut eadem Romana mater ecclesiæ, apud quam ipse fidei magisterium residere noster, prædicat, tenet & docet. Sciturus, quod si tu ac prælati & subditi partium prædictarum hæc adimpleveritis, recognoscendo effectualiter ejusdem ecclesiæ Romanæ primatum, nos & sedes Apostolica, vobis paternæ charitatis & dilectionis amplexibus occurrentes, erga vos prompti reperiemur & propitii continue in nunciis, favoribus, & auxiliis opportunis; nempe ad evellendas amaras, pestiferas, & nocivas errorum prædictorum radices, ne ulterius plantas emittere valeant infectivas, non parum opportunum, immo plurimum utile crederetur in eodem convocando concilio salubriter ordinari, quod libri decretorum & decretalium, aliisque dicta sanctorum patrum, & instituta canonum, prout illa habet & tenet præfata Romana ecclesiæ, in illis partibus a prælati & clericis pro vera informatione fidei ac morum, & observantiarum salutarium ipsius Romanæ ecclesiæ, haberentur. Super quibus tua fraternitas, ut hæc ordinentur, & ad effectum deducantur efficacem, det operam, & super hoc nobis scribat.

Tenemus quidem indubie, quod si splendore ejusdem fidei sub magisterio dictæ sedis

Ut excusati sint libri in quibus ii errores contenti.

XLVII. Consultat Bened. celebrandam synodum ab Armenis.

Decretales in ea promulgandas.

Mittendos deinde ad sedem Apostolicam oratores.

(a) Ext. in MS. arch. Vat. de reb. Tert. Armenor.

(b) p. 10. XLVIII. Ut perlata sit ad sedem Apostolicam de gravibus utriusque Armeniæ erroribus gravis fama.

dis Apostolica, luceret in illis partibus, errorum quorumlibet caligine propugata, hostes ipsius fidei adversus fideles, qui semper haberent fidem ipsam, eos potentia divina dextera protegente, minime prævalerent. Demum satis videretur expediens, ac nobis & eisdem sedi redderetur acceptum, si habitata super prædictis, ut præmissis deliberatione concilii provida & unanimi, viri aliqui literarum scientia præditi, veritatis & fidei zelatores pro parte tua & aliorum, qui fuerunt in eodem concilio, sufficienti potestate muniti, ad nos & sedem mitterentur prædictam: cum eis quidem ratiocinari circa præmissa poterimus melius & plenius, ipsique viam veritatis, per nos eisdem ostensam, clarius & efficacius manifestare valebunt. Et si tunc nobis & dictæ sedi expediens videretur, viros alios doctos in lege Domini, probitatis & fidelitatis maturitate conspicuos, pro informatione pleniori fidei ac morum & observantiarum ecclesiæ Romanæ prædictæ, aliisque virtutibus inserendis ad partes illas, poterimus destinare. Porro literas, quas quibusdam prælati Armenia super præmissis dirigitur, tua prudentia & vestigio mittere non postponet. Dat. Avin. kal. augusti anno VII. Qui vero ii errores fuerint censura pontificia notati, ex ipso Benedicti libello (a) ad Armenos transmissio patet.

In nomine Domini. Amen. Cum dudum ad audientiam sanctissimi patris & domini nostri domini Benedicti, divina providentia, Papa XII. & etiam diu ante, dum erat in Cardinalatus officio constitutus, ad audientiam felicis recordationis domini Joannis Papa XXII. prædecessoris sui sepissime pervenisset, quod Armeni in & de his, qua ad fidem & credentiam pertinent Christianam, communiter in utraque Armenia, vel specialiter in una vel in alia Armenia, aut aliquid de una vel de alia tenebant & docebant, vel etiam prædicabant errores varios seu diversos tam contra divinam scripturam, concilia generalia, quam etiam contra illa, quæ determinavit, docet, & docuit, ac prædicavit & prædicat sancta Romana ecclesia mater omnium & magistra; volens idem dominus noster Papa super prædictis

& eorum singulis inquirere ac scire plenius veritatem, ad sui præsentiam fecit venire plures Armenos, & aliqui etiam ex eis venerunt ad eandem præsentiam per scriptos, aliquos etiam ex Latinis qui fuerant in partibus Armeniæ, audiverantque dictos Armenos errores multos dogmatizantes atque tenentes, fecit ad se venire, a quibus Armenis & Latinis, videlicet ab aliquibus eorum, per dictum dominum nostrum Papam, & ab aliis per reverendum patrem dominum Bernardum tit. S. Cyriaci in thermis presbyterum Cardinalem de mandato ipsius domini Papæ receptum extitit juramentum, quod ipse super prædictis & aliis quæ in dictis partibus vel alibi ab eisdem Armenis audissent, vel scirent, ipsos tenere, docere, vel prædicare, plenam & meram tam de scriptis, ut de principalibus, quam de aliis personis vivis & defunctis, ut testes confiterentur & deponerent veritatem. Ipsi itaque sic receptis & eis postmodum, videlicet illis, qui linguam Latinam nec loqui nec intelligere sciebant, per interpretes idoneos, & alios qui utramque linguam, scilicet Armenam & Latinam loqui & intelligere sciebant, per se; nec non & quibusdam libris in Armena lingua scriptis ipsi domino nostro Papa traditis per aliquos de dictis Armenis, quibus ut plures ex eisdem Armenis asseruerunt & adhuc asserunt, communiter utuntur Armeni tam in majori Armenia, quam minori, diligenter examinatis; ad hæc eis certo notario apostolico assignato, qui depositiones & confessiones, dum fiebant, & errores certos, dum de prædictis libris interpretarentur, seu extraherentur per certas personas utramque linguam, scilicet Armenam & Latinam, intelligere ac loqui scientes, redigebat & redigit in scriptis, consequenter ex depositionibus & confessionibus eorum inventum est dictos Armenos vel aliquos ex eis tenere, credere, & docere articulos infra scriptos. [1]

I. Et primo quod aliqui antiqui magistri Armenorum dixerunt & prædicaverunt quod Spiritus Sanctus procedit a Filio, sicut et a Patre, sed a secessentis & XII. annis citra magistri & prælati & alii Armeni de majori Armenia dimiserunt prædicare & dicere, quod Spiritus sanctus pro-

Instituta de iis judiciaria inquisitione.

Adhibiti interpretes fidei.

XLIX. Quinam errores ii fuerint.

NOTÆ [1] R Ecitur hic in Annalibus libellus de erroribus Armenorum dogmatibus, qui ad ipsos demum Armenos transmissus ejusdem gentis Episcopus in concilium coegit. In eo vero, quod eorum Rege Constantino præfente habebatur, singula accusationes expensæ sunt, & non invalida apologia refutata. Concilium hoc, quod nec ab Annalibus nec a Collectoribus productum est, e MS. Codice bibliothecæ regie ediderunt PP. Martene & Durand in collectione veter. monum. to. VII. col. 310. Offerunt se se ibi nomina Archiepiscoporum Armeniæ VI. quibus septimus accedit Catholicorum, nomine Mekquitar. Adjunguntur Episcopi XXII. ex quibus quatuor nulli peculiari Ecclesiæ sunt addicti, totidemque de curia Catholicorum dicuntur. Ab his patribus liber apologeticus confectus est, in quo singula accusationes apta excusatione dispunguntur. Censet P. Martene in responsis hinc Armenorum non nihil interlucere, ex quo gens illa non plane ab errore immunis intelligitur. Ego libellum totum evolvens nihil offendi, quod minus recte illos de fide sentire demonstret. Ultero tamen fatentur Patres, orthodoxam se Episcoporum mi-

procedat a Filio sicut & a Patre, quia dicto tempore factum fuit concilium apud Armenos, ubi fuerunt catholici & episcopi ac magistri Armenorum & patriarcha Surianorum, & ibi determinaverunt, quod de cetero non diceretur apud eos, quod Spiritus Sanctus procederet a Filio sicut & a Patre: & condemnaverunt antiquos doctores Armenorum, qui fuerunt ante dictum concilium, eo quod dixerant & docuerant, quod Spiritus Sanctus procederet a Filio sicut & a Patre: & ex tunc omnes Armenos qui tenuerunt & docuerunt quod Spiritus Sanctus procederet a Filio sicut & a Patre persecuti sunt incarcerando eos, & in vinculis ponendo. Et sic apud Armenos nullus audeat hoc dicere vel docere, nisi soli illi, * reuniti sunt sanctæ Romanæ ecclesie: & si quandoque inveniantur in libris eorum positum, quod Spiritus Sanctus procedat a Filio, hanc processionem * temporali ad sanctificandam creaturam, & non de processione ejus æterna, qua processit æternaliter a Patre & Filio in esse personaliter*.

II. Item quod Armeni dicunt & tenent, quod peccatum primorum parentum personale ipsorum tam grave fuit, quod omnes eorum filii ex semine eorum propagati usque ad Christi passionem merito dicti peccati personalis ipsorum damnati fuerunt, & in inferno post mortem detrusi, non propter hoc quod ipsi ex Adam aliquod peccatum originale contraxerint, cum dicant pueros nullum omnino habere originale peccatum, nec ante Christi passionem nec post; sed dicta damnatio ante Christi passionem eos sequebatur ratione gravitatis peccati personalis, quod commiserunt Adam & Eva, transgrediendo divinum præceptum eis datum: sed post Domini passionem, in qua peccatum primorum parentum deletum fuit, pueri qui nascuntur ex filiis Adam non sunt damnationi addicti, nec in inferno ratione dicti peccati sunt detrudendi, quia Christus totaliter peccatum primorum parentum deletum in sua passione.

L. III. Item quod in dicto concilio repro-

baverunt concilium Chalcedonense ex eo principaliter, quod in dicto concilio Chalcedonensi fuerat determinatum, quod in domino Jesu Christo erant due nature, humana scilicet & divina, & unica persona subsistens in duabus naturis: & in dicto concilio determinaverunt, quod sicut in domino Jesu Christo erat unica persona, ita erat una natura, scilicet divina, & una voluntas & una operatio, & anathematizaverunt dicentes contrarium: & illos, qui contrarium dicebant, persecuti sunt, eos incarcerando, vinculando, & morti tradendo. In dicto etiam concilio damnaverunt B. Leonem Papam & episcopos ejus, quas miserat ad concilium Chalcedonense & ad Flavianum patriarcham Constantinopolitanum, in quibus B. Leo scripserat, quod in domino Jesu Christo erant due nature & una persona, due voluntates, & dua operationes. In dicto etiam concilio Dioscorum condemnatum per dictum concilium Chalcedonense canonizaverunt, & pro sancto haberi voluerunt, & adhuc ter in anno faciunt festum de eo sicut de sancto, & cum laudant ut sanctum: & maledicunt beatum Leonem & concilium Chalcedonense, qui damnaverunt dictum Dioscorum. Dicunt etiam, quod illi qui consenserunt determinatis in dicto concilio Chalcedonensi, Christum negaverunt.

IV. Item quod Armeni dicunt & tenent, quod peccatum primorum parentum personale ipsorum tam grave fuit, quod omnes eorum filii ex semine eorum propagati usque ad Christi passionem merito dicti peccati personalis ipsorum damnati fuerunt, & in inferno post mortem detrusi, non propter hoc quod ipsi ex Adam aliquod peccatum originale contraxerint, cum dicant pueros nullum omnino habere originale peccatum, nec ante Christi passionem nec post; sed dicta damnatio ante Christi passionem eos sequebatur ratione gravitatis peccati personalis, quod commiserunt Adam & Eva, transgrediendo divinum præceptum eis datum: sed post Domini passionem, in qua peccatum primorum parentum deletum fuit, pueri qui nascuntur ex filiis Adam non sunt damnationi addicti, nec in inferno ratione dicti peccati sunt detrudendi, quia Christus totaliter peccatum primorum parentum deletum in sua passione.

V.

NOTÆ minoris Armenia tantummodo tueri; nec vades se de fide Archiepiscoporum majoris Armenia præbere. Annus concilii illius nullus in Actis redditur; sed cum in ejus exordio ad Clementem, Benedicti successorem, apologiam hanc suam Armeni patres destinant; hinc concilium illud non citius sequenti anno, quo Clemens coepit, haberi potuit. Quia & nonnisi post annum 1344. habitum ex eo constat, quod anno illo rebus Armenicis adhuc præesset Wido Rex, ut ex hieris Pontificis anno illo die III. Id. Septembris datis, & in Annalibus ad eundem annum num. 7. recitatis, discimus. Concilio vero huic adfuit Constantinus Armenorum rex, Widonis successor. Cum vero acta illa Romæ sibi descripserit Joannes Surinus Episcopus anno 1346. mense Aprili, ut legebatur in codice, unde ea descripsit Martene; hic concilii annus nonnisi annus 1344. vel 1345. definiendus est. MANSI

Adversus processionem Spiritus Sancti.

* qui

* de

* intelligendam dicunt.

Adversus distinctionem naturarum in Christo.

De originali peccato male sentiant.

Mechitaris hæretici hæretici.

V. Item quod quidam magister Armenorum vocatus Mechitaris, qui interpretatur parricidius, de nova introduxit & docuit, quod anima humana filii propagatur ab anima patris sui, sicut corpus a corpore, & angelus essam unus ab alio; quia cum anima humana rationalis existens, & angelus existens intellectualis nature sui quedam lumina spiritualia, ex se ipsis propagant alia lumina spiritualia: & in hoc sequuntur cum quasi omnes de provincia Argicenti, quæ est magna provincia, continens septem diætas. Alii vero Armeni non dicunt hoc, sed quod Deus omnes animas creat. Et Armeni de dicta provincia habent illum Mechitaris pro sancto.

LI. Error de animabus puerorum.

VI. Item dicunt Armeni, quod anime puerorum, qui nascuntur ex Christianis parentibus post Christi passionem, si moriantur antequam baptizentur, vadunt ad paradysum terrestrem, in quo fuit Adam ante peccatum: anime vero puerorum, qui nascuntur ex parentibus non Christianis post Christi passionem, & moriuntur sine baptismo, vadunt ad loca, ubi sunt anime parentum ipsorum.

De animarum statu.

VII. Item quod dicti Armeni dicunt, quod anime hominum adultorum, qui mortui sunt vel moriuntur post Christi passionem, vadunt in aere vel in terra, quæ est juxta paradysum terrestrem, vel alibi ubi Deus ordinat ipsas manere usque ad diem judicii, siue sint Christiani siue non: nulla tamen anima ipsorum vadit ad infernum, vel paradysum caelestem vel terrestrem, usque ad dictum tempus judicii. Et, ut dicunt, anime puerorum non baptizatorum ad generale judicium venient cum corporibus suis, & post judicium ibunt ad paradysum terrestrem, in quo vadunt sicut columbae de una arbore ad aliam, & sicut angeli de celo ad terram, & de una parte terra ad aliam: non tamen habebunt gloriam, nec sustinebunt penam aliquam. Post generale judicium anime adultorum ibunt ad loca, quæ eis deputabuntur post dictum generale judicium.

Adversus visionem beatificam.

VIII. Item quod Armeni dicunt, quod anime puerorum baptizatorum, & anime multum perfectorum hominum post generale judicium intrabunt in regnum calorum, ubi carebunt omni malo pœnali hujus vite, quia nec esurient, nec sitient, nec alios defæctus humani corporis sentient, nec nubent, nec nubentur; sed erunt sicut angelus Dei in caelis: nec peccare poterunt, nec cadere a statu, in quo erunt. Non tamen videbunt Dei essentiam, quia nulla creatura eam videre potest: sed videbunt claritatem Dei, quæ ab ejus essentia manat, sicut lux solis emanat a sole, & tamen non est sol: & in dicta visione dicæ claritatis erant diversi gradus, ita quod perfectius dictam claritatem videbunt angeli quam quicumque homines, & prophetae, &

Apostoli; ac martyres & virgines, quam pueri baptizati: & in hoc dicunt, quod consistet sanctorum perfectorum & puerorum baptizatorum beatitudo.

IX. Item de pueris non baptizatis & de non perfecte justis hominibus, qui scilicet non pervenerunt ad perfectionem Apostolorum, martyrum, confessorum, & virginum, Armeni dicunt, quod post generale judicium ibunt ad paradysum terrestrem & non caelestem, ubi carebunt omni molestia corporali & delectabuntur inter ligna paradysi: non tamen comedent, nec bibent, nec nubent, nec nubentur, & ita perpetuo ibi manebunt, & in hoc consistet eorum beatitudo. Differentia tamen erit inter pueros non baptizatos Christianorum filios & adultos non perfecte justos, quia adulti non perfecte justi habebunt coronam de lamina ignis, quo terra comburetur ante judicium: videbunt etiam claritatem linguæ crucis Christi, quæ claritas tunc maxima erit; quia omnes claritates, quæ sunt in hoc mundo, adjungentur claritati crucis Christi, & dicti adulti secundum quod magis vel minus perfecti erunt, dictas coronas luminis differentes habebunt, & dictam claritatem crucis Christi differenter videbunt secundum eorum merita: dictas tamen coronas luminis non habebunt pueri non baptizati nec videbunt claritatem crucis Christi: & in hoc erit differentia inter eos.

X. Item dicunt quod mediocriter homines mali Christiani post generale judicium non ibunt ad paradysum caelestem vel terrestrem, sed manebunt in terra, in qua nunc habitant homines, quæ tota erit plena arboribus sicut paradysus terrestris: & tamen non comedent nec bibent, nec ex tunc moriuntur: & hic locus dabitur eis ex hoc, quod mediocriter mali fuerunt. Vocant autem homines mediocriter malos homines conjugatos, & alios in seculo communiter viuentes.

XI. Item de multum malis hominibus, sicut sunt generaliter omnes infideles, & Christiani malam vitam & peccatricem ducentes, habent duas opiniones, quorum una est, quod tales post generale judicium ponentur in oceanum, quod tunc erit igneum, & ibi graviter cruciabuntur per vermes, qui ibi erunt, qui ita magni erunt sicut dracones, & sicut magis vel minus peccaverunt, ita dicti dracones vel majores vel minores erunt; quia, ut dicunt, statim quanto homo graviter peccat, dictus draco nascitur in oceano & crescit secundum quod plus vel minus homo peccat: & aliqui ex hominibus malis, qui multa peccata & diversa commiserunt, plures dracones ibi habebunt, quorum unus cruciabit eos in oculis, & alter in auribus, & sic de aliis membris. Cruciabuntur etiam ibi demones, qui ibi cum eis erunt, juxta illud quod Dominus dicitur est malis

LII. Figmentum de paradiso terrestri.

Et de statu mediocriter malorum.

lis: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus: & ita perpetuo ibi mali homines cruciabantur. Alia vero opinio eorum dicit, quæ magis communis est apud Armenos, quod post generale judicium nullus infernus erit, nec nunc est, nec fuit postquam Christus ad inferos descendit, & infernum totaliter destruxit: sed unusquisque peccator peccato, quod commisit cruciabitur, & secundum quod plus vel minus peccavit, secundum hoc plus vel minus a dictis peccatis cruciabitur: & sic talia peccata dicuntur esse inferni, in quo peccatores post generale judicium cruciabantur.

LIII. XII. Item prædicti Armeni dicunt, quod homines mediocriter mali in judicio cum operibus suis ponentur in statera, & si plus ponderaverint eorum mala, quam bona, tunc ponentur in oceanum secundum prædictam opinionem, de qua supra dictum est, & affligentur ibi secundum quod demeruerunt. Si vero plus ponderaverint eorum bona quam mala, tunc ponentur in ista terra, quæ erit arboribus plena; non tamen ita delectabilis sicut est paradysus terrestris. Si vero bona eorum & mala equaliter ponderent, tunc ad preces B. Mariae & aliorum sanctorum Deus ponet eos in ista terra, in qua nullum malum afflictivum patientur.

Fictio de æqualitate malorum & bonorum operum.

Hæresis circa peccatum originale.

Fabulantur Armeni Christum prædicasse damnatis.

XIII. Item licet in ordinario Armenorum contineatur, quod illi, qui baptizantur, etiam si pueri sint, qui veniunt ad baptismum de diaboli servitute, tamen dicunt, quod tales pueri nullum peccatum habent; sed sicut omnino innocentes, & omni peccato etiam originali immunes: nec dicunt quod baptizantur, ut consequantur remissionem peccatorum; sed ut sint Christiani, & ut post generale judicium intrent cum perfectis sanctis in regnum cælorum, & ad hæc duo valet eis baptismus secundum eos.

XIV. Item quod dicti Armeni dicunt & tenent, quod Christus descendens ad inferos prædicavit ibi, & illas animas, quæ ei credere voluerunt, justificavit: illas autem, quæ ei credere noluerunt, in suo peccato dereliquit. Exiens autem ab inferis destruxit totaliter infernum, & omnes animas, quas ibi invenit, sive essent bonæ sive essent malæ, inde eduxit, & posuit eas in isto aere & terra & circa paradysum terrestrum, ubi erunt usque ad finale judicium. Interim tamen animæ mediocriter malæ & malæ simpliciter non patientur aliquam pœnam sensibilem, sed solum patientur timorem: mediocriter quidem malæ, quia timent suum periculum, quod erit in die judicii, ut supra scriptum est, quando ponentur in statera: malæ vero simpliciter, quia timent pœnam oceanum, ubi ponentur post generale judicium, patientur pœnam timoris, quæ ear multum affligit mentaliter. Mediocriter vero bonæ & perfecte bonæ posuit in ista terra vel aere circa

paradysum terrestrum: & ut dicunt, tales animæ sunt in magna consolatione propter spem, quam habent de remuneratione, quam consecuturae sunt post generale judicium. Et dicunt, quod ante dictum generale judicium non erit remuneratio alia operum bonorum vel malorum, inducentes ad hoc dictum Apostoli: Oportet nos præsentari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout in corpore gessit sive bonum fuerit sive malum.

XV. Item quod dicti Armeni non dicunt, nec tenent, quod Christus descendens ad inferos prædicaverit dæmonibus, nec quod dæmones eduxerit de inferno; sed bene dicunt, quod dæmones usque ad generale judicium sunt in isto aere, vel in terra. Si tamen ibi existentes aliquam pœnam sensibilem sustinent, vel sustinebunt usque ad dictum generale judicium, non expriment: dicunt tamen, quod patiuntur carentiam gloriæ, & quod ipsi, qui prius erant clari, effecti sunt nigri; & quod multum timent pœnam oceanum, in qua ponendi sunt post generale judicium cum malis hominibus.

XVI. Item quod inter Armenos sunt duas opiniones de tempore, quo creati fuerunt angeli, quia eorum aliqui dicunt, quod ante istum mundum sensibilem angeli creati fuerunt: alii vero dicunt, quod cum isto mundo sensibili creati fuerunt, scilicet cum celo empyreo ante omnem diem. Dicunt etiam, quod omnes angeli boni creati fuerunt, & in dicta bonitate steterunt, ut eorum aliqui dicunt, usque ad quartam diem, quando Deus luminaria fecit: alii vero eorum dicunt quod sexta die quando Adam creatus fuit, dæmones peccaverunt, & de celo ceciderunt per illam partem celi, quæ apud eos dicitur arocea, apud nos vero dicitur galaxia, cum quibus etiam per dictum foramen unus bonus angelus cecidit, & multi alii cecidissent, nisi Deus eis dixisset: Pax vobis; ille vero bonus angelus, qui ceciderat, ad preces B. Basilii restitutus in celo fuit. Dicunt etiam eorum aliqui, quod feria sexta de mane Adam creatus fuit, sed circa sextam dictæ diei Eva fuit formata, & secundum aliquos eorum eadem die fuit per diabolum tentata, secundum vero alios feria sexta sequentis septimane. Dicunt, etiam, quod nullus bonorum angelorum unquam efficietur malus, nec malus bonus.

Quid sentirent de tempore creationis angelorum.

XVII. Item quod Armeni communiter tenent, quod in alio seculo non est purgatorium animarum, quia ut dicunt, si Christianus confiteatur peccata sua, omnia peccata ejus, & pœna peccatorum ei dimituntur. Nec etiam ipsi orant pro defunctis, ut eis in alio seculo peccata dimittantur; sed generaliter orant pro omnibus mortuis, sicut pro B. Maria, Apostolis, martyribus, & aliis sanctis, ut in die judicii intrent in regnum cælestè, vel in aliis locis, ut

LIV. Male sentiunt de purgatorio.

Fabula de animabus paganorum mortuorum.

supra dictum est, & quod ibi requiescant. De animabus vero paganorum dicunt, quod animæ eorum sunt super sepulchra ipsorum, vel in sepulchris usque ad diem judicii, & frequenter audiuntur in sepulchris Saracenorum voces & mugitus, & etiam quandoque animæ eorum vel demones pro eis videntur circa sepulchra ipsorum in diversis speciebus animalium vel hominum: propter quod Saraceni non libenter stant circa sepulchra Saracenorum, & ex hoc etiam quandoque Saraceni faciunt baptizari suos filios & inungi in diversis locis, ut post mortem non egrediantur de sepulchris: non tamen faciunt eos baptizari, ut efficiantur Christiani.

Error de liberatis damnatis.

XVIII. Item quod Armeni credunt & tenent, quod Christus descendit de celo & incarnatus fuit propter hominum salutem; non pro eo, quod filii propagati ex Adam & Eva post peccatum eorum ex eis contrahant originale peccatum, a quo per Christi incarnationem & mortem salventur, cum nullum tale peccatum dicant esse in filiis Adæ: sed dicunt, quod Christus propter salutem hominum est incarnatus & passus, quia per suam passionem filii Adam, qui dictam passionem præcesserunt, fuerunt liberati ab inferno, in quo erant non ratione originalis peccati, quod in eis esset, sed ratione gravitatis peccati personalis primorum parentum. Credunt etiam, quod Christus propter salutem puerorum, qui nati fuerunt post ejus passionem, incarnatus fuit & passus, quia per suam passionem destruxit totaliter infernum. & ita post ejus passionem nullus ex dictis pueris vadit ad infernum. Credunt etiam, quod propter salutem hominum adultorum Christianorum Christus fuerit incarnatus & passus, quia si tales pœniteant de peccatis suis post ejus passionem quando moriuntur, non vadunt ad infernum.

Error circa originale peccatum.

XIX. Item quod Armeni credunt & tenent, quod primi parentes, & tota eorum posteritas usque ad Christi passionem mortua fuit in corpore, & in anima ad infernum descendit non propter originale peccatum, quod filii Adam contraxerunt ab Adam, sed ratione gravitatis peccati personalis primorum parentum: propter quod, licet eorum filii non peccaverint, tamen propter peccatum primorum parentum passi fuerunt & mortem corporalem, & apud inferos punitæ eorum animæ fuerunt usque ad dictum tempus. Credunt etiam & tenent, quod post Christi passionem, & ante usque ad generalem resurrectionem filii Adam habent concupiscentiam inordinatam carnis, & mortalitatem propter gravitatem peccati primorum parentum, & non propter originale peccatum, quod ex eis contraxerint; a qua concupiscentia & mortalitate sancti liberabuntur in generali resurrectione per Christum: & in tantum dicunt, quod dicta concupiscentia carnis est peccatum & malum, quod parentes

etiam Christiani, quando matrimonialiter concumbunt, committunt peccatum: & propter hoc pœnitentia eis imponitur per sacerdotes, quia actum matrimonialem dicunt esse peccatum, & etiam matrimonium. Credunt etiam & tenent, quod si Adam & Eva non fuissent transgressi Dei mandatum, non fuisset inter eos carnalis commixtio, nec per seminum commixtionem fieret generatio humana; sed homines propagarentur ab hominibus sine carnali commixtione, sicut lumen propagatur a lumine. Dicunt etiam, quod Deus præsciens quod homines transgredenterentur ejus præceptum, membra genitalia fecit in eis, per quæ post peccatum fieret hominum propagatio.

Et circa actum matrimonium.

Et circa sexus distinctionem.

LV. Eutychis infantia.

XX. Item quod Armeni credunt & tenent, quod æternus Dei Filius natus de substantia Patris, in tempore sibi univit humanam naturam & factus fuit homo; sic tamen, quod in ipsa unione humanæ naturæ ad Dei Filium humana natura conversa fuit in divinam ejus naturam, sic quod post dictam unionem in Christo non est nisi una natura, scilicet divina & non humana, sicut ipse est una persona. Et dicti Armeni maledicunt omnes illos, qui contrarium dicunt: & in tantum detestantur illos, qui dicunt, post unionem duas naturas esse in Christo, divinam scilicet & humanam, quod si aliquis Armenus prius baptizatus secundum ritum eorum hoc diceret, non communicant cum eo, sed habent eum ac si paganus fuisset; & si vult reverti ad sedem Armenorum, cum rebaptizant, * semper paganus fuisset: & post secundum baptismum imponunt ei pœnitentiam viginti annorum.

* ac si

XXI. Item quod Armeni credunt & tenent, quod quia secundum eos post unionem naturarum in Christo natura humana conversa fuit in naturam divinam, ita quod in Christo ex tunc non fuit nisi natura divina; cum dicta natura divina in Christo fuit passibilis & impassibilis, mortalis & immortalis, secundum quod Christo placebat; sic dicant, Christum fuisse passum & mortuum secundum naturam divinam, quia sic voluit ipse, licet humana natura in eo non esset quando passus & mortuus fuit. Credunt etiam & tenent, quod in domino Jesu Christo post unionem non fuit nisi unus intellectus, una voluntas, & una operatio, scilicet divina & non humana.

Blasphemia aduersus divinitatem.

XXII. Item quod Armeni dicunt & tenent, quod ab illa hora, qua Dominus mortuus fuit in cruce, ipse descendit ad inferos, & infernum destruxit totaliter: ita quod ex tunc non fuit infernus, nec aliqua anima hominum, vel etiam demones ex tunc fuerunt in inferno, nec erunt postea: quando vero Christus resurrexit, educens de inferno sanctorum animas, quæ ibidem erant, duxit eas in paradysum terrestrum, & cum ipsis dictum paradysum intravit.

Fictio de inferno destructo.

travit, dicens eis: Ecce locus in quo fu-
istis; & statim de dicto paradiso eas eje-
cit, & posuit eas in terra vel aere circa
paradisum terrestrem.

XXIII. Item quod de anima latronis, Chri-
stum consentis in cruce, apud Armenos
sunt diversa opiniones: quarum una est,
quod illud, quod ponitur in evangelio:
Hodie mecum eris in paradiso; hodie,
non tenetur ibi determinate pro illa die,
qua mortui fuerunt Dominus & latro, sed
tenetur quod die finalis iudicii, quando
sancti perfecti intrabunt in paradysum cœ-
lestem, quomodo dies accipitur in psalmo:
Melior est dies una in atrils tuis: tunc
enim, & non ante, latro intrabit in para-
disum cœlestem secundum eos cum aliis san-
ctis perfectis. Alia vero opinio eorum di-
cit, quod die qua dictus latro mortuus fu-
it, ejus anima venit ad portam paradisi
terrestriis volens illuc intrare: sed per An-
gelos & Enoch & Eliam intrare illuc pro-
hibitum fuit: sed in die resurrectionis Do-
mini, quando Dominus cum aliis animabus
sanctorum, quas extraxerat de inferno,
venit ad portam paradisi terrestriis: inven-
nit ibi dictam animam latronis, & cum
Dominus ostendisset manus & latus Angelis
& Enoch & Elie aperientes ei portam pa-
radisi, intravit illuc cum dicta anima la-
tronis & aliorum sanctorum, & cum eis
dixisset: Ecce locus, de quo exivistis;
cum omnibus dictis animabus exiit de
paradiso, & eas posuit in terra vel in
aere circa dictum paradysum, ubi erunt
usque ad diem iudicii: & tunc introdu-
centur in paradysum cœlestem. Alii vero
dicunt, quod illa hora, qua Adam exiit
de paradiso feria sexta, Dominus posuit a-
nimam latronis in paradiso terrestri: sta-
men postea inde eduxit eam vel non, non
dicunt.

Error de
paradiso
ante fina-
le iudici-
um non
acquiren-
do.

Fabula de
paradisi
terrestr.
ingressu.

LVI.

XXIV. Item quod dicti Armeni dicunt
& tenent, quod anima malorum hominum,
quæ multa peccata actualia gravia com-
miserunt, qui mortui fuerunt ante Christi
passionem, fuerunt positi in inferno, & ibi
pœnas infernales pro peccatis suis susti-
nuerunt: sed cum Dominus post suam passio-
nem infernum destruxisset, dictas animas
posuit in terra vel in aere, & ibi vadunt
huc & illuc non patientes aliquam pœnam
sensibilem usque ad diem iudicii. Hominum
autem malignorum animæ, qui fuerunt post
Domini passionem, quando mortui sunt dicti
homines, angeli mali & terribiles acci-
piunt eas, & adducunt ad oceanum, de quo
supra mentio facta est, & ostendunt eis o-
ceanum, & vermes vel dracones, qui ibi
sunt, & dicunt eis, quod post generale ju-
dicium ibi ponentur, & per dictum ocea-
num & dracones cruciabantur: & ex hoc
dictæ animæ multum timent propter dictas
pœnas, quas passuræ sunt post generale
iudicium: non tamen interim aliam pœnam

Error
quod im-
piorum a-
nimæ non
patientur
infern.
ante iudi-
cium.

sensibilem patientur. Anima vero hominum
bonorum & perfectorum, quando mortui
sunt, accipiuntur per bonos angelos & du-
cuntur in cælum ante thronum Dei, & vi-
dent sub throno Dei, qui thronus sunt an-
geli, gloriam quam post generale iudicium
habiturae sunt, & de hoc multum conso-
lantur: postea tamen ab angelis ducuntur
ad terram vel ad aërem, & sunt ibi usque
ad diem iudicii, & propter dictam spem
requiescere dicuntur. Dicunt etiam & cre-
dunt, quod post generale iudicium homines
mali, qui fuerunt vel ante Domini passio-
nem vel post, ponentur in corpore & in
anima in dicto oceano, & ibi cruciaban-
tur perpetuo.

XXV. Item quod Armeni dicentes, unam
solam naturam esse in Christo, scilicet di-
vinam & non humanam, respondere non pos-
sunt ad dicta posita in scriptura, per quæ
manifeste ostenditur Christum habuisse hu-
manam animam, quæ divina natura non
erat, sicut: Non derelinques animam meam
in inferno: nec ad illud: Tristis est ani-
ma mea usque ad mortem; nec ad illud,
quod dicit Petrus, quod spiritualiter des-
cendens, predicavit in inferno; nec ad il-
lud, quod Dominus dicit: Pater in manus
tuas commendo spiritum meum: & incli-
nato capite emisit spiritum. Per quæ omnia
manifeste scriptura dicit, fuisse in Christo
post unionem animam humanam. Sed cum
eis prædicta dicuntur, non habentes quid
respondeant, recurrunt ad baculos vel ad
pœnas corporales, ut male tractent illos,
qui talia eis dicunt. Dicunt etiam & cre-
dunt, quod anima Christi quando descendit
ad inferos, ne cognosceretur, induit se dei-
tate, sicut & quando erat in vita præsen-
ti, ne cognosceretur, induit deitatem suam
corpore.

Hæresis
neganti-
um in
Christo
humanam
animam.

XXVI. Item quod Armeni dicunt & cre-
dunt, quod licet resurrectio a morte so-
lum ad carnem pertineat, quæ mortua fu-
erat; tamen in Christo, quia non erat nisi
divina natura post unionem, ipsa secun-
dum quod voluit faciebat opera carnis &
opera animæ, quamvis in Christo nec ca-
ro esset nec anima post unionem.

Alius er-
ror.

XXVII. Item quod Armeni credunt &
tenent, quod die sabbati post pasceven
hora sexta Dominus resurrexit, & hoc di-
cunt se habere ex traditione Gregorii, qui
fuit antiquus eorum catholicus, cui, ut di-
cunt, fuit revelatum, cum esset in sepul-
chro Domini, quod hora sexta dictæ diei
sabbati resurrexerat Dominus: & sic apud
Armenos est determinatum: & dicta hora
faciunt festum de resurrectione Domini, &
postea eadem die comedunt ova & caseum,
non tamen carnes. Computant autem tres
dies & noctes, quibus fuit Dominus in
ventre terræ sic, quia in nocte sequente fe-
riam quintam Dominus tradidit corpus suum
& sanguinem discipulis suis, qui terree-
rant

LVII.

Error cir-
ca tempus
resurre-
ctionis
Christi.

rant, corpus ejus & sanguinem comederunt
& hiberunt, & sic in seipso Christum se-
peliverunt; & computant illam noctem: &
postea diem sequentem usque ad illam ho-
ram, qua in die pasceves tenebræ factæ
sunt super universam terram pro prima die
& nocte: tempus vero illud, quo dictæ te-
nebræ duraverunt, computant pro secunda
nocte; & diem, qui fuit post dictas te-
nebras, computant pro secunda die: noctem
quæ præcedit sabbatum, computant pro ter-
tia nocte; & diem sabbati usque ad me-
ridiem pro tertia die: & dicunt quod præ-
dicta eorum opinio confirmata fuit per be-
atum Silvestrum Papam ad instantiam di-
cti Gregorii, & plus credunt dictæ opini-
oni, quam evangelis Marci & Lucæ, qui
dicunt, quod prima sabbati, id est domi-
nica, Dominus resurrexit.

XXVIII. Item quod Armeni nesciunt re-
spondere ad illa, quæ in evangelis conti-
nentur, ubi manifeste scribitur, quod Chri-
stus post suam resurrectionem verum corpus
humanum habuit, cum dicant, quod in i-
psa unione humana natura conversa fuit
in deitatem; nisi hoc solum, quod volun-
tas divina secundum quod volebat facie-
bat & ostendebat se corpus humanum ha-
bere, cum tamen non haberet.

XXIX. Item licet secundum Armenos in
Christo post unionem non fuerit nisi natura
divina, in quam conversa fuit humana e-
jus natura; Armeni tamen dicunt & te-
nent, quod voluntati Christi subiecta erat
divina natura, ut de ea faceret quod vel-
let: & ita, ut dicunt quando voluit divi-
na ejus natura mortalis fuit & etiam mor-
tua, & quando voluit facta fuit immor-
talis, sicut factum fuit post suam resurre-
ctionem, accipientes ad hoc probandum il-
lud quod dicitur in Joanne: Ego vivo, &
vos vivetis.

XXX. Item Armeni dicunt & tenent, quod
ex hoc, quod Christus ascendit in cælum,
in eo post unionem desit esse humana na-
tura: alioquin si in ipso fuisset humana na-
tura post unionem, non ascendisset in cœ-
lum, sed translatus fuisset in paradysum ter-
restrem, sicut factum fuit de Elia & E-
noch.

XXXI. Item quod Armeni tenent, quod
illa auctoritates propheta & Apostoli: A-
scendens Christus in altum, captivam du-
xit captivitatem, & quod Christus expo-
liavit principatus & potestates, & trans-
duxit eas in semetipsum; non intelliguntur
quod hoc fecerit, quando Christus ascen-
dit in cælum: sed intelligunt quando Chri-
stus, ascendens ab inferis, eduxit secum
animas hominum, quæ ibierant, & posuit
eas in ista terra, vel aere usque ad diem
iudicii.

XXXII. Item quod Armeni dicunt &
tenent, quod Christus * ascendens ad in-
feros, ligavit demones, qui ibi erant, &
Ann. Eccl. Tom. XXV.

* descen-
dens.

etiam super terram, ut non possent tenta-
re vel offendere homines sicut ante facie-
bant: sed sunt jam trecenti anni, quod
omnes demones sunt disligati, & seduxe-
runt homines a fide Christi per totum mun-
dum, exceptis Armenis: sed a triginta
annis circa illos homines de minori Arme-
nia, & a viginti quinque annis circa Ar-
menos de majori Armenia seduxerunt a fi-
de Christi, quia ut dicunt, ex tunc Ar-
meni posuerunt in sacrificio aquam in vi-
no, & fecerunt festum natiuitatis Domini
vigesima quinta die decembris, & sic a
demonibus seducti fidem Christi dimise-
runt.

XXXIII. Item quod Armeni dicunt &
tenent, quod Christus post suam ascensio-
nem habuit humanitatem, sed non habuit
naturam humanam, nec voluntatem, nec
operationem humanam. Dicunt etiam & te-
nent, quod Christus in cælum ascendens
non subito pervenit ad dexteram Patris,
sed in decima die post suam ascensionem
& in novem diebus, qui sunt a die ascen-
sionis ejus usque ad diem pentecostes, Chri-
stus fuit inter angelos; ita quod per unam
diem fuit in uno ordine angelorum, & alio
die in alio, & quilibet ordo angelorum,
festivavit eum una die: decima vero
die pervenit ad dexteram Patris, &
tunc statim misit Apostolis Spiritum San-
ctum, & propter hoc Armeni festivant il-
lus decem dies.

XXXIV. Item quod Armeni de majori Ar-
menia dicunt & tenent, quod ipsi sunt ec-
clesia catholica & apostolica, & propter hoc
ipsi habent catholicam & etiam eorum ecclē-
sia est apostolica, quia ipsi tenent fidem,
quam Apostoli predicaverunt; & propter
hoc sunt ecclesia catholica & apostolica: Græ-
ca vero ecclesia non est ecclesia catholica vel
apostolica, quia ponunt aquam in vino in
sacrificio, & quia dicunt duas naturas esse
in Christo, & quia faciunt festum natiui-
tatis Domini vigesima quinta die mensis de-
cembris. Dicunt etiam & tenent, quod ec-
clesia Romana non est ecclesia catholica &
apostolica propter easdem causas, quas di-
cunt de ecclesia Græca, & etiam quia cor-
rupit fidem Christianam, faciendo & accep-
tando concilium Chalcedonense ad instantiam
B. Leonis Papæ. Dicunt etiam & tenent,
quod ecclesia Romana & Græca esse desinens
ante generalem resurrectionem vel tempora
Antichristi; ecclesia vero Armenorum du-
rabit usque ad finem: & quod illi de Ar-
menia minori, exceptis Rege & quibusdam
nobilibus, sunt de ecclesia majoris Arme-
nia, & sunt peiores quam illi de majore
Armenia, nec volunt recipere aliquem ma-
gistrum, nisi sit de majori Armenia. Di-
cunt etiam, quod Rex & nobiles minoris
Armenia, quia tenent supradictos arti-
culos cum ecclesia Romana & Græca, non
sunt de ecclesia catholica & apostolica.

Fictio cir-
ca mix-
tionem
aquæ in
sacrificio.

Fabula
circa a-
scensio-
nem Do-
mini.

LIX.
Errores in
majori
Armenia
græcan-
tes.

XXXV. Item Armeni dicunt & tenent, quod ecclesia catholica fuit per totam orbem diffusa a principio, qui aliqui ex omnibus gentibus crediderunt in Christum: sed postea in concilio Chalcedonensi fuit fides ecclesie corrupta & destructa ex eo, quod ibi determinatum fuit, quod in Christo erant due nature & una persona; & omnes, qui dictum concilium receperunt *... ecclesiam catholicam: & quia dicti Armeni dictum concilium non receperunt, sed condemnaverunt, ideo solum apud eos est ecclesia catholica, exceptis paucis de ecclesia minoris Armenia.

XXXVI. Item quod Armeni credunt & tenent, quod solum apud ipsos est una ecclesia catholica, quia ut dicunt, apud eos sunt illa, que faciunt esse unam sanctam ecclesiam, scilicet unus baptisimus, & unica fides Christi, & unus Spiritus sanctus, & unus Deus & dominus; que apud alias ecclesias que vocantur Christiane, non sunt, quia ut dicunt, Armeni habent verum baptismum, propter quod omnes venientes ad se de aliis ecclesiis rebaptizant, immo, ut dicunt, veterius baptizant, quia baptismum datum in aliis ecclesiis non reputant esse verum baptismum. Habent etiam, ut dicunt, veram fidem, quam alia ecclesia destruxerunt, recipiendo concilium Chalcedonense. Habent etiam verum Spiritum sanctum, & verum Deum & dominum, que alia ecclesia non habent, quia negaverunt Deum & dominum in concilio Chalcedonensi, dicendo quod in Christo sunt due nature & una persona; propter qua in simbolo non dicunt simpliciter: Et in unam sanctam ecclesiam; sed in istam sanctam ecclesiam; accipiendo ly istam, pro ecclesia Armenorum.

XXXVII. Item quod a tempore Heraclii Imperatoris citra fuerunt tres catholici in Armenia, tenentes diversam fidem & diversum baptismum ab invicem; nam catholicum Columbarum dicit, quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus fuerunt crucifixi in cruce, & illi, qui sunt subiecti ei baptizant in aqua; catholicum vero medius & subiecti ejus dicunt, quod solus Dei Filius fuit crucifixus in cruce, & pro majori parte baptizantur in aqua, pauci tamen baptizant in vino, non tamen baptizatos mergunt, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; catholicum vero tertius a quinquaginta annis citra tenet illud, quod tenet ecclesia Græcorum. Conveniunt tamen dicti tres catholici & subiecti eorum in istis, quod in Christo est una natura, sicut una persona, que natura est divina, & quod non ponunt aquam in vino in sacrificio, nec faciunt festum natiuitatis Domini vigesima quinta die decembris excepto catholicum tertio, qui a quinquaginta annis citra in istis a primis duobus est separatus: quilibet autem de dictis catholicis dicit, quod ipse tenet veram fidem, & verum baptismum.

LX. Sabellii error.

Alius Eutychnis error.

Eutychnis error.

Impietas aabaptistarum.

habet, & quod alii catholici ab eo non habent veram fidem, nec verum baptismum: & sic quia sunt diversi inter se, non est una ecclesia inter eos, sed alia & alia.

XXXVIII. Item quod Armeni credunt & tenent, quod in aliis ecclesiis ab ecclesiis Armenorum non datur peccatorum remissio, quia alia ecclesia negaverunt veram fidem, recipiendo concilium Chalcedonense; nec etiam habent verum baptismum, quia miscent aquam in vino in sacrificio, dicentes quod aqua, que fluxit de latere Christi virtutem tribuit soli sacramento baptismi, & ideo illa ecclesia, que miscent aquam in vino baptismum perdidit: propter quod peccatorum remissio non fit apud ipsos, sed solum fit in ecclesia Armenorum: & ideo presbyteri Armenorum prohibent subiectis suis, ne sacramenta recipiant ab aliis, quam ab Armenis, quia illa sacramenta alii non habent.

XXXIX. Item quod Armeni dicunt & tenent, quod populus subiectus uni catholico potest recipere dicta sacramenta ab alio catholico vel presbytero ejus, & dicta sacramenta valent dicto populo: sed episcopi & presbyteri unius catholici non possunt recipere sacramenta ab alio catholico, vel subiectis ejus, & si reciperent talia sacramenta, eis non valerent.

XL. Item Armeni credunt & tenent, quod nullus Armenus potest consequi remissionem peccatorum per episcopos vel presbyteros ecclesie Romanæ vel Græcæ: sed aliqui ex Armenis dicunt, quod peccatorum remissio potest fieri in Armenis per episcopos & presbyteros Armenorum: alii vero dicunt quod episcopi vel presbyteri Armenorum nihil faciunt ad peccatorum remissionem nec principaliter nec ministerialiter, sed solus Deus peccata remittit: nec episcopi vel presbyteri ad faciendam dictam peccatorum remissionem, nisi quia ipsi acciperent potestatem loquendi a Deo, & ideo cum absolunt dicunt: Deus dimittat tibi peccata tua; vel: Ego dimitto tibi peccata tua in terra, & Deus dimittat tibi in cælis.

XLI. Item Armeni dicunt & tenent, quod postquam aliquis peccando perdidit gratiam Dei, numquam postea in equali gratia resurgit.

XLII. Item Armeni dicunt & tenent, quod sola Christi passio sine omni alio Dei dono, etiam gratificante, sufficit ad peccatorum remissionem; nec dicunt, quod ad peccatorum remissionem faciendam requiratur gratia Dei gratificans, vel justificans nec quod in sacramentis novæ legis detur gratia gratificans.

XLIII. Item Armeni dicunt & tenent, quod liberum arbitrium humanum non sufficit sibi ad peccandum, sed diabolus facit & instigat homines ad peccandum; ita quod si demones non essent, nullus homo peccaret.

Error circa baptismum.

Et administrationem sacramentorum.

Corruptela circa sacramentum penitentiae.

LXI.

Error circa gratiam & justificationem.

Circa libertatem.

XLIV.

Circa purgatorium.

Supersticio in sacrificio animalium usurpando.

Fallax error argumentum.

LXII. Judæzantium Armenorum deliria.

Supersticio circa jejunium.

XLIV. Item licet Armeni essent in missa, & alias pro bonis tam spiritualibus quam temporalibus adipiscendis, & pro malis removendis pro mortuis; tamen non orant, ut in præsentia requiem obtineant, sed tantummodo in futuro.

XLV. Item quod apud Armenos, quando aliquis ex eis mortuus est, talis observatio fit, quod de sero ducuntur animalia munda secundum legem Moysi, cujusmodi sunt oves, capra, & boves cooperta panis sericis ad ostium ecclesie: ad quem locum exeunt clerici dictæ ecclesie; & sacerdotes benedicit sal, & de sale benedicto ponit in ore dictorum animalium; & postea cum oleo de lino inunguntur dicta animalia, & deinde effuso ipsorum sanguine occiduntur, & de carnibus dictorum animalium sequenti nocte comedunt clerici cum sale: sed sacerdos, qui in crastinum debet celebrare pro mortuo, non comedit de carnibus dictorum animalium usque post missam. Faciunt autem prædicta, quia dicunt & tenent, quod licet remissio peccatorum fiat principaliter per sanguinem Christi; tamen non ferat dicta remissio peccatorum, nisi sanguis animalium prædictorum effunderetur in peccatorum vivorum & mortuorum remissionem, quia lex Moysi dicit, quod remissio peccatorum fit per effusionem sanguinis animalium mundorum, & sine eo non fit peccatorum vivorum & mortuorum remissio: & Dominus dicit in evangelio, quod ipse non venit solvere legem, sed adimplere, quam solvisset si peccatorum remissio fieret sine effusione sanguinis animalium brutorum. Et de hoc etiam reprehendit eos Damascenus, dicens quod dicti Armeni, accipientes de erroribus Judæorum, Saracenum, paganorum, & aliorum errantium, de illis erroribus suam fidem composuerunt, & de dicta fide in concilio Manegundenis librum composuerunt, qui apud eos vocatur Radix fidei.

XLVI. Item quod dicti Armeni observant discretionem ciborum mundorum & immundorum animalium, secundum quod lex Moysi dicit: & licet aliqui ex Armenis comedant porcum, tamen secundum eos, si sacerdos comedaret de porco, postea non posset expellere demones de obsessi corporibus, qui, ut dicunt, Dominus expellens demones de duobus hominibus misit eos in porcos.

XLVII. Item quando Armeni jejulant diebus jejuniorum institutis inter eos, dictis diebus non comedunt carnes, nec pisces, nec ova, nec caseum, nec butyrum, nec lac, nec oleum: quia dicunt, quod omnia ista sunt quedam carnes: comedunt autem solum herbas, panem, & vinum: possunt tamen comedere quoties volunt, illis diebus, quibus jejulant. Dicunt etiam & prædicant, quod illi, qui in diebus jejuniorum comedunt pisces, ova, caseum, butyrum,

XLVIII. Item Armeni dicunt & tenent, quod si aliquis ante susceptionem ordinis sacri commisisset aliquod peccatum luxurie carnalis exterioris, quod ille habet confiteri confessori dictum peccatum: & deinde episcopus, qui ordines facit, interrogat dictum confessorem, si est ille dignus ordinari. Cui sacerdos respondet, quod non: & sic repellitur a suscipiendo ordine sacro. Si vero postquam ordinatus est, commisisset tale peccatum luxurie, oportet quod si absolvi velit, confiteatur confessori suo; & tunc ille confessor deponit eum ab executione ordinis: & si postea exequatur actus dicti ordinis, dictus confessor dicit hoc episcopo etiam in præsentia aliorum, & cum qua vel quo peccavit revelat. Mulieres etiam, cum quibus tales peccaverunt, jactant se dicendo: Ego deposui talem sacerdotem: ex quo contingit apud Armenos, quod multi sunt, qui dicta peccata nolunt confiteri dum vivunt, ne repellantur a susceptione sacrorum ordinum: & si eos susceperint, ne postea deponantur ab ordinis executione.

XLIX. Item dicunt, quod si aliquis eorum post baptismum accipiat primam, & secundam uxorem, absolvi potest per eos: sed si accipiat tertiam, vel quartam, & deinceps, non potest absolvi per eorum ecclesiam, quia dicunt, quod tale matrimonium fornicatio est: & talem habent pro pagano, ita quod nec in fine eum communiquant, nec educunt eum de domo sua ad sepeliendum per portam domus, sed frangunt parietem domus, & per foramen parietis educunt corpus ejus: nec missam celebrant, nec sepultura ecclesiastica eum sepeliunt, sed faciunt de eo sicut de pagano. Si tamen ille, qui recipit tertiam uxorem, dum vivit, eam dimittit sic, quod postea non revertatur ad eam, recipiunt eum ad penitentiam, & imponunt ei quindocim annos pro penitentia scilicet, quod in dictis annis non comedat carnes, pisces, & supradicta lacticia: & si dictam penitentiam perfecerit, & postea moriatur, faciunt de eo sicut de Christiano alio in vita & in morte.

L. Item Armeni dicunt & tenent, quod si aliquis ante susceptionem ordinis sacri commisisset aliquod peccatum luxurie carnalis exterioris, quod ille habet confiteri confessori dictum peccatum: & deinde episcopus, qui ordines facit, interrogat dictum confessorem, si est ille dignus ordinari. Cui sacerdos respondet, quod non: & sic repellitur a suscipiendo ordine sacro. Si vero postquam ordinatus est, commisisset tale peccatum luxurie, oportet quod si absolvi velit, confiteatur confessori suo; & tunc ille confessor deponit eum ab executione ordinis: & si postea exequatur actus dicti ordinis, dictus confessor dicit hoc episcopo etiam in præsentia aliorum, & cum qua vel quo peccavit revelat. Mulieres etiam, cum quibus tales peccaverunt, jactant se dicendo: Ego deposui talem sacerdotem: ex quo contingit apud Armenos, quod multi sunt, qui dicta peccata nolunt confiteri dum vivunt, ne repellantur a susceptione sacrorum ordinum: & si eos susceperint, ne postea deponantur ab ordinis executione.

LII. Item quod Armeni dicunt & tenent, quod ista peccata sunt irremissibilia, nec eorum ecclesia potest hæc peccata remittere, quia Christus non dedit ecclesie potestatem quod talia peccata remittat, scilicet si aliquis peccatum luxurie committat in ore bo-

& oleum, sunt maledicti & infideles, & contra fidem constituti, & sunt separati ab oculis Christi.

XLVIII. Item Armeni dicunt & tenent, quod si Armeni committant semel quodcumque crimen, quibusdam exceptis, ecclesia eorum potest absolvere eos quantum ad culpam & penam de dictis criminibus: sed si aliquis postea committeret iterum dicta crimina, absolvi non posset per eorum ecclesiam.

XLIX. Item dicunt, quod si aliquis eorum post baptismum accipiat primam, & secundam uxorem, absolvi potest per eos: sed si accipiat tertiam, vel quartam, & deinceps, non potest absolvi per eorum ecclesiam, quia dicunt, quod tale matrimonium fornicatio est: & talem habent pro pagano, ita quod nec in fine eum communiquant, nec educunt eum de domo sua ad sepeliendum per portam domus, sed frangunt parietem domus, & per foramen parietis educunt corpus ejus: nec missam celebrant, nec sepultura ecclesiastica eum sepeliunt, sed faciunt de eo sicut de pagano. Si tamen ille, qui recipit tertiam uxorem, dum vivit, eam dimittit sic, quod postea non revertatur ad eam, recipiunt eum ad penitentiam, & imponunt ei quindocim annos pro penitentia scilicet, quod in dictis annis non comedat carnes, pisces, & supradicta lacticia: & si dictam penitentiam perfecerit, & postea moriatur, faciunt de eo sicut de Christiano alio in vita & in morte.

L. Item Armeni dicunt & tenent, quod si aliquis ante susceptionem ordinis sacri commisisset aliquod peccatum luxurie carnalis exterioris, quod ille habet confiteri confessori dictum peccatum: & deinde episcopus, qui ordines facit, interrogat dictum confessorem, si est ille dignus ordinari. Cui sacerdos respondet, quod non: & sic repellitur a suscipiendo ordine sacro. Si vero postquam ordinatus est, commisisset tale peccatum luxurie, oportet quod si absolvi velit, confiteatur confessori suo; & tunc ille confessor deponit eum ab executione ordinis: & si postea exequatur actus dicti ordinis, dictus confessor dicit hoc episcopo etiam in præsentia aliorum, & cum qua vel quo peccavit revelat. Mulieres etiam, cum quibus tales peccaverunt, jactant se dicendo: Ego deposui talem sacerdotem: ex quo contingit apud Armenos, quod multi sunt, qui dicta peccata nolunt confiteri dum vivunt, ne repellantur a susceptione sacrorum ordinum: & si eos susceperint, ne postea deponantur ab ordinis executione.

LII. Item quod Armeni dicunt & tenent, quod ista peccata sunt irremissibilia, nec eorum ecclesia potest hæc peccata remittere, quia Christus non dedit ecclesie potestatem quod talia peccata remittat, scilicet si aliquis peccatum luxurie committat in ore bo-

Error circa remissionem peccatorum.

Circa trigaminitio & superstitio.

LXIII.

Corruptela in propalando confessionis sacramento.

Error negantium aliquam peccata remitti posse.

hominis vel mulieris, & si blasphematur Christianum, vel fidem Christianam aut crucem: & tales blasphemos non reputant Christianos, nec ecclesiastica sacramenta eis ministrant, dum vivunt: nec quando moriuntur, faciunt de eis sicut de Christianis: nec eorum filios recipiunt ad baptismum, nisi convertantur & poenitentiam agant.

LXIV. Sana doctrina de duabus in Christo naturis & unitate personarum insit piaculi.

LII. Item quod dicti Armeni dicunt & tenent, quod si aliquis semel commiserit peccatum adulterii, sodomie, bestialitatis, vel homicidii, aut apostasiam a fide, faciendo se Saracenum vel Judaeum & etiam si aliquis dicat, quod in Christo sunt duae naturae & una persona, potest absolvi per eorum ecclesiam; non tamen debet communicare nisi in fine vitae suae. Et si quis commiserit dicta peccata vel etiam alia plures, non potest absolvi per ecclesiam, nisi prima vice: et si postquam semel confessus fuerit & absolutus de aliquo peccato, de praedictis iterato committat dictum peccatum, prima absolutio non valet.

Sodomia ab eisdem haereticis non datur vitio.

LIII. Item quod dicti Armeni dicunt & tenent, quod si sacerdos habens uxorem cum ipsa committat sodomiam, non peccat nec si hoc consteatur deponitur: sed in hoc dimittitur conscientiae suae, quod consteatur vel non consteatur, si vult.

Corruptela in excommunicatione indigenda.

LIV. Item quod inter Armenos catholicorum & episcopi excommunicant Armenos sine omni culpa excommunicatorum, & nulla monitione praemissa, ut volunt. Et dicunt, quod excommunicati per eos non possunt absolvi de aliquo peccato nisi per catholicum vel episcopos, qui eos excommunicaverunt: si tamen vadant ad alium catholicum vel episcopos, alii catholici subiectos possunt absolvi per eos a dicta excommunicatione & peccatis suis. Dicunt etiam & tenent, quod excommunicatis non debent ecclesiastica sacramenta ministrari. Et si aliquis excommunicatus moriatur, amici ejus vadant vel mittunt ad illum, qui eum excommunicavit, & dant ei pecuniam vel alias res valentes pecuniam, prout conveniunt cum eo: & tunc excommunicans dat eis licentiam, quod ipsum sepeliant ecclesiastica sepultura. Qui faciunt pro eo illa, quae supra dicta sunt de animalibus; non tamen aliter absolvent illum ab excommunicatione.

Spretus ab eisdem censuratur.

LV. Item Armeni dicunt & tenent, quod excommunicationis sententia etiam iuste lata secundum Domini ordinationem, quia monitus non vult ecclesiae obedire, nec se de peccato, quod commisit emendare, non excidit a regno Dei, quia ita bene excommunicatus, sicut non excommunicatus vadit ad regnum Dei: sed fornicatio, adulterium, homicidium, & si sacerdos accipiat secundam uxorem, & si aliquis ex Armenis dicat esse in Christo duas naturas & duas voluntates & duas operationes & unam personam, ista excludunt a regno Dei, & non excommunicatio lata propter inobedien-

tiam ecclesiae; unde Armeni parum vel nihil reputant excommunicationem valere.

LXV.

LVI. Item quod Armeni dicunt & tenent, quod si aliquis fuisset baptizatus in ecclesia Armenorum, & postea lapsus fuisset in haeresim vel in apostasiam a fide, faciendo se Saracenum vel Judaeum, & deinde vellet reverti ad ecclesiam Armenorum, non rebaptizatur, sed solum cum chrismate inungitur, nec aliter absolvitur: imponitur tamen ei, quod vadat ad locum illum, in quo commisit apostasiam a fide, & ibi coram omnibus confiteatur peccatum suum, & abneget illam perfidiam, quam commisit. Si tamen aliquis fuisset baptizatus in ecclesia alicujus catholici Armenorum, & postea converteretur ad fidem Romanae ecclesiae vel Graecae, si postea vellet venire ad ecclesiam primam, in qua fuerat prius baptizatus, illa ecclesia sic baptizaret eum, ac si nunquam fuisset baptizatus, sed semper fuisset Saracenus vel paganus. Si vero aliquis fuisset primo baptizatus in ecclesia Romana vel Graeca, & postea vellet venire ad ecclesiam Armenorum, illa ecclesia, ad quam veniret, baptizaret eum, ac si nunquam baptizatus fuisset, sed semper fuisset paganus vel Saracenus. Et quia Armeni ideo dicunt, quod baptizati in ecclesia Romana vel Graeca, quando veniunt ad ecclesiam Armenorum, rebaptizari debent, quia ecclesia Romana & Graeca ex eo, quod dicunt duas naturas esse in Christo, fidem negaverunt; & ex eo, quia ponunt aquam in vino in sacrificio, non habent aquam baptismi, quia aqua, quae fluxit de latere Christi, non potest servire nisi sacramento baptismi; unde cum ponatur in sacrificio per dictas ecclesias, eadem ecclesiae non habent aquam baptismi, sine qua non potest fieri baptismus; ex eo etiam dictae ecclesiae non habent baptismum, quia non habent verum chrisma, sine quo verum baptisma non datur; & propter praedicta quia ecclesia Latina & Graeca non habent verum baptismum, sed solum ecclesia Armena dictum baptismum verum habet, quia contraria dictis ecclesiis tenent & habent; & ideo ecclesia Armena baptizat baptizatos in ecclesia Latina vel Graeca, quando veniunt ad eam.

Iteratus perperam baptismus.

Falso jactant apud se tantum valere baptismum.

LXVI. Modus conficiendi chrismatis apud Armenos.

LXVII. Item Armeni dicunt & tenent, quod verum chrisma sic conficitur, quod habent diversos flores aromaticos, & alios quos invenire possunt in die ramispalmarum, & illos decoquunt in vino, & deinde dictum vinum accipiunt & per quatuor dies ante diem coenae ponunt dictum vinum in oleo, & decoquunt insimul, & astunt tunc multi episcopi & sacerdotes, dicentes multas orationes, dum haec decoctio fit. Et deinde die coenae accipitur unus fiasco de dicto oleo, & in ipso fiasco ponit catholicum balsamum, & postea catholicus celebrat missam: & quando catholicon elevat Corpus Domini, unus episcopus qui astat ei, elevat dictum fa-

fascionem, & catholicon condicit orationes. Et deinde de dicto fiasco ponitur in diversis vasis, quae stant ibi iuxta altare, & sic verum chrisma conficitur solum per catholicum modo praedictum: & sine tali chrismate, non potest dari verus baptismus. Unde contigit apud eos, quod pueri portati ad baptismum, quia sacerdos non habet de dicto chrismate, vel illi, qui puerum portaverunt, nolunt tantum dare pro chrismate quantum sacerdos vellet, frequentem moriuntur sine chrismate: de quibus pueris dicunt Armeni, quod in die judicii baptizabuntur de sanguine, qui fluxit de latere Christi, quia, ut dicunt, quando Christus moriebatur in cruce, luna descendit & accepit sanguinem Christi, qui adhuc manet in luna; & ex hoc apparet aliqua nigredo in luna, quae prius non apparebat: in die autem judicii effluet dictus sanguis de luna, de quo baptizabuntur dicti parvuli, ut sic possint intrare in caelos.

Error sine chrismate baptismum non posse conferri.

Fictio de Christi sanguine in luna.

LXVIII. Item quod Armeni dicunt & tenent, quod ad hoc, quod sit baptismus verus, ista tria requiruntur, scilicet aqua, chrisma modo praedicto factum, & Eucharistia; ita quod, si aliquis baptizaret in aqua aliquem, dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen; & postea non inungeretur dicto chrismate, non esset baptismus. Si etiam non daretur ei Eucharistia sacramentum, baptizatus non esset. Et etiam apud eos non baptizantur pueri antequam habeant octo dies. Et species sacramenti Eucharistiae liquefiunt in aqua vel vino, & ponuntur in ore primum baptizati, & sic accipiunt Eucharistiam sacramentum & tunc dicuntur vere esse baptizati. Quae tria si non fierent, Armeni non reputant puerum vere baptizatum. Dicunt etiam, quod pueri non baptizantur in peccatorum remissionem, quia nullum peccatum habent; ad ultimum vero baptizantur in peccatorum remissionem, non quia in aqua baptizantur, sed quia dicto chrismate inunguntur & accipiunt Eucharistiam sacramentum.

Abusus in danda pueris baptizatis Eucharistia.

LXVII.

LXIX. Item quod Armeni diversimode baptizant, & quantum ad materiam, & quantum ad formam baptismi. Quantum ad materiam quidem, quia aliqui, licet pauci, baptizant in vino puro, alii vero in lacte, alii vero communiter in aqua. Quantum vero ad formam, nulla forma baptismi certa est apud eos, sed quilibet episcopus vel presbyter ordinat sibi formam, in qua baptizet, & modum baptizandi tenet quem vult. Aliqui enim ex eis, qui in aqua baptizant, non nominant, dum baptizant, tres personas divinas dicendo: Baptizetur iste in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; sed dum baptizatum in aqua lavant, dicunt evangelium ab illo loco: Venit Jesus a Galilaea in Jordanem ad Joannem; usque ad illum locum, & vox fa-

Varia ab impostoribus inducitur.

ta est dicens: Hic est Filius meus: Alii vero, dum baptizatum lavant, dicunt: Vox Domini super aquas: Deus majestatis intonuit: Dominus super aquas multas: Alii vero dum baptizatum lavant, dicunt antiphonam, scilicet: Dum erant Apostoli in coenaculo, repente venit sonitus de caelo tamquam spiritus vehementis cum magna voce & accendit eos in igne, sine ardore. Dicunt etiam aliam antiphonam: Repente descendit Spiritus Sanctus in similitudinem gloriae super Apostolos; & aliam etiam, quae talis est: Benedictio in excelsis Spiritus Sancti procedentis a Patre, per quem incubriati sunt Apostoli vino immortalis, & invitaverunt terram ad caelum. Illi vero, qui baptizant in vino, dum lavant illum, qui baptizatur, dicunt: Ego te lavo in vino, ut sis fortis & me patiaris frigus. Illorum vero, qui baptizant in lacte, non exprimitur aliqua forma. Alii vero, dum lavant baptizandos, dicunt quod ipsi vellet committere turpia cum matre pueri, qui baptizatur. Aliqui etiam ex Armenis, quando ponunt baptizandum in aqua, dicunt: Baptizetur talis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; & deinde, dum baptizandum lavant, dicunt iterum eadem verba: & deinde quando extrahunt de aqua, dicunt eadem verba; & deinde inungunt baptizandum cum chrismate in oculis, in auribus, in fronte, in naribus, in ore, in & sub axillis, in genu & sub genu, in pedibus, in soleis, dicendo certa verba & postea baptizatum communicant de sacrificio altaris. Et sic ut dicunt homines & plene est baptizatus, & aliter non.

Graecorum forma ab aliis quibus usurpata.

Armenorum praesulum perfidia.

LX. Item quod si aliquis Armenus baptizatus in aqua vel vino, aut lacte modis praedictis, etiam si, dum baptizatur in aqua, dicatur: Baptizetur iste in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti; transferat ad ecclesiam Latinam vel Graecam, & postea revertatur ad primam ecclesiam, ita rebaptizatur ac si paganus semper fuisset: si vero de ecclesia unius catholicon transferat ad ecclesiam alterius catholicon, ille catholicon, ad cujus ecclesiam vadit, facit eum negare fidem illius catholicon, qui eum baptizavit, & chrismavit cum modo praedictis, dicens quod chrisma alterius catholicon nihil valet nisi suum: non tamen rebaptizat eum, excepto catholicon Armeniae minoris, qui baptizator & chrismator in ecclesia catholicon majoris Armeniae, venientes ad ecclesiam minoris Armeniae, rebaptizat, & chrismat modo praedictis.

LXVIII.

LXI. Item Armeni dicunt, quod virtute sacramenti baptismi baptizatus efficitur membrum ecclesiae, & potest participare sacramentis, & efficitur Christianus; & post finale judicium, nisi aliud obstat, intrabit in regnum caelorum.

Originale peccatum negatum ab Armenis.

LXII. Item Armeni dicunt & tenent, quod licet in eorum ordinario antiquo di-

atur, quod per baptismum datur remissio peccatorum; ipsi tamen hoc sic exposuerunt, quod hoc veritatem non habet de pueris, qui in etate puerili baptizantur infra etatem duodecim annorum, quia tales reputant innocentes & sine peccato: quia ipsi Armeni pro maximo peccato habent peccatum luxuria, quod committere non possunt tales pueri: sed de illis qui baptizantur, postquam peccata luxuria commiserunt, dicunt quod tales baptizantur in remissionem peccatorum. Tenent etiam dicti Armeni, quod illi, qui non commiserunt peccatum luxuria, sunt virgines & innocentes, etiam si non baptizati decederent.

Sacramentum confirmationis apud eos obsole- tum.

Error circa mini- strum bap- tismi.

Et confir- mationem.

Item sa- cramentum extre- mæ unctio- nis.

Supersti- tio in of- ferendis anima- lium in sacrificiis.

LXIII. Item apud Armenos utriusque Armeniæ non datur sacramentum confirmationis, quia ut dicunt, illi qui eis fidem prædicaverunt a principio, tale sacramentum eis non dederunt: & quamvis Apostoli miserint Petrum & Joannem ad illos, qui baptizati fuerant in Samaria per Philippum, ut imponerent eis manus, & acciperent Spiritum Sanctum, quod ad sacramentum confirmationis pertinere videtur; dicunt tamen Armeni, quod illi, qui baptizati fuerant per Philippum, non acceperunt verum baptismum, quia Philippus solum erat diaconus & non presbyter vel episcopus, qui presbyter & episcopus solum possunt dare verum baptismum: & ideo missi fuerunt dicti duo Apostoli ad eos, ut verum baptismum & Spiritum Sanctum acciperent. Dicunt etiam dicti Armeni, quod eunuchus baptizatus a Philippo in tali baptismo non accepit Spiritum Sanctum: sed postquam Philippus arreptus fuit ab eo, Spiritus Sanctus venit super eunuchum.

LXIV. Item Catholicorum minoris Armeniæ dicit, quod sacramentum confirmationis nihil valet, & si valet aliquid, ipse dedit licentiam presbyteris suis, ut idem sacramentum conferant.

LXV. Item Armeni dicunt & tenent, quod illa inunctio cum chrismate facta in novem locis, de qua supradictum est, valet Christianis, dum vivunt pro omnibus inunctionibus, quæ fiunt per ecclesiam Latinam: unde apud eos non est sacramentum confirmationis, nec extrema unctio: nec quando consecrantur presbyteri vel episcopi, inunguntur eorum manus vel capita; sed quando episcopi vel presbyteri sunt mortui portantur ante altare, & ibi eorum capita & frontes ac manus dextræ inunguntur: & tunc populus venit & osculatur manum dextram prædictorum, & faciunt oblationes suas, ac si primam missam haberet celebrare; & postea adducuntur ad ostium ecclesiæ animalia munda cooperta pannis sericis, & modo supradicto occiduntur, & postea comeduntur.

LXVI. Item omnes Armeni communiter dicunt & tenent, quod per hæc verba posita in eorum canone missæ, quando dicuntur per sacerdotem: Accipit panem, & gra-

tias agens, fregit, dedit suis sanctis electis & recumbentibus discipulis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis & multis distribuitur in remissionem peccatorum. Similiter & calicem accipiens, benedixit & fregit, gratias egit, bibit, dedit suis electis sanctis & recumbentibus discipulis dicens: Accipite, bibite ex hoc omnes: Hic est Sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis & multis effunditur in remissionem peccatorum; non conficitur, nec ipsi conficere intendunt Corpus & Sanguinem Christi; sed solum dicunt dicta verba recitative, recitando scilicet quod Dominus fecit, quando sacramentum instituit. Et post dicta verba dicit sacerdos multas orationes positas in eorum canone, & post dictas orationes venit ad locum, ubi sic in eorum canone dicitur: Adoramus, supplicamus, & petimus a te benigne Deus, mitte in nobis & in hoc propositum donum coessentialem tibi Spiritum Sanctum, per quem panem benedictum Corpus veraciter efficias domini nostri & salvatoris Jesu Christi. Et dicta verba dicit sacerdos ter. Deinde dicit sacerdos super calicem & vinum benedictum: Sanguinem veraciter efficias domini nostri salvatoris Jesu Christi; & per hæc verba credunt, quod conficiatur Corpus Christi & Sanguis. Diversum etiam ritum habent dicti Armeni in celebrando missam, quia quidam eorum in altari ponunt duos calices, in quibus ponunt panem & vinum: & quidam ponunt solum unum, in quo ponunt vinum: & calices apud eos sunt vel terrei vel lignei. Et quidam celebrant missam in communibus vestibus, & quidam induuntur sacris vestibus: & quidam celebrant populo presente, & quidam excluso populo & clausis januis. Sacerdos celebrans solum intrat ecclesiam & exit, & penitus non ostendit populo corpus Domini: & adhuc in pluribus locis fit isto modo, quod celebrant sub janua clausa, quousque sacerdos dicit: Respicite; quando scilicet elevat sacramentum, ut populus videat, & tunc aperiuntur janua ecclesiæ.

Error circa conse- crationem Eu- charistiæ:

Varii a- bulus in celebran- da missa.

LXIX. Hæresis negati- vum Christi præsentiam in Eucharistia.

LXVII. Item quod Armeni non dicunt, quod post dicta verba consecrationis panis & vini sit facta transubstantiatio panis & vini in verum Corpus Christi & Sanguinem, quod natum fuit de Virgine Maria, & passum, & resurrexit; sed tenent, quod illud sacramentum sit exemplar vel similitudo aut figura veri Corporis & Sanguinis Domini: & hoc specialiter aliqui magistri Armenorum dixerunt, videlicet quod non erat ibi Corpus Christi verum & Sanguis, sed exemplar & similitudo ejus. Dicunt etiam, quod quando Christus sacramentum instituit, non transubstantiavit panem & vinum in corpus suum & sanguinem; sed solummodo instituit exemplar & similitudinem corporis & sanguinis sui: pro-

pter

pter quod ipsi sacramentum altaris non vocant corpus & sanguinem Domini, sed hostiam, vel sacrificium, vel communionem. Quidam etiam magister vocatus Narces habet in suis libris expressum, quod quando sacerdos dicit hæc verba: Hoc est Corpus meum; tunc est ibi corpus Christi mortuum: sed quando sacerdos dicit: Pex quem; ut propositum est, ibi est corpus Christi vivum: non tamen expressit si erat verum corpus Christi ibi, vel similitudo ejus. Et quod etiam Armeni illud, quod ponitur in eorum canone missæ: Per quem panis benedictus efficitur verum corpus Christi sic ly verum corpus Christi, exponunt, quia efficitur ibi vera similitudo & exemplar corporis & sanguinis Christi. Unde & Damascenus propter hoc reprehendens eos dixit, quod ducenti tunc anni erant, quod Armeni perdidissent omnia sacramenta; & quod illa sacramenta, quæ habebant, non erant eis tradita ab Apostolis vel ab ecclesia Græca vel Latina, sed ipsi, ut voluerant, sibi sacramenta confecerant.

Narces hæresiar- cha.

Hæresis circa sacerdotii potestatem.

LXVIII. Item Armeni dicunt & tenent, quod si presbyter vel episcopus ordinatus committat fornicationem etiam in secreto, perdit potestatem conficiendi & ministrandi omnia sacramenta, quæ pertinent ad episcopum vel presbyterum: & talia sacramenta per eos confecta nullam efficaciam vel virtutem habent. Si autem publicum sit, quod fornicati fuerunt, nullus Armenus sacramenta confecta per eos acciperet, quia credunt, quod talia sacramenta nullam virtutem vel efficaciam habent, eo quod tales fornicatores perdidissent potestatem sacramenta conficiendi & ministrandi: dicunt tamen, quod bonus laicus & fidelis Eucharistiam confectam per episcopum vel presbyterum habentem potestatem conficiendi sacramentum Eucharistiæ, eam aliis ministrare potest.

Effutiant Armeni fornicationem a potestatis gravitatem.

LXIX. Item dicti Armeni dicunt, quod si episcopus vel presbyter committat fornicationem, vel quancumque aliam speciem luxuriæ secreta, vel publice, perdit potestatem conficiendi & ministrandi sacramenta, quæ ad eum pertinent: si vero efficiatur hæreticus vel apostata a fide, ut si efficiatur Saracenus vel Judæus, vel committat quodcumque aliud crimen, ut homicidium, perjurium, & sic de aliis criminibus, dictam potestatem conficiendi & ministrandi sacramenta non perdit; sed sufficit quod de talibus peccatis poeniteat, sive dicta peccata commiserit publice sive occulte.

Negant sacramen- to Euch- vim conferendæ gratiæ.

LXX. Item Armeni non dicunt nec tenent, quod sacramentum Eucharistiæ digne susceptum operetur in suscipiente peccatorum remissionem, vel poenarum debitarum peccato relaxationem, vel quod per ipsum detur gratia Dei, vel ejus augmentum; sed solum dicunt, quod effectus sacramenti Eu-

charistiæ sunt isti, scilicet quod ille, qui recipit hoc sacramentum, Christus manet in eo, quia scilicet corpus Christi intrat in ejus corpus, & in ipsum convertitur, sicut & alia alimenta convertuntur in alimentato. Et quia Eucharistia manet in suscipiente, dicunt quod presbyter, qui accipit corpus Christi, non debet phlebotomari postea per triduum; & quia quidam presbyter contrarium fecit, exivit de phlebotomia sanguis & ignis. Dicunt etiam Armeni, quod effectus Eucharistiæ sunt, ut custodiatur accipiens a fulgure & grandine, & ab aliis aeris nocivis impressionibus, & ab infirmitatibus corporis, & talibus malis corporalibus suis, vel charorum suorum. Et idem dicunt quoad istas poenitentias corporales de sacramento poenitentia, quod scilicet homines per dictum sacramentum a talibus poenitentibus custodiantur.

LXXI. Item quod sexcenti duodecim anni sunt, quod concilium supradictum fuit celebratum per Armenos in civitate Manesguerdensi, & ibi patriarcha Surianorum catholicorum, episcopi, ac magistri Armenorum determinaverunt, quod in sacrificio altaris non deberet misceri aqua in vino: & nihilominus determinaverunt ibi, quod illi, qui miscerent aquam in vino in sacramento altaris, non habent veram baptismum, quia illa aqua, quæ fluxit de latere Christi in cruce, non potest servire nisi sacramento baptismi & ideo qui aquam ponunt in vino, perdidissent sacramentum baptismi. Determinaverunt etiam in dicto concilio, quod si aqua in sacrificio altaris poneretur, quod illud sacramentum nullum esset, quia Dominus post consecrationem sacramenti Eucharistiæ dixit: Non bibam de hoc genere vitis; & ita solum genimen vitis debet poni in sacrificio, & non aqua. In quo etiam concilio anathematizaverunt illos, qui ponebant vel ponerent aquam in dicto sacrificio: & in tantum hoc detestantur, quod si in aliqua Armenorum ecclesia celebratur missa, in qua misceatur aqua in vino, aliqua pars rebus ecclesiæ discooperitur, ut radius solis in ea intrare possit, per cuius introitum consecratio dictæ ecclesiæ tollitur, & postea antequam aliquis Armenus in dicta ecclesia missam celebret, oportet quod dicta ecclesia reconcilietur.

Manef- guetdence concilia- bulum.

In eo sac- ritium impie, ne aqua in sacrificio misceatur vino.

LXXII. Item Armeni antiqui dixerunt & tenuerunt, quod nullus non ordinatus in presbyterum, quantumcumque esset bonus vita, poterat conficere sacramentum Eucharistiæ: & quod illi, qui erant in presbyteros ordinati, si mala vita essent, non poterant dictum sacramentum conficere; sed boni presbyteri hoc facere poterant & non alii. Armeni vero moderni dicunt, quod boni & mali presbyteri, dummodo non dimiserint legem Armenorum, nec effecti fuerint de lege ecclesiæ Latine vel Græcæ,

Ob id La- tinos & Græcos execran- tur.

nec commiserint peccata, de quibus supra dictum est, possunt conficere dictum sacramentum. Sed illi presbyteri, qui dimiserunt legem Armenorum, vel facti sunt de lege ecclesie Græcæ vel Latine, quia eam dimittendo effecti sunt heretici, non possunt conficere dictum sacramentum.

Eorundem perfidia.

LXXIII. Item Armeni habent in quodam canone, quod si aliquis fuisset baptizatus in quibuscumque ecclesiis, quæ tenent, quod in Christo sunt duæ naturæ & una persona, & vellet a presbyteris Armenorum accipere Eucharistiæ sacramentum, idem sacramentum non daretur ei per dictos presbyteros, nisi prius abnegaret baptismum quod prius acceperat, & malediceret illos, qui dicunt duas naturas esse in Christo, & qui miscent aquam in vino in sacrificio quibus factis rebaptizant eum modo Armenorum, & tunc dant ei Eucharistiæ sacramentum per eos modo Armenorum consecratum: & quod presbyteri Armenorum, dum celebrant missam clausis januis ecclesie, secundum quod supra dictum est, maledicunt illos, qui dicunt, duas naturas esse in Christo, & qui miscent aquam in sacrificio, & qui aliquam reverentiam faciunt imaginibus Dei vel sanctorum.

Sublatæ sacræ imagines.

LXXIV. Item quod apud Armenos majoris Armeniae non sit imago Crucifixi, nec aliæ imagines tenentur sanctorum.

Negant propalandum fidei mysterium.

LXXV. Item quod quidam magister Armenorum, cum venisset ad quemdam locum ubi fiebat solemnitas, & sacerdos elevasset Eucharistiæ sacramentum, ut videretur a populo, dictus magister maledixit eidem sacerdoti dicens, quod mysterium fidei in secreto debebat teneri & non populo ostendi; & quod, ostendendo dictum sacramentum, sacerdos videatur dicere populo: Non timeatis, quia unum frustum panis est hoc sacramentum.

LXXVI. Item quod fuerunt Bononia tres Armeni, qui prius fuerant baptizati in forma Armenorum, & postea fuerunt baptizati in forma ecclesie Latine (nempe sub conditione, si baptismum non essent rite abluti, ut ex literis pontificiis constat) qui homines cum postea venissent apud Florentiam, dum Armeni interrogaverunt eos, an fuissent balneati, vocantes balneationem baptismum receptum in ecclesia Latina. Qui cum respondissent eis, quod sic, dixerunt eis, quod abnegarent dictam balneationem. Quod cum facere nollent, tantum verberaverunt eos, quod unus ex eis post paucos dies decessit: alios vero duos tamdiu in carcere detinuerunt, quousque dictam balneationem abnegarent, dicendo quod dictam balneationem reputabant, ac si unus canis mixisset super eos: & fuerunt per eos, ut creditur, rebaptizati secundum modum Armenorum; alioquin talibus non darent Eucharistiæ sacramentum etiam in fine quantumcumque peterent.

Latino-rum baptismum damnant.

LXXVII. Item cum quidam clerici & laici Armeni fuissent baptizati in forma eccle-

sie Latine, catholicorum minoris Armeniae eos fecit capi & debonestari, radendo totaliter eorum capita & medietatem barbae, & sciudendo vestes eorum, & postea in carcerem poni, & cogebat eos sacramentum baptismi, quod acceperant in forma ecclesie Romanae, abnegare: & quia facere noluerunt, diu fecit eos in carcere detineri.

Afficiunt contumeliis baptizatos.

LXXVIII. Item quod cum duo archiepiscopi, dubitantes an essent vere ordinati & baptizati per Armenos, venissent ad catholicum, qui nunc est minoris Armeniae, dictus catholicum vocavit prædictos archiepiscopos, & inibuit eis hoc primo, quod non celebrarent missam Latinam, sed Armenorum antiquam missam. Secundo præcepit eis, quod non servarent jejunia ecclesie Romanae, sed antiqua jejunia Armenorum. Tertio præcepit, quod non baptizarent alium, qui dubitaret de suo baptismo, & veniret ad eos, ad petendum verum baptismum; sed ut dicerent eis, quod baptismus Armenorum est melior, quam baptismus ecclesie Romanae. Quarto inibuit eis, ne facerent populum suum Armenum Latinum, quia dicebat ille dictus catholicum, quod melius erat quod populus suus sicut Armenus vadat ad infernum, quam si fierent Latini, & irent omnes ad paradysum. Quarto præcepit eis, quod non docerent pueros Armenos nec linguam, nec literam Latinam, quia quando addiscerent literam Latinam, amitterent linguam Armenorum. Et ad testimonium & confirmationem horum dictorum est hoc, quod in eodem anno supradictus catholicum consecravit sex episcopos Armenos, & accepit ab eis literam publicam, quod ipsi non darent pueros de partibus suis ad addiscendum literam Latinam, nec dimitterent aliquem prædicatorem Latinum, qui prædicaret veritatem Sanctæ Romanae ecclesie in diocesi & provincia sua. Item quemlibet episcopum, quem ipse consecrat, facit anathematizare illos Armenos, qui volunt fieri veri catholici & obediens ecclesie Romanae. Sexto inibuit eis, quod non prædicarent Papam Romanum caput esse ecclesie in orientalibus partibus: sed ipse se dicit & facit papam in partibus orientalibus a fine maris usque ad magnum Imperatorem Tartarorum. Et multa alia inconvenientia verba & errorem sapientia locutus fuit, & hec omnia inibuit eis dictus catholicum: & quia noluerunt ei obedire in prædictis, gravem persecutionem contra eos fecit; propter quod unus ex eis post annum cum dimidio ivit ad Insulam Cypri, & ibi auditur, quod dictus catholicum consentiente Rege Armeniae, illos quos ipsi & alii alii Latini baptizaverant vel ordinaverant sub conditione in forma ecclesie Rom. capi fecit, & aliquos sacerdotes ex eis degradavit, & in duro carcere Regis posuit: alios vero incarceravit, & ad huc sunt carcerati, & eorum bona & pos-

Blasphemæ catholicorum voces.

Primum in oriente sibi arrogat.

sessio.

sessiones fuerunt confiscata & aliis vendita.

Communicantibus cum Latin. pernam irrogat.

LXXIX. Item quod presbyteri & episcopi Armenorum imponunt penitentiam illis Armenis, qui veniunt, ut baptizentur in ecclesia Græca vel Latina, per aliquos annos, ut scilicet jejurent modo Armenorum. Modus autem talis est, quod in dicto tempore, non debent comedere carnes, pisces, lac, caseum, vel ova: possunt tamen quoties volunt in die comedere. Illis vero Armenis, qui accipiunt Eucharistiæ sacramentum in ecclesia Græca vel Latina, imponunt penitentiam quinque annorum, ut scilicet jejurent per dictum tempus modo supradicto.

Superstitio circa dies celebrandæ missæ.

LXXX. Item quod apud Armenos in quadragesima, quam incipiunt dominica in quinquagesima, non celebratur missa in ecclesiis, nisi in die sabbati & dominica; nec dicitur aliis septimanis anni, in quibus Armeni jejunt. Magis autem celebrant missas in die sabbati quam in aliis diebus diebus temporibus, quia communiter omnia festa, quæ veniunt in septimana, celebrant in die sabbati, exceptis festis assumptionis B. Mariæ & exaltationis sanctæ Crucis, quæ festa celebrant in die dominica. Alio vero tempore anni communiter in ecclesiis non celebrant nisi dictis duobus in septimana, & tunc etiam ducunt animalia ad ostium ecclesie, & occidunt modis supradictis.

Animalium sacrificia apud Arm.

LXXXI. Item quod apud Armenos populus non communicat nisi in vigilia epiphaniae & in die; ita quod illi, qui jejunaverunt per septimanam ante dictam vigiliam, in dicta vigilia vel nocte sequenti communicant, & ibi anathematizant omnes illos, qui faciunt festum natiuitatis Domini xxv. die decembris. In sequenti vero die faciunt festum epiphaniae, & tunc illi de populo, qui volunt, communicant etiam illi, qui non jejunaverunt dictam septimanam: communicant etiam aliqui in die cana. & in sabbato sancto.

Quibus diebus communicent.

Confessio generalis tantum ab his usurpata.

LXXXII. Item quod quando aliqui communicare debent per sacerdotem, si confessio generalis, dicendo genera peccatorum non descendendo ad aliquod peccatum singulare: & postea populus reiterat dictam confessionem: in secreto tamen raro, vel nunquam aliquis Armenus confitetur sacerdoti sua peccata; & si confitetur, non dicit, quod hoc vel illud singulare peccatum commiserit, sed dicit, quod diabolus dictum peccatum fecit, vel quod ad suggestionem alterius hominis dictum peccatum fecit. Dimittunt autem peccata sua confiteri secreto & singulariter, quia sacerdotes eorum peccata revelarent, & multum graves penitentias eis imponerent: propter quod communiter Armeni non confitentur nisi in genere peccata sua. Facta autem dicta generalis confessione per populum, sacerdos dicit Ann. Eccl. Tom. XXXV.

Raro confitetur secrete & sigillatim.

vel: Ego dimitto vobis peccata vestra; vel: Deus dimittat vobis, & aliqui dicunt: Ego dimitto vobis peccata vestra in terra, & Deus dimittat vobis in celo. Dicti autem sacerdotes dicunt, quod nisi dictas penitentias compleverint, non debent communicare in vita presenti, neque ingredi entur in regnum Dei; & erunt exclusi a gratia & benedictione Dei. Et apud Armenos nullam certam formam habent presbyteri, & sacerdotes absolvendi subiectorum a peccatis suis. Item quod dicti Armeni dicunt & tenent, quod dicta generalis confessio sufficit ad remissionem peccatorum & absolutionem; nec oportet, quod secrete & in singulari aliquis confiteatur peccata sua sacerdoti: dicta etiam absolutio generalis valeat ad peccatorum absolutionem, etiam si contritio non præcesserit.

Formula absolutio nis apud eos incerta.

LXXXIII. Item Armeni infirmi graviter, quando dicitur eis, quod morti appropinquant, ipsi vel eorum amici petunt communionem, & eam faciunt portari: & quandoque contingit, quod quando multum debiles sunt, sacerdotes ponunt in ore eorum communionem: & quando sunt multum proximi morti, faciunt sacerdotes de communionem signum crucis super os eorum, & sic reportant communionem.

Tardius petunt ab his viaticum.

LXXXIV. Item Armeni dicunt & tenent, quod catholicum, episcopi, & presbyter Armenorum eandem & æqualem potestatem habent ligandi vel solvendi, quantum & qualem habuit Petrus Apostolus, cui a Domino dictum est: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis; nec quoad hoc minorem potestatem habent presbyteri Armenorum, quam eorum catholicum & episcopi.

De potestate solvendi & ligandi male sentiunt.

LXXXV. Item Armeni dicunt & tenent quod usque ad concilium Nicænum Romanus Pontifex non habuit potestatem majorem, quam alii patriarchæ: sed tunc de voluntate dicti concilii fuit ordinatum, quod dictus Romanus Pontifex haberet potestatem super alios patriarchas. Quam potestatem habuerunt Romani Pontifices usque ad concilium Chalcedonense: sed quia in dicto concilio, ad instantiam B. Leonis Papæ congregato, fuit determinatum, quod in Christo erant duæ naturæ & una persona, Romani Pontifices perdidit dictam potestatem, & omnes illi, qui dicto concilio consenserunt: & ex tunc illa plena potestas ligandi vel solvendi, quam Christus ecclesie in persona B. Petri apud solus Armenos remansit: & hoc etiam Armeni determinaverunt in supradicto concilio Mænesgurdensi, quod congregatum fuit ibi de mandato cujusdam Saraceni nepotis Mahometi.

Pontificis auctoritate petita a conc. Nicæno. garrunt.

Et valuisse tantum usque ad Chalcedonense.

* contulerat. Id definitum in concilio a nepote Mahometi congregato.

LXXXVI. Item Armeni dicunt & tenent, quod post concilium Chalcedonense Romanus Pontifex

Impie
adversus
Petri pri-
matum
voces.

Pontifex non habet plus de potestate super
subjectos suos, quam ille, qui præest Ne-
storianis super Nestorianos, vel ille qui præ-
est Græcis super Græcos. Dicunt etiam ul-
terius, quod Papa scit quod potest, & Ar-
meni sciunt quod possunt.

LXXXVII. Item quod Rex Armenorum
interrogavit catholicum minoris Armeniæ,
an si Papa excommunicaret eum, reputaret
se excommunicatum: qui respondit quod non,
quia Papa nihil habet facere de eo, nec i-
pse accepit aliquid a Papa. Rex tamen
dixit ei, quod si Papa mandaret ei, quod
dictum catholicum deponeret, ipse deponeret
eum.

LXXXVIII. Item catholicum Armenorum
hoc modo eliguntur, instituuntur, & con-
firmantur, & potestatem pertinentem ad
catholicum accipiunt, & deponuntur & al-
liter puniuntur: quia catholicum Columbar-
ium & catholicum Debaclamar vigentes e-
ligunt aliquem de gente ipsorum, quem vo-
lunt, & postea consecrant eum in catholi-
con; non tamen utitur hac potestate, quo
usque mortuus fuit ille catholicum, qui e-
um elegit. Postquam autem mortuus est di-
ctus catholicum primus, sequens catholicum
vadit ad Imperatorem Tartarorum, qui est
paganus, & ab ipso confirmatur in catho-
licon: & ut confirmetur per eum, exigitur
ab eo pecunia, quantum solvere potest. Qui
modus eligendi & confirmandi catholicum
introducitur fuit in ecclesia majoris Arme-
niæ per Saporem Regem Persarum pagani-
um, qui colebat ignem, & durat usque nunc.

Qua confirmatione facta per dictum Regem
idem Rex dat literas suas, quod episcopi
& subjecti ei obediant, quia est confirma-
tus per eum; & quod dent ei certas quan-
titates pecuniæ, & postea annuatim alias:
& omnes presbyteri dant ei ad minus va-
lorem unius floreni annuatim, & de quo-
libet factis Christianorum & subjectorum ha-
bet annuatim valorem ad minus sex gros-
sorum argenti: & dictus catholicum dicto
Regi quolibet anno habet dare certam sum-
mam pecuniæ, quam si non daret vel ali-
ud crimen committeret, dictus Rex depo-
nit eum, & secundum quantitatem crimi-
nis, commissi per eum, punit eum etiam ad
mortem. Catholicum vero Armeniæ minoris
sic fit: quia mortuo catholicum, Rex Ar-
meniæ convocat episcopos, quos vult, & il-
li eligunt tres episcopos minoris Armeniæ
in catholicum, & presentant eos Regi; qui
Rex coram quolibet electorum prædictorum
stetit genua: & deinde ille de dictis ele-
ctis, qui plus de pecunia dederit Regi,
per Regem constituitur catholicum, & con-
firmatur per hoc, quod Rex imponit annu-
lum in dextera manus ejus. Et iste catho-
licum, qui nunc est, dedit pro confirmatione
sua dicto Regi quinquaginta millia grossor-
um vel valorem ipsorum, & quolibet an-
no dat ei viginti millia grossorum vel va-

Rex Arm.
de prima-
tu bene-
sentit.

Ritus in
eligendo
catholi-
con Ar-
meno-
rum.

Inductus
mos a Sa-
pore ido-
lolatra.
Confir-
matio ab
Rege pe-
titur.
Vestigil
eidem
penditur.

Ab eod.
Rege ex-
authora-
tur.

lorem. Dicitur autem Rex potest deponere
dictum catholicum & aliter punire, quando
vult, & apud Armenos catholicum episcopi
& presbyteri nullum ordinem alicui dant
nisi interveniente pecunia, nec chrisma, nec
aliquod aliud sacramentum; sed omnia ta-
lia sunt venialia apud eos.

LXXXIX. Item Imperator majoris Ar-
meniæ, quando confirmat dictos catholicum
dicit eis; Eatis & faciatis officium secun-
dum fidem vestram: & mandamus, quod
possitis benedicere & maledicere, & li-
gare & solvere secundum fidem vestram,
prout vobis videbitur: & volumus quod
Christiani, qui sunt sub vobis, obediant
vobis, & si obedire nollent, volumus quod
illi, qui præsentunt terræ, eos cogant vel
puniant; & de hoc dat ei privilegium.
Et eodem modo fit per Regem Armeniæ mi-
noris de catholicum minoris Armeniæ, & Rex
minoris Armeniæ eligit episcopos & pres-
byteros, accepta pecunia ab eis: & postea
illos electos in episcopos mittit ad catho-
licum, ut consecrentur per eum, & presby-
teros ad episcopos, ut ordinentur per eos:
qui etiam episcopi & presbyteri ordinantur
per catholicum & per episcopos pro pecunia.
Eo autem ipso, quod sunt consecrati vel
ordinati a Deo immediate post consecratio-
nem accipiunt potestatem ligandi & solven-
di consimilem illi, quam Christus dedit B.
Petro Apostolo: & tantam habent potesta-
tem presbyteri, sicut episcopi & catholicum.

XC. Item Armeni dicunt & tenent, quod
potestas illa, quam Christus dedit B. Pe-
tro, dicens ei; Quodcumque ligaveris
super terram, &c. Sunt solum data per-
sonæ Petri & pro ipso solo, ita quod hæc
potestas non transit ad aliquem ejus suc-
cessorem.

XCI. Item quod Armeni dicunt & te-
nent, quod generalis potestas super totam
ecclesiam Christi non fuit data B. Petro,
nec successoribus ejus a Christo: sed pote-
stas fuit eis data per concilium Nicænum;
quam tamen potestatem postea successores
Petri perdidit.

XCII. Item quod apud Armenos non sunt
nisi tres ordines, scilicet acolythatus, dia-
conatus, & presbyteratus: quos ordines
conferunt episcopi promissa vel accepta pec-
unia. Et eodem modo dicti ordines presby-
teratus & diaconatus confirmantur, scilicet
per manus impositionem, dicendo quadam
verba hoc solummodo mutata, quod in or-
dinatione diaconi exprimitur ordo diacona-
tus, & in ordinatione presbyteri ordo pres-
byteratus. Nullus autem episcopus apud
eos potest ordinare alium episcopum nisi solus
catholicum: qui catholicum tenet penes se
pontificale, ubi continetur modus consecran-
di episcopum. Dicitur autem catholicum nul-
lum in episcopum consecrat nisi data vel pro-
missa pecunia, secundum facultates conse-
crandi in episcopum, vel valorem episcopi-

Sacra-
menta
venalia
apud Ar-
menos.

Sacra-
mentum,
ordinis ad
regium
imper-
ium con-
feruntur.

Error cir-
ca prima-
tum
Pont.

Tres or-
dines tan-
tum ha-
bent.

Episcopa-
lis ordo a
solo
catho-
licum
confer-
tur.

Et in pro-
fana ve-
ste.

Conjuga-
ti apud
eos pro-
moventur
ad sacer-
dotium.

Deficiunt
in ritibus
conferen-
di ordinis.

Datum
presbyte-
ro, ut or-
dinet dia-
conos.

Catholi-
con creat
vel depo-
nit epi-
scopos
pro pecu-
nia.

patum. Et in majori Armenia consecrantes
episcopos, presbyteros, diaconos, vel acoly-
thos in communibus vestibus stant, dum præ-
dicta faciunt, & etiam ordinandi.

XCIII. Item quod quando aliquis est or-
dinatus in diaconum, episcopus dat ei li-
centiam, quod contrahat matrimonium cum
virgine: quo matrimonio contracto, mini-
strat in dicto ordine, & potest etiam stante
matrimonio promoveri in sacerdotem: sed si
existens diaconus accipiat secundam uxorem,
postea non promovetur ad sacerdo-
tium.

XCIV. Item in Armenia majori, quando
aliquis ordinatur in diaconum, non datur
ei liber evangeliorum, nec stola sub certa
forma verborum: nec, quando aliquis or-
dinatur in presbyterum, datur ei calix
cum vino & patena cum pane sub certa
forma verborum, quibus utitur Romana ec-
clesia, nec inunguntur ei manus: nec
quando aliquis ordinatur in episcopum, ponitur
liber evangeliorum in cervice, & in
spatulis ejus; nec caput nec manus ei in-
unguntur chrismate, ut fit in ecclesia Ro-
mana. Catholicum etiam majoris Armeniæ
soli consecrant episcopos, non assistentibus
eis aliis episcopis.

XCV. Item quod catholicum minoris Arme-
niæ dedit potestatem cuidam presbytero, ut
posset ordinare in diaconos quos vellet de
subjectis; cum tamen apud Armenos majoris
Armeniæ nullus possit ordinare aliquem
diaconum vel presbyterum nisi solus epi-
scopus.

XCVI. Item catholicum minoris Armeniæ,
quando vult consecrare episcopos, induit se
vestibus sacris; ipse tamen solus dictam
consecrationem facit: si & aliqui episcopi
sint ibi presentes propter honorem ejus, non
tamen cum eo consecrant episcopum, sed so-
lum assistunt in missa, quam celebrat ca-
tholicum, sicut Cardinales quando Papa ce-
lebrat: nec tenent librum pontificalem, nec
orationes dicunt, quæ dicuntur per epi-
scopos assistentes, in consecratione episco-
porum.

XCVII. Item quod catholicum Armeno-
rum conveniant cum episcopis eis subjectis,
qui non per successionem veniunt de certa quan-
titate pecuniæ annuatim et danda; quam si non
solvant, deponit eos, & consecrat alium epi-
scopum in loco ejus, & cum suis literis scri-
bit populo, quod ipse primus episcopum de-
posuit & alium constituit: ex quo contin-
git, quod frequenter propter talem causam
in uno episcopatu sunt tres vel quatuor e-
piscopi viventes simul. Episcopus etiam de-
positus per eum iterum restituit suis epi-
scopatibus, si bene solvant ei pecuniam, de
qua cum ipsis convenerunt. Illos vero epi-
scopos, qui veniant per successionem, quan-
do non solvant ei pecuniam, de qua cum
eo convenerunt dictus catholicum, eos excom-
municat, nec dat eis chrisma, quousque sol-
verint ei dictam pecuniam.

XCVIII. Item catholicum minoris Arme-
niæ tenet apud se ulnam brachii & manum
adhuc integram B. Gregorii, qui fuit ca-
tholicum, & fuit ordinatus episcopus more
ecclesiæ Græcæ: quam ulnam & manum di-
ctus catholicum ponit super caput & manus
illorum, quos ordinat in episcopos; & di-
cit, quod si dictæ manus impositio & bra-
chii non fieret super caput & manus illorum,
qui per eum ordinantur in episcopos, non es-
sent ordinati in episcopos, quia impositio
dicti brachii & manus faciunt consecratio-
nes episcoporum: & propter hoc ipse nul-
los episcopos ut episcopos recipit, qui ordi-
nati fuerunt per alios catholicum Armeniæ
majoris, quia nullus alius catholicum nisi
ipse dictum brachium & manum Gregorii
habet.

XCIX. Item quod episcopi Armeni ve-
nientes ad Italiam dicunt, se fuisse expulsos
episcopatus suis per Saracenos; cum ta-
men hoc verum non sit: & dicunt, se esse ar-
chiepiscopos, cum tamen in Armenia nullus
sit archiepiscopus, ad hoc ut possint pro pec-
unia vendere religiosi mendicantibus epi-
scopatus: & multis ex eis magnas pecunias
se exegerunt, & multos episcopos taliter fe-
cerunt, & in curia Romana etiam ordina-
verunt multos in presbyteros & diaconos sine
licentia diœcesanorum, in quorum diœcesi-
bus habitabant, & pro pecunia. Et perse-
cui sunt & persequuntur illos Armenos, qui
secundum ritum Romanæ ecclesiæ baptizan-
tur, & illos qui fidem Romanæ ecclesiæ te-
nent: & dicunt quod Romana ecclesia errat,
sed ipsi Armeni bonam, & rectam fidem te-
nent.

C. Item quod apud Armenos nulla est
certa forma verborum, exprimens consen-
sum matrimonialem inter virum & uxorem:
immo multi per parentes & amicos cogun-
tur venire ad ecclesiam, ut matrimonium
fiat inter eos: & quamvis unus vel ambo
dicant, quod nolunt inter se matrimonialiter
copulari, tamen matrimonium fit inter eos in
facie ecclesiæ.

CI. Item quod inter Armenos gradus con-
sanguinitatis & affinitatis, quod apud eos
pro eodem habetur, observantur usque ad
septimum gradum: si tamen aliqui, exi-
stentes in tertio gradu & infra, inter se
matrimonium contrahant, permittunt stare
in tali matrimonio, & non inquietantur super
hoc per episcopos.

CII. Item quod apud Armenos, si post
matrimonium contractum, etiam carnali co-
pula subsecuta & prole suscepta, viro non
placeat uxor, vel e converso, ille cui non
placet alter conjux, vel ambo, si sibi mu-
tuo non placeant, vadit vel vadunt ad e-
piscopum vel sacerdotem, & data pecunia,
& secundum quod inter se convenerunt, epi-
scopus seu sacerdos separat dictum matrimo-
nium, & dat licentiam alteri nubendi etiam
tum altero conjuge invito: & hoc fit mul-
totes apud Armenos.

Error cir-
ca mo-
dum con-
ferendi
ordinis
episc.

Armeni
episc. ad
Latinos
venientes
suspecti.

Sine con-
sensu
partium
celebrant
matrimo-
nia.

Ea per-
peram
dissol-
vunt.

Plures simul conjuges aliqui tenent.

CIII. Item quod apud Armenos multi sunt, qui habent multas uxores simul, quia viri habentes uxores in uno loco, cum propter mercantias vel alias transferuntur ad alia loca, accipiunt alias uxores in dictis locis, in quibus se transfulerunt. In locis etiam propriis manentes multi sunt, qui duas uxores viventes simul habent, quarum unam accipiunt post aliam, etiam in facie ecclesie talia matrimonia facientes. Spiritus etiam apud eos ita succedunt in hereditate, ac si legitimi essent; & promoventur sine alia dispensatione ad omnes ordines, & ad episcopatum, & etiam ad statum catholicum, sicut de facto est de nepote Zacharie, qui erat filius concubinae fratris dicti Zacharie, qui promotus est in episcopum post patrum suum.

Affirmant naturam humanam in deitatem conversam.

CIV. Item quod, quia Armeni dicunt, quod in ipsa unione natura humana in Christo conversa fuit in deitatem, dicti Armeni dicunt & credunt, quod Christus in judicio in forma divina apparebit & judicabit, & non in forma humana.

Errant circa beatitudinem iustorum.

CV. Item Armeni dicunt & tenent, quod post generale iudicium iusti & impii in eternum vivent, quia ex tunc non moriuntur: dicunt tamen, quod ex iustis hominibus aliqui ibunt in paradysum celestem post iudicium, & alii in paradysum terrestrem, & alii in terram istam, ut supra dictum est: in quibus locis nullam poenam sustinebunt. Dicunt tamen, quod vita eterna etiam in illis, qui ibunt ad paradysum celestem, non consistit in Dei visione faciali & fruitione, quia Dei essentia a nulla creatura unquam videbitur, sed solummodo claritas ejus.

Resurrecturis corporibus sexum negant.

CVI. Item quidam catholicorum Armenorum dixit & scripsit, quod in generali resurrectione omnes homines consurgent cum corporibus suis: sed tamen in corporibus eorum non erit sexuum discretio, quia si talis discretio sexuum esset inter eos, tunc viri ducerent uxores & mulieres nubere, cujus contrarium Dominus dicit: sed resurgent viri & mulieres cum corporibus suis in alia forma, in qua non erit sexuum discretio.

Comestio terra superfluitio- sa pro Eu- charistia.

CVII. Item Armeni tenent, quod si aliquis sit in periculo moriendi, & non habeat tempus recipiendi communionem, quod faciunt crucem cum manu in terra, & de qualibet brachio dictae crucis accipiunt modicum de terra & comedunt: & haec comestio terra habetur per eos pro communionem.

Immortalitas animae ab aliquibus negata.

CVIII. Item quod aliqui magni homines Armeni laici dixerunt, quod sicut bestia in morte expirat & sic moriuntur, ita & homines: & sicut bestia, cum semel mortua fuerunt, nunquam resurgunt; ita nec homines, postquam mortui fuerint, nunquam resurgent.

Heresum impunitas apud eos.

CIX. Item quod apud Armenos nullus puniatur de quocumque errore, quem tenent.

CX. Item quod apud Armenos sunt multi alii errores a praedictis, qui errores continentur in infrascriptis libris Armenorum quorum primus intitulatur, Tenophacer, id est contra festivitates, quas celebrant ecclesie Romana & Graeca. Secundus liber vocatur, Anadoarmat, id est radix fidei. Tertius liber vocatur, Joannis Mandogonenensis. Quartus liber vocatur, Joannis Offinensis. Quintus liber vocatur, Myascolutum, id est, unius locutionis. Sextus liber vocatur Michaelis patriarchae Antiocheni. Septimus liber vocatur, Pauli Taronensis. Octavus liber intitulatur, Octavensis. Nonus liber vocatur, Matthaeus. Decimus liber vocatur, Liber canonum Apostolorum, in quo continentur omnes errores Armenorum. Undecimus liber dicitur Sergniz. Duodecimus liber dicitur, Marochia, a nomine magistri, qui sic vocabatur: in quo libro exponuntur evangelia. Tertiusdecimus liber dicitur, Nanam, in quo exponitur evangelium Joannis. Quartusdecimus dicitur, Ignadius, in quo exponitur evangelium Lucae. Quintusdecimus vocatur Ganazan, id est liber virgarum. Sextusdecimus vocatur, Nanguig pataracum, in quo exponitur missa. Decimusseptimus vocatur, Textorquire, id est, liber epistolarum. Decimusoctavus dicitur, Aismanc, id est, martyrologium. Et quod sunt plures alii libri Armenorum, in quibus multi continentur errores.

Libri apud eos pestiferi.

CXI. Item Armeni dicunt, quod Christus non deposuit superflua natura, & ut dicunt causa est, quia corruptio talium superfluitatum est peccatorum generatio: & quia Christus peccata non fecit, ideo non est dominata sibi talis corruptio.

Circumcisionem negant in Christo.

CXII. Item dicunt, quod licet Christus fuerit circumcisus secundum legem; non tamen fuit ei amputatum praepitium, quia non licebat a desiccato corpore aliquid amputari: & maxime quia sic fuerat ordinatum quod primogeniti circumciderentur findendo pellem praepitii, & nihil amovendo, & Christus fuit primogenitus.

Blasphemiam divini verbi interpretatio.

CXIII. Item dicunt, quod Deus propter amorem hominis victus fuit, quia in suis comminationibus non fuit inventus verax, sed semipartialis: quia dixerat homini, quod moreretur si manducaret fructum vitium; & tamen non fuit totaliter mortuus post comestionem fructus, quia anima ejus nunquam fuit mortua. Iterum etiam nec in corpore fuit mortuus usque ad nongentesimum trigesimum annum. Item quia animalia omnia non rebellaverunt sibi, sed necessaria in ejus servitio remanserunt.

CXIV. Item dicunt, quod signum posuit Deus non occidendi Cain, & ita fuit ad literam, quia secundum eos nullus eum occidit: sed ipse de praecipitio se submisit. Ex quo innuit, scripturam genesis quoad haec esse falsam, quae videtur dicere quod Lamech interfecit Cain. CXV

CXV. Item quod cum duo episcopi graves persecutiones paterentur a catholicorum minoris Armeniae, de quorum persecutione facta est mentio supra, scripserunt supplicationem, quam miserunt Regi, supplicando ei, ut faceret cessare dictum catholicorum a persecutione supradicta: idem autem Rex respondit eis, quod ipsi erant in posse ejus, & non poterant exire de partibus ejus, & non poterant nec per terram, nisi irent ad dictam catholicorum, & ei reverentiam exhiberent, & reconciliarentur eidem, & subditi ei in omnibus essent, & de hoc darent publicam litteram, quam peteret dictus catholicorum ab eis: dicens quod ipse Rex constitutus est per Armenos, & non per Latinos, & quantum viveret debebat profide ecclesie Armenorum laborare, & catholicorum Armenorum honorare, quia caput ejus erat. Littera autem, quam petebat ab eis dictis catholicorum, hac continere habebat, quod sanctam ecclesiam Armenorum deberent honorare, & fidem ejus predicare, & ei ut catholicorum Armenorum obedire, & ipsam recognoscere solum caput eorum esse loco Dei: & quod nullum baptizarent, & christiana Armenorum honorarent, quia illud solum est verum christiana; & quod omnia, quae ipse doceret, de sancta ecclesia Armenorum & de regulis, tanquam mandata Dei honorarent.

Rex Ethiom ad Rom. Eccl. Armenos traduxit.

CXVI. Item quod cum Rex Armenorum vocatus Ethiom, ut Armeni unirentur ecclesie Romanae, congregasset omnes episcopos Armeniae & magistros, & catholicorum, ut disputarent cum legato missis eis per Romanam ecclesiam; & facta dicta disputatione cognovisset dictus Rex, quod veritatem tenebat sancta Romana ecclesia, & quod Armeni errantes erant a veritate; ex tunc Reges Armeniae Minoris tenuerunt fidem sanctae Romanae ecclesiae: sed episcopi, magistri, & principes Armenorum non fuerunt de hoc contenti. Et post recessum dicti legati quidam magister, vocatus Vartan, de Nigromonte composuit unum librum vocatum, de Risma, id est versus pedem, contra Papam & suum legatum, & contra ecclesiam Romanam: in quo vocavit Papam Romanum superbum Pharaonem cum suis subditis in mare haeresis submersos, & legatum ejus ambaxatorem Pharaonis fuisse reversum cum maxima verecundia: & dicit, quod ecclesia Romana erat multum decepta, quia natiuitatem & aquam a maledicto Arithomono recepit, & multas alias blasphemias scripsit in dicto libro, qui magnus est. Et multi ministri Armenorum, & episcopi ac presbyteri dictum librum honorant tanquam canones Apostolorum.

Vartan haereticus.

CXVII. Item quod Armeni non habent omnino veram fidem, quam tenet sancta Romana ecclesia, nec sacramenta; blasphemantque sanctam Romanam ecclesiam & Papam & Cardinales, dicentes eos esse haereticos: & quod catholicorum minoris Arme-

nia dixit, quod Papa & omnes Cardinales qualibet die plures, quam ipse haberet capillos in capite, faciunt homines occidere: Et licet praedicent, quod simonia non est committenda, ipsi tamen sine labe simoniae nullas gratias faciunt; & purissimi sanguini omnes in minori Armenia, praeter Regem & aliquos nobiles, qui tenent fidem Romanae ecclesiae.

purissimi sanguinis sunt.

Cum superiorum errorum catalogus pervenisset in Regis Leonis manus, tulit ille graviter regnum suum ea foeditate inquinatum, & Armenos ut haereticos apud sedem Apostolicam traduci: quare illius jussu Daniel monachus ad excusandos Armenos commentarium edidit, quem transmisit ad Benedictum, in quo eos errores ab invidis impositos conquestus est, re-
pertusque is liber est in Archivo Avinionensi legato Octavio Aquaviva Cardinale & Romam translatus. Caeterum non falso subornata erant haec crimina in Armenos, nec temere credita a Benedicto: factos enim Clementi VI. Armeniae Regis oratores plures errores in Armenia pullulasse, & Clementem studia sua, ut abolerentur, applicuisse visuri sumus. Quin, etiam commoti pontificiis monitis Armeni praesules, coacta solemnibus synodo, numeratos superius errores ecclesiastica execratione damnarunt; ac decreta insigni ad sedem Apostolicam legatione imperiis se pontificiis adhaerens professi sunt, ut e subjectis Clementis literis (a) pater: (a) Cle. Dudum venerabiles fratres nostri Consolator VI. l. 3. dictus catholicorum Armenorum, nec non archiepiscopi & episcopi, ac dilecti filii ab-
bates & ceteri clerici in Armenia constituti per nuncios & literas eorum nobis intimare curarunt, quod olim felicis recordationis Benedictus PP. XII. praedecessor noster, dum adhuc ageret in humanis, eos per literas suas apostolicas requisivit & monuit, ut errores aliquos fidei catholicae repugnantes, quos periculose nimium in partibus illis perceperat pullulasse, quosque praedecessor idem eis descripserat distincte, succiderent & congregata synodo condemnarent, illos de cordibus Armenorum aliorum, quos tanquam simpliciores maligni hostis facilius laqueo damnationis involverat, extirpando: quodque ipsi, praedictis literis praedecessoris ejusdem filiali devotione susceptis ac per eos synodo congregata, hujusmodi errores abjecerant & pro-
ut decuit, condemnarant; ulterius efferentes, quod si in libris eorum, quibus communiter utuntur, aliqua forsitan reperirentur erronea & fidei repugnantia supradicta, parati erant illa de libris ejusdem juxta mandatum ejusdem ecclesiae delere penitus, seque institutis apostolicis in omnibus conformare, Exhibuisse etiam se eundem catholicorum & alios Armenorum praesules ad jus pontificium religiose colendum; ac decreta-

LXX. Editus ad excusandos ab objectis Armenos commentarium.

Fassi sunt Armeni, graves apud eos errores pullulasse.

Coacta synodo damnati superiores errores.

(a) Ib. ep. 17. Error Armen. de visione Dei.

LXXI.

Monachi Græci fœda hæresi infecti.

(b) Apud Cantacuz. l. 2. c. 39.

(c) Leo Alla. de eccl. orient. & occid. consens. l. 2. c. 17.

Omphalopsychorum infamia & præstigia.

les & decreta apostolicis legatis tradita, ut ea ad Armenos deferrent, ex literis (a) ad Catholicon eundem datis constat. Nunc ad Græcos schismaticos, qui fœdissimum Armenorum errorem numero centesimum quintum de ficta quadam claritate corporea, eaque divina & increata, quæ beatorum objectum esset, hauserant, sermonem traducimus.

Divulsi Græci a Romanæ ecclesiæ, extra quam ut nec doctrinæ puritas, ita nec vera sanctitas constare potest, & conjunctione in eam infelicitatis abyssum sunt lapsi, ut qui ab hominum segregati commercio rerum cœlestium tractationi, ac sanctimoniam vitæ comparandæ vacare præferebant in monte Atho, in quo plurimi erant anachoretarum & monachorum greges ludibriis hostis humani generis expositi, dum fundendis precibus erant intenti, dormiebantve, dæmone in angelum lucis se transformante, ingenti splendore circumfunderentur; ex quo se magna suavitate delibutos sentiebant: id enim omnibus hæc pseudoreligiosis schismaticis contigisse Massalianorum, quibus dæmon simili modo illudere erat solitus, exemplo ex unius ipsorum, qui Barlaamum ejusmodi hominum explorantem instituta, instruendis verbis (b) apparet: Docuit, nempe montis Atho anchoreta, tum quo pacto paulatim proficientes solitarii, & tranquille precationibus intenti exultatione animi, & divina quadam inexplicabilique voluptate perfundantur, & oculis corporeis lumen se circumfulgens aspiciant. Non imposita fuit hæc a Barlaamo iis pseudomonachis calumnia, neque ut Cantacuzenus ad velandam suorum infamiam ait, unius idiotæ is lapsus fuit; sed magica illa infamia vulgo grassata est, ut constat ex Leone Allatio (c) viro Græco, & rerum Græcarum peritissimo, qui Omphalopsychos & hesycastas hujusmodi homines dictos ait; ac vel insanum vel diabolicum sectæ auctoris, nempe Simonis abbatis, præceptum Latinis verbis redditum adducit.

Omphalopsychi, inquit, dicti sunt a modo, quo preces Deo effundebant, non tam recens nato, sed multo ante a Simone Hesycastis scripto etiam tradito. Is in opere, quod de sobrietate & attentione scripsit, hæc præcipit: Attende ut facias, quod tibi dico. Clausis foribus, sedens in uno aliquo angulo seorsim, mentemque tuam abstrahas ab omni vanitate, re fragili, & caduca. Deinde mentum tuum pectori innexum inhaereat, moveasque sensibilem oculum cum tota mente tua in medio ventris, in umbilicum scilicet; quin etiam constringe attractionem spiritus navium, ut non facile spires: & inquire intus in visceribus, ut reperias locum cordis, ubi animi facultates morari solent. Et primum quidem in-

venies tenebras, & crassitudinem minimis cedentem. Ubi vero perseveris, ac dies noctesque in hoc opere consumpseris, o rem admirandam! percipies latitudinem, quæ nullo puncto temporis intermittit: quam primum enim mens locum cordis repererit, statim aspicit quæ nunquam sciebat; siquidem viso aere, qui inter spatium cordis extat, seipsa totam lucidam & discernendam præbet. Haud dubie dæmon misello abbati illudebat. Cæterum impiæ superstitionis iudicio apud patriarcham & cleorum Constantinopolitanum a Barlaamo appetiti, Hesycastæ Latine Quiescentes Gregorium Palamam tum monachum illi proposuere: quos quidem dæmonem actos præstigiis, non cœlesti aliqua luce dum dormiebant somniabantve, circumfulgere solitos, arguit. Adjecta falsitas, quoniam nempe lucem corpoream, increatam atque adeo ipsam divinitatem esse affirmant. Ac ne falsa schismaticis videamur affingere, eorumdem monachorum ex Cantacuzeno (d), qui ipsorum doctrinam penitus falsam, ne quid gravius dicam probat, verba referemus.

Posse, inquit, fieri ut oculis corporeis quispiam divinum & increatum lumen contempletur, perspicue demonstrare licere: evangelistam enim scribere, Dominum ante mortem suam principes discipulos assumpsisse, & cum ascendisset in montem Thabor, transfiguratum esse ante eos, resplenduisseque faciem ejus sicut solem; ejus fulgorem discipulis, non sustinentes intueri, in terram cecidisse. Si igitur illi & homines & adhuc imperfecti circumfulgens ipsos divinum & increatum lumen videre potuerunt, quid mirum, si & nunc sanctos superne a Deo collustratos dicamus lumen cernere? Et infra: Hæc Gregorius & socii Barlaamo per oratorem. Quibus verbis si pseudomonachi fallum dogma nimirum divinum & increatum lumen corporeis oculis cerni posse docuerunt. Tum id insigni alio errore confirmarunt, illam lucem, qua Christus in monte Thabor circumfusus coram Apostolis apparuit, quæ quidem creata erat, utque Joannis (e) Cyparissiotæ verbis utar, exemplum gloriæ & splendoris corporis post resurrectionem glorificati, symbolumque illius naturæ occultæ & inaspektabilis in eo latentis, & imago tenens futuræ gloriæ, & simulacrum regni celorum; divinam & increatam fuisse, atque adeo ipsam divinitatem, cum quidquid divinum & increatum est, ipsa sit divinitas; unde Barlaamo doctrinæ orthodoxæ peritio in subjectas voces erumpendi (quamvis Cantacuzenus ab hypocritis illis monachis circumventus Barlaamum traducere nitatur) iusta occasio non desuit.

Lucem in Thabor increatam audiens. O rem absurdam! exclamat: fumum enim fugientes, in ignem incidimus. Audi cælum, & au-

(d) Cantac. cod. cap. Hereticorum infama argumenta.

(e) Apud Pontan. in not. ad c. 39. l. 2. hist. Cantac. Quid fuerit Lux in monte Thabor visa.

Barlaami argumentum.

Synodus Constantinopolitana.

LXXII. Imperator in ea præsidere audeat.

(a) Niceph. Greg. l. 11.

& auribus percipere terra. Lux in Thabor increata? quid ergo illa aliud nisi Deus secundum vos? nihil enim increatum nisi Deus. Si autem lumen illud neque res condita neque Dei natura est, Deum enim nempe vidit unquam, quid reliquum, nisi vos duobus diis servire, uni quidem ornatum fabricatori, quem & inaspektabilem omnes confitemur: alteri vero ex sententia vestra sub aspectum cadenti, & increato luminis? Ego vero haud unquam, quidquid tandem sit a divina essentia diversum ac discrepans, increatum arbitror. Ex his sermonibus velut a carceribus effusus, contra Gregorium aliosque monachos multa verbo & scripto blateravit. Hoc verbo Barlaamum indigne carpit Cantacuzenus schismaticus; præter cætera etiam ditheiam, id est divinitatem duplicatam ipsi crimini dant. Verissima erat, & consentiens fidei divinitus nobis propositæ Barlaami sententia, qui Thessalonica profectus Joannem Græcorum patriarcham de monachorum montis Atho superstitione edocuit, ut refert Cantacuzenus: Joanni, inquit, per id tempus patriarchæ commentarios suos contra monachos tradidit, & synodum adversus eosdem congregari iussit, ut cum recedis dogmatibus pugnantia illos sentire ac docere, probaturus: in quos verbosus invehens de geminata deitate eos accusabat. Patriarchæ res visa minime negligenda; quare monachos Thessalonica per literas ad iudicium citat: illi causam dictari adfuit.

Congregata est in S. Sophiæ templo synodus, in qua non patriarcha, sed Imperator Andronicus ad ferendam de fidei controversiis sententiam præfuit. Quæ in re infelicem Græcorum ecclesiæ sub Imperatoribus schismaticis servitutem lugeas, & Imperatorum vesanam arrogantiam qui non agnito Christi in terris vicario Romano Pontifice, ecclesiæ capita se constitutere non perhorrescerent; atque ideo iusto divini Numinis iudicio imperiali solio deturbati ad lucidas impietatis poenas in Mahometanorum diram servitutem deciderunt. De his vero, quæ in ea synodo decreta sunt, discrepant auctores: Nicephorus enim Gregoras negat (a) agitata ea, quæ ad theologica mysteria spectabant: Ne, ut ait, Barlaamo rationes reddente, Palamas etiam blasphemæ & importunæ theologiæ reus esse videretur. Pressa etiam silentio ea, quæ contra diabolicas monachorum præstigias attulerat: Quæ, inquit, ad Massalianam hæresim, & quæ alia contra Palamam afferebantur pertinebant, in paucos dies dilata; id est nullatenus discussa. In quo etiam schismaticorum improbitas sese prodit, qui non permiserunt Barlaamo viro catholico impietatis & hæreses convincere pseudomonachos. Nec dici jure potest a Gregora compertum illum malevolentia & perti-

nacia & popularis gloriæ cupiditate, auctum; sed potius studio fidei, cuius splendore Græcos collustrare, eosque ad ecclesiæ catholicæ gremium, ut pollicitus erat Pontifici, adducere annitebatur: in quo labore annum jam tertium contrebatur. Discussa porro in iis coetibus tradit Gregoras nonnulla crimina, quæ Barlaamus in cujusdam precationis formulam usurpatam a monachis objecisse dicebatur, deque eadem precatione controversa meminit patriarcha (b) Constantinopolitanus schismaticus, qui addit Barlaamum non tantum quasi male de ea, sed etiam prave de lumine Thaborio sensit: damnatum, Nostis, inquit, omnes neque ignoratis maximum illum in ecclesiâ congressum, in quo stellæ instar præfulgens pietatis propugnator Imperator noster celebris ac beatæ memoriæ pater potentissimi & sancti mei Imperatoris, cum senatus principibus. Et primus quidem Barlaam, tanquam prava sentiens & eloquens tum de inaccessibili transfigurationis lumine, tum de oratione illa, Domine Jesu Christe Fili Dei miserere nostri, condemnatur: & sic secundum canones ad accusandum ineptus iudicatur. Ne scilicet, si loquendi libertas data esset, schismaticorum errores in luce collocaret. Confirmat autem Cantacuzenus (c) eam pseudosynodum tenuisse præside homine laico, lucem illam, qua Christus in monte Thabor coram Apostolis circumfusus effulserat, fuisse, ut Gregorius Palamas perperam effutiebatur, gloriam Dei principio carentem, & majestatem ejus, & lumen divinitatis, & deitatem, & naturam æternamque Dei lumen. At contra erroneam hujusmodi sententiam perspicua sunt Barlaami argumenta (d): Illud, inquit, quod oculis corporeis visum est, non est increatum. Lumen Thaborium corporeis oculis a discipulis visum est. Ergo non increatum est. II. Quiddam oculis corporeis visum est, creatum est; Lumen Thaborium oculis corporeis visum est. Ergo creatum est.

Cæterum Barlaamo impositam a Cantacuzeno calumniam putamus, dum illum assensisse pseudosynodum tradit (e): cum ad Latinos se traduxerit, postquam triennio Constantinopoli contra schismaticos decertasset, ab eo nimirum tempore, quo legationem pro instauranda ecclesiarum conjunctione obierat. Ornatus (f) vero est episcopatu Gyracensi, pluresque ad 40. Græcos fide orthodoxa informandos conscripsit commentarios. Insignis ille est, quo gravibus rationibus demonstrabat (g) Romanum Pontificem summum esse totius ecclesiæ hierarcham, nec propter (h) dogma processionis Spiritus Sancti a Patre & Filio tamquam ab uno principio, neque ob Eucharistiæ in azymo consecrationem, ab eo Græcos deficere debuisset;

(b) Ext. ejus decr. apud Leon. Allat. de consens. orient. & occid. cl. l. 2. c. 16.

(c) Cantac. l. 2. c. 40.

Confutatur Græcorum impietas. (d) Pontan. in not. ad Cantacuz. (e) Eod. c. 40. (f) Id. ib. LXXIII. Barlaamus; Græcos ad conjunctionem cum eccl. Rom. hortatur. (g) Niceph. Greg. hist. l. 11. (h) Ext. in MS. bibl. Vat. sign. 4068. pag. 2. & c. & apud Cantacuz. antiq. lect. to. 6. pag. 4.

tum etiam ejusdem primatum, petitis ex divina providentia, quæ omnia in unum principium redigit, argumentis astruebat his verbis.

Quatuor signis veteram ecclesiam notat.

Primum ex disciplina ecclesiastica in Latina splendore.

Ad amicos in Græcia constitutos de unione sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, &c.

Duabus existentibus partibus, una quæ sub ecclesiâ Romana constituta est, altera vero, quæ ab illa divisa est, quatuor maxima signa Dei beneplaciti in illis possunt videri, pene voce magna clamantia illi ecclesiæ Deum acquiescere: opposita vero illis æqualia numero divina permissionis & indignationis, & quasi ultionis evidentissima signa existentia in reliqua parte videntur. Et ut a minimo quatuor exordiar. Primum universa illa gens legibus, quibus etiam tenuissima accidentium hominum communitati distincta sunt, regitur & administratur. Nihil indeterminatum apud eos est, nihil inordinatum: sed qualiter oportet se gerere & dominantes inter se & cum suo principio & cum iis, qui tantummodo subditi sunt, atque commune principium, tum omnibus inferioribus in quolibet accidentium, & ipsos subditos inter se, & cum majoribus, & quid a quolibet exigendum est: quomodo delicta puniendâ sunt & benefacta præmianda, & quis horum examinationis modus. Hæc omnia, & quæcumque alia hominum inter se societatem & communitatem in pace maxime conservare valent, legibus apud singulos membratim instituta & custodita sunt: ex qua legum æquitate secundum Deum velle vivere, & evangelicâ servare mandata facilius a pluribus fit. Hic autem totum contrarium. Et ne singula dicam, lex est in singulis potentiorum licentia & voluntas: ut enim quilibet dominantium ad prudentiam se habet & bonitatem, ita & facta subditorum contingunt: ex quo quot adversa subsequuntur, non tantum rempublicam subvertunt, & civilem vitam lædentia, verum etiam evangelicam. Quid opus est apud scientes recitare? Unum quidem hoc tale est.

LXXIV. Secundum ex evangelii studio diligenti.

Secundum vero, & quod majus, quod in illis quidem evangelicâ doctrinâ ubique viget, currit, & multiplicatur, & omnibus divinus sermo prædicatur, non solum quod quamplurimi omnia secunda reputant erga sacræ scripturæ studium & meditationem & disciplinam; sed & quod ubique multitudinibus per civitates, villas, oppida, & in sacris templis, & ubicumque conveniuntur simul multi aggregati, & præsertim festivo diebus, qui sciunt divinâ eloquia, prædicant congruenter audientium habitui & loquela aperientes eis per totum annum & historiale & narrativum & sententiale & morale divinæ scripturæ, veteris pariter & novæ: & quis erat ante incarnationem Domini hominum status, quæ vero hujus sacramenta, & quid boni ex ea nobis effectum est, quæ præcepta, &

quæ consilia: & cum his sanctorum vitas in natalitiis, & si quid alterum ad pietatem & virtutem spectat, & ad nostram salutem; ita quod illorum illiterati marces & foeminae nihil minus ab his, qui in literis student, habent: certe in his, quæ in promptu sunt, & ad salutem necessaria nostræ religionis & fidei. Sed verbo studiosi in superfluis, non in necessariis, a reliquis differunt. Ex quo contingit, ut gens illa moribus, ut plurimum, sit simplex & aperta, veritatis amica, fraudis inimica, constans in suis iudiciis, stabilis in conventis inter se fidelis, non vertibilis & facile mutabilis; ad perjurium tardissima, & fide, quæ in Christum est, firmissima & ferventissima; & pro hac etiam ipsam vitam, si hoc opus fuerit, perdere paratissima. Hic autem quid? Studiosi quidem discendi nimis pauci sunt. Horum ad hoc pauciores, qui sacram scripturam pluris faciunt, plurimis paganorum scientiis libentius operam dantibus: turba vero illiterata omnis in communi proposito salutis sermonis doctrinâ in expertis remanet: quare pro uno, qui sciat substantialiora secundum nos pietatis, multa millia reperiri possunt, qui penitus ignorant Christianissimi virtutem; ex quo contingit, contrario more illis hanc gentem affectam esse.

LXXV. Tertium ex obedientia in summum Pontif.

Tertium autem post hæc nihilominus prædictis illud considero, quod cum divina providentia nihil eorum, quæ secundum beneplacitum illius in universo efficiuntur, inordinatum dimittat, omnique multitudo ordine per se careat, nisi reducantur ad unum principium: pluralitas enim principiorum, & carentia principii similis sunt inordinationis. Hujus quidem gentis universa multitudo sub uno est ordinata principio, ecclesiæ videlicet Romanæ & ejus præfule, quem omnes honorant & metunt, non tanquam armis & vi dominantem, nec tanquam humana lege vel generis successione, vel multitudinis rumore dominum sumunt; sed tanquam ab ipso domino Christo ordinatum, & in terris vices gerere ab eo constitutum. Itaque illius mandata cum omni reverentia omnes non tanquam apostolica tantum, verum etiam dominica scripta recipiunt & adorant; & nihil ita durum ab eo jubetur, ut non quiete parati sint ad implendum: & omnes ab illo corrigi sua & retractari suscipiunt, omniumque sacerdotum ab eo dependet: & ipse cum circa se synodo cum grandi autoritate & potestate, nulla prohibitu existente, corrigit omnia, retractat, confirmat, irritat, statuit, inhibet: mittit ad universas partes doctores visitaturos singulas provincias, & eos, qui in eis animabus præstant; & examinatos, quis modus illorum doctrinæ, quomodo sacra tractant mysteria, quomodo se gerunt cum grege Domini, quomodo secundum se vivunt, ut horum relatione sciant,

Et, & quod deficit ab illa sede supplicatur, & quod peccatur corrigatur. Et horum quodlibet facillime fit, nemo enim est, qui non propter ecclesiæ illi adversari periculum inferre animæ salutem. Ita quidem facta illorum, nempe Latinorum, ordinata sunt.

LXXVI. Ut in Græcia nullus sit inimicus antistes.

In altera vero parte non singularitas principii, sed pluralitas principiorum & carentia principii honorata est: quinque enim existentibus patriarchis Bulgarensi connumerato, & adhuc Triballensi archiepiscopo, sub quibus pene omnes hujus partis sunt nullus, horum sex vel de jure vel de facto talis est, ut reliquis quinque ipsum ut suum caput habere velint, & ab ipso & ejus synodo corrigi & retractari patiantur; & ad omnia ejus jussa ita obediunt, ut tanquam divinas voces illius recipiant mandata, & periculum salutis credant illum, resistendo, offendere. Et quid dico de aliis? Sed neque quicumque sub quolibet sunt horum sex, ita devote se habent ad suum caput, ut metu non corporalis damni, sed animæ perditionis, illius mandata velint implere. Pontificatus vero cujuslibet quomodo Bulgarensis dependat a principe illius gentis, & Triballensis similiter a suo principe: Antiocheni vero patriarchæ Armenorum Rex dominatur, Jerusalem autem & Alexandrini Aegyptiorum impiissimus princeps. Nullus enim horum pontificatus recepti non probante & decernente. & consentiente suo seculari principe; magis autem ut plurimum & omnibus, ad quos spectat electio, voluntate renuentibus, & cum principe discordantibus, necessarium est finaliter eum, quem vult princeps, pontificem effici. Itaque cum sit impossibile, longi temporis progressu pravâ consuetudine paulatim multa protrahente, non multa contingere, quæ desiderant generalem correctionem, generaliterque aliquid corrigi sine generali concilio difficillimum sit, hæc quidem pars posse communem aggregare synodum principiorum ejus partibus ad unum convenientibus, penitus amisit, cum non sit videlicet in ea caput tale, quod posset necessitate alios compellere convenire: Latinis vero neque hoc difficile est. De tertio quidem hæc dicta sunt.

De umbratili eorum auctoritate.

Et infelicitate servitutis.

Impotentia ad celebrandum concilium.

LXXVII. Quartum quædam ecclesiæ ejus amplificatio.

Venit autem ad quartum, quod & superbo considerans; cum enim Dominus noster Jesus Christus prædixisset afflictionem habituros suos fideles, & odium ab omnibus, & persecutionem passuros; Christianorumque genus ex tunc usque ad imperium Constantinianum magni affligebatur quidem ut plurimum & odio habebatur, & persecutionem patiebatur: sed, quod erat maximum miraculum, ipsi qui odio & persecutionibus affligebantur, de ipsis infirmitatibus & persequentibus & odientibus multiplicabantur, ipsi affligentibus continue sese ad afflictos convertentibus: nam etsi aliqui metu tormentorum recedebant a fide, sed tamen e converso multo plures ad fidem omnibus sententia, & quod peccatur corrigatur. Et horum quodlibet facillime fit, nemo enim est, qui non propter ecclesiæ illi adversari periculum inferre animæ salutem. Ita quidem facta illorum, nempe Latinorum, ordinata sunt.

tentis convertebantur. Præsentia vero quomodo & quam miserabilissime: ut enim antiquiora omittam, ex quo factæ unioni sub primo Palæologorum acquiescere hujus partis noluerunt, innumerabiles ex ea multitudines ad detestabilissimam Mahometicam sectam conversæ sunt, non solum his, qui teneræ ætatis erant, necessitate ad captivantium & eminentium superstitionem conversis, verum etiam perfectioris ætatis per animi molliorem fidem aspernatis: quamvis si affigeretur hæc gens, & non minueretur; vel si minueretur sed per mortem, & non ad impietatem se convertendo, posset utique hoc paternæ castigationis esse putari: tot vero multitudines permitti ita subito ad captivantium impietatem mutari, hoc non paternæ discipline, sed omnimodæ desertionis manifestissimum signum est. Facta vero Latinorum e contrario ex tunc non modicum creverunt, non solum quod Armeni, relictis paternis erroribus, illis se addiderunt, & alii orientalium gentium, qui per horum prædicationem similiter his semper consentiunt; sed & copiosissima in occidentem civitates Mahometicæ sectæ per Regem Hispaniæ captæ sunt; ex quibus non parvæ multitudines, fide in Christum suscepta, Latinis additæ sunt: & Græcorum adhuc non pauca millia ad illos adducta illorum fidem sponte receperunt, ut etiam & hi, quæ ad Persas conversi sunt.

De lapsu continuo Græcorum in extremam perniciem.

Defectione ad Mahomet.

De Latine ecclesiæ incremento.

Amplificatione apud Armenos & Persas.

Divina in eam providentia patrocini.

Conclusio Barlaami.

Hæc igitur ego in me ipso vertens animo, minime credere valeo, hos ab illis rationabili aliqua causa divisos esse, tamquam illis in aliqua hæresi & mala fide existentibus; si enim pars illa Christianorum, quæ concorditer ad constitutum Dei decreto ab initio totius ecclesiæ principium ordinata est, quæ legibus regitur, & evangelico sermone & multitudinis semper crescit, hæc quidem est in hæresi: quæ vero pars ab hac juste divisa est per omnia sana est, hæc neque legibus vivit, neque ad unum ordinata est, principium, & semper secundum multitudines ad alienissimam Dei gentem convertitur, & in ipsa prorsus, quantum ad illiteratos, evangelicus extinctus est sermo. Deservit ergo Deus omnimodè Christianissimum? Sed nullo pacto hoc fieri potest: verax enim est promissio dicentis, nobiscum fore usque ad consummationem sæculi, & portas inferni minime prævalituras adversus ecclesiam esse, & Petri fidem nunquam deficere: quod etiam de omnibus Petri successoribus in consequentibus temporibus intelligi dignum est dominica oratione; siquidem oportet credere magnum aliquid esse, quod ex ea effectum est. Ex his igitur & hujusmodi rationibus non possum estimare, quod Latinis in hæresi non existentibus, rationabiliter hi illorum deviant communionem, si enim hoc esset, justæ utique divinæ providentiæ existente, oportet prædicta quatuor vel principia.

cipaliora eorum e converso contingere: & cum caput totius ecclesie ab initio constitutum cecidisset, oporteret utique Dominum alterum caput suscitare sanae parti ecclesie ne sine capite & inusitatum & deordinatum & deforme magnum & mysticum Corpus Christi remaneret. Sed venio ad specialiora.

Hæc gens propter duo, ut ita dicatur, Latinos accusans, æstimat oportere ab eis se dividi. Unum & principalis quod ajunt Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere. Secundum quod per azymos panes sacratissimam celebrant hostiam. Ego autem, tempora examinans, video quod schisma quidem nondum quadringentorum est annorum: sub Basilio enim Macedone & Photino patriarchis, ut ajunt, incæpit, a quibus nondum prædictorum annorum numerus est completus. Ecclesia vero Romana ante inchoatum schisma pluribus quam septingentis annis per azyma consuebat sanctissimam tele-

LXXVIIII. Schismatis Græcorum causæ discutuntur.

Consecratio in azymo in primitiva ecclesia usurpata. Photio

Processio Spiritus Sancti a Patre & Filio a sanctis prædicata.

Si causæ eæ schismatis justæ sunt, debuerat longe antea schisma coepisse.

non caret omni ratione? Quamquam de Spiritu Sancto, si soli illius lingue patres hoc traderent, nolle credere, nondum tantum esset malum: nunc autem & Græcæ lingue patribus id ipsam prædicantibus, scilicet magno Basilio in antireticiis, S. Athanasio multis locis, S. Cyrillo, S. Gregorio* Nicæno, quomodo non absurdum est eos, qui eadem cum illis sapiunt, hæreticos reputare? Ego quippe, non habens hujus rei demonstrationem, & videns tantum exercitum patrum hoc sapientium, atque decreto Dei matrem ecclesiarum id ipsum determinantem, non tutum esse cognosco aliter sapere: quamquam si contrarii demonstratio haberetur, & res hujusmodi esset perceptiva neque sic oportet pie considerationi tantorum patrum ac sedis B. Petri sententiæ humanam demonstrationem antepone.

At vero de azymis, cum manifestum sit quod in sacra scriptura panis nominetur, sive fermentatus sit sive azymus; & quod sero illius sacra cœna prima, ut ajunt tres evangelistæ, azymorum erat, in qua non tantum comedi panem fermentatum a quoquam Judæo non licebat, sed neque omnino in domo Judæi inveniri; & quod duo discipuli missi sunt ad præparandum in cenaculo legale & assuetum pascha; & quod, ut ajunt evangeliorum expositores, omnibus quæ secundum legem erant consummatis, Salvator, pane accepto ecclesiæ tradidit sacramenta, qui panis intelligitur esse ex illo, qui tunc propter legale pascha præparatus erat in mensa; & divino Chrysostomo dicente in octogesima homilia super Matthæum, nihil contrarium legi sero illo Salvatore fecisse; & quod si esset panis ille fermentatus, manifeste utique hoc contrarium esset legi; ex his omnibus indubitanter concludi video, per panem azymum sua tradidisse Dominum mysteria. Quoniam rursus Apostoli, nobis tradentes mysteria, non distinxerunt sive fermentatum sive azymum, sed orientalis ecclesia continuo incæpit fermentatum, occidentalis vero azymum, eo quod gerit imaginem puritatis, sinceritatis, & veritatis: utraque ego quidem similiter adoro & colo: Latinos vero in tantum prudentiores æstimo, quod illi quidem minime hostiam de fermentato vituperant, sed similiter venerantur: horum autem multi non timent in sancta blasphemare.

Adhuc autem multi dicunt se scandalizari, quia multa contra Apostolorum canones & septem generalium conciliorum vident in Latinorum ecclesiis fieri. Me autem neque hoc scandalizare valet: quare? quia primum discurrens & ipse eosdem canones, & ad præsentia respiciens, multa invenio & in hac gente contrario modo, quam ut jubent canones facta, & plura & majora, quam illa quæ ajunt Latinos transgredi,

Non Latino modo sed sancti patres Græci processionem Spiritus Sancti docuerunt. Nyssena.

LXXIX. Ostenditur azymum panem esse.

Christo eo usum in conscientia Eucharistia.

Apostolos non distinxisse de azymo fermentato.

LXXX. An verum sit concilio- rum canones violari a Latinis. Resellitur ea calumnia.

ut non sint secundum hoc ipsi meliores illis. Deinde & hoc considero, quod omnium, quæ in canonibus comprehenduntur, aliis existentibus dogmaticis, & de quibus oportet credere, aliis vero in actione quæ agenda non distinguunt, & horum rursus aliis dependentibus a dominico & evangelico mandato, aliis vero non [quæ singula a studio sibi notata sunt] canonum vero de fide, & quorum est dominicum mandatum, nullam unquam ecclesiæ Romana mutavit, neque potest hoc ostendi; quos vero mutavit vel revocavit, hi sunt illorum canonum, qui neque de fide sunt, neque a dominico pendente mandato, hoc autem nullum est inconveniens, quæ enim ita se habent, etiam si sint per generale concilium determinata, sed rebus consequentibus temporibus cadentibus, & humanis dispositionibus mutatis, potest ecclesiæ ipsi gratia melioris mutare, ut multa talia reperiuntur etiam in, ipsi conciliis posterioribus multa priorum conciliorum decreta cum eodem spiritu vel omnino irritantibus, vel omnino ad melius convertentibus; sed quia illa, quæ hujusmodi sunt, propter velocem humanarum rerum mutationem frequentius contingunt, in quolibet vero non est possibile vel non est facile generale aggregare concilium, sed neque est quodlibet tanta difficultatis, ut generalis deliberatione indigeat, non oportet turbari; si mater ecclesiarum cum sola circa se synodo, quæ hujusmodi sunt, suis temporibus apostolica auctoritate corrigit & mutat, vel irritat: non enim & quod sit majoris auctoritatis, & magis possit generale concilium quam Apostolica sedes, generalia aggregantur concilia; sed quia incidentes quæstiones difficiles sunt, & majore indigeant discussione. Ex his igitur omnibus novissima mea conclusio est illa, quod ecclesiæ Romana est summe orthodoxa, & nullam unquam causam aliter dedit, ut rationabiliter ab ea dividatur; & quod qui ei sunt uniti & obedientes, & mandata Dei custodiunt, in statu salutis sine dubio sunt. Itaque & quicumque, spretis his, quibus placet in schismate perseverare, ad ipsam toto animo accedunt, hoc salubriter de se deliberare & agere puto. Hæc Barlaamus ad Græcos ad obsequium Romanæ ecclesiæ pellicendos scribebat, pluresque alias elucubrationes insignes edidit. Ejus vero æmulus Gregorius Palamas exinde insolentius exultare cœpit, ac nos vana credere hæreses, matrimonia iusta rescindere, virosque invitis uxoris cultu religioso inducere; tum ritus sacros profanare adeo, ut postea Græcis (x) damnandus fuerit.

Potest Pontifex generalis concilio fidei controversias dirimere.

Concluditur non datum a Rom. ecclesiæ causam consilii schismatis.

(a) Ext. de eo Greg. patriarch. decretum synod. a Paul. Leon. Allat. de consens. c. 1. 2. c. 16. LXXXI. Andronici mois.

neum statuere moliebatur, morbum contraxit. (b), ex quo paucis post diebus, ut tradidit Cantacuzenus, ad vesperam die mercurii xvii. k. il. quintiles anno quadragesimo nono supra octingentos & sex millia ab orbe condito indictione nona morbi sevitia confectus ex hac luce Imperator migravit. Oppressum vero, scribit Nicephorus Gregoras (c): Junii die, inquit, xy. ante solis ortum defunctus est anno sexies millesimo octingentesimo quadragesimo nono: omne vero tempus ætatis ejus ad annos circiter quadraginta quinque fuit, cum ante viginti urbem imperatricem belli jure occupasset. Reliquit Andronicus scepra Joanni Palæologo, quem tum novennem exstitisse refert Cantacuzenus (d). Cum vero Joannes sustinenda imperii majestati impar esset, Cantacuzeno publicæ rei administratio, quam patriarcha sibi debitam contendebat, commendata est. Aspirabat (e) ad id honoris fastigium Apocypsus imperatorii cubuculi præfectus atque ob affectatam tyrannidem Joannis Palæologi inunctionem imperialem in tempus longius, extraxit: a quo structarum sibi insidiarum occasione, Cantacuzenus, quamvis anathema (f) a Patriarcha rogatu Andronici iis, qui in Joannem Palæologum conjurarent, incussum esset, Didymothichi imperialia ornamenta corripuit (g); ita tamen, ut primum Annæ Augustæ, dein filio Imperatori, tertio ipsi Cantacuzeno & uxori Irene Imperatrici acclamaretur. Ut vero post nonnulla bella, quibus imperium, ut citius præcipitaret affligeret, illa imperialia insignia abjicere coactus sit, inferius dicitur. Interea accepto de correpta a Cantacuzeno tyrannide nuntio Constantinopoli, Jo. Palæologus Augustæ jussu a patriarcha Joanne imperiali diademate est redimitus (h), ac procères, qui celebritatem curaverant, aucti honoribus de patriarcha, qui ad altiore dignitatis apicem conscendere non poterat, hæc addit Cantacuzenus: Patriarcha, quia gradum permutare non poterat, habiit se augustiorem fecit, & in subscriptionibus colore ceruleo usus, flammeumque seu tegmen capitis, quod antea patriarchas, si de monachis non essent, album ferre mos erat, ipse auro illustravit, Servatoris nostri. & illibata ejus genitricis Deiparæ, ac Joannis Baptistæ depictis in eo iconibus. Exercuisse simultates patriarcham Constantinopolitanam cum Lazaro patriarcha Jerosolymitano refert idem author (i), cum in suspicionem proclivioris in Cantacuzenum studii adductus esset. Accesserat ille Constantinopolim vivo adhuc Andronico, ut ab illo confirmaretur. Qua in re tyrannidem ab Imperatoribus in patriarchas & præfules orientales exerceri solitam videas: & horum insignem vesaniam, qui Imperatoribus magis contra divina jura, quam Roma-

(b) Cantacuz. l. 2. c. 40.

(c) Greg. l. 11.

Joannes Palæol. sceptris succedit. (d) Cantacuz. l. 3. c. 2. (e) Eod. c. & seq.

(f) Cap. 9.

Cantacuzenus tyrannidem arripit. (g) Cap. 27.

(h) Cap. 36.

Mitra patriarchæ Constat.

(i) Lib. 4. c. 14. Græcorum Imp. patriarcharum creatio- nem sibi arrogant.

LXXXIII.
Polopon-
nefus ad
Græcos
deficit.
(a) Cap.
12.

(b) Cap.
12.

Catalana
societas
in eccl.
gremium
redire fla-
gitat.

(c) To. 7.
ep. sec. 14.

Solvuntur
centuris a
Bened.

LXXXIII.
(d) Nic.
Greg. I.
11. in fin.
Joann.
Comnen.
Basil.
Trapez.
Imp.

Veneno
necatus.
Irene a
pa. re An-
dron. con-
jugem ex-
petit.

manis Pontificibus in rebus sacris obnoxii esse mallet.

Defecisse paulo ante Latinos Peloponnesiacos a suo principe ad Imperatorem, refert Cantacuzenus (a) ea lege, ut in quibus præessent urbibus, dominatum retinerent; vectigalia vero publica principi pendii consueta, imperiali fisco inferrent: exceptos autem avide eorum legatos, atque auxilia iis promissa, cum Græci in spem venirent (b) adjuncta imperio Peloponneso, Catalanos, qui Atticam & Bœotiam incolabant, subactum iri. Catalanos porro, qui magnæ societatis nomine nuncupabantur, ad ecclesiæ, a qua censuris ob Gallici generis Latinos injuste oppressos armis, cum ad illa in Turcas vertenda in orientem trajecissent, defixi erant, gratiam redire meditato, atque Henrico patriarchæ Constantinopolitano catholico significasse, constat ex literis Benedicti, quibus eorum oratores ad redintegrandam cum ecclesia conjunctionem se auditurum, paternoque excepturum suum, patriarchæ respondit (c): *Te, inquit, pridem de Romana recedente curia, & ad tuam Nigropontensem ecclesiam accedente, cum per partes ducatus Athensarum tuum iter prosequendo transires, illorum, qui de magna societate se faciunt nominari, tibi expositum extitit reverenter, quod ipsi reconciliationem & reductionem suam ad gremium sanctæ matris ecclesiæ, ac nostram & apostolicæ sedis gratiam, devotionem, & obedientiam summis desideriis affectabant, quædam quæ pro defensione fidelium & fidei ac ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum partium illarum utilitate, non modica statuque pacifico conspicienda admodum utilia esse possent offerentes nihilominus, teque rogantes instantes, ut super hoc nobis scribere procurares. Sane quia nos, quibus desuper cura gregis dominici est commissa, non solum illos, sed quosvis oberrantes alios reduci cupimus ad ovile dominicum, extra quod non est alicui gratia, neque salus, si procuratores suos mandatis munitis sufficientibus ad sedem Apostolicam duxerint super iis destinandos, eos libenter & favorabiliter audiemus, &c. Dat. Avin. IV. id. februarii anno VII.*

Sub hæc tempora (d) antequam Andronicus moreretur, apud Trapezuntinos magna rerum conversio contigit: Joannes enim Comnenus Basilus Imperator ab uxore Irene, Andronici Imperatoris Constantinopolitani spuria filia, quam regia ob vesanos pellicis amores exegerat, veneno necatus est, ut tulit rumor, summaque rerum mox Ireni delata: quæ cum a patre Imperatore virum sibi ad Trapezuntinorum moderanda sceptrum mitti postularet, illeque Acarnanum expeditione districtus auxilia opportuna non submiserat, adducta in suspitionem prævæ cum

magno Trapezuntinorum domestico consuetudinis, criminis odio pulsa est. Hæc pluribus Gregoras.

Absolvimus hunc annum insigni Bonifacii VIII. diplomate, quod Benedictus ex prædecessoris regesto exscriptum hoc anno promulgavit (e), ut in judiciis usui esset. Præmittendum vero visum non est, cum toties a nobis ejus mentio facta fuerit, dictaque sæpius adversus Fraticellos, qui Liberato & Angelo Clarenno authoribus novam condere religiosam familiam moliti sunt, confirmet, & omnes fucos a nonnullis ad eorum gratiam compositos, penitus detergat: ex hoc siquidem constat Cælestinum V. a quo illi diploma apostolicum elicuerant, sanctissimis quidem moribus & cælestium rerum tractatione excelluisse; jurium vero peritia penitus destitutum, & ob purissimum vitæ candorem alichas fraudes suspectas non habuisse: inde ob ingenii facilitate postulata quævis, nullo discrimine habito, reque indiscussa admisisse, ac præcipue illa, quæ pietatis colore fucata erant, fovisse; ac multa monachis præter fas permisisse: tum monitum ea de re, ac religione permotum, cum pontificatu cederet, rogasse successorem, ut male a se concessa revocaret: Bonifacium vero primum ejus indulta præter morem curiæ Romanæ edita rescidisse: tum ut majori consilii maturitate discuterentur privilegia, quæ ab illo concessa fuerant, edixisse ut omnes sine dignitatis respectu illa afferrent, quo vel confirmarentur rescinderenturve. Et quidem parvè præfules principes: ac religiosi ordines, exceptis pseudominoritis, qui alieno ut exitus docuit spiritu ducti, obtinuisse contendebant a Cælestino, ut novam conderent familiam, quam pauperum eremitarum sancti Cælestini, sive fratrum de paupere vita appellasse feruntur: Ex quo patet eos, licet pia fuissent eorum exordia, propter contumaciam tamen a vera pietate defecisse; maxime cum Bonifacii diploma ut justè editum a successoribus Pontificibus Clemente V. Joanne XXII. & Benedicto XII. fuerit confirmatum.

Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Tenorem quarundam literarum felicitis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri in ipsis regestis repertum de verbo ad verbum præsentibus annotari fecimus, qui talis est.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Olim Cælestinus Papa V. antecessor noster devictus instantia & ambitione nimia plurimorum, ignarus eorum, quæ & juris debitum, & gravitas pastoralis, cui præsidebat, officii requirebant; seductus insuper atque deceptus per captiosam astutiam, & de-

LXXXIV.
(e) An. 7.
ep. com.
151. 152.
Bonifacianum
diploma
initauratum.

Ut Vir
sanctus
male ge-
sta revo-
cari vo-
luerit.

& deceptabilem aliquorum, fecit diversa, & concessit varia minus digne inordinata & insolita, quorum aliqua subitimus ex causa, sub cujus bulla nonnulla, ut fertur, præter ipsius conscientiam transferunt, que non indigne, quinimmo necessario limam Apostolicæ correctionis exposcunt. Quapropter antecessor ipse, suam insufficientiam ad portandum summi pontificii onera diligenter attendens, & defectum quinimmo periculum ex hoc pati universalem ecclesiam recognoscens, urgente conscientia coram collegio fratrum suorum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, papæ sui pure & absolute renunciavit, ejusque oneri & honori in ipsis sibi nihil omnino retinens vel reservans: & humiliter postulavit & voluit, ut quæ per ipsum improvide facta fuerant, futurus ejus successor provide revocaret: ac postquam summi ad apicem summi apostolatus assumpti, nobis dum adhuc essemus Neapoli preces fudit, ut revocare quæ ipse male fecerat, curaremus. Unde nos, attendentes pericula, scandala, & facturas, quæ ex talibus antecessoris nostri prædicti actibus provenerunt, vel possent in antea provenire; ac animum saluti providere volentes, omnes dispensationes super quavis pluralitate dignitatum, personatum, officiorum, præbendarum, seu beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura obtentorum vel obtinendorum; provisiones quoque & concessiones, ac commendas, de quibuscumque monasteriis, abbatibus, prioratibus, hospitalibus, ecclesiis regularibus vel secularibus, vel ordinibus; seu de redditibus & proventibus ecclesiasticis quibuscumque, aut pecuniarum summis percipiendis beneficii seu pensionis, subventionis, protectionis, oneris, debitorum, vel cujuscumque alterius revelandi seu quovis alio titulo, causa, vel nomine S. R. E. Cardinalibus, postquam fuerint ad Cardinalatum assumpti, vel alii, ac omnes pensiones & subventiones de pecuniis qualitercumque Cardinalibus vel aliis; nec non exemptiones, incorporationes, uniones, subjectiones, suppositiones, concessiones quorumcumque ordinum, monasteriorum, hospitalium, ecclesiarum, regularium vel secularium, cum cura vel sine cura, personarum, jurium, seu bonorum ad ipsa vel ipsorum aliquid pertinentium; liberationes a subjectionibus vel subjectionibus, seu censibus quibuscumque, & auctoritates, potestates seu facultates conferendi quæcumque personatus, dignitates, officia, præbendas, beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, & percipiendis proventus proximi anni vel alterius temporis quorumcumque personatum, dignitatum, officiorum, præbendarum, beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura certarum provinciarum, seu regnorum, & ecclesiarum, ac revocandi nonnullas literas gratiosas ab antecessore ipso concessas, inquirendi utrum

De rescri-
ptis Cæ-
lestini
subrepti-
tiis.

literæ ab eodem concessæ sicut de falsitate vel tacita veritate suspectæ facultatem, & infra, sub quibuscumque tenoribus, formis, & modis factis, indultas, commissas, concessas, vel datas in fratrum nostrorum presentia VI. kal. januarii, dum adhuc essemus Neapoli, auctoritate apostolica & de potestatis plenitudine revocavimus, cassavimus, irritavimus, & evacuavimus omnino. Et infra.

Verum quia prædicta per nos, ut præmittitur, facta Neapoli ante consecrationis nostræ solemniam sub bulla nostra posita non fuerunt, consecratione ipsa postmodum apud basilicam principis Apostolorum de Urbe solito more recepta, ea presentibus fecimus annotari, quibus plenam fidem in iudicio vel extra iudicium volumus adhiberi, ipsaque de fratrum prædictorum consilio ratificamus, confirmamus, facimus, approbamus, & etiam innovamus, & ea omnia a prædicto die, scilicet VI. kal. januarii, plenam effectum volumus obtinere: & quidquid ex tunc per quemcumque, seu quoscumque quavis auctoritate secus fuerit attentatum vel factum scienter, vel ignoranter, prorsus viribus vacuamus. Concedimus quoque, ut religiose, quæ monasticum nigrum vel canonicorum regularium habitum in suis monasteriis regularibus, canonicis, seu prioratibus deserebant, antequam ipsæ incorporata, unita, supposita, vel submissa essent ordini, monasteriis, sive locis regulæ vel observantiæ præfati antecessoris ante ejus assumptionem ad apicem apostolicæ dignitatis, priorem habitum libere reassumant, & in eo Dominum famulentur.

Ceterum ut sedes ipsa prædicti antecessoris actus reliquos lucidius possit discutere, & in melius reformare, ejusque errata corrigere, omnia supplere, ac in irritum revocanda deducere; omnia privilegia, literas gratiosas super quibuscumque gratis, vel gratiosis concessionibus de quibuscumque juribus, rebus, vel bonis, quæ quomodolibet processerunt, seu quæ obtenta fuerunt ab eo; nec non quæ ab antecessore ipso verbo seu literis facta, concessa, data, vel indulta fuerant quibuscumque ordinibus, collegiis, universitatibus, conventibus, locis, vel personis regularibus, secularibus, ecclesiasticis, vel mundanis [cujuscumque fuerint ordinis, conditionis, eminentiæ, dignitatis, aut status] quæ tenore præsentium, vel per alias nostras literas revocata non sunt, & penitus annullata; quantum ad omnem effectum eorum, de ipsorum fratrum consilio & assensu a data presentium suspendentes, volumus ac districte præcipimus, ut sequentes Romanam curiam infra unius, Italici vero infra quatuor mensium, & extra Italiam constituti infra unius anni spatium, a data computandum eadem [quod quidem tempus pro peremptorio termino assignamus] ipsa nostro & præfati se-

Ut ejus-
dem edi-
ta fue-
rint re-
scilla.

Ut con-
cessa reli-
giosis pri-
vilegia
convulsa.

Addita
conditio,
nisi prius
exposita
& in exa-
men ad-
ducta cor-
ram sede
Apost.

sedis conspectui representent, & ad nostram & ipsius sedis notitiam deducant, apostolicae discussionis examen iusto iudicio, faciente Domino, subitura; ipsaque quantum ad omnem effectum manere suspensa, quousque per sedem ipsam ex certa scientia fuerint approbata.

Alioquin ex nunc de eorundem fratrum nostrorum consilio vel assensu privilegia, literas, gratias, & alia supradicta, qua nostro & praefata sedis conspectui presentari, & ad nostram & praefata sedis notitiam, ut praemittitur, deduci mandamus; & quidquid ex eis vel ob ea factum extiterit, vel sequatur, apostolica auctoritate & de potestatis plenitudine cassamus, irritamus, evacuamus, cassas, irritas, & vacuas nuntiamus, ipsa omnino carere viribus decernentes; non obstantes, si ab eodem antecessore vel aliis Romanis Pontificibus quibuscumque ordinibus, collegiis, ecclesiis, vel personis cujuscumque conditionis, praesentibus, sive status aliquibus vel alicui eorum sub quacumque forma vel expressione verborum sit indultum quomodolibet vel concessum, quod praedicta forma concessa & commissi per antecessorem ipsum vel alios Romanos Pontifices, aut ejus vel eorum auctoritate nequeant revocari per litteras apostolicas, quae de indulto seu concessione hujusmodi, aut de ipsorum toto tenore, seu de verbo ad verbum de ordinum aut personarum nominibus plenam, deten-

Antecessorum indulta nulli futura praedidio.

minatam, & expressam non fecerint mentionem; seu quacumque indulgentia, vel concessione alia dictae sedis generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam effectus praesentium posset quomodolibet impediri. Si quid autem in praemissis, vel circa praemissa dubis vel ambiguitatis emergerit, declarationi & interpretationi dictae sedis plenarie reservamus, semel & pluries, quoties opus fuerit, & prout expediens viderit, faciendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae ratificationis, confirmationis, factionis, approbationis, innovationis, vacationis, concessionis, suspensionis, praecipii, assignationis, mandati, cassationis, irritationis, nunciationis, constitutionis, & reservationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Laterani vi. id. aprilis pontificatus nostri anno i. Decrevimus itaque tenorem eundem taliter amorum illam fidem, illamque vim ubique tam in iudicio quam extra iudicium posse facere & habere; illiusque firmitatis robur obtinere, quae originales litterae ejusdem praedecessoris nostri exinde confectae, si exhiberentur facerent, haberent & etiam obtinerent. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. non. jul. anno vii.

I. (a) Gess. Ben. 12. apud Bofg. & autt. anno 1342. MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Bened. 12.

Extrema Benedicti gesta.

(a) An. 8. ep. cur. & post. cand. ep.

Ingenti bonorum omnium dolore & vis creptus est Benedictus XII. Servatoris anno (a) millesimo trecentesimo quadragesimo secundo indictione decima; cum annos septem, menses quatuor, dies sex summa cum pietatis laude pontificatum gessisset: creatus enim est; ut vidimus XIII. kal. januarii, finem vero vitae fecit VII. kal. maji, quemadmodum plerique scriptores testantur [1]. De quo nonnulla digna memoria afferenda operae pretium arbitror, quae extremo Pontificatu gessit. Iisdem igitur prorsus piis studiis restauranda in ordine ecclesiastico primae morum sanctitatis pontificatum absolvit, quibus illum fuerat auspicatus: cum enim in Castella obsoletores sacerdotum mores Lulliae sordibus nondum terti essent, quamvis jam ad id apostolicam operam contulisset, Toleranum, Bracharensem, Compostellanum, & Hispalensem archiepiscopos, eorumque suffraganeos, obnoxios sibi clericos ex impudicitiae cerno encyclicis hinc literis (b) justis excitare, disciplinae ecclesiasticae severitate objecta.

An. Eccl. Tom. XXV.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Hispalensi ejusque suffraganeis salutem, &c.

Decet praelatos quoslibet, qui ad regendum alios in partem sollicitudinis sunt assumpti, sic per splendorem vitae ac doctrinam bonorum operum relucere, ut eorum subditi exempla salubria imitantes, ipsorum non solum culpas & excessus proprios corrigant, verum etiam ad operanda similia solertius animentur. Sane ad audientiam nostram, quod non sine gravi mentis turbatione referimus, fide digna relatione pervenit, quod nonnulli ex vobis, fratres suffraganei, nec non presbyteri, clerici, ac personae ecclesiasticae vestrum omnium subditi, divini timoris obliti, pariter & amoris, ac fama sua prodigi, & honoris etiam inimici, vitam eorum maculare publice incontinentia vitio non verentur: ex quo fit, quod illi ex vobis, quos propria culpa damnat, presbyteros & clericos eorum subditos, hujusmodi vitio laborantes, punire non audent; immo malefacta coguntur in animarum suarum periculum palliare: propter quae praelatorum & subditorum praefato-

Collapsos Castellani cleri mores redarguit.

NOTAE [1] Hoc anno, mense, & die ab Annalista signatis, vitae mortalis cursum absolvit Benedictus XII. quem probam ac virtutis eximie virum insignem probat tum unus Scrip-torum omnium consensus, cum etiam sanctimoniae documentum illustre, miracula videlicet, quibus post obitum claruisse affirmat Scriptor Anonymus vitae ejus, quae primo loco apud Baluzium in vit. papar. Avenion. recitatur. Ad Scriptorum vero testimonia, quod attinet, unum aliquod afferam, quod pro multis valet apud me, cum auctoritas sit, qui satyrica quaedam vaticinia in Pontifices Romanos saeculi XIII. & XIV. obtulit: Ita vero de Benedicto: *Amator Crucifixi, cultor pacis, altus ingenio... In tribulatione se defende cum Cruce*. Lucubrationem hanc vulgavit Eccardus, in corpore Histor. med. aevi to. II. col. 1847. Male apud quosdam habuit, quod in ecclesiasticis beneficiis conferendis morosior fuerit, idque ab eo augendi ararii gratia praestitum criminabatur. Sed alia plane sanctissimo pontifici mens fuit; cum enim beneficia Ecclesiastica nisi dignissimis conferre duceret religioni, haec plures abiecit, raris admittit: *Timens*, scribit Theodoricus Niemius, *ne conferret indignis*. Id vero eo quo diximus, consilio ab eo praestitum inde discimus, quod si forte merita viri alicujus nosset, illi actutum, ne cogitanti quidem, nedum petenti, *absque ipsorum scientia, & procuratore praelaturae vacantes in curia providebat*, ait Author quinta ejus vitae Baluzianus. Pecuniam vero, quam ex diuturna beneficiorum vacatione plurimam collegit, in publicum Ecclesiae ararium religiose adeo contulit, ut ejus successor ingentem pecuniae vim in egenos & cardinales profundere absque ararii detrimento potuerit, testante, qui tunc in Germania Chronicon suum scribebat, Joanne Vitodurano Minorita. Quibus ita se habentibus nullam fidem merentur ea quae idem Joannes Vitoduranus ex incerto rumore, ut fertur, scribit, pontificem scilicet agrotantem adisse quendam *de conversis* ordinis sui (Cisterciensis) eique denunciaffe: *Pater sancte, nisi vitam emendes, in brevi morieris*; quod cum gravius exciperet pontifex, actutum jussisse in carcere illum recludi, donec vaticinii veritas ex eventu probaretur. Fabellam hanc, vel ab otiosis vulgatam nimis credulis auribus bonus ille Minorita excepit, vel si forte veritati quidem congruebat, ejus author Cisterciensis monachus, cum in Pontificem ob tentatam ejus ordinis reformationem esset iniquior, suo potius instinctu, quam Dei affatu vaticinatus fuit. Neque enim eximius sanctimonja vir, tam aspera admonitione ad vitae reformationem incitandus erat.

Vacantem Benedicti obitu sedem occupavit Clemens VI. cujus electionis & coronationis diem certam recte notat Annalista. Nec ejus exordia caruerunt invidia; teste enim Martino Minorita, qui sub eo pontifice scribebat, sceda multa ac prorsus indigna ab ejus obrectatoribus spargebantur, jactantibus implicari illum obscenis asporibus, ut filium nothum annorum XVI. quem nepotem suum ex sorore obtendebat, inter Cardinales adlegerit. Sed atrocem calumniam idem Chronista depellit, incredibilem id fore ratus de viro quem unanims cardinalium omnium sententia summo pontificatu dignum censuerit; cum praesertim egregia semper de scientia & probitate viri fama cum inter monachos meteret, & cum archiepiscopus, & cardinalis ageret in Ecclesia obtinuerit. Cardinalis vero de quo sycophanta illi, is fuit Guillelmus Judicis, quem author tertiae vitae Clementis Baluzianus, *nepotem ex sorore Domini Pape appellat*, & hoc anno diaconum card. S. Mariae in Cosmedin renunciatum scribit. MANUS

Queritur ex coob-solefcere dignitate ordinis ecclesiastici.

II.

Præfules excidentis vitii jubet incumbere.

Si defuerint officio, apostolicam severitatem intendent.

fatorum multiplicatur scelera & peccata, & subditis ipsis propter impunitatem hujusmodi præbetur materia laxandi habenas licentius ad prædicta facinora, & alia illicita committenda: & præter hæc ipsi prælati, presbyteri, & clerici a principibus & baronibus ipsarum partium propter divulgationem infamiae dicti vitii vilipenduntur & contemnuntur, ac ecclesie, quibus præsent, patiuntur in temporalibus non modica detrimenta.

Quia igitur hujusmodi debonestatis vitium, quod enormiter derogat honestati ecclesie sponsa Christi, in prælati præsertim & aliis personis ecclesiasticis tanto est abominabilius detestandum, quanto in eorum & totius cleri & clericali status majus opprobrium, infamiam, ac cunctorum fidelium gravius scandalum noscitur redundare, ac superiorum malefacta trahuntur ab inferioribus facilius damnabiliter in exemplum; & propterea cupientes, ut vos presbyteri & clerici vestri subditi ab hujusmodi sordibus paternis monitis sic effectualiter retrahamini, ut non expediat contra vos castigationis alterius medelam per sedis Apostolicæ providentiam adhiberi; fraternitati vestræ per apostolica scripta districte præcipimus & mandamus, quatenus tu, frater archiepiscopo, illos ex dictis suffraganeis autoritate apostolica monere & inducere studeas, ut illi ex eis, qui sunt vitio prædicto respersi, per correctionem voluntariam illud cohibere studeant in seipsis; & nihilominus vestrum singuli in suis civitate & diocesi vestros subditos publicos concubinarios, & alios in talibus delinquentes, sic, prout jura volunt, procuretis solerter corrigere & punire, quod ipsi subditi retrahantur ab hujusmodi vitio, & ad exercitium bonorum operum reducantur: vosque de inobedientia, negligentia, & defectu non possitis de cetero rationabiliter reprehendi; quinimo vos de vestra & vestrorum subditorum correctione debita, & obedientie promptitudine in præmissis commendare dignis in Domino laudibus valeamus.

Quod si forte vos suffraganei hujusmodi monitionibus & inductionibus apostolicis nolueritis, vel contempseritis obedire, volumus & tibi, frater archiepiscopo, præcipimus & mandamus, quatenus de culpa ipsorum suffraganeorum & inobedientia, si quas forsitan in istis committere eos contingat, simpliciter & de plano sine strepitu & figura judicii autoritate prædicta diligentius te informes, & quaecumque super iis inveneris, fideliter referre procure; ut tua super relatione instructi adversus culpam & inobedientiam culpabilium in præmissis possimus congruum remedium adhibere, contradicte per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compefcendo, non obstantibus

Gr. Dat. Avin. XII. kal. februarii an. VIII.

Religiosissimum in promovendis ad sacerdotia & dignitates viris scientia virtutibusque præstantissimis fuisse Benedictum, in hæreticis infectandis ardentissimum, in propinquis ad ecclesiasticos honores non evehendis modestissimum, contemptusque humanarum rerum insignem vitæ ejus anonimus author apud Bosquetum commendat historice his verbis (a): Hic summus Pontifex fuit maximus zelator fidei, ac in omni statu suo fervidus hæreticorum & rigidus persecutor. Fuit bonæ, immo & sanctæ intentionis in omnibus factis suis: & in cæteris, quantum in ipso fuit, dedit operam efficacem, ut in beneficiis, dignitatibus, & prælaturis, suo tempore vacantibus, ponerentur & præficerentur bonæ & honestæ personæ, providæque & discretæ, ac sufficientes in literatura ac maturæ in moribus, essentque ætatis proveccta juxta statum ac conditionem ac qualitatem beneficiorum, dignitatum, & prælaturarum, ad quæ vel quas essent assumendæ; & in hoc voluit, quod præferrentur meliores & sufficientiores, aliter ad quascumque personas aspectum specialiter non habendo: & in hoc multoties se decipi formidavit. Et in hoc antequam provideret de talibus sue dispositioni reservatis, inquirebat summa cum diligentia de meritis & sufficientia illorum, qui ad hoc sibi nominabantur: & cum eos non reperiebat juxta gustum suum bene idoneos & sufficientes, potius volebat, quod vacarent & remanerent in manibus suis, quam si aliter provideret: propter quod multa beneficia, dignitates, & prælatura quàmplures diutius in vacatione permanserunt; dicebat enim, quod melius & securius erat, quod vacarent, quam si haberent malos vel minus idoneos præfidentes.

Ipse enim de suis consanguineis vel propinquis exaltandis, vel promovendis nullatenus curavit: non enim invenitur, quod aliquem de suo genere ad quancumque prælaturam promoverit, nisi unum solum, quem præfecit ecclesie Arelatensi; qui tamen ad hoc alias erat bene dignus & sufficiens, & hoc etiam fecit quodammodo precibus & instantia Cardinalium devictis. De laicis vero nullum exaltavit, immo nec voluit quod statum suum, qui satis erat per prius infusus, propter ipsum immutarent: unicam enim neptem, quam habebat per plures magnates pro conjugio petitam, eis dare expresse negavit, dicens in vulgari suo, quod non decebat talem equum hanc habere sellam: sed demum ipsam nuptui tradidit filio unius mercatoris simplicis Tolosæ, dotem sibi secundum statum ejusdem mercatoris constituendo. Confirmat hæc Albertus Argentinenfis (b) qui tradit, illum aliquando porrectas ad consanguineorum gratiam ut promoverentur preces repetito Davidico oraculo refregisse: Si ve-

III.

In confereendis dignitatibus integerrimus.

(a) Gesta Ben. XII. apud Bosq.

IV.

Mire ab humanis affectibus divallus.

Propin- quos sua forte contentos esse jubet.

(b) Alb. Arg. in chron. anal. to. I. a.

(a) Annal. 10. xv. an. 1340. in. 1304. 35.

(b) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. in Ben. XII.

Bened. annu- merandus scriptori- bus eccl.

(c) Di- rect. in- quif. 2. p. in quæst. 17. com. 42.

(d) MS. bibl. Vat. sign. n. 4006. pag. 224. Insignia ejus ope- ra.

(e) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. in. Ben. XII.

V. Constan- ter rem- divinam promo- vet. Humana prudenter curat.

non fuerint dominati, tunc immaculatus ero. Hac in re, ut in pluribus aliis, non modo nominis, sed Christianarum etiam virtutum heredem se ostendit Benedicti XI. qui matrem magnifico cultu ad pompam ornatam agnoscere dissimulavit (a); humili & ignobili habitu redeuntem est amplexatus: vel etiam imitatorems Clementis IV. (ut antiquiorum Romanorum Pontificum exempla prætereamus) quem nullis opibus, quas ipse sperneri profitebatur, suos auxillis vidimus. Divulsum a nimio in parentes affectu consentit MS. Vaticanum his verbis (b): Hic fuit homo durus & constans; magnus magister in legibus & divinitate. Hic multum thesaurum ecclesie congregavit. Hic nihil dare voluit alicui de suo genere vel consanguineo. Ipse vero non timebat quemquam, quibus & justitia observaretur ubique per universum. Hic nimis bonos dilexit, & malos odio habuit.

Non minus vero doctrina, quam integritate emicuit: plurimæque reliquit illustria monumenta ob quæ inter scriptores ecclesiasticos annumerandus est. Ejus commentaria adversus Fraticellos, quæ parum accurate delibasse Aymericum observat Pegna (c), nondum vidimus: gravissima autem fuisse ex aliorum operum præstantia & gravitate conjicimus. Ingens enim ejus volumen MS. (d) evolvimus, in quo plures extant illius homiliæ de præcipuis Christi, Deipare, & sanctorum festivitatibus: tum commentarius complexens undecim quæstiones in Durandum: præterea liber amplissimus in sex tractatus dispersus de visione beatifica, & aliis controverfiis theologiciis, de quibus jam ante meminimus. De structurarum, vero operibus ab eo Avenione excitatis, hæc habet MS. Vaticanum (e): Item dictus Papa steri fecit totum magnum palatium, ubi ipse residentiam fecit Avinione cum turribus circumcirca, atque viridario bene fabricatis. An recte in eo de ecclesia meruerit, cum ita sedem Apostolicam constabilire velle Avinione alicui fortasse videri potuerit, non discepto. Certe ignorabat futurum nidum arcemque schismaticorum pseudopontificum. Insignia porro sunt memoraruque digna eogia, quæ in Benedictum ob pietatis in Deum studia anonimus vitæ ipsius author confert, & attexenda visa sunt.

Ipse insuper mente, verba, & opere totius inventus extitit ad ea, quæ Dei erant, posse tenus exequenda: non tamen propterea illa, quæ etiam mundiale regimen sibi commissum concernebant, neglexit; immo in ipsis bene & utiliter agendis & gubernandis debitam adhibuit diligentiam, provideque se gessit nihil de contingentibus omittere. Mundanam pompam & vanam gloriam in se & in suis omnino contempsit; Ann. Eccl. Tom. XXV.

sicque fuit re & nomine Benedictus inquam a Deo, & Benedictus hoc est bene nominatus & reputatus a mundo, cum fere omnes, saltem boni, qui in mundo erant, de ipso bene dicerent, & existimarent, & merito: nam, sine cujusquam præjudicio loquendo, omnes alios sui nominis, qui ipsum in statu papali præcesserunt, non reperitur quod ipsum in meritis excefferint; immo nec per ea, quæ de ipsis scribuntur attigerint: & si fas sit scribere, post martyres & alios, quos ecclesie veneratur & colit ut sanctos, inter meliores ipse unus fuit, & est merito reputandus. Qui plenus magnis meritis post multa virtutosa, ac laude digna spiritum reddidit Salvatori anno Domini MCCCXLII. die xxv. mensis aprilis pontificatus sui anno vii. fuitque sepultus in ecclesia majore Avinioni, in qua adhuc jacet in capella pro ipso specialiter fabricata, etiam miraculis coruscando. In consignando mortis Benedicti & pontificatus tempore consentit MS. Vaticanum (f), cujus verba accuratissima adjungimus: Tandem, inquit, anno Domini MCCCXLII. in die S. Marci evangelistæ in Avinione in palatio, quod construi fecerat, ad Christum migravit: de cujus morte tota curia ac Christianitas condoluit. Et sic sedit ab electione annis septem, mensibus quatuor & diebus sex: a coronatione ejus sedit annis vii. mensibus tribus, diebus xvii. ac vacavit diebus undecim, sepultusque est in ecclesia cathedrali Avinione.

Defuncto Benedicto XII. Cardinalium suffragiis suffectus est Petrus Rogerius tit. SS. Nerei & Achillei presbyter Cardinallis, qui Clementis VI. nomen sibi indidit, de quo Germanus author Anonymus ejus temporis in MS. (g) de Romanis Pontificibus hæc habet: Clemens VI. natione Lemovicensis de Malmonte diocesis, prius dictus Petrus Rogerii monachus monasterii case Dei ordinis Sancti Benedicti Claromontensis diocesis, deinde Parisiis factus magister in theologia & post abbas Festanensis dicti ordinis, postea episcopus Arelatensis, deinde archiepiscopus Senonensis, & posthuc archiepiscopus Rothomagensis. Confirmant hoc Clementis literæ, quibus ad decorandam Rothomagensem ecclesiam vim auri plurimam contulit (h). Addit Author: Denique dominum Benedictum prædictum creatus presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei, & tandem, mortuo eodem domino Benedicto, electus in Papam vii. die maii anno Domini MCCCXLII. & die sancto pentecostes (quæ fuit duodecima) apud fratres Prædicatores Avinione coronatus est. His consentanea Clementis vitæ scriptor apud Bosquetum, Hocsemius (i), Rebdorfius, (j) S. Antoninus (k), & alii referunt; quibus MS. Vaticanum (l) adjungimus, in quo affertur insigne hoc illius

Meritis claret.

Ejus mors.

(f) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. in Ben. XII.

(g) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Clem. VI. Eius primordia.

(h) Fisca- nenfis.

(i) Tom. 4. ep. secr. 31.

(j) Hocsem l. 2. c. 37.

(k) Rebdorf. in anal.

(l) Ant. 3. p. iii. 21. c. 8. in

(m) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. in

(n) Clem. VI.

eologium: Hic fuit vir magnæ divinitatis scientiæ, atque fons fermocinationum. Hic largissimus fuit, atque in omnibus placidus & affabilis, nec non commensabilis. Hic sub MCCCXLII. fuit electus nonis maji Avinione ad locum Prædicatorum, coronatus XIV. kal. junii, seditque annis decem, mensibus sex, diebus viginti octo ab electione. At de tempore sedis rursus suo loco.

Prænuntiatur illi pontificatum fuisset, cum Lutetia ad monasterium suum rediret, atque a latronibus spoliatus fuisset, refert Massonus (a) ex Illidiani monasterii commentariis his verbis Donatus Lutetiæ Parisiorum doctoris theologi nomine & laurea, qui honor non exiguus illa ætate habebatur, Casum Dei ad monasterium suum redire cupit. In itinere cum apud Arvernorum jam esset non procul a Claromonte, ubi Arvernum municipium olim fuit, incidit in latrones, qui tunc in saltu Randanio (is cædunt est) viatores expectabant. Nudatus ab iis exutusque viatico & veste, præter lineum indutum, & vitam incolumem nihil habebat: nihilominus iter suum prosecutus. Turretum citissime pervenit. Id a Claromonte distat decem passuum millibus, estque modici redditus beneficium ecclesiasticum ab Illidii templo apud Claromontem dependens. Qui illi loco præerat Stephanus Aldebrandus miseratus spoliati monachi casum, vestem ei & necessaria vitæ dedit, benigneque habitus cum discederet; Equando, inquit, acceptum beneficium referre poterò? Tam Aldebrandus: Cum eris Romanus Pontifex, inquit: tunc par pari referes. Igitur multo post Clemens pontificatum adeptus, memorque veteris officii erga se, Aldebrandum pontificum fecit, posteaque archiepiscopatu an. l. l. 1. Tolosano exornavit, in quo munere is fuit usque ad annum millesimum trecentesimum sexagesimum tertium.

Redimitus pontificia corona circumdatus est (b) per Avinioneses vias a Joanne Normanniæ principe sceptri Gallici herede, stratorem agente: perfectaque ea pompa, encyclicas literas de Benedicti XII. obitu susceptisque ecclesiæ gubernaculis dedit ad Reges ac Reginas Philippum, (c) & Joannam (d) Francorum, Eduardum (e) ac Philippam (f) & Isabelam (g) matrem, Reginas Anglorum, Robertum (h) & Sanciam (i) Siciliæ, Alfonso (k) & Mariam (l) Castellæ ac Legionis, Philippum (m) Navarra, Ugonem (n) & Alexiam (o) Cypri, (p) Davidem & Joannam (q) Scotia, Casimirum Polonia (r), Joannem (s) Boemiæ, Carolum (t) & Elisabetham (u) Aragoniæ, Petrum (x) ac Mariam (y) Aragonum, Guidonem (z) & Constantiam (a) Armeniæ, Jacobum (b) & Constantiam (c) Ba-

learium, Alfonso (d) ac Beatricem (e) Lusitaniæ, aliosque plures principes (f) quos ad sceptrum pie moderanda, & conjungenda pro religionis splendore augendo regia studia excitavit. Conceptæ sunt hac verborum forma, quæ Francorum Regi inscriptæ.

Clemens, &c. Philippo Regi Franciæ illustri.

In præcelso throno ævoim culminis sapientia altitudo, sublimitas potentia, ac prudentia plenitudo consistunt, & qualiter dispositione superna detur esse rebus, mutantur & variantur creaturarum conditiones & status, aliæque gratiarum munera inefabili providentia dispensantur, humani non capiunt intellectus. Supernus namque conditor in omnipotentia sua mirabilis dicitur, & facta sunt: & quæ ipse voluit, sunt creata. Habens tanquam ille, qui cuncta palmo concludit, ad singula potestatem, quandoque facit fortem ex debili, & nunquam ponit humiles in sublimi, ac sacrosanctam ecclesiam catholicam, quam sibi charitatis inseparabili dulcedine copulavit, salubriter dirigit & gubernat. Si quidem felicitis recordationis Benedicto Papa XII. prædecessore nostro, sicut Domino placuit, ab hac luce substracto, venerabiles fratres nostri episcopi, presbyteri, diaconi S. R. E. Cardinales, de quorum numero turc eramus, pro futuri substitutione Romani Pontificis convenientes in unum, Sancti Spiritus, ut moris est, gratia invocata, quasi per inspirationem ipsius in nos, sicut divina clementia placuit, vota sua concorditer direxerunt, nos ad consendendam speculam apostolice culminis, & subeundam gravissimam totius orbis regiminis sarcinam eligentes. Verum cum ad tantæ dignitatis apicem obsuperemus assumi, eo quod impotentia nostra humeri ad tantum onus non sufficerent supportandum; tandem sperantes in illo, qui reddit suave jugum suum & onus leve illa portantibus, patienter ad ipsorum fratrum instantiam votis acquievimus eorundem, & colla nostra submissimus humiliter jugo apostolice servitutis: & subsequenter benedictionis & coronationis nostræ solemnia juxta morem, in personis felicitis memoria Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum hæcenus observatum, suscepimus ad gratiarum fontem, de cuius accipiunt plenitudine universi, Pastoris videlicet æterni clementia, in humilitatis spiritu recurrentes, ut ipse non juxta nostrorum meritorum exigentiam, sed secundum suam superabundantiam pietatis debilitati nostræ sic tribuat roboris fulcimentum, quod susceptum onus ad laudem sui nominis, ecclesiæ universali honorem & statum, salutem, & tranquillitatem fidelium, ipso cooperante deferre, ac in populis sollicitudini nostræ creditis quarumlibet dissensionem e-

Divina in forte hominum providentia.

De concordia Clementis electione.

Ut ad divinam opem per fugerit.

reinde amputata materia, ministrare bonum pacis, ad quæ nostra summa adspirat intentio, valeamus. Adicit quoque in hoc & aliis spei nostræ suffragium tui specialiter & aliorum catholicorum consideratio principum, quos speramus sic ab illo per quem Reges repugnant, & potentes in suis regiminibus exercent justitiam, dirigi quod ipsi per vias rectas non juvantibus, grex dominicus curiæ nostræ commissus committentis virtute præambula, ad æterna gaudia perducatur.

VIII. Pontificia ad Galium Regem hortatio.

IX. Missi a Clemente legati pro Gallis Angliisque conciliandis.

(a) Eod. an. l. 6. ep. com. 17. & reg. post eand. ep.

tis vitæ (b) author subiicit: Hic summus Pontifex satis cito post creationem suam optans, quod guerra jam a diu orta inter Reges Franciæ & Angliæ sedaretur, misit ad ipsos suos nuntios, legationis officio fungentes dominos Petrum de Pratis Prænestinum & Anibaldum Tusculanum episcopos Cardinales causa reformanda pacis inter eos. Optatior eo erat Francorum & Anglorum concordia, quo Babylonis, Syriæ, Ægyptique soldanus ex funesta eorum dissensione elatus superbia Armeniam contutiebatur; atque Africæ Reges superstitione Mahumetica impliciti vires omnes & conatus ad Hispanias suæ tyrannidi subjugandas effundebant, ut deplorat novus Pontifex in literis ad utrumque Cardinalem de commissa legatione datis (c), quibus præcipit, ut Reges, propositis oculis impendentibus rei Christianæ cladibus, ad pacem adducere studeant; & omnes, qui impedimento essent, quo minus concordia conciliaretur, intentatis censurarum ecclesiasticarum pœnis reprimerent; præstita fidei sacramenta ac fœdera de urgendo bello dissolverent, irritaque pronuntiarent.

Clemens, &c. venerabilibus fratribus Petro Prænestino S. R. E. vicecancellario, & Anibaldo Tusculano episcopis Apostolicæ sedis nuntiis salutem & apostolicam benedictionem.

Sane sicut evidentiâ facti notariat, hostis humani generis, pacis æmulus, & dissensionum ac guerrarum non solum amator, sed etiam suscitator, inter charissimos in Christo filios nostros Philippum Franciæ & Eduardum Angliæ Reges illustres, & nonnullos alios principes & magnates, valitiores, auxiliatores, & sequaces eorum ac adhaerentes eisdem, gravis dissensionis materiam adeo bellicosissis actibus, & hostilibus congressionibus terrestribus & maritimis dure commovit, quod ex hujusmodi periculosa discordia, diversis vicibus & temporibus eorum conflatis viribus in unum, hinc inde strages hominum, effusio sanguinis Christiani, qui de terra clamat in cælum, depopulationes & incendia locorum, ac ecclesiarum destructiones, rapinæ, spolia, facultatum lapsus, subditorum exilia & oppressiones innumera; & quod descendunt est potius, animarum pericula, & infinita enormia scelera hinc inde, pro dolor! sicut est toti mundo notorium, sunt secuta: &, quod pungit durius mentem nostram, Reges, valitiores, auxiliatores, sequaces, & adhaerentes prædicti ad resumendos guerrarum congressus, & turbines graviores jam se præparant & disponunt; quodque, nisi hujusmodi eorum proposito, ne deducatur in factum, celeriter occurratur, sperantur ex iis multo gravi-

(b) Gesta Clem. VI. apud Bosq. Qui eo munere perfuncti.

Quam esset necessaria rei Christianæ pax.

(c) An. l. 6. ep. cur. 1.

Propositæ belli clades.

X.

ra mala, scandala, pericula provenire [1]. Nos igitur, licet immeriti, Regis pacisci in terris vicarii constituti, ex injuncti nobis officii necessitate constringimur pro universo populo Christiano vias pacis assidue cogitare, instando supplicationibus, & orationibus insistendo, ut ei Dominus pacis tempora tranquilla concedat, & contra undosas tempestates pelagi hujus mundi, ne fidelium naviculam obruant, discipulorum ejus exemplo Jesum omnium salvatorem precibus assidue excitare, ut imperet discordiarum fluctibus, cessentque procellæ fluctuantium odiorum & discrimina guerrarum, ad id operatrices manus solite apponendo. Et licet cunctis Christianis, ac Christianarum singulis regionibus Deo & Apostolica sedi devotis, in iis nostræ diligentie studium debeatur, nosque ad ipsas libenter possibilitatis nostræ ministerium extendamus, tamen quanto præfatos Francie & Angliæ Reges, ac inclita ipsorum regna apostolici pectoris in singularitate præcipue dilectionis habemus, & præcordialius gerimus in visceribus charitativæ, circa prosperum statum eorum fervor vehementius nostræ mentis exuberat, & ad tranquillitatem eorum totis viribus procurandam, cum affectionis plenitudine singulariter cogitamus; propter guerras prædictas, que quotidie nimium invalescunt, animus noster dolet non immerito vehementer: & eo potius intima nostri cordis amarificant acerbis, & durioris punitionis aculeo affligunt, quo periculosas hujusmodi discordiarum, & guerrarum circumstantias nobis intensioris considerationis discussio efficacius representat.

XI. Inde cre-scere viri-bus infi-deles.

Attendimus etenim paternæ sollicitudinis studio incommoda & immensa, que ingerunt, & commoda pique Dei negotia, que impediunt, & utinam non extinguant. Quis enim dubitat, quod ex talibus discordiis atque guerris non solum Babylonis hostis, sed & alii Reges & reguli Agareni de partibus Africa ad occupandas terras Christianarum, & religionem Christiani nominis extinguendam sumpserunt, sicut facti experientia docuit, audaciam transfretandi, & quod continue acrioris solito & perniciosiores molestias inferre Christianorum Regibus, atque regnis & populis machinantur? Quis etiam quantumlibet studiosus principum, tanta sanguinis propinquitate & affinitate conjunctorum perniciose &, probolore! inveterata dissensio, si invalescat ul-

terius, & hostilis congressio Christiani sanguinis hauriet, prout exhausti; quas hominum strages ingessit & ingeret, quæ animarum pericula, quot rerum damna produxit etiam & producet, quos profusiva sumptuum, & expensarum abyssos tantorum principum horribilis gravisque commotio, & ejus prosecutio exegerunt hactenus & exigent incessanter?

Volentes igitur sic pernicioso obviare periculis, eisque congruum, quantum nobis ex alto conceditur, remedium adhibere; cum ad nos, qui licet insufficientibus meritis potestatis plenitudine fungimur, desuper nobis concessæ, singulariter pertinet in universali ecclesia, cunctave congregatione fidelium pacem querere, ac ipsam facere, diligentius observari ad vos viros laudanda virtutis scientia, & innata prudentia præditos, cultores justitiæ, sedulos pacis amicos, & concordie zelatores, licet vestra presentia nobis & apud nos ecclesie universali perutili careamus invitæ, nostræ convertimus deliberationis intuitum; vosque pro vestrarum consideratione virtutum, vobis a Domino in abundantia concessarum, ad prædicta Francie & Angliæ regna, ipsorumque terras, tanquam pacis angelos de fratrum consilio pro hujusmodi tractanda & perficienda, concedente pacis auctore, optata pace atque concordia inter eos providimus destinandos; firma tenentes fiduciam, quod actus vestros, illo dirigente qui novit prava in directa & aspera in vias planas convertere, per vestra circumspeditionem industriam, prædictis periculis & discrimini-bus laudabiliter & utiliter poterit obviari. Quocirca, fraternitati vestræ per apostolica scripta de fratrum prædictorum consilio committimus & mandamus, quatenus prudenter attento, quod ad negotium tam insigne tamque præmissis attentis periculis insidens cordi nostro vos confidenter duximus eligendos, vos ad regna & terras prædictas personaliter conferentes, Reges nec non valitiores, auxiliatores, sequaces, & adhaerentes prædictos, dictis periculis, discrimini-bus, atque damnis recitatis eisdem, ad pacem & concordiam juxta datam vobis ex alto prudentiam sollicitis monitis & efficacibus persuasionibus inducat, ut faciente pacis auctore, per ministerium vestrum juxta desiderium nostrum inter Reges ac valitiores, auxiliatores, sequaces, & adhaerentes eosdem cesset discordia, regnetque concordia, quies veniat, & pax resurgat ad Dei honorem & gloriam, animarum pro-

Sumptum ad mendandum his malis consilium.

Dava legatis imperandorum induciarum portatitas.

fectum, robur fidei, & exaltationem populi Christiani &c. Dat. Avin. II. kal. julii anno 1.

Imperavit præterea Clemens Cardinalibus legatis, ut si iidem Reges atque alii eo impliciti bello inducias inter se inire recusarent, ipsi apostolica autoritate fultas eas indicerent, promulgarentque: *Vobis*, inquit, & vestrum cuilibet indicendi treguarum ad certum tempus, vestro arbitrio moderandum, inter Reges eosdem ac fideles, adhaerentes, & valitiores eorum, & indictas eisdem Regibus & aliis, de quibus expediens fuerit, per vos vel alium seu alios notificandi, ac ubicumque vobis utiliter visum fuerit, solemniter publicandi; & infringentes, aut quomodolibet non servantes eisdem excommunicationis, & in eorum terras interdicti sententias promulgandi, & alia faciendi, quæ circa id fuerint opportuna, & infra, concedimus potestatem. [1]

(b) Ib. ep. 9.

(b) Ib. ep. Intermissum passione bellum. (c) MS. bibl. Vat. sign. n. 3705. in Clem. VI.

XII.

De Belgis Gallo Regi conciliandis a. 1200. (d) An. 1. p. 6. ep. 100. 3.

Instruebant interea Reges ingentes apparatus bellicosos, quos ut retardaret Pontifex, anathema interdictumque ecclesiasticum iis (a) omnibus inculsit, qui naves conducere ornarentve ad Gallias invadendas: ac vicissim ad frangendos Gallorum Scotorumve imperus eisdem poenas objecit (b) aliis, qui Angliam terra vel mari adoriri auderent. Exulcerate nimium res erant, ut concordia revocari posset; Induciæ vero a Cardinalibus pacto firmate sunt, de quibus hæc author anonymus M. S. Vaticani (c): *Mittuntur eadem estate in Franciam Anbaldus Tuscanus & Petrus Prænestinus episcopi Cardinales pro guerra sedanda, inter Edwardum Angliæ & Philippum Francie Reges orre: qui tamen, nisi inductis treguis paucorum dierum, modicum profecerunt.*

Inculsæ (d) ex olim fuerant magna consilii maturitate a Clemente V. ad vincendam Belgarum fidem, ipsis id enixe a sede Apostolica flagitantibus, cum e for-

deris inter eos & Philippum IV. iniiti legibus ad id se obstrinxissent: contraxerant vero ob manifestam perduellionem censuras hujusmodi. Quæ cum intolerande viderentur iis jam perduellibus præterito cum Philippo VI. bello, ex novis pacis legibus adegerant Gallum Regem, ut eas censuras ab Apostolica sede rescindendas curaret. Philippus itaque suas adhibuerat partes apud Benedictum XII. ut interdicti & anathematis objectas, si rebelarent, Flandris poenas removeret: sed Pontifex ratus indignum apostolica constantia ob perduellium furorem magna consilii maturitate lata edicta facile convellere, ac subditos populos ea ratione jugum principum facile excussuros; respondit, se usurum clementia in Belgis; censuris liberandis, modo ad Regis Francorum obsequium redituros se pollicerentur. Sed cum longe ab eo consilio illi abhorrent, Benedictus in suscepta prioris sententia persistit. Philippus autem Francorum Rex, ut fidem suam liberaret, cum in ultimo foederis colloquio darurum se ad id operam spondidisset, Joannem primogenitum sui Normanniæ ducem ad aulam Avenionensem misit, ut rem ad Flandrorum gratiam urgeret, seque fraudum labe purum ostenderet. Clemens porro ita illius petitis assentiendum putavit, ut Belgarum saluti consulere: qui cum iustis censuris ac perjurio devincti essent, Beltraminum episcopum Bononiensem internumtium, ut eos ad Christianam poenitentiam excitaret, ac resipiscentes rite absolveret, legavit (e).

Clemens, &c. venerabili fratri Beltraminio episcopo Bononiensi literarum nostrarum contradicatarum auditori.

Eodem prædecessore (nimirum Benedicto) natura debitum, prout Domino placuit, persolvente; nobisque deinde, licet immeritis, ad apicem apostolicæ dignitatis assumptis, dilectus filius v. s. Joannes dicti Regis (nempe Francorum) primogenitus dux Normanniæ in nostra & fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium præsentia constitutus, præmissa omnia, quæ per dictum Regem genitorem suum, ejusque prædictos nuntios ac literas supplicata & petita fuerant, ut præferatur, per nos concedi, & compleri nomine dicti Regis supplicavit, & petiit humiliter & instanter.

Beltraminus episcopus Bononiensis internuntius ad eos missus. (e) Ead. ep. 5.

XIII.

Ut Normanniæ dux pro Belgis interpretem egerit.

Nos

NOTÆ [1] Hoc anno Gallia suppeditavit concilium provinciale Rothomagensis, in quo immunitas sacrorum hominum asserta poena in contumaces decreta. Adfuerunt episcopi tres, ac totidem alii per ablegatos Archiepiscopum Aymericum, ne adfuerit, prohibuit justa quædam causa, forte morbus, quo eodem ipso anno extinctus fuit. Vulgavit concilii hujus decretum Martene vet. monument. to. VII. nec in collectiones adhuc transiit; suum tamen locum in novam collectionem a me adornatam tom. III. pag. 537. obtinuit. MANSI

NOTE [1] Misi in Gallias ad sedus conciliandum episcopi cardinales apostolicæ sedis legati, quod diuturniores, (quam paucorum dierum ut excidit Anonymo Vaticano, cujus excerptum hic in Annalibus datur) obtruncant. Inducias enim biennales inter utrumque Regem Gallum, & Anglum pactas & stabilitas affirmat Nangii Continuator secundus, qui per hæc tempora in Gallias agebat. An vero ad biennium, ut scribit Continuator, vel potius ad triennium statuta fuerint, ut scriptores plures apud Annalistas ad annum sequentem num. 36. affirmant, in nota ad eundem annum discutietur; quam etiam vide pro anno, quo induciæ istæ promulgatae sunt. MANSI

Nos igitur animarum Flamingorum prædictorum, paternis affectibus zelantes salutem, ipsosque ab invidia ad viam veritatis, & de tenebris ad lucem convertere cupientes; ac mitius & favorabilius, quam idem prædecessor noster, qui sæpius asseruit, se dictum absolutiois & relaxationis beneficium ab excommunicationis & interdicti sententiis prædictis nullatenus impensurum, nisi in forma ecclesiæ peteretur tantummodo coram ipso cum eisdem agere; nec non exemplum illius, qui non expectato, quod ovis ab ovili dispersa rediret ad ipsum, exiit & ivit ut perquireret, & suis etiam humeris reportaret eandem, imitari volentes, te, de cuius prudentia, & fidelitate plenam in Domino gerimus fiduciam, ad partes illas, plena & matura deliberatione cum eisdem fratribus habita super iis, providimus destinandum.

Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus ad partes prædictas Flandriæ vel aliarum propinquas eisdem, te personaliter confereas, omnes & singulos clericos tam religiofos quam seculares, ac laicos, qui veniendo contra pacem, conventiones, & pacta inter Reges Franciæ & Flamingos pro tempore inita, eaque infringendo, & contra Reges prædictos, vel eorum aliquem rebellando, seque ab ipsorum fidelitate, devotione & obedientia subtrahendo, aut alia adversus Reges eosdem, seu eorum aliquem contra formam pacis pactorum, & conventionum huiusmodi committendo, excommunicationis sententiis incurrerunt; quique a te absolutiois beneficium ab eisdem sententiis humiliter implorabunt [competenti, de qua expedire videris, per eos satisfactiois præmissa] juxta ecclesiæ formam per te vel alium, seu alios absolvere, ipsique poenitentiam injungere salutarem; ac cum prædictis clericis super irregularitatibus, si quas sic excommunicati, seu in locis dictæ patriæ ecclesiastico propter præmissa vel eorum tangencia interdicto suppositis, celebrando divina, vel alias immiscendo se illis forsitan contraxerunt, dispensare, ac interdictione huiusmodi, quibus loca, villa, & terræ, seu communitates, vel universitates dictæ patriæ occasione præmissorum vel eorum tangentium, subjacent relaxare & tollere auctoritate nostra procuret. Dat. Avin. xi. id. junii anno i.

Promissa censurarum absolutio modo rite crimen expient.

XIV. Belgæ illud pure fatere detrectant.

(a) Ead. p.6. ep. cur.12.

Clemens, &c. venerabili fratri Beltramino episcopo Bononiensi.

Nuper videlicet xiv. kal. novembris proximo præteriti presentibus nonnullis ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, tuas recepimus literas, huiusmodi per te factam prosecutionem negotii recitantes: in quibus inter cetera per nos postulas declarari, an virtute commissionis prædictæ tibi sit attributa potestas vel non, dictos Flandrenses ad cautelam absolventi ab eisdem sententiis; ac interdicta huiusmodi relaxandi rationes, quæ animum tuum moverunt ad dubitationem huiusmodi hinc inde in eisdem literis inserendo. Nos itaque huiusmodi tuarum serie literarum, & eisdem rationibus diligenter inspectis, tuam in iis, quæ per te in huiusmodi negotio facta sunt, circumspeditionem & prudentiam commendantes; fraternitati tuæ tenore presentium respondemus, & etiam declaramus, non fuisse intentionis nostræ nec esse, quod ipsi Flandrenses, & terris suis, aut alicui vel aliquibus eorundem potueris ex forma dictæ commissionis, vel alias ab eisdem sententiis ad cautelam absolutiois beneficium impertiri: nec intelleximus nec intelligimus id tibi per literas nostras, super dicta commissione tibi facta concessas fuisse vel esse concessum cum absolutio ad cautelam non sit nisi in casibus dubiis impendenda; & propterea hoc concedere aliud non esset, nisi prædictas sententiis & processis, super causis evidentior notoriis factis, & per quos huiusmodi sententiæ sunt prolatae, & eorum justitiam in dubium revocare: ac propter hoc, salutem animarum dictorum Flandrensum, ad quod principaliter nostra aspirat intentio, non provideretur salubriter; quinimmo sententiarum ipsarum majori contemptui materia forsitan pareretur.

Consultus a Beltramino Pontifex.

Ejus responsum.

Belgas non ambiguo, sed explorato jure devinctos.

Data foliendarum censurarum auctoritas si crimen fateantur.

Adiecta conditio, ut Belgæ ad officium redeant.

Licet autem pia memoria Benedictus Papa XII. prædecessor noster, aliquem ad partes illas cum commissione ac potestate similibus recusaverit destinare; nos tamen fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus commissionem huiusmodi, in magnum favorem & gratiam non modicam dictorum Flandrensum, qui ad nos & sedem eandem pro obtinenda absolute huiusmodi venire ac mittere tenebantur, tibi factam, juxta ipsius formam & declarationem presentium exequaris diligenter, eisdem Flandrensis & terris eorum a dictis sententiis, si ipsi ab eis devote, humiliter, ac simpliciter petierint se absolvi, juxta ecclesiæ formam, & prædictæ commissionis continentiam, beneficium absolute impendas, ipsaque interdicta relaxes, & dispenses, ut præmittitur, cum eisdem, nullum eis super præmissis absolute huiusmodi beneficium impensurus.

Quod si forte dicti Flandrenses nolint pure & simpliciter juxta formam ecclesiæ præ-

prædictis sententiis petere se absolvi, in eorum obstinata pertinacia remanentes, volumus, quod ad hoc, ut nostra clementia & misericordia, quas in hac parte ostendimus erga ipsos & eorum proterviam, cunctis fidelibus nota fiant, huiusmodi commissionem tibi factam, & missionem de te ad partes illas pro reductione illorum, motu proprio nostro factas, & omnia, quæ in negotio ipso per te sunt habita, & tuis studiis procurata, nec non dictorum Flandrensum responsones in Tornacensi & Morinensi aliisque civitatibus, terris, & locis circumvicinis, de quibus tibi expedire videbitur, per tuas patentes literas procurari publicari solemniter, & de publicatione huiusmodi confici publicis instrumentis: ac deinde ad nos & sedem eandem studeas remeare. Dat. Avin. xii. kal. novembris anno i. Ex his refellas Meyerum (a) qui ex initio in suos innato studio, Flandros ut nullis censuris irretitos excusat. Sane, inane perfidie erat involucrum, obtendisse non violatam fidem, cum Eduardus regio Francorum nomine & insignibus ueretur: nullo enim modo colorari eorum perduellionem posse aliis literis ad Beltraminum nuntium datis Pontifex gravissime differit (b).

Meyerus recellit.

(a) Meyer. in Lud. Nim.

(b) An. i. p.6. ep. Belgarum rebellio nullis fucis excusata.

Ad notionem, inquit, jam dudum devenit publicam, & adeo existit notorium, quod nulla potest tergiversatione celari, eosdem Flamingos, sæpius contra conventiones & pacta venisse huiusmodi; eaque, rebellando contra charissimum in Christo filium nostrum Philippum nunc Regem Franciæ illustrem, seque ab eius obedientia & devotione debitis subtrahendo, aliaque delinquendo multipliciter contra tenores conventionum & pactorum huiusmodi erga eum violasse; ac propterea ipsos Flamingos, eisdem excommunicationis, ac universitates & communitates eorum, loca, & villas patriæ Flandriæ, interdicti sententiis promulgatis, ut præfertur, subjacere dubium non existit hæcenus, nec existit, &c. Adjungit, nonnullis interjectis, imperia ut sit ad Philippi Regis obsequium redire detrectant, pronuntiet anathemate devinctos, ac Flandriam ecclesiastico interdicto percellat. Molliri non potuit Flandrorum ferocia: ipsos enim post hæc tempora sensisse cum Eduardo Anglorum Rege visurifumus, atque arma in Gallos movisse.

XV. Libertas eccles. la-befacta in Anglia.

(c) Ben. an.3. p.1. ep. cur.15.

Cæterum eorum bellorum occasione labefacta admodum est in Gallis, ac multo magis in Anglia libertas ecclesiastica: ad quam in pristinum statum restituendam, Benedictus Petrus ait S. Prædix & Bertrandum S. Mariæ in Aquiro diaconum Cardinales incumbere jufferat (c), recentis omnibus injuriis, quæ ordini ecclesiastico ab administris regis inferebantur: cumque ob bellicos fragores nondum his malis idonea essent admota remedia, Cle-

mens iterum Petro Prænestino & Anibaldo Tusculano episcopis Cardinalibus partes im-

(d) An. i. p.6. ep. cur.4.

posuit (d) ut ea abolenda curarent, & magistratus Anglicos, qui atrociter ordinem sacerdotalem opprimebant, censuris ecclesiasticis percellerent.

Clemens, &c. venerabilibus fratribus Petro Prænestino S.R.E. Vicecancellario, & Anibaldo Tusculano episc. Apostolicæ sedis nuntiis.

Cum vos ad dictum Angliæ regnum promagnis & arduis negotiis destinemus, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus præfato Regi (nimirum Eduardo) diligenter exposto, quod singularis ad personam suam nos urget affectio, specialis afficit charitas, ut in præcavendo sibi non solum a noxiis, sed etiam ab iis, quæ saluti suæ derogant, & excellentia regalis honori non congruant, nil persuasisse sufficiat, sed persuasissis semper æstimemus addendum; sibi que per salubris suggestionem consilii solertius ostendentes, quod quanto inclutum genus suum ab olim plenius fovit, & exaltavit ecclesiæ & personarum ecclesiasticarum, manuteneat ac illibatam servare studuit ecclesiasticam libertatem, tanto amplius in ipso votatur, si ecclesiæ vel ecclesiasticas personas opprimi, aut contra libertatem ecclesiasticam violari permittit; quodque per hoc non leve pondus adjicitur præminentis status, sed, cum excessus in sublimioribus tanto damnabilior habeatur, quanto facilius, quantoque periculosius derivatur in alios per exemplum; & ideo minus ab ecclesiâ debet, minusque potest, urgente conscientia tolerari; eundem Regem, quod officiales, ministros, familiares, ac nobiles, & gentes prædictas, a præmissis, per quæ Dominus offenditur ultionum, suæ salutis detrabitur, honoris gloria maculatur, gravis nobis, & dictæ sedi paratur offensa, pro divina, & ipsius sedis ac nostræ reverentia cessare faciat, & peccatus abstinere, ac in statum debitum revocet; quodque contra integritatem libertatis ejusdem in dictis regno, ac terris dignoscitur attentatum solertiter inducere, & efficaciter exhortari cum provida persuasione instantia studeatis; eosdem ministros, officiales, familiares, nobiles, subditos, ac gentes ad id, si necesse fuerit, per consulas & alias poenas & sententias, de quibus expedire videritis (super quibus, plenam vobis & unicuique vestrum liberam potestatem presentium tenore concedimus) per vos, vel aliam, seu alios, appellatione postposita, compescendo. Dat. Avin. xi. kal. junii anno i. Hæcenus de pontificio studio pro restituenda Galliarum, Belgio, & Angliæ pristina pace, tuendoque jure ecclesiastico. Nunc de illius apostolicis curis in sedandis Italicis bellis, retundendis Ludovici Bavari conatibus, & comparanda pro Turcarum reprimendis excursionibus expeditione dicamus.

Data ab eodem monita Eduardo.

XVI. Italia factionibus lacerata.

Guillelmus Cardin. in eam legatus.

(a) Clem. dicitur (a) : Dicitur Papa, audiens guerras, & turbationes, quæ erant & vigeant quasi communitate in partibus Italia, ex quarum occasione subverso earum verisimiliter poterat evenire ; & etiam ex aliis rationabilibus causis, ad hoc animum suum moventibus, per idem tempus misit legatum suum de latere ad partes memoratas dominum Guillelmum Curie tit. sanctorum quatuor Coronatorum presbyterum Cardinalem, qui aliquandiu ibidem permansit.

Decretæ ejus legationis causæ.

(b) Corus. hist. l. 8. c. 7.

(c) An. 1. p. 6. ep. sur. 1.

Laniabatur continuis factionibus ac bellis inter cæteras Italiae provincias Insu-bria magnatum, qui novos considerant principatus, eorumque fines latius proferre annitebantur, ambitione atque interregni diuturnitate, cum nullius iusti Regis metu ac potentia possent comprimi. Acceptos si agnoscebant beneficio sedis Apostolicæ dignitatum titulos ad constabulandas res suas, vel etiam pontificiis partibus contra Bavarum adhererant. Ad eos itaque conciliandos facilius, alendamque pacem Clemens Cardinalis legatum misit; de quo eisdem Clementis vitæ scriptor hæc historiæ mandavit (a) : Dicitur Papa, audiens guerras, & turbationes, quæ erant & vigeant quasi communitate in partibus Italia, ex quarum occasione subverso earum verisimiliter poterat evenire ; & etiam ex aliis rationabilibus causis, ad hoc animum suum moventibus, per idem tempus misit legatum suum de latere ad partes memoratas dominum Guillelmum Curie tit. sanctorum quatuor Coronatorum presbyterum Cardinalem, qui aliquandiu ibidem permansit. Permoventur plures gravissimæ causæ Clementem, ut summa studia ad bella Insu-briae sopienda converteret : eorum enim occasione improbitati fræna impune nefarii quique laxabant, religionis obsolecebat splendor, afflabatur a multis hæreseon virus. Præterea optabat Pontifex Italicos enses, rubentes hætenus Christiano sanguine, in Turcas vertere : cum enim barbari in Thraciam, Achajam, Peloponesum, Ægæique maris insulas excursionibus immanes facerent, ad horum coercendum furorem nullis viribus, quam Italicis cum Rhodiis Cypriisque conjungendis opportunius uti poterat. Impendebat etiam Italiae ingentis alterius belli terror e Germania: quippe Ludovicus Bavarus contubernii Margaritæ comitissæ cum Ludovico juniore (specie Tyrolis comitatum invaserat (b), atque ex alpium jugis ad totius Italiae depopulationem, cum Germanicis copiis decurrere iterum minitabatur, jungendaque erant principum arma ad illius conatus comprimendos, ne forte novum iterum conflaret schisma : decretæ enim hujus legationis Guillelmi Cardinalis causæ hæc omnes expressæ in diplomate apostolico (c), junctaque provincia, ut in Insu-bria, Liguria, Aquilejensi & Gradeni patriarchatibus, Dalmatia, & Creta insula, quæ ad tuendum religionis splendorem conducere, sanciret, hæreseon femina præfocaret, principes ac populos dissentientes conciliaret, firmissimo fœdere ad repellendum Italia Bavarum copularet, atque una cum Venetis, & aliis de conferendis contra Turcas auxiliis, ornandaque sacra expedi-

tione pro defendenda Europa agitaret. Clemens, &c. dilecto filio Guillelmo tit. sanctorum quatuor Coronatorum presbytero Cardinali A. S. L. Licet nos, qui quamquam immeriti, vicibus hujusmodi Dei nimirum fungimur, pro universo populo Christiano, cujus curam gerimus, pacis & status prosperi cogitatione assidue meditati, & ad hoc, prout Altissimus nobis de sua pietate concesserit, manus operatrices apponere teneamur ; tamen dum status partium Lombardiæ, quas inveterata dissensio longis, prob dolor! retro continuatis temporibus plurimum laceravit, & quas guerrarum turbines exposuerunt animarum periculis, & personarum ac rerum dispendiis infinitis ; quodque propter hæc neglectus cultus dominicus ecclesiarum, & locorum ecclesiasticorum jura violenta direptione in prædam posita, libertas ecclesiastica conculcata fuerunt, & (quod deplendum est potius & dolendum) pullularunt schismata, & insurrexerunt hereses contra catholicæ fidei puritatem ; & quod, quævis status hujusmodi fuerit in nonnullis locis dictarum partium aliquantulum tranquillatus, nihilominus tamen inter multos magnates & nobiles, universitates civitatum, castrorum, villarum, & aliorum locorum partium earundem solita dissensionis fomes, & rancoris seminaria remanserunt ; ex quibus nascuntur præmissa, & alia non facile numeranda pericula animarum & corporum, facultatum lapsus & multa dispendia provenire nostris præsentatur obtutibus ; dumque commemoramus amare, quod gentes barbaræ nationis, videlicet infideles Turci hæreses catholicæ fidei, & totius populi Christiani, ex præmissis & alia discordia, quam incensor malorum omnium pacis æmulus inter fideles partium diversarum ab olim, peccatis exigentibus, seminavit, fumentes audaciam, & fines eorum nationis egressi terraque Christianorum, præsertim partium Romanicæ sicut, prob dolor! evidentiæ facti notoriat ingressi, ac partes illas Christianorum, eis subiugare, collectis in unum viribus satagentes, in eos insensiterunt atrociter, ac non parcentes sexui nec ætati, multos Christianos, ferino more posuerunt in ore gladii, & infinitos secum duxere captivos, ac in servitutem perpetuam redegerunt, ipsasque partes alias vastarunt, & quasi totaliter destruxerunt, ipsas occupare ac eorum dittoni subicere moliendo, dum tamen in mentem revolvimus obstitatas nequicias, & rebellionem protervam Ludovici de Bavaria hostis Dei & ecclesiæ manifesti, ac de hæresi condemnati, & quod ipse sub prætextu contubernii de filio suo cum comitissa Tyrolis, contra Deum & bonum publicum suarumque animarum periculum per sui facti potentiam publice attentati, comitatum Tyrolis, dictis par-

XVII.

Restituenda dignitas ecclesiastica.

Vertenda in Turcas arma Italica.

Obstitendum Bavaricæ irruptioni.

paribus Lombardiæ contiguum seu vicinum sua temeritate damnabili occupavit, ut per illum sibi ad partes Lombardiæ prædictas, quas sicut multi fidedigni referunt, se velle intrare assent, liberior pateat transitus & accessus, & partes prædictas, sub nostra & sanctæ Romanæ ecclesiæ obedientia & devotione manentes, in suam devotum trahere, & ab eisdem devotione & obedientia revocare, statumque turbare gravium partium earundem; anxiantur immense, cogitationibus profundis immergimur, ac zelus noster & ignis charitatis paternæ in nostris meditationibus exardebit pro dictarum partium Lombardiæ, quas plenitudine dilectionis paternæ prosequimur, statu dirigendo salubriter, & pace, concordia, & unione in eis perfecte affore Domino reformandis, ut incolæ partium earundem effecti unanimes & concordēs, & bono pacis, quod omnia alia bona superat, in Domino exultantes, tam contra ipsius Ludovici obstinatam proterviam, & rebellionem proterviam, quam contra dictos infideles Turcos in Christianos sic insensiter atrociter, & Christianum, populam pravus eorum conatibus persequentes, insurgant zelo fidei, & devotionis fervore viriliter, & potenter. Et nonnullis interjectis quibus se excusat ob transalpinarum rerum molem gravissimam Italianam nondum repetere posse, coactumque ob id vices in legatum, quem magnis ornatus elogis, transfundere, subiicit. Te ad partes illas (videlicet Aquilejensem, & Gradensem patriarchatus) nec non Mediolanensem, Januensem, Jaderensem, Spalatensem, Ragusinensem, Cretensem, & Antibarensem provincias ; ac Papiensem, Ferrariensem, Placentinam, Parmensem, Mutinensem, & Reginensem civitates, & dioceses, tibi in eisdem patriarchatibus, provinciis, civitatibus, & diocesis vices nostras, ac plena legationis officium committendo, ut in eis evellas & destruas & dissipas & disperdas, ædifices & plantes, ac statuas salubriter in nomine Domini, prout gratiæ cælestis infuso tibi, & tua etiam providentia ministrabit, de dictorum fratrum nostrorum consilio destinamus ; tibi ut in patriarchatibus, provinciis, civitatibus, & diocesis prælibatis ; inter ecclesiasticas mundanasque personas, duces, & principes, marchiones, barones, & nobiles, communitates, universitates, ac populos & alios universos & singulos discordes bonum pacis studeas reformare, ac concordēs in fraternæ dilectionis glutino confirmare ; ac agere nihilominus & tractare quacumque ad cultum Dei, exaltationem catholicæ fidei, Apostolicæ sedis honorem, observationem ecclesiasticæ sanctionis, & redintegrationem ecclesiasticæ libertatis, honestatis ac morum cultum, relevationem ecclesiarum & locorum ecclesiasticorum & pauperum, ani-

In quibus provinciis demandata legatio.

marum salutem, tranquillitatem corporum, ac robur status prosperi patriarchatum, provinciarum, ac civitatum & diocesis prædictorum quomodolibet pertinebunt, convocando ad tuam presentiam Venetos & alios quoscumque, de quibus pro utilitate dicti negotii expedire, videris, ac cum eorum tam de armata, quam de aliis opportunis remediis contra ipsos Turcos adhibendis tractando, & ordinando quibus viis & modis, dictum negotium, quod nos etiam re-alibus subsidiis ac indulgentiis & remissionibus juvare intendimus contra dictos Turcos, possit affore Domino prosperari, & subveiri fidelibus dictarum Romanicæ, ac vicinarum partium in tanto discrimine constitutis, & quæ subsidia a dictis Venetis & aliis in hujusmodi prosecutione negotii offeruntur, nobis rescribendo particulariter, & distincte quidquid tractandum & ordinandum duxeris in præmissis : & nihilominus universos & singulos partium præmissarum ex parte nostra salubriter persuasionibus inducas pariter & hortaris, ipsosque unias, confederes, & conjungas, ut eidem Ludovico, qui sanctam Romanam ecclesiam, & ejus honorem ex indurata sibi pertinacia offendere, ipsosque afficere nititur injuriis, schismatibus, & scissuris, ac statum ipsorum, & aliorum fidelium partium Italia perturbare, fideles ipsos subvertere, ac eos in profundam, in quo ipse demersus est, demergere malorum, ne partes Lombardiæ prædictas ingredi, aut aliquid contra honorem ejusdem Romanæ ecclesiæ atque nostrum in partibus illis quoquo modo attentare valeat, resistant & obviet remediis opportunis ; ac ad hoc se præparent totis viribus, & accingant, eorumque fidelitatis effectum devotionis ostendant, prout tranquillitati & paci eorum, ac honori ejusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ noverint expedire, aliaque circa ista tractes, ordines, & disponas, sicut temporis, & negotiorum ipsorum qualitas, eorumque circumstantiæ suadebunt. Ec. Dat. Avin. XIII kal. augusti anno 1.

Coeundi cum Venetis fœderis impostæ.

Conjungi Italiae locorum arcum contra Bavarum.

XVIII.

(a) Ead. ep. (b) Ib. ep. cur. 4. Præules ad rem promovendam sollicitati. (c) Ib. ep. 2. (d) Ep. 3. (e) Ib. ep. 45.

(a) *Ead. ep. Deterritus ab Ingressu Italiae Bavarus.*
 (b) *Corruz. hist. l. 8. c. 10.*
 (c) *Clem. vit. script. apud Bosq. XIX.*
 (d) *An. 4. l. 3. p. 12.*

differentes, cum necessitas posceret, indicendas (a). Perfunctus est strenue mandato sibi munere Guillelmus Cardinalis: neque enim, Italici principibus mutuo foedere conjunctis, Ludovicus Bavarus Italiam ausus est ingredi, suam factionem potius confirmare in Germania coactus, quam novam discriminum tempestatem adire: quin etiam foederatæ Germanorum copias, quæ Emiliam depascebant, Italia exactæ fuerunt, ut refert Cortusiorum historia (b): promotæ pariter expeditionis in Turcas consilia, de quibus securis annis fufus agetur. De sedatis demum induciarum beneficio Italici discordiis a Guillelmo, Clementis vitæ scriptor meminit (c) his verbis: In multis complevit sibi commissis: & quod ad diffensiones & guerras prædictas, ipsas per bonas treugas sedavit.

His consentiunt, quæ de gestis a Guillelmo Cardinale tit. SS. quatuor Coronatorum A. S. L. narrat Clemens in literis quarto pontificatus sui anno datis (d). Clemens, & aliorum Cardinalis tandem comperto ibidem inter alia, quod ex discordiis, quæ inter venerabilem fratrem nostrum Joannem archiepisc. Mediolanensem & dilectos filios nobiles viros Joannem & Luchinum de Vicecomitibus fratres in civitate Mediolanensi nostror & ecclesiæ Romanæ vicarios generales, ac Nicolaum de Ebulo comitem Triventi pro charissima in Christo filia nostra Joanna Regina Sicilia illustri in partibus Lombardiæ & Pedemontium tunc fenescallum & capitaneum generalem; ac Jacobum de Sabaudia principem Achajæ, & Joannem Montisferrati, & Thomam & alios Salutarum marchiones; & dominos de Beccharia, ac populum & universitatem civitatis Papiensis & ejus districtus; nec non de Colmorino, de Ponzano, de Carreto, de Incisa & de Ceva marchiones, ac S. Martini de Valperga & de Mazuro comites; nec non & de Castro monte, de Bischois, de Barrio, de Rivulba, de Biandiso, & de Bonocito, ac Franciscum de Calamendrana, de Vischisi, de Corbonaco dominos; ac omnes & singulos Austenses, Taurinenses, Alexandriæ, ac de Calus forinsecos & extrinsecos, cum omnibus & singulis eorumdem prænominatorum & cujuslibet ipsorum civitatibus, castris, villis, districtibus, & locis, ac universitatibus & communitatibus eorumdem, vasallisque, vassalibus, & subditis, sequacibus, & districtualibus earundem, & cujuslibet ipsorum, ceterisque forinsecis, extrinsecis, & intrinsecis, civitatibus, castrorum, villarum, districtuum, & locorum ipsorum hinc inde longo nutritis tempore, permittente Deo, & instigante diabolo satore discordiæ, pacis emulo, Christianique nominis inimico, infinita scandala, depredationes, incendia, ra-

pinæ, strages hominum, & animarum perditiones, nec non depopulationes ecclesiarum, locorum, & personarum ecclesiasticarum hinc inde (ex quibus multi utriusque sexus facultatibus suorum bonorum exuti, cogebantur in terris non suis miserabiliter mendicare, ad illicita se luxantes) in grandem diminutionem cultus divini, & notabilem dissipationem earundem partium fuerant, prob dolor! subsoluta, & nisi illis occurreretur celeriter, sequi timebantur de propinquo pejora; & attento per eundem Cardinalem, quod tam ex potestate sibi per dictas literas attributa, quam ex debito legationis officii sibi imposti sua intererat de illo remedio providere, per quod status dictarum partium, & omnium in eis habitantium personarum subtraheretur a noxiis, & ad salubria dirigeretur, ad occurrendum illi morbo tam gravi tamque pestifero, & ad infundendum vinum & oleum vulneribus totius patriæ tam lethaliter fauciatæ; nec non ad obviandum furori obstinatæ malitiæ infidelium omnium, & maxime Turcorum, ac damnati Bavari & aliorum hæreticorum & rebellium sanctæ matris ecclesiæ, qui contra ipsam insurrexerant, & fidei catholice adversabantur, suæ considerationis intuitum dirigendo; ac viam, quæ amplius pacis & concordia representat imaginem eligendo, treugas firmas & validas, & infra, apostolica & sua legationis, quaungebatur autoritate sub certis spiritualibus & temporalibus pœnis indixit, usque ad continuos tres annos, tunc sequentes, a vigesima prima die mensis maii pontificatus nostri anni II. in antea computandos inclusive, & ultra per unum mensem continuum de contramandamento intelligendum secundum consuetudinem partium prædictarum continue duraturas, prout in quibusdam patratibus literis exinde confectis, ac ejusdem Cardinalis sigillo munitis plenius continetur, &c. Ex vero inter Insubriæ principes induciæ Clementis jussu extractæ fuerunt: tum in alio ejusdem pontificis decreto (e) suo loco adducendo, refertur memoratum legatum lapso ante bimestri, nempe sexta februarii die pontificatus anno primo, aliud bellum atrox, quod Joannem & Luchinum Mediolanenses principes, eorumque socios Ludovicum Mantuanum & Simonem Corrigianum inter, atque Albertum & Malinum Scaligeros exarserat, Insubriamque stragibus & hostilibus gratificationibus foedaverat, imperatis armorum induciis triennialibus, quæ a factionum adversarum proceribus, ac Mediolanensibus, Mantuanis, Rhegiensibus, Parmensibus, Veronenensibus, ac Vicentinis admittæ firmatæque sacramento fuerunt, sedasse. Occurret inferius crebra de induciis ab eo promulgatis instaurandisque inter principes Italos mentio, dum novæ discordiarum causæ, ac præcipue rapinarum stu-

Imperatæ a legato Card. induciæ.

(e) An. 4. l. 3. ep. cur. 17.

Posita a Vicecomitibus & Scaligeris arqua.

Romani ad mutuum concordiam incitati.
 (a) *An. 4. l. 6. ep. com. 16. XX.*
 Rogant Clem. ut in Urbem veniat.
 Nicolaus Laurentius & Petrus oratores missi.
 (b) *Nic. Laur. vit. auct. & MS. libl. Vat. sign. n. 110.*
 Nicolai oratio.
 (c) *Id. ib.*
 (d) *Petrarch. l. 2. ep. p. 91. XXI.*
 Petrarchæ poema.
 Urbis commentatio.
 Reliquiæ in ea conditæ:
 (e) *An. 4. l. 3. ep. cur. 17.*

studium, & cæca ambitio ipsos ad eas violandas impulerunt. Interea addendum, adhibita etiam apostolica studia pro conciliandis aliis Italiæ populis, qui mutuis diffensionibus se collidebant: atque in primis Romanos encyclicis literis, quibus de suscepto pontificatu fecit certiores, ad mutuum concordiam, ponendamque odia ac dissidia est adhortatus (a).

Flagitabant continentibus votis Romani, ut sedes Apostolica Urbi restitueretur, cum absentia Pontificum in extremas calamitates adductos se agnoscerent: utque antea crebris oratoribus sollicitarant Clementem V. Joannem XXII. Benedictum XII. ita nunc Clementem VI. ut Romam se conferret, rogarunt. Perfunctum ea legatione Nicolaum Laurentium ob insignem ipsius eloquentiam, refert ejusdem gestorum scriptor (b), sed male exceptum: qui postea restitutus in gratiam a Cardinali Columna, ac senatus populique Romani scriba institutus, magnas seditiones Romæ commovit, uti dicitur. Declamasse illum referunt (c) magno eloquentiæ apparatu, Romam in eam calamitatum, abyssum lapsam, ut ne quidem ubi jaceret posset inspicere: amissis enim primum imperium, ac postremo pontificatum, quæ clarissima Urbis orbisque erant lumina. Functus est una cum aliis legatione Franciscus Petrarcha, qui egregium carmen Clementi ad ipsum alliciendum in Urbem porrexit, qua eleganter asservata in ea sanctitatis monumenta describit (d).

— quanquam tibi protinus univovint
 Omnia subjaceant: dominum licet ultima norint
 Regna suum, Herculeis qua consignata columnis
 Hellepontico tellus distinguitur aestu.
 Hac tamen est tua prima domus, tua maxima sedes
 Quam sacri tenuere patres, quam corpore Petrus
 Innocentio, parili quam Clemens nomine pressit:
 Tu Clemens, qui Petrus eras banc cernere sedem
 Nonne volens, cupiesque caput contingere mundi?
 Nonne pedis juvat in solida vestigia saxo
 Fixa salutiferi, faciemque agnoscere Christi?
 Vel quæ sœmineo servatur condita panno,
 Vel populo qua visa olim sub vertice templi
 Emicuit, perstatque minax horrore vovendo?
 Quid referam nostræ cunabula parva salutis,
 Et sacros postes, ubi rerum Conditor ingens
 Conticuit, somnos blande suadente Maria?

Lac quoque vel puero optatum, vel Virginis almæ.
 Leve puerperium, puraque ex carne recisam
 Particulam infanti, preciosaque fragmina vestis,
 Et custoditas in secula nostra capillos?
 Quid digitum Agnetis, & nunc quoque fulgidus ornet
 Annulus imposuit cupida quem mente minister
 Prorsus inardescens, sacroque assenserit illa
 Conjugio, ac tali placarit foedere flammam?
 Quid Petri trepidantis iter, Dominique monentis
 Occursu possisse fugam, & rediisse volentem
 Compresso terrore senem, cunctisque paratum
 Exequar? Ipse oculis spectacula pulchra videbis.
 Extat opus, laterisque tremite domus arcta caduci,
 Et testis pictura rei, cui maxima quamvis
 Causa nocet, celerans impendet saepe viator.
 Nec se vita quidem, sed vivos cernere vultus,
 Colloquiumque audire putas, & territus heret.
 Tristis imago Dei Romana palatia verfus:
 Tendit enim contra ille humilis, similisque precanti.
 Flectitur, & pavido gradientem suscipit ore.
 Si mortis secreta igitur vestigia flexit
 Ille retro, nec pertimuit tormenta, crucemque
 Mere petens: tu quid dubitas, cui dulcia mecum
 Omnia, cui placida patet augustissima vita
 Conditio, & summi tranquillum culmen honoris?
 Quid capita heroum memorem, claramque Joannis
 Ore cicatricem rigido, duramque Levitæ Craticulam, & gemino sæcundum martyre bustam.
 Collegæ cessisse locum, quo maximus hospes
 Traditur, immatis ubi nunc amplexibus ambo
 Felices sine fine jacent? Quis cuncta Callisti
 Calisti
 Funera dinameret, cumulis surgentia miris?
 Oseus est paries, illic ubi terra cruentis Imbribus & sacra distillant tabe caverna:
 Quisve Vaticano latitantia corpora claustrisro
 Ex-

Sacræ antiquitatis monumenta.

Callisti cœmeterium.

*Expedit? Quæ, summe parens, agnoscere coram,
Quid nisi caelestis fuerit regionis imago?
Conditâ quin etiam supremo mœnia monte
Æstivæ nivis indictis, delubraq; partu
Obruta virgineo: & fontes torrentis olivæ,
Ac Tybridos commixta vadis nova flumina cernes.
Quasque dedit scatebras Pauli sanctissima cervicæ
Dulcis aqua: quo Silvester latitavit in antro:
Quæ Constantino species oblata deorum
In somnis, nivo quas idem marmoræ crustas
Liquerit, infamem monstrato gurgite, morbum
Propellens, ut caepa Dealis teste quierit.
Quod magnus infando macularit corpore saxum,
Fluxerit offensus? Quis nam de Numine sanguis,
Quisque sacer tellure cruor, quis vindice calo
Sanctorum capitum per maxima mœnia fures
Nexibus implicuit, foribusque avertit apertis,
Ac trepidos meritam ad mortem circumtulit error?
Non ego nunc Aron virgam, nec fœderis arcem,
Nec testamenti veteris mea pignora quot sunt,
Quotque novi monumenta sequar, prius astra serena
Noctis & oceanî numero stringentur arena, &c.*

Tres fontes S. Pauli.

Monumenta veteris testamenti.

XII. Clementis, ne in urbem veniret ex-culatio. (a) An. 1. l. 6. ep. cur. 1.

Aymericus Card. in Italiam missus.

(b) Jo. Vill. l. 11. c. 141. (c) An. 1. l. 6. ep. cur. 1. Causa ob qua missus.

Obtendebat Clemens (a) reverti se in Italiam non posse, cum ad atrocissima Anglorum & Francorum bella componenda, & Hispaniarum pericula avertenda in Transalpinis oris destineretur: urque aliquo Romanos levaret solatio, jubilæum anni centesimi ad quinquagesimum redegit, de quo sequenti anno agemus.
Ad continendas vero in officio ditionis ecclesiasticæ provincias, quæ crebris disensionibus fluctuabant (hoc ipso anno Anconitanos plebejos, seditione mota, nobiles viros in exilium pepulisse, refert Joannes Villanus b) Aymericum S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem legatum creavit (c). Cui præterea in Etruria, Sardinia, & Corsica idem munus demandavit. Suberant autem aliæ illius mittendi causæ, quæ in diplomate de commisso illi legationis munere continentur, atque eadem ex parte sunt, quas in superioribus ad Guillelmum Cardinalem legatum literis expressas vidimus: impendebat nimirum Bavaricæ irruptionis terror, cum obento Tirolis comitatu Ludovicus belli facem injecturum Italicæ mi-

nitaretur, copulandique mutuo fœdere ad eum propulsandum erant populi. Pullulabant etiam hæreses, ac religio in multis locis desoluerat, quæ ad pristinum splendorem erat revocanda.

Ardebat præcipue Etruria intestinis bellis, Pisanis inter se & Florentinis digladiantibus, quæ Joannes Villanus (d) Leonardus Aretinus (e) atque ex eo S. Antoninus (f) accuratius describunt. Luca bellorum præmium longa devicta obsidione Pisanis sexta julii die deditionem fecit (g): Florentini, qui inanes illius obtinendæ spes magno pretio a Mastino Scaligero emerant, ob rem male gestam confœderati reipublicæ præfecere (h) Gualterum Brennensem Gallici generis ducem Athenarum, qui brevi vocata concione, collectaque ob nonnulorum nobilium, qui in publicam rem erant grassati, populari gratia ducem Florentiæ ad vitam renuntiare multis artibus obtinuit (i). Coorta est etiam eodem tempore Aretii seditio (k) irruentibus in Guefos Gibellinis, urbemque sibi subicere molientibus: sed eorum vis vi repulsa, & conjurati exilio multati. Laborabat ejusdem factionis peste reliqua provincia: ad quam pacandam, redintegrandamque concordiam Clemens Aymericum Cardinalem paciferi munere ac dignitate exornavit (l), quem etiam autoritate munivit (m), ut colitiones publicæ paci adversantes dissolveret, induciasque imperaret, tum ad restituendum religionis splendorem, quem nonnulli obscurabant hæretici, ut edictis Friderici II. in eos ageret (n) pœnarumque incussarum severitatem distringeret. Attributa etiam sunt eidem legato (o) quadraginta aureorum in dies singulos stipendia, ac præfules ad comparandos corporis stipatores, quoties itinera periculis plena essent, jussi incumbere. Denique ad conciliandam majorem legato gratiam auctoritatemque permisit ipsi (p), ut sacerdotia, quæ in provincia vacarent, certis legibus conferret.

Ire præterea in regnum Neapolitanum jussus est Aymericus (q) Cardinalis, ut Robertum Regem fidei sacramento adigeret: sed prius quam in Neapolitanum regnum accederet, Robertum vitam fundum visurum sumus.

Annitebatur Robertus divulsas regni partes redintegrare, fuisseque ipsi Petri Trinacrii mors, quæ ex labore castrensi ad Mylas suscepto accelerata sexto idus augusti obrigerat (r), videbatur. Secuti enim mox graviores tumultus, ac Palicii, apud Trinacrios opibus & auctoritate fierentissimi Messanam ad Roberti Regis, de cujus juribus certissime constabat, obsequium occupata arce S. Salvatoris vocarunt (s): sed dum tardius excita Mylis auxilia veniunt, Guillelmus Ludovici patruus, quadringentis equitibus succinctus, Messa-

Luca e. Pisanis parta. (d) Jo. Vill. l. 11. c. 139. (e) Leon. Aret. hist. Flor. l. 6. Gualterus dux Florentiæ creatus. (f) An. 3. p. tit. 21. c. 7. §. 9. (g) Jo. Vill. super c. 139. (h) Id. l. 12. c. 1. (i) Eod. l. c. 3. Leonard. sup. lib. 5. Anat. lib. Legatus Card. creatus pacis servator. (k) Jo. Vill. cod. l. c. 5. (l) An. 1. l. 6. ep. cur. 3. (m) Ib. ep. 33. Amplissima auctoritate instruitur. (n) Ib. ep. 39. (o) Ep. 33. (p) An. 1. l. 1. ep. cur. 6. 7. (q) Ib. ep. cur. 3. Robertus Rex Aymerico Card. fidei vincire jussus. XXIII. Petrus Trinacriæ occupator moritur. Messana ad Robert. inclinat. (r) Fazell. post de cad. l. 9. c. 4. (s) Jo. Vill. l. 12. c. 13. Summon. l. 3. & alii.

Messanam ingressus arcem, depulsis Palicii, recuperavit.
Insigne pietatis specimen (a) a Roberto Rege ac Sancia Regina editum, prætermittere silentio non possumus cum amplissimis laudibus a Pontifice efferatur. Ægerime ii ferebant, redacta in servitutem Syria, Saracenorum loca sanctissima, religionis nostræ mysteriis consecrata; justa veneratione destitui: atque adeo ad restituendum in illis divinum cultum magnis sumptibus a soldano sepulchrum Domini, ac nonnulla alia sacra loca obtinere, ut in illis viri religiosi divinum rem instaurarent; præterea Regina in monte Sion monasterium pro duodecim Minoritis condidit. De quibus certior factus Clemens, ad supremum Franciscanæ familiæ præfectum hæc scripsit (b): *Gratias agimus gratiarum omnium largitori, eique dignas laudes excolimus, quod ipse charissimorum in Christo filiorum nostrorum Roberti Regis & Sancia Regina Siciliae illustrium erga redemptoris domini nostri Jesu Christi obsequia zelum devotionis & fidei sic ferventer accendit, quod ipsi quæ ad Dei laudem & gloriam, ac sacratissimi sepulchri domini & aliorum locorum ultramarinarum reverentiam & honorem redundant, non cessant indefessis studiis operari. Nuper siquidem eorundem Regis & Reginae grata insinatio postro apostolatus patefecit, quod ipsi non sine magnis sumptibus & laboribus gravibus a soldano Babyloniae, qui sepulchrum Domini & alia sacra loca ultramarina, proprio ipsius Redemptoris sanguine dedicata, non sine cunctorum Christianorum gravi opprobrio detinet occupata, obtinuerunt quod fratres vestri ordinis infra ecclesiam dicti sepulchri possit continue commorari, & ibidem missarum solemnitas & alia divina officia solemniter celebrare, & jam certi fratres dicti ordinis sunt ibidem: & quod nihilominus idem soldanus cœnaculum Domini & capellam, in qua Apostolus Spiritus Sanctus apparuit, & aliam capellam, in qua Christus, B. Thoma præfente, post resurrectionem suam Apostolis se ostendit, Regi & Reginae concessit eisdem: quodque ipsa Regina locum edificavit in monte Sion, infra quem cœnaculum & dictæ capellæ sita fore noscuntur, predictis fratribus jam est diu, ubi duodecim fratres dicti ordinis sumptibus propriis continue tenere intendit ad divinum obsequium in sepulchro, & aliis prædictis locis sacratissimis impendendum; ac tres personas seculares etiam, quæ ipsi fratribus serviant, & necessaria administrant, &c. Dat. Avin. pridie kal. decembris anno 1. Flagrantem porro Regiæ Sanciae, ut sibi designandorum trium illorum famulorum, qui Minoritarum obsequiis operam navaturi erant, facultatem tribueret, af-*

(a) An. 1. l. 5. ep. com. 1516.

(b) Ib. ep. 1839.

Sacra Jerosolymitica relictuta Christianis.

sensit (c): magnæ quippe felicitati dabatur in iis sacris locis pietati vacare.

Ut desolatis Syriæ ecclesiis consuleret Clemens Geraldum (d) Antiochiæ, Eliam (e) Jerosolymorum patriarchas creavit. Præfuerat antea Elias Nicosiensis ecclesiæ, cujus administrationem ipsi permisit (f); de quo ad clerum Nicosientem & Hugonem Cypri extant datæ commendatiæ literæ (g): quem ob spectatas virtutes purpuratorum patrum senatui aggregatum vidimus inferius. Conversæ porro adeo in Syria Christianæ res erant, ut cum olim fideles ex universo orbe in eam confluerent ac latius proferre religionem viderimus, nunc infideles occidentem adorarentur.

Petebatur præcipue Africano bello Hispania, atque Marrocius Rex Granatenis fœderatus ingentem classem ad Septem instruebat. Sed Numen divinum suis non defuit; partæ enim sunt plures de hoste maritimæ victoriæ: duodecim barbarorum triremes in Bullonio portu a decem Castellanis oppressæ, antequam aliis octoginta tribus, quæ ad Septem erant, se possent conjungere: deinde universa classis Maurorum ad Guadamecili fluminis ostium victa: triremes viginti quinque qua captæ qua mersæ: Marrochitanus & Granatenis præfecti interfecit. Alfonso Regis Castellæ consilium erat terra marique uno impetu Maurorum adoriri: sed incertus casus rem discussit, cum nonnullæ naves, quæ in vado hæserant, ad certamen adversas classes elicissent. Non interfuisse illi prælio Aragoniam classem, refert Mariana: submissa autem postea a Petro Aragonio tredecim hostium triremes commeatu onustas interceptit. Retulisse etiam Genuenses gloriæ partem in atterendis maritimis Afrorum viribus, meminere historici (h), & undecim illorum triremes in novem onerarias Regis Mauritanicæ, qui Hispanias terra marique divexabat, incurrisse in loco, cui Belle-noce nomen inditum, iisque profigatis, laude & præda onustas Genuam revertisse.

Superatis mari Africanis & Granatenibus, Alfonso Rex Castellæ III. non auctus Algeziram urbem munitissimam obsidione cinxit (i). Verum asperiores deinde res evasere: exhaustum erat ærarium ad tolerandos belli sumptus: stipendia a Pontifice & Rege Lusitano conquisita: Aegidius Toletanus archiepiscopus in Gallias missus a Philippo Rege quinquaginta aureorum millia obtinuit (k). Aditum etiam viginti aureorum millibus a Clemente Malabailæ Alensis opera, ostendunt Alfonso literæ proximo anno datæ, quibus eam vim auri acceptam proficitur: *Pro evidentiibus, inquit, necessitatibus prædicti domini Regi, & pro sustentatione guerræ, quam habet solito duriorum cum perfidis Be-*

(c) Super ep. 1516. XXIV. Elias patriarcha Jerosol. (d) An. 1. l. 6. ep. com. 139. (e) Eod. an. l. 3. ep. com. 21. (f) Ib. ep. 20. (g) Reg. post eand. ep. Marrochitani ab Hispanis confecti.

Ligures Afros obtulerunt. (h) Bizar. hist. Gen. l. 6. & al.

XXV. Algezira a Rege Castellæ obsessa. (i) Marian. l. 16. c. 10.

(k) Id. eod. c. 10.

namarini & Granatæ Regibus; & specialiter pro provisione & sustentatione obsessio- nis villa de Algezira, quam diutius tenuit, & adhuc tenet obsessam. Actum in exercitu obsidionis villa de Algezira xv. die mensis julii anno MCCCXLIII. Multum etiam momenti attulit enata inter Marrociū Regem & Abderramum filium dissensio, quæ ipsum, ut ad Septam se teneret, adegit. Obsessi iterea Algezirani, Alfonso Regis caput licitati precio, subornatis sicariis, insidias illius vitæ struxere: sed divina providentia athletam suum texit. Cæterum tenuit plures annos hæc obsidio, de qua iterum inferius dicendum erit: multumque erexit barbarorum animos Petri Aragonii & Jacobi Balearis Regum dissensio, qui cum arma in Saracenos convertere debuissent, illa in se mutuo strinxere, quamquam nullas partes prætermisit (a) Christi vicarius, ut ipsos inter sese conciliaret sub ipsis illius initiis. Levior erat causa, querebatur (b) enim Aragonius cusam esse Jacobi auctoritate Perpiniāni monetam contra conventa, quibus Ruffinonis comitatus jure fiduciario traditus fuerat. Clemens itaque ut dissidentes Reges in concordiam adduceret, Armandum archiepiscopum Aquensem ad utrumque misit (c).

Clemens, &c. Armando archiepiscopo Aquensi A. S. N.

Cum nuper ad audientiam nostram non sine turbatione pervenerit, quod inter christianissimos in Christo filios nostros Petrum Aragonum & Jacobum Majoricarum Reges illustres, humani generis inimico supereminante zizaniam, gravis occasione & usque certa moneta, quam sicut idem Rex Aragonum asserit, præfatus Rex Majoricarum contra conventiones & pacta inter ipsos Reges habita in comitatu Ruffinonis, & aliis terris suis fieri permittit, dissensionis materia est exorta; nos more pii patris, quem non prætereunt incommodiorum, ad hujusmodi sedandam discordiam, & turbatæ unitatis fœdera reformanda vigilanter studitis intendentes; ac de circumspessione tua gerentes fiduciam pleniorē, fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus ad dictorum Regum præsentiam te personaliter conferens, ipsos ad hujusmodi sedationem discordiæ, juxta datam tibi a Deo prudentiam, opportunis monitis & efficacibus exhortationibus solerter inducas, ut auxiliante Domino, qui est pacis actor & humane salutis amator, tuæque cooperante solertia, dicta dissensio ulterius non procedat, sed totaliter extinguatur, ac prout proximitas sanguinis, quæ fore dignoscitur inter eos, exposcet, vigeat inter ipsos fraternam dilectio; & sit identitas voluntatum; ac per eorum unanimem, & concordiam ipsorum & subditorum suorum,

Structæ illi insidias.

Dissensio inter Balearum & Aragonium.

(a) An. 1. l. 6. ep. cur. 7. Sur. l. 7. c. 61. (b) Clem. super ep. 7. Sur. l. 7. c. 60. Marian. l. 16. c. 21.

Decreta ad eos conciliandos legatio.

(c) An. 1. l. 6. ep. cur. 7.

Armandus Aquensis archiepiscopus perfunctus.

status tranquillit, & pacificus de bono in melius augeatur, &c. Dat. Avin. XIV. kal. julii anno 1.

Excitati sunt etiam utriusque regni ecclesiastici, ut una cum nuntio apostolico studia pro sedanda discordia conjungerent: (d) atque adeo strenue ab Armando defudatum est (e), ut concordia via muniti videretur, Jacobus Balearis juri stare vellet professus, ac Petrus judicarium ordinem ad octavum diem angusti extraxit, cumque universam controversiam proximo colloquio sopitum iri speraretur, accessit ad Petrum Balearis, accepta liberi & tuti commeatus syngrapha. Verum inde atrox bellum enatum, unde concordia spes arriserat: de structis colloquii speciei insidiis suspicio fuit. Præcipua accusationis capita, quæ Petrus Rex in suis editis Baleari objecit, his verbis perstringit Mariana (f): Regis cum Aragonii imperium detrectare, neque vocatum ad comitia venire: insolenti forma & pondere monetam, quod nefas erat, Perpiniāni percussam: in Aragonii Regis necem Barcinone, quo per fidem colloqui venerat, conspirasse: index Regina ipsa Constantia Balearis uxor de fratre sollicita: demum cum Gallo, Italis principibus, ipso Marrochio Rege fecisse fœdus adversus Aragonium. Hæc accusationis capita fuerunt sive vera sive conficta, ut fama tulit, cui calamitosi Regis exitium fidem conciliavit, injuria fuisse oppressum. Hæc fatalis dissidii initia, quæ Romanus Pontifex, Sanctia Regina Neapolitana utriusque Regis propinqua, sopire conati, nihil profecerunt.

Indoluit gravissime Clemens inopino eventus bellum inter cognatos Reges inflammatum, quo res Christiana admodum periclitabatur: Granatenses enim & Africani ad Hispanias invadendas inde vires confirmaturi cumulaturique erant: utque nascentem flammam restingeret, Andream tit. S. Susannæ presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis internuntium misit, & ad inducias promulgandas (g), rescindendas coitiones, ferenda censuram objecta religione imperia, ne quis ad Balearis insulas (h) vel Aragoniam (i) terra marive invadendam naves adornaret, vel operam ad id locaret, instruxit, cum inde Saraceni ad Christiana regna vastanda allicerentur. Similiter propositis imminentibus malis, Aragonum Regem a bello deterrere nisus est, utque Andream Cardinalem honorifice exciperet, e jusque consilia admitteret, est adhortatus (k).

Petro Regi Aragonum illustri.

Fili benedictionis & gratiæ, considerantes attentius quanta ex discordia, quam inter te & charissimum in Christo filium nostrum Jacobum Regem Majoricarum illustrem consanguineum & cognatum tuum pacis amulus

(d) Ib. ep. cur. 8. (e) Sur. l. 7. c. 61. Pactæ induciæ.

Major coorta dissensio ex insidiarum suspicione.

Imposita Baleari crimina. (f) Marian. l. 19. c. 12.

XXVI. Card. S. Susannæ legatus missus.

(g) An. 1. l. 6. ep. cur. 45.

(h) Ib. ep. 41.

(i) Ep. 42. Pontificiæ pro conciliandis Regibus curæ.

(k) Ep. 47. & 52.

Propositæ belli calamitatis.

mulus & zizaniam seminator noviter suscitavit, tibi ac ipsi vestrisque posteris imminere dispendia; quantaque hominum strages, facultatum lapsus, incendia, rapina, spolia damna, incommoda plurima, oppressio justitia, & ecclesiasticæ libertatis conculcatio, læsio rei publicæ, infiniti sumptus, & gravamina subditorum, nec non (quod amarum est descendum) animarum infinita pericula possunt ex ipsa discordia, si (quod absit) invalescat ulterius, provenire; ac diligentius attendentes, quam grandis ex vestra unanimitate utilitas sequeretur, intensis desideramus, affectibus, ut radices zizaniarum inter vos extirpentur radicibus, fomes cujuslibet odii extinguatur, & pacis integritas reformetur, vigeat fraternalis dilectio, & integra charitatis sinceritas præservetur. Ut autem hujusmodi nostrum laudabile propositum, optatum & celeberrimum, actore in Domino, fortia- tur effectum; & prædictis dissensionibus & scandalis, ne procedant ulterius, & durius invalescant, salubriter obviatur, dilectum filium nostrum Andream tit. S. Susannæ presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis nuntium, virum utique laudandæ virtutis scientia, & innata prudentia præditum, cultorem justitiæ, sedulum amicum pacis, & concordia zelatorem, licet ejus præsentia, nobis & ecclesiæ generalis necessaria, nimium careamus inveni, ad partes ipsas probujusmodi sedanda discordia, nec non pacis & concordia inter te, & ipsum Majoricarum Regem, actore Domino, reformandis, providimus de fratrum nostrorum consilio tanquam pacis Angelum, designandum.

Idcirco serenitatem tuam requirimus, mōnemus & hortamur attente, ipsam per Salvatore nostrri asperionem pretiosis sanguinis obscervantes, quatenus diligenter considerans prædicta & alia, non facile numeranda dispendia, quæ discordia ipsa pareret; nec non detrimentum, quod catholicæ fidei, ejusque cultoribus, & præsertim in frontaria blasphemorum Agarenorum partium Africa constitutis & vicinis eisdem, ex dissensione hujusmodi proveniret; quantaque etiam audacia aggrediendi ipsos & terras eorum, adversus eos exercendi persecutiones hostiles atrocis solito præberetur; & prudenter commemorans tranquillitatem, & infinita commoda, quæ tibi & tuis subditis ex sedatione hujusmodi discordiæ provenirent, quantumque indecens est, nec minus periculosum, tam sublimes & tanta consanguinitate & affinitate personas, animarum contrarietate disjungere, seu adinvicem dissidere; animum tuum ad pacis solide unitatem inter te & ipsum Regem Majoricarum submotis impedimentis quibuslibet, actore Domino, reformandam sic habiliter & coaptas, quod inter te & ipsum cujuslibet

Saracenos inde infoelicere.

Additæ preces ut pacem amplectatur.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

odii & rancoris occasione sublata, concordia desiderata proveniat, communibus occurratur periculis, & communibus utilitatibus consulatur: & nihilominus præfatum Cardinalem ob nostram & Apostolicæ sedis reverentiam, & suorum excellentiam meritorum, immo nos in ipso, benigne recipiens, ac debita honorificentia prosequens & pertractans, e jus in præmissis salubribus monitis, & paternis exhortationibus effectualiter acquiescas; ac ea, quæ tibi super iis ex nostra parte, viva vocis ministerio suggeret, credas indubie, illaque sic devote suscipias, & effectualiter exequaris, quod nos tuæ bonæ intentionis propositum, & devotionis sinceritatem erga nos & sedem eandem possemus per effectum operis dignis in Domino laudibus commendare: nobisque propterea præter pacis bonum & commodum, quod omne bonum superat, tibi & Regno ac terris tuis, actore Domino, ex hujusmodi nobis exhortationibus proveniturum, subministras materiam, te velut benedictionis filium in futurum opportunis gratiis & favoribus prosequendi. Dat. Avin. III. kalen. januarii anno 1.

Conceptæ sunt eadem forma (4), quæ Jacobo Regi Balearium ad ipsum ad pacis consilia adducendum transmissæ. Nil vero pontificiæ preces apud Reges illos profecere; ac sequenti anno majori virium mole repetitum bellum visuri sumus, quo maxime tempore in Africanos & Granatenses convertendi omnes conatus fuissent.

In septentrione barbari discordiarum, quæ inter fideles ardebant, occasione usi, graviora damna rei Christianæ intulere (b): cumque Lutherus cruciferorum equitum magister in novam marchiam ad eam sibi subjiciendam, irrumperet, Lithuani valido cum exercitu Prussiam ingressi caedibus, spoliis, flamma eam fœdarunt, magnamque Christianorum multitudinem in servitutem abduxere. Qua clade agnita Lutherus tanto dolore ac furore est correptus, ut potestate mentis dejectus sit: in cuius locum Henricus Dusemer est successus, ut refert Michovius. Qui addit insignem publicæ Christianæ poenitentia ac civibus Wratislaviensibus editum (c) specimen, dum magistratus ob-pulsum Nankerum episcopum ab ejus successore Przeczlae e prætorii urbis domo nudatis pedibus & caputibus sine pallio ac discinctiviam demisse postularunt: non rite tamen de necato fidei censore crimen expiatum, atque ideo divinitus Wratislaviam conflagrasse.

Eodem, inquit (d), anno Przeczlaus de Pogorzecz successit Nankeri in episcopatu Vratislaviensi per Benedictum Papam XII. confirmatus, & consecratus, ex curia Romana reversus, in Nissam venit: ubi ad illam

(a) Ib. p. 52.

XXVII. (b) Michov. l. 4. c. 23.

Prussia a Lithuanis vastata.

Wratislaviensium poenitentia ob-pulsum episcopi. (c) Eod. cap.

(d) Mich. l. 4. c. 23.

* Interdictio.

illum Carolo marchione Moravia filio Joannis de Luczemburg Regis Boemia adveniente, reconciliationem cum eo æquis conditionibus super * indicto composuit: eo- que ex Nissa in Vvratislaviam divertente, & Carolo marchione eum concomitante, consules ac jurati Vvratislavenses pedibus nudati ac capitibus, palliis quoque & cingulis amotis, ex prætorio usque ad monasterium S. Adalberti venerunt: & prostrati, culpaque simpliciter recognita, veniam suppliciter deposcebant, per plures execrationes astringentes, se nunquam simili rebellionē ecclesiam Vvratislavensem molestaturos, unde & interdictum sustulit. Verum digna plaga indignam expulsionem episcopi ac cleri, & eadem Joannis inquisitoris Vvratislavensis repente supervenit: causali enim igne octava die maii in octava S. Stanislavi in Vvratislavia exorto, tota civitas conflagrata est, visisque est tempore incendi a quadam religiosa femina, apud S. Mauritium extra muros Vvratislaviae inclusit, angelus contra civitatem exercitum gestans gladium, & ardentibus carbonibus civitatem feriens & incendens. De senatus Vvratislavensis demissione in episcopum, petitaque ab eo venia, nec non Vvratislavia incensa meminit Cromerus (a).

Wratislavia ignibus coacta sumpta. Calette visum tum obiectum.

(a) Crom. l. 12. in Calim. Mechlinia exusta. (b) Jo. Vill. l. 11. c. 140. Hoefm. l. 2. c. 27. in Adolph. ep. Leod. & alii.

XXVIII. Caroli Regis Ungariorum.

(d) Ben. dec. 2. l. 9. Ut Ungaricum regnum ab eo amplificatum sit.

Pene quoque consumpta eodem anno est incendio Mechlinia (b) adeo, ut quique millia domorum perierint ignibus: idque stupendum accidit, ut cum quis ad cognati domum, ut opem ferret accurreret, suam mox ardere acciperet: ac flammarum globi vicis transvolare viderentur & intactis aliis domibus, alias remotiores corripere: cumque fœneratorum & insignium improbitate virorum domibus ignis pepigerit, ecclesias depastus sit, arte diabolica occulto Dei iudicio excitatum nonnulli coniecere.

Luxit eodem anno Ungaria Caroli Regis inauguratoris sui atque amplificatoris mortem (c), qui cum Bonifacii VIII. auctoritate creatus Rex fuisset ob hereditaria jura contra alios, qui electionis nova jura induxerant, laniatum regnum ita feliciter gessit, ut ex miserissimo statu ad florentissimum evexerit, lateque edomitæ sæpius fidei hostibus illius fines protulerit: de quo hæc Bonifacius (d): Cum annos duos & quadraginta regnasset, ingravescente febris æstu, in Vvsegrado non sine nominis sui perpetua gloria xvii. kal. augusti diem obiit; quem ita longe lateque dominatum esse ferunt, ut Dalmatiam, Croaciam, Ramiam, Serviam, Galatiam, Lodomeriam, Cumaniam, Bulgariam, Ungariam, & adjecto Gargano monte Salernum et paruisse, & velligilia quotannis stata pendisse prædicent. Equandus fuit summis Regibus, ac posteris statuendus in exemplum: cujus plures clarissimas victo-

rias ad fidem propagandam partas silent historici, de quibus nos ex pontificiis literis meminimus suis locis. Reliquit (e) tres filios Ludovicum, Andream, ac Stephanum, quibus Ungariæ, Sicilia, & Poloniæ sceptrâ variis juribus destinabat: Ungaricum vero successionis jure Ludovicus natus maximus capeffvit, quem a Chanadino archiepisc. Strigoniensi regia inunctione delibutum describit his verbis Michovias (f): Anno Domini MCCCXLII. decimo septimo kal. augusti alias feria tertia post Margareta Carolo Rege Ungariæ in castro Vvsegrad rebus humanis exempto & in Albaregali condito, Ludovicus filius ejus ætatis agens annum decimum septimum, in Regem Ungariæ dominico die ante festum S. Jacobi, alias duodecimo kal. augusti, per Chanadinum archiepiscopum Strigoniensem assistentibus ei Vvpladislao Quinqueecclesiensi, Nicolao Agriensi, Mieczlavo Vvseprimensi, Colomanno Jauriensi, Petro Sirmiensi, Vito Nitriensi, & Laurentio Bosuensi episcopis, & baronum ac nobilium multitudine copiosa, coronatus est.

(e) Jo. Vill. l. 12. c. 6. Bonfin. de c. 2. l. 9. Summorum hist. Neap. l. 3. Ludovicus filius sacra Rex. (f) Michov. l. 4. c. 23.

Auctum est a Clemente hoc anno Cardinalium collegium, cum ob gravissimarum rerum molem difficillimum onus paritari cum pluribus voluisset. Recenset vitæ ejus author (g) accurate singulorum nomina, ac gesta ab iis munera his verbis designat: Dicitur Papa die vigesima mensis septembris, que fuit sexta feria quatuor temporum, anno prædicto quadragesimo secundo fecit creationem decem Cardinalium, videlicet octo presbyterorum & duorum diaconorum. Presbyteri autem fuerunt dominus frater Elias de Nibilano ordinis Minorum diœcesis Petragericensis, tunc archiepiscopus Nicolsiensis. Patriarcham Jerosolymitanum paucis ante mensibus ipsum creatum diximus: Dominus Guido de Bologna frater comitis Boloniensis, tunc archiepiscopus Lugdunensis; dominus Aymericus de Castroluci diœcesis Lemovicensis, tunc episcopus Carnotensis. Demandatam illi amplissimam in Italia legationem superius vidimus: Dominus Andreas de Florentia Italicus, tunc episcopus Tornacensis. Dicitum Ghinum Melpillium ait Joannes Villanus (h) nec diu vitæ fuisse superstitem dolet. Dominus Stephanus Alberti diœcesis Lemovicensis, tunc episcopus Claromontensis. Is accepto Innocentii VI. nomine Clementi successit. Dominus Hugo Rogerii monachus ordinis S. Benedicti diœcesis Lemovicensis, tunc electus Tutelensis frater ipsius Pipæ: dominus Ademarus Roberti diœcesis Lemovicensis, tunc sedis Apostolicæ notarius; & dominus frater Geraldus de Guardia diœcesis Lemovicensis tunc generalis magister ordinis Prædicatorum consanguineus ejusdem Papæ. Diaconi vero fuerunt dominus Bernardus de Turre in Alvernia diœcesis Cla-

XXIX. Cardinales creati a Clemente. (g) Gesta Clem. VI. atud Bosq.

(h) Jo. Vill. l. 2. c. 7.

(a) MS. romontensis, tunc subdiaconus Papæ, & dominus Guillemus judicis legum doctor diœcesis Lemovicensis nepos ipsius Papæ ex favore. De decem Cardinalibus hoc anno a Ann. Eccl. Tom. XXV.

Clemente creatis M. S. Vaticanum de Romanis Pontificibus (a), Joannes Villanus (b) ac Felix Cantelorus in elencho, alique meminere.

(b) Jo. Vill. l. 12. c. 7.

Q 9 2

I.

Indicta est a Clemente Papa sacra in Turcas expeditio anno Christi millesimo trecentesimo quadagesimo tertio, indictione undecima, ac fera natio, in rei Christianæ exitium nata, in ipsis primis suæ tyrannidibus incrementis edomanda erat Christi vicarii sollicitudine, si paribus Christiani Reges ac principes studiis concurrerent. Permovent ad pium illud bellum cruentæ orientalium lachrymæ, atque intercisæ suspiriis voces Pontificem, cum miserandas clades acciperent a Turcis, qui ingenti navium classe ac militum numero magno impetu in Christianorum fines irrupere, ac palantes vastarunt (a) agros: plura expugnarunt vel opprefferunt improvise adventu oppida, omnia ferro flammaque miscuere, fideles denique conscindere, fundere, in servitutem abduxere, & (quod multo magis flendum & perniciosius erat) plures parum constantia præditos qua blanditiis & promissis, qua terrore & minis ad ejurandam Christianam religionem adduxerunt. Deplorat hæc aliaque mala Pontifex in literis ad Mediolanensem archiepiscopum ac suffraganeos episcopos datis, (b) quibus præcepit, ut populos ipsorum pastoralis curæ creditos ad dandum crucisignatæ militiæ nomen, & Christianis in in orientalibus oris laborantibus auxilia ferenda pro concione omni studio, propofitis indulgentiarum præmiis, cohortarentur.

Turca grassantur in Christianos.

(a) Calcond. l. 2. de reb. Turc.

Plures a Christo abducunt.

(b) An. 2. p. 1. ep. cur. 35.

II.

Jamdudum & nuper etiam, prout evidentia facti, prob dolor! notum reddit, non sine amaritudine mentis accepimus, quod gentes illorum infidelium paganorum, quæ vulgari lingua Turchi vocantur, sitientes sanguinem populi Christiani, & ad extinctionem catholica fidei anhelantes, collectis suæ viribus nationis, a certis retro continuatis temporibus cum maxima quantitate lignorum navilium armatorum in partibus Romania, & aliis locis fidelium convicinis eisdem Christianorum fides per mare fuerunt ingressi, & in Christianos & loca ac insulas eorundem atrociter sævientes, per mare discurrerunt hæctenus & non desinunt discurrere incessanter, damnificantes & depopulantes loca & insulas Christianorum partium earundem, ipsaque incendio miserabili supponentes & (quod nefandius est) Christianos eosdem in prædam abducunt & subjiciunt horribili & perpetuæ servituti, vendentes eos ut animalia, ipsaque ad abnegandum fidem catholicam compellentes; quodque insulam Nigripontis diversis temporibus & vicibus cum eorum iniqua poten-

tia & furore severissima feritatis hostiliter invaserunt, & post depopulationes, incendia, cades, & spolia per infideles ipsos in dicta & aliis insulis ac terris dictarum partium immaniter perpetrata, innumerabiles personas fidelium eorundem cepisse, ipsaque in servitutem prædictam redegisse, prob dolor! afferuntur.

Illata ab iis Eubææ vastitas.

Cum autem de hujusmodi pravitate conatibus & oppressionibus, quos fera paganitas in eosdem fideles sic exercet atrociter, in intimis doleamus, & propterea vias & modos exquisiverimus, ut statui dictorum Christianorum sic oppresso possemus viriliter providere; tandem diligenti tractatu super his habito, duximus ordinandum, ut certa armata galearum per nos in isto primo anno realibus subsidiis de nostra camera, licet sit multis expensarum oneribus aggravata, & deinde spiritualium & ecclesiasticorum subsidiis adjuvanda, nec non charissimum in Christo filium nostrum Hugonem Regem Cypri illustrem, ac dilectos filios magistrum & fratres hospitalis S. Joannis Ierosolymitani, & nobilem virum ducent Venetiarum, & quosdam alios in instanti fiat pro succursu & defensione fidelium prædictorum, usque ad triennium duratura: & quod hujusmodi galeæ bellatoribus, & aliis gentibus opportunis, & armis bene munita apud dictam insulam Nigripontis in instanti festo omnium sanctorum debeant convenire contra infideles eosdem, auctore Domine, viriliter profectura.

Indicta in eosdem expeditio.

Licet igitur assidue cogitemus, quomodo & qualiter negotium ipsum ad Dei laudem & gloriam, & non solum ad defensionem catholicæ fidei & professorum ejusdem, sed etiam exaltationem ipsius feliciter prospereatur; & pro felicitati prosecutione ipsius decimas reddituum & proventuum ecclesiasticorum, in certis terris & provinciis & partibus consistentium, & aliqua alia subsidia duxerimus concedenda; quia tamen negotium ipsum, quod maxima expensarum profluvia requirit, majoribus subsidiis noscitur indigere, ac ad illud coadjuvandum fidelium charitativa subsidia existunt plurimum opportuna, fideles eosdem ad hoc quibusdam spiritualibus munificentis, indulgentiis videlicet & remissionibus, providimus invitandos.

III. Imperate in belli sumptus decumæ.

Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus statum miserabilem Christianorum dictarum partium attendentes, tanquam præcones fideles & fortes athletæ fidei contra infideles eosdem, singuli videlicet vestrum in suis civitatibus & diocæsis per vos & alias personas ecclesiasticas seculares, & regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc idoneas fore noveritis, Christi fidelibus

Propofita sacra militiam professuris indulgentia.

bus juxta datam vobis & eis a Deo prudentiam proponatis publicè verbum crucis, & venerabile signum ejus quibusvis fidelibus illud suscipere devoto voluntibus concedatis, ipsorumque humeris imponatis, fideles eosdem, quos ad audiendum propositionem ipsam, quoties expedierit, ad loca idonea convocare possitis; sollicitis exhortationibus & opportunis instantiis inducentes, ut ipsi suscipientes cum reverentia signum crucis, illudque cordibus imprimentes, contra infidelium prædictorum perfidiam insurgant viriliter, & negotium ipsum ferventer assumant, & ferventius prosequantur, &c. Addit Pontifex propofita indulgentiarum præmia piam militiam professuris, vel iis qui suo sumptu milites submiserint: ac ne piorum elemosynæ ab avaris diriperentur in ecclesiis, solidioris formæ capsam, in quam immitterentur, tribus feris diligenter munitam, quarum claves viris probitate conspicuis committerentur, proponi iussit, ut communi consensu ad sedem Apostolicam stipem fidelium numeratam iussu transmitterent. Dat apud Villanovam Avin. diocæsis 11. kal. octobris anno 11.

IV. (a) Reg. post eand. ep. (b) Bof. hist. l. 2.

Conceptæ sunt eadem verborum forma plures literæ (a), quas aliis archiepiscopis & episcopis Italia, Sardinia, Dalmatiæ, Ungariæ, Poloniæ, Galliarum, Hispaniarum, Angliæ, Germaniæ, Bohemiæ, Livoniæ, Sueviæ, Norvegiæ, aliarumque Christiani orbis provinciarum missæ, ut pari ardore pios inflammarent, vocarentque in laboris & gloriæ societatem.

Quamvis vero ad tantum tamque præclarum opus omnes Christianæ nationes invitarentur, at nonnisi a paucis certa expectanda erant auxilia: Anglum enim ad Gallias invadendas incitabat furor: Gallus sua tueri vix poterat: Castellanus & Lusitanus Granatenfes gloriose oppugnabant: (b) Aragonius ad Balearum opprimendum incumbabat: Germania civili flagrabat bello: septentrionales barbari Ungaros, Bohemos, Livones, & alios finitimos exercevere: plena factionibus Italia: Sicilia & Trinacria ancipiti belli metu erant suspensæ. Coiri itaque tantum potuit sacrum adversus Turcas foedus inter Clementem, Bertucium Gradenicum ducent Venetorum, Hugonem Regem Cypri, atque Helionem & Villanovam Rhodiorum equitum magistrum, cum hos magis quam cæecos Turcica potentia infestaret: Cyprium enim, Rhodium, ac Venetæ ditionis orientales terras invadere moliebantur barbari. Pontificem vero tuendæ religionis ardor accenderat. Et quidem quod ad hospitalarios actinet; magna tum ii arsere invidia, qui ad reprimendos barbaros amplissimis vectigalibus & possessionibus aucti, abjecta sacri belli cura, delictis in-

Qui principes fædus coiverint in Turcas.

dulgerent. Horum vero principem Helionem Villanovanum Clemens militarem disciplinam restituere, & sex tritemes omnibus ad bellum necessariis egregie contra Turcas communibus ordinis sumptibus instruere iussit (c): quamquam censebant aliqui; Hospitaliariorum stipendiis universam classem sustentandam.

Rhodiorum equitum mores collapsi.

(c) To. 2. ep. Secr. 233.

Clemens, &c. Heliono de Villanova magistro hospitalis S. Joannis Hierosolymitani. Habet cleri & populi quasi communis & vulgaris opinio, quæ per multos magnos viros sapius excutitur in nostra præsentia recitata, quod tu, fili, & alia personæ hospitalis de bonis innumeris ipsius hospitalis in transmarinis & cismarinis partibus boni factis quasi nihil: nisi quod personæ hospitalis ejusdem, administrationes gerentes, equos magnos & pulchros equitant, cæcis vacant delectabilibus, pomposis vestibus, vasis aureis & argenteis, & pretiosis aliis ornamentis utuntur, aves & canes tenent & nutriunt venaticos, pecunias congregant & conservant innumeras, & raras vel modicas elemosynas largiuntur: & cum bona dicti hospitalis pro defensione ac dilata-tione fidei catholice tuitioneque Christianicolarum, præsertim in eisdem transmarinis partibus morantium, deputata fore, fidelium devotione noscantur, de iis sollicitudinem aliquam personæ dicti hospitalis gerere non videntur. Propter quod quandoque tactum est, fore non parum utile fidei & fidelibus antedictis, quod alia militaris religio crearetur per sedem Apostolicam, & dotaretur de parte honorum hospitalis prædicti, suas rationes, illi, qui suadebant hujusmodi novam religionem creari, ex iis, quæ præmissa sunt, fulcientes & subiungentes, nihilominus, quod virtuosus & utilis duæ religiones militares in eisdem transmarinis partibus, agerent multo zelo, quam una, sicut olim hospitalarii ac templarii faciebant; & etiam, quod ad hoc abunde sufficerent bona hospitalis prædicti: quamvis nos assensum non præbuerimus, de tua prædicta reformatione & correctione, utili, sicut præmissimus, confidemus. Addit, tristem famam, mulgorum gemitibus ac suspiriis diffusam increbrescere, Turcas in Romania fideles, magno furore excurrere, ac delævire: ad quorum frangendos impetus, ne religionem Christianam in iis partibus penitus extinguant, vertenda sint arma: seque, adhibitis in consilium Cardinalibus & aliis viris rei militaris peritis, comparandam adversus barbaros classem censuisse. Qua vero ratione constanda esset subjicit.

V.

Enervata delictis virtus.

De novo ordine condendo agitur.

Duximus deliberatione provida ordinandum, quod viginti galeæ armatæ ac munitæ in eisdem partibus pro hujusmodi subsidio modo, qui sequitur, habeantur: videlicet per charissimum in Christo filium nostrum Regem Cypri illustrem quatuor, & per di-

Censuit Clemens instaurandam potius disciplinam in veteri.

VI. Conferenda a federatis in Turcas subsidia.

lectum filium ducem & commune Venetiarum quinque, ac hospitale sex heredes quoque quondam Nicolai Semita una per triennium teneantur, & nos quatuor pro isto anno de speciali gratia nostris habeamus expensis: quamvis tam per aliquos ex fratribus nostris S. R. E. Cardinales, quam alios nobis saepe dictum fuerit & suggestum, quod nedum expense dictarum quatuor galearum deberent fieri & ministrari per hospitale predictum; quin potius totalis armata possit commode ipsius hospitalis expensis teneri, cum a pluribus asseratur te plus de thesauro quam alia tota Dei ecclesia possidere: & præter hoc multi priores ipsius hospitalis & fratres habent, ut fertur pecunias infinitas, &c. Subdit plures conqueri, religiosos equites graves inimicitias inter se exercere, neque iis, qui ordini suam operam addixere, sacerdotibusque merita stipendia preberi: proinde tot mala emendet, ut pristinus ejusdem ordinis splendor efflorescat. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis vi. id. augusti anno 11.

VII. Dux Venetorum bellum in Turcas suscipit.

(a) An. 2. l. 5. ep. cur. 23.

Pontificis ad eum literarum.

Tiremes viginti instruende in Turcas.

Eubœa belli arx constituta.

Obtulerat se ultro Venetorum dux sacra expeditioni suscipiendæ socium, & navalis exercitus conficiendæ quartam partem comparaturum Clementi sponderat: atque adeo, cum viginti triemes adornatum iri constitutum esset, Pontifex eum monuit, quinque apparandas ipsi incumberet, quibus sextam ut adjungeret his literis oravit (a).

Clemens, &c. dilecto filio viro Bertutio Gradenco duci Venetiarum Castellana diocesis.

Cum olim per literas tuas responsivas ad nostras, quas tibi super succursu fidelium partium Romanicæ, a Turcis per se ipsos oppressarum multipliciter & desolatarum, inpendendo direximus, plene perceperimus, quod tu quartam partem armata, que fieret pro succursu dictorum fidelium, offerbas firmiter te facturum: ordinavimus nuper pro succursu celeri predictorum, quod certa armata galearum per charissimum in Christo filium nostrum Hugonem Regem Cypri illustrem, ac dilectos filios magistrum & fratres hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, & te usque numerum viginti galearum ad minus [licet plures esse debere credamus, cum nos etiam certa temporalia de camera nostra, licet sit multis expensarum oneribus prægravata, & multa alia spiritalia subsidia pro succursu hujusmodi faciamus] præsentialiter fiat: & quod omnes ipsæ galeæ in futuro proximo festo omnium sanctorum convenire debeant apud insulam Nigripontis, contra eisdem Turcorum viriliter, auctore Domino, profecturæ. Verumtamen, quamvis iuxta oblationem tuam predictam de viginti galeis hujusmodi quinque te contingere dignoscantur; nihilominus tamen, quia propter terras &

insulas, quas tu & Veneti in partibus illis habetis, commodum & incommodum hujusmodi negotii te & ipsos Venetos principaliter tangunt; quodque cum hujusmodi armata facta fuerit, alias galeas ad defensionem & custodiam maris, terrarum, & insularum earundem non expediet, sicut hucusque oportuit, te tenere; reputamus convenire decentiæ, & consonum equitati, ut sex galeas ad minus pro ista vice, non computata in eis potentia dictæ insule Nigripontis [cum intendamus, quod illi dicta insula in armata hujusmodi unam galeam armare debeant eorum sumptibus, & tenere] armari & muniri facias ad præmissa.

Ideoque nobilitatem tuam rogamus, requirimus, & hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum injungentes, quatenus præmissis omnibus in debitam considerationem adductis; & quod tua & dictorum Venetorum principaliter interest ex causa predicta defendere dictas partes, & tum ob hoc, tum ut Veneti ipsi ad navigandum, repressis dictorum paganorum ausibus, tempus quietum arrideat; hujusmodi sex galeas, sublato impedimenti cuiuslibet & dilationis obstaculo, bonis capitaneis seu rectoribus, nec non bellatoribus, qui ad negotium afficiantur hujusmodi, & armis opportunis bene munitas ad dictam insulam Nigripontis in eodem termino studeas destinare: ut Deo, cujus causa agitur, in hac parte favente, negotium ipsum ad Dei laudem & gloriam, quietem fidelium, & ipsorum infidelium confusionem feliciter prosperetur. Nos etiam præfatis Regi & hospitalariis nostras dirigimus literas efficaces, ut galeas, quas pro hujusmodi succursu armare debent, gentibus & armis optimis bene munitas ad dictam insulam in festo predicto studeant destinare: nam galeæ, quæ Januæ & in istis partibus armantur, apud insulam predictam conveniunt cum tuis & aliorum predictorum in termino supradicto. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis vi. id. augusti anno 11.

Quod ad Cypri Regem attinet Pontifex in hortatoriis literis ad eum de instruendis quatuor vel pluribus triemibus datis, quasi imminentis post longa annorum curricula Cypri discriminis præcius, gravissime Hugonem admonuit (b), ni Turcarum potentiam contunderet, ipsos Cyprium aliquando invasuros: Celsitudinem, inquit, tuam requirimus, rogamus, & hortamur attente, ipsam per asperionem pretiosi sanguinis Redemptoris nostri in Domino obsecrantes, quatenus prudenter considerans quantum tibi, & subditis tuis, si dictorum paganorum feritas ulterius invalescat, possit periculum imminere; quantumque commodum predictis & aliis fidelibus, si eorundem hostium refrænetur audacia, &c.

VIII.

IX.

(b) An. 2. l. 1. ed. cur. 19.

Cyprius Rex admonitus; ut Turcas contunderet.

& temeritas compestratur, provenire debeat, & honor ac exaltatio catholice fidei cuncto Christiano populo resurgere; in tanquam princeps Christianissimus, & ejusdem fidei athleta præcipuus, hujusmodi quatuor galeas bonis rectoribus, bellatoribus, & armis, prout tanta necessitas exigit, & facti requirit qualitas, bene munitas, submotis impedimentis quibuslibet, studeas sine defectu ad dictam insulam in eodem termino, in quo alia galea predicta ibidem convenienter destinare; ut Deo, cujus negotium agitur in hac parte, favente negotium ipsum feliciter prosperetur. &c. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis vi. id. augusti anno 11.

Prefectus pontificis triemibus Zacharias Genuensis. (a) To. 2. ep. fecer. 323. (b) An. 2. l. 1. ep. cur. 20. Sicilicæ Regina, ut vires jungat communita. (c) Ib. ep. cur. 25. Prædictum imminere Siciliæ a Turcis discrimen.

X. Achajæ princeps in sacri belli societatem vocatus. (a) Ep. sup. 22. (b) Ib. ep. 21. (c) To. 2. ep. fecer. 324. Itali ad armorum communicationem solliciti. (c) Ib. ep. 328. (d) Ep. 374.

Ceterum dictis quatuor triemibus, quas Pontifex instruendas susceperat, Martinum Zachariam Genuensem, ducem præstantissimum gestis pluribus in Turcas preliis clarum, præfecit (a). Quibus constitutis, augenda classis studio cum aliis pluribus principibus, ut navales vires conjungerent, egit. Arque in primis Sanciam Siciliæ Reginam sollicitavit (b), ut Joannam Reginam ad sociorum classem aliquibus Siculis triemibus augendam impelleret: aliique literis, ut eandem Joannam ad id flecteret, impendens ex Turcarum progressibus regno discrimen ipsi exposuit (c): Charissima, inquit, filia debes diligenter attendere, quod si paganorum prædictorum in partibus illis potentia cresceret, & audacia per amplius inferviret, dicti pagani possent tibi & regno Siciliæ, quod a nobis & ecclesia Romana tenes in feudum, & dictis Romanicæ partibus modico intermedio spatio distat, ac subditis tuis subito multa inferre dispendia & facturas: & quod tum ob hoc, tum propter zelum fidei & defensionem fidelium, claræ memorie progenitorum tuorum inhaerendo vestigiis, teneris & debes pro dictorum succursu fidelium & repressione moliminum infidelium eorundem subsidium destinare, &c. Dat. Avin. vi. id. augusti anno 11.

Provocatus etiam est (d) Robertus Achajæ princeps, ut foederatorum classi duas triemes adjungeret, cum ipsius maximi interesset, ut Turcæ, qui Achajam excursionibus suis frædabant, reprimerentur: atque illius matrem Catharinam Imperatricem Constantinopolitanam, filium ad id hortari iussit (e), cum ipsa quo tempore filii principatum moderabatur, præsulum adducta precibus se paratam obtulisset ad navales vires, si bellum iussu pontificio Turcis inferretur, conjungendas. Convenit etiam una cum aliis principibus Jamvillius Sanutus (f) dux Agriopelagi, triremem milite & com meatu instructam ad socios missurum: quem ut promissa implemet admonuit Pontifex. Tum Genuenses (g) Perentes (h) in Asia ex Constan-

tinopolis adversa parte agentes, quos pluribus a Turcis damnis affectos dolet, Pisanos (i), Anconitanos, Florentinos, Senenses, Perusinos, Joannem archiepiscopum ac Luchinum Mediolanenses, Albertum & Mastinum Scaligeros, Veronenses, Thadæum e Pepulis Bononiensis fidei præfectum, sed principi supparem excitavit, ut vel navibus vel milite comparandam in Turcas classem pro Christiano nomine defendendo, ac fidei propaganda gloria auferent. Utque melius rebus orientalibus fluctuantibus consulere, Henrico patriarchæ Constantinopolitano amplissimum legationis munus in cruce signato exercitu & orientalibus provinciis injunxit (k). Navalis vero exercitus ducibus data, imperia (l), ut ei parerent: quo argumento ad Hugonem (m) Regem Cypri & Venetorum ducem (n) scriptæ literæ, ut nimirum suarum triemium præfectos patriarchæ Constantinopolitano legato obsequentes esse juberent.

Demandatum præterea est eidem legato munus (o) ut concordiam inter Gualterum ducem Athenarum & Catalanos redintegraret. Invidenter ii sibi societatis magnæ e Romania nomen, qui cum olim, ut supra dictum est, sedato bello Trinacrio missi in orientem fuissent, ut Turcarum nascentis imperio obtruerent, immani flagitio, a schismaticis sollicitari, arma verterant in catholicos: dumque hi inter se bello certabant, Turcæ in utroque impetus converterere, ac rem Christianam afflixerunt. Cum itaque Benedictus XII. ex illo inter Catalanos, qui plures ducatus Athenarum arces occuparant, & Gualterum bello infidelium vires in dies confirmari lugeret, edictis apostolicis graviores pœnas belli authoribus incussit, & vocato Gualtero, cum illum ad pacem primum reperisset, Henrico patriarchæ provinciam tractandi inter eos foederis dederat: sed id consilium Benedicti mors oppræsserat: Clemens vero illud perducendum aggressus est, de quo inferius sermo recurret. Nec modo ex ea Christianorum disensione animatos Turcas ad vastandam Peloponnesum & finitimas provincias, verum Europæ amoenitate ac fecunditate terrarum illectos, refert Calcondylas. (p)

(i) Ep. 339. ad 346.

Henricus patriarcha Constantinopolitano creatus in exercitu legatus. (k) An. 2. l. 1. ep. cur. 15. & 27. (l) To. 2. ep. fecer. 326. (m) Ib. ep. 327. (n) Ep. 328. (o) Ep. 413. Catalana societas & dux Athenarum bello impliciti.

Imperatrix inter eos induciæ.

(p) Calcondylas de reb. Turc. XI. Indictæ ad sacrum belli sumptus decumæ.

cras inique opes invadebat, & ad Christianum sanguinem spargendum effundebat, contendebarque iustum se bellum gerere; Exhausta Anglico bello erat Gallia, & Hispaniæ expugnandis Mauris sufficere non poterant) indixit (a). Collocatas hæc decimas fuisse in bello adversus Turcas sustinendo, ex Joanne Villano (b) colligitur, dum ait sumptibus pontificiis crucisignatos conductos fuisse: quam etiam ob causam parta ab exercitu Christiano loca pontificiæ custodiæ sunt commendata.

(a) An. 2. p. 1. ep. cur. 50. ad 114. (b) Jo. Vill. l. 12. c. 38.

Græci de inauranda ecclesiarum conjunctione agitant.

Urgentur ad id Turcarum gratificationibus.

Dum ita Christi vicarius bellum sacrum in Turcas apparabat, Constantinopolitanus Imperator Joannes Palæologus, vel potius, cum is ob imbellem ætatem tractando imperio par non esset, proceres ad quos consilia summa referebantur, Turcico flagello vexati, ut ad Romanæ ecclesiæ sinum redirent, Clementis opem flagitarunt, suumque erga sedem Apostolicam studium amplissimis verbis explicuere. Expetierant jam antea sapius Græci Romanæ ecclesiæ gratiam, cum res suas in anceps discrimen adductas intuerentur ac viribus postea confirmati larvatum pietatem exuebant: atque etiam Andronicus Joannis Palæologi pater, cum eam imperii partem, quam in Asia obtinebat, amisisset, spem missis oratoribus dederat, fore ut, si milite ac stipendiis ad amissa recuperanda fulciretur, ecclesiæ catholice se aggregaret: cui Romanus Pontifex certissima sponderat auxilia in Turcas, modo id perfecisset ne quam armis orthodoxorum auxisset, potentiam in catholicos verteret, schismaque confirmaret. In quo lugeat lector quanta Græcis exitia schisma attulerit, cum spretis eorum calamitatibus a catholicis, ipsos velut a dominico grege aberrantes oves, suumque fugientes pastorem, fera Turcica devoravit. Non passa vero est divina providentia unica barbarorum eluvione ipsos mergi, sed crebris excursionibus urgeri ac lancinari, ut exuerent errores, ac sævissimorum carnificum minis ad amantissimum patrem omnium fidelium perfungerent.

XII. Pontifex ad eos excipiendo paratus.

(c) To. 2. ep. secr. 414. ext. etiam in MS. arch. Vat. de rebus Græc. Tartaror. &c. p. 44.

Fatigabant porro hoc tempore Græcos non solum Turcæ, sed etiam Tartari: ac licet in Turcas ii tantummodo opem poscerent, Pontifex usus occasione, ut Græcos ad conjunctionem revocaret, non modo contra illos, verum contra Tartaros quoque apostolicum patrocinium certissimum est pollicitus (c): proposuitque ob oculos ovilis dominici unum esse pastorem, nec alium quam Romanum Pontificem; & Constantinopolitanum imperium, dum in hujus clientela & veneratione stetit, scientiæ & armorum gloria effloruisse.

Magnifico viro Joanni Imperatori Græcorum Palæologo gratiam in præfenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

Munificentia tua literas per dilectum filium nobilem virum Philippum de sancto Germano nuntium tuum, oriundum de partibus Sabandiæ, nostro apostolatu præsentatas benigne recepimus, & tam ea, quæ continebantur in eis, quam quæ idem nuntius sub credentia sibi concessa per dictas literas explicare coram nobis pro parte tua curavit verbotenus, pleno collegimus intellectu: cumque tam per ipsas literas, quam ea quæ idem nuntius verbo, ut præmittitur, explicavit affectum magnæ devotionis & reverentia nobis & Apostolicæ sedis obtuleris; ac expressis diris oppressionibus, molestationibus, & afflictionibus, quas gens illa nationis Turcorum fetida inimica fidei Christianæ, ad confusionem & exterminium Christianitatis aspirans, tibi & populo Græcorum intulit præsumptuos & terribilibus ausibus hætenus, & inferre crudelius non desistit, præstari tibi & eidem Græcis adversus Turcorum prædictorum infidelium potentiam & malitiam galearum & vasorum navigabilium armatorum, & munitorum Latinis hominibus, subsidium per nos & Rom. ecclesiam postulaveris; eidem magnificentiæ breviter super iis respondemus, quod nos dudum, non sine compassione magna & ingenti dolore cordis auditis diris & gravibus molestationibus & afflictionibus, quas prædicti Turchi, omni humanitate postposita, Christianis & fidelibus Romanæ & aliarum transmarinarum partium intulerant & etiam inferebant, non valentes pietatis paternæ viscera claudere super his, nec volentes, pro defensione fidelium & Christianorum dictarum partium, ac repressione præfatorum Turcorum infidelium, certum galearum & vasorum hujusmodi sufficienter armatorum & munitorum ordinavimus subsidium exhibendum; volentes indubie te tenere, quod si tu ac Græcorum clerus & populus, rejecta infectione illius execrandi ac damnandi schismatis, quod eos damnabiliter a sacrosancta Romana ecclesia matre omnium fidelium & magistra divisit, per unionem salutarem Deo placibilem, mundo acceptabilem, & salutem animarum multipliciter fructuosam ad matrem rediretis eandem; & diligenter attempto, quod dominus noster Jesus Christus unicum esse ovile ovium suarum & unum pastorem esse voluit, sicut in evangelio continetur, & in Apostolorum symbolo fides profitetur catholica, unam esse catholicam & apostolicam ecclesiam, quam ipse dominus Jesus Christus in seipso lapide angulari fundavit, & ejus magisterium principi Apostolorum, B. Petro videlicet, cui licet insufficientibus meritis successimus in apostolatus dignitate commisit, vos sub eodem ovili,

Legatio a Græcis missa ad Clementem.

Postulata contra Turcas supplicia.

Promissa a Pont. si Græci schisma ejurent.

ovili, extra quod non est alicui gratia neque salus, reducere curaretis; nos & ipsa ecclesia, vobis gaudiosis amplexibus occurrentes, intra nostra recipere præcordia, & ad defensionem vestram non solum contra Turcas ipsos, sed Tartaros & alios vestros & fidei catholica inimicos & hostes, quantum possemus, defendere ac tractare, tanquam prædilectos & charissimos filios amplis favoribus & opportunis gratiis proculdubio studeremus.

Non modo contra Turcas, sed etiam Tartaros.

Græci ob schisma dejecti.

XIII.

Alexius Megaducas ad ecclesiam conjunctionem inclinat. (a) Ib. ep. 415. & in eod. MS. p. 43.

Solicitatione ut ad id operam navet.

Et utinam tua & populi Græcorum perpenderet prudentia diligenter, quod ex reuentione hujusmodi, præter commoda spiritualia, quæ vobis affluenter provenirent, exinde multa bona temporalia resultarent: nam ut communis & vulgaris habet narratio, & antiqua gesta testantur, quandiu Græcia sub devotione ac unitate ipsius ecclesiæ Romane se tenuit tanquam matris, præ aliis mundi nationibus scientiarum præcellentia floruit, & militari potentia victoriosa præfulsit. Dat. Avin. XII. kal. novembris anno II.

Profecto frequentibus experimentis compertum est, verissimam esse sententiam postremis hisce verbis comprehensam: & quia Græci in veteri perfidia obfirmati in deteriora sunt lapsi, gravissimo Turcarum jugo premi meruerunt.

Scriptis eodem die Pontifex ad Alexium Megaducam (a), qui significarat, sacra se obtinendæ Romanæ ecclesiæ conjunctionis cupiditate teneri: cui Clemens spiritum gratiæ salutaris in præficio literarum titulo fauste precatus, adjecit stimulos, ut susceptura pia consilia in opus perduceret, commendavitque Bartholomæum Romanum canonicum Negropontensem, sive quempiam alium Henricus patriarcha Constantinopolitanus Apostolicæ sedis legatus ad eum mitteret; tum est adhortatus, ut operam suam, atque industriam ad aggregandum Romanæ ecclesiæ Imperatorum collocaret: Nobilitatem, inquit, tuam in Domino attentius exhortamur, quatenus intra tua præcordia diligenter revolvens, & absque dubitatione considerans & attendens, quod extra unicum ovile dominicum, cujus est unus pastor successor B. Petri Apostolorum principis, Romanus videlicet Pontifex vicarius Jesu Christi, non est alicui gratia neque salus, ut Græcorum populus extra ovile damnabiliter errans hujusmodi, se una cum magnifico principe Joanne Græcorum ipsorum moderatore Palæologo illustri reducat ad illud, prout decenter & utiliter poteris, sic studiosis sollicitudinibus elaboreres, quod inde tibi meritum acquiras cumulum apud Deum, ac nostram & Apostolicæ sedis abundanter gratiam merearis.

XIV.

Aliis vero literis paucis post diebus exaratis certiorum illum fecit, quam peramanter illi paternum sinum explicaret, utque maturaret gressus apostolicis benedictis. Ann. Eccl. Tom. XXXV.

ficiis provocavit (b): Nos, inquit, tibi ad instar illius patris evangelici, qui filio de regione dissimilitudinis redeunti jucundum paravit convivium. occiso vitulo saginato, volentes tibi occurrere gaudiosis amplexibus, teque gratiis spiritualibus prævenire, ut cum ad eandem unitatem veneris, devio relicto schismatis hujusmodi & rejecto, confessor tuus catholicus, quem duarum eligendum, plenam omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus & ore confessus fueris, remissionem impertiri auctoritate apostolica valeat; sic tamen quod de his, de quibus alteri fuerit per te satisfactio impendenda, illam tibi dictus confessor faciendam injungat, quam tu, dum vixeris vel heredes tui, cum te de hac vita transire contigerit, facere teneamini, tenore præsentium indulgemus. Dat. Avin. VI. kal. novembris anno II.

(b) Ib. ep. 423.

Data sacerdoti catholico ejus absolvendi auctoritas.

Significarat etiam Clementi literis atque oratoris Conradus opera Demetrius Græciæ despota, se desiderio transvolandi in sinum Romanæ ecclesiæ ardere. Cui Pontifex in præficio literarum quæ VII. kal. decembris sunt consignatæ, titulo fauste precatus: Promereri gratiam in futuro; stimulos addidit (c), ut promissa mandaret operi, se paternum illi sinum aperire, meritisque officiis profecutorum ut amantissimum filium: tum etiam magistratibus Peyræ, quæ ex adverso Constantinopoleos litore in Asia jacet, scriptis, (d) ut Demetrio, si ad Romanæ ecclesiæ conjunctionem rediret, opera & consilio non deessent: quibus etiam injunxit ut Henrico patriarchæ Constantinopolitano A. S. L. vel aliis ab eadem sede vel patriarcha missis ad tractandam Græcorum cum Romana ecclesia conjunctionem, studium suum explicarent. Hortatus pariter est Joannam Andronici Imperatoris viduam (e), ut faciles iis aures accommodaret, quæ legatus a filio Joanne Palæologo missus ad Apostolicam sedem pontificio nomine illi relaturus esset: tum Isabellam e Rocheta, quæ ad ejurandum schisma se paratissimam ostenderat, monuit (f) ne conceptum pium ardorem deservescere sineret.

Demetrius despota schisma exuere cogitat.

(c) Ib. ep. 492.

(d) Ep. 493.

(e) Ep. 424.

(f) Ep. 426.

Pellicere etiam gravissimis literis patritios, senatores, ac proceres Græci imperii ad Romanæ ecclesiæ obsequia stuit: & quantas utilitates felix & optanda omnium Christianorum conjunctio universo imperio afferret, quanta schisma invexisset mala, exposuit (g); eamque ob causam passam divinam justitiam, veterem illius dignitatem adeo deflorescere.

XV. Græci proceres admoniti officii.

(g) Eod. to. 2. ep. secr. 418.

Clemens, &c. nobilibus viris universis principibus, baronibus, ac populis imperii Græcorum gratiam in præfenti, qua perducatur ad gloriam in futuro.

Si quot & quanta spiritualia & temporalia incommoda scibis illud, per quod, procurante hoste antiquo, qui saluti humane invidens charitatem unitatis ledere innata sibi malitia non desistit, Græcorum populus unicum ovile dominicum, cujus est unus pastor, & extra quod non est alii cui gratia neque salus, exiens & aberrans a sacrosancta Romana matre sua ecclesia multum damnabiliter, prob dolor! se dignis hactenus, attulerit in populo Christiano & afferat etiam incessanter, attenta meditatione pensaveritis, & intra vestra revolveritis præcordia diligenter; profecto credimus, quod ab eodem damnando scibis, velut a devio periculoso recedere curabit, & ad unitatem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matris omnium fidelium & magistræ tamquam ad viam rectam, qua salutis æternæ panditur aditus, redire properabit festinanter.

Ut floruerint Græci dum vivere catholici.

Emarcuerit post schismatum gloria.

XVI. Data populis notata. (a) Ib. ep. 419.

Et eorum præfiliabus. (b) Eod. to. 2. ep. sec. 416. & MS. de reb. Græc. &c. p. 45.

Habet siquidem vulgaris & communis opinio, & antiqua gesta testantur, quod cum Græcia in sinu ejusdem ecclesiæ unitæ ac catholice fovetur, victorioso ac gloriose inimicos suos suppeditabat & hostes, præ aliis mundi nationibus militari potentia & strenuitate armorum præfulgens, & florens nihilominus scientiis literarum, aliisque variis decorata virtutum & donorum insigniis lucidius coruscabat. In quo statu autem ipsa fuerit postmodum, & nunc existat Græcia, magistra rerum docet experientia, & vos ipsi ex iis quæ occurrunt & occurrunt habere potestis, si diligenter perpenderitis, notitiam plenioram. Nos igitur, quibus a summo pastore domino nostro Jesu Christo ejusdem ovilis sui cura desuper est commissâ, cupientes vos una cum aliis fidelibus infra illud includi, ut inde possitis gratiam, quæ perducatur ad gloriam promereri, nobilitatem vestram, &c. Addit preces, ut studium ad redintegrandam orientalis ecclesiæ cum occidentali conjunctionem conferant, ex quo ingens apud homines decus, atque apud æternum Numen præmia sunt comparaturi. Dat. Avin. XII. kal. novembris anno 11.

Conceptæ sunt simili forma literæ ad populum Constantinopolitanum missæ (a) quibus paternæ benevolentia signis egregiis mulcere illum studuit, ut ad supremi in terris Christi vicarii gremium reverteretur. His paternis blanditiis laicos Græcos, ut schisma ejurarent, alliciebat, seque promptum & alacrem ad infideles, qui cruentam de ipsis quotidie carnificinam exercebant, comprimendos exhibebat. Qui etiam ut clerum moneret officii, ne quid intentatum relinqueret, ac ne tot populorum sanguis de ejus manibus requirereretur, patriarcham, archiepiscopos, & episcopos Græcorum imperii ad restituendam ecclesiæ conjunctionem provocavit, (b) gravissimi que divinæ scripturæ oraculis

unicam esse catholicam ecclesiam, cui unus summus pastor Sancti Petri successor ex Christi domini decreto præfesset; neque ex conjunctione orientalium suas venari utilitates, ipsorumve dignitatem labefactandam, quorum tueretur potius splendorem. Conjungerent itaque ex pastoralis officii religione sollicitudinem diligentiamque omnem ut ex omnibus Christianis populis una ecclesia sub uno Christi in terris supremo vicario coalesceret: ita enim, firmissimo fœdere conjunctis orientalibus & occidentalibus, Turcarum ferociam facile repressum iri.

Dilectis in Christo fratribus patriarchæ, & universis archiepiscopis & episcopis Græcorum spiritum gratia salutaris.

Salvator noster dominus Jesus Christus, pro redemptione humani generis sub forma servi vestem nostræ mortalitatis assumens, reprobatam quondam propter ingratiudinem, perfidia Judæorum, & oblato synagoga, quæ tempus visitationis suæ non cognovit, libello repudii, sacrosanctam ecclesiam non habentem maculam neque rugam, congregatam in unum ex gentibus & Judæis, qui oculos illuminatos habentes, viam veritatis & fidei cognoverunt, ipse lapis angularis utrumque conjungens parietem & utraque unum faciens, in sponsam sibi specialiter prælegit; eamque sanctificans, & mundans aquæ lavacro in verbo vitæ, gloriosam exhibuit, ac sanctam, & immaculatam effectit, juxta quod in canticis canticorum legitur: Una est sponsa mea, electa mea, immaculata mea. Ipse quoque dominus Jesus Christus unum esse ovile ovium, & unum pastorem in evangelio protestatur: & in Apostolorum symbolo unam esse catholicam ecclesiam fides catholica profitetur, quam ipse Dominus in se ipso lapide angulari probato, pretioso, vivo, ab ædificantibus reprobatum, a Deo tamen electo & honorificato fundavit, & ejus magisterium Apostolorum principi, B. Petro videlicet, qui licet insufficientibus meritis in apostolatus successimus dignitate, concessit inquit: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & paulo post subdidit: Et tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis; & nihilominus ovium suarum curam non solum alicujus gregis determinati, sed omnium ad ovile suum dominicum pertinentium universaliter verbo tertio repetito commisit, dicens: Parce oves meas; & quod ejus fides nunquam deficeret, se orasse fuitur, loquens ad eum in evangelio: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos; ut patenter ostenderet, non solum ovium, sed etiam pastorum omnium ipsam vicarium,

XVII.

Demonstratur unitas ecclesiæ.

Et primatus Petri.

d. p. u.

deputare pastorem. Quod etiam significanter ostendit cum, ipso apparente post resurrectionem discipulis, Petrus per mare, ceteri vero discipuli navigio pervenerunt. Cui soli alibi dixisse ipse Dominus legitur: Duc in altum: cum enim singuli determinatas habeant sibi provincias, soli Petro & ejus successoribus ipsa tota commissa est universalis ecclesia toto orbe diffusa, nempe signum singularis pontificii Petri, per quod non navem unam, ut ceteri quique suam, sed seculum ipsum gubernandum suscepit: mare quidem seculum est, navis ecclesiæ designatur. Quæ quidem Græcorum populus provide non attendens, aliam sibi confinxit ecclesiam (cum sit unica tantummodo, ut est dictum) & ab Apostolicæ fidei unitate recessit: nec constitutionem Domini, nec Petri magisterium imitatur, & inconsumibilem vestem Domini, cui crucifixorum manus in aliarum vestium divisione, pepercit, scindere usque ad hæc tempora perfrusta conatur; non adveniens prudenter, quod una Noe tantum exitit arca, intra quam sub uno rectore quicumque fuerunt, leguntur in cataclysmo salvati: qui autem extra ipsam inventi sunt, omnes in diluvio perierunt.

XVIII.

Necessitas redintegrandæ ecclesiæ conjunctionis.

Sane quia nos libenter ad instar illius pastoris evangelici, qui ovem perditam & extra gregem errantem requirens sollicitus, & ipsam reperit imponens super humeros reportavit, ne bestiarum dentibus devoraretur, ad gregem, pro Græcorum ipsorum, ad eandem unicam ecclesiam reunionem Deo placida, mundo acceptabili, & animarum salutis non modicum profutura, si ad hoc, gratia præveniente divina, disponeretur materia, laborarens studiis operosis; super iis tam magnifico viro Joanni Imperatori Græcorum Palæologo illustri, quam principibus, baronibus, & nobilibus imperii Græcorum, ac populo civitatis Constantinopolitanae per literas scribimus opportunas.

Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur in domino Jesu Christo, quatenus præmissa, & quod extra dictum ovile dominicum, cujus est, ut præmittitur, unus pastor, non est alicui gratia neque salus, diligentius attendentes, vos qui ejusdem Græcorum populi eminentiam præfulatam gerere videmini, ad reunionem prædictam vestra studia dirigentes, tam eundem Imperatorem, quam prædictos principes, barones, nobiles, & populos vestris monitis & exhortationibus salubribus ad reunionem hujusmodi, ut vobis & ipsis perennis vitæ patere valeat aditus, inducatis; scilicet pro certo, quod ex iis vel aliis vestra vel sua non querimus, sed tantum vestrarum & ipsorum animarum salutem paternæ sollicitudine sic zelamus, quod si ad unitatem ecclesiæ prædictæ redieritis, vestra recipere non intendimus, sed vobis potius dare nostra, & etiam se

Non querit aliud a Græcis Pont. luterum, quam animarum.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

oportuerit nosmetipsos: ac nos & sedes Apostolica vos & ipsos recipimus extensis charitatis paternæ brachiis in amplexus, privilegiis, gratis, & opportunis favoribus, & alias sicut alios fideles ejusdem ecclesiæ nihilominus prosequendo, nec non assistendo vobis & ipsis, quantum fieri poterit, contra Turcos & alios vestros & ipsorum oppressores & hostes. Dat. Avin. XII. kal. novembris anno 11.

Eodem exemplo calogeres e monte sancto (ita mons Atho ob innumeros monachorum greges, qui in eo agebant, vulgo vocitabatur) quorum studium erat in rerum divinarum contemplatione animum defigere, scripsit (a) adjecitque has preces: Universitatem congregationis vestrae monemus & hortamur in domino Jesu Christo quatenus præmissa, & quod extra unicum ovile dominicum, cujus est, ut præmittitur, Dominus pastor, non est alicui gratia neque salus, diligentius attendentes, vos qui, sicut audivimus, zelum animarum habentes, in contemplationis altitudine jugiter persistitis, ac austeritate vitæ pro quiete cælestis patriæ acquirenda vos, ut intelleximus, affligitis ne lutum damnati scibismatis iter vestrum impediatur, & labores vestros hujusmodi evacuet a mercede, ut Græcorum clerus & populus, inter quos principaliter numerari noscimini, ejusdem impedimento rejecto scibismatis, ad unitatem sanctæ Romanæ matris ecclesiæ una vobiscum redeat, & in ovili dominico prædicto, ut mereatur salutem consequi, se includat laborare operosis sollicitudinibus studetis.

Promovendæ necessariae adeo conjunctionis desiderio Clemens prætorum. Genuensium Reræ agentium, magistratum Venetorum, Dominicanæ & Franciscanæ familiarie religiosos viros summa opera ad Græcos ad catholicam ecclesiam traducendos incumbere iussit (b). Sed eorum diligentiam ac studia pontificia, tot insignibus notis tantoque zelo explicita, Græcorum schismaticorum pertinacia eludit: quamquam extremo etiam anno a Clemente repetitis literis (c) VII. kal. decembris cum Joanne Palæologo, hoc iis titulo præfixo: Magnifico principi Joanni Græcorum Imperatori, & moderatori Palæologo illustri gratiam in præsentem, quæ ducat ad gloriam in futuro; deque concordia ecclesiarum instauranda iterum, cum a Caneaceno tyranno Turcarum, auxiliis scincto premeretur idem Palæologus, fuerit agitata. Sed de his inferius suis locis dicetur: nunc Armenas res aggrediamur.

Elatus arrogantia soldanus Babylonius ex Christianorum Regum dissensione, eo ferocius insolēcebat, quo Eduardus Anglorum Rex, tanquam Saracenorum stipendiis conductus esset, Francorum Regem, qui Armeniam tuendam ac Babyloniam

XIX. Monachi ut redeant ad ecclesiam convocati. (a) To. 2. ep. sec. 417.

Missi religiosi viri pro urgendo ecclesiarum fœdere. (b) Ib. ep. sec. 420. 421. 422. 517.

(c) Ep. 517.

XX. Armenia a soldano invala.

R r 2 lo.

Postulata a Guidone Rege subsidia. (a) To. 2. ep. fecr. 134.

Porrectæ Regibus ejus precæ. (b) Ead. ep. 134. & ep. 135. XXI. Amplificata apud Tartaros religio.

(c) Eod. to. 2. ep. fecr. 132.

Tartarorum Imp. ad fidem Christi provocatus.

Ionium petendum bello susceperat, a sacra expeditione distrahebat. Impar itaque Egyptiæ, Syriacæ, ac Babylonici potentis Armeniæ Rex Guido supplices oratores ad summum Pontificem misit (a), qui multis lacrymis tristes Christianorum casus ac Saracenorum ferociam exposuere, rogavereque ut Reges ad ferendam fratribus eodem cum ipsis Christi domini sanguine redemptis opem impelleret. Hos vero Pontifex ad Philippum Francorum & Eduardum Anglorum Reges dimisit, ut ipsos ad vertenda contra hostes fidei arma, ac feliciores triumphos de Machometi cultoribus referendos inflecterent, quos apostolicis literis ad tantum opus provehendam VII. id. jul. est adhortatus. (b)

Exteros etiam Reges fide Christianam nondum exultos devincere amicitia studuit Pontifex, ut ipsos facilius ad Christum alliceret, tum constitutos in eorum imperiis Christianos ab infidelium injuriis vindicaret. Propagata apud Scythas Tartaros erat Christiana fides religiosorum virorum præcipua opera: cumque Elias Ungarus ad sedem Apostolicam ex Tartaria septentrionali accessisset, exposissetque rei Christianæ in iis regionibus statum, ut Janibechus imperator Christianis profitendæ religionis usum permitteret, Clemens Janibechum ipsum oravit (c), ut in defendendis Christianis imperiale studium explicare pergeret, atque ad alendam amicitiam oratores majorum exemplo ad sedem Apostolicam mitteret.

Magnifico principi Janibech Imperatori Tartarorum illustri Deum verum, qui omnia creavit de nihilo, devote cognoscere, diligere, & timere.

Ad sedem Apostolicam sæpius extitit multorum velatibus fidedignis perductum, quod progenitores tui Tartarorum Imperatores ex innata, & a Deo sibi inspirata clementia, Christianos in tuo degentes imperio tractare præteritis temporibus favorabiliter & humaniter curaverunt, eos tam divina pietatis intuitu, quam reverentia dictæ sedis pie manutenendo, & conservando in suis libertatibus, ac ab oppressione indebitis, violentiis, & injuriis defendendo; permittendo quoque sacerdotes catholicos divina ibidem celebrare officia, ministrare sacramenta ecclesiastica, & tam Christianis populis, quam aliis audire volentibus prædicare libere verbum Dei. Propter quod sedes ipsa & prædecessores nostri Romani Pontifices, ex his gaudiis & exultationis vore perfusi, nuncios Imperatorum ipsorum quandoque venientes ad sedem eandem receperunt placabiliter, eosque gratis & favoribus prævenere, regravatorias, directivas, & amicales literas plerumque præfatis Imperatoribus diri-

gendo. Et licet præmissa sæpe læta mente audierimus, dum status inferior nos haberet, nunc tamen ad apicem summi apostolatus assumpti, divina gratia favente, eis tam per dilectum filium Eliam de Ungaria ordinis Minorum illis in partibus diutius conversatum, quam alios fide dignos in nostra presentia, commendabiliter & laudabiliter recensitis, exinde tanto amplius exultavimus, quanto curam Christianorum omnium ex instructo nobis desuper apostolice servitutis officio magis conspicimus imminere; sperantes in eo, qui nunquam cessat a benedictionibus gratiarum, quod tu laudabilia progenitorum tuorum prædictorum vestigia imitando, super his erga Christianos eosdem exuberare favores & gratias hujusmodi non cessabis.

Tuam siquidem credimus magnificentiam non latere, quod in terris & ditionibus nonnullorum charissimorum in Christo filiorum Regum Christianorum innumera Saracenorum & aliorum, qui fidem Christianam non colunt, millia commorantur, qui ab eisdem Regibus tolerantur & conserventur, ac ab injuriis & oppressione quorumlibet defenduntur, nec aliquis Saracenorum ipsorum & fidem eandem non colentium, vi, metu, vel violentia ritum suum abnegare, aut fidem Christianam suscipere cogitur; sed si ad eam venire sponte, & libere voluerit, favorabiliter recipitur & benigne. Rogamus itaque celsitudinem tuam & hortamur quatenus præfatos Christianos, in tuo prædicto commorantes imperio, ad instar eorumdem progenitorum tuorum habeas commendatos, ipsos defendendo ab injuriis & oppressione indebitis quibuscumque, sacerdotesque permittendo prædictos divina officia peragere, proponereque libere quibusvis audire volentibus verbum Dei. Nos autem nuncios tuos & literas, si ad nos miseris, recipimus favorabiliter & libenter, ac ea, qua pro parte tua coram nobis exponere curaverint, audiemus, tibi que viam charitativis & benignis monitis, si audire volueris ostendemus, per quam tibi gratia in præfenti vita dabitur abundanter a Domino, & tandem post decursum vite ipsius æternæ felicitatis gaudia mereberis adipisci. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis IX. kal. augusti anno II. Insecere Saraceni Janibechum pravis in Christianos suspitionibus, atque hoc ipso anno ad mercatorum Venerorum ac Genuensium in urbe Tana amplissimas opes diripiendas concitarunt (d). Fluxit mali initium ex contentione inter Christianos & Saracenos exorta, in qua cum ad arma ventum esset, ac vincerent Christiani, Tartari in eos efferati eos parim morte, partim carceribus affecere, bonisque omnibus ac mercibus exuere; neque commercium, nisi aliquot post annis, est repeti-

Elias Ungarus Christum inter Tartaros prædicat.

XXII.

Christiani Janibecho commendati.

(d) Jo. Vill. l. 12. c. 26. MS. diar. Vener. hoc an. Bizar. hist. Gen. l. 6. Foliol. 17. hist. Gen. tum

(a) Foliol. eod. lib. Cassa obfessa a Tartaris.

XXIII.

Navata a Pont. opera conciliandis discordiis.

(b) To. 2. ep. fecr. 269.

Genuenses bellum parant in Cyprios.

(c) Ib. ep. 263. Pontifex sponte illud studet.

XXIV. Galli & Angli bello atroci impliciti.

tum. Quibus addit Folieta (a), Scytharum Tartarorum Imperatorem, & maxime obfessione Theodosiam Genuensium coloniam, vulgo Capham nuncupatam; Turcasque se iis coniunxisse: sed de eo iterum inferius.

Legendum quidem, infideles quamvis lingua diffonos, superstitione, moribus, natione dispares, mutua animorum consensione in Christianorum exitium conspirasse; Christianos vero, cum divini Numinis augenda gloria ac tuenda religio esset, in se mutuo arma strinxisse. Qui non suscepti a Pontifice labores & quæ prætermitti studia, ut non modo Græcos, de quibus actum est, cum Latinis; verum Genuenses quoque cum Cypriis, Gallos cum Anglis, Aragonios cum Balearibus, Siculos cum Trinacriis, Italos inter se, Bavaros aliosque plures Germanos cum ecclesia conciliaret? Utque a primis incipiamus; ardebat ira Genuenses in Cyprios nonnulla damna in Cypri insula accepisse: ad quorum animos leniendos Pontifex, ne sacra expeditioni, quæ adversus Turcas parabatur, impedimentum aliquod ex eorum discordiis iniiceretur, Simonem e Buccanigra ducem (gubernatorem vocat Clemens) certiore fecit, (b) Hugonem Cypri Regem, si quæ Genuensibus damna illata essent, sarcinaturaturum. Et sane Cyprius Rex, Pontificis contra Turcas federatus ad redintegrandum foedus oratores Genuam miserat: il vero, essi a Genuensibus per honorifice excepti, pacem impetrare non potuerant: immo Genuenses ad Cyprium invadendam validam classem instruebant: quos ut a nefario consilio abduceret Christi vicarius, gravissimis exposuit literis,

(c) ea consilia in religionis exitum vergere, pum in Turcas bellum dissolutum: darent nomini Christiano, darent Numini divino, darent sedi Apostolicæ injuriam: quæ æquitatis legibus compensanda foret: accessisse ad aulam pontificiam Hugonis oratores, atque Regis & Cypriorum nomine de controversia paratos subire iudicium; atque adeo oratores ipsi suos Avenionem autoritate instructos legarent. Ita Clementis sollicitudine Cyprium illud bellum discussum.

At graviora bella, quæ Gallos inter & Anglos intercedebant, non sustulit Pontifex, sed retardavit. Incubuerat in Britanniam vis bellica, cum Eduardus co-

mielis Montisfortis, ducis Britannicæ sine De Briliberis defuncti tertii natu fratris in Antantania profugi clientelam adversus Francorum Regem suscepisset (d): cumque periculum esset, ne adversæ acies prælio confertæ plurimum sanguinem Christianum spargerent, Cardinales legati Petrus Prænestinus & Anibaldus Tusculanus episcopi a Pontifice missi (e), ad utriusque principis castra se contulere, atque inducias ad triennium sunt pacti (f), ut excurrente eo tempore Pontifex utrumque Regem conciliaret. De quibus hæc M. S. Vaticanum (g): Misit, nimirum Clemens Papa, dominum Anibaldum Neapolitanum Cardinales & dominum Claromontensem Cardinales ad tractandum pacem vel aliquam treugam, cum Regibus Franciæ & Angliæ, & ipsorum regnis: qui Cardinales in tantum operaverunt, quod treugam inter dictos Reges & ipsorum regna ordinaverunt per tres annos: sed modicum fuit observatum, specialiter in Valencia & Britannia. Pactas inducias refert Hocsemius (h), ut Anglica Gallicaque arma, si non in Turcas, saltem in Granatenses in Hispania ad Alfonso Regis Castellæ, Algeziram obsidentis, confirmandas vires verterentur: Circa principium, inquit, hujus mensis, nimirum Januarii, inter Reges Franciæ & Angliæ treuga publicata sunt a festo Michaelis ad triennium duratura; & ex tunc multi magnates properant in adiutorium Regis contra Granata Saracenos. [1]

Assensit his induciis Eduardus Anglorum Rex non pacis studio, sed cum ob tempus bello incommodum, hostisque potentiam consilia promovere non posset, bellum distulit, ut antea apud Cameracum & Tornacum egerat, quo illud majore apparatu redintegraret: ac Pontifex, cum induciæ jam inter Francorum & Anglorum Reges essent pactæ, quibus Scoti erant comprehensi, & omnes ambarum partium fœderati, ad quos sedandos, si consurgerent in arma, ac præcipue in Britannia, Reges se obstrinxerant (i); intercessit literis apud utrumque Regem, ut summa religione ad muniendam pacis viam fervarentur. Constituta (k) erat sacra Joannis Baptiste natalitius dies, qua amborum Regum oratores apud sedem Apostolicam de concilianda pace agerent: sed illam Eduardus ad natalicia Disparæ extrahi flagitavit; con-

(d) To. 2. ep. fecr. 1. & c. 3. ep. 1. (e) Super ep. 1.

NOTÆ [1] Induciæ inter Gallos, & Anglos non quidem anno superiori, quo relatæ sunt ab Annalista num. II. sed præfenti, quo pariter ab eodem referuntur, sancitæ sunt, Januario inuente, teste Hocsemio, qui cum anno 1348. Chronicon suum de episcopis Leodiensibus claudit. Triennales fuisse idem Hocsemius cum Froissardo alii que apud Annalistas affirmat. Continuator Nangii, qui tunc pariter in Gallia agebat, ad biennium determinat; sed cum solus id affirmet, & res anni 1342. & 1343. in unum misceat atque confundat, hinc vitium ejus textum suspicari merito possumus. MANSI

Comes Montisfortis captus.

Bellum inter Aragonium & Balearum.

XXV.

(a) To. 2. ep. secr. 24. Aragonius Balearum infestatibus. (b) Eod. cap. (c) Id. c. 65. Baleares confirant cum Aragonio. XXVI. (d) Eod. cap. & Matth. Vill. l. 1. c. 127. Card. S. Sufannæ in Aragonia legationem obiit. (e) Clem. an. 2. l. 1. ep. cur. 118. Bern. tit. S. Cyriac. in ejus locum subrogatus. XXVII. (f) Ib. ep. cur. 121. Instructus potestate ferendi athenaematis in belli auctoritas. (g) Ib. ep. cur. 122. (h) Ib. ep. cur. 124. ad 142.

contenderatque, ut Philippus Rex comitem Montisfortis belli Britannici initio apud Nanneras captum restitueret libertati, ac Davidem Regem Scotiae moneret ut servaret inducias. Redintegrando vero potius bello, quam paci componendae intentus erat Eduardus: dumque tractatus diem extrahebant, plura quae turbarent concordiam, obtigere. Haec de pontificio pro Anglis Gallisque conciliandis studio: quae secuta sint, anno proximo dicentur. Nunc quae a Clemente ad Petrum Aragonum & Jacobum Balearum Reges in pristinam amicitiam revocandos gesta, aggrediamur.

Exorta jam inter ipsos, ut superiori anno vidimus, dissensione bellum utrinque summa vi parabatur. Ad quod repellendum Pontifex Andream primum tit. S. Sufannæ presbyterum Cardinalem legationis munere exornatum misit (a); sed nihil illius opera, nihil Antonii episcopi Cajetani, a Sancia Regina Siciliae Balearis sanguinis ac Regis Aragonum amicitiae ad Petrum Regem legati profuere; is enim contendeat accepta a patribus iura regiae Aragoniae infringi: ad quae tutanda Balearum, non comparentem in iudicio, Barcinone sedens pro tribunali principum ac magnatum Aragoniorum corona cinctus, damnavit contumaciae, ac Balearum regnum, Ceritaniae & Ruscinonis comitatus, ut regiae Aragoniae beneficiaria, ad ipsam revocanda pronuntiavit. (b)

Inter caetera, quae Baleari Regi imposuit crimina, illud non praetermisit (c) ad Balearum in suum obsequium alliciendos Jacobum Regem intolerabili servitutis iugo subditos attrivisse, infantesque morte affecisse. Et quidem Balearum Jacobo infensis, misso oratore (d) precibus Petrum incitarunt, ut ipsos Aragoniae aule restitueret: si appelleret ad insulam cum valida classe, se illius obsequiis addicturos. Instructus itaque est florentissimus navalis exercitus a Petro: ac tum forte Andreas Cardinalis ad dirimenda Regum praemia ob adversam valerudinem in Majoricam navigare non poterat, ac paulo post Perpiniensi vita functus (e) ingravescentique bello, ac majoribus periculis rei Christianae impendentibus, alii internuntii apostolici legandi fuerunt.

Data ea provincia est v. idus junii Bernardo tit. S. Cyriaci in thermis presbytero Cardinali quem Clemens inter alia amplissima mandata (f) auctoritate instruxit (g), ut si visum ita foret, obiecto athenaemate, ecclesiasticos ac populos, terra vel mari Balearum regnum bello petere videretur. Contulit pariter auctoritatem Cardinali internuntio (h) ut illos, qui regnum Aragonum invadere molirentur coerceret, ac pluribus tum in Aragonii tum Balearum

regno amplissimis muneribus auxit (i), & utriusque regni praefules, ac proceres suam operam ad pacem conciliandam impendere iussit (k). Reges denique Aragonum (l) & Balearum (m) ad mutuam concordiam, propositis ingentibus ex eo bello periculis emerulis, Africanorum Hispaniis imminentium furore, rei Christianae excidio, est adhortatus. Missarum vero ad Petrum Regem Aragonum litterarum potissima pars his verbis est concepta.

Serentiam tuam requirimus, monemus, & hortamur attente, ipsam per Salvatoris nostri resperionem pretiosi sanguinis observantes quatenus diligenter considerans praedicta & alia non facile numeranda dispendia, qua discordia ipsi parit; nec non detrimentum, quod catholicae fidei, ejusque cultoribus, & praesertim in frontaria blasphemorum Agarenorum partium Africae constitutis & vicinis eisdem, ex dissensione hujusmodi provenit, quantaque etiam audacia aggrediendi Christianos ipsos & terras eorum, & adversus eos exercendi persecutiones hostiles solito exhibetur; & prudenter commemorans tranquillitatem & infinita commoda, quae tibi & tuis subditis ex sedatione hujusmodi discordiae provenirent; quantumque indecens est, nec minus periculosum tam sublimes, & tanta conjunctas consanguinitate & affinitate personas, animorum contrarietate disjungi, seu invicem diffidere; animum tuum ad pacis solidae unitatem inter te & ipsum Regem Majoricarum, summo impeditis quibuslibet, Altore Domino, reformandam sic habiliter & coaptas, quod inter te & ipsum, cujuslibet odii & rancoris occasione sublata, concordia desiderata proveniat, communibus occurratur periculis, & communibus utilitatibus consulatur; & nihilominus praefatum Cardinalem, nimirum Bernardum tit. S. Cyriaci in Thermis presbyterum Cardinalem A. S. L. ob nostram, & Apostolicae sedis reverentiam, & suorum excellentiam meritorum, immo nos in ipso potius benigne recipiens, ac debita honorificentia prosequens & pertractans, ejus in praemissis silubribus monitis & paternis exhortationibus effectualiter acquiescas, &c. Dat. Avin. v. id. junii anno II.

Exposuerat jam ante Petro Regi imminentem Africanorum irruptionem Alfonso Castellae ac Legionis Rex, oraveratque ineunte aprili, ut maritima auxilia ad arcendos trajectu in Hispanias Saracenos communicaret. At Petrus, expeditionis Balearis ac proferendi Imperii cupiditate ardens, suaque commoda religionis Christianae cause praeferebat, iusta illius petita repulerat, pontificiae vero preces de non invadendis Balearibus insulis, & alia de illius conatibus diffolvendis Cardinali internuntio data imperia, tardiora exte-

Reges ad pacem sollicitati. (i) Ep. cur. 143. ad 146. (k) Ep. cur. 120. (l) Ep. cur. 123. (m) Super ep. 120. XXVIII. Proposita mutua affinitas. XXIX.

Balearum insulae Regi Aragonio subditi. (a) Matth. Vill. l. 1. c. 27. XXX. (c) Sur. l. 7. c. 66. (d) Matth. Vill. l. 1. c. 27. XXXI. Tyrannis exercita in populis exitio fuit. Balearicum regnum adnatum Aragonio. XXII. Contendit Petrus Rex id iure factum. (f) To. 2. ep. secr. 121. (g) Ib. ep. secr. 126. (h) Sur. c. 68.

tere: tanta enim diligentia navalem classem instruxit Aragonius, ut antequam Clemens superiora decerneret, atque internuntius apostolicus centuras Majoricam oppugnaturis aut naves paraturis incutere posset, jam ille a rebellibus vocatus (a) reum positus esset.

Decimo octavo maii die, ut refert Surita (b) vela explicuit, & investus florentissima classe in majorem Balearum, frustra arcere moliente Rege Baleari, excensionem fecit, ac praelio congressus Jacobum male instructis agminibus irruentem primo impetu fudit: qua clade contentus Balearis, suorumque defectione territus, ex insula fuga se subduxit (c).

Prona omnia ad victorem fuere, ac Pontiani, post nonnullas Regi Aragonum de illato inmeritis bello expostas querelas, intellectis belli causis, Petrum Regem, pacti amplissima iura libertatesque, exceperunt ea lege, inquit Matthaeus Villanus, (d) adjecta ut nunquam Jacobo ejusve posteris subijcerentur: quibus contententia tradit Joannis Mariana (e), ac Jacobi calamitatem nimiam in populos acerbitati, & injustis vestigialium exactionibus tribuit.

Erant, inquit, ut in exiguis principatibus sit, Balearum caeteraque minuta Regi subditi populi novis subinde vestigialibus oppressi; quorum cum modum non sperarent imperium mutari haud aegre laturi erant. Ventum ad arma. Petrus Moncada maris praefectus ab Algezira obsidione revocatur ut paulo ante dictum est. Classe valida comparata, in qua centum & sedecim majora minoraque navigia erant, ad Rubricati promontorium Aragonius solvens, majorem Balearum tenuit. Insulani trecenti equites, pedites ad quindecim millia congregantur: collectis exercitus parumque roboris habiturus. Victus continuo Balearis Pontium urbem se recipit: deinde, rebus desperatis in continentem abiit; & erant insulae voluntates in Aragonium propense, omniaque victori proclivis. Liberam insule possessionem adeptus Petrus Rex veteribus Aragoniae, Valentiae, Sardiniae & Corsicae regniis titulis Balearis nomen adiecit: atque ita extinctum Balearum regnum est, & cum Aragonio conjunctum.

Purgavit se de Balearica confecta expeditione apud Clementem (f) Petrus Rex Aragonum, ac rationes, quae suae favorabant causae exposuit; rediitque victor Barcinonem (g), ut narrat Surita (h), vigesima nona junii die. Transmisit etiam illi Maria Aragonum Regina ad tuendam maritimi Regis gesta, adjunctum nimirum iustis de causis Aragonio imperio Balearum regnum, sententiarum formulam a Petro Rege, servato iudiciorum ordine & tribunali adversus Jacobum Balearum latas.

Perpensis Petri Regis rationibus Pontifex rescripsit kal. julii (i), licet pro tuenda sua causa plura afferret, non minoris tamen momenti argumenta a Jacobo Baleari contraria adduci: hortatusque est, ut in sanguine & affinitate conjunctissimum clementiae uteretur, neve nepotes ex regia ad privatam fortunam redigeret; ac Mariam Reginam, rogavit (k), ut pro redintegranda concordia intercederet; sanguinis & affinitatis iura eo bello turpiter violari: susceptos e Constantia Petri Regis sorore filios: rem Christianam in discrimen adduci. Cumque illa precibus contendisset, ne Cardinalis legatus ad Jacobum Balearis gratiam mitteretur, respondit Clemens XII. non, julii jam cum Bernardum tit. S. Cyriaci in thermis presbyterum Cardinalem non legati, sed internuntii imposito munere instaurandi foederis causa missum. Hunc vero curis anticipem ob Regis Aragonum secundis elati successibus inexorabilem animum, ut ad pacem conciliandam summa ope incuberet (l), vi. id. augusti excitavit.

Præterea significavit ei (m) optimum, videri, ut Jacobus Balearum Rex, accepta ruti comitatus syngrapha, Petrum Regem Aragonum conveniret, vel cum Petro Ripacurtiae comite concordiae tractatum ageretur, seque ad eam Reges cohortaturum. Extant eo argumento litterae ad Petrum comitem Ripacurtiae (n) ut pacis interpretem ageret, tum ad illius nepotem Regem Aragonum (o) ut ad clementiam eum flecteret: Ad clementiam, inquit, te divina invitata sapientia, quae fesse, firmatur clementia thronus Regis; & dicens alibi: Noli esse multum iustus, rigorosam videtur iustitiam prohibere.

Ut victorem ad clementiam, ita victum ad frangendos altiores spiritus, captandamque Regis Aragonum benevolentiam sollicitavit (p). Edocuit experta calamitas Balearum, ut se dimitteret: refert enim Surita (q) expetisse iterum iterumque ab Rege Aragonum liberam ipsius aduendi facultatem, nec tamen impetrasse; atque ultro obtulisse assensurum se, ut Cardinalis, quem Aragonius controversiae arbitrum delegisset, de Baleari regno pronuntiaret, de Ceritaniae & Ruscinonis comitatu modo possessione non abiret, ipse Aragonius ferret sententiam. Sed tardius Balearis Aragonii, ad ejus perniciem aspirantis, ambiebat gratiam. Promoverat in Ceritaniam & Ruscinonem exercitum Petrus Rex, ac nonnulla oppida in suam potestatem redegerat (r) cumque paulo post ab armis temperatum, pactis induciis accepisset Pontifex, urgendae concordiae sollicitus, Armandum archiepiscopum Aqueensem, quem primum ad componendam eam controversiam superiori anno adhibuerat, Bernardo Cardinali ad pro-

(i) To. 2. ep. secr. 121. Allatae contrariae in Aragonum querela. (k) Ib. ep. secr. 126. Inexorabilis Aragonius (l) Eod. to. 2. ep. secr. 232. XXXIII. (m) Ib. ep. secr. 264. (n) Ib. ep. secr. 266. (o) Ib. ep. secr. 265. XXXIV. (p) Ep. secr. 267. (q) Surit. l. 7. c. 79. Balearis frustra gratiam expetit. (r) Mariana. l. 16. c. 12. Sur. l. 7. c. 72. Armandus archiep. ad Aragonium missus.

(a) An. 2.
p. 1. ep.
cur. 32.
XXXV.

promovendum pacis tractatum socium ad-
junxit (a).

Consumpti porro sunt frustra Bernardi
Cardinalis & Armandi archiepiscopi la-
bores pugnantes utriusque Regis volun-
tatis, atque altero amissa recuperare,
altero tueri parta annitentibus. Suis ve-
ro juribus exui Jacobus Balearis mereri
potuit, quippe qui ecclesiarum sui prin-
cipatus jura invalerat (b). Intercesserat i-
psum inter & Elnensem episcopum ea de
causa gravis controversia, quæ cum Pon-
tificis arbitrio edito compromisso esset per-
missa, Jacobus nondum ea decisa plura
contra illius ecclesie, ad quam Elnensis
urbis imperium spectabat, jura pertenta-
rat; deque immani sacrilegio ab eisdem
Regis militibus, operante divinis sacerdo-
te, patrato Pontifex questus est. Ut ve-
ro non Elnensi modo dominatu, sed to-
tius Ruscinonis atque Ceritanie comita-
tibus Jacobus Rex sit exutus, inferius di-
cetur. Nunc ad Castellanicum Regem, ad-
versus fidei hostes dimicantem, properat
historia.

XXXVI.
Castellanus Mu-
rico bello imple-
tus.
(c) Ib. ep.
secr. 45.

Impetrarat superiori anno a Pontifice
Alfonso Rex nonnullas vengalium ec-
clesiasticorum decimas, ac duas tertias re-
ficiendis templorum factis rebus sacras,
in belli adversus Granatenses tolerandos
sumptus derivandas (c), tum etiam stipem
ab indulgentiarum premia lucraturis e-
rogandam, adjectis certis legibus ab Al-
fonso admittendis: quas cum ille habuisset
ratas, licet condito die id sedi Apo-
stolicæ non significasset, oblatas tamen
Petro Sabauda Cardinale confirmavit Cle-
mens. Urgebat Alfonso obsidione Alge-
ziram regiam Maurorum in Hispania im-
perii sedem, in qua nonnihil periclitatum
est, cum Petrus Rex Aragonum classem,
ut Baleares invaderet, abduxisset; atque
Albohacenus Rex florentissimas copias in
Hispanias traducere pararet, adeo ut Al-
fonso de concordia cum Granatensibus a-
gitaret (d) modo Afrorum amicitie re-
nuntiarent: at ii, cum alienis potius, quam
suis viribus starent, detrectarunt: ac tum
Philippus Navarrae Rex pluresque Angliæ
& Galliarum principes, induciis inter Re-
ges iniris usi (e) auxilia Alfonso attule-
re; de quibus Hispanicarum rerum scriptor
hæc tradit (f).

Traicere in Hispa-
nias pa-
rant Afri.

(d) Ma-
rian. l. 26.
c. 11.

(e) Hoc-
sem. c. 28.
in Adolph.
(f) Ma-
rian. l. 16.
c. 11.

Classis Maurica ad Septem erat nume-
rosa, universis Africa viribus contractis,
ad traiciendum primo quoque tempore pa-
rata. Recentes ii venerant: nostri diuturnis
laboribus & difficultatibus fracti. Rem
Christianam periculo proximam divi tute-
lantes Hispania sustentarunt, perpetuaque
Regis adversus ingruentia mala animi con-
stantia, atque felicitas: nam uno tempore
ex Anglia, Gallia, & Vasconibus numero
& virtute valida manus venit Eduardi
Angli Regis permissu: comites Arvidi &

Auxilia-
res copia
ad Castell-
lanum
confluunt.

Soluzberi, Fuxensis comes cum fratre,
Bernardo ad opem ferendam ex locis dis-
tinctissimis excitati sunt spe venia, quam
Romanus Pontifex Clemens VI. Lemovicen-
sis, priori anno in Benedicti decessoris lo-
cum subrogatus, omnibus qui pia arma
caperent pollicebatur. Philippus ipse Vas-
conum Rex sub Julii mensis finem, comme-
atu navibus præmissis sequi jus-
sit, magnis itineribus festinavit, ne præ-
lio deesset, quod propediem fore fama fere-
batur. Horum principum adventus Regi Cas-
telle, ut oportuit, gratissimus fuit: no-
stris cum spe certa victoria pugnandi ani-
mus accessit. Sed diutius in castris maxime
ob cæli gravitatem fœderati hæere non
potuerunt, atque ex iis Philippus Rex
Navarrae, cum Casarianum de Castellæ
Regis voluntate digressus esset mense se-
ptembri, & Fuxensis comes Hispani mor-
bo extrinxi sunt, atque utriusque corpus
in patriam relatum. Accepta Regis Na-
varrae morte Pontifex, Joannam Reginam
viduam erigere ad constantiam Christiana-
nam consolatoris literis studuit, utque
ille in expeditione contra fidei hostes sa-
cramentis rite munitus pie obiisset expo-
sivit, atque apostolicum patrocinium est
ipsi pollicitus.

Philippi
Regis
Navarrae
mors.

Clemens, &c. charissima in Christo fi-
lia Joana Regina Navar-
rae illustri.

Non sine cordis anxietate mentisque
amaritudine nuper audivimus, claræ me-
morie Philippum Regem Navarrae virum
tuum fuisse, sicut Domino placuit, viam
universæ carnis ingressum. Et licet suarum
virtutum magnitudine, devotionisque alti-
tudine, quibus in hoc mundo præfulgebat
Rex ipse conspicuus, intenta consideratione
pensatis, de tanti tamque devoti ecclesie
filii subtractione fuerimus juxta possibili-
tatem conditionis humane doloris acerbi-
tate respersi; dum tamen diligenter atten-
dimus ipsius felicem transitum, qui tan-
quam devotus ipse ecclesie filius, & ze-
lator fidei catholica fervidus, in Dei &
ejusdem fidei prosecutione negotii, pro quo
ad partes Hispaniarum contra perfidos Sa-
racenos profectus fuerat, & in ejusdem con-
fessione fidei, rebus suis prudenter, ut in-
telleximus, dispositis & sacramentis eccle-
siasticis devote receptis, evocatus de hu-
jus mundi calamitatibus & miseriis ad per-
petuas & lacidas, ut creditur, mansiones
sic clausit laudabiliter terminum vite sue,
multipliciter in Domino consolamur.

XXXVII
Condolet
de ea Pon-
tifex.

Sane, filia charissima, quia te subtra-
ctione dicti viri memoris repletam mæsti-
tudine, non sine compassione paternam, cor-
dis oculis contemplamur; celsitudinem tuam
regiam attentius in Domino exhortamur;
quatenus consideranter attendens, quod ille
supernus Conditor & creator omnium, qui
dedit Regem ipsum, ad se absque tui &
cu-

Solutur
Reginam
Joannam.

cujusquam alterius injuria potuit juxta
sua voluntatis beneplacitum revocare; quod-
que mortis judicium, restitutionis beneficium
non admittit, attentis iis quæ præmissimus,
absterfis lacrymis, subductis suspiriis, &
doloribus mitigatis, te coaptare dispositioni
& voluntati divine in hac parte studeas,
& in eo consolationem assumes, qui totius
consolationis est pater, ut tuæ regalis magna-
nimitas non demissa, sed fortior & viruo-
sior, sicut statum decet regium, apparcat
in adversis; de nobis fiduciam habitura,
quod super tuis, ac tuorum & Regis præ-
dicti liberorum opportunitatibus nos, quan-
tum cum Deo poterimus, propitios reperies
& benignos. Dat. Avin. vii. kal. decem-
bris anno 11.

Collegere ex Philippi Regis Navarrae
morte animos Saraceni, cumque antea
Albohaceno univertum certamen experiri
suadenti repugnarent: probata satis an-
tea Christianorum virtute, qui numero
impares vicissent; nunc erecti congregi
signis decedere. Sed divina ope in traili-
endi Palmonis fluminis conatu deloti
sunt, de quibus hæc scribit Mariana (a):
Ea re Mauri incitati, mutato consilio,
prælio decernere statuunt. Sexaginta trire-
mes Maurica octobri mense ad Steponam
appulsa mox Hircaciam tenere eo terre-
stres copie posuerunt castra. Ad Palmonem
annem interfluentem utrasque copias. Cum
semel, iterum, & tertio ex intervallis ac-
cessissent in transitu prælio pugnatum est.
Non animo, non armis, non bellica disci-
plina, non corporis robore par Hispano Mau-
rus fuit. Brevis victi fusisque hostes. In ur-
be, Algezira nimirum, suprema anno-
penuria erat: triremes una & altera com-
pocati onusta a nostra classe intercepta. Hæc
apud Algeziram hoc anno gesta sequenti
in ea defixa triumphalia crucis signa, ac
Mahometi superstitione polluta templa
Christo consecrata sunt.

(a) Ma-
rian. de
reb. Hisp.
l. 16. c. 11.

Mauri de-
leti.

XXXVIII.
Sacrum
bellum
in Lithu-
anos.
(b) Mi-
chov. l. 4.
c. 23.
Crom. l.
12. in
Casimir.
II.
(c) Jo.
a Leyd.
Carmel.
l. 28. c. 9.

Pugnatum (b) est eodem tempore in
septentrionalibus oris a pluribus Regibus
ac principibus pro fide adversus barba-
ros Lithuanos, qui graviora damna Chri-
stianæ rei in Prussia ac Livonia intulerant.
Suscepere sacrum illud bellum Joannes Bo-
emæ & Ludovicus Ungariæ Reges, qui-
bus Willelmus Hollandiæ & Hannoniæ
dux cum lectissimis copiis, debellato in
itinere Ultrajecto se conjunxit (c). Pene-
trarunt Reges in Lithuaniam, in qua dum
ferum flammamque circumferrent, Bo-
guslaus Lithuanorum dux in Livoniam &
Zambiensem tractum irrupit, ac provin-
ciam cladibus fœdavit. Adductus est in
invidiam cruciferorum magister, atque
illius inertie mali causa adscripta. De
quo hæc Michovias (d): Anno Domini
MCCCXLIII. & infra, Ludovicus Un-
garie, Joannes Luxemburgensis Boemie Re-
ges, Carolus filius ejus marchio Moravia,
Ann. Eccl. Tom. XXV.

(d) Mi-
chov. sup.
c. 23.

item comes de Halles & alii quamplures
illustres viri in Prussiam cum eorum poten-
tibus advenerunt, atque cum magistro Prus-
siae in Lithuaniam descenderunt. Litua-
ni autem interim, quo eorum terra vastabatur,
cum omnipotentia in terram Zam-
bionsem & in Livoniam perrexerunt, &
eas grassabantur, magistro Livonia absente
& Samagitas oppugnante: quæ varietas
adeo Reges afflixit, ut magistrum convi-
riarentur tamquam hujus pessimi eventus
authorem.

Livonia
vastata a
Lithua-
nis.

Confirmatæ erant infidelium vires ex
Casimiri Regis Poloniae veteribus cum re-
ligiosis equitibus S. Mariæ Theutonicorum
hospitibus Jerosolymitani disensionibus,
cum Poloni Pomeraniam aliasque amplis-
simas terras ut juris Polonici repete-
rent, illi ut jure partas tuerentur. Quæ
controversia ut intercesserit, ita in lite-
ris pontificiis describitur (e): Super eo,
quod dictus Rex assererat, dictos magi-
strum, commendatores, & fratres, Cul-
mensem Pomeraniæ, Cujaviæ Dobrinensem
& Michalonensem terras ad se pleno jure
spectare, dictosque magistrum, commenda-
tores, & fratres terras seu ducatus hujus-
modi occupasse ac detinere contra justitiam,
& recepisse fructus tempore occupationis
hujusmodi, & adhuc recipere minus juste,
seque propterea multas expensas & damna
varia subisse; dictis magistro, commen-
datoribus, & fratribus asserentibus præ-
futas Culmensem, Pomeranensem, ac Mi-
chalonensem se justo possidere titulo; Do-
brinensem vero & Cujaviensem terras, seu
ducatus prædictos vigore privilegiorum,
eis a sede Apostolica & imperio concessorum
juste occupasse per bellum, & occupatos po-
tuisse licite possidere, nec non eis damna
gravia & innumera in personis & rebus eor-
um per dictum Casimirum ac claræ memo-
riae Vladislavum genitorem suum Reges Po-
loniæ, associatis sibi Letuvinis infidelibus,
contra Deum & justitiam intulisse; non su-
ne gravibus periculis suscitare studuerat
hostis pacis.

Polonia
cruciferis
dissenti-
unt.

(e) Tom.
2. ep. secr.
70.

Contro-
versiarum
inter eos
capita.

Cum graviora inveheret exitia hæc in-
veterata dissensio, ac Lithuani Polonorum
freti auxiliis adversus cruciferos inolest-
cerent, remque Christianam deprimerent,
jam antea Benedictus componendæ discor-
diæ studio, Polonorum & cruciferorum au-
ditis oratoribus, Cracoviensi, Culmensi,
& Misnensi episcopis provinciam dederat,
ut si Casimirus Poloniæ Rex ac magister
equitum Prussiae consentissent, Cujaviæ
& Dobrinæ ducatus Poloniæ regiæ,
refusus ob illata damna Polonis decem
aureorum millibus, restituerentur: ex
sententia enim a Joanne Boemæ &
Carolo Ungariæ Regibus arbitris pronun-
tiata, eas provincias Casimiro adjudica-
tas vidimus: ac si Polonus de Pomerania
Culmensi & Michaloviensi terris litem.
S s cru-

XXXIX.
Benedicti
de iis sen-
tentia.

cruciferis intenderet, pro ea qua valebant prudentia controversiam ex amicitia legibus componeret. Inter hæc e vivis decesserat Benedictus, nec res operi mandata fuerat: quare Clemens, ut exitialem Christianæ religioni discordiam tolleret, iterum Cracoviensi, Culmensi, Misnensi- que episcopis munus injunxit (a) ut omnem diligentiam in Casimiro & magistro Prussie mutuo foedere conjungendis collocarent: quibus literis Apostolicis vi. id. jun. pontificatus anni II. dies adjecta est.

(a) Super ep.

Conventa Polonom inter & Cruciferos inita. (b) Crom. l. II. in Casim. II. ipse haberet. Pomerania asserta cruciferis.

Cæterum transgressisse hoc anno Casimirum cum cruciferis ea lege, ut Cujaviam & Dobriniam reciperet, suoque in alias provincias adductas in controversiam jure cederet, refert subjectis verbis Cromerus: (b) Facile Casimirus concessit petentibus, ut jure omni, quodcumque * ipsi a majoribus * suis haberet, in Pomerania, Culmensi, & Michaloviensi ditione sese posterisque suos, jurejurando interposito & literarum monumentis consignatis abdicaret; ac de sigillo etiam, quo diplomata regia signantur, Pomerania nomen eraderet, quo Cujaviam ac Dobriniensem ditionem ab eis reciperet. Itaque, constituto cum magistro cruciferorum congressu Inovoladislavia ad vigesimam secundam diem mensis julii, comitia quoque suis indicit, ubi abdicatio illa scriptis facta: Casimiri vero non modo Regis, verumetiam Zemoviti Visnensium, Zemoviti Cirnensium & Boleslai Plocensium Mazoviorum ducum procerum quorundam Polonorum & primariorum civitatum, nempe Cracoviensis, Pofnaniensis, Sendomiriensis, Sandecensis, Calsiensis, Vvaldislaviensis, & Brestensis diplomatibus consignata est: episcopi vero neque ut signarent, neque ut approbarent adduci ulla ratione potuerunt: quo robore animi utinam Rex ac ceteri proceres fuissent. Annus autem, quo hæc acta sunt, fuit MCCCXLIII. Hactenus Cromerus, quem parum periclitantis rei Christianæ in septentrione statum perpenderit colligitur, dum brevi inveterata discordia magno religionis detrimento recruduit, elusitque episcoporum quibus conciliandæ concordie provincia erat data, industriam controversiæ magnitudo: querentem enim de Casimiro Pontificem, auxilia infidelibus præstitisse contra cruciferos audiemus; illumque culpam in cruciferos, qui ipsum ad id coegerant, convertentem.

XL. (c) To. 2. ep. fecr. 257. 258. (d) Ib. ep. 161. 164. (e) Ep. 155. 156. (f) Ep. 160. 163. (g) Ep. 159. 162. (h) Ep. 153. 154.

Memoratis porro Cracoviensi (c) & Culmensi (d), ac Pofnaniensi (e), Plocensi, (f) Vvaldislaviensi (g) episcopis, Gnesnensi (h) archiepiscopo partes imposuit, ut censum appellatum denarium S. Petri colligendum in subditis provinciis curarent, & quæstoribus designandis in eam rem a Galhardo Apostolicæ sedis internuntio studerent. Quod ad Vvaldislaviensium episcopo obnoxios populos spectat;

devincti fuerant jamdiu censuris Vvaldislaviensibus (i), quod denarium S. Petri solvere detrectassent: deinde cum inter Joannem Regem Boemiæ, cui Vvratislavia parebat, & Galhardum e Carceribus in Ungaria & Polonia A. S. N. concordia esset inita, ut in Silesia annis singulis quadragesima recurrente a Silesis in singula capita denarius communis formæ & ponderis securis temporibus penderetur, negarent Vvaldislavienses se persoluturos: jam vero mutata sententia in gratiam cum ecclesia redituri, cum censum pendere constituisent, Clemens Arnesto archiepiscopo Pragensi provinciam dedit, ut Vvaldislaviæ templorum & sacrorum usum restitueret.

(i) Ep. fecr. 216. Denarium S. Petri exactum in Silesia.

Regnabat per id tempus in Suecia ac finitimis provinciis Magnus Rex, quem Pontifex hoc anno paternis monitis erudit (k), ut pietatem sectaretur, justitiam coleret, ecclesias virosque ecclesiasticos gratia & beneficiis prosequeretur, miseris susciperet, viduas, orphanos, pupillos tueretur, ut caduco regno immortalæ adjungeret.

XLI. Magnus Rex Suecic. (k) To. 2. ep. fecr. 206.

Clemens, &c. Magno Regi Suecia illustri.

Quia te, fili dilectissime, regnumque tuum favore dilectionis paternæ prosequimur, & per viam salutis & prosperitatis dirigi cupimus gressus tuos; tuam regiam excellentiam in Domino attentius exhortamur, quatenus ad Deum, per quem regnas & regeris, continue dirigens in humilitate spiritus studia mentis tuæ, te in omnibus actibus tuis divinis beneplacitis coaptando, ea quæ in oculis divinæ majestatis accepta esse credideris, jugiter studeas operari; & attendens, dilectissime fili, & intra tui regii arcana pectoris sæpe revolvens quod, sacra teste scriptura, veritas & justitia Regem custodiunt, & firmatur clementia thronus ejus, his inbare proceres jugiter in omnibus factis tuis, ut in regnis & terris tuis justitiæ cultus Deo grate utique vigeat continue, rapinis, violentiis, & injuriis quorumlibet per tuæ virtutis & magnanimitatis potentiam inde relegatis penitus & repressis; sic quod commissi a Deo tibi populi sub tuo felici regimine in pacis pulchritudine sedeant, in tabernaculis fiducia habitent, & requie opulenta quiescant. Ecclesias insuper & personas ecclesiasticas pro divina & apostolicæ sedis reverentia habeas in honore, ipsas in suis juribus & libertatibus conservando, ac pupillis, orphanis, & viduis, aliisque pauperibus & personis miserabilibus te propitium, misericordem, & defensorem exhibeas, eas ab oppressionibus & violentiis relevando: sicque in his & aliis piis operibus te proceres benevolis sollicitudinibus exercere, tuamque circa talia, ex quibus placetis Altissimo, solidas juventutem, quod velut

Monita illi a Pont. data.

velut assueta in dierum longitudinem, in quos pertrahi ex iis mereberis, semper portes suavius, & inde celebris fama tui nominis per orbem felicia suscipiat incrementa; tandemque consummato cursu vitæ præsentis instabilis, ex his & aliis justis operibus tuis de regno temporali & corruptibili ad regni gloriam transeas sempiterni, &c. Dat. apud Villanovam Avin. diocesis, xv. kal. augusti anno secundo.

Utinam Suecus Clementis monita demississet in animum, atque justitiæ laudem non obscurasset; feliciter enim regna propagare in posterum potuisset: verum quia postea Elisabetham Henrici Holstorum comitis filiam, quam Aquino filio Norvvegiæ Regi desponderat, tradita illi Margareta Vvaldemari Regis Daniæ filia, per summam injuriam rejecit, ratus splendidiorebus iis Aquini nuptiis res suas magis confirmatum iri, delusio vana spe & cogitatione justo Dei iudicio ex regno depelli meruit; qua de re pluribus Alberto Crantzio (a), additque regnum Alberto ducis Magnopolensis filio delatum.

Dum splendidas spes sectatur Suecus, res suas evertit.

(a) Crom. l. 5. c. 29.

In Germania oborti novi motus de creando alio Cæsare: consulturus enim rei Christianæ Clemens, ne diutius catholico Imperatore careret ecclesia, cum Benedicti prædecessoris benignitas Bavarum nunquam ad Christianam poenitentiam flectere potuisset, quamvis jamdiu Ludovicus vi gubernacula imperii tractasset; non expectato illius obitu, electores principes ad creandum Regem Romanorum adigere, vel apostolica autoritate, si ii reculerent, qua imperium ad occidentales traducere potuit, creare Imperatorem decrevit. Severitatem tamen clementia temperaturus, ut Bavari sequaces schismaticos vel hæreticos ad ecclesiæ gremium revocaret, eundem monuit officii, utque cæsareos titulos, non nisi pontificio assensu resumendos abiceret: abstineret hæreticorum patrocinio, ac sacris profanandis: catholicos restitueret sacerdotiis, intrusos pelleret, arque ex Christiani viri officio demisse ad ecclesiæ sinum scelera sua rite expiaturus rediret. Sacro itaque cœnæ Domini nova in Bavarum edicta in frequentissimo hominum cœtu protulit. Qua de re hæc habet M. S. Vaticanum (b): Anno Domini MCCCXLIII. II. id. aprilis processus contra Ludovicum Bavarum innovavit; nimirum Clemens Papa. Transmissi ii ad præfules fuere, ut promulgarentur, extantque de ea subjectæ literæ ad patriarcham Aquilejensem ac suffraganeos episcopos datæ (c).

Promulgata in eum a Clemente edicta.

(b) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. & aliud sig. n. 2040. in Clem. VI. (c) An. I. l. 6. ep. cur. 24.

Clemens, &c. venerabilibus fratribus. patriarchæ Aquilejensis, & jusque suffraganeis. Pridem, videlicet in die cœnæ Domini, contra Ludovicum de Bavaria, hostem Dei & ecclesiæ manifestum, ac de hæresi con-

dematum, recensitis sub compendio culpis horrendis, & nefandis excessibus, ac contumaciis cumulatis, continuatis, & auctis contra Deum, & sacrosanctam Romanam commissis ecclesiam matrem eunctorum fidelium & magistræ; nec non processibus per felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædecessorem nostrum diversis temporibus contra ipsum, ac dantes eidem in præmissis auxilium, consilium, vel favorem habitis, ac poenis & sententiis inflictis eidem, & nonnullis aliis facinorosis & gravibus ac temerariis excessibus, fermento non carentibus hæreticæ pravitate, per ipsum postmodum damnabiliter & contemptibiliter attentatis, recitatis, explicitis; quendam monitionis processum per literas nostras emisimus in hæc verba.

Clemens episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Prolixa retro series ipsiusque diffusæ narratio, cui vix tempora longa sufficerent, XLIII. tantio nimium audientes afficeret, si Ludovici vici olim ducis Bavariæ, & in Regem Romanorum discorditer, ut dicebatur, electi culpas horrendas, & nefandos excessus ac contumacias cumulatas, auctas, & continuatas contra Deum, & Romanam commissis ecclesiam eunctorum fidelium matrem atque magistræ; nec non processibus provide per felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædecessorem nostrum, diversis temporibus habitis contra ipsum, ac dantes eidem in præmissis auxilium, consilium, vel favorem, poenasque ipsis inflictas, repetitio seriosa & distincta narraret. Ideoque pauca sumentes ex multis culpas, excessus, atque processus, & poenas eisdem sermone succincto, prout tamen materia patitur, duximus referendos.

XLIII. Ludovici flagitia.

Dudum siquidem, cum per obitum Henrici Imperatoris, Romano imperio vacante Romani principes ecclesiastici & seculares, ad quos futuri Romanorum Regis, in Imperatorem postmodum promovendum, electio pertinebat, votis eorum in diversa divisus, dictum Ludovicum Bavariæ, & quondam Fredericum Austriæ tunc duces, in Reges Romanorum, ut dicebatur, discorditer elegissent; idemque Ludovicus post aliqua temporum intervalla, quibusdam de hæresi a suis competentibus iudicibus per diffinitivam sententiam condemnatis, & ecclesiæ præfatae rebellibus favorem & defensorem eorum se exhibuisset & exhiberet, præfatus prædecessor noster dictum Ludovicum, quia monitus per ipsum per publicum edictum sub poenâ excommunicationis (quam cum incurrvit voluit ipso facto, si infra certum terminum ad hoc sibi præfixum, monitioni hujusmodi non pareret) ab ipsis favorata, & defectione juxta monitionem eandem non destitit in dictum excommunicationis sententiam incidisse declaravit, ipsamque eadem sententia innodatum

Ut a Joanne damnatus fuerit.

Et velut excommunicatum, præter casus exceptos a jure nunciavit ab omnibus evitandum: ac subsequenter, dicto Ludovico spretis per eum monitionibus & mandatis prædecessoris prædicti, fautoriam & defensionem prædictas & contumaciam circa eam continuante, & hujus contumacie contumaciam ac peiora cumulate, dictus prædecessor de fratrum suorum consilio (quia idem Ludovicus monitus per ipsum sub pœna privationis omnis juris, si quod sibi ex sua electione prædicta ad regnum & imperium Romanum quoquo modo competebat & posset competere, quod a prædictis fautoria & defensione desisteret ab eisdem, desistere contempsit) ipsum Ludovicum sententialiter privavit jure prædicto: ac deinde ipsum monuit, districtius injungendo eidem sub pœna excommunicationis & privationis feudorum, que a Romana vel aliis ecclesiis seu imperio obtinebat; necnon privilegiorum quorumcumque a sede Apostolica, vel Romanis Imperatoribus, eidem vel suis prædecessoribus, quatenus ejus modum tangerent, quomodolibet concessorum ut a fautoria prædicta realiter desisteret: quas quidem pœnas & earum quamlibet dictus prædecessor præfatus Ludovicum voluit incurrrere ipso facto, si præmissa contemneret adimplere.

XLIV. Et quoniam præfatus Ludovicus a prædictis noluit abstinere, sed ea contumacius prosequens, manifestiora solito exhibuit argumenta; necnon divinis officiis audiendis, non absque contemptu clavium, se ingererebat, & in locis ecclesiastico interdictione suppositis ea celebrari faciebat, aliosque ad non servandum interdictum hujusmodi inducebat, ac nonnunquam compellebat, cum præmissa adeo essent notoria, quod nequibant aliqua tergiversatione celari, dictus prædecessor de fratrum prædictorum consilio procedens, declaravit & denunciavit eundem Ludovicum contumacem, & privatum feudis omnibus, que a Romana vel aliis ecclesiis, seu ab Imperio obtinebat, & specialiter ducatu Bavariæ, & omni jure quod in eodem ducatu, seu ejus occasione seu causa sibi competebat, aut competere poterat quoquo modo, exponendis seu concedendis catholicis, prout sedes Apostolica duceret ordinandum, principalis domini jure semper salvo; nec non & omnibus privilegiis apostolicis & imperialibus sibi seu ejus prædecessoribus indultis, ipsamque privavit omnibus & singulis supra dictis. Vasallos quoque ipsius a quolibet vinculo & juramento fidelitatis & homagio absoluit, & nuntiavit penitus absolutos. Et quia excommunicatus pro fautoria hæreticorum excommunicationis sententiam sustinuerat per biennium, & ultra animo indurato; idcirco declaravit præfatum Ludovicum fore manifestum hæreticorum fautorem, ipsumque pœnas omnes a canonibus in-

Ob studium hæreticorum exauthoratus.

Censuris pluries interdictus.

fictas talibus incurrisse: & nihilominus eundem Ludovicum per edictum publicum, monuit tam sub excommunicationis, quam aliis spiritualibus & temporalibus pœnis contra fautores & defensores hæreticorum, per sacros canones impositis & inflictis (quas ipsa, si monitioni hujusmodi non pareret cum effectu, incurrrere voluit & decrevit ipso facto) ut a fautoria & defensione dictorum hæreticorum, atque fautorum, sequacium, & valitorum ipsorum desisteret, penitus eis vel eorum aliquibus, quamdiu in sua perfidia vel extra gratiam prædictæ sedis & communionem fidelium persistenter, nullatenus adhasurus, nec eos defensusurus, vel eidem præstiturus per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, auxilium, consilium, vel favorem.

Rursus dictus prædecessor, cum ex fama publica, & multarum sublimium personarum relatione pervenisset ad eum, quod licet ipse dudum, deliberatione cum fratribus suis, & numerosa prælatorum & doctorum theologia, ac utriusque juris multitudine præhabita diligenter, declarasset quod assertio, qua pertinaciter asseritur, quod Christo & Apostolis in iis, que ipsos habuisse scriptura sacra recollit, jus illis utendi seu ea consumendi non competierit, nec illa vendendi seu donandi jus habuerint, erronea & hæretica est censenda; prædictus tamen Ludovicus contra declarationem prædictam presumptione temeraria ausus fuerat, facta mentione expressa de ipsa declaratione, contrarium asserere publice, ac in ejus presentia per alios facere publicari: nec non libellum quemdam, sigillo suo in eodem appenso, inter alia multa falsa & erronea prædictam hæresim continentem (videlicet quod immo Christo cum Apostolis in rebus, que habuerunt, nullum jus competit, sed tantummodo usus facti; adiciens quod dicere contrarium erat hæreticum censendum, & asserens expresse in eodem libello, se in multorum presentia jurasse præmissa, & omnia alia in dicto libello contenta se credere esse vera) per certos nuncios ad diversas civitates & principes transmiserat Alamannia & Italia & partium aliarum, libellum ipsum poni faciendū in locis publicis, & exponi; & quod Marsilius de Padua & Joannes de Janduno librum quemdam, quem composuerant erroribus & hæresibus variis plenum, eidem Ludovico præsentarant, & contenta in eo, ipso presentente, docuerant & manifestaverant in partibus illis & quod licet nonnulli viri catholici sacris literis eruditi, eidem Ludovico exposuissent, doctrinam illam hæreticam, ipsosque velut hæreticos puniendos, periculosamque fore sibi tales ad suam familiaritatem admittere, aut in terris sue jurisdictioni subditis sustinere, ipse tamen Ludovicus, velut credens illorum hæresibus, ipsos in familiares suos retinuerat, errorisque

Repetita, ut male acceptis abfiteret, imperia.

XLV.

Publice hæresim professus sit.

Librum hæreticum promulgavit.

Marsilio & Janduno hæresiarum faverit.

resque prædictos manifestos, & damnatos commiserat publicari (ex hoc prudens lector advertat, an veritate nitantur, qui Ludovicum negant hæreses labem contraxisse) & insuper quod idem Ludovicus, ligatus diversis excommunicationis sententiis, in locis etiam interdictis faciebat celebrari divina, contra rectorum & religiosorum voluntatem, illisque interesse non metuebat, & alios ad celebrandum in locis interdictis, excommunicationis & interdictis presentibus, inducere ac compellere non omitebat; Ludovicum citavit prædictum per edictum publicum, presente multitudine fidelium, ut infra certum terminum personaliter compareret coram eo, super præmissis facturum quod esset rationis, & sententiam audiretur, ipsum terminum eidem pro peremptorio assignando.

XLVI. Verum cum prædictus Ludovicus infra terminum prædictum sibi, ut præmittitur, assignatum comparere coram præfato prædecessore nostro per se vel per alium non curasset; idem prædecessor contumacem reputavit, & declaravit eundem. Et cum præmissa adeo forent notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari, ipsum Ludovicum de fratrum suorum consilio fore hæreticum declaravit; necnon assertiones prædictas per dictam constitutionem hæreticas declaravit, & scripturas quasunque continentes easdem, ac ipsum Ludovicum reprobavit & sententialiter condemnavit: & nihilominus ipsum Ludovicum bonis omnibus mobilibus & immobilibus, juribus & jurisdictionibus, ac quibuscumque aliis, ubicumque consistenter, & quibuscumque nominibus censentur; & specialiter comitatu Palatinatus Rheni & omni jure, ratione, vel occasione, illi vel alias quovis modo ad eundem Ludovicum pertinente, ac voce in electione Regis Romanorum & Imperatorem promovendi, seu in electione hujusmodi aliquem ad prædicta regnum vel imperium eligendum, seu quomodolibet nominandum, privatum fore decrevit, ac privavit.

XLVII. Uterius quia Ludovicus prædictus in civitate Mediolanensi indignus & inhabilis & indigne coronam ferream, quam veri electi & in Reges Romanorum per sedem Apostolicam admissi recipere consueverunt, assumere non expavit; ac etiam Castrutum de Interminellis, diversarum excommunicationum sententiis innodatum, ac de fautoria hæreticorum per suos iudices condemnatum, ducem Lucanum publice ordinavit; & subsequenter in Urbe Romana, a certis civibus dictæ urbis deputatis, prout ferebatur, a populo Romano coronam imperialem necnon inunctionem immo execrationem a quodam schismatico; & insuper contra constitutionem felicis recordationis Nicolai Papæ III. prædecessoris nostri, quæ incipit, Fundamenta, dominium, senatum, seu re-

Profanata a Lud. sacra.

XLVI.

Damnatus de hæresi Ludovicus.

XLVII. Alia Ludovici facinora.

gimen Urbis de facto recepit, cum præmissa adeo essent notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari; idem prædecessor declaravit, Ludovicum præfatum pœnas incurrisse contentas in processibus & constitutionibus prædictis; & nihilominus coronationes, & inunctionem seu potius execrationem easdem cassas, nullas, & irritas declaravit, ac ipsas, in quantum de facto processerant, cassavit & irritavit; & insuper quidquid penitus in contractibus, obligationibus, donationibus, privilegiorum concessionibus, renovationibus, confirmationibus, vel cassationibus, aut alias qualitercumque tamquam dux, Rex, comes, vel Imperator, seu Urbis senator dominus, rector, vel administrator, ubicumque egisset, seu ipsum contingeret agere in futurum, cassa, nulla, & irrita nuntiavit, illaque nihilominus, quatenus de facto processerant, cassavit & irritavit.

Deinde prædecessor præfatus, cum ad XLVIII. suam relatione tam verbali quam literali plurimum sublimium personarum, nec non fama publica notoriante, audientiam pervenisset, quod Marsilius de Padua & Joannes de Janduno præfati quemdam librum composuerant, inter multa alia erronea continentem, quod ad Imperatorem spectat Papam instituere & destituere & punire, ipsum articulum & nonnullos alios articulos in eodem libello contentos fore hæreticos & erroneos; necnon & prædictos Marsilium & Joannem hæreticos, immo hæresiarum manifestos & notorios, deliberatione cum fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, ac multis ecclesiarum prælatis, nec non cum pluribus sacre theologiae magistris, ac utriusque juris professoribus super iis habitu diligenti; declaravit & sententialiter condemnavit in consistorio publico, presente ibidem multitudine copiosa, in eadem sententia hoc adjecto, quod si quis doctrinam prædictam defendere seu approbare præsumeret, cujuscumque dignitatis aut status existet, deberet ab omnibus, tamquam hæreticus reputari. Sed licet processus hujusmodi in majoris ecclesie Avinionensis ostis fuisset affixus, & in urbe Romana & locis circumvicinis publicatus; tamen Ludovicus præfatus prædictos Marsilium & Joannem, qui sub ejus umbra errores præfatos & multos alios publicare, & dogmatizare præsumperant, pertinaciter defendere; ac in urbe præfata post latam prædictam sententiam prædicantes publice prædictos damnatos articulos veros esse, in sui familiaritate recipere non expavit; & insuper, convocato publice clero dictæ urbis & populo, idem Ludovicus hæreticus & schismaticus, ac pluribus excommunicationum sententiis innodatus, asserens errorem prædictum, videlicet quod Imperatori licebat Papam deponere, contra ipsum prædecessorem depositionis sententiam promul-

Ejus gesta rescissa.

XLVIII.

Synodus adversus Marsilium & Jandunum.

Hæresis contra Romanæ eccl. promulgata.

mulgare præsumpsit. Et ideo jamdictus prædecessor de ipsorum fratrum consilio, præsentis multitudinis copiosa fidelium, dictum Ludovicum in prædictam incidisse damnatam hæresim declaravit, ac ipsum ut hæreticum reprobavit, & etiam condemnavit: declarans nihilominus eundem in omnes pœnas inflictae schismaticis & hæreticis, & committentibus crimina alia prædicta, quæ idem Ludovicus commiserat, per sacros canones & leges catholicorum principum incidisse, eosque omnes & singulos incurrisse. Et quia in prolatione sententiæ prædictæ Ludovicus præfati idem Ludovicum hæresim prædictam, scilicet quod Christo & Apostolis in iis, quæ habuerunt, nullum jus competit, sed tantummodo usus facti, expresse tenuit & approbavit, & constitutionem super hoc editam per prædecessorem præfatum visus extitit impugnare: idem prædecessor ipsum Ludovicum in prædictam hæresim incidisse, & eum esse hæreticum ex eo capite declaravit.

Confissum schisma.

Rursus cum idem Ludovicus Petrum de Corbaria in antipapam assumpisset, ac etiam procurasset, quod idem Petrus pseudocardinales, notarios ac officiales alios, ac si existeret verus Papa, constitueret aliisque nonnulla præsumeret cunctis catholicis detestanda, præfatus prædecessor omnia per eundem Ludovicum & Petrum attentata circa præmissa vel occasione præmissorum, nulla, cassa, & irrita declaravit; & præfatum Ludovicum tam ex prædictis, quam aliis diversis capitulis nihilominus respersum hæresibus tanquam hæreticum & schismaticum manifestum de hæresi & schismate condemnavit.

XLIX. Alia acta judicialia in Lud.

Idem quoque prædecessor noster Ludovico sæpedito de favorita hæreticorum & hæresis jam condemnato, & prædictis ducatu, juribus, & bonis privato, ut est præmissum, inhibuit pluries, & mandavit, expresse per publicum edictum sub pœnis excommunicationis & aliis diversis (quas eum incurrere voluit ipso facto, si hujusmodi inhibitioni & mandato non pareret) ne de administratione regni vel imperii Romani se intromitteret quoquo modo, nec Regem vel Imperatorem aut etiam ducem Bavariæ se nominaret, vel ab aliis se faceret nominari, nec aliquid tanquam Rex vel Imperator, sive etiam Dux ageret quoquo modo. Et insuper omnes citationes, ordinationes, & constitutiones factas, & sententias latis per ipsum, cassas, nullas, & irritas declaravit, & nihilominus, quatenus de facto processerunt, cassavit & irritavit.

L.

Uterius sæpeditus prædecessor noster universis Christi fidelibus, cujuscumque conditionis, præeminentie, sive status existent, etiam si dignitate patriarchali, pontificali vel alia superiori sive inferiori, seu etiam regali fulgerent, nec non & aliis

personis ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus cujuscumque religionis aut ordinis; Regibus quoque, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, universitatibus, & communitatibus civitatum, castrorum, caeterorumque locorum, & specialiter universis incolis & habitantibus eorundem regni & Imperii Romani per diversos processus habitos gradatim temporibus diversis inhibuit, & mandavit expresse, ne Ludovico præfato tanquam Regi vel Imperatori Romanorum aut in Regem Romanorum electo super illis, quæ ad administrationem regni vel imperii prædictorum pertinebant, nec etiam ei tanquam duci vel comiti quoquomodo assisterent, parerent, seu intenderent, aut præstarent eidem auxilium, consilium, vel favorem per se vel alium, directe vel indirecte, publice vel occulte, quacumque occasione quaesita, vel prætextu fidelitatis, vel cujuslibet alterius generis juramenti, aut alicujus homagii, vel cujuscumque colligationis, confederationis, societatis, seu cujusvis conventionis aut ligæ: quæ etiam omnia relaxavit ac dissolvit ad cautelam, & contrarij prohibuit & præstari. Specialiter autem incolis & habitantibus eorundem regni & imperii inhibuit expresse, ne dicto Ludovico vel alii pro eo de redditibus vel obventionibus, sive juribus regalibus vel imperialibus seu ratione regni, prædictorum, aut domini cujuscumque vis per eum usurpatis in illis, nec etiam de pertinentibus ad ducatum prædictum responderent, vel aliam sub quocumque velamine satisfactionem impenderent; neve privilegia, immunitates, feuda, vel jura quacumque, aut dominium, vel terras, potestates, rectorias, vicariatus, administrationem, seu alia officia quacumque in civitate aliqua, vel quovis loco alio, maxime in urbe Romana, seu in regno Sicilia, vel in terris aliis ecclesiæ Romanae subditis ab eodem Ludovico, vel ab alio seu aliis ejus auctoritate vel mandato reciperent vel exercerent, & recepta deponerent: nec aliquam subjectionem eidem tanquam Regi vel electo, aut Imperatori recognoscerent, neque complicitibus, favoribus, vicariis, ministris vel officialibus ejusdem in aliquo intenderent vel parerent, nec eos reciperent vel admitterent, aut de juribus vel proventibus quibuscumque ad regnum vel imperium Romanum spectantibus responderent eidem.

Data subditis imperii iustitia.

imperi &

Præcepit etiam, quod omnes & singuli ab adhesionem, obedientiam, consilio, seu favore dicti Ludovici desisterent omnino, suspensionis ab officio & beneficio in personas ecclesiasticas, & tam in easdem quam in omnes & singulares personas prædictas excommunicationis, & in terras & loca eorum interdicti; nec non privationis dignitatum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque ecclesiasticarum personarum prædictarum, & inhabilita-

LI. Incursæ censuræ sequacibus Ludovici.

tatis ad ea & similia obtinenda (præterquam patriarcharum, archiepiscoporum, vel episcoporum) in venientes temere contra præmissa, vel eorum aliquod, & non parentes monitionibus, inhibitionibus, & præceptis suis in præmissis per prædictum prædecessorem sententiis promulgatis; auctoritate Apostolica decernendo, eosdem perinde ligari pœnis & sententiis prædictis, ac se propriis nominibus eorum nominati essent specialiter & expresse: quarum quidem sententiarum absolutionem & relaxationem soli Romano Pontifici reservavit specialiter & expresse.

LII.

Insuper Ludovico præfato de hæresi, ut prædicitur, condemnato prædecessor noster prædictus universis & singulis prælati, & personis ecclesiasticis secularibus & regularibus, cujuscumque præeminentia, dignitatis, conditionis, status, seu ordinis existerent, etiam si patriarchali, pontificali, aut majori vel inferiori præfulgerent dignitate; necnon Regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, capitaneis, rectoribus, & aliis dominis temporalibus, & qui aliquo titulo præmissorum se intulerent, licet jus non haberent in eisdem; ac communitatibus, universitatibus, civitatibus, castris, & villis, & aliis quibuscumque inhibuit expresse, ne prædicto Ludovico de hæresi, ut prædicitur, condemnato adhaerere, communicare, participare, vel favere quomodocumque directe vel indirecte, publice vel occulte præstarent: nec eidem portarent, mitterent, portari vel miti facerent, aut procurarent granum, vinum, aut quacumque alia victualia, pannos, ligna, ferrum, arma, seu quævis mercimonia, pecuniam, vel quidquid aliud, quod posset in ipsius utilitatem vel commodum redundare: nec societates, confederationes, colligationes, pactiones, aut ligas quascumque cum eodem initas vel contractas, præsertim in ejus favorem, auxilium, vel utilitatem, observarent. Alioquin personas quascumque singulares, excommunicationis, universitates vero, communitates, & collegia, quæ postquam processus dicti prædecessoris nostri super hujusmodi inhibitione facti ad eorum pervenisset notitiam, vel pervenisse probabiliter potuissent, aut per ipsum stetisset quominus pervenisset ad eosdem, in hac parte offenderent quovis modo, nec non terras, & loca quorumcumque circa prædicta delinquentium interdicti sententiis, & generaliter pœnis & sententiis omnibus, quibus fautores hæreticorum & defensores & adhaerentes eidem subiciuntur a jure, vel quibusvis constitutionibus, decrevit & voluit subjacere; apertius prædicans eisdem, se ad earumdem pœnarum declarationem, & executionem processurum contra delinquentes hujusmodi specialiter, si, & quando, & quo-

Prohibitum cum eo commercium.

tiens expediens videretur; non obstantibus suis, vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede Apostolica esset indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possent per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus, quibusvis personis, locis, vel ordinibus, sub quacumque verborum forma vel expressione concessis, etiam si de illis fuisset specialis & expressa, ac de verbo ad verbum in dictis prædecessoris literis mentio faciendâ: per quæ nullum contra ipsa vel ipsorum aliquod voluit afferri suffragium vel obstaculum interponi, prout omnia prædicta & multa alia in processibus dicti prædecessoris super eis habitis latius & seriosius continentur.

LIII. Papalis edicti promulgatio.

Ut autem prædicti processus dicti Ludovici & aliorum, quorum intererat, ad communem deducerentur notitiam, prædictus prædecessor chartas, seu membranas processus continentis eosdem ostiis majoris ecclesiæ Avinionensis fecit appendi, ut idem Ludovicus & alii, quos ipsi processus contingebant, nullam de ipsis posset ignorantiam allegare: ac voluit, & auctoritate apostolica decrevit, quod dicti processus, præfatum Ludovicum & alios prædictos adeo approbarent & arctarent, ac si eisdem personaliter publicati & intimati solemniter extitissent; constitutione quacumque per Romanos Pontifices prædecessores ejus in contrarium edita non obstante, cum, ut dixit, pro eisdem publicandis & insinuandis processibus ad eundem Ludovicum præsentiam securus non pareret accessus, nec posset commode singulorum auribus inculcari: & nihilominus dictus prædecessor processus eosdem mandavit & fecit in diversis regionibus, & maxime in Italia, solemniter publicari.

LIV. Propositæ gesturis arma contra Ludovic. indulgentia.

Denique prædecessor noster sæpeditus omnibus tam laicis quam clericis vere pœnitentibus & confessis, qui dictum Ludovicum ejusque complices, fautores, & receptores, quamdiu extra Apost. sedis gratiam existerent, in personis & sumptibus propriis, vel in personis propriis & sumptibus alienis expugnarent, & super hoc per annum continuum vel interpolatum infra biennium complendum, laborarent, ecclesiæ sequendo vexillum; & eis insuper, qui suis dumtaxat expensis, juxta quantitates & facultates suas destinarent idoneos bellatores per dictum tempus moraturos & bellatores ibidem, illam concessit veniam peccatorum, quæ concedi per sedem Apostolicam proficiiscentibus in terræ sanctæ subsidium consuevit. Eos autem, qui non per annum integrum, sed pro ipsius anni parte in hujusmodi Dei servitio laborarent, juxta qualitatem laboris & devotionis affectum par-

participes esse voluit indulgentiæ supradictæ. Quod si forsau ipsorum aliquos postier arreptum in prosecutione dicti negotii ex hac luce migrare contingeret, vel interim negotium ipsum congrua terminatione compleri, eos integre participes esse voluit indulgentiæ memorata. Ipsius etiam remissionis voluit esse participes juxta quantitatem subsidii & devotionis affectum omnes, qui ad expugnationem dicti Ludovici, ac sequacium & fautorum ipsius de bonis suis congrue ministrarent; mandans & faciens concessionem hujusmodi indulgentiæ in predictis regionibus solemniter publicari, & fideles per verbum predicationis & alias induci, ut suscipientes cum reverentia signum crucis, ipsumque suis humeris & cordibus affigentes, se accingerent viriliter ad prosequendum hujusmodi causam Dei adversus Ludovicum predictum.

IV. Cumulata a Lud. vetera facinora.

Sane ultra præmissa ad apostolatus nostri, fama publica referente, seu potius infamia divulgante, pervenit auditum, quod Ludovicus præfatus præmissis non contentus, sed iniquitates iniquitatibus adjiciens, & sitim suam in confusione reverentiæ & auctoritatis Apostolicæ sedis, & violatione ecclesiasticæ libertatis, & oppressione ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum extinguere nequens; quamplures episcopos, abbates, & alios ecclesiarum prælatos, ad ecclesias locorum, in quibus suam exercet tyrannidem, per sedem eandem rite promotos, ac gratias in locis ipsis impetrantes ab ea impedivit in assuetudine possessionis prælationum & consecutione effectuum gratiarum prædictarum, eosque multipliciter afflixit & oppressit, & alios suis iniquitatibus consentientes & sibi faventes in eis intravit, seu intrudi mandavit, & fecit in ecclesiis memoratis, diversa nihilominus inferens gravamina ecclesiis constituitis intra loca prædicta.

LVI.

Editæ ab eo in eccl. nefariæ leges.

Adhuc etiam eadem divulgat infamia, quod dictus Ludovicus, de sedis Apostolicæ contemptu & persecutione satiari, & eis modum ponere, quia non vult, nesciens conspirationes quamplurimas, cum pluribus illarum partium inivit, & leges nonnullas iniquissimas, seu potius legum corruptiones edidit notorie contra sedem & libertatem prædictas: quamquam etiam nulla eidem quasvis leges competeret, prout nec competit, condendi potestas. Viros quoque ecclesiasticos interdictum ecclesiasticum, in loca prædicta canonice promulgatum, observare volentes expellit ab ipsis, & per apostatas, & a suis ordinibus profugos, ac excommunicatos & irregulares divina profanari fecit in locis eisdem. Sed adhuc prædicta divulgat infamia, & notorium fertur esse in partibus illis, quod Ludovicus predictus, promovens quæ impia sunt & scelestæ, ac Deo & hominibus abominabilia, Margaritam tunc ducissam

Carinthiæ, quam sua impudicitia non sinit nos dilectam filiam appellare, dilecti filii Joannis charissimi in Christo filii nostri Joannis Regis Boemia illustris filii legitimum & notoriam conjugem, filio suo primogenito in gradibus consanguinitatis & affinitatis prohibitis notorie, ut fertur, conjunctam matrimoniali, seu potius incestuosa & adulterina copula, sanguine, ac canonum & legum sanctionibus, & bonis moribus, timoreque divino contemptis, conjungi procuravit & fecit, carnali inter ipsos copula subsecuta; opem & operam præbens, & principalis promotor & affor existens, ac male, ut videtur, sentiens de matrimonii sacramento, quod copula hujusmodi contraberetur, & committeretur adulterium cum incestu per filium suum & Margaritam predictos. Et insuper prædicta divulgat infamia, Ludovicum sæpeditum, sensualitati per ipsum ratione subiecta, multa alia prævia, quæ non licet, turpia quæ non decet, & varia quæ non expediunt, ad libitum operari, non brevi stylo faciliter recitanda.

Alicna ux. filio data nuptui.

Sensit male de matrimonio Lud.

LVII.

Cum igitur idem Ludovicus, in profundum malorum descendens, Pharaonis imitatus duritiam, & obturans more aspersione aures suas, processit & sententias hujusmodi, contemptis ecclesiæ clamibus, in grave animæ suæ periculum, & totius Christianitatis scandalum, elata obstinatione & obstinata elatione tanto tempore contempserit, & adhuc in sua nequitia & contumacia pertinaciter perseverans, contemnat ipsas sententias, animo sustinens indurato; nos non valentes abique gravi illius offensa, cujus ecclesiam dictus Ludovicus offendisse tam graviter dignoscatur & læsisse, ipsius iniquitates continuatas & multiplicata scelera silentio tradere, & a penis, dictis iniquitatibus & culpis correspondentibus, continere; & propterea contra prædictum Ludovicum ad exaggerationem, & aggravationem poenarum procedere, quantum patietur justitia, intendentes ut eum, quem a malo timor Dei non revocat, rigor debita coerceat disciplina; de fratrum nostrorum consilio monemus eundem Ludovicum, ut infra trium mensium spatium, quod ei pro termino peremptorio assignamus, ab omni administratione regni & imperii Romani omnino desistat: nomen & titulum Regis seu Imperatoris, ducis, & cujuscunque dignitatis deponat; administrationem, nomen, seu titulum hujusmodi nullatenus absque sedis Apostolicæ licentia ulterius resumpturus: ob omni favore quorumcumque hereticorum prorsus absteat, intrusos per dictum Ludovicum, seu mandato ipsius in quibuscumque dignitatibus & beneficiis ecclesiasticis ab ipsis beneficiis prorsus amoveri procuret; beneficia & dignitates illis, quos ipsis dignitatibus & beneficiis spoliavit, restituat; interdicta auctoritate

Insignis illius contumacia.

Indicta illi iudicii dies.

tate apostolica, & a quibusvis iudicibus competentibus opposita observet inviolabiliter, & non prohibeat directe, vel indirecte ab aliis observari; & ad sanctæ matris ecclesiæ, a qua multiplicatis hæresibus & schismatibus est præcisus, corde contritus & vere poenitens redeat unitatem; nec non pro diversis maximis injuriis & damnis Romana & aliis ecclesiis illatis satisfaciatur; ac pro tot sceleribus, blasphemis, contumaciis, & gravissimis culpis, per ipsum Ludovicum adversus Deum & ecclesiam suam commissis, nostris & ecclesiæ prædictæ beneplacitis & mandatis personaliter veniat, humiliter pariturus, ac facturus & recepturus quod suadet iustitia, & nobis videbitur expedire: aperte prædicentes eidem, quod si in obstinata malitia & pristina contumacia perseverans, prædicta non curaverit infra prædictum terminum realiter & fideliter adimplere, & nostris & ecclesiæ prædictæ parere beneplacitis & mandatis, nos ultra supradictas poenas inflictas eidem, cum crescente contumacia poena debeat adaugeri, ad poenas graviores tam spirituales quam temporales, exigente ipsius Ludovici contumaci pertinacia, & pertinaci contumacia, prout expedire viderimus, ac excessuum suorum ac contumaciarum, in præfati prædecessoris nostri processibus contentorum suadebit enormitas, procedemus, &c. Interjectis nonnullis, quibus significat anathematismos in ecclesiæ ostiis affixos, ut in omnium cognitionem emanarent, subjicit Clemens.

Intentata poena.

LVIII. Iusti sententiam Pont. promulgare.

(a) An. 2. h. 5. ep. cur. 5. ad 14. (b) Tu. 2. ep. sec. 350. 351. & seq.

Ludovicum Ravarum, eaque in ecclesiis præfate populo a Minoritis (c), Prædicatoribus (d), Cisterciensibus (e) & sacro fugatu promulgari iussit, ut ipsius horrenda, ita loquitur Clemens in literis ad Treverensem archiepiscopum missis (f), & toti Christianitati abominanda scelera clarius eorundem fidelium notitia patefiant. Quibus vero causis ad edenda superiora edicta, sit impulsus, ita exponit: Attendentes, quod idem Ludovicus de misericordia & mansuetudine sedis Apostolicæ diutius expectatus, si corde contrito suum ejusdem ecclesiæ, a qua velut membrum putridum separatus fore dignoscitur repeteret, hæc facere non curabat; sed potius tanquam in desperationis laqueum & profundum malorum demersus, deducens prædictas poenas & sententias damnabiliter in contemptum, alios excrandos excessus prioribus culpis & excessibus damnabiliter superaddere non cessabat.

(c) Ib. ep. sec. 22. (d) Ep. 23. (e) Ep. 24. (f) To. 1. ep. sec. 250.

Flagitia Lud. excusationibus fucari non possunt.

Ex his Hervvartii apologias mendacium dictis confarcinatas abunde refutatas, ac Ludovicum non injuste a Romanis Pontificibus damnatum, quivis prudens intelliget. Certe a ratione penitus abhorret ad illius gesta defendenda calamos acuire, quæ ejusdem Ludovici frater Palatinus, nec non filii ejusdem Ludovici Ludovicus marchio Brandeburgensis & Albertus dux Baviaræ publicis monumentis, a nobis suo loco afferendis damnarunt. Denique Clemens non sua modo edicta divulgari iussit a præfatis in ecclesiis coram circumfusa populi multitudine, cum ad sacra convenisset, verum etiam singulis diebus dominicis & festivis solemniter Ludovicum & illius partium sequaces anathemate defixos, eundemque omni jure in regnum & imperium Romanum exutum, & de hæreticorum patrocinio ac schismate damnatum, atque etiam hæresi manifeste devindum teneri, ut in eo Davidi cum oraculum: Imple facies eorum ignominia, & querent nomen tuum Domine; si flecti ad Christianam poenitentiam non fucatum posset, impleteretur. Conceptæ sunt eo argumento encyclicæ ad Saliburgensem (g) archiepiscopum, ac plures aliorum regnorum archiepiscopos (h), literæ.

LIX. Ineptæ Hervvartii defensio pro Lud.

(g) An. 2. l. 1. ep. cur. 3. (h) Reg. post eand. ep. ad ep. 18. & l. 3. ep. cur. 5. ad 14. (i) Gestæ Clem. VI. apud Bolog. (k) To. 2. ep. sec. 209.

Incessis iis Ludovico Bavaro censuris, de creando novo Rege Romanorum agitari coepum est: ac Pontifex Balduinum archiepiscopum Treverensem arcanis literis (k) kal. augusti sollicitavit, ut principem pium, ecclesiæ studiosum, ac gestando sceptro virtutibus parem Romano imperio præficeret: Cum tibi, inquit, frater, & electoribus imperii, gratiam & communionem Apostolicæ sedis obtinentibus tam singulariter quam generaliter per literas nostras monendo, exhortando, & mandando

De creando Rege Rom. a-
gitatum.

LX.
Ludovicus præ-
fert se
redire
velle ad
ecclesiam.

(a) Ead.
ep.

Missi a
Lud. ora-
tores.
(b) Alb.
Arg. in
chr. Reb-
dorf. in
annal.
Naucl.
gen. 45.
Baron. in
not. MS.
ad hunc
ann.

LXI.
Henricus
archiep.
Mogunt.
postulatus
iudicio.

fatis cito scribere intendamus, ut ad eligendum Regem Romanorum, postmodum in Imperatorem promovendum, competentes locum & terminum assignantes ad illos convenire vos propterea disponatis.

His excitatus Ludovicus Bavarus rediit ad ecclesie gremium desiderium præ se tulit, missurum ad sedem Apostolicam oratores pollicitus: accessitque ea etiam de causa ad aulam pontificiam Joannes Rex Bohemie, cum e Lithuania una cum filio Carolo & Ludovico Rege Ungarie expeditione, de qua actum est, rediisset, atque in propinquis locis hæsit, ut cum oratoribus Ludovici ageret: pontificium enim erat consilium, ut Ludovicus injuriam illi illatam farciret; qua etiam de causa Clemens Carolum marchionem Moraviae VIII. kal. decembris literis invitavit (a), ut excurrente ad proximum purificationis Virginis diem temporis spatio ad sedem Apostolicam veniret; cum de his, quæ Joannem Regem ipsius parentem ac Joannem fratrem Tirolis comitem attingerent, hujus enim uxorem ducissam Charinthie Ludovicus perperam filio suo ut dictum est, junxerat, agitare meditaretur. Suberat alia altior ipsius evocandi causa, ut de transfundendo imperio, nisi Ludovicus ad meliorem mentem rediret, pacifceretur: qua de re suo loco ageretur. Fundos oratorum munere Humbertum delphinum Ludovici avunculum, Augustensis & Babenbergensis ecclesiarum præpositos, atque Ulrichum scriam præfectum, refert Albertus Argentinensis (b). Sed quidquid ab his summa consilii maturitate erat gestum, Ludovicus more suo dissolvit, quem demum suprema sententia censuris defixum, atque omni honoris gradu dejectum a Pontifice visurum sumus.

Postulavit etiam Clemens Papa iudicio Ludovici partium signiferum Henricum e Virnebur Moguntinum archiepiscopum, qui ad principatus illius fastigium summis laboribus a Romanis Pontificibus contra Balduini Trevirensis archiepiscopi potentiam, cui ejusdem principatus administratio fuerat delata, effectus, beneficii immemor ad ecclesie hostem desciverat, extiteratque omnium consiliorum contra pontificiam dignitatem author præcipuus, neque ad Christianam poenitentiam provocatus, ut crimina expiaret, flecti poterat. Et licet jam ante a Benedicto XII. in jus vocatus, contumacem se præbuisset, mansuetudine tamen severitatem lenire meditatus Clemens, cum archiepiscopatu ob insignem contra edicta Joannis XXII. quibus exautorandos præfules, qui Ludovico ut Regi Romanorum vel Imperatori studerent, pronuntiatum erat, prævaricationem sine novo iudiciorum ordine deturbari posset; illum tamen

monendum officii decrevit; ac Moguntinae ecclesie, quam suis fœdabat sceleribus, alium præfulem a se impostum iri denunciavit (c) publico edicto, in quo repositas ab eo pro beneficiis injurias in luce collocat.

Clemens, &c. ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum.

Ipse archiepiscopus, sicut notorium esse per facti evidentiam in illis partibus dicebatur, & eidem prædecessori dictorum nuntiorum relatio patefecit, prædictorum beneficiorum ab eadem Romana ecclesia receptorum oblitus, & ingratus acceptor, ad hære potestati tyrannica in sua anima ac status periculum magis eligens, quam divine majestati placere, eidem ecclesie non gratias, sed injurias pariter & offensas retribuere studuerat; impudenter offendens Deum & dictam Maguntinam ecclesiam suo commissam regimini, seque pariter miserabili subsiciens servituti, plus invidendo brachio arundineo favoris transitorii & caduci, quam spei divini auxilii & Romanae ecclesie sæpefatæ: quamvis præfato archiepiscopo non essent incogniti processus dudum habiti per supradictum Joannem prædecessorem contra Ludovicum de Bavaria olim in Regem Romanorum in discordia, ut dicebatur, electum per quas exigentibus multis excessibus, contumaciis, inobedientiis, & aliis culpis ejusdem Ludovici omni jure, si quod sibi ex dicta electione ad regnum vel imperium Romanum esset quomodolibet acquisitum, privatus fuerat, & subsequenter eodem prolabente in diversos detestabiles errores & hæreses, de diversis hæresum & schismatum extiterat criminibus condemnatus, &c.

Nonnullis interjectis, quibus incussum anathema omnibus, quacumque ecclesiastica vel mundana dignitate conspicuis, refert qui vel studerent Bavaro, vel ejus beneficio jura ecclesiarum vel ditionum accepta agnoscerent: intentatum etiam patriarchis & archiepiscopis, ipsos dignitatibus deturbatum iri, ac divinis humanisque poenis afficiendos: tum subdit.

Idem tamen Henricus archiepiscopus dictos processus velut famæ suæ prodigus & propriae salutis oblitus contemnens, contra fidelitatis debitum, & juramentum per eum præfato Joanni prædecessori ejusque successoribus, & ecclesie Romanae prædictæ præstitum, memorato Ludovico participare, ac ab eo tanquam Imperatore, licet non esset necque fuisset, temporalia ejusdem ecclesie recipere & recognoscere, sicut in illis partibus dicebatur, damnabili temeritate præsumpsit, faciendo sibi homagium, & præstando fidelitatis etiam juramentum, & ex his reatum perjurii, & excommunicationis sententias, ac poenas alias tam contentas in dictis processibus, damnabiliter incurrendo.

(c) An. 2.
l. i. ep.
cur. 46.

LXII.
Ingratus
ejus
animus.

Ut pro-
lapso in
hæresim
Ludovico
adhære-
rit.

LXIII.

LXIV.

Clientelarem illi
ponstionem ad-
dixit.

Rur-

LXV.

LXVI.

Conjunctio-
nes
plures
cum Lud.
inverit
adversus
ecclesiam.

Affuerit
ejus con-
venticulis
damna-
tis.

LXVII.
Post tot
scelera
venie
spes pro-
posita a
Clem.

Rursus idem archiepiscopus nonnullas alienationes bonorum ejusdem ecclesie Maguntinae contra juramentum per eum præstitum dicebatur fecisse in læsionem enormem ejusdem ecclesie Maguntinae, &c.

Addit Henricum iniqua & impia pacta iniisse cum Moguntinorum canonicorum collegio edictis Joannis XXII. defixo censuris, atque ad infringenda Romani Pontificis imperia conjurasse. Intendens, inquit, ut ex prædictis evidenter colligitur, dictum Ludovicum non tantum Imperatoris nomine nuncupare, sed etiam talem eum ausu temerario reputare. Subdit ut Benedictus XII. redigendi ad officium Henrici studio legum acerbiter in eum distrinxerit x. kal. martii pontificatus anno iv. proposito folio ab expiendam sententiam jusserit: illum vero non comparuisse, sed ipsius procuratorem inanes excusationes declinandis iudicij causa exposuisse, quæ a Benedicto repudiatae fuerunt, tum subicit.

Sed idem Henricus archiepiscopus, ut suæ ingratitude vitium erga sedem præfatam multiplicaret ulterius, & excessus excessibus, culpas culpis gravioribus damnabiliter aggregaret, ex tunc pejora & detestabiliora prioribus præsumptione temeraria & plebilibi committere non cessavit: ipse namque, sicut fama seu potius infamia publica pertulit ad nostri apostolatus auditum, præfato Ludovico de Bavaria subsequenter adhæsit, ipsumque pro Imperatore, cum Imperator nec Rex sit, habendo, tenendo, vocando, & exhibendo eidem reverentiam sicut tali, sibi que ut in suis excessibus, erroribus, schismatibus, culpis, inobedientiis, & contumaciis perduraret, consilia & favores exhibendo; & ligas & confederationes immo potius conjurationes & conspirationes cum eodem damnabiliter inveniundo. In multis quoque parlamentis, seu potius damnatis conventiculis, in quibus multa contra Deum & honorem ejusdem ecclesie Romanae machinata fuerunt damnabiliter & inique interfuit cum Ludovico prædicto, adhærendo, fovendo, & consulendo eidem, quamvis multi prælati & principes illarum partium, qui per dictum Ludovicum vocati fuerant ad illas conventiculas, venire contemnerent, sicut nec temebantur venire: aliosque detestandos excessus, qui brevi nequirent explicari sermone in divina majestatis contumeliam, gravem dictæ sedis offensam, & multorum perniciem committere damnabiliter & plebilibiter non expavit.

Et licet nos adversus Henricum archiepiscopum supradictum, attentis contumaciis hujusmodi & aliis suis detestandis excessibus, juste possemus procedere absque citatione alia de præfenti; tamen de solita mansuetudine dictæ sedis adhuc experiri

volentes, si aliqua fidelitatis & devotionis scintilla in eo remanserit, quæ in flammam devotionis accensa illuminaret, ut viam veritatis cognosceret, mentem suam, ut ab invio mortifero, quo graditur, reducere curaret ad vitæ semitam peder suos, ad præsens providimus agere mitius cum eodem.

Ideoque deliberatione cum fratribus nostris præhabita diligenti, & de ipsorum consilio, præfente hac multitudine copiosa fidelium, per publicam citationis edictum, cum ad locum, ubi nunc morari dicitur idem archiepiscopus, tutus pro citatione hujusmodi facienda accessus minime pateat, eundem archiepiscopum citamus peremptorie, ut infra quatuor mensium computandorum spatium, quod eidem pro peremptorio termino assignamus, sub excommunicationis ac privationis ab administratione ecclesie Maguntinae ac dignitate archiepiscopali & pontificali poenis apostolico conspectui personaliter se præsentet, super præmissis responsurus, ac voluntatem nostram & processum, quos faciendos duxerimus auditurus ac nostris & sedis prædictæ mandatis & beneficiis humiliter pariturus, ac facturus & recepturus quod suadebit justitia, & nobis videbitur expedire; nec non & apertius eidem archiepiscopo nihilominus prædicentes, quod si in eodem termino vel antea citationi hujusmodi non paruerit cum effectu, ad declarandum ipsum incurrisse poenas, in processibus prædicti Joannis prædecessoris nostri contentas, & alias, præsertim in præfati Joannis prædecessoris contentas processibus insignendas, de quibus exigente justitia expedire videbimus, contra eum procedemus conjunctim vel divisim absque citatione alia, ipsius absentia non obstante; decernentes hujusmodi citationis edictum perinde valere, ac eundem Henricum archiepiscopum apprehendere & arctare, ac si eidem facta præsentialiter extitisset, &c. Subicit id edictum Avinionensis ecclesie foribus affixum iri, ne Henricus ipsum latuisse possit obtendere. Contempsit (a) pontificias minas Henricus Ægypti baculo innixus, quare damnatum contumaciæ, atque in illius locum Gerlacum Nassovium suffectum visurum sumus. Longe prudentius se gessit Balduinus archiepiscopus Trevirensis, qui cum ab Apostolicæ sedis gratia antea excidisset, oratores idoneos misit, literas afferentes archiepiscopali sigillo & chirographo munitas (b), quibus ille ad omnia, quæ pro ipso in gratiam ecclesie revocando constituta ac promissa fuerant, implenda se obstrinxit.

In Leodiensi ditione graves turbæ exortæ (c), Adolpho comite Heinspurgensi. Lossensem comitatum, ad ecclesiam Leodiensem devolutum, principum finitimo-

LXVIII.

Vocatus
ab eodem
in jus.

Objecta
contumaci
judiciorum
severitas.

(a) Serar.
l. 5. Mog.
rer. in
Henr.

LXIX.
Trevirensis
archiepisc.
redit ad Pont.
obsequium.
(b) To. 4.
ep. sect.
p. 209.

Nonnulli
in Germ.
bellici
motus.
(c) Naucl.
gener. 45.

(a) Hoc sem. in Adolpho episc. Leod. c. 30.

De Lof- fenti co- mitatu contro- versia.

Leodien- sium comen- datio.

LXX.

rum studiis & armis freto invadente, at- que anathema quadriennio pertinaciter spernente. Implorarunt (a) sedis Apo- stolicæ præsidium Adolphus episcopus & canonici Leodienses contra ducis Braban- tiæ & Hannoniæ comitis, ac Joannis pa- trui Adolphi comitis studiosorum poten- tiam & artes: quamquam enim de comi- tatu compromittere inconsulto Romano Pontifice se non posse erant professi, ad- judicatio dolo Heinspurgensi comiti Lo- senci comitatu Pontificem, ut rem con- firmaret, sollicitarunt: contra quos e- piscopus & clerus Clementem & Cardi- nales de iis monere ac rogarunt, ne ipsis non vocatis quidquam decernerent: suaque in sedem Apostolicam studia his verbis com- memorarunt in literis ad Cardinales datis.

Vestrum igitur suffragium flexis popliti- bus imploramus, ut vestram saltem causam propitiis defendatis: vestram dicimus, & re vera: nam semper, dum Reges & Im- peratores Theutonici Romanæ ecclesiæ re- bellarent, illisque semper assisterent princi- pes convicini, pontifices nostri cum suis sub- ditis resistebant, & partem Romanæ ecclesiæ receptabant: quod chronica Ottonis ultimi Cæsaris rebellis ecclesiæ clare demonstrat, ac alia postmodum Frederici, & nunc ulti- mo Bavari, cujus minas terribiles cum fau- toribus suis Anglicis, ac quibusdam terræ nostræ principibus confederatis eidem, cum corporum ac rerum nostrarum periculis om- nium sperimus, ut nostræ matri ecclesiæ Romanæ fidem solitam servaremus. Et ne ficta vobis narrasse aliqua videamur, li- terarum copias Bavari, minas hujusmodi continentes, vobis duximus transmitten- das. Data anno Domini MCCCXLIII. dominica, XVI. die septembris. Hactenus de Germanicis rebus: nunc ad Italicas decurramus, atque a Siculis citerioribus, quæ tristes ac turbidæ admodum fuere, ex- ordimur.

[1] Hoc ineunte anno Robertum Regem,

annos circiter octoginta natum, decima nona januarii die Neapoli morbo corre- ptum, ex hac vita migrasse, scribit Jo- annes Villanus (b). Studiosum ecclesiæ prin- cipem fuisse, religionis, prudentiæ, scienti- æ, omniumque virtutum laude præclarum cum Villano consentiunt Colletutius (c) & Summontius (d), cujus dignam me- moria hanc aliquando fuisse vocem refert Mariana (e) dulciores sibi literas regno esse. Laudatur etiam a Petrarcha (f), fuis- se & summum Regem & philosophum, non regno, quam literis clariorem: *Quem unicum, inquit, Regem & scientiæ amicum & virtutis nostræ atas habuit; a quo se triduo excussum cum ad poeticam lauream Romam vocaretur, atque dignum judicatum significat; describitque eleganti stylo (g) extremum iudicium vitæ actum: Decubuerat, inquit, corpore quidem languis, sed animo alacri & infracto: nullus dolor, nulla confusio, nullus egrediendi metus, nullum manendi desiderium in illo præsertim habitaculo, ubi tanto cum ho- nove permanserat corporis ergastulum: ar- tusque satis fatiscientes, velut totidem li- bertatis suæ vincula cernebat, arebat cutis, & vitalis calor infra senile pectus jam redactus assidue decreverat. Hoc sane quid mihi argutus nunc lector ob- jiciat. Fortunæ hoc potius, quam sapientiæ videri. Non inficior, non contem- do, sciens & virtutibus inesse cognitionem quandam, & hunc ipsum, de quo loquimur, omnibus usque in miraculum abundasse. Hoc sane quid sequitur ad hoc, quod per tot præ- ambula tendebat stylus, sapientis & uni- versa circumspicientis, atque in extremis solito iudicio fruentis animi signum est: Quid enim prohibet, quod in singulis vel Regibus, vel philosophis miratur antiquitas,*

Roberti Regis Sic. mors. (b) Jo. Vill. l. 12. c. 9. MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. (c) Col- len. hist. Neap. l. 5. (d) Summ. l. 3. (e) Ma- rian. l. 16. c. 11. (f) Pe- trarch. in prefat. Eius elo- gium. (g) Pe- trarch. de rerum memoran. l. 3. p. 466.

Sancia Regina sanctimo- nialibus se aggregat.

LXXI.

* morien- tis Data a Rob. in morte consilia.

in hoc (dicendum est enim sæpius) & Rege simul & philosopho posteritas admi- raris?

Noverat se suis esse charissimum, seque id meritum gaudebat, quibus gravissimum se mororem relinquere certus erat. Vide- bat adolescentulos regni successores, & æ- tatem multis objectam periculis verebatur. Noverat sacrum religiosæ conjugis arca- num, fugam e seculo illo adhuc superstitio meditantis. Tuto quidem poterat illustri fe- mine regni pondus committere, poterat il- li animo superadficere, quantumlibet fun- damenta non deerant, nisi ipsa, quod e- ventus docuit, quamvis miserrata casum publicum, salutis propriæ succurrere malu- isset, seque post sepulchrum tanti conjugis, mox intra sacros parietes monasterii sepe- lisset ad altiora suspirans. Hoc muliebre propositum, jam pridem cognitum, multa vol- ventis animum angebat, quis habenas re- rum post se flecteret, quis regnum status acciperet: circumspiciebat scopolos, me- minerat procellarum & ab aquilone & ab austro, venturasque præfugiens tempestates gubernator egregius, clavum commissurus inexperitis, quid mirum, si sollicitudinum variarum fluctibus æstuabat? Tot difficul- tatibus rerum, que vegetum licet ac va- lidum fatigare debuissent, moriens indefef- so animi vigore consuluit. Primum omni- um stentes, ac ejus conditionem miseran- tes, magnifice castigatos docuit, nil sibi rixisse, nil asperum, nil miserabile, nil mo- lestum, denique nil nisi suave profus & jucundum morte contingere. Satis se juxta cæsaream sententiam, vel natura vixisse vel gloria: optare se jam ex corporis flu- xione discedere: sperare ab hoc mortali so- lio digressum, ad stabiliora regna profici- sci. Minime itaque lugendum, sed omni gaudio prosequendum iter suum.

*Quid multa? sic omnium gemitus ora- tione compevit, sic omnem miseriarum mortis opinionem ex audientium pectoribus extirpavit, ut nunc usque esse felices ar- bitrentur, quibus illum ex ipsa morte con- cionantem contigit audire, nec * moriens cubiculo ullas philosophorum scholas præfe- rant. Demum adversus singula, que terri- bilia providebat, accommodata remedia, veluti præstitura venenis antidota dicta- vit, regni gubernacula successoribus, quos matrimonio junxerat tradidit, identidem admonens: Hoc istud consilio, hoc illud pe- riculum declinate. Sic cum subjectis, sic cum amicis, sic cum hostibus vivite. Hac & alia similia, cum solita & acuta magis majestate dixisset, tota mente in Deum ver- sus expiravit, & e corporis vinculis la- tus excessit. O felicem perfectamque sapi- entiam inter mortis angustias, cum ceteris hominibus, nedum rerum exteriarum, sed sui etiam ipsius vix ulla superest memo- ria, ita secum omni ex parte consistere;*

ita superstites consolari tamquam non ipse, sed hi morituri sint; ita res suas dispo- nere, cujus rus peteret, non sepulchrum. Et regno quidem in longum consuluit, modo voces abeuntis animis inhaerent, nec (quod multum vereor) externis vitæ con- siliis evanescent, &c. Hactenus Petrarcha. Sepultus (a) est in monasterio S. Clarae, ab ipso constructo, bonisque amplissimis locupletato. Non desunt tamen, qui tot laudes Robertum obcurasse avaritia re- ferant, ut Joannes Villanus (b); qui ad- dit, thesauros ad recuperandam Trinacriam illum coegisse. Sed misere a suc- cessoribus fuerunt dissipati.

Quod ad regni successores spectat; e- rant ii (c) Joanna neptis a Carolo filio duce Calabriae (quem jam ante in ipso ju- ventutis flore extinctum luximus) atque Andreas pronepos ex fratre Carolo ma- jore natu Caroli II. Regis Siciliae filio, quos ad sedanda bella impendientia nu- ptis junxerat vel, ut S. Antoninus (d) scribit: *Quasi bona fide recognoscens, ut ad eum rediret regnum ipsum, ad quem prius magis de jure spectabat. Superiori- bus consentientia gestorum Clementis scri- ptor tradit (e).*

Sublato Roberto regnum fluctuare cœ- pit, & immanis quædam calamitas Sici- liæ citeriori imminere visa. Lugubrem & periculosum rerum statum ita describit LXXII. Petrarcha (f): *Quis non ista præviderat? & prævidisse quid profuit? tam profunde enim totis regni precordiis se nequitia di- rum virus infuderat, ut jam nisi morti- ferum esse non posset: tantum audacia, tantumque licentiæ reproborum, tanta pro- rum desperatio, tantus moror inceperat. Erant crebra undique velut instantium pro- cellarum signa, graves frontes turbida- nubes obduxerat, & turbida pectora pu- gnaces urgebant venti, fulgurabant oculi ardentis, stabant ora minaciter tonabantque: prope erat, ut manus impia fulminerent, æquor aulicum jam tumebat, jamque æstus horridus & reciproci fluctus & obsæna- aves & peregrina prodigia vestris late- litoribus recurabant. Morte Regis mutata regni facies, & cum unius viri anima- omnium vigor & consilium evanuisse vide- bantur. Spectabamus hæc omnes, futurisque non secus ac presentibus angebamur malis. Loqui autem quis auderet, ubi vix liberi cogitatus erant; & non tantum vocibus, sed nutibus parata supplicia? Quamobrem in triviali muti omnes, in thalamis marmur- ambiguum, mæsta præfugia, & impenden- tium nuntii malorum tacitis augures metus ac dolor. Denique sic apertis oculis torpuerant animi, quasi quos vicini fulminis lux hor- renda perstringeret. Nemo, ni fallor, unus hominum me apertius timuit, doluitque liberi- us: nemo illa curia & introspectit acutius, & contumacius aut lingua percussit aut ca- lamo, &c.*

(a) Jo. Vill. & Sum- mont. ubi sup.

(b) Jo. Vill. l. 1. c. 29.

Joanna Roberto avo succe- dit. (c) Jo. Vill. sup. cap. Ant. 3. p. tit. 21. c. 8. § 4. Col- len. Sum- mont. Marian. sup. cap. Sur. l. 7. c. 64. Vita Clem. scriptor ap- pud Bosq. & alii.

LXXII. Petrarcha (f): Nova in Neapol. regno conver- siones. (d) Ant. super cap. Clem. auct. ubi sup. (f) Pe- trarch. l. 9. ep. Jam. 5.

NOTÆ [1] **R**es Siculas nemo certius docere potest, quam Dominicus de Gravina, qui tunc & florebat & scribebat, & eorum quæ narrat conscius erat, utpote qui in iis seditionibus, quæ occasione mortis Roberti regis Siciliam turbaverant, Hungarorum partes & fortquam sequebatur. Obiit Robertus, eodem teste, die XIV. Januarii anni 1342. stylo veteri, novo vero 1343. indi- ctione, ut ipse quidem Dominicus notat X. quod cum minus cohæreat indictionibus pro nostro more supputatis, hinc discimus indictionem in Sicilia exordium aliter statui consuevisse ac apud reliquas gentes: Ipso vero eodem die, prosequitur Historicus, coronata fuit regina Joanna, & ab omnibus regina vocata. Dux autem Andreas, vir suus, causa obtinenda coronæ regalis ad summum pontificem destinavit, quæ sibi vitis quamplurium regni magnatum prorogata extitit usque ad mortem. Tum addit historicus juvenum regum tutelam Roberti jussu gessisse Sanciam Reginam viduam e- jusdem Roberti Ecaterinam imperatricem CP. & Agnetem Ducissam Duratii atque Carolum Ar- tus. Ex quo intelligimus alios fuisse puerorum, alios regni administratores, qui fere omnes ab illis diversi enuquantur. Tum narrat utriusque juvenis principis effrenem in voluprates licentiam, quos cum regere non posset Sancia regina, regni, & puerorum administratrix (utraque in illa con- jugebantur) ea abjecta cura, religiosam vestem in Parthenopeo S. Crucis Neapoli induit, ubi eo- dem anno 1343. decessit, labente videlicet, vel anno 1344. ineunte, cum adhuc annus 1343. ex veteri stylo decurreret; nam in literis pontificis mensis Novembri hujus anni datis Sancia non- dum regni curas illas deseruerat. Reliqua ex hoc Scriptore in sequentes annos dabimus. Chroni- con istud ex MS. Codice primus evulgavit Muratorius Rev. Italic. tom. XII. MANSI

LXXIII.

Injuncta est prima discordiæ fax inter regios principes : Carolus enim Dyrrachii dux dolo ad Mariæ sororis Joannæ Reginae nuptias aspiravit, quamquam illa ex Roberti & Caroli Regum pactis, decretoque pontificio alteri Andræe fratri ad declinanda impendentia discrimina erat desponsa (a), ut ad Ungariæ Regis potesteros regnum devolveretur. Exæstians igitur ambitione Dyrrachii dux, ignarus sibi ea re ignominiosam mortem parere, a Pontifice avunculi Talayrandi tit. S. Petri ad vincla presbyteri Cardinalis Agnetis matris fratris opera diploma subripuit (b), quo solutis legibus canonicis, conjunctam sanguine uxorem ducere posset; ac Mariam sororem Reginae, ea inconsulta, matrimonio sibi copulavit. Rem fraude gestam, cum ex ea Andræe Regis necis ac regni exitii causa postea fluxisset, querenti Ludovico Ungariæ Regi, respondit (c) Clemens.

(a) Annal. 10. 15. an. Chr. 1332. n. 19. Dyrrachii dux in-faulta nuptiæ. (b) Clem. 10. 5. ep. fecr. pag. 255.

(c) Jo. Vill. l. 12. t. 9.

LXXIV.

Porro Joannæ imbecillitas ac viri Andræe ætas moderandæ amplissimæ ditioni impares erant : ad quam quidem sustentandam Robertus avus Rex in extremis vitæ confiniis testamento sanxerat, ut Philippus Cavallicensis episcopus regii scrinii præfectus, Sancia Regina, Philippus de Sanguineto, Gaufridus de Marsano comes, & Carolus Artusius regni procuratorem susciperent, donec Joannæ vigesimum quintum ætatis annum attigisset; nec Joannæ quicquam in administranda publica re, nisi his assentientibus, gerere posset. At Joannæ juvenili levitate ab ipsius viris prudentibus regi se non patiebatur, neque ad eos regni consilia referebat; sed regia ad se derivata autoritate, interdum nemine consulto, interdum nonnullis assentientibus Siculi regni jura pefundidabat. Ad Pontificem itaque, ut supremum Siculi regni dominum spectabat his malis mederi. Præterea cum regnum Carolo I. fiduciario jure tradidit Apostolica sedes, conventum fuerat, ut Romanus Pontifex Siciliæ administrationem, dum sceptri heres annis minor esset, capesseret : neque Robertus pontificia jura extrema illa sua voluntate labefactare potuerat. Re igitur in deliberationem adducta, Clemens ut regno consulere, ac Romanæ ecclesiæ jura tueretur, edicto pronuntiavit, regni Siculi procuratorem non ad Sanciam Reginam alioque a Roberto Rege designatos, sed ad sedem Apostolicam spectare : omnia ab iis gesta rescidit; argue Aymericum Cardinalem tit. S. Martini in montibus administrando pontificio nomine, donec Joannæ Regina fortior ætate attigisset, regno præfecit (d).

Joannæ levitas.

Rege Sic. minore regni pro-ratio ad Pont. spectat. (d) An. 2. l. 2. ep. cur. 43.

LXXV.

Ad perpetuam rei memoriam. Ex ore sedentis in apostolica solo dignitatis debet adinstar illius, cujus vices ge-

rie in terris, gladius procedere bis acutus, ut a quo libramine cuncta ad examen ipsius deducta prudenter appendens, jus suum cuique tribuat, & in justitia nulli parcat : quem tunc bene agere nos cognoscimus, cum tam nostris quam subditorum, non declinando ad dexteram vel sinistram, invigilamus remediis, futuris occurrimus periculis, ac injuste & improvide attentata, quæ partus forsitan se deteriores haberent, si ipsarum inefficacia in publicum præcone justitia non prodiret, justis censura judicii reformamus : tuncque, cum majora timentur provenire dispendia, promptiori & uberiori cautela sine personarum acceptatione provisionis nostræ remedio subvenimus. Sane ad apostolatus nostri notitiam pridem deducto, quod clara memoria Robertus Rex Siciliae, in ultimo testamento suo inter cætera ordinaverat, & mandaverat, quod venerabilis frater noster Philippus episcopus Cavallicensis, & charissima in Christo filia nostra Sancia Regina Siciliae illustris, ac dilecti filii nobiles viri Philippus de Sanguineto Altrifluminis, Gaufridus de Marsano Squilaci comes, ac Carolus Artusius essent & esse deberent gubernatores, dispensatores, rectores, & administratores, vel quocumque alio modo & nomine melius poterant de jure censeret, charissima in Christo filia nostra Joannæ Regina Siciliae illustris neptis suæ ex unico filio primogenita, eidem Regi in regno Siciliae & terris citra pbarum usque ad confinia terrarum ecclesiæ (excepta civitate Beneventana cum ejus territorio, ad Romanam ecclesiâ pertinentem) juxta conventiones inter ipsam Romanam ecclesiâ & clara memoria Carolum primum Regem Siciliae, ipsius Roberti avum initas, succedentis; volens & mandans, quod præfata Joannæ, donec complevisset vigesimum quintum annum, nihil deberet vel posset quomodocumque & qualitercumque agere, seu facere in judicio vel extra judicium, contrahendo, dando, vel alienando, seu alias quemcumque actum legitimum faciendū sine expressa conscientia, & assensu principaliter dictæ Sancie & aliorum prædictorum, quos gubernatores, dispensatores, rectores, & administratores dictorum Reginae & regni statuebat; & quod, si ante lapsum prædicti temporis dicta Joannæ secus forte faceret, quod non credebat, nec intendebat ipse Rex, ut dicebat, ipso jure esset nullum, & prorsus vacuum & inane, quam ordinationem, & voluntatem dictæ Joannæ se inviolabiliter promiserat servaturam; intellecto quoque, quod episcopus, Sancia, & alii prædicti, post mortem dicti Regis, virtute ordinationis prædictæ multa gesserant & administraverant, gerebant & administrabant, & dictæ Joannæ gubernanti & gerenti in contractibus, judiciis, & aliis diversis agendis, auctoritatem & consensum præ-

Qui fuerint a Rob. procuratores regni constituti.

Ut Joannæ stare eorum administrationi promissit.

præstabant & præstabant; ipsa enim Joannæ interdum cum prædictorum vel aliquorum ex ipsis auctoritate & assensu, & interdum per se, ipsorum vel aliquorum, ex eis non interveniente consensu gerebat, disponebat, & administrabat in regno, & terris prædictis donando, investiendo, feuda, dignitates, administrationes, & officia perpetua & temporalia concedendo, & aliter contrahendo, & alios actus judicialiter & extrajudicialiter exercendo; nos considerantes quod dicta Joannæ Regina adhuc est talis ætatis, quod ipsa ad administrationem regni & terrarum prædictorum propter defectum ætatis hujusmodi minus idonea existit; & quod propterea ad nos, qui ejusdem Joannæ immediati superiores existimus, & totius regni & terrarum prædictarum directum & altum dominium obtinemus, cura, administratione, defensione, gubernatio, & bailla regni & terrarum prædictorum regenda per nos, vel alium, seu alios idoneos, quos ad hoc duxerimus deputandos, se plene & in solidum de jure, & diversorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum observantia pacifica istis dignoscitur temporibus pertinere, quod nec prædictus Rex gubernatores, rectores, & administratores hujusmodi pro tempore, quo gubernatio, administratio, & bailla hujusmodi ad nos, ut præmittitur pertinet dictis Joannæ & regno nullo modo poterat deputare; & propterea prædicti episcopus, Sancia, Philippus, Gaufridus, & Carolus, tamquam dati & deputati administratores & gubernatores ab illo, cui jus dandi saltem pro prædicto tempore minime competebat, administrare, gubernare, & regere, seu prædictæ Joannæ in agendis auctoritatem, consensum, seu assensum prætextu vel virtute ordinationis prædicti Regis præstare nullatenus potuerunt, nec dicta Joannæ cum auctoritate seu consensu ipsorum, neque etiam per se ipsam sine illis hujusmodi tempore de dispositione & gubernatione regni & terrarum prædictorum, vendendo, dando, feuda, dignitates, & officia perpetua vel temporalia concedendo, investituris faciendū, seu quovis alios actus legitimos in judiciis, vel extrajudicialibus exercendo, se poterant intromittere quoquo modo; sicque ex gestis per eam cum dictorum episcopi, Sancie, & aliorum, vel aliquorum ex eis auctoritate, seu consensu, vel per se ipsam, eorum non interveniente consensu, seu per ipsos episcopum, Sanctiam, & alios prædictos, qui nullum habuerunt nec habent dispensationis, gubernationis hujusmodi potestatem, decipiuntur subditi & alii cum dicta Joannæ, seu cum episcopo, Sanciam, & aliis sepe factis vel eorum auctoritate vel assensu contrahentes, seu quovis alia negotia exercentes, & officia, dignitates, administratio-

Ad quem regi ad-ministratio spectet.

Joannæ gesta jure non fulcia.

nes, investituræ, & quæcumque alia ipsis intervenientibus obtinentes, cum ex administratione, gestione, & gubernatione talium, umbra quædam solum ostendatur in opere, nulla autem subit realis veritas in effectu; ac volentes, sicut tenemur, damnis & periculis, quibus regni & terrarum prædictorum incolæ, nostri quidem & ecclesiæ Romanæ homines principaliter & vassalli, subitici propterea possunt occurrere, ac indemnitati prædictæ Romanæ ecclesiæ, cui ex prædictis magnum, nisi sic præsumptis obviaretur conatibus, præjudicium pararetur; quantum cum Deo possumus, providere deliberavimus cum fratribus nostris tam periculoso errori, ne eum approbare, tacite videamur, resistere, & male inchoatis occurrere, ne tractu temporis invalescant per tolerantiam, & eisdem vires diffinulatio subministret.

Ideoque de eorundem fratrum consilio præsentis functionis oraculo decrevimus, & ex certa scientia declaramus, prædictum Regem non debuisse nec potuisse prænominatos episcopum, Sanciam, & alios gubernatores, dispensatores, rectores, & administratores dictorum Joannæ Reginae & regni pro istis saltem temporibus, quibus gubernatio, bailla, & administratio ad nos, ut præmittitur, pertinet, sicut nec quovis alios dare, ordinare, vel quomodolibet deputare; nec ipsos, episcopum, Sanciam, & alios debuisse, nec potuisse ex ordinatione ipsius Regis administrationem & gubernationem ipsorum Joannæ & regni recipere, vel ad ipsam administrationem & gubernationem, seu per se ipsos, seu dictam Joannæ auctoritatem, consensum, vel assensum, in judicio vel extra judicium, seu aliis qualitercumque præstando, se ingerere; vel ipsam administrationem directe vel indirecte virtute ordinationis prædictæ quomodolibet immiscere, nec dictam Joannæ cum auctoritate seu consensu ipsorum, neque etiam per se ipsam, prædictorum non interveniente consensu, de gubernatione & administratione prædictorum regni & terrarum intromittere aliquo modo istis temporibus, ut præmittitur, potuisse nec posse.

Declaramus insuper omnia gesta, acta, & administrata qualitercumque virtute ordinationis hujusmodi prænominatos episcopum, Sanciam, & alios communiter vel divisim, & per præfatam Joannam cum auctoritate & assensu ipsorum, vel aliquorum ex eis, seu sine ipsorum auctoritate vel consensu, sive sint venditiones, donationes, feudorum, officiorum, & dignitatum perpetuorum vel temporalium concessiones, investituræ, seu quovis alia judicialia, & extrajudicialia quocumque nomine appellentur, cassâ omnino esse & irrita, nullumque debuisse, nec debere sortiri effectum, nec alicujus existere firmitatis.

Et nihilominus hujusmodi acta, gesta, &

LXXVI. Decretum Pont. circa regni procuratorem.

LXXVII. Joannæ gesta rescissa.

LXXVIII. di-

disposita, & administrata, ut premissis, per predictam Joannam quoquo modo seu per alios supradictos vel ipsorum aut aliquorum ex ipsis auctoritate, consensu, seu assensu, quatenus processerunt de facto & que pro tempore, quo ad nos administratio, ut premissis, pertinebat, per ipsam Joannam, vel predictos, vel eorum auctoritate vel consensu, modo & forma premissis fieri, geri, & administrari contingeret in futurum, non obstante juramento per sepefatam Joannam prestatum, cassam & irritam, & cassam & irritam nunciamus.

LXXIX. Regni procuratores instituti a Roberto exauctorati a Pont.

Inhibemus quoque prefatis episcopo, Joannae, Sanciae, Philippo, Gaufrido, & Carolo sub poena excommunicationis, quam ipsos & eorum singulos non parentes hujusmodi nostris prohibitionibus & mandatis, non obstantibus quibuscumque privilegiis, incurrere volumus ipso facto, ne post habitam presentis decreti, declarationis, ordinationis, & inhibitionis notitiam, predicta Joanna durante dicto tempore de dispositione, administratione, & gubernatione dictorum regni & terrarum cum, seu sine auctoritate vel consensu predictorum episcopi, Sanciae, & aliorum; nec etiam ipsi episcopus, Sancia, & alii sine per se gerendo & administrando, sive ipsi Joannae auctoritatem seu consensum virtute predictae ordinationis ipsius Roberti Regis, ut premissis, prestanto directe vel indirecte, se aliquantulum intromittant, nec se administratores seu gubernatores regni seu Reginae, vel quovis alio nomine occasione ordinationis predicti Regis nullatenus verbo vel scriptura nominent vel faciant ab aliis nominari.

LXXX.

Ceterum ut incolae dicti regni, quos in visceribus gerimus charitatis, vel quovis alii, qui cum dictis episcopo, Sancia, Philippo, Gaufrido, & Carolo tanquam cum administratoribus & gubernatoribus predictorum regni seu Reginae, vel cum dicta Joannae de auctoritate, consensu, vel assensu ipsorum communitate vel divisione, vel eorum non interveniente consensu quomodolibet contraxerunt, vel ab ipsa Joannae feuda, investuras, dignitates, officia, seu administrationes aliquas receperunt; vel qui cum ea seu predictis, vel iudicibus seu officialibus aliis deputatis ab ipsis in iudicio vel extra quovis modo aliqua gerere vel agere habuerunt, bonam fidem habentes, ex ignorantia se laesos non lugeant, seu deceptos; nos eisdem providere paterna pietate volentes, dilecto filio nostro Aymerico tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali apostolicae sedis legato, per nos in dictis regno & terris administratore, gubernatore, & bajulo deputato committimus per presentes, quod ea, quae per sepefatam episcopum, Sancia, & alios, vel per predictam Joannam, cum etiam vel

Aymericus Card. legatus.

sine auctoritate, consensu, vel assensu eorum, seu aliquorum ex ipsis gesta, & administrata repererit utiliter & alias rite, & non in Romana ecclesia, seu regni praedicti processisse, de patientia toleret vel, prout sibi videbitur, auctoritate nostra approbet, & confirmet.

Per predicta autem non intendimus, quin ea, quae prefati episcopus, Sancia, Philippus, Gaufridus, & Carolus ab ipso Roberto executores etiam deputati, tanquam executores & virtute executionis dantaxat, ac prout & in quantum executorum potestas, & ministerium legitime se extendit, gesserunt & administraverunt, seu eos gerere & administrare contigerit in futurum, plenam & perfectam ac per presentem constitutionem & ordinationem in nullo diminutam obtineant roboris firmitatem. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. iv. kal. decembris anno secundo.

Meminit de hujusmodi decreto, deque Aymerico ad Siculorum regni habenas moderandas misso Clementis vitae auctor (a): extantque de iis in registro pontificio amplissima diplomata (b): ac nunc legati in Sicilia citeriore munere exornati, verum amplificavit etiam ejus auctoritatem in pluribus Italiae provinciis. Tum proceres (c) regni, urbium magistratus praesules (d), ceterique ecclesiastici, ac Joanna Regina (e) legato parere jussi. Eadem (f) praeterea ac Sancia (g) Regina vidua admovent, ut legato creato a sede Apostolica regiae Siculae procuratori, cum id publica utilitas, atque ecclesiae in Siciliam exigerent jura, obsecundarent. Sed Joannae levitas temeritasque consiliatorum decretis pontificiis se opposuit; quare nova edicta de regni procuracione legato tradenda condita sunt. Extractum (h) vero est ad Joannae gratiam addicendi Pontifici clientelaris obsequii officium cum ad id praestandum unius anni flexu obstricta teneretur. Solvit porro ipsa vestigal annuum octo millibus unciarum auri, in quadraginta millibus florenorum auri, quinque florenis pro uncia qualibet computatis; ita enim refert pontificia syngrapha. Vtique similia connectamus, numerata (i) sunt a Petro Aragonae duo millia marcharum Sardiniae & Corsicae beneficentia apostolica acceptarum nomine.

Reliquerat Joannae Robertus avus ingentem bellicum apparatus ad Trinacriam ex Aragoniorum manibus vindicandam, cujus terrore Ludovicus Petri Trinacrii successor puer, Elisabetha, mater, ac Joannes dux patruus oratores ad pacem eblandiendam ad Clementem misere. De quibus Pontifex Joannam fecit certiorum, pollicitus non passurum se, ut Trinacria ab illius imperio divelleretur, neque ulla concordiae colloquia, inconsulta ipsa, initurum: quare sua in ea re consilia

Regno ministrando praeficitur.

LXXXI.

(a) Clem. vita servitor apud Bosq. (b) An. 2. l. 1. ep. cur. 38. (c) Ib. ep. 39. (d) Ep. 40. (e) Ep. 41. (f) To. 2. ep. fecr. 387. (g) Ib. ep. fecr. 388.

(h) Ib. ep. fecr. 31. Solutus ecclesiae censuras quadraginta millium auri reorum. (i) Ib. ep. 43.

LXXXII.

Cur Trinacrii censuris devincti.

silia quamprimum expediret. Privata jam diu erat Trinacria templorum & factorum usu ob Petri & Ludovici injustum dominatum, Romanique Pontifices insulanos ad Gallici generis legitimum Regum obsequium censuris redigere nitentur: Fridericus enim, qui tyrannidem corripuerat, ea lege cum Carolo II. foedus pactus erat, ut regnum, dum superstes esset, retineret; in posteros vero non transfunderet, Gallique verbis fallacibus fidem adhibuerant. Quo porro facilius perduelles ad officium adduceret Pontifex, sacerdotiorum insigniam, atque ecclesiasticarum dignitatum conferendorum jus collationem sedi Apostolicae reservavit (a).

(a) An. 1. l. 6. ep. cur. 16. LXXXIII.

Sacerdotiorum collationem in Sicilia insula reservat Clemens Apoll. sedi.

Ad futuram rei memoriam. Dum statum miserabilem insulae Siciliae, quae propter inobedientias & excessus nefandos varios, contra Romanam ecclesiam commissos ibidem, interdictione ecclesiastica subiacere, ac diu subjacuisse noscitur, mentis oculis intuemur, eidem more paterno compatimur, piis desiderii affectibus, quod per veram obedientiam & satisfactionem debitam a suis relevari periculosis opprobriis, & ad statum dirigi prosperum mereatur. Cum autem propter haec, & alia circa praemissa diligentius attendenda opportunum admodum existimetur, quod in ecclesiis, praesertim cathedralibus, & aliis locis ecclesiasticis ejusdem insulae praecipuis praelati & rectores praesentantur idonei, per quorum fidelitatem & circumspexam industriam ecclesiarum & locorum praedictorum posse provideri utilitatibus, & salubriter consiliis status supradicti speretur; nos his & aliis causis honestis & rationabilibus animum nostrum ad id moventibus, nonnullorum praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum in hac parte vestigiis inherentes, provisiones & dispositiones omnium & singularum archiepiscopatum, episcopatum & collegiarum ecclesiarum, nec non abbatiarum, monasteriorum, & prioratum conventualium, regularium, & secularium exemptorum & non exemptorum, nunc vacantium & inantea vacaturorum infra dictam insulam consistentium, in quibus praelati, seu rectores consueverunt per electionem assumi, si, cum, & quotiens casus vacationis emerferit usque ad biennium a prima die junii proximo instantis, quo terminabitur tempus reservationis per felicis recordationis Benedictum Papam XII. praedecessorem nostrum olim de illis factae inantea computandum, nobis & sedi Apostolicae auctoritate apostolica reservamus; universis ecclesiis, abbatiarum, monasteriorum, & prioratum praedictorum capitulis, collegiis, & conventibus, ac personis districtius inhibentes, ne in eis, hujusmodi reservatione durante, ad electionem, postulationem, vel provisionem aliquam praesumant procedere quocummodo; Ann. Eccl. Tom. XXV.

ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super ipsos per quosvis alios quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit super iis attentari. Ceterum volumus: & nostrae intentionis existit, quod reservatio, inhibitio, & decretum hujusmodi, ad monasteria monialium & aliarum religiosarum mulierum, & ad ecclesias vel prioratus non conventuales, seu quorum fructus, redditus, & proventus annui summam quinquaginta florenorum auri secundum communem aestimationem non excedunt, nullatenus extendantur. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. xii. non. maji anno 1.

Neque in ulteriore modo Sicilia, verum in citeriore (b) quoque, ac ditione (c) pontificia ad alendam publicam pacem ecclesiasticas dignitates a sede Apostolica collatum iri, sancitum est. Ceterum agitata fuisse a Joannae Reginae senatu sanctiore Trinacriae armis expugnandae consilia, indicat Petrarcha (d) in tempestatis Neapolitanae descriptione, dum ait in ea quadringentos latrones, qui erepti fuerant supplicio, ut in Sicula expeditione hostium gladiis objicerentur, atque in nave inclusi erant, pereuntibus caeteris, omnium pessimos evasisse. Cujus tempestatis impetu Massilienses trirèmes, & quosquot in portu erant naves hausta sunt fluctibus: ex qua clade videtur bellicus apparatus dissolutus. Adeo vero procella laevit, ut adjacentem littori Neapolis partem mererit vel everterit, reliquam adduxerit in discrimen.

LXXXIV. (b) Ib. ep. 23. (c) Ib. ep. 17. Tempestas horrida in Neapol. portu. (d) Petrarch. l. 5. de reb. fam. ep. 5.

Nox, inquit, aderat, quam lux suspecta sequebatur. Trepidula seminarum turba, periculi potius quam pudoris memor, per vicos plateasque discurrere, atque ad ubera pressis infantibus supplex & lacrymosi templorum liminibus observari. Trepidatione igitur publica permotus prima vespera domum redii. Solito quidem tranquillius caelum erat. Et infra: Vix dum totus obdormieram, cum repente horribili fragore non tantum fenestrae, sed murus ipse saeva testudine solidus ab imis fundamentis impulsus tremuit, & nocturnum lumen sopito mihi vigilare solitum extinguitur. Excusimur stratis, & in locum somni vicina metus mortis ingreditur. Ecce autem dum inter tenebras alter alterum querit, & beneficio divalucis ostensos trepidis invicem nos vocibus cohortamur, religio viri, quorum aedibus habitamus, & sanctissimus eorum prior, quem honoris causa nomino, David qui ex more ad nocturnas Christi laudes surgebant, repentino malo territ, crucibusque ac sanctorum reliquiis armati, & alta voce Dei misericordiam implorantes, thalamum ubi ego eram praelatibus facibus irrumpunt. Reversis tantisper: omnes inde ad ecclesiam pergitimus, ibique effusi multis cum gemitibus pernoctamus, cum jam jam affuturum sinem, & rursura

Illius descriptio.

tura circum omnia crederemus: longius eam, si omnem illius inferne noctis horrorem verbis amplecti velim; & quamvis longe cetera verum sicut, veri tamen fidem transcendit oratio: quis imber, qui venti, quæ fulmina, quis cæli fragor, quis terrarum tremor, qui mugitus pelagi, quis hominum ululatus?

Cum in hoc statu quasi magicis carminibus geminato noctis spatio ad auroram vix tandem venissemus, & diæi vicinitas magis conjectura animi, quam lucis indicio appareret, amicti sacerdotes sacra altaribus instaurant, & nos coelum nudum, inueneri ausi in uadæ & nuda circum tellure profernimur. Et infra.

LXXXV. Publica complo-ratio.

Regina interim junior nuda pedes, & inculta comas, & cum ea femineum ingens agmen, expugnata periculis verecundia, regia egrediuntur, & ad Regine Virginis templa festinant, orantes veniam rebus extremis. Sed jam tanti pavoris exitum, pavide, nisi fallor, expectas. Ægre nos in terris evasimus, in alto navis nulla, par fluctibus inventa, ne in portu quidem res. Massiliensium longas naves, quas galeas vocant, quæ Cypro reduces, & tot maria emensa mane navigaturæ in anchoris stabant, illachrymantibus unversis, nemine autem ferre auxilium valente, fluctibus mergi, nautarum atque vectorum ne uno quidem salvo, vidimus. Alia quoque majores & omnis generis naves, quæ in portum velut in arcem tutissimam confugerant, pari sine consumptæ sunt. In tam multis sola supervixit onerata latronibus, quadringentos fuisse, ait paulo inferius: quibus iustum supplicium remissum erat, ut in expeditionem Siculam mitterentur, & hinc gladio erepti in illos incidere. Hactenus Petrarcha. Non illa modo Neapolitana tempestas, sed rotius superi atque inferi maris fuit: ac Venerias quidem periclitatas referunt (a), procellamque à dæmonibus concitaram, urbem vero sanctorum tutelarium Marci, Nicolai ac Georgii opera liberatam indicio fuit, piscatori ipsos ostendisse cymbam dæmonibus plenam inter fluctus in ipsis faucibus portus salientem ostensam, ac sanctorum iustum evanuisse, redditamque mari ferentitatem.

Concitata a dæmonibus in supero mari pro-cella.

(a) Petr. Justin. hist. Ven. l. 4. Sabel. l. 2. dec. 2.

LXXXVI. (b) Jo. Vill. l. 12. c. 15.

Gerebat (b) tum reipublicæ Florentinæ gubernacula Gualterus Brennenfis Athenarum dux (inanis erat is titulus, Catalani enim ipsi principatum injuria eripuerant) cumque polleret viribus in Etruria, ad opprimendos Aemiliæ tyrannos idoneus visus; urgebatque etiam Gualterus Pontificem, ut illius provinciæ sibi principatum cum omnibus vestigalibus, annuo censu impositis, nonnullisque adjunctis legibus, ad vitam vel certum annorum spatium permitteret. Quod cum in deliberationem adduceret Clemens, Aymericum

tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem A. S. L. consuluit (c) XIV. kal. julii, an id ecclesiæ utilitatibus conduceret. Dum vero hæc agitabantur, populares tumultus Florentinæ in Gualterum sunt excitati (d): plurimum enim invidiam sibi crearat, cum omnem in publica re administranda auctoritatem ad se derivasset, ac plebem libertati assuetam, aliosque honoribus potiri solitos in servitutem redigeret. Constatæ sunt in eum tres conjurationes: quæ cum ipsi essent patefactæ, ac facile vi aperta opprimere tracto in suas partes populo potuisset, conjuratorum numero & potentia terribus dolo in palatium vocatos trucidare decrevit: sed cum insidias parari perensissent, correptis armis, sumpta ex periculi metu audacia, populum ad seditionem velut in tyrannum concitavit, atque armatis cinxere palatium: denique pacti illius & prædicatorum salutem, dimisere incolumem, ipsius tamen opibus direptis. Subitam ejusmodi Florentinorum conversionem Pontifex gravissime tulit, ac Florentinos pacem reipublicæ adeo foede turbasse perstrinxit; hortatusque est, ut damna duci illata sarcirent. Eo ejectione seditiones recruderent, cædibusque & flagitiis urbs foedata est: quibus utcumque compositis, inter Pisanos & Florentinos pax revocata (e). Sed dum Pisani Florentinos sibi conciliant, a Luchino bello sunt petiti.

(c) Jo. Vill. l. 12. c. 15. & 16. Leon. Arct. hist. Flor. l. 7. Ant. 3. p. 21. c. 7. S. 10. & 11. & alii. Rullus seditione Florentina Gualterus dux.

Gerebat is una cum fratre Joanne archiepiscopo Mediolanensi in Insubria parte maxima vicariam imperii præfecturam pontificia ob interregnum auctoritate, ac decem millium aureorum censum in annos singulos ex Benedicti XII. foedere ærario pontificio pendebat: de quo solo hac forma verborum concepta est Clementis syngrapha (f).

(c) Jo. Vill. l. c. 24.

Clemens, &c. venerabili fratri Joanni Archiepiscopo Mediolanensi, & dilecto filio nobili viro Luchino de Vicecomitibus de Mediolano Placentiæ & Laudensis civitatum, ac Cremæ, Caravazii Martinengi, & Caltrinovi, Buccadue castrorum, eorumque comitatum & districtuum, Mediolanensis, Pergamensis, & Cremonensis diocesis nostris, & ecclesiæ Romanæ vicariis.

LXXXVII. Pisani a Luchino bello petiti. Censum a Luchino solutum Pontifici. (f) To. 2. ep. sec. 395.

Dudum felicitis recordationis Benedictus Papa XII. prædecessor noster vos Placentinæ & Laudensis civitatum, ac Cremæ, Caravazii, Martinengi, & Castri novi Buccadue castrorum, eorumque comitatum & districtuum Mediolanensis, Pergamensis, & Cremonensis diocesis vicarios suos & ecclesiæ Romanæ imperio Romano vacante, sicut tunc vacabat & adhuc vacare noscitur, sub certis modis & formis, pactis, juramentis, conventionibus, adjectionibus, pœnis, & conditionibus in literis ejusdem præ-

Pontificis ea de re literæ.

prædecessoris inde confectis contentis plenius & expressis; ac sub annuo censu decem millium florenorum boni & puri auri recti & legitimi ponderis solvendo præfatos prædecessori & successoribus suis canonice intrantibus, ac ecclesiæ Romanæ prædictæ annis singulis in festo beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ubicumque Romana curia fuerit, duxit provida deliberatione præhabita super hoc deputandos, sicut in eisdem literis plenius continetur. Cum autem vos, dictum censum decem millium florenorum auri pro termino festi eorumdem Apostolorum proximo præterito per manus dilectorum filiorum Guidonis Malabaila civis & mercatoris Astensis, & Guillelmi de Salivertis alias dicti Nigri de Mediolano, videlicet per manus cujuslibet ipsorum quinque millia duxeritis die datæ præsentium nostræ cameræ persolvendum; nos volentes, &c. de accepta ea auri vi illi caveat. Datum apud Villanovam Avinionensium v. idus septembris anno secundo.

Sablatus aces de projicientis libellis.

(a) Ib. ep. sec. 25.

Circumcuravit hoc tempore Insubriam, aliaque Italiæ provincias insignis impostor Bertrandus & Cornelio Lemovicentis, qui nepotem pontificum agebat, ac modo militari, modo clericali cultu, magno equitum peditumque comitatu stipatus incedebat, ac rationibus exquisitissimis aplerisque magnam auri vim extorsit: quem Pontifex comprehendi iussit (a).

(b) An. 2. l. 2. ep. cur. 37.

Eodem anno edita constitutione cavuit, ne quis libellos supplices sedenti Pontifici in Cardinalium consistorio, vel per urbem obequiranti injiceret, ni petiti essent; cum nonnullorum impudentia eo prorupisset, ut etiam lapides libellis conderent, de qua ita queritur Clemens (b): Sicut frequenter experimento didicimus, nonnulli gravitate morum & erga nos reverentia debito procul pulsati, cum sumus in consistorio, & alias cum equitamus, coram nobis & quandoque super nos, in eis etiam lapides includendo, ausibus præsumptuosissimos supplices, non sine turbatione nostra, projicere temere præsumpserunt hactenus & præsumunt, &c. Ad coercendam itaque horum impudentiam & tuendam apostolicam majestatem incussit ecclesiasticæ pœnæ.

LXXXVIII. (c) Voad. in annal. hoc an. n. 35. ex Gonn. Marian. Marc. l. 8. c. 50. An. de episc. Civitaten. Divina in episc. libidinosum ultio.

Ostendit Deus hoc anno insigni prodigio (c) apud Civitatenfes in Hispania, quanta episcopos in altera vita maneant supplicia, qui commissorum sibi populo-rum prætermissa cura, in delicias se effundunt, quantoque sit miseris peccatoribus apud Deum præsidio sanctorum patrocinium. Petrus Diaz episcopus Civitatenfis voluptatum irretitus illecebris, cum morbo lethali esset implicitus, quamquam monitus a cubiculario ob spectra dæmonum, ipsius animæ insidiantium visa, ut sacra confessione crimina expiaret, confilia derisit. Demum ut convinceretur non inania fuisse somnia, cum juberetur a quo-

dam Minorita per objectam speciem cubicularius sollicitare episcopum ad poenitentiam, illeque signum posceret, iussus digitum in ardentis picis cacabum episcopo morituro paratum immittere, mox adustum extraxit, eoque impoententem convicit, urfitque ut sacerdotem vocaret: sed extorta confessio parum valebat. Excessit in eo statu e vivis, atque in templum delatus, quarto die sepulchro mandandus e pheretio caput erigit, seque ob improbe actam vitam ad divinum tribunal raptum defixis horrore spectatoribus enarrat, & cruciatibus æternis damnatum; ob suum tamen singulare in S. Franciscum studium, illius precibus flexam misericordiam, ut ad vitam revocaretur, peracta diebus viginti coelerum poenitentia iterum moriturus: cujus sepulchro affixum epitaphium etiamnum historiæ veritatem testatur.

Mortuus ad vitam revocatus.

Contigisse eodem anno memorandum animæ Henrici episcopi Lincolnensis, quæ ob alienos agros ad exercendam venationem, atque feras in septo muris campo continendas injuste ereptos torquebatur, visum refert Walsinghamus his verbis (d): Circa præsens tempus Henricus Bur-

LXXXIX. Episcopi venatoris pœna.

(d) Voad. singh. in Eduard. III.

ghwarsb., Lincolnensis episcopus in Flan-dria apud Gandavum diem clausit extremum, nimirum poenitens scelerum, ut e sequentibus colligitur, cui successit Thomas le Beck clericus nobilis & excellens. Iste Henricus quondam Lincolnensis episcopus cupidus & avarus, prædium suum de Tyngursh parcom fecerat, & suorum terras contiguas ipsis junctis eidem parco ad-jecerat, & sepibus ac fossatis incluserat: non sine diris illorum increpationibus, ademerat terras suas. Post mortem vero suam apparuit cuidam ex armigeris suis quondam cum pharetra & arcu, sagittis & cornu, indutus brevi tunica & ipsa viridi, & ait ei: Nosti quod non sine Dei offensa & injuria pauperum clausuram istum parco: datus sum igitur non sine pœna ad custodiam hujus parco, prout vides, quousque terræ istic incluse pristinis possessoribus restituantur. Vade ergo ad fratres meos Lincolnenses canonicos, & roga eos ex parte mea, ut hæc omnia pauperibus possessoribus redonentur, a quibus cum injuria ea tuli. Canonici vero hæc audientes & injuriam prælibatam non ignorantes, miserunt unum de canonicis Willelmum Bachelem appellatum ad restituendum sua singulis, & sepes extirpandas, fossatæque complananda: qui radicans, per abbatem de S. Albano Michaelem sibi narravit hæc omnia seriatim.

XC. Plura ab Anglo Rege contra jus ecclesiasticum pertractata.

Labefacta erat in Anglia ab Eduardo Rege, ejusque ministris pluribus in rebus immunitas ordinis ecclesiastici, defcriptæque antea injurias ab eo illatas in literis ad legatos Cardinales tum a Benedicto, tum a Clemente vidimus, de-

(a) Ext. de eo apud Vualsing. lit. in Eduard. III.

(b) MS. arch. Vat. Nic. Card. de Arag. sign. lit. C. pag. 137. MS. sign. lit. E. p. 235. ext. ead. lit. apud Vualsing. in Eduard.

Ejusdem alie querelæ.

Ab alienigenis sacerdotibus cultum divinum negligi.

quibus cum oburgatus esset Eduardus, prætermisissis cæteris, contendit (a) sacerdotiorum, quibus donati erant ii Cardinales, præfules, aliive qui in aula pontificia versabantur, vestigalia a se jure invasa: & plures querelas effudit de exteris, præfectis ecclesiis & curæ animarum, qui sine ulla utilitate publica sacras abliguerint opes, cum linguæ Anglicanæ imperiti essent, neque in regno moram traherent. Conquisiti sunt ab eo plures fuci ad colorandum facinus, quos afferre non piget, cum demum deterfuerint.

Santissimo (b) patri & domino domino Clementi, digna Dei providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici, Eduardus Dei gratia Rex Franciæ & Angliæ, dominus Hiberniæ, devota pedum oscula beatorum.

Pensata sedis Apostolicæ clementia, quæ de fomento Christianitatis & animarum salute solet esse summe sollicita, non quærens quæ sua sunt, sed potius quæ Jesu Christi, tenet probabiliter nostra fiducia, quod vestra maturitas in specula sollicitudinis apostolicæ præ claritate meritorum & scientiæ divinitus jam erecta, ea quæ decus ecclesiæ & devotionem plebis attenuant, & animarum & rerum pericula comminantur, misericorditer reformabit. In publicam autem non ambigimus notitiam pervenisse, qualiter ab exordio nascentis ecclesiæ in regno nostro Angliæ progenitorum nostrorum Regum Angliæ, ac procerum & fidelium dicti regni recolenda prioritas propter divini cultus augmentum construxit ecclesias, & ipsas amplis dotavit impendis, & privilegiis communit, ponens in eis ministros idoneos, qui fidem catholicam in subiectis sibi linguis & populis feliciter propagarunt, per quam curam & sollicitudinem vinea Domini subit in cultu & fructu ibidem mirifice fecundavit. Sed, quod dolendum est, ipsius vineæ propagines degenerarunt in labruscas, & exterminant eam apri de silva, singulareque fera depascunt eam, dum per impositiones & provisiones sedis Apostolicæ, quæ solito gravius invalescunt, ipsum peculium contrariam voluntatem & ordinationem donatorum manus occupant indignorum, & præsertim exterorum, & ejus dignitates & beneficia personis conferuntur alienigenis, plerumque nobis suspectis, quæ non resident in dictis beneficiis, & vultus eis commissorum pecorum non agnoscunt, linguam non intelligentes; sed, animarum cura neglecta, velut mercenarii solummodo temporalia lucra quærunt: & sic diminuitur Christi cultus, animarum cura negligitur, subtrahitur hospitalitas ecclesiarum, jura depereunt, ruunt ædificia clericorum, attenuatur devotio populi Christiani: dicti regni viri magnæ literaturæ & conversa-

tionis honestæ, qui curam animarum possent salubriter peragere, & forent promeritis publicis consiliis opportuni, studium deserunt propter promotionis ablatam spem, quæ divina scimus non esse placita voluntati; quinimo in grave nostrum & fidelium nostrorum vertitur præjudicium, & grave & inestimabile periculum. Nisi super hoc citius & consultius cavemus: nam jus patronatus, quod nos & fideles nostri in tabulis habemus beneficiis, enervatur: curia nostra, in qua duntaxat causæ super jure patronatus dictorum beneficiorum tractari deberent, deluditur: & jura coronæ nostræ regiæ tam probrose tam damnose depereunt, & regni thesaurus ad extraneos, ne dicamus nostros malevolos, asportatur subtili forsitan conjectura, ut regni Angliæ depresso sacerdotio, & ejus exhausto thesauro regnum ipsum reddatur debilius in adversis. Quæ omnia & singula, & alia quæ ex præmissis sequuntur incommoda, fuerunt nuper coram nobis in nostro parlamento generali per communitatem dicti regni palam exposita; unanimes & ferventi petitione subjuncta, ut prædictis dispensis, quæ dictæ communitati videntur intolerabilia, occurramus.

Nos autem Anglicanæ depressionem ecclesiæ, & exberedationem coronæ regiæ, ac mala prædicta, quæ sic dissimulata adicerent verisimiliter graviora, patulo cernentes intuitu, ad vos successorem Apostolorum Principis (qui ad ascendendum non ad tendendum oves dominicas, ad confirmandum, non ad deprimentum fratres suos mandatum a Christo suscepit) deferimus votivis affectibus supplicantes, quatenus de præmissis de jure ponderatis, ac considerando, quod creandi sunt de vico populi magistratus, & juxta dictum prophetæ, sunt de eodem loco populi vinivores (quod per beatos Apostolos legitur esse factum, dum gentibus viros linguarum suarum notitiam habentes transmiserunt) pensata etiam devotionis plenitudine, quam domus nostra regiæ & clerus & populus dicti regni præstiterunt hæctenus in obedientia dictæ sedis (propter quod non haberet paternus affectus ejus onera & gravamina cumulare) velit ut pater filiis thesaurizans alleviare dictarum impositionum & provisionum ac onerum, jam per sedem Apostolicam invalescentium gravitatem: permittere ulterius, ut patroni patronatus sui solatium non amittant, ecclesiæque cathedrales & aliæ dicti regni liberæ electiones & earum effectum habeant: quas quidem ecclesiis dicti progenitores nostri in singulis vacationibus earundem personis idoneis jure regio conferebant, & postmodum ad rogatum & instantiam dictæ sedis sub certis modis & conditionibus concesserunt, quod electiones fierent in dictis ecclesiis per capitula earundem: quæ concessio fuit per sedem

Jus patronatus imminutum.

Exhaustum regnum.

XCI.

Postulatum ut indigent præficiantur ecclesiis.

sedem Apostolicam ex certa scientia confirmata. Sed quia contra formam concessionis & confirmationis prædictarum dicta sedes per retentiones & provisiones suas dictis capitulis electiones admittit supradictas, & nobis jus & prærogativam, quæ juxta formam dictæ concessionis nobis competunt in hac parte: propter quod juxta legem regni nostri, ex quo lex postea in concessione non servatur, regni statutum revertitur in primitivum.

Super præmissis itaque dignetur, quaesumus, vestra benignitas ad honorem Dei & salutem animarum, nec non ad tollendam scandala & præjudicia prælibata festinum & salubre temperamentum apponere, ut nos & nostri qui personam vestram sanctissimam, & sanctam Romanam ecclesiam revereri cupimus ut debemus, cessantibus dictis malis intolerabilibus in paternæ vestræ dilectionis dulcedine quiescamus, revirescatque nostra devotio per ostensam nobis vestræ moderationis clementiam recreata. Conservet vos Altissimus ad regimen ecclesiæ suæ sanctæ per tempora prospera & longæva. Datum apud Vaston * die III. septemb. anno regni nostri Franciæ IV. regni vero Angliæ XVII. anno Domini MCCCXLIII. Cum aliquandiu politicorum suffris delinitus Eduardus sua & regionum administratorum iniqua gesta propugnasset, demum intentato illi & ministris a Clemente judicio, convictus ecclesiasticum jus ab ipso præter fas opprimi, ne feriretur anathemate, missis oratoribus, veniam petiit, seque pontificiis imperiis ad faciendas injurias, quas intulerat clero, subjecit: quæ de re inferius.

XCVII. (a) An. 2. p. 5. ep. tom. 19.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Nos attendentes præclara merita sanctitatis, quibus beatus Martialis Aquitanorum apostolus specialis in ecclesia Dei verbo resplenduit & exemplo, nec non & insignia miracula, quibus ipse, dum adhuc in carne viveret, & etiam post carnis molem depositam claruit, & fugiter clare dignoscitur; & cupientes eum, quem Dominus glorificavit in cælis, in militanti ecclesia, præsertim partibus Aquitanicæ, cujus incolarum patronus & patrocinator apud Deum specialis existit tum ob hoc, tum quia ad ipsum sanctum almificum, specialem devotionem semper habuimus & habemus, devotissime honorari; auctoritate apostolica presentium tenore statumur, ipsius beati Martialis festum a modo fore duplex, & tanquam apostoli de cetero in tota Aquitania celebrandum; venerabilibus fratribus nostris universis archiepiscopis, episcopis & dilectis filiis abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, & aliis ecclesiarum prælatis & rectoribus, ac personis ecclesiasticis quibuscumque, secularibus & regularibus, exemptis & non exemptis, per ipsum Aquitaniam constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ tenore presentium districtius injungentes, ut festum ejusdem beati Martialis, de cetero singulis annis duplex, & tanquam apostoli debeat solemniter honorificentia debita celebrari, ut Altissimus ipsis ex hujusmodi honore, dicto beatissimo sancto in presenti seculo exhibendo, ipsius pia intercessione ac meritis æterna præmia, & sempiterna gaudia largiatur. Nulli ergo, &c. Dat. apud Villamnovam Aquitanicæ diocesis non. julii anno secundo.

S. Martialis Aquitanicæ apostolus.

Festum duplex ipsius institutum.

I. Parva est gemina de hostibus fidei in occidente, & oriente victoria anno Christi millesimo trecentesimo quadragesimo quarto indictione duodecima, atque Smyrna in Asia, in Hispania Algezira Christianæ religioni, pulsa Mahumetica superstitione, restituta. Ex quo patuit, quam gloriosos triumphos de Saracenis referre, atque amplissima recuperare regna divino fulti præsidio potuissent fideles, si mutis sopitis disensionibus arma pro asserenda religione, nomineque Christiano amplificando conjunxissent. Excitarent porro torpentes Christianos ad circumferenda in Asia triumphalia crucis signa crebræ & atroces Turcarum excursionis, ad quas reprimendas transferendum in Asian bellum visum est. Sacrum adversus infideles classicum cecinit Clemens (a), propositisque indulgentiarum, adipiscendæque felicitis æternitatis præmiis Christianam juventutem e sacro suggestu a præconibus evangelicis ad piam militiam, accepto crucis symbolo profitemdam accendi jussit.

Indicta religioa expeditio in Turcas (a) To. 2. ep. fecr. 789.

(b) Ead. ep.

Proposita eam susceperunt noxarum venia.

II. Qui principes ad eam fœre se devinxerint. (c) Jo. Vill. l. 12. c. 38.

nus demandatum, ad quos tolerandos sumptus Pontifex Hospitaliariorum in Gallia, Anglia, Ibernica, Alamannia, Boemia, Lusitania, Castella, Catalonia, Insubria ditione ecclesiastica, & Pisana priores ad quarum vestigialium partem eo derivandam obstrinxit (d). Incubuerunt Rhodii cæterique adversus Turcas fœderati ad constandam classem validissimam, in quam lectissima ex omnibus regnis juvenus christiana cruce distincta concurrunt, tum ad Turcas a Græcia propulsandos, tum Armenos adversus finitimos barbaros defendendos. Præerat (e) illi pontificio nomine Henricus patriarcha Constantinopolitanus A. S. L. cui plura egregia facinora fortiter feliciterque confecisse VIII. kal. augusti est gratulatus Clemens: bellicam vero rem in classe pontificia Martinus Zacharias Genuensis (f) locorum peritissimus, rebulque gestis in Turcas clarissimus, de quo superius mentio est facta curabat. Venetis autem triremibus Petrus Zenus (g) imperabat. Eminebat (h) etiam in exercitu Eduardus dominus e Bellojoco tum Hugonis Cypri castrorum præfectus, atque ab Heliono magistro Rhodiorum equitum dati duces præclari. Sed cum hæc ita ad augendam divinam gloriam, obterendamque Mahumeticam superstitionem egregie comparata essent, Martinus Zacharias classis pontificiæ præfectus, privati commodi spe delinquit, apparatus belli sacri in suæ rei amplificationem convertere meditatus est, & Chium insulam, quæ ab Andronico juniore ipsi prodicione erepta fuerat (i), sibi subicere: sed cum ea res Græcos, qui de repetendo Rom. ecclesiæ gremio agitabant, exasperatura foret in Latinos ut proximus immineret terror, ne ille se Turcis conjungerent; Pontifex factus ceterior legatum apostolicum monuit (k), ut cruce signatos a Græcorum oppugnatione abduceret, & universos impetus in Turcas effundendos curaret.

(d) To. 2. ep. fecr. 789.

(e) To. 3. ep. fecr. 163.

(f) Jo. Vill. l. 12. c. 38.

(g) Id. ib. (h) To. 3. ep. fecr. 644.

Martinus Zacharias Chium pontificiis armis recuperare molitur. (i) Nic. Greg. l. 9.

(k) MS. avc. Var. de reb. Græc. &c. p. 59.

Venerabili fratri Henrico patriarchæ Constantinopolitano in partibus transmarinis A. S. L.

Insinuatione percepimus displicibili & infesta, quod licet nos Christianis Romanæ aliarumque transmarinarum partium super afflictionibus, persecutionibus, & oppressionibus, quas a Turcis infidelibus, fidei catholica inimicis, passi sunt graviter haesenus & sepius patiuntur, paterno compatientes affectu, pro ipsorum defensione, fidelium, ac repressione & expugnatione infidelium prædictorum, certum galearum subsidium per nos & ecclesiam Romanam & quosdam fideles alios ad partes illas procuraverimus, sicut tua novit prudentia, &c.

A legato fit ea de re certior Pont.

deservari, te volentes circa præmissa superintendere, tibi que pareri plenarie in hac parte; tamen dilectus filius nobilis vir Martinus Zacharias miles, quem velut expertum in talibus & nobis multipliciter commendatum galearum nostrarum & ecclesiæ capitaneum providimus deputandum, non directe ad defensionem prædictorum fidelium, sed expugnationem potius insulae Chio, quæ dicitur detineri per Græcos, ut eam dictus Martinus sibi possit subicere, solium galearum prædictarum direxit: & nihilominus tam ipse, quam venerabilis frater noster archiepiscopus Thebanus, tuus delegatus seu commissarius, dilectum filium magistrum hospitalis S. Joannis Jerosolymitani & Cyprenses etiam requisiverunt instanter, ut ad hoc suas galeas destinarent, eosdem Cyprenses ad id præfatus archiepiscopus per excommunicationis sententias compellendo. Ex quibus sequitur, ut eadem insinuatione subjungebat, quod Græci, qui ex missione galearum prædictarum Turcos prædictos, suos utique persecutores & hostes debilitari sperabant, & ad se reuniendos cum ecclesiâ sanctâ catholica disponebant, videntes contra se prædictarum dirigi solium galearum, & quod ad utilitatem publicam, defensionem videlicet fidelium & expugnationem Turchorum infidelium * ad commodum privatum convertenti; a suo proposito reunionis hujusmodi tepescendo, tractant de confederatione cum Turcis faciendâ prædictis: quod si verum esset, in detrimentum fidei ejusdem catholice ac dilatationem sectæ damnatæ Machometi perfidi, quod misericordiarum avertat Dominus, redundaret.

Quid ex eo immineret periculi.

* delinatum erat,

Discuti id consilium jubet. Pont.

III.

(a) Bizar. hist. Gen. l. 6. Versa in Turcas arma. Smyrna expugnata a cruce signatis. (b) Jo. Vill. sup. c. 38. (c) To. 3. ep. fecr. 632.

ma barbarorum cædes atque adeo sæviturum, ut nullo ætatis sexusve discrimine foeminae infantesque ferro inhumane concissi sint. De relata porro victoria certior factus Pontifex ab Andrea Dandolo duce Venetorum fœderato, ad quem magna pars gloriæ ob navatam in ornanda classe diligentiam spectabat, cum illo reportati triumpho læticiam hisce literis communicavit (d).

(d) Ib. ep. fecr. 605.

Dilecto filio nobili viro Andreae Dandolo duci Venetiarum.

Auditis & intellectis per tuas literas, nuper nostro apostolatu presentatas, felicitibus & lætandis rumoribus de gloriosa victoria, quam super ereptione de manibus Turcorum infidelium & hostium fidei Christiane, ac captione triumphali & victoriosa illius castri de Smyrnis fortissimi & insignis cum portu maris & fortalitiis profractioneque gentis nationis eorundem Turcorum facta, quæ habitabat seu erat ibidem, sicut litera ipse describunt plenius in festo beatorum Apostolorum Simonis & Judæ proximo præterito ille Rex excelsus & potens, qui omnia palmo concludens cælestia simul & terrena sua omnipotentia moderatur, per ministerium venerabilis fratris nostri Henrici patriarchæ Constantinopolitani A. S. L. cum nostris ac tuis & dilectorum filiorum magistri & fratrum hospitalis S. Joannis Jerosolymitani galeis ad partes illas propterea dudum missis, & earum apparatibus, virorum videlicet strenuorum catholicorum in eis existentium, sua clementia contulit populo Christiano; cor nostrum exultavit in Domino, & ei pro tanto gratiarum munere non cessavimus nec cessamus vitulum exolvere labiorum; nobilitatem tuam super nuntiatis nobis celeriter eisdem gaudiosis rumoribus cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino commendantes, & nihilominus attente ragantes eandem, quatenus quæ ad tuam ulterius de illis partibus deducta notitiam fuerint, nobis nunciare quantum tua circumspeditionis prudentia non amittat. Dat. Avin. x. kal. januarii anno III.

Quo die parta victoria.

Acte Deo gratie.

IV.

De subacta Smyrna Pontifex Christianos Reges certiores fecit, ut ipsos in sacri belli societatem pelliceret, atque inter ceteros ad Philippum Regem Francorum (e) Joannam Reginam (f) atque eorum majorem natu filium Joannem ducem Normanniæ (g) scripsit extremo anno. Sequenti vero ineunte, cum orator ex Asia ad Eduardum, ut illi victoriæ clarissimæ seriem exponeret, accessurus esset, Clemens de eodem sacro bello pluribus cum ipso literis disseruit, ut ob continuas Turcarum in Christianos excursionis ad coerendam illorum immanitatem sacrum fœdus cum nonnullis principibus pepigisset; utque, post obritos variis tumultuariis præliis hostes, Smyrna urbs munitissima com-

(e) Ib. ep. fecr. 606. (f) Ep. 607. (g) Ep. 608.

comparata sit, ac magnis operibus fir-
metur, quo inde ad proferendas latius in
Asiam victorias fideles excurrant: repur-
gata Mahometanorum templa, rituque
ecclesiastico consecrata: se quidem solem-
nibus instructis supplicationibus grates di-
vino Numini egisse; denique ut Eduar-
dum rei Christianæ perturbatorem ad ver-
tenda pro Christo in Turcas arma flecte-
ret, ad pacis consilia cum Rege Franco-
rum, eaque bella gerenda, quibus im-
mortalem coronam adipisceretur, est ad-
hortatus (a).

Solicita-
tus Edu-
ardus ut
arma in
Turcas
vertat.

(a) Eod.
to. 3. ep.
secr. 718.
ext. etiam
in super
MS. arch.
Vac. de
reb. trans-
mar. p. 63.

Pontificia
ad eum
hac de re
lit.

Clemens, &c. charissimo in Christo fi-
lio Eduardo Regi Anglia
illustri.

Dudum afflictionibus variis, & diris
oppressionibus, quibus illi hostes ferocissimi,
Turchi videlicet persecutores & blasphemi
nominis Christiani persecuti fuerunt immu-
niter, & persequi continue non cessabant
fideles Christi ejus precioso redemptio san-
guine, in Romania ac partibus aliis tran-
smarinis circumadiacentium regionum de-
gentes, anxius relatis sæpius repetitis,
non sine vehementi dolore cordis auditis,
paternæ pietatis & compassionis viscera ne-
quimus continere, quo minus eisdem Chri-
sticolis, qui ab eisdem Turchis tam per
terram quam per mare hostiliter aggredie-
bantur quasi continue, spoliabantur, vul-
nerabantur, interficiebantur, & nonnulli
utriusque sexus sub captivitate Turcorum
ipsum miserabili vendebantur ut pecudes,
& abnegationem fidei catholice, prob. do-
lor! cogebantur; providere de succursu a-
liquo & defensione contra tam abominabi-
lem & ignominiosum toti Christianitati se-
vitiam curaremus. Quamobrem manus, sub
divinæ miserationis auxilio ponentes ad
fortia tam per nos, quam charissimum in
Christo filium nostrum. Regem Cypri il-
lustrem, ac dilectos filios. magistrum &
fratres hospitalis S. Joannis Jerosolymitani.
ducem & commune Venetiarum, & quosdam
fideles alios, certum galearum, hominibus
armigeris & aliis rebus necessariis suffi-
cienter muniturum, numerum ad partes il-
las pro succursu & defensione prædictorum
fidelium, & repressione hostium, & sub prin-
cipali gubernatione ac regimine venerabilis
fratris nostri Henrici patriarcha Constan-
tinopolitani Apostolicæ sedis in partibus il-
lis legati ordinavimus destinandum.

V.
Ut re-
pressæ
sint ex-
cursiones
Turca-
rum.

Et licet armata stultii hujusmodi cum non-
nullis fidelibus, in auxilium Christianorum
& conculcationem dictorum infidelium illuc
servore devotionis fidei accedentibus, mul-
tum represserit crudelitatem & sevitiam
hostium eorundem; tamen his diebus præte-
ritis divina clementia, quæ nunquam cessat
in suis fidelibus, & spem suam in ea figenti-
bus a benedictionibus gratiarum, suæ dexte-
ræ potentiam uberius extendente, præfatus pa-
triarcha cum eodem stilio & multis viris fi-

delibus strenuis, ejusdem zelo fidei ortho-
doxæ accensis, ad civitatem Smyrnæ, lo-
cum utique fortissimum & portum maris ha-
bentem optimum, in quibus prædictorum Tur-
corum gens nationis foetida specialiter, sicut
intelleximus, spem suæ feritatis pone-
bat, & inde majora damna intulerant, &
inferre poterant fidelibus antedictis accef-
sit. Et quamquam civitas ipsa intra & ex-
tra cum portu prædicto munita esset innu-
mera multitudo paganorum, inter quos
erat Marbaxanus dux & rector magnus
iporum; felix tamen Christianorum exer-
citus, in quo pauci erant respectu multitu-
dinis infidelium prædictorum, in virtute
illius, a quo est omnis virtus & victoria,
intrepide contra paganorum exercitum ac
fortiter & strenue irruens, post conflictus
aliquos, eisdem devictis gloriosæ fidei ho-
stibus, civitatem eandem cum portu & for-
talitibus suis posuit divina providentia, quæ
in sui dispositione non fallitur, in manibus
populi Christiani: dictasque patriarcha,
eliminata exinde paganici erroris spurcitia,
facit ibidem ad laudem & gloriam divini
nominis, exaltationem catholicæ fidei, &
consolationem ejusdem populi Christiani di-
vina officia celebrari, ac fortificari & mu-
niri civitatem eandem, ut fideles, qui ad
acquirendas terras paganorum partium ea-
rundem & sub cultu orthodoxæ fidei redu-
cendas, laborare pro suarum avararum salu-
tate voluerint, ad ipsam civitatem & por-
tum ipsius applicandi, solidum & optimum
valeant reclinatorum reperire.

Divinum
Christia-
nis auxi-
lium af-
fuerit.

Nos autem tam per literas ejusdem pa-
triarchæ, quam aliorum fide dignorum, nec
non & quorundam exinde venientium rela-
tibus, hujusmodi victoria triumphali, quam
de sede sua magnitudinis dedit Altissimus,
cum ingenti lætitia plenius intellecta, tan-
torum collatori donorum, in humilitate spi-
ritus exolvere curavimus vitulum laborum
& tam per processiones quam sermones ad
clerum & populum laudes fecimus solemniter
Domino decantari.

VI.
Smyrna
belli facti
arx desi-
gnata.

Porro de hujusmodi victoria dilectus fi-
lius nobilis vir Joannes Bonde domicellus
de partibus illis veniens, & ad tuæ re-
galis excellentiæ præsentiam se conferens,
qui præsens in ea exitit & super gestis
per eum inibi laudabilibus multipliciter
commendatur, eandem excellentiam effice-
re viva voce poterit plenius certiorum.

Adhorta-
tio Pont.
ad Eduar-
dum.

Rogamus itaque serenitatem regiam, &
attentius in Domino exhortamur, quatenus
quæ, quanta, & qualia principes catholici
ad ejusdem dilatationem fidei, ac suæ salutis
& honoris augmentum possent agere his tem-
poribus, si guerris & dissensionibus suis
cessantibus, intendere circa talia procura-
rent, consideranter attendent, tu fili cha-
rissime, quem ad talia & similia inter ca-
teros principes catholicos orbis terræ aptum,
convenientem, & idoneum reputamus, ad
vias

vias pacificas super guerris tuis animam re-
giam dirigas, habiles effectualiter, &
inclinis, ut in iis, quæ Dei sunt, tuisque
honori & salutis congruunt, intendere, sicut
ut desideranter affectamus, sicque vires
tuæ fortitudinis valeas exercere, quod post
cursum vitæ præsentis de regno temporalis,
quod obtines, coronam regni merearis ac-
cipere sempiterni. Dat. Avin. kal. febru-
arii anno III.

(a) To. 3.
ep. secr.
720.
(b) Ep.
632.
(c) Ep.
644.

Hæc insequenti anno Pontifex scribe-
bat. Sunt etiam de Smyrna expugnata
gratulatiæ (a) ad Henricum patriarcham
Constantinopolitanum, cujus virtus in hoc
bello enituerat, literæ. Tum ad Humber-
tum delphinum Viennensem (b), tum ad
Mariam (c) dominam de Belojoco, cujus
virum Eduardum præclara explicuisse fa-
cinora edardit, atque ad ferendam illius
absentiam hortatur: in quibus literis tra-
ditur eumdem patriarcham Clementis &
ecclesiæ Romanæ nomine Smyrnæ obti-
nere: atque illi a Pontificibus præfectos
impositos visuri sumus: quod gestum est
ne fideles ex invidia mutuis dissensionibus,
si uni addicerentur genti, distrahe-
rentur.

VII.
Armenia
a Sarace-
nis vexa-
ta.
(d) Ep.
265.
(e) Ep.
264.
Guido
Armenia
Rex.
Mittit o-
ratores
ad Pont.

Dum feritas Turcarum comprimebatur,
Saraceni Syri ac finitimi Armenos affixe-
re (d): implorantibusque his auxilia, Cle-
mens Patriarchæ imperia vi. id. septemb.
dedit (e) ut Guidoni Regi Armeniæ na-
vali exercitu opem contra barbaros fer-
ret. Guido enim adeptus Armenorum sce-
ptrum oratores ad Clementem miserat,
atque plurimis verborum officiis eximium
suum in sedem Apostolicam studium ex-
plicuerat, deque orthodoxa fide cum Ro-
mana ecclesiâ recte sentire erat professus.
Cui Clemens, collaudata ejus pietate,
benevolentiam apostolicam pollicitus, ip-
sum est adhortatus (f), ut gliscentes apud
Armenos errores foeditissimos regia opera
excinderet.

(f) To. 3.
ep. secr.
273.

Clemens, &c. charissimo in Christo
filio Guidoni Regi Armeniæ il-
lustri.

Monetur
de abo-
lendis
heresibus
quæ a-
pud Ar-
menos
invale-
sunt.

Quamvis, fili charissime, tam ex pro-
positis per ambassatores & nuncios, quam
aliorum fidedignorum relatis comperimus
nimium displicenter, quod per nonnullos Ar-
menos contra veritatem fidei catholice,
quam ad salutem docet, tenet, & prædi-
cat sacrosancta Romana ecclesiâ mater om-
nium fidelium & magistra, foventur, te-
nentur, & docentur in aliquibus articulis
execrandi & detestandi errores in aliqui-
bus partibus dicti regni; speramus tamen,
quod tu, fili dilectissime, qui sicut lætan-
ter admodum intelleximus, velut princeps
Christianissimus & ejusdem splendoris
præfulgidus ad eam colendam & dilatan-
dam studis devotis & ferventibus te im-
pendis, ad tollendos & radicibus extir-
pandos hujusmodi & quosvis errores alios,
Ann. Ecl. Tom. XXV.

obnubilantes claritatem ejusdem fidei, de
medio fidelium dicti regni, operosis tibi-
que apud Deum non parum meritoris soli-
citudinibus effectualiter laborabis.

Ex quo quidem, si hoc ut desideranter
optamus, & efficaciter petimus feceris,
procaldubio tuus & regni tui prædicti sta-
tus continuus prosperabitur successibus: &
ecclesiâ, quæ sic cum fide ipsa communi-
nem habet indivisibilem, quod una in hono-
re non habita nequit altera honorari, nec
derogatur quomodolibet fidei, quo minus
ecclesiæ detrahatur, tibi tanquam prædi-
lectissimo filio intra ipsius ecclesiæ brachia
dulciter recumbenti, aderit quantum pote-
ris consiliis, auxiliis, & favoribus oppor-
tunis: & nihilominus ex his & aliis tuis
meritoris operibus, quibus assistente tibi
gratia illius, qui dat regnare principibus,
ut in Domino confidimus insudabis, post
coronam regni temporalis, quod obtines, co-
ronam perennem & immarcescibilem regni
consequaris sempiterni. Dat. apud Villanno-
vam Avinionensis diocesis III. id. septemb.
anno III.

VIII.
(g) To. 3.
ep. secr.
52.
Fracicelli
in orien-
te grassa-
ti.

Insuderant (g) simplicibus Christianis in
Armenia majori, Perside, ac vastissimo
illo orientis tractu nonnulli hypocritæ ex
Fracicellorum ut argumento est, secta.
quam Cælestini V. temporibus emerisse
vidimus, nequissimum illum inter cæteros
errorem, sanctitatem omnem in ecclesiâ
Romana interivisse, nec superiorum tem-
porum Pontifices, ut Clementem V. Jo-
annem, ac Benedictum nonnullosque alios
Clementis VI. antecessores instructos
coelitus autoritate ad solvendum ligandumve
fuisse: sed omnem in sacris ac divi-
nis potestatem in seipsum transfusam. Quod
cum accepisset Clemens, Armenos, Per-
sas, aliosque transmarinos orientales eccle-
siasticos, ecclesiæ Romanæ conjunctos
hortatus est (h), ut canonicis legibus in eos,
ac sentientes cum ipsis animadverterent.

(h) Ead.
ep. quæ
ext. etiam
in sup.
MS. de
rebus
transmar.
pag. 57.

Clemens, &c. venerabilibus fratribus ar-
chiepiscopis & episcopis, ac dilectis filiis
electis, abbatibus, prioribus, decanis, præ-
positis, archidiaconis, archipresbyteris,
& aliis ecclesiarum prælati & rectoribus,
ceterisque personis religiosis & seculari-
bus in Armenia majori imperii Persidis,
& aliis orientalibus, ac ultramarinis par-
tibus constitutis, fidei catholice professori-
bus.

Habet fidedigna multorum, licet displi-
cibilis admodum & infesta relatio, quod
nonnulli pseudoreligiosi, sub pelle ovina vo-
racitatem gerentes lupinam, in Armenia
majori imperii Persidis, & aliis orientalibus
& ultramarinis partibus ubi populus, qui
olim inveterati schismatis fermento infectus,
& aliis erroribus involutus nunc gratia
illius, qui omnem hominem venientem in hunc
mundum illuminat faciente, per predica-
tiones religiosorum & aliorum catholicorum
X x viro-

virorum, rejecto schismate hujusmodi, & erroribus profugatis, viam veritatis agnoscent, & in unitate fidei catholice, ac sancte Romane ecclesie devotione consistit. Fideles partium earundem, & maxime personas simplices, per falsas, erroneas, & hereticas predicationes, & persuasiones dolosas, a via veritatis hujusmodi, que ducit ad vitam eternam, deviare & secum ad precipitium damnationis perennis trahere satagentes, inter ceteros errores & hereses hujusmodi, quibus fideles eosdem subvertere, sicut premititur, moliantur, falso & hereticali modo asserere ac dogmatizare dicuntur, eandem Romanam ecclesiam non esse sanctam, nec felicitate recordationis Clementem V. Joannem XXII. & Benedictum XII. quosdamque alios Romanos Pontifices predecessores nostros fuisse, veros pastores ecclesie, nec valere que facta fuerunt per ipsos; sed quod principalis auctoritas in paucis religiosis remansit. Quae quidem hereticas & falsas presumptiones horrorem in cordibus audientium generant, & exinde universa congregatio fidelium, que ipsam Romanam ecclesiam, tamquam matrem omnium & magistram, catholicam, unicam & sanctam; presertimque Romanos Pontifices veros pastores Christi vicarios, & patres universale ecclesie ac fidelium omnium existit; religione catholica proficitur, non modicum conturbatur.

Cum autem predicti venenosi & mortiferi errores, & hereses sint a cunctis Christi fidelibus radicitus, ne in perniciosam possint crescere segetem, extirpandi, & dogmatizatores eorum tanquam falsi heretici, & inimici fidei orthodoxe persequendi, & poenis debite ultionis plectendi; universitatem vestram requirimus, & in Domino attentius exhortamur, vobis per apostolica scripta nihilominus districtius injungendo mandantes, quatenus tanquam veri ejusdem orthodoxe fidei zelatores, adversus falsos & proditores religiosos predictos, adversarios ipsius fidei, & sanctorum professorum ejusdem persecutores & hostes potenter & viriliter exurgentes, ipsos aut quosvis fautores, defensores, & adjuutores eorum non recipiatis, nec ministretis eisdem quecumque necessaria, seu consilium, auxilium, vel favorem quomodolibet impendatis, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, recipi, ministrari necessaria, seu auxilium, consilium, vel favorem prestari quomodolibet permittatis: sed vos, fratres archiepiscopi & episcopi, per vos & alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, eos solerter, & fideliter perquirentes, ubicumque reperti fuerint, si, prout, & quando opportune fieri poterit capiatis, & carceribus mancipetis, ipsosque secundum statuta canonum corrigatis, & etiam puniatis, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis, &c. Dat. Avin. IV. kal. junii anno III.

Insanđe illorum impolturaz.

Moniti Christiani ut ab iis caveant.

Servandae incorruptae religionis zelo Pontifex Aymerico tit. S. Martini presbytero Cardinali Apostolice sedis in Sicilia citiore legato partes imposuit (a), ut quosdam hereticos dictos Neophytos in jus vocatos meritis poenis afficeret. Nec desuit censoribus fidei. Grassabantur in Tolosana provincia nonnulli Waldenses, in quos cum Joannes e. Molendino ordinis Praedicatorum fidei censor legibus agere constituisset, illi ut merito se supplicio subducerent, pars in Benearniam Fuxensi comiti obnoxiam (b), pars in Aragoniam diffugere. Quo vero de fontibus poenae sumerentur, neve latius spargerentur vena, Clemens Arnaldo episcopo Pampilonensi dedit imperia (c), ut ad Waldensium lue resperfos comprehendendos operam inquisitori navaret: tum Perrum Regem Aragonum excitavit (d) ut regia potentia ad hujusmodi hereticos vinculis mancipandos eundem causarum fidei cognitorem fulciret, ac pietatem majorum exemplaretur.

Similiter sollicitati sunt (e) Aragonii archiepiscopi, inferiorisque dignitatis ecclesiastici, cum provinciis praefecti, magistratus urbium, ac proceres potentia & auctoritate conspicui, ut fugitivos hereticos infestarent. In Insabria nonnulli a fidei censoribus crimine hereticos postulati, cum supplicio affecti essent, eorum bona fisco addicta, corporaque adhuc jacerent insepulta; ac percubuisse rumor injusta nece affectos, & in extremo vitae actu poenitentiae Christianae signa dedisse, indeque concitati in provincia ingentes motus fuissent; Luchinus, qui imperii Romanae ecclesiae auctoritate interregni tempore vicariam praefecturam gerebat, quidamque alii Clementem rogarunt, ut necatorum causam discuti juberet. Pontifex itaque Bertrando tit. S. Marci & Guilelmo tit. S. Stephani in Coelio monte presbyteris Cardinalibus munus injunxit (f), ut acta publica in eos edita, ac sententiae latae aequitatem ad examen revocarent.

Hoc anno agitata a Clemente est de Ludovico Bavaro ab heresi ad ecclesiam obsequia revocanda, missusque (g) ea de causa vi. kal. martii Guido de Calma ad Philippum Regem Francorum, ut cum ipso rem tractaret ac Joannam (h) Regnam & Joannem ducem Normanniae, ut eundem Guidonem commendatum haberent pro tractatu Ludovici promovendo, rogavit. Pollicitum enim Gallum Bavaro operam se navaturum, in Benedicti extremo pontificatu vidimus. Cumque Bavaro dies constituta, ad quam supplex ad ecclesiae gremium redire jubebatur, extracta esset (i) ad recurrentem natalem Deiparae diem; Pontifex Carolum marchionem Moraviae Joannis Regis Boemiae filium

IX. Neophyti heretici in Sicilia.

(a) Eod. to. 3. ep. fecr. 221.

(b) Id. ib. ep. fecr. 140.

(c) Ead. ep. 140. Waldenses quosdam ad supplicium.

(d) Ib. ep. fecr. 538.

(e) Ib. ep. 539. Acerbe aetum in Insabria contra suspectos de heresi. Concitati inde motus.

(f) Ep. 519.

(g) De conciliando Lud. Bav. agit. (h) To. 2. ep. fecr. 749. & ep. 752. (i) To. 2. ep. fecr. 572.

(j) To. 3. ep. fecr. 55.

lium, de quo ad imperium evchendo agitabatur, certiore xvi. kalen. julii fecit.

X. Lapsis autem ab ea sacra celebritate aliquot diebus, Ludovicus Bavarus, plenas officii literas ad Clementem misit, ac paratum se professus est, ut ad ecclesiae obsequium rediret: rogavitque Pontificem, ut ad felicem exitum tractatum perduceret, pollicitus oratores ad sedem Apostolicam mox decretum (a) iri. Conceptae sunt subjectis verbis ex literae, quas inter vetera monumenta Vallicellanae bibliothecae reperi.

(a) Ext. in schedis bibl. Vall.

Ludovici ad Pont. literae.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Clementi, &c. Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, &c. recommendationem, & devota pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestrae quamplurimum reverentiae notum fieri cupimus per praesentes, quod auditis iis & intellectis, qua Cal. de Jadedeb de affectione & benevolentia sanctitatis vestrae in negotio nostra reconciliationis plene retulit viva voce, cui tanquam persona fide digna credidimus in dicendis, etiam inter caetera corporis nostri viscera ad gaudium sunt commota. Sicut filius tenellus aspirat ad ubera matris, ita desiderat anima nostra redire ad gratiam vestrae sanctitatis, ac sacrae Romanae ecclesiae, quam recognoscimus matrem fidelium a Domino consecratam. Scimus enim, quod si mediante vestrae sanctitatis gratia negotium nostrae reconciliationis, ut speramus, ad finem laudabilem perducatur, leviathan ille, qui nititur scindere unionem & seminare discordias, confusus superabitur, cessabit omnis materia scandali, qua huc in universo mundo propter discordiam est suborta, nec est possibile linguis hominum loqui vel intellectu humano imaginari bona, qua ex hoc evenirent verisimiliter in futurum.

Se suaque illi subicit.

Noverit ergo sanctitas vestra, quod divina gratia spirante, & etiam moti ex verbis & persuasionibus praepositi supra dicti, tantam de sanctitate vestrae concepimus confidentiam, quod non solum nobis per ipsum expressatis, sed etiam quibuscumque circa personam, statum, & libertates nostras agendis stare volumus ordinationi & dispositioni sanctitatis vestrae, & a vestra voluntate nullatenus resistere: & ab isto nostro proposito averti non possumus, immo etiam omnia complere intendimus, & ad effectum perducere, Deo dante. Supplicamus etiam sanctitati vestrae, quatenus amulorum nostrorum falsa suggestionem remota, in bono & sancto proposito dignemini permanere, & negotium reconciliationis nostrae sine celeri & laudabiliter consummare: ad quod tractandum, & etiam faciendum, statim post latorem praesentium nuncios & procuratores nostros cum procuratoribus vestris, &c. Dat. in oppido nostro Landesbuc xx. die mensis septembris.

ratorio sufficienti, secundum informationem praepositi antedicti, sanctitati vestrae transmittimus, de intentione cordis nostri plenus informatos. Insuper petimus, ut sanctitas vestra praeposito praefato in dicendis nostrum ex parte fidem & credentiam dignemini adhibere. Dat. in oppido nostro Landesbuc xx. die mensis septembris.

Misit etiam alias ad collegium Cardinalium literas, quibus praefatus redundasse jam ante gravissima in ecclesiam mala, ex ipsius & Joannis XXII. diffensione, verendumque ne alia oborirentur, addit decrevisse se suoque apices Pontificis voluntati omnino Christiana demissione committere.

XI. Eiusdem ad Card. literae.

Venerabilibus in Christo patribus & dominis Cardinalibus, totique collegio eorundem, Ludovicus Dei gratia, &c. voluntatem & benevolentiam in omnibus complacendi.

Quanta praeteritis temporibus ex discordia jam dudum inter felicis recordationis Joannem Papam & nos, prob dolor! inchoata, scandala & pericula evenerint, & nisi apponatur remedium, majora verisimiliter provenient in futurum, vestrae reverentiae incognitum non existit. Sed quia ad officium nostrum tanquam illorum, qui post sanctissimum in Christo patrem dominum nostrum Clementem VI. ad curam & salutem omnium Christi fidelium dispositione divina principalis sunt vocati, specialiter pertinet talibus periculis obviare; ideo ad vos recurrimus confidenter, petentes humiliter & devote, quatenus in isto salubri reconciliationis negotio velit interponere partes vestras; pro certo scituri, quod in omnibus & per omnia cum integra humiliorum & devotione sanctae Romanae ecclesiae nos intendimus conformare. In quibuscumque circa personam & statum nostrum agendis stare volumus ordinationi & dispositioni sanctissimi patris & domini nostri supra dicti, & sibi in omnibus humiliter obedire. Dat. in oppido nostro Landesbuc die sabbati quatuor temporum. Accessisse ad sedem Apostolicam Ludovici oratores, atque illius nomine in Cardinalium consistorio Pontifici se submisisse, ex literis Clementis Papae ad Albertum ducem Austriae datis (b) colligitur.

(b) Ib. ep. fecr. 545. XII.

Miserat Albertus oratores Pontifici, ut suum in Apostolicam sedem studium explicaret, ac nonnulla de conciliando ecclesiae Ludovico adjecerat. Cui Clemens, quanto illius ad fidelium communionem adducendi desiderio teneretur, subjectis verbis significavit (c): Tuam volumus prudentiam non latere, quod nos abhorrentes periculum innumerabilium animarum, cui propter factum ejusdem Ludovici subjecimus, prob dolor! & earum salutem affectione paterna zelantes, & attendentes statum ipsius Ludovici miserabilem sibi & potenter

(c) Ead. ep.

seruitati suæ, nisi sibi festinet super eo salubriter consulere, dispendiosum & opprobriosum excidium comminantiem, attente desideravimus, & adhuc desideramus ferventer, quod ipse apertis rationis oculis, relictis suis devotiis, ad mortem æternam & perpetuam confusionem ducentibus, reduceret ad viam veritatis, & iustitiæ gressus suos: quia nos, quantum cum Deo & iustitia, ac honore sanctæ matris ecclesiæ fieri posset & poterit, parati sumus & adhuc sumus cum benigne recipere paternis & charitativis amplexibus, si ad hoc, ut debet se disposuit, ipsumque ad ovile reducere, dominicum, extra quod non est alicui gratia neque salus. Porro te, fili, nolumus ignorare, quod post submissionem per suos procuratores & nuncios dudum in consistorio publico in nos factam, venerunt ad nostram præsentiam iis diebus præteritis nuncios Ludovici prædicti, qui super certis actis nobiscum de nostro beneplacito redeuntes ad ipsum, ad eandem nostram præsentiam, sicut credimus, sunt venturi; sperantes in eo, qui gressus hominum dirigit, inchoari processum prosperum super negotio prælibato, &c. Albertum hortatur, ut operam suam in re perficienda collocet. Dat. Avin. III. id. decembris an. III.

XIII.
Resiluit a
cæptis.

(a) Eod.
20. 3. ep.
seor. 632.

Solvi non meruit censuris Ludovicus, quippe qui priora cum Pontifice & Cardinalibus gesta contrariis factis mox, uti solitus erat, corruptis: quocirca Clemens ad Humbertum delphinum Viennensem reconciliationis illius cupidissimum XVII. kal. februarias ineuntis sequentis anni scripsit (a), jam diu se consueta mansuetudine Ludovicum linguis, ut ait, loquentem variis, nimirum assidue secum pu-

gnantem expectasse, ut fidelium communioni restitueret, atque etiam redituros oratores ipsius, recurrente sacro purificatæ Deiparæ die operari, eoque temporis spatio evoluto deliberaturum, an ad Bavarum ipse delphinus se conferre debeat. Cæterum flagitasse Ludovicum, ut Pontifex illi ad expianda præterita scelera subeundarum poenarum capita, atque alias ad reconciliationem necessarias leges præscriberet, ferunt historici: (b) quæ etiam in superioribus ad Albertum ducem Austriæ literis exhibitæ submissionis & actorum nomine haud obscure indicantur. Sed Ludovicum iis non assensisse, atque in pristina animi duritia persistisse docuit exitus [1].

Agit de his Albertus Argentinenensis (c) narrationemque ad Ludovici Bavari commendationem, (sugillationem vero Romani Pontificis concinnat: Missis, inquit, per principem literis & nunciis ad curiam & ad Francum ad sciscitandum causam impediendi reformationis, cum ipse paratus esset omnia facere quæ sibi injungerentur a Papa; datoque responso per Francum, quod diceretur per Papam, quod non peteret eo modo gratiam, quo deberet. Non id absque causa dictum, non enim suffecerat Ludovicum profiteri, se suaque Pontifici committere, ut rite culpas expiaret: sed oportebat, ut damnaret potissimum promulgatas jam ante ipsius edictis hæreses, de quibus suis locis memoravimus; tum quæ in arroganda sibi renuntiandi exauthorandique Pontificis auctoritate, invadendaque solvendarum legum canonicarum de conjugii potestate attentaverat: atque ideo ad promerendam

(b) Rehdorf. in annal. Alb. Arg. in Chron. & alii. Eius inconstantia. XIV. (c) Argent. in chron.

Franciscus A-
sculanus
penitens.

(a) To. 3. ep. seor. 58.
(b) Luc. Vad. annal. 10. 3. an. 1344. n. 6.
Proposita illi ad potestendam veniam formula.

dam ecclesiæ gratiam formula, ut poscebat rei necessitas, propostita est, quam memoratus Albertus carpit veluti turpissimam & acerbissimam: Sed ipse potius pendere debuerat, illum esse Christianæ demissionis triumphum, si ingenue recenseat damnetque scelera, quæ aboleri flagitarit; & quidquid in ea confessione acerbioris fuerit, pietatis suavitate temperatam colliquefcere in cœlestes delicias. Poenitentium Francisco (a) Asculano, quem visa Michaelis Cæsenatis hæresiarchæ in extremo vitæ actu conversione, respicisse ferunt (b), quique ad pseudononitarum confirmandam hæresim doctrina & ingenio abusus fuerat, hæc potestendæ veniæ formula porrecta est [1].

Ego frater Franciscus de Asculo ordinis Minorum, recognoscens veram catholicam & apostolicam fidem, fateor me illam fidem firmiter credere & tenere, quam sacrosancta Romana ecclesia, qua mater est omnium fidelium & magistra, tenuit & docuit, tenet & docet; & quam sanctissimus in Christo pater dominus Clemens Papa VI. cum sacro collegio Cardinalium tenet & docet. Et præcipue credo & teneo, cum etiam scriptura sacra in plerisque locis hoc asserat, Redemptorem nostrum & dominum nostrum Jesum Christum ejusque Apostolos nonnulla habuisse; & quod asserere pertinaciter, quod Christus & Apostoli nihil habuerint in proprio vel communi, est erroneum & hæreticum: & quod Christus ac ejus Apostoli habuerunt in rebus, quibus usi sunt, jus utendi, & faciendi ea, quæ scriptura sacra testatur eos fecisse: & quod usus non possit esse justus absque omni jure utendi: & quod in præmissis felicis recordationis Joannes Papa XXII. recte & catholice definiert in constitutione sua,

quæ incipit: Cum inter nonnullos; quam reputo catholicam, & contrarium tenere post decretalem & ejus publicationem pertinaciter ore & corde profiteor, prout ipse in dicta constitutione declaravit, erroneum & hæreticum fore. Et doleo & me poenitet, quod unquam aliquid scripserim vel fecerim contra ipsam, & specialiter de verbis excessivis, quæ credens zelare pro ordine meo adversus præfatum dominum Joannem scripsi, dixi, vel feci. Et peto veniam, gratiam, vel misericordiam de præmissis. Et confiteor dictum dominum Joannem toto tempore, quo regimini universalis ecclesiæ præfuit, verum & catholicum Papam fuisse, & ipsum catholicum, & ut verum & fidelem Christianum vixisse & obiisse. Et hanc meæ fidei brevem confessionem & annotationem juro, & suppono correctioni & emendationi, ac supplementi ejusdem sanctissimi patris & domini nostri Papæ Clementis VI. Secutum etiam postea hujus exemplum Ochamum, qui ad Ludovici gratiam plura scripsit, visuri sumus.

Interea imperii iusto principe viduati administrationem gerebat in Italia Clemens, ac Joannes episcopus Novariensis & Luchinus Vicecomes acceptæ beneficio sedis Apostolicæ Mediolani, Placentiæ, Laudæ, Cremæ, & Caravacii, vicariæ præfecturæ nomine decem millium aureorum censum annum pontificio ærario, sacro Petri & Pauli Apostolorum die intulere. (a) To. 3. ep. seor. 202.
(b) Ib. ep. 176.
(c) Ep. 191.
cum

Joannem
XXII.
verum
fuisse
Pontificem
pro-
fitatur.

XV.
Italia ob
interregnum a
Pont. administra-
ta.

(a) To. 3. ep. seor. 202.
(b) Ib. ep. 176.

(c) Ep. 191.
cum

NOTÆ [1] Quid gestum fuerit in Germania in causa controversiæ cum Ecclesia Romana narrat, qui tunc in Germania agebat, Joannes Vitoduranus Minorita scribens, hoc anno circa festum Purificationis B. M. V. percrebuisse apud Germanos famam de discordia inter Ecclesiam & imperium, brevi tollenda; sed Aprilis mense famam illam evanuisse penitus. Ex iis vero quæ inferius scriptor ille addit, intelligimus famam illam iterum impendente æstate revixisse, operientibus Germanis duos legatos cardinales a pontifice mittendos, qui conditiones pacis ab eodem pontifice præscriptas deferrent. Interim vero, ait, Ludovicus appropinquante autumno jejunium trium feriarum sextarum in pane & aqua in singulis parochiis episcopatus Sueviæ, Augustensi, tum & totius Baviaræ indixit. Adjectæ & publicæ supplicationes ad Numinis auxilium impetrandum, in quibus omnibus tum & in jejunii Ludovicus ipse præibat. Instante vero colloquio tempore singulis per Germaniam urbibus episcopalibus mandavit, selectos viros mitterent ad conventum circa festum Nativitatis B. M. V. Francofurtum indictum. Eo cum venissent viri totius Imperii principes; lectæ coram omnibus literæ Pontificis, quibus conditiones pacis proponebantur: omnium assensu, ait Vitoduranus, rejectæ sunt, gravioribusque verbis reprehensus Ludovicus, quod tentata his conditionibus concordia imperialem dignitatem neglectui exposuisset. Quare admonendum principem censuerunt ut deinceps a postulando cum ecclesia scedere abstineret. Id vero publico rumore accepisse se idem scriptor affirmat. Addit tamen rem aliter a nonnullis referri narrantis, eam, quam Ludovicus Romano pontifici exhibuit obsequii demissionem principibus electoribus displicuisse, eumque velut ineptum imperii dignitati sustinendæ coegisse, ut alterum sibi substitueret. Substituisse vero Marchgraviū Brandenburgensem, quem electoribus reculantibus ac postulantibus filium regis Bohemiæ, illum vicissim Fridericum reprobasse, atque ita re infecta ceterum dissolutum. Post festum vero omnium Sanctorum rumorem increbuisse narret conventuros electores principes Francofurtum ad electionem novi imperatoris; quod cum intellexisset Ludovicus exercitum XX. millium ad eos prohibendos parasse, ex quo territus ab incepto abstitisse. Hæc Vitoduranus, ex cuius relatione intelligimus quam varia rerum Germanicarum fama tunc spargeretur. Quare nec historicis Germanis etiam corævis fides, in iis quæ per hos annos narrant fati constants & rata adhibenda est. MANSI

NOTÆ [1] Michael de Cæsenia, cujus hic meminit Annalista, anno superiori die XXIX. Novembris teste Wadingo in Annalibus Minor. ad A. 1343. num. 13. decessit, ejurato ante obitum ichismate, & priori scelere non fictis lachrymis expiato. In collectione scriptorum Italiæ a Muratorio adornata to. III. part. II. col. 513. extat expositio quædam in psalmum L. Misere mei Deus &c. ab eodem Michaelis in extremo mortis articulo dictata, in qua exactæ vitæ scelera coram Deo confitentur, ac veniam humilis implorat. In ea vero assumptum a se Minoritarum supremum tegimen notat anno MCCCXVI. quod in grave ordinis detrimentum cecidisse agnoscit. Subduxisse enim se fatetur, a Joanne pontifice, ac venisse Pisas, ibique antipapæ adhæsisse & ab eo episcopum Hostiensem renunciatum & consecratum, ac vicissim eundem antipapam se Pisas solemniter coronasse. Ambo hæc ignorasse hucusque scriptores satis constat; quamquam Episcopalis dignitatis Cæsenati collatæ uno saltem verbo meminit Author Anonymus historiæ Pistoriensis vernaculo sermone digestæ. Coronationem vero solemnem, ideo forte antipapam jam Romæ coronatus repetere Pisas voluit, quo nosset pontificis Romani coronationem non ab alio quam ab Episcopo Hostiensi præstandam fore. Tum confessionem hanc suam proficiens Michael, addit, authorem se præbuisse pontifici, ut dignitates ecclesiasticas Minoritis fratribus largiretur. Quare renunciatus a pontifice F. Berengarium Boverium Pisanum in archiepiscopum Germanensem, F. Amisiam Pisanum in Lucensem Episcopum, aliosque alibi per Etruriam se consecrasset. Denique veniam deprecatur, quod ad eam usque diem titulum & auctoritatem ministri generalis ordinis Minoritarum, exauthoratus licet a pontifice, sibi per summam impudentiam vindicasset, cujus dignitatis index sigillum se se statim remittere manibus socii sui F. Guilelmi proficitur. Ex quo intelligimus Guilelmum Okamum, quem hic designari nec dubito, jam inde ab anno 1343. reditum suum ad ecclesiam maturasse. Hæc dictavit Michael, in infirmitate, ut ipse ait, confitutus, quam ultimam fore sibi metuebat. Obiit vero re ipsa in civitate Monachii, ut ex titulo eidem lucubrationi in codice vetusto præfixo, constat. MANSI

Civiles
in ea mo-
tus.
(a) Ib. ep.
124.

XVI.
Andreas
regio no-
mine do-
natus.

(b) To. 2.
p. 672.

* regnum

Editum
ea de re
pontifi-
cium de-
cretum.

Jubetur
legato re-
gni pro-
curatori
parere.

cum ambitione proferendorum finium, au-
gendæque potentia efferrentur, Italiam
turbarunt, cui pacandæ operam Cle-
mentem navasse plures ostendunt lite-
ræ (a).

Insigniverat Andream Clemens ineunte
anno Siculo fastigio, ac nomen inunctio-
nemque regiam e Cardinalium consilio de-
creverat. Rem promoverant apud Ponti-
ficem, missis amplissimis oratoribus, Lu-
dovicus Ungariae Rex ipse frater, at-
que Elisabetha Regina illius mater, tum
etiam Joanna Regina Siciliae Andreae uxor,
atque Sancia Joannæ avia, denique regni
Neapolitani ordines, ut major Andreae au-
thoritas conciliaretur, ac tum Reginae di-
gnitati publicæque rei confuleretur; de
quo a Clemente hæc literæ Andreae Regi
missæ (b).

Andreae Regi Siciliae illustri.

Multiplicatas devotarum precum & sup-
plicationum instantias, nobis per charissi-
mos in Christo filios nostros Ludovicum Re-
gem Ungariae germanum tuum, ac Sanciam
& Joannam Siciliae conjugem, & Elisabeth
Ungariae genitricem tuas Reginas illustres,
nonnullosque venerabiles fratres nostros ar-
chiepiscopos & episcopos, ac dilectos filios
nobiles viros barones regni Siciliae literali-
bus porrectas scriptationibus; & subsequen-
ter per solemnem nuntios ad nostram prop-
terea destinatos presentiam, tam in came-
ra quam in consistoriis nostris propositioni-
bus fultus elegantibus, solita benignitate
suscepimus, inter cætera continentes, quod
cum tu, charissime fili, ejusdem Joannæ Re-
ginae, ad quam regimen * prædictum ex
successione clarae memoriae Roberti Regis Si-
ciliae avi sui pervenisse noscitur, vir exi-
stas, ut convenientius, decentius, utilius &
honorabilius tuo & ejusdem Reginae conjugis
tua, quæ una caro tecum est, providere-
tur statui & tanti conjugii & numerosæ
prolis exinde, sicut a Domino petimus, pro-
creanda consuleretur honori; nos, adhibi-
tis cautelis opportunis & idoneis, te insi-
gnire denominatione regii tituli, nec non or-
dinare, quod cum eadem Regina velut vir
suis coronari debeas & inungi, de benignitate
apostolica dignaremur.

Nos igitur eisdem precibus & supplica-
tionibus plene ac patienter auditis, & eti-
am intellectis diligentius, attendentes quod
tu, fili dilectissime, de prospera descendisti
domorum regalium, quæ in fide, reveren-
tia, & devotione sanctæ Romanæ ecclesie
absque deviatione qualibet hætenus conti-
nue perseverant, & sperantes in Domino,
quod tu progenitorum tuorum laudabilibus
inherendo vestigiis, in eisdem fide, reveren-
tia, & devotione persistens, erga nos &
eamdem ecclesiam te clarum meritum cum-
mulis exhibebis & gratum; quodque dile-
cto filio nostro Aymerico tituli S. Martini

in montibus presbytero Cardinali A. S. L.
cui administrationem dicti regni pro tem-
pore, quo ad nos & ecclesiam memoratam
eadem spectat administratio, commissimus,
parebis efficaciter & intendes; tandem super
præmissis & aliis, negotium hujusmodi non
parum arduum tangentibus deliberatione cum
fratribus nostris ejusdem ecclesie Cardina-
libus præhabita, prout tanti negotii exige-
bat qualitas provida & matura, die de-
cima nona mensis januarii (sunt eo ar-
gumento ad Andream XIV. kal. febr. da-
tæ literæ (c) eadem verborum forma con-
ceptæ) proximo præteriti sub certis pro-
testationibus ac cautelis opportunis & ido-
neis, in aliis literis nostris contentis ple-
nius & expressis, in nostro consistorio te
hujusmodi regii tituli denominatione insi-
gnivimus, & ordinavimus (si protestatio-
nes & cautelas ipsas admiseris & comple-
veris; tuque ac dicta Regina uxor tua
legato prædicto super eadem administratio-
ne pro eodem tempore, nostro & ecclesie
prædictæ nomine gerenda & exercenda, pa-
rueritis ut indubie speramus & supponimus,
cum effectu, & non aliter) tu cum eadem Re-
gina tanquam vir ejus coronari debeas & in-
ungi.

Ceterum cum nobis pro parte tua & e-
jusdem Reginae fuerit humiliter supplicatum,
ut alicui personæ idoneæ coronationem & i-
nunctionem hujusmodi faciendam & impenden-
das in illis partibus committere dignare-
mur; nos quamvis hæc ardua quamplurimum
reputamus, ut tamen multis laboribus via-
ram discrimenibus & profluvii expensarum
parcatur, quibus tu & ipsa Regina subji-
ceremini, si vos venire ad nostram præsen-
tiam propter hoc oporteret; si prædictas
protestationes & cautelas admiseris & com-
pleveris, tuque ac eadem Regina legato
super administratione prædicta parueritis
effectualiter, ut præfertur, eidem legato,
per quem coronatio & inunctio prædictæ ho-
norabilius fieri poterunt, intendimus op-
portunam super iis concedere potestatem, &c.
Datum Avinion. IV. non. februarii an-
no II. Objecti sunt ab invidis obices
Andreae inunctioni, unde ingentia mala
fluxere.

Professa est solemniter ritu Neapoli die
vigesima octava augusti hujus anni Regina
Joanna (d) coram Aymerico tit. S. Martini
in montibus presbytero Cardinale Aposto-
licæ sedis legato, ac regni ob pupillarem
Reginae ætatem tutore atque administrato-
re seu, ut vocant, bajulo, regni Siculi coro-
nam liberalitate sedis Apostol. in se tran-
sufam, clientisque fidelissimæ obsequia Cle-
menti VI. ac successoribus devovit; ad
cujus rei commendandam securus ætati
memoriam subjectas tabulas edendas cu-
ravit.

Joanna Dei gratia Jerusalem & Sicilia
Regina, ducatus Apuliae & principatus Ca-
puae

(c) Ep.
1227.

Sancitum
ut regia
inunctio-
ne linia-
tur.

XVII.
(d) Ext.
in arce S.
Angel.
lib. privill.
Rom. ecel.
10.3. pag.
2024. &
inter coll.
Plat. jus-
su Sixti.
IV. edita
l. 3. p. 71.
in MS.
bibl. Vall.
fig. lit. B.
n. 12. p.
140. & in
MS. signi-
lit. D. n.
l. 72.
Baron. 101
II. ann.
1097. p.
699.

Cliente-
laris
sponso
a Joanna
prælitata.

XVIII.
Inferu-
na
is publi-
cum do-
cumen-
tum.

(d) Clem.
VI. an. 3.
l. 3. lit.
divers.
form. ep.
174. ext.
etiam in
rer collect.
Plat. 10.3.
p. 22.

XIX.

pus, Provinciae, & Forcalquerii ac Pede-
montis comitissa.

Tenore presentium notum facimus univer-
sis earum seriem inspecturis, tam præsen-
tibus quam futuris, quod de legio homagio,
& fidelitatis debita juramento, per nos de
proximo præstitis in manibus reverendi in
Christo patris domini Aymerici tit. S. Mar-
tini in montibus presbyteri Cardinalis A.
S. L. in regno Siciliae pro parte sanctissimi
in Christo patris & domini domini Cle-
mentis divina providentia ejusdem sacro-
sanctæ Romanæ ac universalis ecclesie sum-
mi Pontificis, & ipsius ecclesie nomine, au-
thoritate supra scriptarum ejusdem domini
summi Pontificis literarum præsentatum est
nuper nostris obutibus quoddam confectum
exinde publicum instrumentum substantia
per omnia fieri.

In Dei nomine. Amen. Anno a nativitate
ejusdem MCCCXLII. die XXVIII.
mensis augusti duodecima indictionis ponti-
ficatus sanctissimi in Christo patris & domi-
ni domini Clementis, divina providentia Pa-
pæ VI. anno III. Noverint universi præsentis
instrumentum publicum inspecturi, quod nos
infra scripti notarii publici, & infra scripti
restes ad hoc vocati specialiter & rogati
ad instantiam & petitionem nobis factam pro
parte inclite & excellentis domine domine
Joannæ, Dei gratia Jerusalem & Siciliae
Reginae, ducatus Apuliae & principatus Ca-
puae, Provinciae & Forcalquerii ac Pede-
montis comitissa, personaliter accessimus ad
monasterium S. Clare de Neapoli; & dum
essemus in ecclesia ipsius monasterii in ipsius
domina Reginae presentia, ac reverendi in
Christo patris & domini domini Aymerici
tit. S. Martini in montibus presbyteri Car-
dinalis in dicto regno A. S. L. & nuntii
ad infra scripta per apostolicas literas spe-
cialiter deputati; nec non prælatorum, comi-
tum, baronum, jurisperitorum, & aliorum
quamplurimum multitudinis copiose; dominus
Aymericus nuntius & legatus in presentia
ejusdem domine Reginae & nostrorum nota-
riorum & testium, ac prælatorum, comi-
tum, baronum, jurisperitorum, & quam-
plurimum aliorum multitudinis copiose, o-
stendit & publice legi fecit prædictas li-
teras apostolicas vera, nota, & consueta
bulla plumbea pendenti cum filis canapis
communitas, quas nos etiam vidimus &
inspeximus diligenter, & erant per omnia
continentiæ subsequentis (a).

Clemens episcopus servus servorum Dei
dilecto filio Aymerico tit. S. Martini in
montibus presbytero Card. A. S. L. salu-
tem, &c.

Inter sollicitudines varias, quas nobis
officium inunctæ desuper apostolicæ servi-
tutis indicit, ad hoc nostra vigilat inten-
tio, & libenter dirigimus studia mentis no-
stræ, ut per providentiam sedis Apostolicæ
circumspectam negotia undique ad eam con-

fluentia sic & ordinentur & disponantur
mature, quod honoribus & juribus ecclesie
Romanæ sponse nostræ super eis providea-
tur, utiliter & spiritualium ipsius ecclesie
filiolorum commoditatibus consulatur. Dum
siquidem mæstis relictibus ad audientiam
nostri apostolatus perducto, claræ memoriae
Robertum Regem Siciliae avum charissimæ
in Christo filiae nostræ Joannæ Reginae Si-
ciliae illustris, sicut illi qui apud omnes
Reges terra terribilis auferi spiritum prin-
cipum placuit, ab hac luce subtractum ip-
sæque Joannæ nocte ipsius Roberti Regis
ex unico filio primogenita Regi eidem suc-
cedente in regno Siciliae & terris citra-
pharum usque ad confinia terrarum eccle-
siae Romanæ, excepta civitate Beneventana
cum ejus toto territorio ac omnibus distri-
ctibus & pertinentiis suis, per Romanum
Pontificem distinctis, vel in posterum di-
stinguendis dumtaxat exceptis, quæ Joannæ
in tali ætate, sicut adduc esse dignoscitur
constituta, quod ad gubernationem & ad-
ministrationem regni & terrarum prædicto-
rum propter defectum ætatis hujusmodi, cu-
jus quidem ætatis consuevit esse consilium
fragile & infirmum multisque captionibus
expositum, minus idonea existebat; nos qui
ipsius Joannæ Reginae superiores immediati
existimus, & totius regni ac terrarum prædi-
ctorum directum & altum dominium obtine-
mus, & ad quos cura, dominatio, administ-
ratio, & baillia regni & terrarum prædictorum
regendæ per nos, vel alium, seu alios ido-
neos per sedem Apostolicam deputandum,
seu etiam deputandos plene & in solidum
de jure, ac diversorum prædecessorum Ro-
manorum Pontificum observantia pacifica
illis temporibus pertinebant, prædecessorum
ipsorum vestigiis inherentes, utque paternæ
benevolentia consilium capientes pro filii in
similibus casibus salubriter providerunt pro
bono statu regni & terrarum prædictorum,
non parum turbibus periculosisque flucti-
bus expositorum, & in multis iniquorum &
pacis æmulum insidiosis perturbationibus
constitutorum; ac pro censura recti iudicii
& rectitudine iustitiæ ibidem sub rectore,
debito conservandis, tam pro jure nostro &
ejusdem Romanæ ecclesie conservando, quam
pro ipsius Joannæ Reginae ac regni & ter-
rarum prædictorum utilitate ac indemnitate
incolarum regni & terrarum ipsarum, qui
nostri & ejusdem ecclesie sunt homines prin-
cipaliter & vassalli; & ut nostro fulti præ-
sidio sublata malorum formidine a noxiis
& ab oppressionibus indebitis præservet im-
munes, & deliberatione præhabita diligenti;
decrevimus & ordinavimus gubernationem
administrationem, & bailliam dictorum re-
gni & terrarum gubernari & regi debere,
ac exercendas esse nostro nomine his tem-
poribus & gerendas; easque tibi, de cujus
circumspecta, matata, & fidei providen-
tia plene confidimus, per nostras certi te-
noris

Roberto
avo succe-
dit Joan-
na.

Ob pupil-
larem æ-
tatem
Pontificis
curæ ob-
noxia.

Regni
admini-
stratio le-
gato com-
men-
data.

noris literas providimus de fratrum nostrorum consilio committendas, certis administratoribus per præfatum Robertum Regem præfatis Joannæ & regno de facto datis [cum de jure præsertim pro tempore, quo ad nos eadem administratio pertinet, minime potuisset] ne de gubernatione & administratione hujusmodi pro dicto tempore se quomodolibet intrmitterent, sub diversis pœnis in processibus per nos factis super hoc contentis plenius & expressis districtius nihilominus prohibentes.

XX.

Sane cum tu, pro hujusmodi administratione, gubernatione, & bailia gerendis & exercendis ad regnum & terras prædictas te personaliter conferens, ibidem prædictis literis nostris & processibus solemniter publicatis, eandem administrationem, gubernationem, & bailiam suscipiens & gerens exerceas plene, sicut intelligimus, pacifice & quiete, per eandem Reginam & suos tibi obedientiam plenaria præstita in hac parte; ac deinde ipsa Regina (cui super præstatione homagii ligii, plenique vassallagii, ac fidelitatis juramenti, ad qua juxta conventiones & pacta, in concessione, per eandem ecclesiam de regno & terris prædictis inclitæ memorie Carolo Regi Siciliae avo prædicti Roberti Regis ejusque heredibus facta inter eandem ecclesiam & ipsum Carolum Regem habita nobis quilibet novus successor in regno & terris prædictis, & cuilibet novo Romano Pontifici in assumptione sua ad summi apostolatus apicem, & eidem ecclesie infra certum terminum pro regno & terris prædictis personaliter præstare tenetur; ex certis rationabilibus causis, ad hoc nos moventibus, ipsius Reginae supplicationibus inclinatis, quasdam dilationes, quarum ultima debet in festo B. Michaelis futuro proximo terminari, duximus per diversas literas nostras inde confectas, sicut in eis continetur, plenius concedendas) nobis instanter & humiliter fecerit supplicari, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum archiepiscopum Brundusinum, ad nostram præsentiam propterea specialiter destinando, ut qualitate inordinati & impacati præsentis temporis, etatisque ipsius Reginae teneritudine, suisque aliis necessitatibus paterna & benigna consideratione pensatis, hujusmodi homagii plenique vassallagii & fidelitatis juramenti receptionem tibi committere dignaremur; nos attendentes, quod secundum conventiones & pacta prædicta in optione & beneplacito existit Romani Pontificis succedentem noviter in regno & terris prædictis vocare ad præstandum personaliter juramentum fidelitatis, & ligium homagium eidem Romano Pontifici & ecclesie prædictæ, dummodo ad hoc securum locum statuatur & assignet; vel aliquem Cardinalem ipsius ecclesie, aut alium, qui vice Romani Pontificis juramentum juxta for-

mam denotatam in literis prædictis super concessione regni & terrarum prædictorum confectis, & homagium recipiat, destinare; ac nihilominus considerantes attente prædictam ejusdem Reginae obedientiam, nobis & eidem sedi utique multum gratam, suæque conditionem & qualitatem personæ, ac etatis & sexus, nec non itinerum & viarum discrimina per terram & mare pericula formidanda, si eam venire ad nostram præsentiam personaliter oporteret; & volentes eam super his favoribus prosequi gratiosis, ejusdem Reginae supplicationibus benignius super his inclinati; te de cujus providentia fideli, & matura circumspectione, & agendorum experientia in multis arduis probata negotiis plene confidimus, ad recipiendum homagium, vassallagium, & juramentum hujusmodi hac vice ab eadem Regina juxta conventiones & sua pacta prædicta nostro & ejusdem Romanae ecclesie nomine providimus de fratrum ipsorum consilio deputandum.

Quocirca discretioni tue per apostolicam scriptam committimus & mandamus, quatenus homagium, vassallagium, & juramentum hujusmodi, qua juxta formam præsentibus annotatam per Reges Siciliae primogenitores ipsius Reginae, quorum ipsa heres existit, qui fuerunt pro tempore, pro regno & terris prædictis citra pharum Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris & ecclesie prædictæ præstari sunt habitus consueta, recipere juxta formam hujusmodi cum omni diligentia studiosa procuras: & nihilominus formam juramenti, quod eadem Regina tibi nomine quo supra præstabis, de verbo ad verbum per ipsius Reginae patentes literas, & aurea bulla ejusdem Reginae impressa typario communitas nobis e vestigio studeas fideliter destinare in archivo prædictæ Romanae ecclesie in hujusmodi rei testimonium, perpetuamque memoriam conservandas Formam autem juramenti prædicti, quod eadem Regina ut præmittitur præstabit, talis est.

In nomine Domini. Amen. Ego Joanna Dei gratia Regina Siciliae ad honorem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & beatæ & gloriose virginis Mariæ, beatorum quoque Apostolorum Petri, & Pauli & ecclesie Romanae, in præsentia reverendi in Christo patris domini Americi tit. S. Martini in montibus presbyteri Cardinalis A. S. L. ad homagium, ligium & vassallagium & fidelitatis juramentum, & alia omnia & singula infra scripta a me recipienda per sanctissimum in Christo Patrem dominum meum dominum Clementem, divina providentia Papam VI. specialiter deputatum, illaque ejusdem domini mei Papæ & ecclesie Romanae prædictorum nomine recipientis, ligium homagium facio dicto domino meo Papæ, ejusque

Soluta est Regina labore conveniendi Pontificem.

Data legato provincia ejus adigendæ in Pontificis verba.

XXI. Præscribitur formula sacramenti.

XXII.

Quas terras vectigales accipiat.

que successoribus canonicis intrantibus, & ipsi ecclesie Romanae pro regno Siciliae & tota terra; que est citra pharum usque ad terrarum confinia ejusdem ecclesie: que utique regnum & terram (excepta civitate Beneventana cum toto territorio, ac omnibus districtibus & pertinentiis suis secundum antiquos fines territorii, pertinentiarum, & districtus civitatis ejusdem, per Romanos Pontifices distinctos vel in posterum distinguendos) clarae memorie domino Carolo Regi Siciliae & heredibus suis, avo recolende memorie domini Roberti Regis Siciliae avi mei, cui ego ex unico filio primogenito in regno & terris succedo prædictis, prædicta ecclesia Romana concessit. Et recognosco & fateor, quod inter Romanam ecclesiam & prædictum dominum Carolum conditiones, conventiones, modus & forma & pacta infra scripta interveniunt, & fuerunt apposta in concessione regni, sibi suisque heredibus per Romanam ecclesiam facta, seu auctoritate ipsius in prædicta concessione pertinentia sua spectantia ad personam eorum, qui successuri erant ipsi domino Carolo suisque heredibus in terra & regno prædictis & eorum, qui in eisdem successuri sunt, mihi meisque heredibus; nec non ad successionem vel formam seu modum succedendi ipsi domino Carolo suisque heredibus, & mihi meisque heredibus in regno & terra præfatis: que omnia & singula tam me, quam meos in dictis regno & terra heredes servaturos promitto, & contra ea non venturos. Que talia sunt.

XXIII. Inlaurata veteres pactationes.

Si in nostro vel heredum nostrorum obitu legitimum, prout sequitur, heredem nos aut ipsos, quod absit, non habere contigerit; regnum ipsum ad Romanam ecclesiam ejusque dispositionem libere revertatur. Descendentes autem ex nobis & nostris heredibus Siciliae Regibus maribus & foeminae in eodem regno succedent: sicut tamen, quod de liberis duobus maribus in eodem gradu similiter concurrentibus primogenitus, & de duabus foeminis primogenita, & de mari & foemina in eodem gradu similiter concurrentibus masculus, omnibus aliis præferatur. Si vero nos, quod absit, sine liberis ex nobis legitime descendentes mori contigerit, vel si aliquem de aliis successoribus nostris Regem vel Reginam Siciliae sine legitima prole sui corporis mori contigerit in futurum, succedent eidem, servatis gradibus, si superstitibus fuerint hæc persona; videlicet Regi vel Reginae sine prole legitima sui corporis decedentis frater vel soror, ac collaterales superiores mares & foemina, utpote patri & avunculi, amita & matertera, sursum usque ad quartum gradum duxerunt illis collateralibus quos nos ad præsens habemus, & dum vixerimus habebimus, & qui post nostrum obitum ex eisdem forsitan orientur, exceptis. Collaterales & inferiores

Quis succedenti-um ordo.

succedant similiter mares & foemina, utpote nepos vel neptis ex fratre vel sorore, & inferius usque ad eundem tantummodo quartum gradum. Quod autem de foeminis recte linea & collateralium superius est expressum, intelligendum est tam de nuptis, quam etiam in nuptis, dummodo nuptæ sint fidelibus, & ecclesie Romanae devotis. Et sicut inter has personas gradus servari volumus, ut scilicet prior gradus posteriori gradui præferatur, sic in eodem gradu pluribus concurrentibus, priorem natu posteriori, & marem foeminae in hujusmodi successione volumus anteferrari. Personarum autem hujusmodi nulla superstitite, regnum ipsum, sicut prædicatur, ad Romanam ecclesiam & ejus dispositionem libere revertatur.

Quod si forte, deficientibus masculis, contingeret foeminam in nuptam in regno succedere, illa maritabitur persona, que ad ipsius regni regimen & defensionem existat idonea; Romani tamen Pontificis prius super hoc consilio requisito; nec nubet nisi viro catholico, & ecclesie Romanae devoto. Et si contra hoc fieret, licebit eidem Romano Pontifici contra ipsam ad privationem prædictorum regni & terra sine figura iudicii, & absque omni juris solemnitate in quacumque etate filia ipsa consisteret, procedere si hoc ei videbitur expedire. In regnum vero & terram prædictam nullus succedet, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus. Ad hæc promitto quod tam ego, quam mei in regno & terra prædictis heredes, regnum & terram præfata nullatenus dividemus: sed semper illa unus tantum super ipsis conditionibus immediate & in capite ab ecclesia Romana tenebit.

Succedente foemina quid servandum.

Item ego Joanna Dei gratia Regina Siciliae, plenum & ligium vassallagium faciens dicto domino meo domino Clementi Papa VI. & ecclesie Romanae pro regno Siciliae & tota terra, que est citra pharum usque ad confinia terrarum ipsius ecclesie (excepta civitate Beneventana cum toto territorio & omnibus districtibus & pertinentiis suis secundum antiquos fines territorii, pertinentiarum, & districtus civitatis ejusdem per Romanos Pontifices distinctos vel in posterum distinguendos) ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro, & domino meo domino Clementi Papa præfato, ejusque successoribus canonicis intrantibus, sanctæque apostolicæ Romanae ecclesie. Non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium, quod mihi credituri sunt per ipsos aut nuncios ipsorum, sive per literas, ad eorum damnum me sciento nemini pandam: & si sci-vero fieri, vel procurari, sive tractari aliquid, quod sit in eorum damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possem, illud ipsi significare curabo. Papatum Romanum & regalia S. Petri tam in regno Siciliae

XXIV. Adicit Joanna ecclesie obsequia.

Y y & ser.

& terra prædictis, quam alibi existentia, adjutrix eidem pro ad retinendum & defendendum ac recipiendum, & recuperata manutendum contra omnem hominem. Uniuersas & singulas conditiones contentas in præfenti instrumento seu literis, ac omnia & singula quæ continentur in instrumento seu literis bonæ memoriæ fratris Anibaldi basilicæ duodecim Apostolorum presbyteri, Ricardi S. Angeli, Nicolai S. Nicolai in carcere Tulliano, & Jacobi S. Mariæ in Cosmedin diaconorum Cardinalium super ipso regni & terræ concessione facta dicto domino Carolo confectis plenarie adimplebo, & inuolubiliter obseruabo; nec ulla unquam tempore veniam contra illa, exceptis duobus capitulis, quæ inferius describuntur. Sic me Deus adjuuet, & hæc sancta Dei euangelia.

XXV. De tempore præstandæ sponsonis.

Promitto quoque, quod mei in dictis regno & terra heredes hujusmodi homagium & juramentum fideliter præstabit secundum præscriptam formam, si Romanus Pontifex in Italia fuerit, infra sex menses; si uero eum extra Italiam esse contigerit, infra annum postquam regni dominium adepti fuerint, & singulis Romanis Pontificibus & eidem Romanæ ecclesiæ renouabimus tam ipsam homagium, quam hujusmodi juramentum. Quod quidem homagium facere & juramentum fidelitatis præstare dicti heredes mei, ut prædicatur, tenebuntur. In optione autem & beneplacito erit Romanæ ecclesiæ, me & heredes meos uocare ad præstandum personaliter juramentum fidelitatis, & legium homagium Romano Pontifici & eidem ecclesiæ, dummodo ad hoc mihi & eis tantum locum statuatur & assignent, uel aliquem Cardinalium ipsius ecclesiæ, aut alium qui uice Romani Pontificis juramentum juxta eandem formam & homagium recipiat, destinare.

XXVI. Sicilia cum imperio non conjungenda.

Item domino meo prædicto & Romanæ ecclesiæ juro, ad præfens me ad hoc specialiter obligans, quod tam ego singulis ejusdem successoribus & ipsi ecclesiæ, quam mei in dicto regno heredes domino Papæ prædicto & ejus successoribus, & prædictæ ecclesiæ, quando præstabit hujusmodi juramentum fidelitatis, jurabimus nos ad hoc specialiter obligantes, quod numquam per nos uel alios, seu quocumque modo procurabimus ut eligamur uel nominemur in Regem uel Reginam, aut Imperatorem uel Imperatricem Romanorum, uel Regem aut Reginam Theutoniæ, seu dominum uel dominam Lombardiæ, aut Tusciæ seu maioris partis earundem, &c. Additæ sunt plures in hoc argumento pactiones, quas olim a Carolo I. Joannes XXI. exegit, iisdem ferme conceptæ uerbis & tomo xiv. alata: (a) Et si Rex non habens filium in Imperatorem electus ad imperium transire uoluerit, & de personis, de quibus supra dicitur liberis non extantibus, in regno

(a) A. C. 1276. n. 40. ad n. 43.

posse succedere, aliqui superstitis fuerint, quæ de filio & filia præordinauimus obseruentur in illis, excepto emancipationis articulo, quæ in solis illis procedere poterit, quæ capaces emancipationis existent ratione patriæ potestatis. Quod si & mihi Regina Siciliæ, aut alicui meorum heredum in regno prædicto sine filio decedenti, superstes sit filia uel mulier, aliaque juxta præfatum formam debeat ad hujusmodi successionem admitti, quæ Imperatori dum ego Regina uirum, uel dum meus heres Rex Siciliæ uirget, fuerit desponsata uel nupta, non succedat in regno. Et si regno sibi delato Imperatori nuperit, cadat protinus ab eodem, nisi uir ejus imperio prorsus renuncians regno solummodo contentus sit. In primo autem casu, repulsa filia & aliis prædictis, ad personas illas seruat gradibus regnum perueniat, quæ prænotatæ sunt in regno posse succedere, si Regi præmortuo liberi non superstit. In secundo autem casu regnum ipsum ad Romanam ecclesiam deuoluatur.

Parto imperio ab eundem Sicilia regno.

Item promitto pro me & meis in regno heredibus, ad hoc tam me quam ipsos obligans, quod regnum Sicilia & terra prædicta imperio nullo modo subdentur, seu sibi nullo unquam tempore in eadem persona quomodolibet ueniantur; & super hoc articulo tam per pœnas spirituales, quam per alias cautiones cavebimus tam ego quam mei in eodem regno heredes juxta ecclesiæ uoluntatem, quandocumque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum, cum prorsus intentionis sit Romanæ ecclesiæ, ut regnum & terra prædicta nullo unquam tempore imperio uniantur, ut scilicet unus Romanus Imperator & Sicilia Rex existat. Quod autem circa unionem ipsorum regni & terræ cum imperio dictum est, hoc ipsum circa unionem regni & terræ cum regno Romano, aut regno Theutoniæ, seu dominio Lombardiæ uel Tusciæ intelligitur esse dictum.

De censu pendendo.

Item promitto quod pro toto generali censu ipsorum regni & terræ octo millia unciarum auri ad pondus ipsius regni in festo B. Petri, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipsi Romano Pontifici & Romanæ ecclesiæ singulis annis persolvam, & ad illud similiter persolwendum obligo omnes & singulos in dictis regno & terra heredes. Si uero ego uel mei in dicto regno heredes quocumque modo non soluerimus integre censum ipsum, & expectati per duos menses, terminum ipsum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfecerimus, eo ipso erimus excommunicationis uinculo innodati. Quod si in secundo termino infra sequentes duos menses eundem censum sine diminutione qualibet non persoluerimus, totum regnum Sicilia ac tota terra prædicta ecclesiastico erunt supposita interdicto. Si uero nec in tertio termino nec infra duos men-

Suscipiende a non soluentibus pœnæ.

menses proximos per plenam satisfactionem ejusdem census nobis duxerimus consulendum, ita quod transactis eodem tertio termino & duobus proxime sequentibus mensibus non sit de octo millibus hujusmodi primi termini ipsi ecclesiæ integre satisfactum, ab eisdem regno & terra ipsorumque jure cademus ex toto, & regnum ipsum & terræ ad Romanam ecclesiam integre & libere reuertantur. Si autem de censu octo millium unciarum hujusmodi primi termini infra dictos certum terminum & duos sequentes menses plenarie satisfecerimus, nihilominus semper pro singulis octo millibus unciarum singulorum terminorum, si simili modo in eorum solutione cessauerimus, uel illas non soluerimus, pœnas similes incurremus; saluis aliis pœnis & processibus, quæ uel qui de jure inferri uel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc casu. Item promitto, quod in quolibet triennio dabimus ego & mei in dicto regno heredes Romano Pontifici unum palafredum album pulchrum & bonum in recognitionem ueri domini eorundem regni & terræ. Promitto insuper, ad hoc tam me quam heredes meos in regno obligans, quod quandocumque Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit uel dixerit Romanam ecclesiam indigere, ita quod super indigentia hujusmodi ipsius Romani Pontificis simplici uerbo steture, &c. Quæ sequuntur, jam a nobis ante insinuata sunt (a) in formula clientelaræ sponsonis a Carolo II. præfite Nicolao IV. usque ad dimidium §. primi numeri 10. ut jam ea. repetere superuacaneum sit. Postremam itaque documentis publici patrem, quæ a Carolo II. literis discrepat, adjungemus.

(b) Te. 14. annual. an. Chr. 1289. n. 4.

XXVII. Soli pontifici liberalitati regnum acceptum referatur.

Ego etiam do de hoc privilegium seu literas præfentes domino Papæ & Romanæ ecclesiæ memoratis aurea bulla bullatum seu bullatas, in quo uel in quibus proprio juramento fateor & recognosco expresse regnum Sicilia & totam terram, quæ est citra pharum usque ad confinia terrarum ecclesiæ Romanæ [excepta ciuitate Beneuentana cum territorio & pertinentiis ejus, quæ ut dictum est, ecclesiæ remanebit eidem] ex sola gratia & mera liberalitate sedis Apostolicæ sæpedito domino Carolo, mihi, meisque heredibus in feudum fore concessa, neque habere ac tenere regnum & terram hujusmodi a dicta Romana ecclesiæ in feudum pro me meisque heredibus in dictis regno & terra sub pactis & conditionibus, forma, modo, & conventionibus prædictis, & sub aliis, quæ in literis felicis recordationis Clementis Papæ IV. plenius continentur, exceptis duobus capitulis infra scriptis.

Ceterum ut præmissa omnia & singula, ac insuper ut conditiones & pacta, quæ inter sanctum Romanam ecclesiam & sæpeditum dominum Carolum interueniunt seu Ann. Eccl. Tom. XXV.

fuerunt apposta tempore, quo sæpedita terra & regnum dicto domino Carolo suisque heredibus concessa fuerunt in feudum, prout in literis felicis recordationis domini Clementis Papæ IV. plenius continentur, illibata perpetuo maneant, & inconcussam semper obtineant firmitatem; ipsa omnia & singula juro [duobus exceptis inde capitulis, uno de quinquaginta millibus marchis sterlingorum, & illarum solutione, sanctæ Romanæ ecclesiæ debitis ex conventionibus memoratis per jam dictos parentes meos, & me heredem ipsorum, remissis mihi meisque heredibus in perpetuum & donatis per ipsam ecclesiam, ac felicis recordationis dominum Clementem Papam V. cum consilio & assensu dominorum Cardinalium de mera liberalitate ipsorum ex speciali gratia relaxatis; & de eis sumus ego & mei heredes de nexu cuiuslibet obligationis aut pœnalis promissionis, quibus essemus astricli propterea in perpetuum absoluti, & exinde quietati; alioque capitulo de personalibus jam dicto domino Carolo impositis de habendis per eum mille militibus ultramontanis cum certo equitaturarum & ballistariorum numero ad ueniendum ad prosecutionem negotii dicti regni in stabilitis terminis & præfixis sub certarum intimatione pœnarum, quia hæc esse constat impleta & per stipulationem solemniter promitto, quod plenarie adimplebo & inuolubiliter obseruabo, nec ulla unquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adjuuet, & hæc sancta Dei euangelia. In prædictorum autem testimonium perpetuamque memoriam præfens scriptum exinde confici jussi, & aurea bulla regie majestatis impressa typario communi. Datum Avin. vii. non. julii pontificatus nostri anno xii.

Remissa a Clem. V. L. millia marchar.

Quibus apostolicis literis ostensis, uisis, & sic publice, ut prædicatur, lectis & per nos ut præfertur inspectis, præfata domina Regina earundem literarum apostolicarum auctoritate præscripto die & in nostram notariarum & testium præsentia [præsentem eorundem, aliorum prælatorum, comitum, baronum, jurisperitorum, & aliorum quamplurium multitudinem copiosam, præfata domino Aymerico legato, & in præmissis nuntio apostolico, præsentem, & secundum formam prædictarum literarum apostolicarum recipientes ejusdem domini summi Pontificis & ecclesiæ Romanæ nomine] præfata homagium, uasallagium, & juramentum hujusmodi, quæ juxta formam præscriptam in prædictis literis seriose & particulariter continentur, pro regno Sicilia & tota terra citra pharum præfatis Romanis Pontificibus & ecclesiæ præfata præstari sunt hætenus consueta, & juxta præscriptarum literarum continentiam & tenorem, omniaque alia in præscriptis contenta literis seruire jurauit atque promisit, prout astringebatur ad illa ex

XXVIII. Pontificum diploma mandatum operi.

earundem continentia literarum, prout in patentibus literis reginalibus aurea bulla reginalis excellentie impressa typario communitis, quas dicta domina Regina pro cautela sancte Romane matris ecclesie & ejusdem domini summi Pontificis provide concessit, hac & alia seriosius annotantur. Quas literas reginales in prescripta forma in dictis apostolicis contenta literis, dictus dominus Aymericus legatus & nuncius ab eadem domina Regina aurea bulla impressa typario recepit & habuit, ad dictum dominum summum Pontificem deferendas seu transmittendas, prout dicto domino Aymerico legato & nuncio per prescriptas apostolicas literas injunctum exitit & commissum.

XXIX. Edita de eo publica documenta.

Quibus peractis presata domina Regina requisivit, rogavit, atque mandavit, vobis dicto domino Aymerico legato & nuncio presente, nostrum super hoc officium, quod est publicum, implorando ut de predictis & qualiter predicta jurata, prestata, & acta sunt prescripto die in nostrum notarium & testium presentia, ac predictorum aliorum prelatorum, comitum, baronum, jurisperitorum, & aliorum quamplurimum multitudinis copiose pro ejusdem domine Regine testimonio & cautela conficeremus publicum instrumentum. Quorum nos mandato & requisitionibus annuentes, de predictis, & qualiter predicta in nostrum notariam & testium presentia, ac predictorum aliorum prelatorum, comitum, baronum, jurisperitorum, & aliorum quamplurimum multitudinis copiose prestata, jurata, & acta sunt, factum est pro cautela & testimonio ejusdem domine Joanne Regine per manus mei infra scripti notarii publicum instrumentum, signo meo solito & subscriptione signatum, sigillo & subscriptione dicti domini Aymerici legati & nuncii, ac signo & subscriptione infra scripti notarii munimine roboratum. Actum Neapoli in dicta ecclesia monasterii S. Clare sub anno, mense, die, indictione, & pontificatu predictis, presentibus notario Mendino de Aversta habitatore Neapolis, in notarium ad predicta assumpto, ac illustri principe domino Andrea Dei gratia Jerusalem & Sicilia Rege ejusdem domine Regine consorte; & inclitis & excellentibus dominis, dominis Roberto Romanie despoto Achaje & Tarenti principe, Carolo principe Duratii, & Ludovico de Tarento, &c. (Interjectis plurimum presulum, procerum, ac notariorum testimoniis, de prestata a Joanna clientelari sponcione Aymerico A. S. L. ex formula a Clemente concepta: tum subjicit Joanna.)

XXX. Rata habita omnia a Joanna.

Nos vero eodem instrumento viso & diligenter inspecto, examinatoque prudenter, & pro tanta gratia, ab eodem domino summo Pontifice nobis benigne collata, cum filiali reverentia eidem domino nostro ad gratiarum actiones uberes conjurgentes, omnia

& singula in presatis literis & instrumento contenta harum serie de nostra certa scientia ratificamus & acceptamus, & expresse emologamus, sicut validius possumus confirmamus, taliter nos auctore Domino ad omnia grata apostolicis affectibus habitura, quod de collatis, a nobis gratitudo proveniet, & in conferendis affectus promptior excitatus exurgat; expressus declarantes, quod per hoc non intendimus neque volumus recedere, quoquo modo a protestatione per nos facta coram eodem legato super modo & forma ejusdem prestationis, homagii, & juramenti tempore prestationis hujusmodi: sed in ipsi protestationis finibus persistentes, non intendimus nec volumus illi propterea in aliquo derogare. In cujus rei testimonium presens scriptum confirmationis & acceptationis nostre exinde fieri fecimus, & aurea bulla majestatis nostre impressa typario jussimus communi. Dat. Neapoli per manus Arnulphi Cumani de Neapoli juris civilis professoris locumtenentis protonotarii regni Sicilia, presentibus reverendo in Christo patri domino Philippo, Dei gratia Cavallicensis episcopo, cancellario nostro; ac nobilibus viris Gottifrido Squillati comite regni Sicilia ammirato, Tbonino de S. Severino comite Marsici, Carolo de Artus comite sancte Agathe, & infra, testibus sub anno Domini MCCCXLIV. die ultimo dicti mensis augusti dicta XII. indictionis, regnorum nostrorum anno II. Relictis paulo post ad importunas preces Joanne liberis regni habentis Clemens legatum quem ex regis vectigalibus operæ navatæ stipendia accipere jussit (a) & Sicilia XIII. kal. decembris revocavit (b) additis hisce preceptis, quibus Joannam a legato informari voluit.

Qui testes rei interfuerint.

Clemens, &c. Aymerico tit. S. Martini in montibus presbytero Card. A. S. L.

Adiicimus exhortationi predicta, quod eadem Regina tales previa matura, & diligenti deliberatione in consiliarios suos, ac gubernationis & administrationis regni & terrarum predictorum cooperatores assumat & retineat jam assumptos, qui Deum diligant, justitiam ament & foveant, sui & regni honoris & commodi ac sue salutis zelentur augmentum: avaritiam odiant & lucra propria in suum & regni seu aliorum dispendium non venentur: & cum quorum sano consilio que agenda fuerint expediat utiliter, & ea que non licebunt vel expedient, respuere non omittat; non obstante ordinatione avi sui predicti, qua quoad hoc ipsam avctari nolumus, & juramento super hoc prestato, super quo etiam secum, si oporteat dispensamus. Nec aliquibus consiliariis quibus forsitan afficeretur, tantum adhareat, quod aliorum sapientum & fidelium pretermittat consilia vel contemnat; ita quod in suam ac regni &

(a) Ib. ep. 143.
(b) Ib. ep. 463. & super MS. bibl. Vall. sig. lit. B. n. 12. P. 178.
XXXI. Monita Joanne Regine a Card. legato tradenda.

terrarum predictorum gubernationis utilis dispendium, personarum acceptio minime, vendicet sibi locum ad aliqua, qua magni ponderis extiterint, absque maturo consilio & provida deliberatione previa nullatenus processura: sed potius sic se prudenter & mature in omnibus suis actibus habitura, quod predictorum regni & terrarum populus in pulchritudine pacis sedeat, fiducia tabernaculis habitet, & requie opulenta quietescat, cultu justitie a se suisque officialibus & subditis observato.

Deum quoque in omnibus & per omnia semper habens pre oculis, sacrosanctam ecclesiam ejusque ministros reverentia & honore debitis prosequatur, libertates ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum regni sui ac jura defendendo & manutenendo, ea que non violando quomodolibet, nec permitiendo ab aliis violari. Insuper zelatricem justitie, per quam thronus roboratur & firmatur regius, se reddat continue, subditos suos a potentum oppressoribus protegendo & defendendo & manutenendo, ea que non violando quomodolibet, nec permitiendo ab aliis violari; insidiantibus & rapinis honorum suorum perverfis, & damnatis inbiantibus conatibus sic purgans & mundans, quod potentia virtuosa regali humana nocendi coerceatur audacia, & illaesa inter improborum innocentia perseveret; his nihilominus subjungendo, quod si se consulte, prudenter, & provide nostris acquiescendo exhortationibus hujusmodi gesserit, ut optamus, eidem opportunis & benevolis favoribus assistemus. Alias autem si contrarium de ipsa (quod avertat Dominus) super his audierimus, cum eam, regnum & terras predicta specialis dilectionis & favoris intuitu contemplerur, omittere non intendimus nec possemus, quominus de opportuno caravemus providere in hac parte remedio, sicut predecessores nostros Romanos Pontifices fecisse in casu consimili legimus de regnis aliis, nequam eidem Romane ecclesie specialiter sic subiectis &c. Dat. Avin. XIV. kalend. decembris pontificatus nostri anno III.

* regnum

XXXII. Quanto regni damno concessa publica administratio.

Joanna viro invidet.

(a) To. 3. ep. secr. 236. 237.
(b) Ib. ep. 582.

gia potestatis, ac publicæ rei administrationis Andreas particeps fieret. Consuluit etiam ut inducias cum Ludovico Trinacriæ occupatore pacifceretur; partis enim tuendis potius quam proferendo imperio incumbendum videri: tum æqui acciperet, si ad divinum cultum instaurandum sacrorum usum Trinacriæ ad tempus aliquid restitueret.

Petrum etiam Regem Aragonum, ut cum Jacobo Baleari concordie iniret colloquia sollicitavit, induciasque ad recurrentem S. Michaeli sacrum diem iniret, & Armando Apost. sedis internuntio assentiretur. At frustratos sua expectacione & opera Pontificem & internuntium, indicat Surita (c), qui etiam Armandi meminit; additque traductum a Petro Rege in Rufcinonis comitatum bellum, & regio edicto Balearis Regis ditionem Aragoniæ coronæ conjunctam fuisse; ac tum Cardinalem Ebredunensem a Clemente missum, ut pacem inter Reges revocare tentaret. Is erat Bertrandus tit. S. Marci presbyter Cardinalis, ad quem de imposito ei munere subjectæ extant literæ (d). Clemens, &c. dilecto filio Bertrando tit. S. Marci presbytero Card.

XXXIII.

(c) Sur. l. 7. c. 76.
(d) An. 2. l. 5. p. 6.

Bertrandus Card. legatus missus in Aragoniam.

Quamvis immeritè, in terris a Domino vicarii constituti, cupientes ut hujusmodi perniciofa discordia ipsorum Regum, tanta sanguinis propinquitate & affinitate junctorum, auctore Domino sopiretur, bonæ memoriæ Andream tit. S. Susannæ primo, & deinde ipso hujusmodi negotium: profectum filium nostrum Bernardum tit. Sancti Cyriaci in iberis presbytero Cardinales, & venerabilem fratrem nostrum Armandum archiepiscopum Aquensem diversis vicibus & temporibus tractatores & reformatores pacis inter Reges eosdem ad regna & terras eorum de fratrum nostrorum consilio duximus destinandos: dictumque Bernardum non valens hujusmodi discordiam totaliter amputare, sufferentias inter ipsos Reges, usque ad certum temporis jam elapsi spatium duraturas, cum multis laboribus procuravit.

XXXIV. Qui antea missi fuerint.

* profectum

Et quia, sicut displicenter audivimus & displicentius referre cogimur, post lapsum sufferentiarum hujusmodi dictorum Regum animi, quos sperabamus promptos ad pacem & concordiam invenire, adeo procurante, favore discordiæ durius sunt commoti, quod eorum molimina congregantes, ad hostiles congressus tam maritimos quam terrestres, ac periculosos insultus etiam processerunt, & ad graviora, mala, damna, & pericula altrinsecus inferenda videntur continue se parare, que formidantur majora discrimina productura; nos more pastoris vigilantes, sicut ex debito pastoralis officii nostris humeris incumbit, & non debemus

XXXV.

Gesta varia prælia.

mus nec expedit ab inceptis desistere (praesertim propter animarum pericula exinde proventura, quae potius sunt defendenda) nec cessare propter graviores commotionem praedictam, quin circa ista officii nostri debitum exequamur. Et infra.

Discretionis tuae per apostolica scripta de fratrum eorum consilio committimus & mandamus, quatenus prudenter attento, quod ad negotium tam insigne, tanque praemissis attentis periculis, insidens cordi nostro, te confidenter duximus eligendum, ad regna, partes & terras praedictas, de quibus expedire videris, te personaliter conferens, Reges nec non valitiores, auxiliares, sequaces, adhaerentes, periculis & discriminiibus, & scandalis atque damnis, quae ex guerris & dissensionibus sunt solita provenire recitatis, eosdem ad pacem & concordiam juxta datam tibi ex alto prudentiam sollicitis monitis & efficacibus persuasionibus auctoritate apostolica inducas & horteris, ut faciente pacis Authore per ministerium tuum, juxta desiderium nostrum inter Reges ipsos & adhaerentes eosdem cesset discordia, regnetque concordia, quies veniat, pax resurgat ad Dei honorem & gloriam, animarum profectum, robur fidei, & exaltationem populi Christiani, &c. Dat. Avin. 11. id. maii anno 11. Legatum porro plurima ad munus obeundum auctoritate instruxit (a) ad coitiones dissolvendas (b), ad indicia promulgandas (c), ad discordiam incitantes censuris reprimendos (d).

Et quidem Jacobus Balearis, impar viribus, ac maxima ditionis parte exutus, ad pacem ex juris & legum aequitate constituendam paratus erat (e). At Petrus Aragonum Rex secundis elatus successibus ad evertendum Balearum aspirabat, & circumferebat per Ruscionis comitatum signa victorica, ut refert Surita (f); cum Cardinalis Ebreundenis ipsum de pace scienda cum Baleari, sed irrito conatu, convenit. Elna enim, de in Colliberis in Aragoniorum potestatem concessere, demum Perpiniensi obsesso Baleari Rege, legatus Cardinalis, cum victor bello absistere, victusque se subiicere respueret, irritum conatu abscessit. Compulsus est Jacobus Rex in graves angustias, Petro de Exerica principe fermum interprete: & ostentata clementiae spe delinitus, salute tantum & libertate, ut nec laxiore vel angustiore carcere includeretur, pactis, dedito Petro Regi Perpiniensi, se suaque illi permisit, concepta falsa expectatione, ereptum armorum vi regnum Aragonii liberalitate & clementia restitutum iri. Sed inanes tantum illi voces datae erant; venientem enim, precantemque clementiam regiam Petrus Aragonius simulata humanitate, excepit: quem etiam Pontifex ad mansuetudinem in victum, qui se illius po-

(a) To. 3. ep. fecr. 49. & an. 2. l. 5. pag. 6. an. 5. ad 26. & pag. 10. n. 30. & 31. (b) Eod. l. 5. pag. 6. n. 1. (c) Ead. pag. n. 2. (d) Ibid. (e) To. 3. ep. fecr. 48. XXXVI. Aragonius inexcusablem se praebet. (f) Surit. l. 7. c. 76. Depulsus Balearis venia spe se Petro dedit.

testati commiserat, explicandam hisce literis est adhortatus (g).

Petro Regi Aragonum illustri. Sicut iustitiae debitum exigit debita correctionis antidotum adhibere perveris, sic misericordia suggerit conuersis & humilibus gratiam non negare. Gloriosa quidem illa merito reputatur in principe victoria, quam clementia, qua juxta sapientis eloquium thronus firmatur regius, comitatur. Haec autem, fili charissime, pro tanto praemittimus, quia sicut audivimus & fama celebris attestatur, Rex ille summus & aeternus, qui solus est potens, & in cuius ditione cuncta sunt posita, sic in suis benedictionibus te praeventit, quod quaecumque adversus charissimum in Christo filium nostrum Jacobum Majoricarum Regem illustrem tibi, ut asserbatur, rebellem & inobedientem concepsisti facere, quasi successerunt pro voto, ut tandem regno Majoricarum & majori parte terrarum Regis ejusdem viribus tuae potentiae subjugatis, Rex idem, certis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Cberica sibi promissis, ut fertur ad praesentiam tuam regiam veniens, humiliter & devote terram illam in posse tuo posuit, misericordiam implorando; adeo quod aliud circa negotium hujusmodi restare non videtur, nisi mansuetudo misericordiae & clementiae regalis erga Regem ipsum miserabiliter sic prostratum. Ad quam, nempe clementiam, exercendam exuberanter & liberaliter in hac parte non solum compassio nis affectus, quem casus tanti principis, sicque tibi conjuncti nexu propinquo sanguinis & affinitatis, indicit, ac honoris tui regii stimulus, nec non recolenda clarae memoriae progenitorum tuorum gesta magnifica debent magnificentiam regiam inducere, sed tuam non parum brutorum exempla mouere: nam de Leone rege animalium legitur, quod pecori humiliato & prostrato miseretur & parcat, &c. Dat. Avin. 14. id. augusti anno 11. Ingeminauit eandem preces nonis novembris Pontifex (h).

Sprevit clementiae laudem Petrus Rex Aragonum proferendi imperii cupidine: ac licet Jacobum Regem ad meliorum spem blandis verbis atque inani mansuetudinis ostentatione erexisset, liberam tamen reliqua illius ditionis ex voluntaria deditioe possessionem nactus, ad privatam fortunam miserum Regem redigere decrevit (i), illumque iussit Balearici regni, quod Aragoniae conjunxerat, insignia abicere, attributo ad sustentandam vitam tenui annuo vectigali. Expavit ad ejusmodi sententiam Balearis, leges multis verbis implorans, abscedentemque a Rege bellum redintegrare statuit, nonnullaque loca occupavit: sed mox in Gallias eiectus est: ac de Baleari Rege haec-

(g) To. 3. ep. fecr. 207. xxxvii. Aragonius a Pont. ad clementiam sollicitatus.

(h) To. 3. ep. fecr. 393. xxxviii.

(i) Marian. sup. cap. Surit. l. 7. c. 81. Balearum ad privatam fortunam redigit.

Ceterum de Aragonio non praeterendum, ipsum contraxisse (a) ob non illarum censum anathema, quo demum ubi nomen dissolvit, liberatus est. Utque similia conjungamus; impositam addimus provinciam Raimundo Pelegrino (b), ut denarium S. Petri, in Anglia, Scotia, Wallia, & Hibernia, Gnesnensi archiepiscopo (c) in Caminensi & Lubicensi civitatibus, Arnaldo canonico Titulensi (d), in Polonia circumiectisque provinciis colligerent: Cum, inquit (e), census annuus qui denarius S. Petri vulgariter nuncupatur, in regno Poloniae, partibusque circumvicinis nobis & Romanae ecclesiae debeatur.

Accessit aliorum principum sedis Apostolicae vectigalium numero hoc anno Ludovicus insularum Fortunatarum princeps, ad illius dignitatis apicem ex comite Claromontano evectus, cum insulas ad Christi cultum adducturum, superstitio nemque Mahumeticam, quam nonnullos tantum infecisse videbitur inferius, se aboliturum polliceretur, eaque de causa ad sedem Apostolicam accessisset; de quo Pontifex ad Petrum Regem Aragonum haec scripsit (f): Eundem Ludovicum praedictarum insularum principem cum concessione temporalis proprietatis & dominii earundem sibi pro se suisque heredibus & successoribus facta, sub certis modis, formis, & conditionibus constitimus & deputavimus; eumque insignis dignitatis principatus duximus decorandum, &c. Dat. Avin. 11. id. decembris anno 11. Conceptum est hac de re diploma apostolicum, cujus exemplum infra scriptum est. (g)

Clemens, &c. dilecto filio nobili viro Ludovico de Hispania principi Fortunae. Sicut exhibitae nobis tuae petitionis series continebat, in mari oceano inter meridiem & occidentem sunt quaedam insulae, quarum aliqua habitatae, aliqua vero inhabitatae fore noscuntur, quae in communi nominantur insulae Fortunatae, quamquam earum qualibet proprio vocabulo, ut sequitur inferius, sint distinctae: quarum aliqua insulae eidem adjacent: quaedam vero alia est in mari mediterraneo situata. Quarum omnium prima Canaria, alia Ningaria, tertia Pluviaria, quarta Capraria, quinta Junonia, sexta Embronea, septima Atlantica, octava Hesperidum, nona Cernent, decima Gorgones, & illa quae est in mari mediterraneo Gileta vulgariter nuncupantur: omnesque praedictae insulae sunt a Christi fide & Christianorum dominio alienae: ex quo tu pro exaltatione fidei ad honorem nominis Christiani desideras in hujusmodi acquisitione omnium praedictarum insularum exponere te & tua; dum tamen a nobis in eisdem titulus & auctoritas, pro quibus nobis humiliter supplicasti, tibi tuisque heredibus & successoribus tam masculis quam feminis concedatur.

(f) Ibid. ep. fecr. 540.

(g) An. 3. l. 4. ep. cur. 9.

Pontificium hac de re diploma.

Nos igitur pium & laudabile propositum quod te in his habere asseris, plurimum in Domino commendantes, & cupientes, ut in eisdem insulis orthodoxa fides propagetur & vigeat, cultusque divinus tibi observetur, & quod per tuum ministerium Christianitatis termini dilatentur; tuis supplicationibus inclinati, ad honorem Dei tuaeque salutis & status augmentum omnes praedictas insulas & earum quamlibet, dummodo in eis non sit alicui Christiano specialiter jus quaesitum, in omnibus juribus & pertinentiis suis, ac merum & mistum imperium & jurisdictionem omnimodam temporalem in eisdem auctoritate apostolica, ac nomine nostro & successorum nostrorum Romanorum Pontificum & ipsius ecclesiae Romanae, tibi & heredibus tuis, & successoribus catholicis ac legitimis, & in devotione ipsius Romanae ecclesiae persistentibus, tam masculis quam feminis in feudum perpetuum de fratrum nostrorum consilio & assensu, ac apostolica plenitudine potestatis sub modo, forma, tenore, conditionibus, & conventionibus contentis praesentibus, concedimus & donamus; teque praedicto feudo per sceptrum aureum praesentialiter investimus; dantes nihilominus tibi, heredibus, & successoribus supra dictis plenam & liberam potestatem, eisdem insulas, absque tamen juris alterius praedictis, ut praemittitur, acquirendi ac perpetuo possidendi, monetam seu monetas fabricandi, & alia jura regalia, salva superioritate Romani Pontificis in eisdem insulis, exercendi, ac licentiam in eis, & earum qualibet ecclesias & monasteria construendi, eisque dotes congruas assignandi, jus patronatus tibi & heredibus ac successoribus tuis, prout instituta concedunt canonica, reservanda.

Postquam vero in eisdem insulis, Deo concedente, per te vel heredes aut successores tuos praedictos ecclesiae ac monasteria constructa seu fundata fuerint, & in eisdem de prelatiis & personis ecclesiasticis secularibus seu regularibus canonice ordinatum exiterit, prelati & personae ac ecclesiae, sive cathedrales sive collegiatae, seculares aut regulares, & monasteria, supradicta cum locis & bonis suis in electionibus, provisionibus, & omnibus aliis plena liberalitate gaudebunt: quam libertatem tu & heredes iidem & successores semper mantenebitis & conservabitis, & manteneri & conservari facietis ab omnibus subditis vestris: dictaque ecclesiae & monasteria ac personae utentur libere omnibus bonis & juribus eorumdem.

Et ut per concessionem nostram hujusmodi potioris dignitatis titulo reddaris insignis, te auctoritate praedicta de ipsorum fratrum consilio & assensu dictarum insularum, quas de cetero fore decernimus principatum, ipsumque Fortunae nuncupari prin-

Ut traditum illi fuerit de Clem. manu sceptrum aureum.

Concedendum eisdem insulis, exercendi, ac licentiam in eis, & earum qualibet ecclesias & monasteria construendi, eisque dotes congruas assignandi, jus patronatus tibi & heredibus ac successoribus tuis, prout instituta concedunt canonica, reservanda.

XI.

XLI.

Imposita Ludovico corona aurea.

cipem constituimus, coronam auream in signum adeptæ dignitatis dicti principatus tuque honoris augmentum tuo capiti nostris manibus imponendo; volentes ut tu & illorum quilibet, qui tum erit in eodem principatu heres, atque successor princeps Fortunæ debeatis de cætero nominari, ita quod tu nobis per te, & iidem heredes & successores tui in dicto principatu nobis, ac tu & ipsi singulis successoribus nostris Romanis Pontificibus per vos vel procuratores vestros ad hoc legitime constitutos recognitionem & homagium ligium facere, & plenum vassallagium & fidelitatis iuramentum præstare tenebimini iuxta formam inferius annotatam. Cæterum si forte deficientibus masculis contigerit foeminam inuictam in dicto principatu succedere, illa maritabitur viro catholico & ecclesiæ Romanæ devoto; Romani tamen Pontificis prius super hoc consilio requisito.

XLII. Imperatus census quadringentorum aureorum.

Et insuper tam tu, quam heredum quilibet & successorum tuorum in dicto principatu & pro ipso censum quadringentorum florenorum boni & puri auri, ac conii & ponderis Florentini, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipsi Romano Pontifici, qui erit pro tempore, & ecclesiæ Romanæ vel ipsi ecclesiæ, ubi ipsa fuerit, sede vacante, recipienti pro futuro Pontifice, & pro portione collegium ipsius ecclesiæ contingente in festo beatorum Petri & Pauli annis singulis integraliter persolvetis: ad quem censum, ut præmittitur, persolvendum tam tu, quam quilibet heredum & successorum tuorum in dicto principatu tenebimini & sitis astricti. Si vero tu vel quicumque heredum seu successorum tuorum in dicto principatu statuto termino non solveritis integre, ut præmittitur, censum ipsum, & expectati per quatuor menses, terminum ipsum primum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfeceritis, eo ipso eritis excommunicationis vinculo innodati. Quod si in secundo termino infra subsequentes quatuor alios menses eundem censum sine diminutione qualibet non persolveritis, totus principatus prædictus erit ecclesiastico suppositus interdicto. Si vero nec in tertio termino, & infra alios quatuor menses primos per plenam satisfactionem ejusdem censu tu & heredes vel successores tui vobis duxeritis consulendum, ita quod transactis eodem tertio termino & subsequenti mensibus non sit de hujusmodi censu primi termini ipsi ecclesiæ satisfactum, ab eodem principatu ipso jure cadatis ex toto, & principatus ipse ad Romanam ecclesiam ejusque dispositionem integre & libere revertatur; nihilominus pro singulis quadringentis florenis singulorum terminorum, si simili modo in eorum solutione cessaveritis, vel illam non solveritis, tu & quilibet heredum & successorum tuorum in dicto principatu poenas similes incurratis,

salvo aliis poenis, processibus, & sententiis, que vel qui de jure inferri vel haberi seu proferri poterunt per Romanum Pontificem, vel sedem Apostolicam specialiter in hoc casu: sed ad censum ipsum solvendum eidem ecclesiæ tunc & non ante teneamini cum effectu, cum tui vel heredes aut successores tui in dicto principatu, ejusdem principatus vel majorem partem ipsius fueritis possessionem adepti. Nostræ nihilominus intentionis existit quod Rom. ecclesiæ occasione concessionis hujusmodi ad impendendum tibi, vel eisdem heredibus aut successoribus aliquod subsidium in acquisitione seu retentione dicti principatus ex debito nullatenus astringatur.

Comparandi retinendive illius principatus onere liberat se ecclesiæ.

Et quia in quibusdam articulis seu capitulis supradictis expressus continetur, quod in certis casibus tu, & tui in eodem principatu heredes & successores excommunicationis sententiam incurratis, & dictus principatus sit ecclesiastico suppositus interdicto; quodque tam tu, quam heredes & successores ipsi cadatis a principatu, seu sitis ipso principatu privati, nos ex nunc hujusmodi sententias, videlicet excommunicationis in te ac eosdem heredes & successores, interdicti in eadem principatum, & privationis principatus ejusdem, si tua vel ipsorum culpa hujusmodi casus emergerit, de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica promulgamus. Forma vero recognitionis, homagii ligii, vassallagii, & iuramenti fidelitatis, quam præstari & fieri volumus a te, & heredibus & successoribus tuis in eodem principatu iuxta tenorem, formam, & conditionem præsentis concessionis verbis competenter mutandis, talis est: Ego Ludovicus de Hispania princeps Fortunæ fateor & recognosco, &c. Repetetur inferius in Ludovici literis hujus sacramenti formula ad eas usque voces, competitura in eo. Tum subiicit Clemens.

XLIII.

Præscripta Ludovico sacramenti formula.

Similem autem recognitionem, vassallagium, homagium ligium, & iuramentum renovabis, facies & præstabis unicuique Romano Pontifici, & dictæ ecclesiæ infra biennium a die, quo in Romanum Pontificem electus fuerit, computandum: & similia præstabit & faciet, & similiter renovabit, & facere, præstare, & renovare tenebitur unusquisque heredum & successorum tuorum in dicto principatu nobis infra biennium, ex quo ipse heres tuus in hujusmodi principatu fuerit, & unicuique alii Romano Pontifici, qui erit pro tempore, & ipsi Romanæ ecclesiæ secundum præscriptam formam, nomen Romani Pontificis, qui tunc erit, & suum proprium exprimendo. Sed postquam tu per te nobis hujusmodi recognitionem, homagium, & vassallagium feceris, ac fidelitatis iuramentum præstiteris secundum formam prædictam, heredes & successores tui in dicto principatu nobis, itaque & ipsi successoribus nostris

XLIV.

Repetenti a successoribus.

stris Romanis Pontificibus illa facere vel præstare personaliter non astringamini, dummodo infra dictum biennium secundum eandem formam per idoneum vel idoneos subditum vel subditos, ad hoc plenum mandatum habentes, recognitionem, homagium, vassallagium feceritis ac iuramentum præstiteritis supradicta. Et si plus placuerit Romano Pontifici vel Romanæ ecclesiæ, recognitionem, homagium, vassallagium, & iuramentum prædicta facietis atque præstabitis tu, & heredes vel successores tui prædicti nomine summi Pontificis & Romanæ ecclesiæ illi vel illis, quem vel quos ad hoc specialiter ipse Romanus Pontifex vel sedes eadem deputabit: quancumque vero tu vel heredes tui in dicto principatu prædictum recognitionem, obligationem, homagium, vassallagium, ac fidelitatis iuramentum facietis atque præstabitis per vos vel alium seu alios, ut superius continetur, dabitis infra mensem post Romano Pontifici & eidem ecclesiæ patentes literas vestro sigillo sigillatas, in quibus fatebimini & recognoscetis expresse dictum principatum a nobis & Romana ecclesiâ recepisse in feudum sub conditionibus, conventionibus, modo, & forma, ac tenore que præsentibus nostris literis continetur.

Præterea tu vel heredes aut successores tui prædicti nullam confederationem seu pactationem, societatem aut ligam scienter contra Romanam ecclesiam facietis: & si eam forte feceritis ignoranter, teneamini ad mandatum Romani Pontificis seu Romanæ ecclesiæ penitus revocare. Omnium autem prædictorum, præsentibus literis nostris contentorum, declaratio & interpretatio, quoties opus fuerit faciendæ, ad Romanum Pontificem seu Romanam ecclesiam pertinebit, quoties super his, vel eorum aliquo, vel aliquibus ambiguitatis aliquid vel dubii oriri contingerit, cujus Romani Pontificis vel Romanæ ecclesiæ interpretatio & declaratio stabitur verbo seu literis, prout ipsi Romano Pontifici vel ecclesiæ placuerit faciendis. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. xvii. kal. decembris anno 1111. Meminit de creato Ludovico Fortunatarum insularum principe Wallinghamus, (a) qui in eo erat, dum eas insulas in mediterraneo mari collocat, cum in Atlantico sitæ (b) sint, atque Africæ obiaceant: Hoc, inquit, anno Papa Clemens in consistorio publico dominum Ludovicum de Hispania creavit principem insularum Fortunatarum, qui tunc fuit unus. Creatus Lud. princeps a Clem. VI. in senatu sacro. Athlantico.

(a) Val. sing. in Eduard. III. (b) Ornel. in voce fortunata.

baros ad Christum traduxere, quo nulla propemodum superstitione erant imbuti. Ita pandi iter ad Indos paulatim cœperunt, eaque sulcata maria a Lusitanis, ut ad extremas meridiei & orientis oras evangelium propagaretur.

Professus est Ludovicus solemniter eorum insularum principatus jure beneficiario autoritateque sedis Apostolicæ se accepisse, ejusque vestigium futurum: cujus sacramenti ab eo nuncupati formula his verbis concepta in ejusdem principis publicis literis (c) comprehensa est.

XLV. Fit ecclesiæ vestigialis.

Sanctissimo in Christo patri, & clementissimo domino suo domino Clementi, divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici Ludovicus de Hispania princeps Fortunæ obedientiam & reverentiam debitam & devotam, ac pedum oscula beatorum.

(c) Ext. in arce S. Angel. & inter col. lect. Plat. 10.3. p. 6. & in MS. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12.

Ut recognitionis & homagii ligii, ac vassallagii, que nuper fecisse, ac iuramenti, quod vobis, pater sanctissime, nomine vestro & successorum vestrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium ac Romanæ ecclesiæ in concessione infra scriptarum insularum & pro eis (quas ex tunc in antea principatum fore, ipsumque Fortunæ nuncupatum auctoritate apostolica decrevistis) per vos nomine vestro ac successorum vestrorum & ecclesiæ prædictorum mihi & successoribus meis facta præstitisse, ac obligationis, qua me & heredes ac successores meos in dicto principatu de servando contenta in literis apostolicis, super hujusmodi concessione confectis obligasset me fateor, certitudo plenaria & indubitata in posterum habeatur eorundem recognitionis & homagii, ac vassallagii & iuramenti, ac obligationis formam de verbo ad verbum præsentibus inseri feci, que talis est.

in MS. sign. lit. D. n. 1. p. 90. Iplius de ea re l. 1. tera.

Ego Ludovicus de Hispania princeps Fortunæ fateor & recognosco, me infra scriptas insulas, videlicet Canariam, Ringariam, Pluviam, Caprariam, Janoniam, Embroeam, Ablantiam, Hesperidum, Gergonidem, & Galeram cum omnibus juribus & pertinentiis, a vobis domino meo domino Clemente, divina providentia Papa VI. nomine vestro & successorum vestrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium & Romanæ ecclesiæ mihi meisque heredibus & successoribus catholicis atque legitimis, & in devotione ipsius Romanæ ecclesiæ existentibus, tam masculis quam foeminis in feudum perpetuum fuisse concessas; ipsasque me recepisse & tenere sub annuo censu quadringentorum florenorum boni & puri auri ac ponderis Florentini, vobis domino meo domino Clementi divina providentia Papa VI. vestrisque successoribus ac Romanæ ecclesiæ annis singulis in festo beatorum Apostolorum Petri & Pauli persolvendo. Pro quibus insulis faciens plenum vassallagium vobis

XLVI. Chentelaris sponsonis formula.

vestrisque successoribus canonicis intrantibus ac sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ prædictæ, ab hac hora in antea fidei & obediens ero beato Petro & vobis domino meo domino Clementi Papæ VI. vestrisque successoribus canonicis intrantibus ac sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ. Non ero in consilio, auxilio, aut consensu, vel facto ut vitam perdat aut membrum, vel capiamini mala captione. Consilium quod mihi mandatum estis per vos vel nuntios vestros, sive per literas, ad vestrum damnum scienter nemini pandam; & si scivero fieri vel procurari sive tractari aliquid, quod sit in vestrum damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possem, illud vobis significare curabo.

XLVII. Papatam Romanam & regalia S. Petri, tam in prædictis insulis quam etiam alibi existentia, adiutor vobis ero ad retinendum & defendendum, ac recuperandum & recuperata manutenuendum contra omnem hominem. Insuper modum, formam, seu conditiones, & omnia & singula, que continentur in literis apostolicis super hujusmodi concessione confectis, plenarie adimplebo & inviolabiliter observabo, nec ullo unquam tempore veniam contra ea. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei evangelia. Me obligo & prædictos heredes, successores meos ac principatum prædictum, jura & bona nobis competentia, & competitura in eo. In quorum omnium testimonium perpetuamque memoriam præsentis literas exinde fieri jussi, & sigilli mei, tam meum quam ejusdem principatus nomina continentis, appensione muniti. Actum Avin. in palatio apostolico anno a nativitate Domini MCCCXLIV. indictione XII. die XXXVIII. mensis novembris, sanctissimi pontificatus vestri anno III.

Ludovici clarum genus. (a) To. 3. ep. fecr. 599. (b) Ep. 602. (c) Ep. 603. (d) Ep. 641. (e) Ep. 542. (f) Ep. 543. Rogati principes ad eum subsidiis intrucundum. (g) Ep. 601. (h) Ep. 604. (i) An. 3. l. 3. ut. d. r. v. f. form. ep. 296.

per nos sub certa forma concessus, pro exaltatione fidei Christianæ cum nonnullis Christi fidelibus, tecum illuc ad catholicæ fidei ac tui honoris augmentum propterea proficisci volentibus, te transferre desideres, & in earum acquisitione exponere te & tua, &c. Dat. Avin. id. januarii anno III. Dum se ad id bellum Ludovicus accingebat, Cressiaca pugna ab Anglis delecti sunt Franci, de qua dicitur suo loco: atque ita ingentium auxiliorum e Gallis eliciendorum spes evanuit: qua de re hæc in M. S. (k) bibliothecæ Vaticanæ traduntur in Clemente VI. Hic dominum Lovysium de Hispania fecerat atque coronaverat de regno insularum Fortunatarum: sed posse nunquam habuit, dum vixit.

Quid vero Hispani Reges ad præbendam Ludovico opem sollicitati responderint, ex eorum literis sequenti anno exaratis audiamus: & in primis Alfonsi Lusitani Regis producendæ visæ sunt (l), quibus post collaudatum Clementis fidei proferendæ eximium inter infideles studium ait Fortunatas insulas primum a Lusitanis repertas: agitam a se jamdiu ad eas subiiciendas Lusitanico imperio expeditionem, sed Castellano & Saraceno bello distractum: e Lusitania veluti regno Christiano proximo in eas insulas invehendum videri, atque adeo ipsum ab Apostolica sede ad comparandas armis eandem insulas invitari debuisset, vel moneri, antequam Ludovicus princeps crearetur: verum fidei propagandæ studio, atque ad Ludovici sibi consanguinitate conjuncti gratiam naves, milites, arma, commeatus justo pretio ac stipendio præbiturum.

Sanctissimo patri ac domino domino Clementi, divina providentia sacrosanctæ & universalis ecclesiæ summo Pontifici, humilis & devotus filius vester Alfonsus Rex Portugalliæ & Algarbii cum reverentia debita & devota pedum oscula beatorum.

Ille, qui summo angulari lapide suam sanctam fundavit ecclesiam, sic eam voluit per successores suos in posterum gubernari, quod recta per omnia in pondere, numero, & mensura assidue salubrioribus proficeret incrementis, ut augmento fidelium quotidie dilatata, enervata paganorum perfidia, per totum vigeat fides Christi. Et vos quidem dignissimus successor dominicus, cui omnimoda cura est Christianæ regis & sollicitudo commissa, non solum eum custodire a luporum moribus, verum etiam ampliare curatis: quod in literis a vestra sanctitate directis suscepimus, dum ad extirpandos infidelitatis palmites infelices, qui totam terram insularum Fortunæ inutiliter occupant, & plantandum vineam Dei dilectam, dominum Ludovicum consanguineum nostrum principem elegistis. Ad quas quis-

(k) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. in Clem. VI.

(l) Ext. apud Clem. to. 3. post ep. fecr. 545. Quæritur Rex Lusitanus, non nihil juri suo detractum.

XLVIII. Alfons. Lusit. Regis ad Pont. literæ.

quidem literas rescribentes, prout nobis visum extitit, per ordinem cum reverentia respondemus, quod prædictarum insularum fuerunt prius nostris regnicolæ inventores. Nos vero attendentes, quod prædictæ insulæ nobis plus quam alicui principi propinquiores existant, quodque per nos possent commodius subjugari, ad hoc oculos direximus nostræ mentis, & cogitatum nostrum jam ad effectum perducere cupientes, gentes nostras & naves aliquas illuc misimus, ad illius patriæ conditionem explorandum: quæ ad dictas insulas accedentes, tam homines quam animalia & res alias per violentiam occuparunt, & ad nostra regna cum ingenti gaudio apportarunt. Verum cum ad præfatas insulas expugnandas armatam nostram mittere curarem cum militum & pedum multitudinem copiosam, guerra primo inter nos & Regem Castellæ, deinde inter nos & Regem Saracenos suborta nostrum propositum impediit. Quæ omnia tamquam notoria sanctitatem vestram latere minime dubitamus: quæ insuper ambasciatores nostri, quos nuper vestra destinavimus sanctitati, attendentes, sicut ex literali relatione prædicti domini Ludovici percepimus, de provisione & assignatione dictarum insularum facta per vos eidem domino Ludovico existimaverunt nos fore, & non immerito, aggravatos: & hoc vestris auribus intimarunt, considerantes quod tam propter vicinitatem quæ nobis est cum insulis sæpèdictis, quam propter commoditatem & opportunitatem, quam habemus præ cæteris insulas ipsas expugnandi; ac etiam propter negotium, quod jam per nos & gentes nostras feliciter fuerat inchoatum, ad ipsum laudabiliter finiendum debuissimus per sanctitatem vestram, priusquam aliquis invitari, vel saltem id rationabiliter debuisset nobis vestra sanctitas intimare.

Lusitanos Fortunatarum primos inventores ait.

Ab earum expugnatione variis distractum bellis fuisse.

Videri earum imperium transferri in alium non debuisse.

Cedit juri honoris in sedem Apost. ergo.

* assistente

XLIX.

quidem literas rescribentes, prout nobis visum extitit, per ordinem cum reverentia respondemus, quod prædictarum insularum fuerunt prius nostris regnicolæ inventores.

Nos vero attendentes, quod prædictæ insulæ nobis plus quam alicui principi propinquiores existant, quodque per nos possent commodius subjugari, ad hoc oculos direximus nostræ mentis, & cogitatum nostrum jam ad effectum perducere cupientes, gentes nostras & naves aliquas illuc misimus, ad illius patriæ conditionem explorandum: quæ ad dictas insulas accedentes, tam homines quam animalia & res alias per violentiam occuparunt, & ad nostra regna cum ingenti gaudio apportarunt. Verum cum ad præfatas insulas expugnandas armatam nostram mittere curarem cum militum & pedum multitudinem copiosam, guerra primo inter nos & Regem Castellæ, deinde inter nos & Regem Saracenos suborta nostrum propositum impediit. Quæ omnia tamquam notoria sanctitatem vestram latere minime dubitamus: quæ insuper ambasciatores nostri, quos nuper vestra destinavimus sanctitati, attendentes, sicut ex literali relatione prædicti domini Ludovici percepimus, de provisione & assignatione dictarum insularum facta per vos eidem domino Ludovico existimaverunt nos fore, & non immerito, aggravatos: & hoc vestris auribus intimarunt, considerantes quod tam propter vicinitatem quæ nobis est cum insulis sæpèdictis, quam propter commoditatem & opportunitatem, quam habemus præ cæteris insulas ipsas expugnandi; ac etiam propter negotium, quod jam per nos & gentes nostras feliciter fuerat inchoatum, ad ipsum laudabiliter finiendum debuissimus per sanctitatem vestram, priusquam aliquis invitari, vel saltem id rationabiliter debuisset nobis vestra sanctitas intimare.

Nos vero, non obstantibus supradictis, prædecessorum nostrorum sequi vestigia cupientes, qui semper caraverunt mandatis apostolicis obedire, vestra voluntati & dispositioni prædictis ob reverentiam vestram & apostolicæ sanctitatis voluntatem nostram omnimodo conformamus, & maxime quia nobilem & providum virum dominum Ludovicum consanguineum nostrum ipsarum insularum principem elegistis, qui divina sibi gratia* existente, ac clementia vestra & sedis Apostolicæ eidem adjutrices manus pro tanto & tam pio negotio porrigente, circa cultum vineæ domini sabaoth, videlicet ecclesiæ sanctæ Dei taliter se exhibebit operarium & cultorem, quod per ejus ministerium Christianitatis decor & gloria augmentari valeat in futurum.

Super eo autem, de quo pietas vestra nos rogat, & attentius in domino exhortatur, videlicet quod pro divina & Apostolicæ sedis reverentia, ejusdemque zelo fidei ipsam principem & negotium supradictum.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

recomendata habere velimus, & ipsis, quantum commode possemus, impertiremur auxilium & favorem; saltem quod dictus princeps possit de regnis & terris nostris navigia, gentes armorum, victualia, & alia pro prædictis necessaria habere ac extrahere libere, suis tamen stipendiis & justis pretiis pro negotio supradicto; vestram benignam clementiam certam reddere affectamus, quod tam principem, quam negotium recommendatum habemus intuitu præmissorum, & eidem, si commode possemus, impertiremur auxilium & favorem, &c. (Excusat exhaustum continuus in Saracenos bellis ærarium: cumque sibi regie opes non sufficiant, oratorum opera a Clemente decimas ecclesiasticorum vectigalium expetisse: non posse pariter naves militæve Ludovico submittere, cum majoribus etiam viribus ad edomandos finitimos Saracenos egeat, commeatus vero & alia necessaria, quantum regni facultas tulerit, lubenter suppeditaturum). Sanctitatem vestram conservet Altissimus per tempora longiora. Dat. in castro montis majoris uovi XII. die mensis februarii.

Hactenus Alfonsus Lusitanie Rex ad Clementem: cui etiam officii plenas literas (a) paulo post misit Alfonsus Rex Castellæ, in quibus alia ratione exposuimus, Fortunatarum insularum expugnationem ad se spectasse; egit tamen ob Ludovicum Castellane stirpis principem creatum Pontifici gratias, seque ad ejus imperia pronum futurum spondit.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Clementi, digna Dei providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici, ejus devotus filius Alfonsus Dei gratia Castellæ, Legionis, Toleti, Gallicie, Sibillicæ, Cordubæ, Murcia, Ciennis, Algarbii, & Algeziræ Rex, ac comitatus Malina dominus, cum filiali recommendatione devota pedum oscula beatorum.

Sanctitatis vestræ literas recepimus, pater sancte, continentes quod charissimum consanguineum nostrum Ludovicum de Hispania, dignitatis principatus insigniis vestri clementia decorantes, sibi pro se suisque heredibus & successoribus Fortunæ ac quasdam alias insulas, in partibus Africæ consistentes, & eidem adjacentes, duxeratis concedendas: ac cum idem princeps instanti optimo tempore aggredi intendat negotium supradictum, nos requirebatis, quod eundem principem & negotium hujusmodi haberemus pro divina & Apostolicæ sedis reverentia ac zelo fidei commendata, & super iis, quantum commode possent, impertiri auxilium & favorem.

Et, pater sanctissime, quanquam nulli dubium existit, quod progenitores nostri claræ memoriæ terram istam de manibus perfidorum ac potentia Regum Africa Deo propositio acquirere, eandem ab eorum per-

L. (a) Ext. eod. to. 3. post. eand. ep. fecr. 545. Disceptatus Castellanus in ead. insulas.

Ipsius ead. de re literæ ad Pont.

Africæ imperium sibi parandum armis contendit.

Observantia in Pont. ergo iuri renuntiat.

LI. Algezira parva de Mauris.

(a) To. 3. ep. secr. 155. Vit. Clem. ant. apud Bosq. Mar. J. 16. c. 11. Sur. 17. c. 71. Vualsing. in Edward. III. & a. lli.

(b) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. in Clem. VI. & Algezira

(c) Mauris. super cap.

Mahomet templum in Christi cultum expiatum. Episcopalis sedes in ea urbe constituta.

(d) Vita Clem. scrip. apud Bosq. Vualsing. in Eduard. III.

fidorum ferocitate & sevis impugnationibus defensasunt, varia personarum pericula & expensarum profluvia in guerris, quibus propterea contra predictos blasphemos insisterunt, continue subeundo ac quod acquisito regni Africa ad nos, nostramque jus regium, nullumque alium dignoscitur pertinere; nihilominus ob vestram & Apostolicæ sedis reverentiam ac vinculum sanguinis, quo dictus princeps nobis adjungitur, grata nobis advenit dictarum insularum concessio sibi facta & ex eo specialiter sanctitatis vestre gratiarum referimus actiones, promptis in his & aliis, que vestri & Apostolicæ sedis beatitudo injunxerit, obedire devote. Sanctitatem vestram conservare dignetur Altissimus per tempora longiora. Dat. Alcalæ de Fenares XIII. die martii anno Domini MCCCXLIV. ducto scilicet a Verbo incarnato annorum numero, atque adeo in sequentem incidit: hic vero ob institutam de Canariis insulis narrationem conjunximus.

Algezira Regis nomen in superioribus literis Castellanus Rex veteribus titulis adjecit, cum eam urbem longa plurimorum obsidione firmissimis prædiis & molibus munitam Saracenis Granatensibus eripuisset (a) post multa cum Africanis, qui repentinis incurtionibus subsidio veniebant, initia secunda prælia, in quibus insignie ad Palmaram amnem fuit, quo Mauri a Castellanis cæsi, de quo hæc habet MS. Vaticanum (b): Rex Hispania viribus armorum debellavit Regem Bellamarinæ Saracenum: nec non cepit per obsidionem villam* Gecobyæ super quam fuerat subtentoria Rex Hispania cum suo posse per duos annos vel circa. Deditione Algezirensium leges Hispanicarum rerum scriptor his verbis affert (c): Martii Mensis xxvi. die deditio his conditionibus facta, ut Granatensis, qua ante belli tempus lege Castellæ vectigalis esset: obsessis incoluntas, & cum rebus suis quo vellent discedendi data facultas: inducie decennales cum Mauris Regibus pactæ. Fœdere sancto Mauri in Africam frequentes concesserunt. Castellæ Rex in urbem solemnem supplicatione ingressus vi. kal. aprilis. Proxima luce templo maximo, Mahometanæ superstitionis sordibus expiato, D. Mariæ Palmæ nomen indidit, quod dominicus palmarum dies esset. In eo templo ingenti omnium Christiano peracta sunt; agri militibus dati.

Ad excitandum præclarum de victa in ea urbe Mahometica superstitione trophæum Alfonso petiit a Clemente, ut sedem episcopalem Algezira constitueret. Cujus precibus assensisse Clementem vitæ illius auctor subjectis verbis refert (d): Erexit etiam ad instantiam Regis Castellæ villam Algezira noviter acquisitam, &

de manibus infidelium ereptam in episcopalem ecclesiam, dictam villam civitatem constituendo. Eadem confirmat Valsingamus, atque Hispalensi archiepiscopatu obnoxiam esse justam addit. Rem vero ingenti pompa gestam describit Pontifex in literis ad Alfonso Regem Castellæ datis, (e) se nimirum acceptis laureatis regis literis; solemnes supplicationes, instructo agmine religioso, cum Cardinalibus & præsulibus ad peragendas divino Numini gratias celebrasse; habitaque sacra concione, Algeziram episcopali sede insignivisse. Plurimis etiam egregiis ob ampliatum Christianum imperium Alfonso ornavit: quæ ad commendandam tanti Regis virtutem silentio dissimulanda non videntur.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ illustri.

Resperit rore gaudiorum spiritualium intima cordis nostri, ac ingentis consolationis & lætitiæ materiam Christiano populo ministravit, audita illa gloriosa victoria, quam tibi pridem de celo exercituum Dominus contulit adversus Saracenos perfidos, blasphemos Christi nominis; ac Christianæ fidei crudeles persecutores & hostes. Vox quidem exultationis & laudis in auribus fidelium insonuit, & literarum regiarum nobis missarum series, quas læta manu jucundoque animo recepimus, patefecit qualiter post longam & laboriosam obsidionem, quam contra villam tunc vocatam Algezira, nunc vero civitatem Insulæ viridis, in manu forti & potenti virtute posuisti, & tanquam princeps Christianissimus, potens, & magnanimus, inconcussa & intrepida constantia diutino tempore tenuisti; tandem, tecum divina cooperante virtute, sub manu tuæ potentie, confusi inimicis ipsis fidei & sub jugo tuæ ditionis conclusisti, civitatem eandem, locum utique fortissimum, populosum, & quasi humano ingenio inexpugnabilem obtinens die dominicâ ramispalmarum proximo præterita una cum prælatis, baronibus & aliorum catholicorum virorum multitudine, copiosa, exultanter ad laudem & gloriam divini nominis, exultationem & dilatationem ejusdem fidei catholicæ, tuique non modicum honoris augmentum, civitatem eandem cum triumphali gloria intravisti, & eliminata exinde Saracenicæ fœditatis spurcitia, ecclesias erigi catholicas, & in eis fecisti divina officia celebrari; ut quia in Saracenorum mesquitis colebatur antea ille damnatissimus Mahometus, deinceps in ecclesiis, fidelium domibus orationum effectis, perpetuis futuris temporibus laudetur divina potentia, præclara genitricis Dei Mariæ dominæ nostræ semper virginis & omnium sanctorum habeatur memoria celebris, eorum impleretur devotis intercessionibus patrocinium, & innoletur pro pec-

(e) To. 3. ep. secr. 155.

LII. Gratulatur Pont. Castellano de relato triumpho.

De abolita in ea urbe Mahom. superstitione.

catu populi hostia salutaris. Hæc quidem, fili charissime, gesta proculdubio sunt inclyta, & opera laudabilia, principis catholici & specialis filii sanctæ matris ecclesiæ predicti, qua matrem ipsam reddunt non indignæ de tali & tanto filio letabundam.

Profecto, fili dilectissime, inter ceteros catholicos Reges & principes orbis terra multum habes, unde gratias Altissimo referas, qui te tot prævenit benedictionibus, & donis ditavit misericordis; ex quibus apud eum crescit meritorum cumulus, & apud homines fama tui nominis & honoris celebris per orbem diffunditur, & incrementis felicibus ampliat. Nos itaque, qui tanquam spiritualis pater tibi super bonis tuis congratulamur in Domino, ei qui caribi de sua clementiæ pietate donavit, in humilitate spiritus laborum vitulum exolventes, magnificentiæ tuam regiam rogamus, & in Domino attentius exhortamur, quatenus prædictam & alias gloriosas victorias, quas ipse Rex Regum & dominus dominantium, qui solus est potens, & in cujus ditione cuncta sunt posita, de sua ineffabili clementia tibi dedit, non tuæ vel tuorum humane, sed potius sua divine potentie cum humilibus actionibus gratiarum ascribas; sibi que servare promptis totis viribus non omittas, operando jugiter quægrata & accepta oculis sue majestatis fuerint, & qua ipsum offenderent quomodolibet evitando, ut majora de manu sua merearis accipere; tandemque per ipsam misericordiam, diebus tuis in longævum cum votivis & felicibus protractis successibus, de regno temporali, quod obtines, ad gloriam transas sempiterni.

Porro nos tunc auditis de victoria prædicta rumoribus, referendo gratias Altissimo, processionem generalem in Romana curia cum clero & populo fieri fecimus, ac coram nobis & fratribus nostris, præsertim prælatorum & aliorum fidelium magna multitudine, divina officia verbo De solemniter proposito celebrari: ac subsequenter villam de Algezira prædictam in civitatem, qua vocatur Insula viridis, ut præfertur, & ecclesiam majorem civitatis ejusdem, venerando beata Mariæ semper virginis genitricis Dei & Domini nostri Jesu Christi vocabulo insignitam, in cathedralem, ut cultus divinus agatur ibidem perpetuis temporibus, solemnibus duximus, sicut a nobis pro parte tuæ celsitudinis petiit exiit, erigendas. Dat. Avin. xiv. kal. augusti anno III.

Pepigisse Mauritanie tyrannum cum Castellano & Aragonio Rege inducias ad decennium, ex libello etiam supplicis a Rege Lusitano Pontifici porrecto constat: in eo liquidem Lusitanus exposuit, Maurici belli molem in se unum vergere, cum alii Reges inito decennali fœdere arma

Hortatur cum, ut victoriæ gloriam Deo referat.

Actæ pro ea gratiæ divino Numini a curia Romana.

LIII. Castellano inter & Maurum initæ induciæ.

posuissent, aurumque subsidiarium petiit: cui non defuit Clemens, ut subjunctæ ostendunt literæ sequenti anno ineunte exarata (a).

Clemens, &c. Alfonso Portugalliæ & Algarbii Regi illustri.

Nuper pro parte tua fuit expostum coram nobis, quod treuga inter alios Hispaniarum Reges ex parte una, & Regem de Benamarin hostem crucis & blasphemum nominis Christiani ex altera per decennium sunt initæ; quodque guerra inter te solam & dictum Regem de Benamarin ex pluribus & diversis causis, pro parte tua nobis expressis, pro Dei servitio & exaltatione ecclesiæ sanctæ, nec non fidei Christianæ extitit radicata; propter quam quidem guerram immensas celsitudinem tuam oportet subire sarcinas expensarum: quare pro parte tua nobis extitit humiliter supplicatum, ut ad expensarum hujusmodi supportanda facilius onera providere tibi paternæ benevolentia de speciali gratia dignaremur.

Nos igitur attendentes, quod status pacificus tuus & regnorum Portugalliæ & Algarbii non solum populorum in dictis regnis degentiam, sed etiam ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum ipsorum regnorum incolumitatem respicit, ac in tranquillitate & pacem ipsorum noscitur redundare; sperantes quoque, quod tu, qui velut princeps catholicus & devotus easdem ecclesias & personas ecclesiasticas opportunis favoribus & auxiliis hæcenus confovisti, eas ab oppressionibus & injuriis, aliisque noxiis novitatibus illasas & immunes servare studebis, Deo propitio, in futurum ac volentes propterea pro tua & dictorum regnorum defensione de benignitate sedis Apost. tuis necessitatibus hujusmodi subvenire, & infra, decimam annuum ecclesiasticorum proventuum & reddituum per duos annos, & infra, duximus concedendam, &c. Dat. Avin. xv. id. januarii anno III.

At quamquam Castellæ Rex inducias cum barbaro iniit, non tamen Maurici belli cura solutus erat, cum idem barbarus faciendæ alicujus insignis irruptionis occasione inhiaret; quare ad eum retundendum parabat se Castellanus, atque a Pontifice anno proximo elicit, ut omnes qui ipsum ea sacra expeditione stiparent, criminum veniam promererentur: Tuis, inquit, Clemens (b), supplicationibus inclinati, ut confessor idoneus, quem duxeris eligendum, usque ad decennium ab eo tempore numerandum, quo ad terras Saracenorum inimicorum nominis Christiani faciendæ eis guerram personaliter accedere te continget, te inibi existente & guerram hujusmodi prosequente, omnes Christi fideles ad dictam guerram ex causa devotio-

(a) An. 3. l. 2. p. 2. ep. com. 543.

Lusitanus petitus bello a Mauro.

Data subsidiariæ decumæ.

Parat se in eundem Castellanus.

(b) Ib. ep. 557.

nis euntes, & singulos eorum confessione ipsorum diligenter audita, ab omnibus peccatis, de quibus vere confessi fuerint & contriti in omnibus illis casibus in quibus unus de minoribus penitentiariis nostris possit eos absolovere, si in Romana curia presentes existerent, auctoritate nostra licite possit absolovere, ac eis penitentias injungere salutares, & alia, quæ de jure fuerint injungenda serenitati tue tenore presentium indulgemus. Dat. Avin. vi. kal. februarii anno III.

LIV. Moliuntur a liqui jus ecclesie opprimere in Castella. (a) To. 3. ep. fecr. 154. Munitur Rex a Pont. adversus horum furios.

Transmiserant nonnulli ad Alfonsum Regem Castellæ eorum exemplum, quæ Angliæ Rex adversus auctoritatem pontificiam in conferendis, reservandisve sacerdotiis novarat: quo accepto Clemens, ut Alfonsum ipsum adversus improborum molimina muniret, significavit ei debuisse illos (a) etiam scribere quam acerbe Eduardus a sede Apostolica ob tentata objurgatus fuisset, quæve illi pœnæ, nisi respiceret, infligendæ essent; tum adjecit: Sane, fili dilectissime, si gesta recollenda claræ memoriæ progenitorum tuorum, qui erga Deum & sanctam Romanam ecclesiam fervore fidei & sinceritate devotionis fulgentes, & ipsam ecclesiam honorantes tanquam principes catholici, sicut matrem, ab offensis ipsius abstinere sicut benedictionis filii parvi & devoti studii curaverunt, revolveris; & nihilominus attendis diligenter, quot & quantis benedictionibus tam in obtinendis gloriosis victoriis, quam aliis factis felicibus ob progenitorum ipsorum inherendo vestigiis, & in ejusdem ecclesiæ persistendo gratiis & favoribus, Dominus prævenit sponsum suum; & insuper quod a nostrâ promotionis ad summum apostolatam auspiciis te sicut præcharissimum & singularem filium gessimus & gerere intendimus in visceribus charitatis, libenter ad ea, quæ tue commoditatis incrementa respicerent, paternis affectibus intendentes; pro firmo credimus, quod talia & similia, per quæ Deum & ipsam ecclesiam provocares contra te suadentibus nullatenus tua regalis circumspectio acquiesceret, &c. Hortatur ne se improbis consiliis subornari, atque ad obscurandam in infringenda libertate ecclesiastica nominis sui gloriam adduci patiatur. Dat. Avin. xiv. kal. augusti pontificatus nostri anno III.

(b) Ib. ep. fecr. 110.

Quod porro ad Eduardum attinet; admonitus (b) anno superiori, ut in illos animadverteret, qui Ademari tit. S. Anastasiæ & Geraldii tit. S. Sabinae presbyterorum Cardinalium Aquitanorum procuratores ad colligenda sacerdotiorum, iis pro sustentanda dignitate a Pontifice in Anglia attributorum vestigialia missos vel ceperant, vel pepulerant; non modo non obtemperarat, sed etiam in regni comitiis de contrahenda pontificia auctoritate,

ne sacerdotia Angliæ sine regia voluntate vel conferret exteris, vel quæ ab electorum aut patronorum suffragiis pendebant sedis Apostolicæ liberalitati reservaret, consilium agitarat. Eaque disensione improbi quidam usi, ad eam magis augendam nonnulla contra dignitatem Romanæ ecclesiæ, ad sacerdotiorum conferendorum jus spectantia, jactare ac patrare præsumpserunt. Quibus per motus summus Pontifex gravissimas hæc literas ad Eduardum scripsit (c).

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri.

Nuper magnitudinis tue literas, per dilectum filium Andream de Offorde clericum tuum nobis exhibitas, benigne recepimus, substantialiter inter cetera continentes, quod super provisione ecclesiæ Norwicense de persona venerabilis fratris nostri VVillelmi episcopi tunc electi Norwicensis apostolicæ sedis nuntii, virtute reservationis apostolicæ dictæ ecclesiæ per nos factæ cogitabundus, ut tuis utamur verbis, fuisse plurimum & perplexus, pro eo quia, ut in tuis dictis literis asserebas, dicta provisio & concordia in parlamento tuo generali pro conservatione, ut asseris, juris coronæ tue regia pridem facta, & nobis per tuas & nobilium ac popularium regni tui Angliæ literas intimata, tibi mutuo contradicunt: adiciens nihilominus in eisdem, quod dum nobis complacere, dictoque episcopo tunc electo favere cupiebas, præjudicium ex alio latere tibi imminere abhorrebat tua regia celsitudo; quodque cum quidam prælati & nobiles pro dicti episcopi tunc electi expeditione cum instantia te pulsarent, aliis quasi omnibus dissuadentibus ex adverso, tandem considerans sincerum affectum in missione dicti nuntii ad te missi, & zelum quem habere nos asseris, ad faciendum bonum temperamentum super tua & populari conquestione occasione provisionum & reservationum hujusmodi, ut dicta tua continebant literæ, nobis facta, nec non magnum locum, quem idem episcopus tibi tenet & tenere poterit in futurum; & quod dicta provisio facta erat postquam ipse ad te iter arripuerat veniendi; tam obmittentis reverentiam quam missi merita sibi voluisti gratiam facere specialem, præmissis quibusdam protestationibus pro conservatione, ut asseris, juris tui regii & ordinationis facta in parlamento tuo, ut prædicatur, generali, & quod hoc non tribatur ad consequentiam in futurum, temporalia dicti episcopatus, non sine periculo suo marmure communitatis dicti regni tui eidem episcopo tunc electo gratiosè liberari fecisti, nobis per easdem literas finaliter supplicando, ut a reservationibus & provisionibus episcopatum ejusdem regni tui supersedere velimus, & capitulis ecclesiarum dicti regni electiones libere dimittamus

Novat Anglus adversus Pont. jus.

(c) An. 3. l. 4. ep. cur. 8. & to. 2. ep. fecr. 110. LV.

De reservato Norwicensi episcopatu lis.

Indignatur Anglus illud per reservationem jus a Pont. colatum.

LVI.

Responsum Pontificium.

mus juxta concessionem progenitorum tuorum inde factam, & per sedem Apostolicam, ut asseris, ex certa scientia confirmatam. Sane, fili charissime, dum verba literarum tuarum prædictarum diligenter discutimus, & subsequenter in nostra memoria recensemus illa, quæ tuæ celsitudini super novitatibus contra Deum & sanctam Romanam ecclesiam matrem omnium fidelium & magistrum in regno tuo singulariter attentatis, tam per literas pluries dulciter & charitative scripsimus, ac demum per dictam episcopum Norwicensem, quem velut illum, de quo confidebamus & confidimus, & tui honoris ac commodi semper reperimus zelatorem & promotorem fidem & fervidum, per nos ad tuam presentiam propterea specialiter & fiducialiter destinatum, explicari viva voce fecimus, eandem celsitudinem tam per descriptiones nostras hujusmodi, quam per eundem episcopum paternis & salubribus monitis exhortando, ut super eisdem novitatibus, quas de tua conscientia, cum sis princeps catholicus Deum timens & diligens, processisse minime credebamus, tua regalis curaret providentia tale tamque salubre remedium [antequam per orbem in tua fama divulgarentur dispendum] adhibere, quod eis omnino sublati, talia vel similia deinceps non audirentur in regno attentari nam Christianissimo sic horrenda; eisdem exhortationibus nihilominus subjungentes, quod illis, qui talia ex quibus saluti, statui, fame, ac honoribus non parum detrahatur, suadere niterentur, de cetero assensum non accommodaret quomodolibet; sed eos potius, qui committentes præmissa in excommunicationis vel alias pœnas a canonibus adversus tales inlicitas incidunt, repelleres tanquam tuos detractores & hostes; de tua regali magnificentia quamplurimum admiramur, quod nec per literas tuas nec per eundem episcopum ad nos redeuntem & explicasse tibi pro parte nostra præmissa, quod nos eisdem imposita referentem nihil nobis penitus respondisti; sed multa scripsisti per prædictas tuas literas, quæ in magnum ejusdem ecclesiæ Romanæ, ac potestatis & auctoritatis apostolicæ præjudicium & libertatis læsionem ecclesiasticæ, probè dolore cedere dignoscuntur.

LVII. Reservaciones pontificio sunt arbitrio.

Videntur quidem innuere literæ supra dictæ, quod super reservationibus & provisionibus ecclesiarum in tuis tibi parliamentis licet aliquid ordinare, quodque reservationes & provisiones apostolicæ a tua dependant voluntate. Profecto, dilectissime fili, illa concordia, quam in tuo parlamento habitam tuæ prædictæ describunt literæ, nimis existeret temeraria; & divinis constitutionibus inimica; per quam Apostolica sedis reservationes & provisiones dependere ex tuæ voluntatis arbitrio, atque per ipsas potestatem ejusdem sedis

Apostolicæ, quod profanum est dicere, coartatæ: quamquam nos, qui ecclesiarum omnium, tanquam pastor universalis earum invigilamus commodis, ut non intenderimus nec intendamus reservationibus & provisionibus hujusmodi, nisi quantum utilitatibus & necessitatibus ecclesiarum ipsarum crediderimus expedire. Qualiter autem temporibus prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum circa reservationes & provisiones hujusmodi de multis prælaturis & aliis beneficiis ecclesiasticis dicti regni, super quibus nunquam impedimentum exitiis appositum, res gesta se habuit, magnitudinem tuam latere non credimus; nec a tua memoria excidisse, quod nobis pro reservationibus inibi faciendis aliquibus feceris supplicari neque, fili amantissime, ignorant tui consiliarii pœnas divinas & canonicas, quas statuentes ordinantes, concedentes, & consentientes statui aliquid in præjudicium ecclesiasticæ libertatis incurrerunt.

Uterius autem ad nostram & fratrum nostrorum sanctæ Rom. ecclesiæ Cardinalium audientiam pertulit rumor implacidus nimium & infestus, qui jam per orbem esse asseritur divulgatus, quod in regno tuo prædicto edicta & breviter in derogationem & enervationem prædictæ libertatis ecclesiasticæ, primatus ejusdem Romanæ ecclesiæ, ac auctoritatis & potestatis ipsius sedis Apostolicæ, ad diversas partes missa fuerunt: ut de captione & incarceratione multarum personarum ecclesiasticarum, sacrilega, & impedimentis literarum & gratiarum apostolicarum ibidem appositis taceatur ad præsens. Immo ad tantæ ferocitatis in regno eodem audaciam dicitur devenisse, quod vix aliquis audeat ibidem literas apostolicas præsentare. Et licet prædicta sic enormia vel similia de tua procedere conscientia existimare sit grave, tamen apud Deum & homines tibi multum poterit imputari, si postquam sic divulgata sunt, eis opportunis & salubribus remediis non obstitas; maxime quia sepe, ut præmittitur, more pii patris & benevolentiam per diversas literas, quam per tuos nuntios leniter & charitative tuam magnificentiam exhortandum providimus, sicut nostri. Utinam, fili præcharissime, affectionem quam ad te benevolam intra paternæ viscera gerimus, attenderes, & intra præcordia regia revolveres diligenter, quam graviter ex his, quæ circa præmissa in regno committuntur prædicto, divina majestas offenditur; & ne ipsius iram incurreret, præveniendæ ultionis ejus vindictam terribilem, operosis sic studiis evitares, profundisque meditationibus cogitares, quantum a Deo exaltati fuerint hæcenus principes orthodoxi, qui sacrosancam ecclesiam unicam sponsam Christi devotionis studiis honorarunt, eam in suis juribus, honoribus, & libertatibus conservando, & quam

Propositum mariorum exemplum.

Regii ad ministri censuris.

Monitus Eduardus ne Pontificiis editis se opponat.

turpiter ceciderunt & abjecti sunt, qui contrarium attentarunt; & deliberatione pro-vida & matura penfantes, si premissa, quæ in regno tuo predicto adversus Deum & ipsam ecclesiam sic impudice aguntur (quæ utique defendi posse non credimus, nisi fidei & sacrorum canonum fundamenta radicibus evellerentur, quod absit) possunt per nos sine Dei offensa & læsione conscientie præteriri sub dissimulationis neglectu, vel quomodolibet tolerari.

LVIII.

Audi ergo, fili, salubre consilium patris tui, & intende honori ejusdem Romanæ ecclesie matris tuæ, a qua tu & progenitores tui regnumque tuum predictum magna beneficia, quibus vos obligavit ad gratitudinis debitum, recepistis. Attende quoque ipsam ecclesiam, cuius pastorali regimini licet meritis insufficientibus præsidemus non ab Apostolis, sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum super omnes mundi ecclesias obtinere. Ipse quidem solus eandem fundavit ecclesiam, dicente Domino Petro: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis: & super petram fidei mox nascentis erexit, non enim quævis terrena sententia, sed illud Verbum, per quod constitutum est cælum & terra: per quod denique constituta sunt omnia elementa, eandem Romanam fundavit ecclesiam: quæ quidem omnes patriarchales, metropolitanas, & cathedrales ecclesias, & ipsarum cujuslibet ordinis dignitatem instituit: ad cuius pastorem & rectorem ecclesie, videlicet Romanum Pontificem, omnium ecclesiarum, dignitatum, personatum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio noscitur pertinere. Cogita quæsumus insuper & recogita fili, quibus & qualibus credis consiliis, quibusque te involvis negotiis, & ad eorum ingressum contemplare finalem egressum, cum sit viri prudentis, ut rerum exitus metiatur.

Ideoque regalem excellentiam intensis rogamus & hortamur affectibus, & per Dei misericordiam obsecramus, quatenus ad cor rediens, & dilectos tibi in paterna dulcedine hujusmodi pia nostre exhortationis, suavisque increpationis & salubris inductionis affatus tanquam catholicus princeps & providus, ac benedictionis & gratie filius devote suscipiens, rationi & ejusdem ecclesie matris tuæ devotioni subice te ipsum: quæ duce tibi que propitia & placata proficere poteris: quæ offensa non valebis, cum in ejus offensa offendatur sponsus ejus Jesus Christus dominus, prosperrari; præmissa & alia vergentia in derogationem ejusdem Romanæ ecclesie & libertatis ecclesiasticæ in regno tuo predicto prohibendo penitus & tollendo, nec illa vel

Proposita dignitas primatus Romanæ ecclesie.

Monitus ut in eam observantia divini gratiam promeretur.

similia inibi fieri de cætero permittendo, ut exinde tibi apud Deum cumulus meritum proveniat, & regali nomini titulus humane laudis accrescat, ac nostram & Apostolicæ sedis benedictionem & gratiam uberius regie devotionis sinceritas mereatur. Alioqui cum ex injuncta nobis desuper apostolicæ servitutis officio de anima tua illi, qui magnum judicat scutum parvum, & apud quem per personarum exceptio non existit, sumus rationem in extremo judicio reddituri, ac jura & autoritatem præfata sanctæ Romanæ ecclesie defendere teneamur; quominus in præmissis, in quibus tam patenter ejusdem Apostolicæ sedis auctoritas est contempta, & in suis juribus & honoribus conculcata, limam correctionis sedis ejusdem, & pro mensura excessuum adhibere medelam salubrem procuremus, nec dissimulare possemus ulterius, nec saluam conscientiam præterire. Dat. Avin. v. id. julii anno III.

Ex iis, quæ de Eduardo primatum Romanæ ecclesie labefactare annitente conquerentem Pontificem audivimus, nullus hæreticus calumniarum occasionem arripit, quasi male de primatu Romanæ ecclesie tum fenserint Angli: neque enim is in controversiam ab ipsis vertebatur, sed agebatur tantum de sacerdotiis conferendis, quæ transfundi in externos, ac frequentius contra patronorum jura sedis Apostolicæ arbitrio reservari indignabantur: quæ etiam ex Eduardi literis vigesima sexta die septembris anno regni, ut ipse jactabat, Franciæ quarto, Angliæ vero decimo septimo consignatis (quas affert Walsinghamus, a) perspicue constabunt: in iis enim queritur sacerdotia conferri exteris, qui animarum salute neglecta cumulantis divitiis, atque e regno avehendis inhiunt: crebris etiam apostolicis reservationibus præsulum liberas electiones disturbari, jura patronatus regii in ecclesias, quæ a majoribus conditæ auctæque vestigalibus fuere, labefactari: rogatque Pontificem, ut securis in demeritis, quæ verbis amplissimis, atque aculeatis perceret, occurrat.

Modum porro iis positurus Clemens, atque enatam controversiam compositorus, xviii. kal. octobris Nicolaum archiepiscopum Ravennatem & Petrum episcopum Astoricensem Apostolicæ sedis internuntios in Angliam misit: quos etiam instruxit potestate (b), ut ad ea, quæ adversus auctoritatem apostolicam novata erant, tollenda præsules Anglicanos ad synodum convocarent: & Eduardum repetitis literis (c) horratus est, ut quæ adversus libertatem ecclesiasticam gesserat, revocaret. Excitavit (d) etiam Isabellam matrem ac Philippam uxorem Reginas, Henricum Derbyæ comitem (e), tum proceres-Anglos præcipuos, ut Eduardum.

LIX.

Quæ fuerint Eduardi querelæ de collatione sacerdotiorum.

(a) Ext. apud Walsing. in Eduard. III.

Missi in Angliam internuntii.

(b) To. 3. ep. fecr. 267. (c) Ib. ep. fecr. 468. & 554. (d) Ib. ad ep. 469. ad 492. (e) Ep. 323. & 549.

duardum ad rem pristina statui restituentem permoverent. Habitus est universæ hujus controversiæ author Joannes archiepiscopus Cantuariensis (a), qui cum illius infamie labem detergere a se plurimis verborum ambagibus niteretur, Pontifex ineunte hoc anno ipsum probare se factis innocentem, ac Regem ad præterita rescindenda adducere jussit (b): Wilhelmus etiam archiepiscopus Eboracensis (c), Richardus episcopus Dunelmensis (d), alique præfules (e) rogati, ut strenuam ea in re operam navarent. Vicit observantia in sedem Apostolicam Eduardum David Scotiæ Rex, qui cum regno post varias conversiones & casus restitutus literas officiorum & amoris notis referatas ad Clementem misisset, Pontifex collaudato ejus egregio studio, ipsum ad sectandas regias virtutes hortatus est (f), atque ad asciscendos ad sanctiora consilia viros probitate ac prudentia insignes: denique preces adjecit, ut cum Philippus Francorum & Eduardus Anglorum Reges ad sedem Apostolicam oratores pro tractanda pace missuri essent, suos etiam ad redintegrandum cum Eduardo fœdus legaret.

(a) To. 2. ep. fecr. 622. (b) Ead. ep. & 10. 3. ep. fecr. 324. (c) Lib. 2. ep. fecr. 624. (d) Ib. ep. 623. (e) Ib. post ep. 624. LX. David Rex Scotiæ.

(f) Ib. ep. fecr. 635.

Clemens, &c. David Regi Scotiæ illustri.

Pontificem prosequitur officii.

Monetur, ut mittat oratores asturos de pace.

(g) Ep. fecr. 636.

pacis consilia opportunis monitis adduceret.

Significavit (b) Clementi Eduardus, si Rex Francus male gesta ex-juris ratione rescinderet, atque injurias inflictas expiaret, se statuto termino missurum oratores ad sedem Apostolicam, ac paci faciendæ accommodaturum. Quibus auditis Pontifex (i), ubi primum exposuit Eduardo, quantis periculis universus Christianus orbis fluctuaret, ac bellum illud funestum Anglos inter & Francos accensum ecclesiam gravissime concuteret; rescripsit liberi comitatus syngrapham a Philippo ex-sententia oratorum Anglicorum conceptam fuisse.

Quod ad armigerorum supplicium pertineret; respondisse Philippum, ipsos ob immania flagitia, patratas cædes, exercita larrocina non ad infringendas inducias, sed ab iis violandis metu pœnæ alios submovendos merita neci addictos fuisse: tum adjecisse multa contra induciarum religionem ab Anglorum Regis præfidiariis militibus tentata. Iterumque Eduardum belli authorem oravit (k) Clemens, ut quæ intimo pectore premeret desideria, sibi ex arcano aperiret, neque enim se cuiquam ea patefacturum, summoque studio ad pacem conciliandam incubiturum, cum ad coeptam in Turcas expeditionem urgendam maximi interesset. Certiorem vero fecit, canonicas leges ad majorem ipsius natu filium ducisque Brabantie filiam matrimonii vinculo conjugandos solvere distulisse (l), cum in spem efferretur, ex affinitatibus cum Rege Francorum contrahendis pacem confirmatum iri. Ad eam autem a divino Numine impetrandam viros religiosos atque inter cæteros Cistercienses ad solemnia ordinis comitia vocatos hortabatur (m), ut summis precibus illum deposcerent. At votorum compos esse non potuit, cum Angli ipsum Regi Francorum addictissimum quererentur. Verum illos iniqua postulasse, ex alibi dictis haud obscure colligitur: immo Eduardum fraude usum videbimus, dum ostentata pacis spe contra promissa bello Philippum ut incautum opprimeret, appetiisse ex-literis pontificiis dicemus.

Dum porro Eduardus Philippo Regi, Francorum regnum aut provinciam aliquam amplissimam eripere nitebatur, Humbertus delphinus Viennensis principatum maximum sua sponte in Philippi posteros transfudit. Carebat Humbertus prole, ac delphinatum, quos pluribus bellis a Sabaudis attritos vidimus, saluti publicæque paci consulere meditabatur: ac primum quidem Philippum Regis Francorum filium ad delphinatum successorem vocaverat, deinde vero, ut Francorum Regum potentia securis temporibus provincie magis ab hostium injuriis vindicata.

LXI. (h) An. 2. ep. fecr. 1079. Queritur Eduardus inducias a Philippo violatas. (i) Ep. fecr. 1080.

Contentio Philip. potius ab Eduardo temerata. (k) Ep. 555.

(l) Ep. 556.

(m) Ep. 204.

Eduardus dolo pacem affectat.

LXII. Humbertus delphinus Viennensis.

Principatum Gallici regni heredi transmittit.

(a) Eod. 10.3. ep. fecr. 216. (b) To. 3. ep. fecr. 66.

Concessus calicis usus duci Normannie.

Et Philippo Regi ac Regina. (c) Ib. ep. 68. (d) Ep. 69. (e) Ep. 67. LXIII.

(f) An. nal. 10.14. A.C. 1264 n. 26.

(g) To. 2. ep. fecr. 703.

caretur, in Joannem ducem Normannie ac majores natu Francorum Regum natiuitatis filios ea lege, ut delphini nomen inditum iis foret, transfundendum statuit: auctumque ea ratione est in Gallia Lugdunensi regnum Francorum. Quam donationem translationemque Pontifex diplomate apostolico ad Joannis ducis Normannie gratiam confirmavit (a). Ceterum ornauit eundem Normannie ducem singulari ea prerogativa (b), ut sacra excepto corpore dominico, attrahere; ac dominicum corpus sub utraque specie sumere posset.

Joanni primogenito Philippi Regis Francie illustri duci Normannie.

Tuis deuotis supplicationibus inclinati, ut que sacra sunt, preterquam corpus dominicum, quod per alios quam sacerdotes tractari non conuenit, tangere quoties opportunum fuerit, & ad hoc te inducet pie deuotionis affectus, cum honestate tamen & reuerentia quibus decet, ualeas; & cum per confessorum tuum, uel sacerdotem alium sacra communio corporis domini nostri Jesu Christi tibi ministrabitur, possit etiam poculum sanguinis, constitutionibus, statutis, consuetudinibus, & obseruantis quibuscumque contrariis nequaquam obstantibus, ministrari tibi, quamdiu uixeris, & in quocumque statu, etiam si regali dignitate fulgeres, fueris tenore presentium de speciali gratia indulgemus. Volumus autem, quod idem confessor uel sacerdos, qui tibi communionem hujusmodi ministrabit, circa hoc sic secrete se gerat & caute, quod in ministracione tibi facienda de sanguine nihil extra uasa sacra effundi de illo ualeat, nec scandalum quomodolibet generari. Dat. Avin. xi. kal. julii anno 1111. Aucti etiam eodem sacro beneficio Philippus Rex Francorum (c), ac Regina uxor (d) & Bona (e) nurus Normannie ducissa fuerunt.

Interea ad consecrandam editi olim in hoc sanctissimo Eucharistie sacramento insignis in agro Urbevetano miraculi memoriam, de quo a nobis in Urbano IV. dictum est (f), cum vini species in corporalia lapsa sanguinis colore hostie que formam illis impressit. Clemens augenda pietatis studio indulgentiarum premia, ab eodem Urbano templum, in quo sacra corporalia diuino illo cruore tinta cernebantur, adituris concessa, auxit (g).

Unuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis.

Et si deuota populi fidelis sinceritas ad ueneranda sanctorum, quorum suffragiis indigere noscitur, solemnita quandoque dominis spiritualibus, uidelicet remissionibus & indulgentiis inuocetur; ad illustrem uenerationem celeberrimam, qui sanctorum omnium Conditor se pro redemptione gene-

ris humani dedit in pretium, & fidelibus suis speratur in preuium se diuinum, est fidelium ipsorum deuotio ampliori hujusmodi largitione munera excitanda. Olim siquidem felicitis recordationis Urbanus Papa IV. predecessor noster, pia consideratione premeditans & attendens fidelium ipsorum deuotioni congruere, & expedire saluti, quod illud salutiferum & dulcissimum sacramentum corporis & sanguinis domini nostri Jesu Christi, quo quotidie in ecclesia pro salute nostra paschimur & potamur, preter illam uenerandam memoriam, quam quotidie facit ipsa ecclesia, celebritate solemnitate specialis fulgeret, ad hoc certum annuum festum, uidelicet quintam feriam post octauas pentecostes, prouidit perpetuis temporibus statuendum. Et ut clerus & populus ad colendum festum ipsum inducerentur deuotius, & ad ecclesiam, in qua eiusdem festi celebraretur officium, frequentius conuenirent, omnibus uere penitentibus & confessis, qui matutinali officio festi eiusdem in ecclesia, in qua hujusmodi ageretur officium, centum; qui uero missa, totidem; qui autem in primis eiusdem festi uesperis interessent, similiter centum, qui uero in secundis totidem; eis uero, qui prima, tercia, sexta, nona, ac completorii officii adissent, pro qualibet hac ipsarum quadraginta; illis autem, qui per octauas illius festi matutinalibus, uesperinis, missa, ac predictarum horarum officii interessent, centum dies singulis octauarum ipsarum diebus de iniunctis penitentis relaxauit.

Sane pro parte dilectorum filiorum cleri & populi ciuitatis Urbeuetane, nobis & ecclesie Romanae immediate subiecte, nuper humiliter supplicato, quod cum in ecclesia Urbeuetana post institutionem dicti festi de ipso primum oratorium constructum fuerit, & propter quoddam miraculum, quod ad consolationem fidelium, & fidei exaltationem catholica ibidem exstitit diuina clementia mirabiliter operata, tam de ciuitate ipsa, quam uicinis partibus cum ingenti deuotione fidelium multitudo innumerabilis annis singulis in festiuitate hujusmodi ad ecclesiam conueniat supradictam, ad augendam deuotionem conuenientium hujusmodi, ampliare dictis indulgentiarum de benignitate apostolica dignaremur; nos, que deuotionem, & merita crescere populi Christiani paternis desideris affectum, supplicationi hujusmodi benignius inclinati, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus uere penitentibus & confessis, qui singulis annis in eodem festo & per octauas ipsius ad ecclesiam predictam causa deuotionis conueniant, diuina officia, sicut superius per horas distincta sunt audituri, preter indulgentias per eundem predecessorem generaliter, ut pra-

Festum Corporis Christi institutum ab Urbano.

Proposita celebratio indulgentiarum.

Aucta a Clemente.

LXIV. Pragensis ecclesia archiepiscopali apice insignita. (a) Vitis Clem. auct. apud Bo. 7. (b) Michov. l. 4. c. 23. Cron. l. 12. in Casim. Dubrav. hist. Boem. l. 22. Serar. l. 5. Mog. ver. in Henr. V.

Id datum Regis Boemie. (c) An. 3. l. 3. ep. diuersar. form. 94.

Pontif. de ea re diploma.

ferunt, concessas totidem de gratia concedimus speciali. Datum Avinion. id. februarii anno secundo.

Hoc anno decorata est a Clemente insignibus prerogativis Pragensis ecclesia in Boemia: cum enim hactenus Moguntinae obnoxia fuisset, ab illius autoritate libera pronuntiata est, ac sede archiepiscopali insignita, de qua vitæ Clementis (a) author, scriptoresque Boemi, Germani, ac Polonici. E quibus Michovia (b) uerba adducenda uisa sunt: Anno, inquit, Domini MCCCXLIV. hactenus ecclesiam Pragensis episcopalem & suffraganeam Maguntinensi archiepiscopo in archiepiscopalem & metropolitam, Lybomisiensem uero, que abbatialis seu conuentualis S. Benedicti fuerat, exclusis monachis, in cathedralem Joannes cæcus Boemiae Rex Philippo Francia Rege auxiliante, per Clementem Papam VI. ultima die Aprilis in Avinione permutari procurauit, & Arneſtum Pragensis tunc episcopum archiepiscopali & pallii honore insigniri; Olomucensemque in suffraganeam adici obtinuit: sed Vratislaviensem, quam successu temporis Carolus Romanorum & Boemiae Rex Pragensis archiepiscopo subici deſeſcebat, impediens uero Casimiro Rege Polonia, tamquam a Regibus Poloniae fundatam & dotatam, obtinere non potuit. Extat hac de re in reſcripto pontificio diploma (c), quod ob Pragensis ecclesie, ac regni Boemici dignitatem inferendum historie uisum est, cum in eo etiam dies designentur, quibus novus archiepiscopus pallio uſurus sit.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Attendentes Pragensis ecclesiam magno titulo dignitatis inter alias partium ecclesiarum prefulgere dignitate, rationabile fore conſpicimus, ut ipsam Pragensis ecclesiam & archiepiscopos, qui pro tempore inibi praesuerint, spiritualibus gratiarum largitionibus, in iis potissime, que ad suum decus & decorem ex ipsis ecclesia excellentia, dignitatis pertineret, honoremus. Nuper siquidem, suadentibus rationabilibus causis, eandem Pragensis ecclesiam olim suffraganeam ecclesie Moguntinensis, ac tunc de provincia Moguntina existentis, & uenerabili fratre nostro Arneſto episcopo olim Pragensis in archiepiscopum Pragensis electo regimini eiusdem Pragensis ecclesie praesidente, de fratrum nostrorum consilio & apostolica plenitudine potestatis in archiepiscopalem & metropolitam ereximus, & honoribus ac insignis sedis metropolitice duximus decorandam. Et attendentes quod ipse Arneſtus in eiusdem ecclesie regimine, dum episcopalis exiſtebat, hactenus se gessit fideliter & prudenter; & quod illud in posterum attentius gereret, praesatum Arneſtum ipsi ecclesie Pragensi in archiepi-

scopum praefecimus & pastorem, curam & administrationem ipsius eidem Arneſto in spiritualibus & temporalibus committendo, sibi que deinde pallium, insigne uidelicet plenitudinis pontificalis, a nobis ex parte sua humiliter postulatam, duximus concedendum.

Ut autem idem Arneſtus & ejus successores archiepiscopi Pragenses, qui erunt pro tempore, eo licentius pallio uti possint, quo specialiori Apostolica sedis super hoc fuerint privilegio communiti, ipsius Arneſti supplicationibus inclinati, eidem Arneſto & successoribus suis praesatis, ut in ipsa Pragensi & aliis sua Pragensis provincie ecclesiis, uidelicet in natiuitate Domini, & Joannis euangelista, S. Stephani, & circuncisionis ac epiphaniae Domini, ramispalmarumque, & caena Domini, subbato sancto, tribus diebus resurrectionis, nec non in ascensionis Domini, pentecostes, natiuitatis S. Joannis Baptista, & omnium Apostolorum, & quatuor B. Mariae uirginis, in commemoratione omnium sanctorum, & S. Michaelis archangeli, & ecclesiarum dedicationibus, ac in principalibus ipsius Pragensis ecclesie festiuitatibus, & die anniuersarii consecrationis ipsius Arneſti, & ecclesiarum provincie Pragensis praedictae, ubi ipsum Arneſtum uel successores ejus praedictos interesse & missarum solemnita celebrare contigerit, principalibus festis; ac etiam in consecrationibus episcoporum, & ordinationibus clericorum, in abbatum & abbatissarum ac monialium benedictionibus pallio, alias eis rite concesso & etiam assignato, uti licite ualeant, auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Nulli ergo, &c. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis VIII. kal. septembris anno III.

Insignia Henrici archiepiscopi, & cleri Moguntini in sedem Apostolicam demerita non leuem occasionem ad Boemiam illius autoritati subducendam, quod antea tentatum ab Othocharo sub Innocentio III. uidimus (d) porrexere: tum etiam aculeatae Nankeri episcopi Vratislaviensis uerborum voces temere in Joannem Regem Boemiae iactae, Boemum excitarunt, ut Pontificem magnis precibus ad erigendam novam metropolim sollicitaret: cum enim Nankerus episc. Vratislaviensis opipidum Mielitz a Boemo sibi ereptum reſpiceret, non modo negantem anathemate contrinxit, sed etiam insolenti perculerat uoce dum non Regem, sed regulum appellauerat. Quo perſtrictus uerbo Joannes, cum rationem ardentis disterii reſpiceret, hujusmodi reſponſum a Nankero retulit (e): Qui in suo regno metropolitano caret, & in coronatione sua prece & pretio aliarum nationum archiepiscopos conducit, regulus est, & inter omnes catholicos Reges minimus. His addit Michovias: Sugillatio hujusmodi Joannem Re-

Transmissum Arneſto archiepisc. pallium.

Quibus diebus uſurus sit.

LXV.

(d) To. 13. an. Chr. 1204. n. 53.

Nankerus episc. contumelioso uerbo rei occasione demerit.

(e) Michov. l. 4. c. 22.

gem Boemice adeo movit, irritavique, ut ex Pragensi ecclesia metropolitana, creari temporis processu procuraverit. Exornata quidem archiepiscopali sede Pragensis ecclesia a Pontifice mox eo est privilegio aucta (a) ut Pragensi archiepiscopo sacrandi Boemice Regis autoritas ad secutura tempora collata sit, cum antea is honos ad Moguntinum archiepiscopum spectaret; qua de re apostolicum diploma III. nonas majas a Clemente editum est, quod Serarius (b) in Francofurtiana bibliotheca asseruari ait. Sed de Pragensi ecclesia haftenus.

Per idem tempus ad asserendam suo splendori Ungaricam ecclesiam Pontifex barbarum morem tolli iussit, quo viri ecclesiastici in litibus certamen singulare probationum loco subire cogebantur. Damnatum alias reprobum hoc probationis genus, in quo innocentia & æquitas furori ac sceleri sepius succumberent, ab aliis Pontificibus vidimus (c). Cum igitur infanda consuetudo recrudesceret, Clementis Ludovicus Pannonice Regem illi favisse increpuit (d), atque Elisabetham Reginam (e) matrem sollicitavit, ut filium regii in ea re officii admoneret: tum etiam Strigoniensis & Colocensis archiepiscopi & Quinqueecclesiensis atque Agriensis episcopi apostolica imperia de abolendo injusto & crudeli more continentibus literas porrigere iussi (f), Regemque ad id suis cohortationibus impellere. Onerabat præterea clerum Ungaricum Ludovicus Rex gravioribus vestigalibus, quæ ut amoveret rogatus est (g). Datæ etiam sunt ad eundem Ungaricæ, ac Polonicæ & Boemice Reges, præfules, proceresque commendatitice literæ (h), cum Galhardus electus Senadiensis & Arnaldus canonicus Titulensis pro recuperandis Romanæ ecclesie juribus in ea regna legati essent.

(a) To. 2. ep. fecr. 1035. Pragens. archiep. sacrandi Regis Boem. ju. re insignitus. (b) Serar. l. 5. Mog. rer. in Henr. III. LXVI. Singulares pugnae vettitæ in Ungaria

(c) An. Chr. 1252. n. 31. (d) To. 3. ep. fecr. 452. (e) Ib. ep. 453. (f) Ep. 454.

(g) Super ep. 452. (h) To. 2. ep. fecr. 1016. ad 1051. & 10. 3. ep. fecr. 410. ad 421.

Neque illud hoc loco prætereundum est, querente (i) apud sedem Apostolicam Joanne episcopo Cracoviensi, Casimirum Polonicæ Regem plurium officiorum sibi exhibitorum oblitum, cum etiam sedente Benedicto XII. diutius in aula pontificia pro expediendis regis negotiis ejusque utilitatibus promovendis strenue operam navasset, ecclesiam Cracoviensem oppressisse; Pontifex Regem gravissime monuit, quantum dedecus ea in re susciperet, ac divinas iras lacefferet; nullam ampliore gloriam, quam in ecclesiis tuendis ac numinis ministris venerandis principem colligere posse: Tu tamen, inquit, fili dilectissime, tanquam præmissorum & aliorum multorum obsequiorum utilium tibi per eundem episcopum, sicut asseritur, impensorum oblitus, insipientibus forsitan aliquibus suis æmulis qui, prout creditur, plus lucra sua propria, quam tuum honorem ve-

nantur; ad ejusdem episcopi & ecclesie sue prædictæ, ac subditorum suorum offensas graviores & injurias te convertens, eidem intolerabilia imponi onera, & varias oppressiones irrogari fecisti; & (quod est durius & horrendum auditui) quia præfatus episcopus & nonnulli de clero suarum civitatis & diocesis interdictum ecclesiasticum, ex certis causis tam apostolica quam ipsius episcopi auctoritate ordinaria ibidem apposuit, ut tenebantur, involuntate observantes, illud ad mandatum tuum violare quomodolibet recusarunt; adversus eos commotus plurimum, & ad iracundiam provocatus, multiplicari fecisti hujusmodi gravamina contra ipsos, aliquos ex eis relegando a civitate Cracoviensi prædicta de facto, castris, bonis, ac rebus eorum occupatis, ac dispersis nequiter & vastatis. Et ulterius contra jus divinum & humanum prohibuisse tuis subditis partium illarum diceris, ne de fructibus prædiorum suorum decimas præsumant episcopo & ecclesie solvere prædictis, &c. Præcipit, ut episcopo aliisque bona restituar. Dat. Avin. ix. kal. novembris anno III.

Incubuit hoc ipso anno Casimiro Regi LXVII. Tartarorum irruptione: cum enim aliquot ante annis Russiam in provincie formam, capta Leopoli urbe principe, uti vidimus, redegressis; Russi nonnulli schismatici catholice religionis in Russia efflorescentis ac Polonorum odio Tartaros excluserunt, dum Casimirus Elisabethæ filie ex priori conjugio susceptæ nuptiis pactis cum Boguslao Stetinensi duce celebrandis implicitus esset: quam excursionem barbaricam effusa paulo ante ingentia locustarum agmina visa sunt prælagire. Ut vero Casimirus contractis raptim copiis Tartaros Vistulæ transitu arcuerit, ex Cromero (k), accipiamus.

Magna vis locustarum ex Ungaria coorta: & mox ingentes Tartarorum copie in Russiam & Poloniam inundare a Dascone, quem Rex Præmisia præfecerat, & Daniele Ostrogio, & nonnullis aliis Russis res novas molientibus evocata. Nam si nacti tempus, quo Rex Casimirus longissime aberat, cruciferorum colloquiis, Silesico bello, & filie nuptiis occupatus, missis clam legatis admonere Tartarorum principem sive Casarem, ne tributariam sibi Russiam a Polonis occupari pateretur: non defuturam ipsi fidem suam, operamque polliciti. Habebant autem ii invisum Polonorum imperium, cum quod non libenter fere externis parent homines, tum quod sectæ ritibusque suis, ne callide sensim abolerentur metuebant: videbant enim multos de suis nostris ritibus, & ad Romanam sive adeo catholicam ecclesiam se transferre, pluresque in dies honoribus & aliis præmiis a Rege ostentatis invitari. Ab his igitur exciti Tartari & adjuti, obi.

LXVII. Tartarorum irruptio in Russiam.

(k) Crom. l. 12. in Casim.

Exciti sunt a schismaticis barbari.

obiter transcurfa Russiæ, in Poloniam magna vi contendunt. De quarum adventu cum tempore Casimirus a suis e Russiæ certior factus esset, caacto celeriter exercitu, in Sandomiriensem tractum obviam eis profectus, postis in ripa Vistulæ stativis, transitu fluminis arcere eos satis habuit, non ausus cum longe majoribus copiis manus conferere. Emirus modo hinc ballistis, illinc arcubus velitatione est: in qua velitatione Albertus Palatinus Sandomiriensis gentes Abdancus sagitta ictus cecidit. Tartari frustra tentato multis in locis transitu Vistulæ, magno cum tumultu populabundi, & ferro atque igni obviam quæere vastantes, per Lublinensem tractum retro abiere, nec arcem Lublinensem aliquot diebus oppugnatam expugnare potuerunt. Haftenus Cromerus.

Hoc anno auctum est a Clemente collegium novorum Cardinalium creatione, de qua ejus vitæ scriptor hæc monumentis mandavit (a): Anno Domini mcccxliv. die vigesima sexta mensis februarii, in qua fuerunt quatuor tempora, dictus Papa creavit duos novos Cardinales, videlicet dominum Petrum Bertrandi juniores de Colubariis diocesis Viennensis, tunc episcopum Atrebatensem, & hic fuit in presbyterum assumptus, eratque nepos alterius domini Bertrandi senioris, qui adhuc in collegio supererat: secundum vero fecit diaconum, videlicet dominum Nicolaum de Bessa, tunc electum Lemovicensem, de cujus diocesi oriundus erat, nepos suus ex sorore. Hæc auctor, cui pontificie literæ consentiunt, quæ ad Bertrandum episco-

(a) Vit. Cle. auct. apud Bosg.

Cardinales creati a Clemente.

pum Atrebatensem scriptæ sunt (b). Dilecto filio Petro sanctæ Romanæ ecclesie presbytero Cardinali, olim episcopo Atrebatensi.

Moyse legislatoris, qui Jetro cognati sui utili adhærendo consilio, viros prudentes, & Deum timentes circa regendam plebem Israeliticam elegisse testatur, exemplo ducti laudabili, ad onus spiritualis regiminis, quod ex injuncta desuper apostolice servitutis officio noscitur incumbere, auxiliatores & coadjutores nobis viros utique potentes in opere, & sermone, qui veritatem & justitiam diligant, & avaritiam odiant, nos profundis meditationibus perquirentes, pridem ad personam tuam, quam largitor honorum omnium multis virtutibus insigniavit, direximus intuitum nostræ mentis: & tandem matura deliberatione cum fratribus nostris præhabita, te pridem a vinculo, quo Atrebatensi tenebaris astrictus, per nos de potestatis plenitudine absolutum, ad cardinalatus honorem de dilectorum fratrum consilio duximus assumendum. Quocirca discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus impostum tibi onus hujusmodi suscipiens reverenter, ad nostram & apostolice sedis præsentiam, absque cunctatione morosa studeas, divina prævia gratia, te conferre, una nobiscum & eisdem fratribus divinis obsequiis & ecclesie Romanæ servitiis vacaturus. Datum apud Villanovam Avinionensis diocesis id. martii anno secundo. Insignitum hunc fuisse presbyterali titulo S. Sulannæ, Nicolaum S. Mariæ in via lata diaconum creatum, tradunt.

(b) To. 2. ep. fecr. 822. Datæ ad Atrebat. de collato sacre purpuree litteræ.

I. **I**ngentes luctus, funesta in Asia clade Christianis illata, necato a suis infanda prodicione Andrea Siciliæ Rege, Gallis & Anglis in mutuas strages irruentibus, inexit annus a virgineo partu millesimus trecentessimus quadragesimus quintus indictione decimatertia. Vincere (a) vi aperta Marbassanus barbarorum princeps non poterat, quamvis collectis ingentibus copiis, Smyrnam obsidione cinxisset, ne fideles interiores oras penetrarent; multisque præliis ac repentinis eruptionibus haud leves clades acceperat. Conventus itaque ad dolos, relicti in castris aliquot turmis, se subduxit, & florentissimo alio exercitu succinctus in montibus delituit, rei eventum præsolaturus, nostrosque incautos oppressurus. Respondit consiliis funestis exitus, quem describit Cortusiorum historia (b) de Turcis prælocuta: Cum maxima, inquit, multitudo armatorum se posuerunt juxta Smirnam, & cum trabuchis intrinsecos infestabant in opprobrium sanctæ crucis. Christiani, vexillo crucis præmissis, exierunt subito pugnaturi, & de Turcis habuerunt victoriam, & eorum machinas combusserunt. Dum vero Christiani vagarentur, colligentes eorum spolia & dominus legatus missam solemniter celebraret, Morbassan [qui se scribit dominum Achajæ & Imperatoris Orchani colateralem & pugilem] cum multitudine equitum supervenit: contra quem nobiles caporales pugnaverunt egregie, quasi ab universo virgante populo desituti. Paucisque interjectis, ut sub multitudine succubuerint, subdit: Sic eo die capita dominorum legati, Petri Zenti, Marini Zacharie de Jenua, capitanei etiam Rhodi, & aliorum viginti nobilem Morbassano Turcorum domino præsentantur. Ibi nobiles Christiani pugiles & martyres per gloriam vivunt in æternum. Fuit hoc MCCCXLV. die iterum Smyrnam oppugnat, sed repellitur. Petrus Palud. adducit auxilia (c) To. 3. ep. fecr. 849. & ab 837. ad 850.

de cum egregio militum crucesignatorum delectu, quem Pontifex Joannæ Græcorum Imperatrici, Cypri, Armeniæ, Siciliæ Regibus pridio Venetis, aliisque principibus non martias commendavit. Per lato vero tristi & acerbo tot cætorum ducum casu, Clemens Bertrandum Baucio pontificiarum trirremium Martini Zachariæ loco præfectum, ac Raimundum episcopum Morinensem Apostolicæ sedis legatum creavit (d), de quo Philippum Regem Francorum (e) tum etiam Anglorum subjectis literis fecit certiorum (f). Clemens, &c. Eduardo Regi Angliæ. Licet casus bonæ memoriæ patriarchæ Constantinopolitani Apostolicæ sedis legati & aliorum strenuorum virorum, de quibus in ipsis literis sit mentio, sit gravis, & mentes fidelium ibidem in prosecutione negotii Redemptoris nostri existentium terrore aliquo concusserit, ut probabiliter existimamus, nosque dictis auditis rumoribus dolore nimio fuerimus conturbati; quia tamen audivimus, quod fideles ipsi, qui terram acquisitam & ereptam ex manibus paganorum custodiunt, & alii, circa dictum negotium in eisdem partibus laborantes, tanquam viri prudentes & strenui non demissis, sed elevatis cordibus loco illorum, qui [nescitur quo Dei occulto judicio] ceciderant, quantum poterunt & in eis fuit, aliis ordinatis, se adversus hostes fortiter muniverunt, quodque multi fideles de diversis partibus zelo accensi fidei catholice ad juvandum hujusmodi Dei negotium celeriter se disponunt; nos, exinde non modicum in Domino consolati, speramus in eo, cujus res in hac parte principaliter agitur, quod ipse post turbines procellosos serenam ad consolationem fidelium operabitur & tranquillum. Nos quoque, qui ejus vices, licet insufficientibus meritis, in terris gerimus, ad consolationem fidelium, & fulciendum solidius & fortius negotium supradictum, venerabili fratri nostro Raimundo Morinensi Episcopo, viro utique circumspectione provido, legationis in illis partibus, & dilecto filio nobili viro Bertrando de Baucio militi domino de Cortedono Avinionensis diocesis, experto in rebus bellicis, capitaneatus galearum officia, magna & maturâ deliberatione consilii prævia, de fratrum

II. Raimundus episc. Morinen. creatus in Asia legatus. (d) Ib. ep. 897. (e) Ibid. ep. fecr. 922. (f) Ib. ep. 909. De clade ad Smyrnam accepta pontificia litera. Commendata eorum qui ceciderunt, virtus.

Sufficit in eorum locum alii.

NOTE [1] Quamquam hoc anno ineunte dispendium grave christiana res in Oriente tulit tot optimis ducibus Turcarum insidiis interemptis; hanc tamen Turcarum victoriam, minorem fuisse quam quod æstimari possit, non immerito deducemus ex relationibus quæ in Europam, & Germaniam spargebantur. Narrat enim Vitoduranus non ultra XL. viros tunc apud Smirnam Februario mense cecidisse. Quam cladem Christianus exercitus abunde reparavit insigni victoria de Turcis relato. Pugnatum ferunt apud quemdam fluvium, ac de hostibus ad 3000. cæcos qui & in campo quodam, addit idem historicus, etiam fere totidem perdidit. MANSI

rum nostrorum consilio duximus committenda; intendentes quod ipsi, quavis morosa dilatione submoti, profecturi ad partes illas arripiant iter suum, &c. Dat. Avin. xv. kal. aprilis anno III. De imposta Raimundo episcopo Morinensi provincia, & collata ei autoritate extant literæ (a) traditaque illi potestas (b) ut ad tractandam inter Gualterum ducem Athenarum & Catalanos (quos magnæ societatis de Romania nomine designat) concordiam incumbere (c) quo viribus conjunctis Turcarum conatus eliderentur. Accingebant se Asiatico itinere Raimundus legatus ac Bertrandus e Baucio, cum Philippus Francorum Rex pontificium illud consilium discussit (d), questusque est præclaros viros, qui sibi vel consilio vel opera ad propulandos imminentes Anglos necessarii essent, ad alia bella averti: tum etiam (superiorem in Turcas expeditionem damnavit, ut qui metueret ne Gallica juventus arma potius in barbaros quam Anglos corripere, causatus eo bello efferatos magis infideles ad Christianum nomen delendum quam repressos. Cui summus Christi vicarius scripsit, Francorum gloriæ tribuendum, si Gallici generis legatus apostolicus crucesignato exercitui præfesset, neque Gallos ad transferenda in Turcas arma incitari: falsam vero opinionem, non suscipiendum fuisse adverteri eosdem fidei hostes sacrum bellum, confutavit. Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francia illustri. Sicut pridem, magnificentie regie scripsisse recolimus, nos audita morte bonæ memoriæ Henrici patriarchæ Constantinopolitani apostolicæ sedis in partibus transmarinis legati, & quondam Martini Zachariæ galearum nostrarum capitanei, ut Dei negotium feliciter contra hostes fidei Christianæ in partibus illis inceptum destitutum nullatenus remaneret, & ad consolationem fidelium laborantium in eodem; venerabilem fratrum nostrorum Raimundum episcopum Morinensem legatum ejusdem sedis in partibus prædictis, & dilectum filium nobilem virum Bertrandum de Baucio galearum prædictarum capitaneum duximus deputandos. Et licet ipsi parati essent ad partes easdem arripere iter suum, nosque super bis multis magnatibus & aliis eorundem partium scripsissemus; intellecto tamen per literas regias nobis missas, quod tibi eosdem episcopum & militem ad partes prædictas remotas accedere non placebat, mox permisimus, ut ipsi se tuis in hac parte beneplacitis coaptarent: sciturus, si liberrime, quod indulgentias, quas ad partes prædictas in subsidium fidelium ibidem degentium accedentibus concessimus, ad illos de regno tuo expresse volumus non exten-

Respondet Pontifex, Gallos ab ejus tuitio- ne non averti.

di: nec nobis placet, nec placuit, quod aliqui de dicto regno his temporibus, quibus de commotionibus guerrarum timetur, illuc venerunt sive vadant. Cum autem intellexerimus per literas regias nobis missas, quod aliqui visis sunt auri- bus regis instillare, armatam quam mittendam in subsidium fidelium, & ad representationem Turcorum infidelium prædictorum ordinavimus, magis in damnum Christianitatis, quam commodum, quia propter eam erant infideles prædicti commoti amplius solito adversus Christianos, redundabat; excellentiam regiam volumus pro certo tenere, quod talia veritate minime fulciuntur. Certum quidem est, quod Turci blasphemii & persecutores crudeles nominis Christiani adeo dure fideles populos, in Romania, aliisque circumvicinis transmarinis partibus commorantes, veniendo etiam usque ad terras dilecti filii nobilis viri Roberti principis Achajæ nepotis tui, molestare cœperant ac etiam deestare, quod Christianis in vastitate hostili positus, & per ignis incendia & rapinas atroces bonis suis spoliat, alii per eosdem Turcos ducebantur captivi & ut pecudes vendebantur, & ad abnegandam fidem catholicam in nostri Salvatoris contumeliam, probo dolor! cogebantur; alii vero subiciebantur tributarie servituti; scque dicti hostes se in tanta præsumptionis audaciam crexerant, & audacius erigebant, quod nesciebant restituentiam, quam eis fecit armata prædicta fidelium illuc missa, non solum nomen Christianitatis, ut habet fides ignorum opinio, de illis extinxissent partibus; sed forsam usque ad ignominiosam Christianitatis confusionem, usque Neapolim processissent, & ultra. Propter quod nos audito literali & verbali clamore populi Christiani, tam in Romania, quam in Cypri & Rhodo, aliisque circumvicinis partibus commorantis, & tactis ex tanta ipsius populi miseria, dolore cordis intrinsecus, paternam nos coegit pietas, & debitum officii pastoralis induxit, ut super tot & tantis ejusdem populi afflictionibus eis providere de aliquali defensionis & consolationis remedio curaremus. Ideoque regalis circumspectio ponderet & discutiat diligenter, se nos decuit, immo necessarium fuerit, armatam ordinare prædictam: talibus suggestionibus veritatis fundamento carentibus, non accommodet de cætero regia sublimitas credulas quæsumus aures suas. De his autem, venerabilis frater noster Petrus episcopus Claromontensis; & dilecti filii nobilis vir Ludovicus de Pitævia, ac magistri Firminus de Coquevello decanus ecclesiæ Parisiensis, & Petrus de Verberia clericus consiliarii regii, veraciter informati, efficere poterunt celsitudinem regiam viva vocis oraculo certiore. Verum quia a nonnullis reputabatur honoribus

IV. Refellit subironum dicta.

Illata a Turcis mala exponit.

Et infamos eorum progressus.

Et susceptum contra eos ex pietate bellum.

bus conveniens regis, si tale tamque piam negotium dirigeretur, & duceretur per episcopum regni sui, & de suo consilio existentem; videat regalis providentia, si decentius existeret, quod prefatus episcopus qui proficiscendi ad partes transmarinas predictas licentiam a te alias obtinuisse, asseruit, & nunc ad tuæ celsitudinis redit presentiam, ad partes supradictas accederet; maxime quia super hoc zelum ferventis devotionis ostendit. Datum apud Villanovam Avinionensis diocesis v. id. maji anno III.

V. Callus sacro in Turcas bello obicem obicit. (a) Eod. 20.3. ep. fecr. 1020. (b) To. 4. ep. fecr. 132.

Revocatus porro est a legatione in Turcas episcopus Morinensis (a) Philippi Francorum Regis importunis precibus, & apostolici legati vices datæ Francisco archiepiscopo Cretensi, qui post Henrici patriarchæ necem strenue se gesserat: ad quem & cruce signari exercitus prefectos hæ datæ literæ (b).

Clemens, &c. venerabili fratri Francisci archiepiscopi Cretensi vicelegato in partibus Romanæ & dilectis filiis tam generali quam aliis capitaneis & patronis galearum Christiani exercitus contra Turcos.

Gerentes in precordiis, & apostolicis prosequentes favoribus, Dei & catholice fidei negotium, quod per vos geritur contra Turcos, non cessamus, nec cessare intendimus illa promovere, quantum cum Deo poterimus, per quæ dictum negotium ad laudem divini nominis ejusdem exaltationem fidei, consolationem fidelium, & depressionem predictorum Turcorum infidelium blasphemorum & persecutorum crudelium Christiani nominis, valeat prosperari. Exultat siquidem cor nostrum in Domino, & eidem in humilitate spiritus gratiarum referimus actiones, quod vos, ut habet fide dignorum de partibus illis venientium grata relatio, tanquam viri constantes & strenui circa dictum negotium, magis salutis æternæ præmium, quam mercedem temporalis commodi expectantes exinde, fideliter & intrepide geritis & constanter. Adhuc etiam hujusmodi levitæ in hac parte, quod, ut a multis audivimus, divine pietatis clementia de sede suæ magnitudinis negotium hujusmodi respiciens oculis gratiosus, proprio in diversis partibus stupenda miracula operatur quorum coruscatione fideles innumerabiles de diversis mundi partibus excitati, & illecti nihilominus remissionibus, & indulgentiis per nos concessis juramentibus negotium antedictum, ad hoc devotis & ferventibus affectibus & effectibus se accingunt. Datum Avin. xv. kalen. augusti anno IV.

Archiepiscopus Cretensis rem strenue gerit in barbaros.

Fideles in eos fortiter provolant.

VI. Clementis nepos in Turcas profectus. (c) An. 3. ep. 945. ad 954. (d) An. 4. l. 2. ep. cur. 2.

Intentus itaque submittendo in Asiam auxiliari exercitui Pontifex, Guichardum Combornium nepotem auxiliari militum manu instructum submisit (c), tum Humbertum delphinum Viennensem cruce signati exercitus ducem creavit, ad quem datæ extant subjectæ literæ (d).

Clemens, &c. dilecto filio nobili viro Imberto delphino Viennensi capitaneo generali sanctæ sedis Apostolicæ, & duci exercitus Christianorum contra Turcos.

Diligenti deliberatione præhabita te, ut potè ejusdem fidei fervidum zelatorem id devote petentem & etiam requirentem, capitaneum sanctæ sedis Apostolicæ & ducem exercitus Christianorum contra eosdem Turcos auctoritate Apostolica facimus, constituimus, & ordinamus modo, qui sequitur, generalem. Arripies namque iter, Deo duce, pro transfretando ad Turchiæ partes, quam cito poteris bono modo. Itaque ad longius pones te in mari infra secundum diem instantis mensis octobris, ducesque tecum ad minus centum homines tam milites quam armigeros bonos & sufficientes in factis armorum, quos tenebis ibidem tuis stipendiis & expensis per tempus, quo liga inter nos & Romanam ecclesiam & charissimum in Christo filium nostrum Hugonem Regem Cypri illustrem, ac dilectos filios Magistrum & fratres hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, & ducem & commune Venetiarum, & nonnullos alios de certis galeis contra eosdem Turcos tenendis dudum inita durabit. Et si contingat tempus seu liga hujusmodi prorogari, habebis nihilominus inibi tenere dictos homines armorum ad minus per tres annos, a tempore ordinationis hujusmodi computandos, prout hæc omnia in nostra & fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium præsentia personaliter constitutus spontaneè promissisti, ac super iis inviolabiliter observandis præstitisti corporaliter juramentum per te postmodum visiviscæ signo crucis, ac vexillo sanctæ Romanæ ecclesie publice de nostris manibus pro his exequentis assumptis. Per hæc autem volumus nos vel sedem predictam ad dandum tibi aliud ratione capitaneatus & ducatus hujusmodi quoquo modo astringi. Nulli ergo, &c. Datum apud Villanovam Avinionensis diocesis VII. kalen. junii anno IV.

Delphinus Viennensis, creatus dux exercitus cruce signati.

Traditum illi vexillum Rom. ecclesie.

(c) Reg. post eand. ep.

(f) Ib. ep. 3. VII. (g) Eod. l. 2. ep. cur. 6.

De creato delphino cruce signati in Turcas exercitus duce certiores facti (e) Cretensis, Patracentis, Atheniensis, Thebanus, Coreyrensis, Colocensis, Nicziensis, Dyrrachinus, Neopacensis, & Neopatrensis archiepiscopi, eorumque suffraganei, ac moniti ne consilio & opera illi deessent: tum præfecti, tribuni, & centuriones delphini imperiis parere iussi (f).

Data eidem est provincia (g) ut Cassiæ a Turcis & Tartaris obsessæ suppetias ferre anniteretur.

Dilecto filio Imberto delphino Viennensi capitaneo generali sanctæ sedis Apostolicæ, ac duci exercitus Christianorum contra Turcos.

Nu.

Demandata illi ferendæ Cassiæ provincia.

Nuper fide digna relatio ad nostrum delphini auctitum, quod Saraceni, Tartari, & infideles alii crucis hostes ac inimici nominis Christiani in gravi multitudine ad civitatem Cassensem quæ nedom Christianis eam inhabitantibus, sed etiam aliis Christi fidelibus in illis partibus fore dicitur quodammodo refugium singulare, hostiliter accedentes, eam per terram undique obsederunt. Cum autem facti experientia te docere possit quid, & qualiter agere debeas circa piam & laudabilem prosecutionem negotii per te feliciter Deo dante assumpti, nobilitatem tuam requirimus & hortamur attente, quatenus si commode & absque impedimento prosecutionis ejusdem negotii contra Turcos fieri valeat, eidem civitati & incolis, maxime de galeis Januensium, præstare velis consilium, auxilium, & favorem. Dat. Avin. xv. kal. Januarii anno IV. Excitati aliis literis Genueses (a), tum ejusdem republicæ orientales coloniæ, ut ad Cassiam contra barbarorum impetus defendendam profillirent; propositæque universis, qui sacrum crucis symbolum susciperent, indulgentiæ fuerunt. Denique obsessorum constantia pontificioque studio imperus barbarorum Cassiâ propulsi fuerunt. [I]

(a) Ib. ep. cur. 7.

VIII. (b) Via Cle. auct. apud Bos. MS. Var. sign. n. 2040. & aliud sig. n. 3765. (c) Tom. 4. ep. fecr. 116. (d) Ibid. ep. 135. 49. ad 143. (e) Jo. VII. l. 12. c. 38.

Robertus S. Severini regulas sacro se bello accingit.

Meminere (b) plures scriptores de suscepta expeditione in Turcas ab Humberto delphino Viennensi, qui te bello sacro devoverat, ditionemque Franco Regi traderat; qua de re extat diploma pontificium, quo principatus ille primum Philippo Galli Regis filio concessus, deinde ob politicas causas in Joannem ducem Normanniæ transfusus, apostolica auctoritate confirmatus (c) est. Cæterum delphinus contractas in Galliis copias aucturus in Italia commendatus (d) est a Pontifice, Italis principibus & populis, quos quidem pontificis monitis morem gessisse Joannes Villanus indicat (e): quadringentos enim circiter Florentinos rubra cruce distinctos, Senenses trecentos & quinquaginta delphinum secutos refert, ac plures alias cohortes ex aliis Italiæ urbibus ad illius signa concurrisse, confluisseque Venetias conductos pontificis stipendiis; ac mense octobri in orientem trajecisse.

E Sicilia citeriore Robertus e S. Severino Coriliani comes sacram inire adversus Turcas semestrem expeditionem cum decem triremibus decrevit; cui Pontifex ad proceres Italos & populos syngrapham Ann. Eccl. Fom. XXX.

NOTÆ [I] SACRÆ expeditionis dux Imbertus Delphinus Viennæ hoc anno labente venit in Italiam, ut Annalista pariter ex Joanne Villano norat. Sed classem comparasse, quam pro rei necessitate, minorem, deduco ex Annalibus Genuesibus Stellæ scriptoris coævi, ex quibus discimus appulisse illum Genuam die XIV. Septembris cum quinque galeis, & alio non magno navigio. Sequenti die ex urbe discedens iter suum prosequutus est. MANST.

dedit (f), ut classem apparaturo faverent: ac Joannam Reginam Siciliæ hortatus est (g), ut necessaria e regno educi permetteret. Tum etiam eidem comiti amplioris navalis exercitus contrahendi potestatem fecit (h): cæterum illum obstrinxit ut urbes arcesque bello Turcis eripiendas Romanæ ecclesiæ nomine custodiret (i), ac delphini Viennensis supremi cruce signatorum in Turcas ducis imperiis obsequeretur (k). Denique proposita a Clemente sacra indulgentiarum præmia iis, qui Roberti signis se aggregarent: jussi que (l) Barenis & Amalphitanus archiepiscopi, fideles sacra arma correptos crucis symbolo humeris appposito distinguere.

Summis etiam Minoritarum (m), Prædicatorum (n), Augustinianorum (o), & Carmelitarum (p) præpositis de institendis in singulis provinciis quatuor vel pluribus concionatoribus sacra eloquentia florentissimis, qui populos ad suscipiendum crucis symbolum cohortarentur, imperia data. Quibus literis, ubi diras Turcarum excursionem, immanitatemque exercitam in Christianos, initam cum Hugone Rege Cypri, Veneris, Rhodiisque equitibus armorum societatem, vocatos ad crucis signa fideles descripsit, subiicit Pontifex: Licet, sicut intelleximus, nonnulli ex eisdem archiepiscopis & suffraganeis circa præmissa exequentia satis se reddiderint diligentes, ut prædictum tamen negotium, pro quo sicut habet multorum fide digna relatio, divina pietatis clementia in plerisque mundi partibus stupenda miracula operatur, quodque ferventibus & sinceris affectibus prosequimur, amplius valeat auctore Domino, cujus res agitur, prosperari &c. De multis prodigiis, quibus fideles ad dandum sacre militiæ, accepto crucis symbolo, nomen contra Turcas excitati sunt editis in pluribus orbis Christiani regnis meminit in aliis literis Pontifex, ferturque in Pistoriensi historia (q) apud Aquilam regni Neapolitani urbem in cujusdam ecclesiæ altari Deiparam gestantem in ulnis filium, qui crucem manu præferrebat, videndam se multo circumfusam splendore objecisse: plures etiam infantes impressam humeris crucem ex utero tulisse.

Vocabat sacris iis prodigiis Deus ad religiosam in Turcas militiam Christianos, ut hostes terribilissimos antequam ingravesceret magis eorum potentia, religionem. B b h que

(f) To. 4. ep. fecr. 156. (g) Ib. ep. 160.

(h) Ep. 161. (i) Ep. 158. (k) Ep. 157.

(l) An. 4. l. 1. ep. com. 530.

(m) To. 4. ep. fecr. 173. (n) Ib. ep. 174. (o) Ep. 175. (p) Ep. 176. Religiosi viri ad fideles accendendos incitati.

(q) Pistoriensi. hist. Crucis divinitus efformata.

IX.

Eduardus Rex Anglie Turcicam expeditionē distabat.

Rogatur, ut dignorem cœlo triumphum comparet.

(a) Tom. 3. super ep. fecr. 909.

que exstingueret in tot tantisque regnis debellarent: ac divino impulsu ad fidem ad sacrum bellum procurissent, nisi Eduardi Anglorum Regis Gallico scepro inhiantis ambitio Gallos & Anglos in mutuas cædes concitasset. Quantas porro rei Christianæ calamitates horum Regum dissensio invexerit, plura jam secula luxere: ad quas avertendas Pontifex Eduardo gravissimis sententiis, accepta e clade Smyrnenium occasionem proposuit (a) quantam iniret a divino Numine gratiam, quantum rei Christianæ præsidium afferret, quantum sibi pareret gloriæ decus, si stricta in fideles arma verteret in Turcas: gloriosiora ab ipso bella geri non posse, quam quibus simul terræ cœlestesque coronæ compararentur; præcipuas ecclesiæ vires in Gallis & Anglis constare, quæ si invicem se atterant, fideles barbarorum prædæ expositum iri: conversos ad ipsos orientalium fidelium oculos, arque expectatione languere: perpenderet animo omnia humana quæque angustiora somnii instar evanescere, æterna diademata habenda in pretio: reponeret Christo e cruce pendenti gratiam, illiusque injurias ferro vindicaret.

Clemens, &c. Eduardo Regi Angliæ illustri.

Solicitatur Eduardus, ut arma in Turcas vertat.

O fili dilectissime, quam foret Redemptori nostro placibile, quamque Christianitati expediens, ac catholicis Regibus & principibus apud Deum meritorium, & inter homines honorabile, testaretur veritas, & fama celebris prædicaret, si omisso guerris & dissensionibus (in quibus non sine maxima Dei displicentia & offensa, ac animarum evidentibus periculis sanguis illorum funditur, quos redemit pretiosissimi crucis effusio corporis Jesu Christi) ad pacis & unitatis concordiam, in qua delectatur Altissimus, convertentes placabiliter corda sua, adversus illos, qui Deum blasphemant, Christianitatis vilipendunt gloriam, sanguinem fidelium sitiunt, & ad eorum confusionem & exterminium aspirant, virium suarum potentiam exercebant. Illa quidem propria essent bella catholicorum Regum & principum, per quæ regna temporalia non perderent, sed auferent, & regni coronas sibi acquirerent sempiternas.

X. Ab eo & Gallo Rege amplificand. fidem.

Cum autem inter ceteros Reges & principes orthodoxæ fidei professores tu, amantissime fili, & charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Franciæ illustris potentior ac eminentior reputemini non indigne, & propterea partes transmarinæ prædictæ, in quibus catholica fidei viget cultus, contra hostes ejusdem fidei ipsiusque oppressores & persecutores atroces exerceretis vestram potentiam hujusmodi, (c) uti expectaverint & expectent; magnificentiam tuam regiam rogamus & hortamur assentius, ac obsecramus per aspersonem

pretiosæ sanguinis Jesu Christi, quatenus præmissa intra præcordia regia pia consideratione revolvens, & considerans diligenter, quod mundani honores & pompæ, pro quibus sepe dissensiones & guerræ foveantur, non sunt nisi quidam vapor ad modicum parens, cum potentia humana, quantacumque sit, in pulverem brevi tempore, ut scriptura testatur, & rei manifestavit hætenus & manifestat evidentia, redigatur; quodque illa, quæ ob amorem divinum recta intentione aguntur, perpetuas præparant mansiones in cælis; circa reformandum, cum eodem Rege pacis & unitatis concordiam mentem regiam emollias, habiles, & inclines, ut ea Deo multum placibili, mundo desiderabili, & necessaria valde Christianitati obtenta de manu Domini, possis sicut ferventer optamus intendere circa defensionem & dilatationem ejusdem fidei, vindicando tui Redemptoris opprobria, qui pro tua redemptione passim ignominiam sustinuit, & mortem subit temporalem. Et utinam, fili dilectissime, tuorum nunciorum, quos ad nostram præsentiam destinare disposueras, missio dilata vel impedita nullatenus exstitisset, quia nos, omni excusatione postposita & rejecta, parati eramus, sicut conditum extiterat, super negotio pacis mutue fideliter & sedule laborare. Dat. Avin. xv. kal. aprilis anno III.

Aversus erat a pacis consiliis Eduardus, seque a Philippo fuisse læcessitum obtendebat: significavitque Clementi (b), pertentata excurrente induciarum spatio in Britannia revocata non fuisse; præterea Carolum duceem Britannicæ & alios navalem exercitum contra rem Anglicam instruxisse. De quibus Clemens Philippum Regem certiore fecit (c), monuitque ut Anglici oratores pontificia aula abcessissent: proinde rebus ipse suis strenue contra hostium impetum consuleret. Cæterum Eduardum triplici navali exercitu Aquitaniam, Britanniam & Flandriam, adortum refert Jo. Villanus (d), cumque filium, pulso duce Ludovico, præficere Flandriæ anniteretur, illius foederatum Jacobum Arveveldam una cum fratre nepote ac amicis obruncatum: atque ita justissimas de sceleratissimo viro, qui Eduardo Gallica insignia ad committendas in mutuas cædes florentissimas duas nationes, confirmandamque inter eos tumultus tyrannidem suaserat, poenas sumptas fuisse: audita vero illius cæde Eduardum sua delusum (pe in Normanniam impetus vertisse. Dum ita furenter Angli in Gallis, Scoti Francorum foederati ad Anglorum distrahendas vires, contra hæris riginta millibus armatorum, in Angliam irruptione facta hostilem in Anglos furorem exercuerunt (e). Cum vero tot malorum funestus rumor increbresceret in aula pontificia, Clemens Eduardum ac

Proposita divina præmia.

XI. Instauratum bellum Anglicum (b) To. 3. ep. fecr. 903.

(c) Ead. ep.

(d) Jo. Vill. l. 12. c. 46.

Arvevelda proditur cæsus.

Eduardus re infecta Angliam repetit.

Scotorum in Angliam irruptione.

(e) Thom. Walsing. in Eduard. III.

Phi.

(a) Tom. 4. ep. fecr. 268. 329. 330. 352. 353. 360. ad 371. 373. 621. 643. (b) Jo. Vill. sup. cap. (c) Tom. 4. ep. fecr. 354. 355. (d) An. 4. l. 2. pag. 4. De malis bello Anglico illatis.

Philippum Reges eorumque proceres iterum pluriesque obsecravit (a), ut pacis consilia amplecterentur, tum, ut refert Villanus (b), duos Cardinales ad eos in concordiam adducendos legatos creavit. (c) Extat de horum legatione regestum Clementis (d), in quo singula mandata, quibus instructi sunt, describuntur. E multis pauca hæc delibanda visa.

Clemens, &c. venerabili fratri Avibaldo episcopo Tusculano, & dilecto filio, Stephano tit. SS. Joannis & Pauli presbytero Cardinali Apostolica sedis nuntiis. Propter guerras prædictas, quæ quotidie nimium invalescant, animus noster dolet acerbius non immerito vehementer; & eo potius intima nostri cordis amaricant aculeo, quo periculosas hujusmodi discordiarum & guerrarum circumstantias nobis inferioris considerationis discussio efficacius representat. Attendimus etenim paternæ sollicitudinis studio incommoda immensa, quæ ingerunt, & commoda, pique Dei negotia, quæ impediunt, utinam non exstinguant. Quis enim dubitat, quod ex discordiis atque guerris non solum Babylonicus hostis, sed etiam alii Reges & reguli Agareni de partibus Africa ad occupandas terras Christianorum, & religionem Christiani nominis exstinguendam sumpserunt, sicut facti evidentia docuit, audaciam transfretandi: & quod continue acriores solito, & paratioris molestias inferre Christianorum Regibus atque regibus & populis machinantur? Quis etiam quantumlibet studiosus concipere poterit, quantum tantorum principum, tanta sanguinis propinquitate & affinitate junctorum, perniciose & prob. dolor! inveterata dissensio, si invalescat ulterius, & hostilis congressio, Christiani sanguinis hauriet, prout exhaurit? quas hominum strages ingessit & ingeret? quæ animarum pericula, quot rerum damna produxit etiam & producet? quot profusiva sumptuum & expensarum abyssos tantorum principum horribilis gravisque commotio & ejus profectio exegerunt hætenus & exigunt incessanter? &c.) Subdit Pontifex, se incitatum studio apostolico, ut tot tantaque mala in fomite præfocet, ac dissentientes Reges in concordiam redigat Cardinales nonnullos in Galliam & Angliam decrevisse instruxissetque mandatis amplissimis ut coitiones armorum solverent, atque adversa paci consilia sacramento firmata rescinderent. Dat. Avin. II. kal. decembris anno IV.

XII. Libertas ecclesiasticæ ordinis labefactata.

Afferendæ etiam causa libertatis ecclesiasticæ, quæ ob tot ingentia bellatum in Gallis tum in Angliâ labefactabatur, iidem internuntii missi fuere: quamquam enim Petrus tit. S. Prædixis, & Bertrandus tit. S. Mariæ in Aquiro a Benedicto legati essent, ut Reges ab opprimen-

do jure ecclesiastico revocarent; tantum tamen in mutuum exitium Reges furor agebat, ut ad comparandas copias populorum & sacerdotum opes nullo sacri profanisque discrimine, exurgerent: quare iterum Clemens de violato jure ecclesiastico eadem pene, qua Benedictus formula suo loco allata, novas querelas fudit (e). (e) Eod. l. Nec tuti ab injuriis regionum Eduardi 2. ep. 2. administratorum Cardinales, quorum sacerdotalia vestigalia invasere; ad quos reprimendos, & ordinis ecclesiastici dignitatem in suum splendorem vindicandam, data hæc Cardinalibus internuntiis imperia fuere.

Clemens, &c. Cum vos ad dictum Angliæ regnum pro magnis & arduis negotiis destinemus, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus præfato Regi diligenter expostito, quod singularis ad personam suam nos urget affectio, specialis afficit charitas, ut in præcavendo sibi non solum a noxiis, sed etiam ab iis, quæ salutis suæ derogant, & excellentiæ regali honori non congruunt, nil per suavisse sufficiat, sed persuasis semper existimamus adendum; sibi que per salubris suggestionem consilii solertius ostendentes, quod quanto inclitum genus suum ab olim plenius fovit & exaltavit ecclesiæ & personas ecclesiasticas, manuteneat ac illibatam servare studeat ecclesiasticam libertatem, tanto amplius in ipso notatur, si ecclesiæ vel ecclesiasticas personas opprimi, aut contra libertatem ecclesiasticam violari permittit; quodque per hoc non leve pondus adjicitur præ eminentiæ status sui, cum excessus in sublimioribus tanto damniabilior habeatur, quanto facilius quantoque periculosus derivatur in alios per exemplum; & ideo minus ab ecclesiæ debet, minusque potest argente conscientia tolerari; eundem Regem, quod officiales, ministros, familiares, ac nobiles, & gentes prædictos a præmissis, per quæ Dominus offenditur ultionum, suæ salutis detrahatur, honoris gloria maculatur, gravis nobis & dictæ sedi paratur offensa, pro divina & ipsius sedis ac nostræ reverentia cessare faciat, & positus abstinere, ac in statum debitum revocet, & quidquid contra integritatem libertatis ejusdem in dictis regno & terris dignoscitur attentatum; solenter inducere & efficaciter exhortari cum provida persuasionis instantia studeatis, eisdem ministros, officiales, familiares, nobiles, subditos, ac gentes ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam & alias poenas & sententias, de quibus expedire videritis, super quibus planam vobis & unicuique vestrum liberam potestatem præsentium tenore concedimus, per vos, vel alium, seu alios, appellatione postposita, compescendo. Dat. Avin. II. kal. novembris anno IV.

Monitus officii Eduardus.

Iusti etiam iidem mandatis sunt Caxdi-

De asserendo Sa-
cerdotio-
rum iure.
(a) *Ib. ep.*
4. pag. 6.

dinales, ut Philippum Francorum Re-
gem ad temperandas a sacris opibus ma-
nus abducerent (a) neve regii tuendi ju-
ris, vel ecclesiarum clientela sua regen-
darium specie, eas expilaret, neve cau-
sas ecclesiasticas ad profana tribunalia
rapi permetteret: tum censuris ministros
regios infensos immunitati sacerdotalis
ordinis coercerent. Jussi etiam (b) Gal-
lum Anglumque obsecrare, ut funesto bello
modum ponerent, ex quo res Chris-
tiana collaberetur, & Babylonii Sarace-
ni præferocios insolecerent & Africi Hi-
paniis imminerent: tum pangere indu-
cias, deque fœdere pacisci: ornati vero
amplissimi fuere prærogativis (c) ut ma-
jori cum dignitate demandatum munus ex-
ercerent.

Præmittendum vero his Cardinalibus ar-
chiepiscopum Ravennatem, VII. id. se-
ptembris censuit (d) Pontifex: ac nonis
octobris, Hugo archiepiscopus Bisuntinus
missus (e) qui induciarum violatores cen-
suris percelleret (f). Abruptas porro eas
inducias in Occitania & ducatu Britan-
niæ queritur Clemens. Hactenus de Fran-
corum & Anglorum bellis: jam alias
Regum discordias, quas Pontifex concili-
andas suscepit, aggrediamur.

XIII.
Balearis
regnum
recupera-
re molit-
ur.
(g) *Jo.*
Mariani.
16. c. 12.

Exutus Balearico regno & Ceritanæ &
Ruffinonis principatu a Petro Aragonum
Jacobus Balearium Rex (g) cum se a
victore, cujus fidei, Petri de Exerica prin-
cipis blandis promissis delusus, dedito ul-
tro Perpiniato salutem tantum & liberta-
tem pactus, se suaque permiserat, indigne
habitu regni que jacturam ferre æquo
animo non posset; in Gallias ad Cle-
mentem confugit (h) ut illius authorita-
te regno restitueretur: libellumque sup-
plicem in Cardinalium consistorio porre-
xit, quo summum Pontificem commune
omnium Regum periculum orabat, ut
clientelam ipsius contra Petri Regis Ara-
gonum vim & potentiam susciperet. Affi-
ci illius calamitate Clemens visus est, ac
Petro Regi libellam Jacobi transmisit, nec
legum & equitatis præsidia imploranti de-
esse posse significavit (i).

Petro Regi Aragonum illustri.
Nuper ad sedem veniens Apostolicam
charissimus in Christo filius noster Jacobus
Rex Majoricarum illustris, in nostra &
fratrum nostrorum præsentia constitutus, ali-
quibus per eum propositis & suppliciter po-
sitis, quandam supplicationem exhibuit
in effectu proposita hujusmodi continentem,
&c. (illius se petita ad ipsum transmitti
ere ait, ut quid ea in se deliberandum
sit exploret, tum subjicit:) Quid liceat,
deceat, & expediat diligenter attendens,
infra kal. instantis mensis martii, infra
quas aliquid aliud circa hoc innovare, si-
cut eidem Regi diximus oretenus, non in-
tendimus, quæ tuæ salutis animæ, salu-

Monitus
Arago-
nius ut
clemen-
ter agat.

*bri statui regni tui, & domus tuæ regis
honori congruunt, plene prospicere deli-
beratione matura procures. Scire quidem
tuam magnificentiam minime dubitamus,
quod nos, qui ex iugo servitutis apostolica
desuper nobis imposito sumus omnibus in-
justitia debitores, quamvis velimus, ut præ-
mittitur, quantum commode possimus, tuæ
sublimitati deferre, Regi tamen præfato
denegare justitiam, salva conscientia, non
valemus, &c. Dat. Avin. XIV. kal. februarii
anno III. Non regnum modo Jacobo Ba-
learico eriperat Petrus Rex Aragonum,
verum etiam conjugem Constantiam so-
rorem suam, quam viro Pontifex restitui
jussit (k).*

Refert porro Mariana (l) Balearum ad
Gallicam aulam, ex qua exitii primor-
dia emanant, supplicem confugisse, ac
pretio centum millium aureorum Philippo
Montepessulanum ac ditionem circum-
jectam, de quibus contentio erat, ven-
didisse: auctum deinde viribus, ac Re-
gis Gallorum & Pontificis fratrum patro-
cinio Ceretianam & Ruscionem repetiisse.
Cum vero nonnulli, qui antea jugum
excusserant, ad ejusdem imperium redi-
re parati essent, Pontifex Ceritano epi-
scopo permisit (m) ut eos perjurii labe &
noxa liberaret. Recuperare regnum Jacobus
non potuit, quem in ipso conatu
oppressum ab Aragonis suo loco di-
cetur.

Interea rem non præmittendam ad-
demus, Jacobum Regem, dum apud se-
dem apostolicam ageret, in Cardinalium
consistorio necis a se filio Arnaldi domi-
ni e Rocafolio illata poenitentiam pu-
blicam egisse, factumque ex præcipiti ira-
cundiæ impetu in eum irruisse, seque oc-
cisi parenti *alte & basse*, id est dato in
regium caput vitæ necisque imperio, sub-
mittente. Quibus gestis Clemens Arnaldum
monuit (n) ut ad clementiam erga Ba-
learum Regem animum flecteret, cum acta
in Cardinalium consistorio magno illius ho-
nori verterentur.

XIV.
(o) *To. 4.*
ep. fecr.
528.

Eodem anno ad ingentia avertenda
mala, quæ ex bellis inter Joannem Boe-
miæ & Casimirum Poloniæ Reges emer-
sura erant, Pontifex inter ipsos concor-
diam omni studio revocare nisus est. In-
nitæ inter eos Reges communium ami-
corum opera ad sacrum D. Martino die-
em hoc anno recurrentem induciæ fue-
rant (o), quæ antequam effluerent, Pon-
tifex Guillelmum e Pusterla præpositum
ecclesiæ Pofonienfis diocesis Strigoniensis
Apostolicæ sedis internuntium ad Casi-
mirum & Joannem Reges legavit (p) ut
pacem inter eos redintegraret, instruxitque
authoritate (q) ut si Reges a coeundo fœ-
dere aures averterent, apostolica pote-
state fultus inducias inter ipsos indiceret,
atque anathemate eorum violatores de-
fige-

(k) *To. 4.*
ep. fecr.
41.
(l) *Maria.*
l. 16. c.
12.
Mons-
pessula-
nus Gallo
Regi di-
venditur.

(m) *An. 4.*
l. 4. p. 2.
ep. de in-
dul. 636.

Balearis
Regis pu-
blica poe-
nitentiam
ob carum
virem no-
bilem.

(n) *Ead.*
ep.

(o) *To. 4.*
ep. fecr.
528.
Missus in
terranus
ad pacem in-
ter Boe-
miæ &
Polon.
Reges
concilian-
dam.

(p) *Ib. ep.*
fecr. 526.

(q) *Sup.*
527.

(a) *Ead.*
ep. 528.
XV.

figeret, ditionamque sacris interdixe-
ret (a).

(b) *Ead.*
no. 4. ep.
fecr. 528.
534.

Ne autem interea infestis signis con-
currerent Reges, antequam internuntius
apostolicus in provinciam perveniret, hor-
tatus est Boemiæ Regem Pontifex (b) ut
inducias ad illius adventum protraheret.
Eademque verborum forma conceptæ li-
teræ Carolo filio (c) & Casimiro (d) Re-
gi Poloniæ, tum Ludovico (e) Regi Un-
gariæ, ut autoritatem, qua inter dissen-
tientes Reges florebat, ad eos concilian-
dos adhiberet, transmissæ.

(c) *Ib. ep.*
fecr. 530.
536.

(d) *Ep.*
529. &
535.

(e) *Ep.*
531. &
537.

(f) *Ep.*
533.

(g) *Ib. a.*
Polono i-
niqua
cum ho-
stibus ec-
clesiæ fœ-
dera.

(h) *Alb.*
Arg. in
chronic.

Ceterum Casimirus ut majora in eo
bello auxilia contra Boemos sibi compa-
raret (f) sua commoda religioni prætulit,
atque una cum Lithuanis fidei hostibus,
quos in Prussia fideles magnis cladibus
afflixisset Albertus Argentinenfis (g),
contra Christianos fœdus percussit, deque
jungenda cum Ludovico Bavaro eccle-
siæ adversario affinitate egit: cumque
ejus fama ob hæc iniqua fœdera in pon-
tificia aula traduceretur, ipse ad abster-
gendam labem sibi asperam, datis ad Cle-
mentem excusatoris literis, rescriptis se
quidem a Joanne Rege Boemiæ, a quo
magnis viribus erat laceratus, ad facien-
dum cum schismaticis fœdus tractandam-
que cum Bavaro affinitatem adactum;
nunquam tamen ad illorum gratiam in ec-
clesiam arma correpturum: immo si Boe-
nico bello implicitus non esset, Bavaro
& Lithuanis illud illaturum. Cui Cle-
mens nonnullis verborum officiis de egre-
gio illo studio gratulari significavit. Lu-
dovicum Bavarium ob hæresim & schis-
ma in sacro Cardinalium senatu damnatum
fuisse, omnique jure, quod elec-
tionis ambiguitate ratione ad imperium
obtenebat, spoliatum; & ab ipsius di-
gnitate abhorreere, ut juncta cum da-
mnato heretico affinitate regiæ Polo-
niæ stirpis gloriam inquinaret. Adje-
cit apostolicam se operam pro concilian-
da inter ipsum & Joannem Regem Boe-
miæ pace defixurum, atque internuntium
ea de causa legasse: convelleret itaque
agitata cum schismaticis fœdera, neque
illis auxilia contra catholicos submitteret;
quibus literis xv. kal. novembris dies ad-
scripta.

Officio-
rum leno-
cinio ex-
culat fla-
gitium.

XVI.
(b) *Mich.*
l. 4. c. 18.
Crom. l.
12. in *Ca-*
simiro.
Nulli hu-
jus causæ.

Exarsisse id bellum referunt (b) inter
Boemos & Polonos, cum Joannes Rex
Boleslaus Suidnicensium principem, qui
adhuc in Silesia cum Polonis sentiebat,
bello petiisset: Casimirus vero Vuscho-
ensem tractum & Polonico regno olim
avulsum Poloniæ restituisset, Zaganensem-
que ducatum flammis fœdasset: unde
tantum irarum Joannes Rex conceperit,
ut quamvis cœcus & senex ab expediti-
one non rediturum sacramento affirmaret,
nisi Cracoviæ mœnia victrice manu pal-
passet; inferiorem vero bello fuisse, cum

Ludovicus Ungariæ Rex Polonum avuncu-
lum magnis auxiliis intruxisset, ac Joan-
nem Regem demum bello Polonico ab-
stinuisse, cum filium majorem natu Caro-
lum Moraviæ principem evehere ad imperium
meditaretur. Ex quibus pontificia
opera conciliatam inter Reges concordiam
facile colligas, quamquam navatæ ab il-
lo pro sopiendo eo bello diligentia, ac
missi internuntii apostolici iidem autho-
res non meminerint. Agit de eodem in-
ter Casimirum & Carolum principem Mo-
raviæ bello Joannes Villanus: (r) hoc anno,
apud quem insignis error irrepit, cau-
sum fuisse acie Casimirum, ac Ludovi-
cum Pannoniæ Regem, audita illius ne-
ce, ut Stephanum fratrem ducem Trans-
sylvaniæ, uti convenerat, ad Polonicum
regnum eveheret, Dalmatia, in qua bel-
lum gerebat cum Venetis, in Poloniam præ-
cipiti cursu se recepisse.

Eruperat Dalmaticum bellum, ut re-
ferunt plerique scriptores (k) cum Jaderi-
ni Venetorum jugum excussissent, descen-
dissentque ad Ungaros: debellatos ve-
ro demum a Venetis, appendicis ad hi-
storiæ Andrea Dandali author enar-
rat (l) qui Jaderæ expugnationem in
ter præclara Andree Dandali ducis fa-
ciora collocat, ubi hæc ipsius elogium af-
fert: *Hic mirabilis facundia fuit, divi-
na & humana scientiæ peritissimus, justiti-
a & republicæ amantissimus; Jaderam
rebellempulsatis Ungaris, longa terrene-
stri maritimæque obsidione devicit.* Impli-
cari facile hoc potuit bello. Bertrandus
patriarcha Aquilejensis, quem III. id. de-
cembris Pontifex ad pacem cum Venetis
ineundam est adhortatus (m). Ceterum Lu-
dovicus Ungariæ Rex, Neapolitanam expedi-
tionem cogitans, fœdera cum Ludovi-
co Bavaro agitavit, atque illius filium
Stephano fratri duci Transylvaniæ, quem
in Polonici regni ordinem comitis Casi-
miri Regis avunculi successorem designa-
tum vidimus, matrimonio jungere est me-
ditatus. Quæ discutere consilia Clemens
studuit (n): *Regalem*, inquit, *tuam roga-*
mus magnificentiam & in Domino attentius
exhortamur, quatenus diligenter attendens
quod pœnæ ac sententiæ, per processus pro-
mulgate prædictos, omnes & singulos par-
ticipantes, seu communicantes cum Ludovi-
cico prædicto, aut ipsum pro Rege vel Im-
peratore habentes seu ei respondentes, aut
obedientes ut tali, apprehendant & penitus
includent; & in serenitate tui nominis &
ejusdem prosapiæ nitore regalis nequaquam
ponens maculam deturpantem, tractatus su-
per iis non admittas; sed eos, si forsitan in-
gnoranter admiseris, quamdiu præfatus Lu-
dovicus sic extra communionem fidelium &
gratiam ejusdem ecclesiæ tanquam pari-
dum & infectum membrum exiterit, abiji-
cias & repellas, &c. Dat. Avin. IV. kal.
novembris anno IV.

(l) *Jo.*
Vill. l. 12.
47.

XVII.
Bellum
inter Ven-
etos &
Ungaros
(k) *MS.*
Dandali
Bonfin.
dec. 2. l.
9.

(m) *To. 4.*
ep. fecr.
695.

(n) *Ib. ep.*
secr. 532.

Bavari af-
finitas ab
Ungaro
affectata.

Nullum
fœdus in-
eundum
cum Ba-
vato, do-
cet Pont.

Ungarus fraternam necem ulcisci parat.

Acerba accidere pontificia monita Ungaro Regi, cum fratris Andrea Regis Siciliae necis crudelissima dolore percitus, illiusque ulciscendae cupiditate, tum amplissimi regni potiundi spe elatus Germanos principes ad belli societatem trahendos putaret; de quo dicendum erit inferius. Nunc de Bavari tandiu expectata frustra reconciliatione nonnulla ad damus.

XVIII.

Allexerat is plerosque principes ad suas partes, dum ecclesiae gratiam confectari praeferebat: cumque Philippum Francorum Regem florentem gratia apud Clementem, sermonum interpretem adhibuisset, ac proluxa protraxisset cum Rege oratorum opera colloquia, quos triennium tenuisse scribit Rebdorfius (a), promissorum inmemor Pontificem spe sua & expectatione delusit, ac minora longquam antea sibi vel praedecessoribus spondidisset, ad promerendam ecclesiae gratiam obtulit; de quibus Clemens apud Philippum hinc literis questus est (b).

(a) Rebdorf. in chron. Bavarus expiare crimina detrectat. (b) To. 3. ep. secr. 1047.

Omnia ab illo actu & fictione gesta.

Promissa servare speravit.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Francie illustri. Regiam volumus excellentiam non latere, quod licet nos propter salutem animarum, & obtentu precum regiarum nobis pro Ludovico de Bavaria saepius directarum reconciliationem ipsius ad unitatem sanctae matris ecclesiae, a qua suis detestandis delictis enormissimis tamquam membrum infectum & putridum est exclusus, optavissimus sinceris desideris & ad huc (cum iussita tamen, ac honore Dei & ecclesiae totiusque coetus fidelium) desideremus ferventer; ipseque saepius devotionem constringens, ad eandem reconciliationem & unionem se velle redire, sicut praemissum est, asseruerit sicut rei probat exitus fraudulenter; & nos, quod in nobis erat, super his expectando, cum de mansuetudine sedis Apostolicae, sicut regalem ignorare non credimus celsitudinem, fecerimus bona fide; ipse tamen missis nobis novissime literis & nunciis quasi nihil respectu illorum, quae antea nostro & praedecessorum nostrorum temporibus promiserat, obtulit: sed potius tamquam in profundum malorum, & laqueum desperationis demersus, omnino videtur divertere quoad reconciliationem huiusmodi ab inceptis, nobis & sedi deludendo praedictis. Super quibus omnibus venerabilis frater noster Petrus episcopus Claromontensis, & dilecti filii nobilis vir Ludovicus de Pictavia, ac magistri Firminus de Coquello decanus ecclesiae Parisiensis, & Petrus de Verberia consilarii Regii, per nos instructi plene super his, quibus copiam articulo- rum a nobis per nuncios dicti Ludovici petitorum dedimus, sublimitatem regiam reddere poterunt viva vocis orasulo certiorum. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis v. id. maji anno III.

Ex hinc pontificis literis Alberti Argentinensis (c) mendacia confutantur: is enim historiam ad Ludovici gratiam conscripsit, quem ut magnum authorem sequitur & ostentat Hervvartus.

Scripsit idem Albertus commentarium de rebus Bertholdi episcopi Argentinensis, utque hostium viribus attritus, Ludovici Bavari jugum post varios conatus subierit: ut vero demum collectis viribus servitutem Bavari suis cervicibus depulerit leviter perstringit. Vifa autem nobis sunt ejusdem episcopi afferendae literae, quibus ille facinus, quod multis coloribus subornat Albertus Argentinensis, Christiana demissione damnat (d).

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo benignissimo domino Clementi, divina providentia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo Pontifici, devotus & humilis vester Bertholdus, Dei & Apostolicae sedis gratia Argentinensis episcopus cum omni humilitate devota pedum oscula beatorum.

Vestrae, pater sancte, clementissimae sanctitati notifico per praesentes, quod ego sapientem virum magistrum Henricum Schoerlin officialem curiae meae Argentinensis, meum certum, verum, & legitimum procuratorem, ac nuntium specialem tenore praesentium facio & constituo; & specialiter ad promittendum & praestandum in animam meam, tactis sacrosanctis Dei evangelis, corporale juramentum, quod in omnibus statibus & parebo humiliter mandatis sanctae Romanae ecclesiae, ac vestris & successorum vestrorum canonice intrantium, nec non super omnibus & singulis transgressionibus, injuriis, contumaciis, rebellioribus, fautoris, & aliis inobedientis, directe vel indirecte, publice vel occulte, per me quomodolibet commissis, ac super quibuscumque poenis & sententiis, quas incurri ab homine vel a jure propter supra & infra scripta, & ea quomodolibet tangentia, stabo & parebo sanctitatis vestrae omnimode voluntati. Nec non ad petendum humiliter & obtinendum ab eadem sanctitate vestra beneficium absolutionis, relaxationis, & dispensationis pro me, & commissionem per sanctitatem vestram faciendam pro hominibus, ecclesiis, & terris ecclesiae vestrae Argentinensis subjectis: nec non a sententiis & processibus excommunicationum, suspensionum vel interdictorum, irregularitatis, & poenis aliis a quondam bona memoriae domino & patre meo domino Joan. Papa XXII. vel aliis quibuslibet praetatis, quas vel quos ego vel ipsi homines ecclesiae vel terrae incurrimus, & quibus ligati sumus pro eo, quod ego dictus Bertholdus post obitum praedicti domini Joannis Papa & tempore felicitis recordationis domini mei domini Benedicti Papa XII. propter metum justum & legitimum, qui poterat cadere in constantem, corporis &

Refellit Albert. Argent. (c) Argent. in chron. XIX. Bertold. episc. Argentin.

(d) Ext. apud Clem. an. 4. l. 4. p. 2. ep. de indultis 662.

Ejus ad Pont. literar.

De fecutis Ludovici partibus veniam poscit.

Metu justo oppressum se fuisse excusat.

Se quoque imperiis pontificis subicit.

Profitetur non spectare ad Caesarem creare vel exautorare Pontificem.

XX.

Non adhaesurum se Bavaro dum rebellabit ecclesiae.

bonorum ac jurium & honorum ac ecclesiae meae periculum & eversionem, quam aliter evadere non valens non sponte, sed cum magna cordis amaritudine, cum finaliter amplius reluctari non possem, indebite feda & regalia ipsius Argentinensis ecclesiae de facto solum, cum tam propter dictos processum quam ob alias justas causas non possem nec deberem, recognovi illicite a domino Ludovico de Bavaria tamquam a Romanorum Rege & Imperatore, eidemque indebite bonagium feci, prout pro hujusmodi regalibus est solitum; cum protestatione tamen expressa, publice in ipso actu per me facta praesentibus pluribus fide dignis, & per eum admissa, quod per hoc non minus domino meo summo Pontifici & Apost. sedi in omnibus obediam & parebo, nec sibi contra Romanam ecclesiam dabo consilium, auxilium, vel favorem. Et etiam ad subjiciendum me & ipsos homines, ecclesias & terras meas, & ipsius ecclesiae Argentinensis praedictas omni voluntati & dispositioni & gratiae ejusdem sanctitatis vestrae ac ecclesiae Romanae praedictae: & pro me & ipsis poenitentiam, emendam, & satisfactionem omnimodam subeundam, & meo nomine promittendum, & ad illa me efficaciter obligandum. Nec non ad promittendum, constituendum, & recognoscendum publice pro me, quod ego tenui, teneo, & tenebo fidem catholicam, ac credo, & teneo quod credit & tenet ac docet sancta mater Romana ecclesia: & quod credidi & adhuc firmiter credo & scio, quod non spectat ad Imperatorem Papam seu summum Pontificem deponere, & alium eligere vel creare; immo illud haereticum reputo, & per ecclesiam Romanam juste damnatum. Item & ad praestandum in animam meam super sacrosanctae Dei evangelia corporale juramentum, quod vobis dicto domino meo Clementi Papae, qui nunc estis, ac vestris successoribus canonice intrantibus, & dictae Romanae ecclesiae fidelis ero de cetero, vobisque & ipsi debitam reverentiam ex nunc & obedientiam exhibebo; nec cum praefato domino Ludovico de Bavaria quoad stabo in rebellione sanctae matris ecclesiae, seu quibuscumque haereticis vel schismaticis, aut eorum sequacibus per ipsam ecclesiam devotatis, vel in posterum, denotandis, deinceps ero eis vel quibuscumque aliis dando consilium, auxilium, vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte: quodque nec dicto domino Ludovico fuerit per sanctam Romanam ecclesiam approbatus; nec etiam cum eodem domino Ludovico aut cum quocumque alio in praedicta rebellione existentem obligationem, conspirationem, seu ligam faciam, aut aliud quodcumque juramentum his contrarium praestabo. Et generaliter ad faciendum, promittendum, offerendum, & jurandum omnia

& singula, quae in praemissis & circa praemissa, ac dependentia ex eisdem fuerint opportuna, etiam si mandatum exigant speciale, & quae ego facere possem, si praesentialiter praesens essem; promittens per solemnem stipulationem notario infrascripto, ut publicae personae nomine Romanae ecclesiae, ac omnium quorum interesse potest stipulanti, & sub juramento a me in praesentia dicti notarii & testium subscriptorum praestito corporali, me grata & rata perpetuo habiturum sub obligatione & hypothecca omnium bonorum meorum quidquid per eundem procuratorem pro me & dicta mea ecclesia actum, gestum, & procuratum fuerit quomodolibet in praemissis. In cuius rei testimonium praesentes literas fieri feci per notarium publicum infrascriptum, & sigilli mei appensione muniti. Actum & datum in castro meo Sultz Basiliensis diocesis non mensis novembris hora post cantatas vesperras, pontificatus vestri, pater clementissime, anno quarto indictione XIV. sub anno vero nativitatibus MCCCXLII.

Instructi mandatis ad paciscendum oratores.

XXI.

(a) Ibid. ep. 662.

Audivit proximo anno memoratum oratorem Pontifex, atque illius lapsus non voluntarium misertus veniam clementer dedit (a), ea lege, ut duo facella, quae condiderat in Argentinensi ecclesia, vestigalibus idoneis ad divinam rem faciendam cultumque divini Numinis urgendum, locupletaret.

Clemens, &c. Bertholdo episcopo Argentinensi. Attendentes his, qui non per affectatam nequitiam, vel alias ex pravitate animi deliquerunt, fore ignoscendum facilius, & gratiosius providendum; huiusmodi confessionibus, subjectionibus, promissionibus, obligationibus, ac juramento ab eodem Henrico procuratore, tuo nomine ut praemittitur factis; & praestito ab ipso Henrico procuratore tuo, & praedictae ecclesiae Romanae nomine receptis, te in persona praedicti Henrici procuratoris tui ab omnibus & singulis sententiis ac poenis supra dictis, quas propter praemissa, vel aliquid praedictorum tu & praedictae ecclesiae Argentinensis quomodolibet incurristi, de dictorum fratrum consilio apostolica auctoritate absolvimus: easque & interdicta quaelibet, propter te in hoc & dictam ecclesiam Argentinensem, & terras & loca quaecumque tua, & Argentinensi ecclesiae praedictae & eidem ecclesiae subiecta posita, relaxamus, & tecum sub irregularitate & cujuslibet infamia & inhabilitatis nota, quas contraxisti propterea, dispensamus, teque habilitamus & restituimus in integrum. Pro poenitentia autem omnium praemissorum excessuum & delictorum, a te ut praemittitur commissorum, tibi imponimus & injungimus, ac volumus, ut tu incappella, quum in latere praedictae Argentinensi ecclesiae ad honorem Dei & B. Mariae virginis sub titulo & vocabulo B. Caibae rinae

Solvitur
censuris.

rine virginis confluxisse diceris, ultra illas capellanas instituire & ordinare de novo, & pro sustentatione duorum perpetuorum capellanorum, qui in eisdem duabus capellanis instituendis & ordinandis de novo, perpetuo serviant laudabiliter in divinis, sufficienter dotare, videlicet cuilibet dierum duarum perpetuarum capellantarum instituendarum & ordinandarum triginta florenorum auri de Florentia annui & perpetui redditus assignando, infra biennium proxime secuturum de bonis tuis tenearis. Dat. Avin. XI. kal. aprilis anno XV. Inclinabant

(a) *Ib. ep. 592.*
Basilien-
ses de suo
ad eccle-
siam redi-
tu agi-
tant.

XXII.
Intestina
orta Pata-
vii.

(b) *To. Vill. l. 12. c. 4. Cor-
tus. hist. l. 9. c. 1.*

Varii in
Italia dif-
fensio-
num mo-
tus.

(c) *Foliet. 1. 7.*

(d) *To. 3. ep. fecr. 660.*

(a) etiam Basilienfes ad excuriendum ser- vitutis injuste a Ludovico Bavaro imposi- tæ jugum, & jam ante ad unius anni flexum ecclesiastici interdici severitatem laxari obtinuerant: sed cum promissa ec- clesiæ nondum præstare potuissent, iterum ad aliquot menses extracta dies est, ut ea clementiæ significatione provocati ad offi- cium procumberent.

Afferebat interea Italiæ gravissimas ca- lamitates diuturnum interregnum, cum magnates avaritiæ & ambitionis furis acti, fundendoque humano sanguini ac- sueti, continuis bellis ac rapinis populos affligerent, invicemque sævirent. Et qui- dem Patavii, ubi Carrarienses novum con- siderant principatum, defuncto Ubertino Carraria, Marsilietum illius consortem do- minationis ac successorem Jacobus ejus- dem Ubertini nepos obruncavit (b). Genu- enses invicem de principatu digladiab- antur. Luchinus Vicecomes Mediolanen- sis potentia auctior Pisanos in Etruria, Joannam Reginam in Pedemontio, Sca- ligeros in Insubria oppugnabat. Similiter marchiones Atestini, Gonzagæ Mantua- ni, Thadæus Pepulus Bononiensis, a- liique mutuis cædibus temperare non po- terant. Quibus malis ut mederetur Cle- mens, plures internuntios apostolicos in Italiam legavit: ac primum ut Genuen- ses dissentientes sub Monterena duce, qui Genua & Saona patricios pellendos cu- raverat (c), [1] unde atrox bellum exar- sit, cum exules armis patriam recupera- re niterentur, in concordiam revocaret, Ildebrandinum episcopum Patavinum misit. (d) Meminit de Patavino episcopo ad Ge- nuenses tumultus componendos legato, dum Genua ab exulibus magnis viribus

obsidione premebatur, Folieta (e) (quam- vis in eo erret, dum illum Cardinalem legatum vocat, ut e literis pontificiis constat) atque illius opera pactas induci- as ait: deinceps soluta obsidione, Luchino Vicecomite Mediolanensi pacis arbitro foedus redintegratum mense julio iis le- gibus, ut patriæ & fortunis exules resti- tuerentur.

Missus etiam a Pontifice (f) apostolicus internuntius Guillelmus episcopus Carno- tensis, ut discordias inter Pisanos & Lu- chinum vicecomitem nondum sopitas conciliaret: præterea demandata III. kal. februarii eidem episcopo provincia, ut Insubriæ regulos a mutuis inferendis cla- dibus abduceret (g). Denique anno extre- mo, cum recrudescerent odia, Pontifex legatos Cardinales in Italiam ad eam pa- candam mittendos censuit, ac Luchinum Mediolanensem alioque foederatos, qui- bus Jacobus Carraria accesserat, sollicita- vit (h), ut arma ponerent, donec Car- dinales legari composituri ipsorum con- troversias accessissent, cum tumultus Si- ciliciæ citerioris ipsos cogerent, ut eo di- verterent.

Revocatus (i) fuerat ex Siculi regni administratione Aymericus Cardinalis le- gatus, quamvis illa ad Pontificem ob Jo- annæ Reginæ imparem rebus gerendis æ- tatem spectaret: sed cum eidem legato verbis tantum paritum esset, atque im- portunis Joannæ Reginæ, quæ Francorum Regem ea in re sermonum ministrum ad- hibuit, precibus urgeretur Clemens, so- luta de pupillis lege, ipsi regni gubernac- ula permisit. Cum ea vero regni opes ac jura contra imperia apostolica dis- sipare pergeret, Pontifex regno consultu- rus factas a Regina post obitum Roberti donationes convulsit, & Aymerico Cardi- nali regno discessuro (k), & Guillelmo (l) episcopo Carnotensi Apostolicæ sedis internuntio partes dedit, ut edicta ea de re pontificia in regno vel finibus divul- garent. Joannam etiam intentato ana- themate regia jura alienare, atque jam distracta rescindere jussit (m). At neque- censurarum religione levis adolescentula deterrita est a dissipandis regni juribus, ac possessionibus alienandis: quocirca Pon- tifex iniquas illas donationes rescidit, at- que

Ligurum
turbae.
(e) *Foliet. hist. Gen. l. 7.*

(f) *To. 3. ep. fecr. 745.*

(g) *Ib. ep. fecr. 744.*

(h) *Ep. 674. ad 679.*

XXIII.
(i) *To. 3. ep. fecr. 1049.*

Soluta
perperam
lex de pu-
pillis ad
Joannæ
gratiam.

(k) *Ib. ep. fecr. 746.*

(l) *Ib. ep. fecr. 747. & 104. ep. fecr. 430.*

(m) *Eod. 10. 4. ep. fecr. 113. 114.*

(a) *Ib. ep. 430.*
Donatio-
nes Joan-
næ Regin-
æ rescit-
it.

(f) *To. 3. ep. fecr. 745.*

(g) *Ib. ep. fecr. 744.*

(h) *Ep. 674. ad 679.*

XXIV.
(i) *To. 3. ep. fecr. 1049.*

(c) *To. 4. ep. fecr. 92.*

XXV.

que ad regiam coronam revocavit (a): Non obstante, inquit, quod ipsa Joanna, propter juvenilem ipsius ætatem ad regimen & gubernaculum regni & terrarum prædi- ctorum minus idonea existente, ad nos, qui superiores ejus existimus, & totius regni & terrarum ipsarum directum & altum domi- nium obtinemus, gubernatio & regimen de jure & diversorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum observantia pacifica pertinebat, diversas donationes & aliena- tiones fecerat in ipsius Regina & regni & terrarum prædictarum notabile detrimen- tum; nos ipsius Regina & reipublica re- gni & terrarum prædictarum volentes in- demnitatibus providere, omnes donationes, infeudationes, & cujuscumque generis aliena- tiones in quascumque personas factas incon- sistorio nostro publico, præsentis fidelium, multitudinis copiosa, tanquam indebite factas de fratrum nostrorum consilio cassavimus, &c. Dat. apud Villanovam Avin. die- cesis XII. kalend. octobris anno IV. Fœ- minea etiam superbia & levitate virum a publiciarum rerum tractatione indignè repellere Joanna non erubuit: de quoque conquestus Pontifex Francorum Regem rogavit, (b) ut ex sorore neptem præcep- tis salubribus informaret.

Redigendi illa in servitutem viri cupi- da ad disturbandam illius regiam inunctio- nem suam extrahere decrevit. At Pon- tifex redintegrandi Joannam inter & An- dream amoris sollicitus, Joannem causarum sacri palatii auditorem ea de causa le- gavit, ac Reginam hortatus est (c), ut virum debito amore complecteretur, nec se eorum susurris, qui aures erant, ne una cum illo regia ornamenta acciperet, subornari pateretur; neve tandiu inunctio- nis pompam differret. Andree vero XII. kal. octobris leges, quibus solemn- itati corona cingendus erat, præscripsit: & Guillelmo episcopo Carnotensi Aposto- licæ sedi internuntio provinciam dedit, ut regia illum inunctione liniret, ubi ex pon- tificio rescripto sacramentum nuncupasset.

Eo porro decreto fanciebat Clemens, nullum jus ex nomine regio inunctione- que Andream comparaturum: ac si ca- sus contingeret, ut Joanna sine liberis Andrea superlittere e vivis abcederet, Si- culum sceptrum ad Mariam Joannæ so-

Ann. Eccl. Tom. XXV.

rorem ejusque liberos ex initis cum Ca- rolo I. pactioibus devolvendum; data- que Andree imperia, ut tum regios api- ces poneret: præterea intentatum ana- thema, si in eodem casu regnum affecta- ret, ac devincti objectis censuris proceres, ut ab Andrea discederent. Imposita etiam Andree lex, ut antequam regia conse- cratione afficeretur, jurejurando profite- retur, regnum si nullis susceptis liberis Joanna obiret, ad Mariam & Dyrachi- nos transfundendum, Neapolitanique re- gni ordines idem sacramento firmare jus- si: quod diploma Clementis XII. kal. o- ctobris consignatum.

Hactenus variis artibus Andree regiam inunctionem adversarii extraxerant: cum- que Pontifex amplius non prorogandam pluribus literis decerneret, & Joannam, Mariam, Dyrachinum, Tarentinum, a- liosque proceres ad id urgeret (d) imperis, barbara immanitate necatus fuerat; in- Baronianis enim notis. De quo hæc repe- rio (e): Die XVII. mensis septemb. obiit Andreas Rex Jerusalem & Sicilia filius Caroli Regis Ungariæ & Elisabeth, quæ ante obitum filii Romam veniens ad limi- nam Apostolorum calicem aureum gemmis or- natum donavit eidem basilicæ: tabulam e- tiam argenteam gemmis confectam, in qua inerat depicta figura Apostoli: multas in- super est elargita elemosynas, ob idque statuta illi dies anniversaria pro ipso Andree defuncto, & pro felici statu regni Ungarici. Hæc habentur in appendice ad martyrologium ejusdem basilicæ Vaticane scilicet ea die, qua supra; nimirum quar- tadecima kal. octobris, biduo ante quam quo Andream regio diademate insigniri jussum vidimus.

Describit infandum & crudele mortis Andree illatæ genus inter alios Petrarcha (f) oratorio stylo: O brevi, inquit, multum (f) Pe- mutata Neapolis! O infelix Aversa: vere aversa, nomen ex re sumptum! Aversa, inquam, prorsus ab humanitate ac fide, quarum prima homini, secunda Regi & ju- sto domino debebatur: in te utriusque sprete reverentia, utriusque in sacrum genti- bus fractum fedus. In te enim fraude im- pia periit Rex tuus, ferro utinam aut vi- rili morte alia, ut hominum manibus in- terfectus, non ferarum dentibus atque un- gui.

XXVI.

(d) *Ib. ep. fecr. 405. ad 429.*
Andree
Regis
nex.
(e) *Bar. in not. MS. ad hunc an- Bonfin. dec. 2. l. 9.*

XXVII.

(f) *Pe- trar. ep. familiar. l. 6. n. 5. Patrum Aversæ flagitium.*

NOTÆ [1] DE agitato hoc anno pacis consilio inter Genuenses seditiosos, legendus qui non diu post, ineunte scilicet sæculo sequenti, scribebat, Gregorius Stella in Annalibus Genuensibus. Narrat ille hoc anno ineunte, scilicet die XII. Februarii venisse episcopum Paduanum Cardinalens (non ergo sine veteri assertore hanc illi dignitatem adstruit Folieta apud Annaliam hic) & legatum S. A. Tum vero discessisse addit die III. Aprilis, ut de seditionibus Genuæ tollendis cum Luchino Vicecomite ageret. Induciæ stabilitæ, & promulgatæ die XVIII. Junii. Die tandem VI. Julii redditæ sunt literæ Luchini Vicecomitis, quem pacis arbitrum utraque civium factio constituerat, iisque pax composita ea lege ut Genuensibus exulibus reditus in patriam permittere- tur, exceptis seditionis nonnullis, quorum nomina referrebantur, quibus exilium XM. passuum ab urbe imperatur. MANSI

NOTÆ [1] Nescio unde acceperit Baronius mensem, & diem necis Andree Hierusalem, & Sicilia regis. Nam Dominicus de Gravina, qui tunc Apruntinum chronicon, rebus ipsis præsens, scribebat, historiam necis hujusce, quam fuscè prosequitur, sic tandem concludit: Obiit anno Domini MCCCXLV. indictione XIII. de mense Augusti, XX. die mensis ejusdem. Horren- di facinoris consciam statuit Joannam reginam, quam & pro viribus obstitisse narrat, ne de im- piis Andree interfectoris poena debita sumeretur. Spondanus, Joannam excusare adnitens, tes- tes producit æquales Bocacium, & Petrarcham, qui rei inique gesta invidia proceres regni one- rant. Sed nec ipse Gravina immunes a crimine illos agnoscit, simul tamen Joannam ipsam totius moliminis consciam se præbuisse affirmat; quod & credibile efficit similtas uxoris cum viro, ejusdemque Reginæ effrænis in omnem nequitiam licentia. MANSI

gibus laceratus videretur. O iniquo con-
dita sydere, infausto signata vomere, cæ-
mentis extructa sanguineis, & vipereis ha-
bitata cultoribus, magistra urbs crudelium
exemplorum. Abundæ impietatis, & crimi-
num erat, animatam principis sacrosan-
ctam effigiem, ad imaginem Dei factam,
violare tam atrociter, tam superbe: nunc
id scelus non in homine quolibet ausus, sed
mitissimum innocentissimum hominum, & do-
minum tuum, & ante annos tui sollicitum,
tui amantem, rare indolis puerum, magnæ
spei Regem, truculentissime lanasti. Immo
non tu, sed in te acres & immites, dicam
homines an belvæ? an quod adventitii ge-
nus monstri, qui orbem Italicum barbarica
feritate maculantes, tuum suumque Regem
non gladio, non veneno, dura licet ac so-
lita regum morte, sed velut incendiarium
aut latronem infami laqueo peremerunt, &
cujus vertici debitum ac speratum diade-
ma, diu perfida tergiversatione disulerant
ejus collo restem & nodos miserabiles inie-
cerunt: ut exequiarum genera alia, & vi-
ta longiore dignissimi corporis ludibria in-
digna, præteream; quæ nostro forte silentio
posterorum notitiæ subtrahuntur. Tu qui-
dem misera civitas, hæc perpeffa tuis in
penetrabilibus, quæ omnes terras, & omnia
secula tristi sint inquinatura memoria. Cæ-
terum & culpæ expers, nisi quod patientia
criminum sæpe consensui proxima est, &
nec obstare poterat, nec ulcisci; miseratio-
ne potius digna, quam odio, &c.

XXVIII.

Causam tanti sceleris alii Joannæ adul-
terii & ambitioni tribuant, alii impro-
borum hominum audaciæ, qui jactatis re-
mere ab Andrea vocibus fuerant laceffi-
ti, inter quos est Clementis vitæ author:
(a) Occasio, inquit, hujus sceleris specialiter
fuisse dicitur, quia ipse tanquam virtuosus
& audax verbo & factis monstrabat se vel-
le punire multos, quos videbat criminosos
& male se habentes, quæ imprimis domini-
um dicti regni ad ipsum pervenisset de quo
male sibi conscius, & merito formidantes cog-
itaverunt adversus eum, & modo præmis-
so sibi ipse præcavere.

(a) Jo.
Vill. l. 12.
c. 50.
Intempe-
stivæ mi-
næ pepe-
rere ipsi
exitium.

In quo discant nova dominia acquirentes
quod a principio non exasperent, molestant
aut terreant subditos suos, etiam quantum-
cumque demeritos, neque pandant interio-
ra sui cordis; sed dissimulent, & potius
tales alliciant, eisque blandiantur, donec
habeant dominii sui firmitatem, dederinque
ordinem, per quem adversum eos procedere
valeant absque sui periculo, & scandalo
aliorum; quia ex opposito modo simili,
aut crudeliori perijisse, aut a dominis suis
dejecti fuisse leguntur.

XXIX.

Haud ita multo post Joannæ, ad se-
cundas nuptias transvolare meditantem, e-
dixit Clemens, ne ex passionibus cum
Carolo I. initis inconsulta sede Apostoli-
ca virum acciperet, ne sceptrum in prin-

cipem ecclesiæ non studiosum aut regiæ
imparem dignitati transfunderetur, regni-
que amissionem exaurationemque regii
apicis, si contra tenderet, pro summo in
Siciliam imperio intentavit, repetito Cle-
mentis edicto: (b) Clemens Papa IV. præ-
decessor noster prudenter attendens, in con-
ventionibus inter eandem Romanam eccle-
siam & claræ memoriæ Carolum I. Regem
Siciliæ in concessione regni ejusdem per ip-
sam ecclesiam sibi facta initis & habitis
illud inter cætera expressius voluit conti-
neri, quod si forte deficientibus masculis
contingeret feminam inuuptam in regno suc-
cedere memorato, illa maritaretur personæ,
quæ ad ipsius regni regimen & defensionem
existeret idonea, Romano tamen Pon-
tifici prius super hoc requisito; nec nuberet
nisi viro catholico & ecclesiæ Romana de-
voto: & si contra hæc fieret, quod liceret
eidem Romano Pontifici, contra ipsam ad
privationem regni & irrarum circa pha-
rum sine figura judicii, & absque juris so-
lemnitate, in quacumque ætate ipsa consti-
deret, procedere si hoc expedire videretur
eidem, &c. Dat. Avin. xi. kal. decembris
anno iv.

(b) To. 4.
ep. fecr.
107.

Cæterum expetere inter reliquos a Pon-
tifici iusta de fontibus supplicia Massilien-
ses, flagitii indignitate commoti; quo-
rum libellus (c) supplex Clementi porre-
ctus his conceptus verbis exat in pon-
tificiis literis exaratis ix. kal. decembris:
Ad pedes sanctissimi & beatissimi in Christo
patris & domini nostri domini Clementis,
digna Dei providentia sacrosanctæ ac uni-
versalis ecclesiæ summi Pontificis, ad hono-
rem & fidelitatem illustrissimæ domine no-
stræ domine Joannæ, Dei gratia Jerusalem &
Siciliæ Regiæ, venientes & constituti Ber-
nardus Galqui, Petrus de Cepeta ambassato-
res, & Petrus Amelii notarius, electi & missi
pernobilem virum dominum Berengarium Au-
deberti militem vicarium, & generale con-
siliium nomine & pro parte totius universi-
tatis vicecomitatus Massiliæ, mœstis expo-
sitionibus, & diræ punitionis flagellis dic-
tæ pontificali beatitudini flexis genibus
denunciarunt humiliter & devote, quod,
sicut murmur præanxians personas univer-
sas dictæ civitatis reginalis fideles plan-
ctibus & ululatibus tristitia sauciavit, vir
altissimus memoriæ recolenda domini An-
dreæ Jerusalem & Siciliæ Rex, reveren-
dissimus domini nostræ Regiæ maritus,
fuit noviter in partibus regni proditona-
liter, inhumaniter, & nefandissime inter-
emptus: quo eventu tristissimo reginalis
honor, & fidelitatis Massiliensis, & alio-
rum reginalium fidelium radicata devotio,
plusquam exprimere valeant, injuriantur,
leduntur, & doloribus quippe afficiuntur
de tanto innocente domino morti dato.

XXX.
Massi-
lienses de
Andree
interfe-
ctoribus
supplici-
um sumi
postulant.
Horum
supplex
libellus.
(c) Eod.
19. 4. ep.
fecr. 559.

Unde eidem sanctitati devote & humi-
liter supplicant, quatenus scrutari & re-
perire

periri mandare dignetur de casu tam hor-
ribili veritatem; & reperta tanquam uni-
versalis dominus provideat punitionem a-
cerbam tali effectu fieri, rigiditatis me-
tas excedendo ut convenit contra auctores,
& culpabiles quomodolibet dictæ mortis,
adeo quod, quantumcumque vindicta a-
genda tanto sceleri læsionibus, doloribus,
injuriis, & offensis, prob dolor: aquipa-
rari non possit aequaliter, licet insufficien-
ter exequenda punitione satisfaciat injuriis,
offensionibus, doloribus, & læsionibus an-
teactis; quam utique mortem Massilienses
universi, proprias injurias & offensiones cla-
mantes, reputantes, & habentes, optant
præ desiderari, ut satiari possent in vindi-
cta mortis tanti domini innocentis, hiberi
& dici singulares ultores, eorum fidelita-
tem intrinsicam operibus propalantes ad ho-
norem reginalis celsitudinis, & ventris sui
remanents, ut fama tener, prægnantis;
paratos se offerentes nomine universitatis
prædictæ civitatis Massiliæ, ordinationes &
mandata dictæ sanctitatis dominicæ sup-
bis & aliis reverenter exequi, verendo nemi-
nem animose.

Præsertim etiam supplicant sanctitati præ-
dictæ, ut reginalem excellentiam & præ-
gnatum suum, quo in Dei potentia spera-
tur tanta percussione haberi consolationis
levamen, nec non terram & fideles suos
universos, & signanter dictam civitatem
Massiliensem habere dionetur in sui favore
protectionis & benedictionis gratia propiti-
us commendatos. De quibus cum responsione,
si quam facere placuerit dictæ dominicæ
sanctitati petierunt dicti ambassatores per
dictum Petrum Amelii notarium eis coele-
ctum fieri pro parte dictæ civitatis Massi-
liensis publicum & publica instrumenta,
ut semper pateat & clareat fidelibus & devo-
tio hominum prædictæ civitatis Massiliæ.
De iusto sequenti anno de proditoribus
& carnificibus Andree Regis sumpto ius-
tu Pontificis supplicio, dicitur inferius:
nunc a lugubri humanorum casuum nar-
ratione ad divina miracula sermonem tra-
ducamus.

XXXII.
Eucharis-
tia in i-
gnibus il-
lata divi-
nitus.
(a) Rev.
Batav. l.
8.

Hoc anno Amsterodami Eucharistia in
ignem projecta in mediis flammis integra
nocte illæsa permanit, qua de re Renerus
Snoo hæc brevi stylo affert (a): Amstero-
dami inventa Eucharistia vomitu a valedi-
cario ejus, inque ignem projecta, mi-
rum relucens: quam ex eo in templam il-
latam magna hodie mortales in veneratione
habent. Scribebat hæc ille sub Eucherianæ
hæreseos initia, antequam illa pestis Ba-
tavos inficeret. Describit accuratius ean-
dem historiam Joannes a Leydis (b), ac
diem, quo ea res admirabilis contigit,
nimirum feriam tertiam præcurrentem sa-
crum palmarum diem hujus anni consi-
gnat. Ob egregium porro Odonis ducis
Burgundiæ erga sanctissimum hoc sacra-

(b) Jo. a
Leyd. l.
28. c. 70.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

mentum pietatis sensum, tum ob eximium
in ecclesiam studium, Pontifex illum ea
ornavit prerogativa (c), ut dum in hu-
manis esset, quoties sacratissimum Christi
corpus sub speciebus panis acciperet, et-
tiam sacerdotum more sub speciebus vini,
inter missarum solemniam sanguinem hau-
raret: Tuis, inquit, devotis supplicationi-
bus inclinatis, ut dum per confessorem tu-
um, vel sacerdotem alium sacra communio
corporis domini nostri Jesu Christi tibi mi-
nistrabitur, possit etiam tibi per eundem
confessorem vel sacerdotem poculum sangui-
nis, constitutionibus, statutis, consuetudi-
nibus, & observantiis quibuscumque contra-
riis nequidquam obstantibus ministrari, de-
votioni tuæ, quandiu vixeris, de speciali
gratia tenore præsentium indulgemus. Vo-
lamus autem, quod idem confessor vel sa-
cerdos, qui tibi communionem hujusmodi mi-
nistrabit, circa hoc sic secrete se gerat &
caute, quod in ministracione tibi faciendâ hu-
jusmodi de sanguine nihil extra vasu sacra
effundi de illo valeat, nec scandalum exinde
quodlibet generari. Dat. Avin. v. kal. de-
cembris anno iv.

(c) To. 4.
ep. fecr.
618.

Concessa.
duci Bur-
gundiæ
sacra sub-
utraque
specie
commu-
nio.

Postremo neque illud prætereundum vi-
detur, Clementem Papam vergente hoc
anno, cum rem Christianam maximis bel-
lorum concussam turbinibus fluctuare plan-
geret, scissam nimirum factionibus Germa-
niam, Galliam Angliamque mutuo cruen-
tatas sanguine, Hispaniam diffensionibus
turbidam, Italiam præter vetera mala
Neapolitani Regis cæde infectam ultoris
iras metuere, orientem a barbaris oppu-
gnatam, solemnes precum formulas pro
concilianda divina ope indixisse, atque ad
eas repetendas, propositis indulgentiis,
fideles allexisse (d).

XXXIII.

(d) An. 2.
l. 3. ep.
cur. 7.

Ad perpetuam rei memoriã.
Commotum mare mundi hujus, impellen-
te statu diabolico, procellosis aspicientes
turbibus, odiis videlicet, diffensionibus,
& guerris in plerisque orbis inter catholi-
cos Reges, principes, & magnates pericu-
lose nimirum partibus suscitatis, discipu-
lorum Salvatoris nostri gestis instrumimur,
ut pro sedandis intumescens, ac stre-
pentibus undis tempestatum hujusmodi, qui-
bus commissa regimini nostro Petri navi-
cula, ecclesia scilicet sancta Dei, cœrum
cunctorum comprehendens fidelium, non pa-
rum concutitur, Salvatorem ipsum, cujus
imperio maria & venti obediunt & quies-
cunt, devotis precibus excitemus. Sane,
dudum felicis recordationis Joannes Papa
XXII. prædecessor noster, pie considerans
super similibus & aliis turbationibus, hoste
procurante humani generis, tunc imminen-
tibus divina clementia mitigandis esse ad
divinum auxilium recurendum; & dili-
genter attendens, quod in missarum solem-
nitiis devotius ad Deum preces consueverunt
effundi, certa orationum suffragia in eis-
dem

De indi-
ctis a Jo-
anne
XXII.
publicis
precibus.

dem solemniter fieri, ut sequitur, ordinavit; videlicet quod in eis, post dictam a celebrante missam: Pater noster, &c. (describit earum precum formulam, quam suis conceptam verbis jam ante inseruimus (a) annalibus.) Idemque prædecessor Christi fideles ad exequendum prædicta promptius donis volens spiritualibus animare, omnibus vere poenitentibus & confessis celebrantibus & eis assistentibus, observantibus supradicta, & aliis presentibus Domino devotas preces effundentibus, pro prædictis missis singulis, quibus hæc facerent, viginti dies de injunctis eis poenis misericorditer relaxavit.

(a) Annal. 10. 15. ann. Chr. 1328. n. 46. Et propositis indulgentiis eas repetitis.

Ejus exemplo imitaturæ a Clem. solemnes preces.

Nos igitur his temporibus, quibus fluctus procellosorum, dissensionum, & guerrarum peccatis exigentibus, in diversis Christianitatis partibus ingruunt, proh dolor! & quasi universa catholicorum regna concutiunt, non minus quam tunc fundere preces devotas ad Dominum piæ, immo necessarium probabiliter existimantes; auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio tenore presentium ordinamus, ut preces hujusmodi, prout per eundem prædecessorem ordinata fuerunt, ut præmittitur, in missis celebrandis, addita prædictis duabus orationibus hæc, quæ sequitur: Deus a quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum: devotius effundatur. Nos enim insuper Christi fideles ad prædicta promptius exequendum donis volentes etiam spiritualibus animare, omnibus vere poenitentibus & confessis celebrantibus & eis assistentibus observantibus supradicta, ac aliis presentibus preces devotas Deo effundentibus pro præmissis, in singulis missis, quibus hæc fecerint, præter viginti dies prædictos de omnipotentis Dei misericordis & dictorum beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consili, decem dies de injunctis eis poenitentis mi-

sericorditer relaxamus. Dat. Avin. id. novembris anno IV.

Prætermittendum non visum est, miserum Pontificem Christianum, qui apud Anteradon insulam Syriæ objacentem, ex qua veluti ex arce irrumperet in Palestinam poterant Europæi fideles, ni funesta dissensio eos in mutua funera concitasset a Saracenis in servitutem fuerant abducti, carcerisque squalore, ac fame & siti contabescebant, fideles propositis indulgentiarum præmiis excitasse, ut eos collata sipe redimerent.

Clemens, &c. universis Christi fidelibus.

Cum, sicut universorum pauperum Christianorum, in carceribus soldani Babylonie inimici orthodoxæ fidei existentium, lacrymabili insinuatione percepimus, ipsi, qui jam multis annis de universis Christianitatis partibus in insula de Tourtose & pluri- bus aliis partibus Syriæ capti fuerint a perfidis Agarenis, & adhuc sunt in castro Cadri fame & siti pereuntes, & alias pertractati nequiter, ejusdem soldani carceribus mancipati, universitatem vestram rogamus & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pro ipsorum redemptione captivorum piæ ad hoc elemosynas, & grata eis charitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram dictorum captivorum necessitatibus consulis, & eorum liberatio valeat de ipsorum perfidorum Agarenorum manibus provenire, &c. Dat. apud Villam novam Avin. die mensis VIII. id. maji anno III. Turgidi porro superbia Saraceni Christianos sacerdotes, qui Salvatoris mundi vestigiis consecrata loca incolebant, nec non Minoritas, qui divinam rem in sepulcro dominico & Monte Sion curabant, variis injuriis affecere: quibus permotus Aragonum Rex a Clemente expetiit, ut sibi ad soldanum muneribus demulcendum oratores mittendi facultas daretur: cujus consilium Pontifex laudavit (b), permisitque ut necessaria ad id merces Syriæ inveherentur.

XXXIV. Christiani apud Anteradon capti a Sarac.

Veniz spes ad eos redimendos stipem erogaturis proposita.

Sacerdotes Christiani Jerusalem vexati. Soldanum illis conciliat muneribus Aragonum. (b) An. 4. l. 4. ep. 655. de indulgentiis.

Poft

I.

Lud. Bavarum anathematice damnatum promulgari jubet Pont. Bavarus interpretem concordie adhibet Austriae. (a) To. 4. ep. fecr. 763. ad 767. & 878. ad 907.

(b) Ib. ep. 779.

Ludovici incon- stantia & fraudes expositæ.

Oblata jam ante ab ipso quæ recenter exiguntur.

Post diuturnum ac funestum interregnum quo imperium continuis bellis laniatum, & ecclesia suo orbata: defensore a schismaticis concussa est, principes electores summi Pontificis jussu anno Christi millesimo trecentesimo quadragesimo sexto indictioe decimaquarta Romano imperio justum Regem Carolum Boemum dedere, cujus virtute religio ac pietas, quæ in Germania obsoleverant schismaticorum furore, resoruerunt. Agitatum sæpius a Pontificibus fuerat de conciliando ecclesie Ludovico: sed is solita inconstantia quæ pactus erat, revocarat. Cujus rei indignitate permotus Clemens, ineunte anno xv. nonas januaris archiepiscopis & episcopis Germaniæ, Italiæ, Siciliæ, & Galliarum imperia dedit (a), ut Ludovicum Bavarum hæreseos & schismatis convictum damnatumque, ejectione & fidelium confortio, omni jure ad Romanum imperium obsequio dejectum, ducatu Baviaræ & palatinatu Rheni Joannis XXII. & ipsius Clementis edictis privarum solemniter diebus festis divulgarent: & Austriaco concordie interpreti adhibito responderet (b), paratissimam sedem Apostolicam ad Ludovicum amantissimam sine excipiendum, si se ad poenitentiam leges Dei & ecclesie honoris consentaneas demitteret: sed illum, proh dolor! tergavertisse divino Numini, salutis suæ immemorem, atque in tractando cum Romanis Pontificibus federe fallacem inconstantemque se præbuisse.

Clemens, &c. Alberto duci Austriae.

Circa negotium reconciliationis Ludovici, tua intentio ad senem rectum & debitum dirigitur incessanter: ad hoc tamen ipsius Ludovici propositum tendere non videtur, cum ipse tanquam adversus a Deo, proh dolor! de suæ animæ salute, ut apparet, non curans, nec sui & posteritatis suæ status imminens præcipitium advertens, alias super tractatu reconciliationis nobis, & prædecessoribus nostris, & ecclesie Romanæ prædictæ illudit multipliciter, reperitur sæpius (quod displicenter referimus) varius, delusorius, & inconstans: quomodo nos & ipsi prædecessores voluerimus, & nos adhuc desideranter vellemus, ipsam viis honestis & debitis, prout ad honorem Dei & ipsius ecclesie valeret fieri, de periculo mortis æternæ, cui subiacere noscitur, eripere; ac unitati corporis ejusdem ecclesie, a qua velut membrum mortuum & putridum præcisus est, misericorditer revivificare.

Sed tuam volumus prudentiam non late-re, quod idem Ludovicus tam nobis quam eisdem prædecessoribus ea, quæ continentur in eisdem articulis vel majorem partem il-

lorum, & alia multa sine detractionibus quibuslibet per suos procuratores & nuntios obtulit, prout etiam per literas suas, quas penes nos habere dignoscimur plene patet: sui que procuratores, & nuntii ejus super hoc mandato suffulti ea pro ipso coram nobis & fratribus nostris obtulerunt etiam solemniter se facturos; & fecisset libenter, si ad illa recipienda nosset & fratrum eorundem consensus tunc temporis accessisset. Unde bis circumspicis, & diligenter attendis, tua prudentia consideres & penset quantum honorem vel vituperium tibi Ludovicus ipse fecerit, suggerendo tibi, teque inducendo, ut prædictos articulos petendo illa de ipsis detrahi, quæ alias oblata per ipsum, ut præfertur, fuerant destinata, &c. Dat. Avin. v. id. januarii anno IV. Non inconstantia modo notam suscepit Ludovicus Bavarus, dum promissa antea ad expianda crimina revocabat, verum etiam majoribus se contaminasse queritur Pontifex in literis datis (c) ad Regem Francorum, qui pro ipso conciliando intercesserat.

Quamquam, inquit, nos ferventibus & ardentibus desideriis affectaverimus conversionem dicti Ludovici salutiferam, & reductionem ad ejusdem ecclesie suam, extra quem non est alicui gratia neque salus; & nihilominus tuis, fili charissime, pro reductione prædicta nobis affectuose sæpe porrectis precibus inclinatis eundem Ludovicum expectaverimus diutius, & ad tractatum super his duxerimus, favorabiliter admittendam; ipse tamen, repertus varius & inconstans, nobis & ecclesie, immo potius sibi met illudere non expavit, nihil de iis, quæ cum procuratoribus suis ejus nomine tractata fuerunt solemniter, attendendo: sed ad pejora tanquam venundatus, ut malum faciat, se contra ecclesiam, & fidem catholicam, tenendo in suis comitiis, & confortio viros nequissimos de hæresi & schismate denotatos, & alia nonnulla horrenda & detestabilia committendo, absque nostra consentientia & honore ejusdem ecclesie læsione ipsum non poteramus amplius expectare. Ex his ac superioribus refellendus Albertus Argentiniensis, quem plures alii sunt secuti, qui non perpensis justissimis rationibus, ob quas Ludovicus Bavarus in ecclesie gratiam admittus non fuerit, temere in Pontificem ut crudelem, ac Francorum Regem tanquam Ludovici causæ proditorum invehuntur.

Desperata igitur Ludovici Bavari conversione, Clemens ne apostolico munere deesset, recurrente sacro cœne dominicæ die, edicta a Joanne XXII. in Ludovicum lata renovavit (d), omnique jure ad imperium, ducatum, & palatinatum exiit,

Perperam postulari, ut ea detrahantur.

(c) To. 5. ep. fecr. 44.

II. Promota siocere a Gallo Bavari reconciliatio. Ut illud sum ecclesie a Bavato. Hæresiarchæ ab eodem habiti in pretio. Albertus Argentiniensis & alii convicti imposturae.

Lata in Ludovicum sententia. (d) To. 4. ep. fecr. 1042. ad 1061. Baron. in not. MS. Gesta Clem. apud Bosg. Rebdorf. in Annal. Argent. in ebro. Naucler. vol. 2. gener. 47. & a. lli.

(a) MS. bibl. Vat. sign. num. 3765. in Clem. VII. Clementis in Lud. Bavar. de creteria sententia. (b) An. 4. l. 3. ep. cur. pag. 10.

III. Quae mo- nita prio- re edito illi data.

Ut Cas- fa- reos ap- ces pon- rect.

Intrufos pelleret.

Interdicta obferva- ret.

De com- miffis rite veniam polceret.

exiit, prius illius crimibus, ac praecipue haeresi & schismate percensitis, quae Naucerus breviter perstringit. Nova poenarum adjectione vetera in Ludovicum edicta repetita, addit Clementis vitae auctor (a) atque principibus electoribus de designando iusto Romanorum Rege imperia dedisse; quod M. S. Vaticanum confirmat his verbis (b): Dominus Papa processus contra Bavarum praedictum innovans, ipsum penitus reprobavit, monuitque electores, ut ad electionem procedant, a quo ad ipsos jus eligendi pervenerat. Assentiuntur his auctores alii, quorum dicta ex subjectis literis ac publicis monumentis illustrantur.

Ad certitudinem praesentium & memoriam futurorum.

Olim, videlicet II. idus aprilis pontificatus nostri anno primo, nonnullos processus, per felicis recordationis Joannem Papam XXII praedecessorem nostrum contra Ludovicum de Bavaria dudum in Regem Romanorum in discordia, uti dicebatur, electum successivis temporibus habitos, ut ipsorum in recentiore memoriam credentium ignorantia vel diuturnitate temporis oblivio ab aliquibus nequiret praetendi, multitudinem fidelium copiosa succincte duximus recitandos; monentes nihilominus eundem Ludovicum, ut infra trium mensium spatium, quod ei pro peremptorio termino assignavimus, ab omni administratione regni imperii Romani omnino desisteret, nomen & titulum Regis seu Imperatoris, ducis, & cuiuscumque dignitatis deponeret; administrationem, nomen, seu titulum huiusmodi nullatenus absque sedis Apostolicae licentia ulterius resumpturus: ab omni favore quorumcumque haereticorum prorsus abstineret: intrufos per dictum Ludovicum, seu mandato ipsius in quibuscumque dignitatibus & beneficiis ecclesiasticis prorsus amoveri procuraret: beneficia & dignitates illis, quos ipsis dignitatibus & beneficiis spoliaverat, restitueret, interdicta, auctoritate apostolica & a quibusvis iudicibus competentibus apposta, observaret inviolabiliter, & non probiberet directe vel indirecte ab aliis observari; ac ad sanctae matris ecclesiae, a qua multiplicatis haeresibus & schismatibus erat praecisus, rediret corde contritus & vere poenitens unitatem: nec non pro diversis & maximis injuriis & damnis Romanae & aliis ecclesiis illatis satisfaceret, ac pro tot sceleribus, blasphemis, contumaciis, & gravissimis culpis, per ipsum Ludovicum aduersus Deum & sanctam ecclesiam commissis, nostris & ecclesiae praedictae beneplacitis & mandatis veniret humiliter pariturus, & facturus & recepturus quod suaderet iustitia, & nobis expedire videretur: nihilominus aperte praedicantes eidem, quod si in obstinata malitia, & pristina contu-

maciam perseverans praedicta non curaret infra praedictum terminum realiter & fideliter adimplere, & nostris & ecclesiae praedictae parere beneplacitis & mandatis, nos ad poenas alias, exigente ipse Ludovicus contumaciae pertinacia & pertinaci contumacia, procederemus prout expedire videremus, ac excessum suorum ac contumaciarum, in praefati praedecessoris nostri processibus contentorum, enormitas suaderet, prout in nostris literis huiusmodi recitationem & monitionem continentibus plenius continetur.

Sed quamquam recitationem & monitionem praedictas publice fecerimus, ut praefertur, ac literas proxime dictas ostiis seu superliminaribus ecclesiae Avinionensis appendi, & etiam ipsas literas in nonnullis Alamanniae & diversis aliis mundi partibus mandaverimus solemniter publicari, tamen supradictus Ludovicus, monitionis huiusmodi sic publicatae verisimiliter non ignarus, infra & post terminum in monitione eidem praefixum monitioni contempserit parere praedictae, prout etiam fama publica manifestat. Et insuper malu malis accumulans, & in leges divinas impie agens, nonnullas leges, seu potius legum corruptiones ultra alias, quas ante monitionem praedictam temere condiderat, dignoscitur edidisse, & prohibitiones ac praecipua fecisse contra ecclesiasticam libertatem, & in gravem divinae majestatis offensam, ac in nostrum & Apostolicae sedis & universalem ecclesiam praedictam non modicum & contemptum. Habet etiam fama publica, hic & in diversis partibus divulgata, ipsum Ludovicum nonnullas colligationes, confederationes, & conspirationes iniisse pro defensione suae pertinaciae & rebellionis adversus nos, & sedem ac ecclesiam memoratas post lapsum termini supradicti.

Nec silentio duximus omittendum, quod post terminum ipsum dilecti filii Marquardus Randegge juris canonici professor & Ebrardus de Tammarte Augustensis ecclesiarum praepositi, ac nobilis vir Imbertus delphinus Viennensis, nec non Ulrichus de Augusta familiaris Ludovici praefati tanquam ejusdem Ludovici nuncii, ambaxiatores, & procuratores comparuerunt in publico consistorio coram nobis, exhibentes pro ipso Ludovico quandam literam pro procuratorio ipsorum subscriptam & signatam, ut legabatur in ea, manibus Orthonis Immeldof & Ronacii Hemelin de Karibom clericorum Bambergensis & Constantiensis diocesis publicorum auctoritate sedis Apostolicae notariorum, & sigillo, quo dictus Ludovicus utebatur communiter, sigillatam, inter alia continentem, quod Ludovicus praedictus constituere suos procuratores, ambaxiatores, & nuncios speciales praenominatos praepositos, delphinum, & Ulrichum, dans eisdem plenam, meram, & liberam potestatem &

Spreta hac a Ludovico imperia.

Inita ab eo adversus Pontificem coitiones.

De oratoribus ab eodem missis.

Mandatis iidem datis.

Ut stare arbitrio pontificio juraverint.

V.

Contrarius operibus promissa haec mox corrupta.

VI.

Rescisse Ludovici coitiones.

speciale mandatum confitendi coram nobis singulos excessus per eum commissos & perpetratos contra Joannem praedecessorem praedictum, & sanctam Romanam ecclesiam, ac legatos, officiales, & ministros ipsius quoscumque & res & personam ac statum ejus absolute & liberaliter in manibus nostris ponendi ac ordinationi & dispositioni nostrae non solum in praemissis, sed aliis quibuscumque volens, ut in dicta litera continetur, ordinationi & dispositioni nostrae totaliter & in omnibus obedire, nihil sibi proprii arbitrii reservando, prout haec alia multa in dicta litera, quam in nostris & ecclesiae Romanae archiepiscopi conservari fecimus, latius exprimuntur. Cuius literae seu procuratorii virtute ipsi Ebrardus & Marquardus praepositi, ac Imbertus delphinus & Ulrichus pro omnibus malis, excessibus, criminibus, delictis per dictum Ludovicum contra praedictum Papam Joannem, Romanam ac etiam universalem ecclesiam, & libertatem ejusdem ecclesiae commissis, & pro emenda ac satisfactione omnium praemissorum ipsi ecclesiae facienda, & pro aliis in dicta litera contentis absolute & liberaliter ejusdem Ludovici personam & statum, nec non & bona, prout in mandatis habebant, in manibus nostris posuerant, ipsaque nostris ordinationi & dispositioni submitserunt nihil in iis proprii arbitrii ipsius Ludovici reservando eidem.

Et ad majorem roboris firmitatem praedictorum procuratores, ambaxiatores, & nuncii praenominati, & quilibet eorum tactis sacrosanctis evangelis juraverunt ibidem coram nobis in animam Ludovici sepe dicti, praedicta omnia & singula, ut praefertur, posita & submissa, ac quidquid super praedictis duceremus ordinandum, attendere & complere & effectualiter observare, & non contra facere vel venire per se vel per alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, aliqua ratione seu causa. Et quamvis huiusmodi submissio, ut praemittitur, facta fuisset; tamen ipse Ludovicus a propria & inveterata malitia excecatus, & cor impoenitens se ostendens habere, nobisque, sed sibi magis illudens, post submissionem praedictam, quasi ipse oblitus, iniquitates, blasphemias, culpas, rebelliones, contumacias, & scelera praedicta continuavit ad multa alia desestabilia damnabiliter procedendo.

Nos igitur praemissa diligentius attendentes, & tantis erroribus, ne non resistendo approbare videamur eosdem, obviare volentes; omnes & singulas leges, prohibitiones, omniaque praecipua, necnon colligationes, confederationes, & conspirationes praedicta nullas & irritas, nullaque & irrita pronuntiamus & declaramus: & nihilominus leges, prohibitiones, praecipua, confederationes, colligationes, & conspirationes huiusmodi, quatenus de facto processerunt,

casamus & irritamus, ac cassa & irrita nunciamus, juramenta super iis vel aliquibus ex eis de ipsis observandis praestita, cum vincula iniquitatis esse non debeant, relaxantes de apostolica plenitudine potestatis. Et insuper universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis ecclesiarum praelatis atque rectoribus; necnon Regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, militibus, aliisque singularibus personis ecclesiasticis & secularibus, cuiuscumque conditionis, praesentium tenore monemus, ne leges, prohibitiones, praecipua, colligationes, confederationes, seu conspirationes praedicta nullatenus observent directe vel indirecte, publice vel occulte: alioquin leges, prohibitiones, seu praecipua ipsa contra interdictum & monitionem nostram observantes scienter, singulares personas excommunicacionis, universitates vero, communitates, & collegia, terras & loca ipsorum singularum universitatum, communitatum, collegiorum interdicti sententis, ac etiam poenis & sententis, in supradictis processibus dilecti praedecessoris contentis, eos volumus & decernimus subjacere; non obstantibus, si praedictis vel eorum aliquibus a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari vel eorum castra, terrae, seu loca quaecumque interdicti non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalibus vel specialibus quibusvis personis, locis, vel ordinibus sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, etiam si de illis esset specialis & expressa ac de verbo ad verbum in praesentibus mentio facienda, per quae nullum praemissis vel praemissurum alicui nolumus afferri praedictum, vel obiculum interponi.

Sane considerantes attentius, quod praefatus praedecessor noster in processibus suis antedictis Ludovicum sepe dictum declaravit schismaticum & haereticum manifestum, ac ipsum vel haereticum reprobavit & etiam condemnavit, declarans eundem in omnes poenas inflictas schismaticis & haereticis per sacros canones & catholicorum principum leges incidisse, easque omnes & singulas incurrisse, aliquas ex poenis ipsius tenore praesentium ad cautelam duximus exprimendas. Siquidem secundum condemnationem & declarationem praedictas praedecessoris ejusdem praefatus Ludovicus infamis existit, nec ad publica officia, vel ad eligendos aliquos ad ea, aut ad testimonium perhibendum, vel ad hereditatem seu successorem alicujus est admittendus, nec testis.

Intentata cum eo sententia poenis poenae.

VII. De Joanne in Ludovicum edictis.

Ut renovata a Clemente fuerint.

stamenti habet liberam factionem; nullusque ipsi super quocumque negotio, sed ipse aliis est respondere cogendus: nullæ causæ ad ipsius sunt audientiam deferendæ: sententiæ quoque per eum latæ nullam obtinent firmitatem: nullus advocatus in causis ejus patrocinium præstare, nullusque notarius pro factis sive causis ipsius publica debet conscribere instrumenta. Omnis audientia est ipsi in quocumque negotio deneganda, omnisque proclamationis & appellationis beneficium ei est specialiter interdictum: unquam ejus bona sunt perpetuo confiscata, ejusque filii & nepotes ad nullum sunt unquam beneficium ecclesiasticum, nullamque publicum officium admittendi. Cunctis fidelibus cum dicto Ludovico, nisi pro ipsius conversione & animarum salute, est communio interdicta; ipseque moriens cavere debet ecclesiastica sepultura. Omnes seculares potestates ipsum Ludovicum de terris eorum jurisdictioni subiectis pro viribus exterminare tenentur.

Ut autem dictus Ludovicus, qui tam gravissime per contenta in processibus supradictis, & alia postmodum cumulata per ipsum, divinam majestatem & Apostolicam sedem & universalem ecclesiam offendit, fidem violavit catholicam, libertatem ecclesiasticam conculcavit, remque publicam perniciosè nimium perturbavit, virus suæ feritatis in ipsas effundens, ac furenti rabie furens continue contra eas, nedum in pœnas prædictas & alias a canonibus & legibus, & a prædecessore nostro prædicto per supradictos processus eidem inflicta, se incidisse cognoscit, sed & Dei ultionem, quam multipliciter ut prædicatur offendit, & nostram maledictionem incurrat; divinam suppliciter imploramus potentiam, ut Ludovici præfati confatet insaniam, deprimat & elidat superbiam, & eum dextera suæ virtute prosternat, ipsamque in manibus inimicorum suorum & eum persequentium concludat, & tradat corruentem ante ipsos. Veniat ei laqueus quem ignorat, & cadat in ipsum. Sit maledictus ingrediens, sit maledictus egrediens. Percutiat eum Dominus amentia & cæcitate, ac mentis furore. Cælum super eum fulgura mittat. Omnipotentis Dei ira, & beatorum Petri & Pauli, quorum ecclesiam præsumpsit & præsumit suo posse confundere in hoc & in futuro seculo exardeat in ipsum. Orbis terrarum pugnet contra eum: aperiat terra & ipsum absorbeat vivum. In generatione una deleatur nomen ejus, & dispereat de terra memoria ejus. Cuncta elementa sint ei contraria. Habitatio ejus fiat deserta, & omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant, & in hac vita super eum aperta vindictam ostendant, filiique ipsius ejiciantur de habitationibus suis, & videntibus ejus oculis in manibus hostium eos perditionem concludantur.

Formidanda in eum Pontificis comminationes.

Porro quia Romanum imperium propter tyrannidem, iniquitates, & impedimenta Ludovici sæpèdicti adeo iusto iudicio reprobati & abjecti, jam per longa tempora dignoscitur vacavisse, prout & vacat ad præsens; & ob hoc sancta Romana ecclesia per tempora suo caruit, prout adhuc caret, speciali advocato & defensore in fidei catholica & ejusdem Romana, aliarumque ecclesiarum & ecclesiasticæ libertatis ac reipublicæ grande & multiplex detrimentum, multarumque periculum animarum; nos hoc ulterius tolerare nolentes, prout nec velle debemus, ac tantis malis carere cupientes, omnes & singulos principes ecclesiasticos & seculares, ad quos Regem in Imperatorem postmodum promovendum jus pertinet eligendi, presentium tenore apostolica auctoritate monemus, districtius injungentes eidem, quatenus sine moræ dispensato pro electione Regis in Imperatorem postmodum promovendi de persona idonea faciendâ conveniant, & ad electionem ipsam procedere non postponant. Alioquin sedes ipsa, a qua jus & potestas electionis prædictæ ad principes pervenit eisdem, super hoc de opportuno remedio providere debet.

Sancitum novum Cæsarem creandum.

Cæterum volumus & auctoritate prædicta decernimus, quod præsens processus noster præfatos Ludovicum & electores & alios omnes & singulos, quos præsens processus noster contingit & contingere poterit, adeo apprehendat & ardeat ac si eisdem personaliter publicatus & insinuatissimè exitisset, quacumque constitutione contraria per prædecessores nostros Romanos Pontifices edita non obstante. Ut autem processus noster hujusmodi, & omnia in eo contenta ad dictorum Ludovici & electorum ac aliorum, quorum interest vel interesse potest, communem notitiam deducatur, chartas sive membranas processum continentis eundem, majoris ecclesiæ Avinionensis appendi vel affigi ostiis sive superliminariis faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut ipsi, quos processus ipse contingit, aut contingere poterit, nullam possint exculationem prætere, vel ignorantiam allegare, quod ad eos non pervenerit, vel ignoraverint eundem: cum non sit verisimile, quod apud ipsos remaneat incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Actum in palatio nostro Avinionensi id. aprilis anno iv. Transmissum hoc editum est non ad Germanos & Italos præfules modo, verum ad alios etiam, inferrumque literis encyclicis (a), quibus addita imperia, ut illud rite vulgarent.

Proximo tempore a celebritate cœnæ dominicæ, in qua moniti de creando Rege catholico ecclesiæ ac fidei defensore principes electores publice fuerit, Clemens li-

(a) Ann. 4. l. 2. c. 67. & 68.

IX. Iusti electores creandum novum Cæsarem.

(a) To. 4. p. sect. 1042.

teras ad ipsos eo argumento hortatorias misit (a), quibus extrema pericula, in quæ res Christiana adducta esset, exposuit: Christianos Reges plerosque in mutuas cædes confurgere, serpere hæreses, schisma grassari, religionem obsolescere, infideles, magnam Christianorum multitudinem ob Ludovici Bavari amplexa studia devinctam censuris ecclesiasticis in æternum exitium trahi: adversus tot mala strenuum & catholicum principem ad vacans imperium evehendum. Convenirent itaque pro celebranda electione constituendis loco & tempore; ac si qui censuris devincti ob præfata Ludovico studia essent, ab archiepiscopis solutum iri: omnia vero sacramenta, quibus Bavaro se obstrinxissent, rescissa atque irrita pronuntiata: vetiti tamen Ludovicum Bavaram junioerem ad electorum numerum admittere, cum marchionatum Brandeburgensem jure & legibus non obtineret.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, & dilectis filiis nobilibus viris principibus electoribus imperii.

Impositum nobis desuper apostolicæ seruitutis officium pulsare non desinit continue mentem nostram, ut circa removenda pericula & scandala de medio populi Christiani curæ nostræ commisi, eique quietis & pacis procuranda commoda, incerta meditationis studiis, & operosis sollicitudinibus, quantum nobis ex alto permittitur, intendamus. Sed dum intra præcordia nostra revolvimus, & profundis cogitationibus attendimus utiles fructus & uberes, quos ex iusto & recto regimine Imperatoris Romani catholici, Deo & ecclesiæ sanctæ suæ fidelis & devoti, si præsideret imperio, tam ecclesiæ Romana, cujus Imperator ipse advocatus & defensor esse debet præcipuus, quam fidei populo & toti reipublicæ provenirent; cum per ipsius potentiam regimini, prout ad eum pertinet, exercendâ libertas, defensari possit ecclesiastica, fides dilatari catholica, improborum excessus reprimi, justitiæ cultus coli, & pacis serenitas defensari; ex debito sollicitamur pastoralis officii, ut provideri super his, quantum ad nos spectat & cum Deo possumus, mente vigili procuremus.

Datæ eo argumenti literæ.

Expositus reipubl. Christianæ miser status vacante imperio. X.

Ideoque considerantes attente, quod per prolixam vacationem ejusdem imperii per obitum claræ memoriæ Henrici ultimi Romanorum Imperatoris Ludovico de Bavaria, qui post obitum hujusmodi dicebatur discorditer in Regem Romanorum electus, suis detestandis & horrendis excessibus, delictis, criminibus, culpis, rebellionibus, contumaciis, & inobedienciis exigentibus, per processum felicis recordationis Joannis Pape XXII. prædecessori nostri solemniter & publice dudum factos & habitos, diversis excommunicationis, & aliis spiritualibus & Ann. Eccl. Tom. XXV.

temporalibus pœnis & sententiis innodato; ac jure, si quod sibi ex electione hujusmodi competere poterat, nec non ducatu Bavariæ omnibusque privilegiis, feudis, bonis, honoribus, & juribus, quæ a Romana vel quibuscumque aliis ecclesiis vel imperio quomodolibet obtinebat, iusto privato iudicio; ac diversorum hæresum & schismatum criminibus, quibus damnabiliter se involvit, condemnato sententialiter & etiam denotato, tam ecclesiæ Romana, quam universitas fidelium & tota res publica diutinis temporibus, quibus (sicut præmissum est) prædictum vacavit imperium, prout adhuc vacare nascitur, hujusmodi commodis caruerunt, quamquam eis indigerent plurimum, his præsertim temporibus, quibus peccatis exigentibus inter nonnullos Reges, principes, & magnates catholicos orbis terrarum fremunt, prob. dolor! in diversis Christianitatis partibus variæ dissensiones & guerræ, hæreses & schismata pullulant, & fides catholica per infideles & hostes Christiani nominis in plerisque partibus periculose nimium impugnatur; intuentes quoque non sine dolore cordis & anxietate mentis nimia tam Alamanniæ, quam partes alias circumpositæ regionis nonnullos Christianos degeneres in eis propter fautoriam, adhesionem, & participationem Ludovici prædicti, atque tenentis gravibus spiritualibus & temporalibus pœnis & sententiis, adversus pastumque personas ecclesiasticas vel seculares, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, status, vel conditionis existant, etiam si pontificali, regali, aut majori vel inferiori præfulgeant dignitate, nec non communitates & universitates, quæ præfato Ludovico adhaerent, assisterent, aut præstarent directe vel indirecte, publice vel occulte, consilium, auxilium, vel favorem, per processum prædictos inflicta, magnis animarum & statuum periculis expositos, eisque paterno compatiens affectu; vias & modos libenter exquirimus, per quos super prædictis omnibus posset, divina suffragante gratiâ, hujusmodi supradictis periculis & scandalis utiliter & salubriter provideri. Et tandem in examine maturæ deliberationis adducto, quod ad hoc facilius & utilius pândi poterit, & via salubrius aperiiri, si vir aliquis strenuus, catholicus, & devotus ad imperii regimen præficeretur prædicti; per nostros processus die cœnæ Domini proximo præterita, præsentis fidelium multitudinem copiosa, de Strenui Cæsaris Ludovicum suosque fautores, adhaerentes, valitiores, complices & sequaces solemniter habitos, vos commonendos duximus & hortandos, ut ad electionem Regis, in Imperatorem Romanum postmodum promovendi, dante Domino, celebrandam convenire abfque morosæ dilationis obstaculo, quæ secum, ut ex præmissis colligitur, periculosa tra-

Mala ex diuturno interregno oborta.

Strenui Cæsaris necessitas.

beret dispendia, & ad eam procedere curaretis.

XI.

Quocirca vos rogamus, requirimus, & attentius in Domino exhortamur, quatenus his quæ præmissa sunt, in scrutinio recte considerationis adductis, ad vocationem venerabilis fratris nostri Gerlaci archiepiscopi Maguntini. [De eo in locum Henrici exauthorati suffecto agetur inferius] convenire pro electione celebranda hujusmodi, & ad eam, habendo præ oculis solum Deum, procedere, assistente vobis divine virtutis clementia, studeatis; ita quod a Deo præmium æternæ retributionis consequi, & ab hominibus laudis & commendationis attingi præconis mereamini non indigne, ac nos & sedes Apostolica providere de alio in hac parte remedio non cogamur.

Brandenburgensis jure electionis exclusus.

Ceterum cum marchionatus Brandenburgensis vacaverit diutius, & adhuc vacare noscatur, nequaquam nostræ intentionis existit, quod detentor illius, qui nullum jus habet in eo, vocetur ad electionem hujusmodi vel etiam admittatur. Nos autem, qui ferventer in votis gerimus, quod tam pium tamque necessarium, & utile reipublicæ negotium auxiliante Domino prosperetur, taliter providimus ordinandum, quod illi ex vobis, qui propter favorem, adhesionem, & participationem ejusdem Ludovici essent forsitan prædictis excommunicationum sententiis innodati, dummodo ab illis desistant omnino de cætero, & illi, quem eligi contigerit (dum tamen gratiam & communionem apostolicæ sedis obtineat) consiliis, auxiliis, & favoribus opportunis assistant, ne dictum negotium impediri valeat propter hoc, absolverentur juxta formam ecclesiæ consuetam.

Proposita aliis Ludovicum defertur venia.

Nec vos credimus nec volumus ignorare, quod quæcumque colligationes, confederationes pactiones, seu ligæ, per quoscumque sub quavis forma vel conceptione verborum initæ cum Ludovico prædicto: nec non tam fidelitatis & homagii, quam alia quæcumque juramenta eidem præstita, cum sit, ut præfertur, extra communionem fidelium hæreticus & schismaticus manifestus, nulla, cassâ, & irrita declarata esse ac fuisse per dictos processus fuerunt, nullumque ad eorum observationem teneri quomodolibet vel astringi, & quatenus de facto processerunt, extiterunt annullata, cassata, irritata, & juribus penitus vacuata. Dat. Avin. iv. kal. maji anno iv. Qua etiam die consignatæ sunt literæ (a) eodem argumento ad singulos principes electores, proceres, & populos præcipuos scriptæ: quos omnes hortatur, ne electoribus consilio & industria defint, atque designando Regi, dummodo catholicus extiterit, obtemperent: si quo forte jurejurando fidem Ludovico devinverint, illud dissolutum fuisse ac graviore etiam pœnas cum ipso in posterum sententibus intentatas.

(a) Eod. to. 4. ep. fecr. 1047. 1049. ad 1070.

Vocandi erant ad imperii comitia Moguntino archiepiscopo principes electores, atque ab eo locus ac tempus ex veteri more designanda: sed cum Henricus Varnenburgensis, a Romanis pontificibus ad Moguntinum principatum, contra hostium potentiam electus, sedi Apostolicæ atrocissimas repofuisset (b) injurias, & ad schismaticos defecisset, jamque ad expiandum crimen edicto pontificio, quod suo loco attulimus, sollicitus vocatusque in jus pontificias sententias sprevisset, seque hostem Romanæ ecclesiæ esset professus; pontificia sententia vii. idus aprilis in Cardinalium consistorio est damnatus contumaciæ atque archiepiscopatu deturbatus. Extat ad perpetuam rei memoriam editum pontificium decretum (c), sententiam complectens ante triennium latam, quam iidem ferme verbis repetit Clemens, objecitque hæc inter alia.

XII. Sacramenta præstita Ludovico rescissa.

(b) Ibid. ep. fecr. 1025. 1033. 1036.

Rebdosf. Argentin. in chron. Naucer. col. 2. gener. 45. Serar. l. 5. Mogunt. rer. in Henr. III. & alii.

Henricus Moguntino archiepiscopatu dejectus. Clementis in eum sententia.

(c) An. 4. l. 3. ep. cur. ep. 7.

Objecta Henrico ingrati animi labe.

Clemens, &c. Ipse præfatus Ludovico de Bavaria subsequenter nimirum post acceptum beneficium sedis Apostolicæ Moguntinum archiepiscopatum ad hæsit, ipsumque pro Imperatore, cum tamen nec Imperator nec Rex sit habendus, tenendo, vocando, & exhibendo sibi tamquam tali reverentiam; & ut in suis excessibus, erroribus, schismatibus, culpis, inobedienciis, & contumaciis perduraret, consilia & favores exhibendo, ac ligas & confederationes, immo potius conjurationes & conspirationes, cum eodem damnabiliter inuendo. In multis quoque parlamentis seu damnatis conventiculis, in quibus multa contra Deum & honorem ejusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ damnabili machinatione ordinata fuerunt, cum eodem Ludovico inique interesse præsumpsit, ad hærendo, favendo, & consulendo eidem quamvis multi prælati & principes illarum partium, qui per eundem Ludovicum ad hujusmodi conventiculas vocati fuerant, illac ire contemnerent, sicut nec ire etiam tenebantur: alios etiam detestandos excessus, qui brevi non possent sermone concludi, in divine majestatis contumeliam, gravem dictæ sedis offensam, & multorum perniciem committere non expavit. Addit Clemens se, sumpto primum post Benedicti obitum pontificatu, illum intentato judicio redigere ad officium, clementiaque flectere tentasse; ipsumque vocatum in jus poenituisse in speciem, ac promissa inanibus diffugiis, & aperta demum perfidia fefellisse.

De intentato illi antea judicio.

Pendente termino citationis ipsius, Johannes præpositus Xantzensis germanus dicti Henrici & Conradus scholasticus S. Petri Aschaffenburgensis ecclesiarum Colonienfis & Maguntinæ diocesium, coram nobis & dictis fratribus nostris in consistorio comparentes, & asserentes se procuratores ejusdem Henrici, & per eum ad sedem Aposto-

Missis ab eo procuratoribus.

stolicam destinatos, dictæque citationis processum ad eorum notitiam plenarie pervenisse, humiliter supplicarunt ut hujusmodi terminum prorogare ipsi Henrico de speciali gratia dignaremur, promittentes præpositus, ut frater & conjuncta persona, & scholasticus prædicti tamquam familiares juratus dicti Henrici per proprium juramentum, se curaturos & facturos, quod idem Henricus infra terminum, per nos prorogandum eidem, coram nobis personaliter compareret; & quod ipsi interim eidem Henrico literas apostolicas & processum citationis hujusmodi præsentarent, intimarent, & realiter assignarent, prout in quodam instrumento publico inde confecto plenius continetur.

XIII. Ut promissa ab eis rata haberent.

Dein non comparuerit in judicio.

Inania captavit diffugia.

Contumaciæ damnatus sit.

Et licet idem Henricus expresse recognovisset & asseruisset, se a data literarum nostrarum apostolicarum fuisse citatum, ac citationem ad ejus notitiam pervenisse; & nihilominus promissionem per dictos præpositum & scholasticum factam ratificasset, approbasset, ac etiam acceptasset, confecto super hoc publico instrumento sigillo dicti Henrici etiam communito; tamen Henricus ipse nec in hujusmodi termino prorogato, nec ante, nec post ipsum etiam de benignitate sedis expectatus ipsius comparere curavit: sed dictum Joannem de sancto Trudone & Henricum dictum Batzeman canonicum ecclesiæ Fritzelariensis Leodiensis & Maguntinæ diocesium procuratores constituit ad petendum terminum comparitionis sue hujusmodi, ut dicitur prorogatum sibi denno prorogari. Sed quamvis hujusmodi terminus de benignitate dictæ sedis fuisset ad certum tempus aliud iterum prorogatus, idemque Henricus recognovisset infra illud se præmissarum citationis, promissionis, & prorogationis plenam habuisse notitiam & habere, ac eas acceptasset, & gratas etiam habuisset, prout in quibusdam alio publico instrumento, & patentibus literis ipsius Henrici sigillo munitis nobis super hoc directis, luculenter apparet; tamen idem Henricus in hujusmodi termino, aut ante vel post ipsum etiam contumaciter comparere neglexit, quamquam dicti Joannes de S. Trudone & Henricus dictus Batzeman mandatum aliud procuratoris eorum pro parte dicti Henrici archiepiscopi, nec non certas patentes ipsius literas quasdam excusationes continentes, coram nobis & eidem fratribus nostris in consistorio produxerint, petentes concessi aliam dilationem eidem Henrico archiepiscopo de uberiori clementia dictæ sedis. Nos vero excusationes hujusmodi reputavimus, prout erant, frustratorias & non veras; ipsumque Henricum archiepiscopum, in hujusmodi termino aut ante vel post ipsum diutius expectatum de benignitate sedis ipsius, non comparentem merito contumacem. Et tandem, cum ipse in hujusmodi sua contumacia pertinaci animo perduraret, ipsum de dictorum fratrum consilio, præsentem tam prælatorum quam clericorum & laicorum multitudine copiosa fidelium, ab officio & beneficio duximus suspendendum.

In ea obduruerit.

XIV.

Et quamvis, attentis hujusmodi contemptibus, contumaciis, inobedienciis, aliisque excessibus & culpis prædicti Henrici, potuissimus juste, ac deberemus digne acriter procedere contra eum; volentes tamen adhuc sibi prolixioris temporis spatium indulgere, si forsitan ipse ad cor rediens poenitentia signa prætenderet, & ipsius sedis misericordiam in humilitione spiritus imploraret, dilecto filio nostro Bernardo tit. S. Cyriaci in iberiis presbytero Cardinali oraculo viva vocis, licet ex superbundanti, commissimus ut super hujusmodi excessibus, criminibus, delictis, inobedienciis, contemptibus, rebellionibus, atque culpis auctoritate nostra ex officio diligenter inquireret, & se etiam informaret, & quidquid per inquisitionem hujusmodi inveniret, nobis postmodum referre curaret, dictusque Cardinalis hujusmodi commissionis vigore præfatum Henricum ad respondendum quibusdam articulis, excessibus, criminibus, & culpas continentibus prædictis (super quibus juxta formam dictæ commissionis intendebat inquirere contra eum) citari fecit in audientia publica literarum contradictarum ad certum peremptorium terminum competentem: & cum præfatus Henricus in eodem termino vel post coram ipso Cardinali minime comparuisset, dictus Cardinalis præfatum Henricum reputans, prout erat, exigente justitia contumacem, ipsum ad videndum jurare quosdam testes, per quos de veritate contentorum in dictis articulis se volebat plenius informari citari fecit ad certum peremptorium terminum in audientia prædicta.

Indictum illi propterea judicium a delegato iudice.

XV.

Et tandem in contumaciam dicti Henrici in dicto termino vel post coram ipso Cardinali comparere contumaciter non curans, eorundem testium juramenta recepit: ac deinde, per dictum Cardinalem dictis testibus examinatis & eorundem attestacionibus in scriptis redactis, ac postmodum publicatis in contumaciam ipsius Henrici ad videndum publicari attestaciones ipsius ad certum peremptorium terminum in audientia prædicta citati, nec tunc vel post coram eo comparere curantis; dictus Cardinalis eundem Henricum ad dicendum quidquid vellet contra attestaciones easdem, nec non ad concludendum in causa ipsa vel dicendam causam rationabilem, quare concludi non deberet in ea, citari fecit in eadem audientia ad certos peremptorios & competentes terminos successive. Et quia dictus Henricus in neutro dictorum terminorum coram ipso Cardinali comparere curavit, dictus Cardinalis, reputans ipsum Henricum, prout erat merito contumacem in

Spreta illius severitas.

eadem causa, in dicto termino ad hoc statuto conclusit & habuit pro concluso.

XVI.

Subsequenter vero facta nobis per dictum Cardinalem super his omnibus & singulis relatione plenaria & fidei, nos cum tam per relationem hujusmodi, quam etiam alias de hujusmodi ejusdem Henrici excessibus, criminibus, inobedienciis, contemptibus, rebellionibus, atque culpis nobis plenarie constaret; & propterea non valentes illa, salva conscientia, ulterius relinquere impunita, prefatum Henricum ad comparandam coram nobis, & ad audiendum sententiam per nos ferri super predictis, per eundem Cardinalem citari fecimus peremptorie ad hanc diem in audientia suprascripta. Et demum, prefato Henrico dicta die vel post coram nobis comparere contumaciter non curante, nos eis, quæ super hujusmodi criminibus, excessibus, ingratiitudinis vitis, delictis, contemptibus, rebellionibus, atque perjuriis coram eodem Bernardo Cardinali probata sunt, cum diligentia recensitis: & tam super ipsis, quam aliis quampluribus ejusdem Henrici nefandis excessibus, tam in Romana curia quam in partibus illis notoriis adeo, quod nulla possint tergiversatione celari, habita cum eisdem fratribus nostris deliberatione provida & matura, adversus eundem Henricum propter ipsius gravem multiplicis inobedientie contumaciam, perfidiam in Deum, infidelitatem in ecclesia manifestam, illicita amicitia sedam confederationem cum dicto Ludovico hæretico & hoste Dei & ecclesie predictorum, fautorias & adhesiones damnabiles eidem hæretico per dictum Henricum factas, contemptum nostrum apostolicæ potestatis, quibus parvipendit se a consortio catholicæ communionis excludi; nec non irregularitatum notas per profanam ministerii sacri contrectationem ligatum, & pluries super dictam perjuriam ac bonorum ecclesiasticorum dilapidationem intolerabilem & damnosam, pro gloria confusionis opprobrium eligentem, & irreparabilis ruinae periculum; disciplinæ zelum ad piaculum ultionis acimus. Et ne arbor, non tam infructuosa, quam pestilens umbra damnabili terram ulterius occupet, presente tam prelatorum quam clericorum & laicorum multitudine copiosa fidelium in radicem ejus securim perpetua successione iniicimus; & in ipsam Henricum archiepiscopum absentem corpore, presentem tamen spiritu de dictorum fratrum nostrorum consilio perpetua depositionis sententiam proferentes, eum omni honore, dignitate, potestate, ac pontificali privamus; infestationes, alienationes, quas de bonis ejusdem ecclesie Maguntina presumpsit post latis in eum excommunicationis & suspensionis sententias, in irritum revocantes. Nulli ergo &c. nostre prolationis, privationis, & revocationis infringere, &c. &c. Dat. Avin. VII. id aprilis anno IV.

Instauratum propterea a Pont. iudicium.

Exauctoratur decretoria sententia Henricus.

In Henrici exauctorati locum suffectus est Gerlacus Naffovii comitis filius apostolica auctoritate, ut refert Nauclerus: (a) extatque ea de re diploma pontificium (b). Narrat vero Serarius (c), Henricum, in pertinaciam & impietatem actum præcipitem, ad confirmandam potentiam Cunonem & Falkenstein vi & injuria dignitatis & muneris socium sibi ascivisse contra Gerlacum, pluraque ex hisce duobus æmulis secuta bella, ac mala emeruisse, queruntur nonnulli Germanici scriptores: quorum sane culpam catholicus & prudens lector non in Romanum Pontificem, sed in schismaticum & perjurium Henricum derivandam agnoscat. Quid enim aliud Pontifex molitus est, quam hæreses abolere, religionem suo splendori restituere, revocareque ad sinum ecclesie schismaticos? ad quos certis solvendo ex concepta subjectis verbis formula, quam poenitentes professuri essent, Gerlaco provincia imposita est (d). Ego N. confiteor, me tenuisse & tenere fidem catholicam, & credere ac tenere quod credit, tenet, & docet sancta mater ecclesia, & credidisse & adhuc firmiter credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam seu summum Pontificem deponere, & alium eligere vel creare: sed hoc hæreticum reputo & hæresim damnatam per ecclesiam prælibatam. Insuper ad sancta Dei evangelia juro, quod stabo & parebo mandatis ecclesie & domini nostri Papæ super illatis injuriis, contumaciis, rebellionibus per me confessatis, & sententiis, quas incurri ab homine vel a jure propter præmissa & ea tangentia; & quod domino nostro Papæ, qui nunc est, & ejus successoribus canonice intrantibus fidelis ero de cætero, & eis debitam reverentiam & obedientiam exhibebo; nec cum Ludovico de Bavaria, quamdiu stabit in rebellionem dictæ ecclesie seu aliis hæreticis & schismaticis, aut eorum sequacibus per dictam ecclesiam denotatis derinceps ero, nec eis seu quibuscumque aliis dabo contra Romanam ecclesiam consilium, auxilium, vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte; quodque nulli ut Imperatori obediam vel adbarebo, nisi ille prius fuerit per eandem ecclesiam approbatus, &c. Adjectæ erant aliæ leges, non ad hæreticos Henricum & munerem deturbato, Gerlacum archiepiscopum agnuros, atque ecclesie Moguntinae jura defensores. Dat. Avin. iv. kal. maji anno IV. Terruit plures Henrici tyrannis ne ad ecclesie castra impietatem execraturi revertentur. Quamquam vero tum Gerlacus toto Moguntino archiepiscopatu vivo Henrico potiri non potuit, non parum tamen schismaticorum vires prefficit atque ad creandum catholicum Romanorum Regem, quæ res maxime erat in priorum votis, operam strenuam collocavit.

XVII. Suffectus in ejus locum Gerlacus. (a) Naucler. vol. 2. generat. 45. (b) An. 4. l. 2. ep. de promot. 56. Henrici pertinacia. (c) Ser. l. 5. rer. Mog. in Hem. III.

(d) To. 4. ep. fecr. 1095. Formula Ludovici Bavari sequacibus, ad ecclesie gratiam redeuntibus, propolita.

XVIII. Joannis & Caroli Boemorum ad sedem apostolicam accessus. (a) To. 5. ep. fecr. 25. & 44. Baron. in not. MS. ad hunc an. Argent. in chron. Naucler. gener. 45. & alii.

Controversia Boemum inter & Polonum permissa Pontifici.

(b) To. 5. ep. fecr. 25. Polonus de eo fit certior.

Commo-nitus, ut mittat oratores.

Accessere (a) hoc anno ad Apostolicam sedem Joannes Rex Boemæ & Carolus major nati filius marchio Moravia, ut summo Pontifici fidem obstringerent, se rem catholicam & jura ecclesie tuturos, ac bellorum causas cum Regibus Sicilia, Francorum, & Polonia amoturos, si studiis apostolicis imperium Boemicae regie inferretur. De Henrici quidem cum Neapolitana regia simultatibus, nec non de controversis aliquibus juxibus in imperii limite Gallum inter Germanosque alias dictum est. Quod vero ad Polonicam rem attinet; gesserat diuturna bella Boemica Rex Joannes cum Wladislao & Casimiro Polonis Regibus, de quibus suis locis meminimus ac Polonis periculum constari poterat, si Boemus imperio augetur; eoque metu perfusus Casimirus coeperat ad Bavari partes inclinare. Ut Casimirus itaque abduceret a Ludovico Pontifex, Joannem Regem & Carolum sceptri Boemici heredem sacramento adegit, ipsos omnes suas controversias, quæ intercedebant cum Polonis, Apostolicæ sedis arbitrio permissuros. Pronum se ad pacis consilia Casimirus exhibuit ac pollicitus est oratorem se pro jungendo foedere mittitur; cui Clemens gesta cum Carolo & Rege Boemæ significavit (b). Clemens, &c. Casimiro Regi Polonia illustri. Serenitatem tuam volumus non latere, quod nuper Rege predicto & dilecto filio nobili viro Carolo ejus primogenito marchione Moravia apud sedem Apostolicam in nostra presentia constitutis, nos ipsos super hujusmodi reformatione pacis & concordie commoneos duximus & exhortandos. Qui tandem nobis benevole respondentes, se super hoc ordinationi & voluntati nostre pro se ac omnibus vassallis & subditis suis & ipsorum quolibet super quibuscumque questionibus, quas ipsi conjunctim vel divisim tecum habent, vel habere possunt ex quibuscumque causis vel occasibus totaliter submiserunt, sub pœna decem millium marcharum auri nihilominus promittentes efficaciter, & ad sancta Dei evangelia manu tacta jurantes, eidem ordinationi & voluntati stare, parere, ac tenere, perficere & complere quicquid duximus super his ordinandum, confectis nihilominus exinde publicis instrumentis. Quocirca tuam regalem excellentiam rogamus, requirimus, & hortamur attente, quatenus his, quæ præmissa sunt, consideranter attentis, reformationi pacis & unitatis hujusmodi tuum dirigens animum; & nihilominus procuratores tuos ad submissionem & obligationem similes, tuo nomine faciendus idoneo mandato suffultus ad nostram presentiam e vestigio destinare procures, &c. Addit preces, ut inducias cum Boemis ineat. Dat. xi. kalend. junii pontificatus nostri anno v.

Aliisque literis (c) Gnesnensem archiepiscopum ac Ludovicum Regem Ungariæ Casimiri ex sorore nepotem hortatus est, ut Poloniae Regem ad inducias & pacis foedera cum Boemis incitarent. Dum Regum utilitatibus ac publicæ paci in eo cum Joanne Rege Boemæ & Carolo colloquio de inferendo regie Boemicae imperio prospiciebat Clemens, jura Romanae ecclesie, ne a Carolo, acceptis imperii Romani sceptris læderentur, negligere non debuit; qua in re ipsum muneri suo non defuisse, testatur Cardinalis Baronius (d) in manuscriptis Valliscellanæ nostræ bibliothecæ ab ipso relictis: Eodem, inquit, anno ipsi Carolus assumendus in Imperatorem in publico consistorio juramentum plenissimum præstitit de tuendo jura ecclesie Romanae: quod juramentum iterum replicatum ab eodem anno MCCC. XLVIII. ut infra. Hæc habentur libro privilegiorum Romanae ecclesie. Producentia in lucem nobis visa sunt ea publica monumenta tum ad ornandam historiam, tum ad ecclesie Romanae jura illustranda: subjectis vero verbis concepta sunt (e).

(c) To. 5. ep. fecr. 27.

XIX.

(d) Baron. in MS. nor. ad hunc ann. Spondet Carolus tutaturum se jus Pontificium.

(e) Ext. lib. priv. Rom. pcel. to. 1. pag. 382.

In Nomine Domini. Amen. Noverint universi & singuli, quod anno a nativitate ejusdem MCCCXLVI. indictione XIII. die XXII. mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Clementis, divina providente clementia, Papæ sexti anno quarto Avinione in camera ejusdem domini nostri Papæ, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Petro Penestrino, Bertrando Ostiensi & Velletrensi, Gaucelino Albanensi, & Joanne Portuensi episcopis, Talayrando tituli S. Petri ad vincula, Petro tit. S. Clementis, Bertrando tit. S. Marci, Bernardo tit. S. Cyriaci in thermis, Guidone tit. S. Ceciliae, Aymerico tit. S. Martini in montibus, Hugone tituli S. Laurentii in Damaso presbyteris, & Guiljelmo S. Marie in Cosmedin diacono S. R. E. Cardinalibus; nobis notariis & restibus infra scriptis, nec non serenissimis principibus dominis Joanne Boemicae Rege illustri & Carolo ejusdem domini Regis filio primogenito principe Moravia presentibus, de mandato ejusdem domini nostri Papæ volentibus, requirentibus, & consentientibus fuerunt ibidem lectæ & publicatæ duæ notæ & una litera imperialis bulla aurea bullata per magistrum Joannem de Pistorio decanum ecclesie S. Salvatoris Trajectensis, quarum notarum & imperialis literæ successivo tenore sequuntur sub his verbis. In nomine domini. Amen. Noverint universi presentes pariter & futuri, quod nos Carolus primogenitus Regis Boemicae marchio Moravia, in presentia sanctissimi patris, & domini nostri domini Clementis sacrosanctæ Romanae, & universalis ecclesie sum-

Qui inter fuere his pactio-nibus Cardinales.

summi Pontificis constituti, eidem domino nostro Papæ, nomine suo, & ecclesiæ Romanæ recipienti; ac nihilominus notariis infrascriptis nomine omnium & singulorum, quorum interest, vel interesse poterit in futurum, recipientibus & stipulantibus, promissimus, & promittimus, fecimus & facimus in forma, quæ sequitur, & juramenta præstitimus, tactis sacrosanctis evangelii, & præstamus.

Ego Carolus primogenitus domini Regis Boemiæ illustris marchio Moraviæ vobis sanctissimo patri ac domino nostro domino Clementi sacrosanctæ & universalis ecclesiæ summo Pontifici, pro vobis & ecclesiæ Romana recipientibus, promitto bona fide & juro, quod si Deo favente contingat, me in Regem Romanorum eligi, in Imperatorem postmodum assumendum, faciam, præstabo, concedam, & promittam omnia juramenta, omnes obedientias, promissiones, concessiones, donationes, ratificationes, confirmationes, & cætera omnia quæ claræ memoriæ dominus Henricus ultimus Imperator avus meus per se vel per alium vel alios fecit, præstitit, promisit concessit, & confirmavit: nec non & omnia alia juramenta, obedientias, promissiones, concessiones, donationes, ratificationes, & confirmationes, & cætera omnia, quæ olim electi in Reges Romanorum & assumpti, ad Imperium, sive etiam non assumpti, si-ve ante quam assumerentur, sive post per se vel per alios summi Pontificibus & sanctæ Rom. ecclesiæ, vel eorum alteri, per se vel per alios recipientibus seu recipienti, reperientur suis temporibus præstitisse, fecisse, confirmasse, seu quomodolibet concessisse.

Item promitto & juro, quod omnes processus factos, & quælibet sententias latis, Lud. Bav. rescindend. & quæcumque alia, quocumque nomine, censentur, Romæ seu ubicumque alibi gesta per Ludovicum de Bavaria, per ecclesiam de herefi & schismate justo iudicio condemnatum, ac privatum omni jure, si quod per electionem in Regem Romanorum de ipso factam ei fuerat acquisitum, seu per alios ejus nomine vel autoritate sub imperiali titulo, quem sibi usurpavit indebite; nec non & omnia, quæ per se seu alium in Italia fecit seu gessit, etiam sub regali nomine, & cætera etiam omnia ubicumque gesta ab eo per se vel alium, quæ ex defectu jurisdictionis vel potestatis facere sibi non licuit, nulla esse, ac cassa & irrita pronuntiabo & declarabo; illa etiam quatenus processerunt de facto, annullando & penitus revocando.

Item promitto & juro, quod si contingat me eligi, ut præfertur, non occupabo, nec recipiam, nec acquiram, nec quovis modo usurpabo Romam aut provincias, ducatus, comitatus, Ferrariam, civitates; oppida, castra, terras alias, seu territoria vel lo-

ca ecclesiæ Romana, seu ad ipsam mediate vel immediate spectantia in Italia vel ubilibet extra Italiam, sicut est comitatus Venusini, qui ad Romanam ecclesiam pleno jure noscitur pertinere, & plura etiam alia ad eandem ecclesiam pertinentia extra Italiam constituta: & specialiter nec Regna Sicilia Sardinia & Corsica, quæ de directo dominio, jure, & feudo ejusdem Romanæ ecclesiæ esse noscuntur; nec alia feuda, re-

trofeuda, seu quolibet alia loca, ad eandem ecclesiam mediate vel immediate spectantia; nec jura, personas, vel res aliquas in eisdem: nec aliquibus invadentibus seu occupantibus, vel quovis modo usurpantibus, seu invadere, occupare, vel quomodolibet usurpare tentantibus, seu volentibus prædicta regna Sicilia, Sardinia vel Corsica, seu Romam, ac provincias, ducatus, comitatus, Ferrariam, civitates, oppida, castra, terras alias, seu territoria vel loca ecclesiæ Romana, seu ad ipsam ecclesiam mediate vel immediate spectantia, sive sint intra Italiam, sive extra Italiam, seu aliqua prædictorum, non jurabo, nec eis adharebo, nec etiam ipsi dabo aliquam auxiliium, consilium, vel favorem; quinimo quoscumque invadentes, occupantes, seu quomodolibet usurpantes, seu invadere, occupare, vel usurpare volentes, seu attentantes dicta regna Sicilia, Sardinia & Corsica, & urbem Romanam, ac ducatus, comitatus, provincias, civitates, castra, & terras, seu quævis alia loca Romana ecclesiæ, vel aliqua ex eisdem, retraham & impediam posse meo eisdem, cum armis me opponendo, & ne conatus talium effectum habeat, cum tota mea potentia resistendo: ac vobis & ecclesiæ Romana, pro defensione regnorum, provinciarum, & terrarum, & locorum prædictorum, contra quoscumque occupatores, invadentes, seu occupatores, invadere, seu usurpare attentantes, fideliter assistendo; nec dabo, nec concedam ullo umquam tempore in perpetuum vel ad tempus aliquid de prædictis sub colore, conditione, vel titulo quibuscumque: quodque prædictam Romanam ecclesiam, aut vos dominum nostrum Papam, seu successores vestros, vel officiales, ministros, vassallos, & subditos vestros non inquietabo, vel quomodolibet molestabo in dictis regnis Sicilia, Sardinia & Corsica, nec in urbe Romana, terris, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, castris, oppidis, & aliis terris & territoriis prædictis, seu aliquo prædictorum: sed nec extra loca prædicta, ratione quorumlibet delictorum, vel excessuum in locis eisdem commissorum vel committendorum, aliquem vel aliquos puniam, vel alias persequar, nisi hoc ad me pertineret de jure ex alia ratione quam territorii, cum territorii ratione hoc ad Regem vel Imperatorem Romanum, quantum ad loca prædicta, nullo modo

Non affectanda Sicilia vel Sardinia.

De non arrogando sibi in pontificiam dignitatem ullo jure.

XXI. Promissum eadem die abituram Urbe qua coronati acceperit.

De non ambiendo Urbis & aliarum imperio.

modo valeat pertinere: & hoc casu promitto & juro, quod tales contra justitiam non gravabo, nec eis in casu etiam aliquo Reges prædictorum regnorum, aut ministros, vassallos, & subditos eorundem in regnis prædictis, seu pro eis, vel quolibet eorum parte aliquatenus molestabo: nec aliquod dominium, jurisdictionem, superioritatem, servitutem, potestariam, capitaneatum, vel aliud officium, quocumque nomine censentur, accipiam vel vendicabo, vel per me vel per alios exercebo in prædictis Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, villis, terris, & territoriis prædictis, vel in aliquo de eisdem: nec etiam fidelitatem, recognitionem, vel advocacionem aliquam quovis modo recipiam per me vel alium seu alios pro me in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territoriis prædictis, vel pro aliquo eorundem: nec etiam pro quibuslibet rebus vel iuribus in præmissis Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territoriis prædictis, vel in eorum, seu aliquibus pertinentiis constitutis, etiam si mihi a quibuslibet communitatibus, vel personis singularibus offerrentur: nec jus: etiam aliud qualecumque vendicabo, acquiram, vel occupabo, seu quomodolibet per me vel alium seu alios usurpabo, recipiam, vel exercebo; nec concedam etiam recipi, vel haberi in Roma, regnis, Venetico, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territoriis prædictis, vel in aliquo de eisdem; & specialiter in provinciis, civitatibus, terris, & locis expressis in quibusdam litteris dicti domini quondam Henrici Imperatoris, quarum tenor inferius est insertus.

Ad evitandum quoque occasionem veniendi contra prædicta, vel aliquod prædictorum promitto ut supra, quod ante diem, mihi pro coronatione mea imperiali præstendam, non ingrediar urbem Romanam: quodque eadem die, vero & legitimo impedimento cessante, imperialem recipiam coronam; & quod si illa die, sive vere ac legitime impeditus die alia dictam recipiam coronam, ipsa die, qua coronam hujusmodi recepero, dictam urbem, vero ac legitimo impedimento cessante, exibo cum tota etiam, quantum in me fuerit, gente mea: & cessante etiam impedimento legitimo, continuatis moderatis diebus extra totam terram Romanæ ecclesiæ me recto gressu transferam versus imperio subiectas, nunquam postmodum ad urbem, regna prædicta Sicilia, Sardinia, Corsica, provincias, civitates, vel alios terras Romanæ ecclesiæ, nisi de speciali licentia sedis Apostolicæ accessurus. Juro quoque super sancta Dei

evangelia, per me corporaliter manu tacta, quod super his vel eorum aliquo nullum impedimentum fingam aut præstabo, aut fingi aut præstari per alium vel alios, quantum in me fuerit, permittam. Item promitto, quod contra prædicta, vel eorum aliquod nullatenus per me vel alios veniam: etsi contrarium quovis modo contingeret fieri per me vel alios meo nomine quocumque statim cum hoc ad meam notitiam ductum fuerit, illud revocabo, & faciam, quantum in me fuerit, effectualiter revocari, & pro non factis volo & decerno haberi, & etiam reputari.

Item si per præfatum quondam dominum Henricum Imperatorem avum meum, vel per eum dictum Ludovicum, seu per quemcumque alium, seu alios ipsorum, vel alterius eorum nomine seu autoritate, aliqua sententia fuerint promulgata, seu processus aliqui facti, seu arrestationes personarum, aut rerum, vel aliqua ad jurisdictionem pertinentia, attentata in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus immediate vel mediate subiectis, promitto & juro, quod illa omnia decernam & pronuntiabo esse nulla: quodque si aliquæ fidelitates, homagia, obedientia, recognitiones, donationes, advocaciones, occupaciones, seu concessionem qualescunque, a prædictis domino Henrico & Ludovico, vel eorum altero per se vel alium, seu alios facta fuerint, vel receptæ pro Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territoriis prædictis, vel eorum aliquo, vel pro quibuslibet rebus, vel iuribus in eis vel sub eis etiam constitutis a quibuscunque universitatibus vel personis singularibus quovis modo, illa omnia nulla fore pronuntiabo, & quatenus processerunt de facto, totaliter revocabo, & etiam pro non factis volam, & decernam haberi. Item promitto & juro, quod si in Regem Romanorum assumptus fuero, ad imperium postmodum assumendus, antequam ingrediar partes Italiae, & antequam in eis vel de eis per me vel alium seu alios aliquid disponam, aut quomodolibet administrarem, apud sanctam civitatem vestram prædictam, & sedem Apostolicam, approbationem personæ meæ & cætera, quæ electus in Regem Romanorum promovendus in Imperatorem habet prosequi, prosequar cum effectu.

Item promitto & juro, quod quocumque post approbationem prædictam in Lombardiam & Tusciam, vel earum alteram aliquem vel aliquos mittam pro terris & iuribus imperii gubernandis, quotiens illum vel illos transmittam, factam eum & eos jurare, ut adjutor vel adjutores domini Papæ sint ad defendendum terram S. Petri & Romanam ecclesiam secundum suum posse. Item promitto & juro quod si contingat me eligi, ut præfertur, infra octo

XXII. Iniqua Henrici acta judicialia aboliri.

Non administraturum se Italiam antequam Casar Pontifici confirmatus sit.

XXIII.

Promissa habiturum rata post electionem.

Caroli factum.

Instaurata pollicitationes ab Henr. Imp. præstitæ.

XX. De gestis Lud. Bav. rescindend.

Non occupanda ecclesiastica.

octo dies electionem meam immediate sequentes omnes supradictas & infra scriptas promissiones & juramenta renovabo, & iterum faciam plene, singulariter, & expresse, videlicet quod omnia & singula supra scripta & infra scripta per me promissa, & per me praestito juramento vallata, post approbationem meam per sedem Apostolicam factam bona fide & inviolabiliter observabo, faciam, implebo, & integraliter attendam juxta praesentium continentiam & tenorem: quodque cum mittam ad sedem Apostolicam pro dicta mea approbatione habenda, mittam etiam ad sedem eandem certos procuratores meos cum pleno, sufficienti, expresso, ac speciali mandato de omnibus promissionibus, concessionibus, donationibus, & omnibus etiam aliis supradictis vobis nomine vestro & ecclesiae Romanae recipientibus, per eos pro me ac meo nomine faciendis: qui procuratores, meo nomine omnes promissiones, concessiones, donationes, & omnia alia supra scripta & infra scripta in praesentia plene & specificè faciant, & adimpleant & adimplere, & facere teneantur: & post approbationem praedictam infra octo dies, ex quo de approbatione ipsa literas apostolicas recepero, omnia & singula per eosdem procuratores, ut praemittitur, meo nomine facta expresse & singulariter approbabo, ratificabo, & per me ipsum etiam renovabo, & iterum faciam haec de novo: & nihilominus post consecrationem & coronationem meam imperialem infra octo dies, consecrationem & coronationem eandem immediate sequentes pro majore firmitate omnium praedictorum ipsa omnia & singula ratificabo & etiam renovabo singulariter & expresse: & super praemissis omnibus & singulis, pro qualibet vice de praedictis juxta praemissam distinctionem temporum dabo literas meas quadruplicatas ejusdem tenoris patentes & sufficientes, ac sigillo, quo dictis utur temporibus, communitas.

XXIV.

Item super sancta Dei evangelia corporaliter manu tacta juro, quod nullam omnino promissionem, nullum pactum, nullumque juramentum, nec aliquid aliud feci, per quod praemissis, vel eorum alicui possit in aliquo quomodolibet derogari. Et nihilominus super sancta Dei evangelia corporaliter manu tacta juro, praemissa omnia, & singula me facturum & completurum, & nullo unquam tempore per me vel alios contra illa, vel aliquid de illis quovis modo venturum. Etsi [quod absit] contingeret me facere, dicere, promittere, vel jurare aliqua vel aliquid, quae praemissis, vel eorum alicui possent quomodolibet obviare, vel me ad aliquid secus agendum inducere, vel mihi occasionem agendi contra praedicta, vel eorum aliquid quomodolibet ministrare; nihilominus, illis nequaquam obstantibus, praedicta omnia & singula

Et post acceptum imperiale diadema repetiturum.

complebo & inviolabiliter observabo, & ad ea complenda & inviolabiliter observanda ex promissionibus & juramentis praemissis semper me volo remanere efficaciter obligatum. Et ex nunc etiam attestor & protestor, me velle & intelligere praemissa omnia & singula sic exclusa fore ab omnibus factis & promissionibus ac juramentis specialibus & generalibus, per me quomodolibet faciendis, per quae praemissis, vel eorum alicui possent quomodolibet derogari, quod illorum praetextu vel occasione mihi nullo modo liceat, licereve possit mutare aliquid in praemissis, vel facere contra ea vel aliquod de eisdem.

Promitto etiam bona fide, quod intrusos in ecclesiis infra praedicta regnum & imperium consistentibus, & qui eas contra jus & libertatem, superioritatem & auctoritatem ecclesiae Romanae detinent occupatas, vel detinuerint in futurum, si super hoc per vos dominum nostrum Papam, vel sedem Apostolicam fuero requisitus, expellam ac pro posse faciam expelli de illis: & provisores per sedem Apostolicam jurabo & faciam jurari, ut ad ecclesias, quibus de eis per sedem Apostolicam provisum est vel fuerit in futurum, realiter admittantur, suisque juribus libere uti possint. Tenor autem supradictarum literarum domini quondam Henrici Imperatoris sequitur sub his verbis: Sanctissimo, &c. Ferventi, &c. Dat. Lausanae an. MCCCX. Insertae sunt etiam litterae a nobis superiori annalium tomo (a) suis conceptae verbis, quare jam repetendae non sunt visae: confirmatis vero sponsonibus de tuendis ecclesiae juribus, quae in iis literis continentur, subdit Boemus Rex.

Sane quia ego Joannes, Dei gratia Rex Boemiae, praemissa omnia & singula, in praesentibus literis contenta, per dictum Carolum filium meum marchionem Moraviae promissa & jurata, ipsis per me plenius intellectis, reputo & credo utilia, licita & honesta, & ob hoc per ipsum Carolum, si in Romanorum Regem assumptus fuerit, desidero compleri & irrefragabiliter observari in ejusdem sanctitatis vestra praesentia pariter constitutus, vobis nomine vestro & Romanae ecclesiae, ac omnium in praesentibus literis expressorum, ac omnium aliorum, quorum interest vel intererit seu interesse poterit in futurum, recipientibus promitto, & super sancta Dei evangelia corporaliter manu tacta juro, me toto posse meo facturum & curaturum bona fide, quod praefatus Carolus omnia & singula, per eum in literis supra scriptis promissa & jurata, plene, realiter, & inviolabiliter faciet & complebit, & quod contra ea vel eorum aliquid non faciet per se vel alium quovis modo: & si secus agi contingeret, illud pro posse procurabo ad statum debitum celeriter revocari.

Quibus notis & literis imperialibus, ut pra-

De intrusis in ecclesiis pellendis.

(a) Tom. annal. xv. A. C. 1310. n. 3. &c.

XXV. Confirmat Jo. Rex promissa a filio Carolo.

XXVI.

(a) Ext. in avc. S. Ang. & in lib. privil. Rom. eccl. to. 2. pag. 350. & inter coll. Plat. to. 3. p. 17.

praemittitur lectis & publicatis, praefati domini marchio primus omnia & singula in prima nota & literis imperialibus, & subsequenter dictus dominus Rex omnia & singula contenta in secunda nota gratis & sponte promiserunt, & ad sancta Dei evangelia, tacto libro, ipsorum quilibet juraverunt, se tenere & complere omnia & singula contenta in notis & imperialibus literis praedictis suo posse, prout in ipsis plenius continentur. Et nihilominus promiserunt praefati dominus Rex & marchio & ipsorum quilibet, notariis publicis infra scriptis tamquam publicis personis stipulantibus & recipientibus pro omnibus & nomine omnium, quorum interest vel interesse poterit in futurum, omnia & singula supra scripta per ipsos promissa, & jurata plene & integre & inviolabiliter observare, perficere, & complere, & in contrarium aliquatenus non venire. De quibus omnibus & singulis sic promissis & juratis praefatus dominus noster Papa mandavit, & praefati domini Rex & marchio requisiverunt per nos subscriptos notarios fieri unum, duo, vel plura publica instrumenta. Acta fuerunt haec anno, indictione, pontificatu, mense, die, & loco praedictis, & praesentibus supradictis dominis Cardinalibus, nec non venerabili patri domino Garberto Narbonensi archiepiscopo domini Papae camerario, nobili & potenti viro domino Guillelmo Rogerii vicecomite Bellifortis, dominis Bernardo Stephani, Raymundo de Valle notariis domini nostri Papae, Garberto de septem fontibus canonico Blandensi, Nicolao decano Osmacensi, Nicolao de Lucemburgo praeposito Saccenzenf Praegenfis diocesis, Rodolfo Loffe cantore ecclesiae Cardonenfis, ad praemissa testibus vocatis & rogatis.

Se praeterea, innotis aliis cum Pontificiacionibus, Boemus Rex & Moraviae marchio sacramento obstrinxere, rescindere omnia foedera quae antea cum Ludovico Bavaro sanciverant, seque illum bello infestatos, neque unquam amicitiam, affinitatemve cum eo contracturos, dum fidelium consortio pulsus esset; neque ullos fucos aut praetextus ad haec promissa labefactanda accersituros: quae de re publica haec sunt documenta confecta (a).

In nomine Domini. Amen.
Noverint universi & singuli, quod anno a nativitate ejusdem milleesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione quattadecima, die vicesima secunda mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Clementis divina providentia clementia, Papa sexti anno quarto, constitutus personaliter Avinionae in camera ejusdem domini nostri Papae coram dicto domino nostro summo Pontifice, praesentibus reverend. in Christo patribus

dominis, miseratione divina, Petro Penestrino, Bertrando Ostiensi & Velletrensi, Gaucelino Albanensi, Joanne Portuensi episcopis, Talayrando tituli S. Petri ad vincula, Petro tit. S. Clementis, Bertrando tit. S. Marci, Bernardo tit. S. Cyriaci in thermis, Aymerico tit. S. Martini in montibus, Guidone tit. S. Caeciliae, Hugone tit. S. Laurentii in Damaso presbyteris, & Guillelmo S. Mariae in Cosmedin diacono Cardinalibus S. R. E. nobis notariis & aliis testibus subscriptis ad infra scripta vocatis, & rogatis; praesentibus etiam serenissimo principe domino Joanne Rege Boemiae illustri, ac domino Carolo ejusdem domini Regis filio primogenito marchione Moraviae de mandato ejusdem domini nostri Papa, volentibus, requirentibus, & consentientibus praefatis dominis Rege & marchione, fuit ibidem lecta & publicata quadam papyrae cedula per magistrum Joannem de Pifforio decanum ecclesiae S. Salvatoris Trajectensis, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur sub his verbis.

Universi praesentes literas inspecturis Joannes Dei gratia Rex Boemiae, & Carolus ejus primogenitus marchio Moraviae salutem.

Cum, sicut est, per diversas orbis partes longe, lateque diffusum & notum ac etiam divulgatum, Ludovicus de Bavaria, propter multiplices, graves, execrabiles, & enormes, atque notorios ejus excessus, offensiones, injurias, rebelliones, contumacias, & contemptus, ac haereses, & schismata, aliisque nonnulla detestabilia crimina notorie commissa per eum, exigentibus suis demeritis & culpis horrendis, fuerit & sit per sedem Apostolicam pluribus variis & diversis excommunicationum & anathematum; ac aliis poenis & sententiis innodatus, ac omni jure, si quod unquam sibi in regno & imperio Romano competere potuisset; nec non omnibus feudis, quae tunc a Romana vel aliis ecclesiis, vel dicto imperio obtinebat, & specialiter avarum Bavariae; ac etiam bonis suis aliis mobilibus & immobilibus, juribus, & jurisdictionibus privatus perpetuo, justitia suadente, ac de haeresi & schismate, & aliis diversis criminibus & excessibus condemnatus, ac haereticus & schismaticus publico nunciatus; & propterea in poenas & sententias diversas tam in processibus dictae sedis hujusmodi occasione habitis contra eum contentas, quam in jure contra tales infidelitas incidisse, & eas omnes incurrisse, si & fuerit declaratus, ac etiam Christi fidelibus expositus impugnandus; nos praenominati Joannes Rex & Carolus primogenitus tanquam devoti sanctae Romanae ecclesiae filii, verique cultores catholicae fidei, obstinatam & pertinaciam & perfidiam abhorrentes, & consultius attendentes processus sedis ejus.

Aliae Joannis Regis pactiones, cum Pont.

Joannis & Caroli literae.

De Ludovico Bavarici perfidia.

Et Pontificum iuris in eum editis.

E e e juf

Refein-
dunt
quævis
inita cum
eo foede-
ra.

jusdem, ut præmittitur, habitos contra eum; & considerantes etiam, quod hæretici & schismatici sunt a catholicis pro juribus expugnandi, & quod eidem fidelibus non licet cum ipsis hæreticis vel schismaticis amicitias, societates, confederationes, pactiones, colligationes, vel ligas aliquas facere vel habere; ob zelum Dei & ejusdem fidei, ac ad honorem ipsius sanctæ Romanæ ecclesie matris nostræ, & ob devotionem, quam habemus ad ipsam, ac etiam conscientia merito nos urgente, intendentes Ludovicum præfatum juxta ipsorum processum seriem, prout nobis erit possibile, impugnare; bona fide promittimus, & ad sancta Dei evangelia per nos, & nostrum quemlibet corporaliter sponte tacta, juramus, quod ad quemcumque statum pervenerimus nos vel alter nostrum, quamdiu idem Ludovicus in hujusmodi perfidia, hæresi, schismate, pertinacia, excessibus, & criminibus permanebit, & quamdiu subiacebit penis & sententiis supradictis, & quamdiu erit extra gratiam dictæ sedis, nullam amicitiam, societatem, confederationem, pactiorem, colligationem, vel ligam cum eo faciemus: & si aliquam hætenus fecissemus, eis de cætero non utemur.

XXVII.

Item promittimus, & juramus quod nullam parentelam, consanguinitatem, vel affinitatem cum Ludovico præfato, nec matrimonium, vel sponsalia aliqua, aut parentelam, consanguinitatem, vel affinitatem cum aliquo vel aliqua seu aliquibus, ab eodem Ludovico per masculinam vel femininam lineam descendentes, contrahemus Romano Pontifice inconsulto, & absque ipsius sedis licentia speciali: nec eidem Ludovico consilium, auxilium, vel favorem impendemus per nos, vel alium seu alio directe vel indirecte, publice vel occulte; quin immo eundem Ludovicum juxta ipsorum processum continentiam totis nostris viribus impugnabimus, expugnabimus, & persequemur, super his faciemus totaliter, realiter, & efficaciter posse nostram. Quæ quidem omnia & singula, ex causis prædictis & ob eas modo prædicto recta & pura fide sine omni dolo & fraude promittimus, & ad sancta Dei evangelia corporaliter sponte tacta juramus, nos efficaciter servaturos & completuros toto posse: & quod contra præmissa vel eorum aliqua per nos, vel alium seu alios directe vel indirecte, publice, vel occulte, aliqua ratione, occasione, vel causa, ingenio vel colore nullatenus veniemus.

Eundem
armis se
petituros
spondent.

Qua cedula lecta, publicata, & eidem domino Regi & marchioni exposita, præfati domini Rex & marchio & ipsorum quilibet, omnia & singula contenta & narrata in eodem approbantes, & rata & firma habentes, promiserunt & convenerunt ac juraverunt, prout in eadem continentur se facturos & servaturos, & non contra

facere vel venire aliqua ratione, occasione, seu causa. Et nihilominus promiserunt & juraverunt & ipsorum quilibet, se acturos & procuraturos bona fide, quod dominus Joannes pater dicti domini marchionis prædicta omnia & singula promittet & jurabit modo & forma prædictis. De quibus omnibus, ut præmittitur, sic actis, promissis, & juratis præfatus dominus noster Papa mandavit per nos notarios infrascriptos fieri unum, duo, & plura publica instrumenta. Acta fuerunt hæc anno, indictione, pontificatu, mense, & die prædictis, præsentibus dominis Cardinalibus, nec non venerabili patre domino Gaspero Narbonensi archiepiscopo domini Papæ camerario, nobili & potenti viro domino Guillelmo Rogerii vicecomite Bellifortis, venerabilibus viris dominis Bernardo Stephani, Raimundo de walle notariis domini nostri Papæ.

Professi etiam sunt coram sacro Cardinalium tenatu iidem Rex & marchio si in bello Ludovico Bavaro inferendo aliqua damna contraherent; vel sumptus maximos susciperent, nunquam se vel præmii vel pactorum, sarcindive damni causa quidquam ab Apostolica sede repetituros: qua de re subjecte tabulæ confectæ (a).

XXVIII.

Universis presentibus literas inspecturis Joannes Dei gratia Rex Boemæ, & Carolus ejus primogenitus marchio Moravia salutem. Nuper Ludovicum de Bavaria hæreticum & schismaticum, persecutorem catholicæ fidei, hostem Dei suæque sanctæ ecclesie manifestum, de hæresi & schismate, ac aliis multiplicibus execrandis criminibus & excessibus condemnatum, ac aliis pluribus & diversis excommunicationum & anathematum ligatum sententiis, & privatum omnibus mobilibus & immobilibus bonis suis, ac declaratum prædictas aliasque nonnullas spirituales & temporales penas & sententias incurrisse, ac etiam Christi fidelibus expositum impugnandum per processum sedis Apostolicæ habitos contra eum; nos ipsius Dei & ejusdem fidei zelo succensis, ad honorem etiam sanctæ Romanæ ecclesie, ac ob devotionem, quam habemus ad ipsam, & etiam urgente nos conscientia, promissimus impugnare totis nostris viribus juxta seriem processuum prædictorum, etiam si ad statum imperii vel alium quemcumque nos vel nostrum alterum contigerit devenire, & sponte nos adstrinximus vinculo juramenti, prout in patentibus nostris literis inde confectis, sigillorum nostrorum appensionibus communitis, hæc & alia seriatus continentur.

Cum itaque ob fervorem zeli et devotionis hujusmodi nostri firmi & inconcussi propositi, & inviolabilis intentionis existat, impugnationem hujusmodi Ludovici prædicti prosequi & exequi nostris propriis sum-

(a) Ext.
in eod. lib.
privil.
Ro. eccl.
to. 2. pag.
319. & in
MS. bibl.
Vall. sign.
lit. B. n.
12. p. 504.

Edita
de eo pu-
blica do-
cumenta.
Indictum
Ludovico
Bavaro
bellum a
Boemo.

Adhibita
si bellum
non suc-
cedat,
cautio.

sumptibus & expensis; nos Joannes Rex & Carolus primogenitus prædicti coram vobis sanctissimo in Christo patre & domino nostro domino Clemente VI. divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesie summo Pontifice, propterea personam liter constituti, volentes ad cautelam vestram, & successorum vestrorum Rom. Pontificum & ipsius sanctæ Rom. Ecclesie intentionem & propositum nostra hujusmodi expressius declarare, & super his cavere idonee, vobis & successoribus vestris & ecclesie memoratae promittimus bona fide, vobis prænominato domino summo Pontifici præfati & nomine vestro & successorum ac ecclesie prædictorum stipulanti solemniter & recipienti, & ad sancta Dei evangelia per nos & nostrum quemlibet corporaliter sponte tacta juramus, quod ratione impugnationis prædictæ & prosecutionis negotii impugnationis ejusdem, seu quantumcumque prolixitatis, durationis, aut difficultatis impugnationis & prosecutionis ac negotii hujusmodi, vel sumptuum & expensarum, vel damnorum aut interesse realium & personalium, & quorumcumque aliorum per nos vel nostrum alterum propter ea subeundorum & suscipiendorum, aut ratione destructionis vel amissionis quorumcumque bonorum nostrorum mobilium vel immobilium, quantumcumque quantitatis seu quantumcumque valoris fuerint nullam restitutionem, refectionem, satisfactionem, vel emendam aut recompensationem, nec aliquod subsidium pecuniarium, vel aliud quodcumque etiam si ad imperialem vel alium quemcumque statum nos vel alter nostrum devenerimus, petemus per nos vel alium, seu alios directe vel indirecte aliquo tempore a vobis prædicto domino summo Pontifice, vel aliquo successorum vestrorum prædictorum, aut a Romana ecclesia memorata: volentes & consentientes expresse, quod vos vel successores vestri, & ecclesia supradicti propter præmissa, vel eorum aliqua seu alia quæcumque, ea contingentia quoquomodo nobis vel successoribus nostris in nullo penitus teneamini, nec sitis propterea in aliquo obligati; ac ex nunc ab omni eo, quod ratione vel occasione præmissorum a vobis vel successoribus vestris seu ecclesia prædictis nos vel successores nostri possimus petere, vos & successores vestros ac ecclesiam prædictam omni modo, jure & forma, quibus melius & efficacius possumus, liberamus, absolvimus, & quitamus.

Quas quidem liberationem, absolutionem & quitationem, & omnia alia & singula supradicta promittimus bona fide, & ad sancta Dei evangelia corporaliter sponte tacta juramus, perpetuo rata, grata, & firma habere, tenere, & etiam observare; & contra in aliquo per nos, vel alium, seu alios nullo tempore facere vel venire directe vel indirecte aliqua ratione, occa-

sione, vel causa, ingenio vel colore. In quorum omnium fidem & testimonium præfatas literas fieri mandavimus, & fecimus sigillorum nostrorum appensionibus communiti. Dat. Avin. die XXII. mensis aprilis anno a natiuitate Domini nostri Jesu Christi MCCCXLVI. indictæ. XXV. pontificatus vestri præfati sanctissimi domini nostri Papæ an. IV. XXIX.

Eximio adeo & singulari in ecclesiam studio Boemæ Rex & marchio Moraviæ promeruerunt, ut flagitanti bus iis a Clemente apostolica studia in exortando Carolo imperialibus insulis, si a principibus electoribus Romanorum Rex salutareretur, Pontifex amplissimis verbis sua officia sit pollicitus, & omnibus honorum ornamentis quibus Imperatores catholici redimiri solent ipsum condecoratum quæ ex arcano gesta inconsulto Francorum Rege ob superiora ab ipso cum Bavaro inita foedera, de quibus suo loco egimus, pluresque alias causas. Ex quo emendandi historici, qui passim Carolum a Franco- rum Rege elatum ad imperium referunt. Subjectis vero literis Clemens factum excusavit apud Philippum (a), qui magnis precibus expetierat, ut Bavarus in gratiam sedis Apostolicæ admitteretur.

XXIX.

Promis-
sum a
Pont. ex
arcano
Carolo
imperi-
um.

Gallus
Rex pro
Bavaro
paciis in-
terpretem
agit.
(a) To. 6.
ep. secr.
44.

Clemens, &c. Advertentes, quod tam ecclesia, quam reipublica utilitati expediens reputatur, quod Romanum imperium, quod diutinis temporibus vacationis sustinuit incommodi, præsidio regiminis alicujus viri catholici fulciatur; tandem præfatis Regi & marchioni respondimus, nos eidem marchioni, si electio prædicta de ipso celebrari contingeret, hujusmodi favorem & gratiam impensuros.

Necessi-
tas insti-
tuendi
novi Ca-
laris.

Hæc autem, fili dilectissime, antequam faceremus, responsum hujusmodi tua celsitudini omisimus intimare, considerantes aliqua, quæ inter te ac eundem Ludovicum, pro cuius reconciliatione affectuose apud nos literis & nunciis insisteras sæpius iteratis, datum prolocuta vel acta fuisse dicuntur; quodque præfati Rex & marchio, habentes festinanter recedere de curia, expectare tanto tempore non valebant; & quia nos, & felicis recordationis Joannes Papa XXII. prædecessor noster principes electores imperii instantes diversis temporibus duxeramus commonendos, & instantius requirendos, ut ad electionem Regis Romanorum, promovendi in Imperatorem, de vero catholico, idoneo, & ecclesie Romanæ prædictæ devoto celebrandam procedere procurarent: & etiam eorundem Regis & marchionis petitio adeo innitebatur justitia, cum solum favorem debitum peterent, quod nec debebat nec poterat eis quomodolibet denegari. Quare super hoc nos habeat regalis excellentia, quæsumus excusator. Dat. Avin. XII. non. junii an. v.

Solicita-
tos jam
ante ele-
ctores,
ut eum
crearent.

His constitutis cum Joanne Rege Boemæ & Carolo Moraviæ marchione, Pontifex Waltamo Colonienfi & Balduino

XXX.
Rogati e-
lectores,
ut Carolum eve-
herent ad
imperium.

(a) Ib. ep. 1089. 1096. 1091.

Trevirensi archiepiscopo, ac Rodolpho Saxonie duci persuasit, ut Carolum in comitiis a Gerlaco Moguntino archiepiscopo indicendis ad sceptrum Romanorum vocarent; quo argumento datæ hortatorie literæ (a), in quibus post nonnulla de Ludovico Bavaro exauctorato exposita subdit Clemens: Cum multum reipublicæ utilitati expediat, quod vir strenuus, devotus, & catholicus & fidelis, cui nos & ecclesia Romana tamquam speciali advocato & defensori ejusdem ecclesiæ debeamus favores & gratias impertiri, ad tanti culminis fastigium assumatur; & inter ceteros principes & magnates earum partium dilectum filium nobilem virum Carolum primogenitum charissimum in Christo filium nostrum Joannis Regis Boemie illustris marchionem Moraviae, attentis multis virtutibus, quibus ipsum decoravit Altissimus, ad hoc aptum & idoneum existimamus; acceptum Deo & expediens utilitati publicæ crederemus ac nobis & Apostolicæ sedi admodum proculdubio gratum esset, si præfatus marchio in Regem promovendum in Imperatorem Romanorum postmodum assumatur. Quocirca fraternitatem, hoc verbo compellat archiepiscopus, laicos vero principes altero consueto, nobilitatem, tuam plenius affectibus deprecatur, quatenus ad electionem de ipso marchione celebrandam operosis affectibus & effectibus intendere studeas diligenter, sciturus, quod ex hoc præter mercedem perennis præmii, quod inde mereberis, nostram & ejusdem sedis gratiam tibi plenius & uberius vendicabis, &c. Datum Avinion. iv. kal. maii anno rō. Conceptæ sunt iisdem pene verbis literæ ad comitem Palatinum Rheni ducem Bavariæ datæ, quibus eum adhortabatur, (b) ut in Carolum suffragium conferret si septemviratus jus spectaret, nulloque ad illud exercendum impedimento teneretur. Segregatus is erat e fidelium communiōne, cum in Ludovici schismate forderet; neque monitis apostolicis morem

(b) To. 4. ep. fecr. 1092.

gestit, ut videbitur inferius, qua in vis ei (c) ac Ruperto (d) & Adolpho (e) Bavariæ stirpis principibus data essent imperia, ne Ludovico studerent.

Ut rite Regis Romanorum electio celebraretur [1], Clemens episcopum Acconensem misit (f), qui Balduinum archiepiscopum Trevirensi anathemate devinctum censuris exolveret ad serenandam illius conscientiam, atque asserendam dignitatem; causas vero non exprimit Pontifex: sed non abest conjectura, archiepiscopum ipsum ob partes Ludovici in nonnullis principum conventibus injuste defensas eadem censuras contraxisse. Trevirensi vero partes injunxit (g), ut principes electores, qui censuris obstricti essent, cum ad electionem celebrandam convenissent, fidelium communiōni restitueret. Ex iis Rodolphus dux Saxonie, qui etiam tum ab ecclesiæ gremio exularat, ut ex Clementis literis (h) patet, quibus spiritum consilii sanioris comprecatur, atque ad piorum consortium allicit, pontificis monitis est obsecutus: quem pecunia corruptum una cum Colonienſi, perperam queruntur Albertus Argentinenſis & Hervartus: quasi animæ suæ salus, restituendæ in Germania pietatis relique catholice studium, divini Numinis timor, suæ dignitatis tuendæ cura, atque apostolica monita ipsum ad id impellere non potuerint: Colonienſem vero sine pecuniarum illecebra ad iussa apostolica semper pronum vidimus.

Vocati itaque electores principes catholici Retzam a Gerlaco archiepiscopo Moguntino Regem Romanorum renuntiaturi, primum ex pontificis sententia in literis plurimis a nobis exposita, orbatum esse rectore suo imperium Romanum pronuntiarunt, ut refert memoratus Argentinenſis (i): Imperium, inquit, diu vacasse declinantes. Quo decreto aperte iidem electores Joannis XXII. & Clementis contra Ludovicum Bavaram sententias ju-

(c) Ib. ep. 1037. (a) Ib. ep. 1040. (e) Ep. 1041. XXXI. (f) Ep. 1093. Trevirensis arch. censuris solutus.

(g) Ep. 1094. Rodolphus saxo favet Boemo.

(h) Ep. 1090. & 1091.

Et Colonienſis archiep.

(i) Argentinenſis in chron.

NOTE [1] Hoc anno renunciatum regem Romanorum Carolum, Joannis Bohemie regis filium, ambigit nemo. Id vero præstitum Julio mense nemo pariter negat. De die non item constat, nam Argentinenſis diem XXVI. Julii, seu feriam IV. S. Margaritæ festum definit. Scriptor vero coævus vitæ Balduini Trevirensis archiepiscopi die XI. Julii electum Joannem statuit, quem pariter diem præfert Joannes Latomus, qui catalogum episcoporum Moguntinorum exeunte sæculo XVI. scribebat. Extat vero opus illud in Menkenii scriptoribus Rer. Germ. to. III. Hanc diem tenendam suadet tum authoritas anonymi scriptoris vitæ Balduini, tum quod scriptoribus aliis licet coævis, ut Rebdorfio, rem hanc minus compertam fuisse satis constat; non enim certam & definitam diem designat. Argentinenſi vero, qui diem XXVI. Julii notat, vix fides adhibenda, cum extent apud Annalistam scriptæ ad Carolum jam electum literæ pontificis signatæ 30. Julii. Vix enim credibile est nuncium rei gestæ intra quadriduum Avenionem pervenisse, & Pontificem gratulatorias literas ad novum electum deuisse. Diem vero, qua regia corona ornatus fuit, Joannes Villanus, & Rebdorfius assignant XXV. mensis Novembris, S. Catharinæ sacram; nec sane aliam a veteribus Scriptoribus notatam reperit. Pontifex tamen in literis ad Carolum datis hoc anno die VIII. id. Novembris, idest ante coronationem fere xx. diebus non Electum ut in prioribus literis statim ab ejus electione datis, sed Regem Romanorum appellat. Id vero ideo servatum a Pontifice suspicor, quod post acceptam a Carolo apostolicæ Sedis confirmationem jus plenum in Regno etiam ante coronam adeptam obtinuisse recognosceret. MANE

Decernunt principes, iuste Bavarium a Pont. exauctoratum.

(a) Rebdorf. in annal. (b) Arg. in chron. (c) MS. bibl. Vat. sign. num. 2040. in Clem. VI. Caroli creatio rita habita a Pont.

XXXII. Gratulatoribus Pontifex

(d) Tom. 5. ep. fecr. 294. (e) Ep. 295. (f) Ep. 296. (g) Ep. 297. (h) Ep. 298. Et Carolo Regi. (i) Ep. 290.

stas professi sunt, illumque jure omni ad imperium ex electione quasi ob sua scelera apostolica auctoritate exui potuisse, iusteque fuisse spoliatum: & si quæ antea edicta contraria in Francofurtensibus & Rensensibus conventibus iniqua condiderant, plane ac juridice damnarunt. Progreſſi deinde ad electionem principes in Carolum marchionem Moraviae, ut in aula pontificia agitatum fuerat, mense julio circa diem S. Margaritæ sacram, ut scribit Rebdorfius (a), sive feria quarta ab eodem festo evoluta, ut clarius designat Argentinenſis (b), suffragia contulerunt; qua de re hæc MS. Vaticanum refert (c) in Clemente: Hic ratificavit atque roboravit processus, & sententias latis contra Bavarium: nec non vivente ipso ordinavit cum suis fratribus Cardinalibus de creatione novi Imperatoris, quod & factum est & privato archiepiscopo Moguntino, qui dicto Bavaro hæretico adharebat. Nec non electores, ad quos electio Romanorum Imperatoris spectabat, de consensu & voluntate sedis Apostolicæ elegerunt atque nominaverunt in Regem Romanorum & Alamanniæ, & pro Imperatore dominum Carolum IV. filium Regis Boemæ: quam electionem dictus Papa ratificavit & approbavit.

De eveſto ad Romanum imperium Carolo felix nuntius ad Clementem celerime advolvit: III. enim kal. augusti eo accepto, ingenti lætitia delibutus Pontifex, noctam demum ecclesiam piam & strenuum defensorem gratulatorias ad principes electores Joannem Boemiam Regem, (d) Balduinum archiepiscopum Trevirensis (e) hujus patrum, Rodolphum ducem Saxonie (f), Gerlacum Moguntinum (g) & Walramum Colonienſem (h) archiepiscopos de egregio principe Romano imperio dato tum ad novam Regem Romanorum Carolum literas dedit: quibus ut demisse de se ex Christiana pietate sentiret, spem locaret in Deo, regis animum excoleret virtutibus, hortatus est (i): tum prosperos illi successus, ac diuturnum imperium est comprecatus.

Charissimo in Christo filio, Carolo in Regem Romanorum electo.

Letis & jucundis rumoribus ad Apostolicam sedem perducto, electionem de te, fili charissime, in Regem Romanorum, promovendum in Imperatorem, fuisse solemniter & concorditer celebratam, exultavit cor nostrum in Domino, & immensiore gaudii, & lætitiæ perfusa fuerunt præcordia mentis nostræ, sperantes in eo, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, quique cælestia simul & terrena sua omnipotentia moderatur, quique in te sic feliciter suæ clementiæ pietatis inceptit, ipse qui opus imperfectionis abhorret, prosperis

perficiet successibus, solidabitque usque ad perfectionem votivam; ita quod ecclesia, sancta sua te defensorem & pugilem habeat strenuum & fidelem ad confundendum & extirpandum schismata, hæreses, & errores, ac dilatandum cultum fidei orthodoxæ, regnabitque sub tuo felici, pio & provido regimine pacis & justitiæ pulchritudo: excessibus, criminibus, & delictis claudetur aditus; & te sedente in solio regali & imperialis culminis, dissipabitur omne malum. Talem namque filium diutinis temporibus avidè desideravit eadem mater ecclesia, quem se, ut firmiter credimus, cum repletionè consolationis & gaudii letabitur his temporibus recepisse.

Rogamus itaque serenitatem tuam, & hortamur attentius in domino Jesu Christo, quatenus ad illum, in cujus manu & potestate omnium jura regnorum consistunt, & nihil boni vel prosperi esse potest alicui, nisi de suæ bonitatis clementia largiatur dirigens in humilitate spiritus jugiter vota tua, & anchoram spei tuæ in eo solo figere non desistens; ad illa, quæ præmisimus, & alia opera virtuosæ, per quæ Deo semper fieri merearis acceptior, intendere continue, tuarumque operationum studia convertere, non postponas; sciturus pro certo, quod si hæc, ut confidimus, egeris, teque cum Deo tenueris incessanter, ipse actus tuos prosperare non desinet, tuum exaltando super terram solum, & protrahendo in diem longitudinem cum prosperitatis votivæ successibus vitam tuam; tandemque post decursum hujus laboriosæ certaminis de temporali regno & corruptibili te cum corona immarcescibili ad regni gloriam prozebet sempiterni. Dat. Avin. III. kal. augusti anno v. Adjecit alia in iisdem literis (k) monita ad firmandum solium, ut Italos in suas partes pelliceret, ac fœdera cum Insubribus percureret: de quibus Joannem Regem etiam præmonuit (l) ut Ludovici cum Insubribus coitiones inire mediantis conatus occuparet, ipsumque omnes sinistras suspiciones de Luchino Vicecomite Mediolanensi conceptas ex animo delere jussit.

Confirmandæ etiam amplificandæque Caroli dignitatis sollicitus Pontifex, ut regis ornamentis quantocius cingeretur, operam dedit; ac vigesimam septimam, diem augusti ad peragendam celebritatem constituit (m), sanxitque Apostolica auctoritate, ut si Aquigrani instrui non posset, Colonie perageretur. Cæterum, rem peractam referunt Joannes Villanus (n) & Rebdorfius (o) mense novembri die S. Catharinæ sacro, cujus retardatæ celebritatis gemina contra Leodientes tum contra Eduardum Angliæ Regem prælia causæ extiteret: Mense novembri, inquit idem auctor, superscriptus Carolus electus in Regem Romanorum coronatus est prima

Conceptæ ex ejus res. gno spes.

Monitus ut amplitudinem suam Deo referat acceptam.

Italos ad suas partes alliciat.

(k) Eod. ep. 290.

(l) Super ep. 294.

XXXIII.

(m) Ib. ep. 334.

(n) Jo. Vill. l. 12. c. 77.

(o) Rebdorf. in annal.

coro.

Die D. Catharinae sacro peracta celebrata.

Decreta a Carolo ad Pont. legatio. (a) Jo. VIII. l. 12. c. 77. Clem. 10. 5. ep. fecr. 738.

Confutata impiorum in Carolum dictoria.

Carolus confirmatur Caesar a Pontifice.

(b) An. 5. l. 3. ep. cur. 27. ep. com. 738. XXXIV. Pontificum ea de re diploma.

corona in oppido Bonnæ Colonienſis diœceſis [quâ civitas Aquenſis eum intrmittere noluit] in die B. Catharinae, elapſis jam XXXII. annis a tempore coronationis prædicti Ludovici.

Antequam Bonnæ corona cingeretur (a) Carolus, oratores Erneſtum Pragenſem archiepiſcopum, Joannem e Piſtorio decanum, Nicolaum e Luxemburgo præpoſitum, Geraldum e Magnaco, atque Ademaram de Piſtavia aurearum equitem ad aulam pontificiam autoritate inſtructos miſit. Qui expoſuere ut Carolus ab omnibus principibus electoribus, qui debuerant & poterant intereſſe, communibus ſuffragiis Romanorum Rex ſalutatus fuiſſet; Ludovicus enim Bavarus junior, cum nullo jure marchionatum Brandeburgenſem obtineret, ad comitia admitti erat vetitus: Henricus Moguntinus exauctoratus, ſuſſeſto in ejus locum Gerlaco, omni honore ac jure exciderat: Palatinus Rheni comes & dux Bavarie dubio & ambiguo jure erat præditus, ut ex literis pontificiis indicavimus, in quibus ea adjecta erant verba, ſi ad te & in quantum ad te pertinet, cum ad eligendum Carolum ſolicitabatur; præterea ſchiſmatico nexu excutere detrectavit, atque ideo, licet jus ad ferendum ſuffragium obtinuiffet, tunc tamen eo uti non potuerat. Ex quibus confutandi ſunt ii, qui Caroli electionem ut non juſtam traducere nituntur: qui ſi nefaria ironia ab impiis Carolum Imperatorem preſbyterorum, cum anniteſſe Pontifice creatus eſſet, dictum effuſſiant; nã Carolum magnum plureſque alios potiori jure Imperatores preſbyterorum appellaverint. Sed ad inſtitutam narrationem redeamus.

Cum oratores adderent preces, ut Clemens pontificia ſtudia Carolo impenderet, illumque imperialibus inſignibus conſtituto tempore exornaret, tum in illius verba Caroli nomine jurare paratos ſe offerrent, conjunxiſſentque cum iis ſuas preces alii novi oratores, Pontifex ſolemni ritu (quamquam id antea egerat, dum Colonie corona illum redimiri juſſit) diſcuſſa Caroli electione, exploratiſque ejus virtutibus, ipſum juſtum Regem Romanorum ad imperiale ſtaſtium provehendum pronuntiavit, atque oratores fidei ſacramento in ſua & ſucceſſorum Pontificum verba adegit: qua de re certioreſ hiſce literis Carolum fecit, ac ſauſta omnia illi precatuſ ad dignas imperio virtutes excitavit (b).

Chariffimo in Chriſto filio Carolo Regi Romanorum illuſtri.

Romanus Pontifex, cui Rex æternus & ſummus in perſona beati Petri Apoſtoli, æternæ vitæ clavigeri, cœleſtis ſimul & terreni jura imperii & plenitudinem poteſtatũ conceſſit, ſuper cunctos fideles ſua

cura commiſſos invigilans, & intendens circa ea, quæ fidelibus ipſis ampliora paciſ juſtitie afferre commoda exiſtimat; tanto diligentioribus ſe tenetur impendere ſtudiis; quanto ad hoc injuncta deſuper apoſtolicæ ſervitutis officium ipſum ſtimulat & perurget. Et quia regnantium recte ordinata regimina nutrire conſueverunt juſtitiam, & Chriſtiano populo pacem dare, Pontificis ejuſdem auctoritat, cui dictum legimus a Domino per prophetam: Ecce conſtitui te ſuper gentes & ſuper regna, ut evellas & deſtruas, diſperdas & diſſipes, ædiſices & plantes; ad erigenda & dirigenda hujusmodi regimina, prout ad ſuam ſpectat ſolicitudinem, nequaquam debet tepeſcere; ſed potius operoſus opponere, cum expedire conſpicit, manus ſuas. Sane dudum imperio Romano per obitum claræ memoriæ Henrici ultimi Romanorum Imperatoris vacante, duo videlicet quondam Fredericus Aſtrie & Ludovicus tunc Bavarie duces in Reges Romanorum in diſcordia electi, ut dicitur, extiterunt: deindeque Frederico prædicto rebus humanis exempto, Ludovicus prædictus propter ipſius exceſſus, culpas, crimina, & alia demerita deteſtanda, quaſi totum divulgata per orbem, per felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum de fratrum ſuorum conſilio extitit omni jure, ſi quod eidem Ludovico ad regnum vel imperium Romanum ex electione diſcordi prædicta, vel alias competere poterat quoquomodo, judicio juſto privatus, & ſubſequentur de hæreſi & ſchiſmate ſententialiter condemnatus.

Nos autem poſtmodum, licet inſufficientibus meritis, ad apicem ſummi apoſtolicatus aſſumpti, attendentes quod ex his regnum & imperium prædicta diu vacaverant & vacabant, & ob hoc ſancta Romana mater eccleſia per longa tempora ſuo carnerat & carebat ſpeciali advocato & legitimo defenſore in catholica fidei, & ejuſdem Romane ac aliarum eccleſiarum, & libertatis eccleſiaſticae, reiſque publicæ grande præjudicium, multiplex detrimentum, & multarum periculum animarum; ac hujusmodi diſcordiis & periculis, que tolerare ſalva conſcientia non poteramus ulterius, occurrere paternæ ſolicitudinis ſtudiis cupientes, principes tam eccleſiaſticos quam ſeculares, ad quos jus eligendi Regem Romanorum in Imperatorem poſtmodum promovendum pertinebat, apoſtolicæ autoritate monuimus, eis diſtrictius injungentes, ut pro electione Regis Romanorum in Imperatorem, ut prædicitur, promovendi de perſona idonea faciendâ convenirent invicem, & ad electionem hujusmodi procedere non differrent: alioquin Apoſtolicæ ſedes, a qua jus & poteſtatem hujusmodi electionis ad principes perveſſe conſtat eoſdem, ſuper hoc de oportuno remedio provideret. Præſati vero prin-

De Lud. Bavar. damnato hæreſicos.

XXXV. Ut vacanti imperio conſulendum fuerit.

Renuntiatus ſit Carolus Roman. Rex.

XXXVI.

Concors principum electio fuerit.

principes, ſalutaribus monitiſ noſtris hujusmodi devota ſe promptitudine conformantes, de certis die & loco pro electione hujusmodi celebranda, illi videlicet qui debuerunt, potuerunt, & voluerunt intereſſe, convenientes in unum; poſt diligentem deliberationem & tractatus, prout tantæ magnitudinis negotii requirebat, habitos inter eos te marchionem Moraviae, nunc etiam Regem Boemiae, in Regem (promovendum poſtmodum in Imperatorem) Romanorum unanimiter & concorditer elegerunt: itaque deliberatione habita ſuper hoc, ad inſtantiam electorum prædictorum & aliorum multorum electioni hujusmodi conſenſiſſi.

Post hæc autem venerabilis frater noſter Erneſtus archiepiſcopus Pragenſis, & dilecti filii magiſtri Joannes de Piſtorio decanus S. Joannis Trajectenſis, & Nicolaus de Luczemburgo præpoſitus Sacraſenſis Pragenſis decanus, ac Geraldus de Magnaco archidiaconus de Baltheſio Conſtantienſis eccleſiarum capellani noſtri, nec non nobilis vir Ademarus de Piſtavia miles, procuratores & nunciũ tui ad noſtram præſentiam ſuper hoc deſtinati [habentes ad inſcripſa omnia plenum, ſufficiens, & ſpeciale mandatum, ſicut per preſentes literas tuo ſigillo munitas nobis extitit facta fides coram nobis & fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in ſolemni & publico conſiſtorio, præſente tam prælatorum & clericorum aliorum, quam laicorum multitudinis copioſa fidelium] conſtituti, pro parte tua inter cætera proponere curaverunt, electionem ad Regem Romanorum de te, ad imperium poſtmodum promovendo, ab omnibus principibus tunc in electione hujusmodi vocem habentibus, qui ut præfertur debuerunt, potuerunt, & voluerunt intereſſe fuiſſe concorditer & uniformiter celebratam; itaque ut prædicitur, electioni hujusmodi conſenſiſſe, ſpecialem reverentiam & devotionem, quam tu ad nos & eandem Romanam eccleſiam matrem tuam geſſiſti, gerebas, & geris & proponis gerere in futurum, ſinceris affectibus exponentes; ac inter alia ſupplicantes, tibi noſtros favores & gratias exhiberi, nec non inunctionem & conſecrationem per manus noſtras impendi, itaque imperiali diademate coronari: offerentique ſe paratos & promptos ſuper te & animam tuam præſtare debita nobis. & eidem eccleſiæ fidelitatis & cui ſubiet alterius generis juramentum. Tandem autem dilectiſ filii & nobilibus viris Henrico comite de Salmis, Gaucherio de Montilio, Geraldo de Uſſa, & Joanne de Aſperomonte militibus Trevirenſis, Valentinenſis, & Virduenſis diœceſis, ac Rudolpho dicto Loſſe officiali Trevirenſi, procuratoribus & nunciis tuis una cum eis per alias literas tuas ſimiliter conſtituti, hæc omnia

pluries petentibus, ac devote offerentibus coram nobis; nos, præmiſſi per eoſdem procuratores & nuncios tuos propoſitis diligenter auditiſ, factaque nobis de hujusmodi electione concordis & unanimi plene fide, eaque nec non perſona tua, in quantum tua patiebatur abſentia, diligenter examinatiſ, ac de tuis fide, probitate, ac conditionibus omnibus, quæ requiruntur in illo, qui eſt electus ad imperialis culminis apicem ſublimandus, cum pluribus prælatiſ & aliis magnæ auctoritatis viris, qui tuos mores, conditiones, & ſtatum plenius noverant, inquiſitiſ; ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & beate ac glorioſe ſemperque Virginis Dei genitricis Mariæ, beatorum quoque Apoſtolorum Petri & Pauli, ac exaltationem & honorem eccleſiæ & bonum & promotionem imperii prædicti, & proſperum ſtatum mundi, de fratrum eorundem conſilio te in ſpeciale noſtrum, & eccleſiæ filium ſeſcepimus, tibi noſtros, favorem & gratiam concedentes; perſonaque tua, cuius nos & iidem fratres noſtri ſpeciale prius notitiam habebamus, idonea reputata, te nominaviſmus, denunciaviſmus declaraviſmus, & aſſumpſimus in Regem Romanorum, promovendum in Imperatorem eandem tuam approbantes perſonam, ac ſufficientem & habilem declarantes ad ſuſcipiendam imperialis cœliſtudinis dignitatem; ac decernentes unctionem, conſecrationem, & coronationem imperialis diadematis, tibi per manus noſtras opportunis loco & tempore impendendas, ſupplices quoque omnem defectum, ſi quis aut ratione formæ, ſeu tuæ aut electorum prædictorum perſonarum, qui electioni tuæ interfuerunt, ſeu ex quavis alia ratione, ſive ve cauſa in eadem electione intervenerit quovis modo ex certa ſcientia, & de apoſtolicæ plenitudine poteſtatis: præſipientes etiam omnibus fidelibus & vaſſallis regni & imperii prædictorum, ut tibi tanquam Regi Romanorum, in Imperatorem promovendo, pareant efficaciter & intendant, & nihilominus ibidem a prædictiſ procuratoribus & nunciis tuis ad hæc ut præmittitur, plenum, ſufficiens, & ſpeciale mandatum habentibus, prout ipſi nobis frequenter obtulerant, fidelitatis recipimus juramentum.

Attende itaque, fili chariſſime, quaſumus, & intra præcordia tua diligenter revolve dona magnifica, & multiplicata beneficia, quibus te largitor bonorum omnium in ſuis benedictionibus dignatus eſt prævenire: illaque ſibi devotione humili, & operoſiſ affectibus recognoſcens, ad ejus mandata & beneplacita in omnibus te coapta, & vitare ſtude ſummopere que ſua offenderent oculos majeſtatis. Pone greſſus tuos ſemper in ſemitis mandatorum ipſius, & ejus miniſtros condigna honorificentiâ proſequi

Ut ea corrobora a Pont.

Promiſſus eidem imperialis apex.

Exaſtum ab ejus procuratoribus ſacramentum fidei. xxxv. Præceptis imbuitur a Pont.

sequi non omittas. Præfatam quoque Romanam ecclesiam matrem tuam, quæ internæ charitatis officio & affectu de tui status & honoris augmento sollicita redditur, filiali venerari reverentia semper stude: justitiam dilige: veritatem ama: sectare pacem: æquitatem serva: & clementiam (quæ amicos & devotos multiplicat) amplectere, ut inde lætentur celi & exultet terra, & de tuis benignis & virtuosis actibus universa reipublica populus nunc usque vehementer afflictus hilarescat: jugo tuæ dominationis superbe mentes hostium comprimantur: contriti & depressi subditorum tuorum animi ope tuæ misericordiæ releventur; te virtus cælestis gratiæ terribilem tuis inimicis faciat, pietas subditis benignum ostendat; tuisque felicibus temporibus in pulchritudine pacis populus Christianus sedeat, in fiduciæ tabernaculis habitet, & in requie opulenta quiescat: tuque his & aliis tuis bonis operibus in conspectu divinæ majestatis acceptus post multorum annorum curricula de terreno ac temporali regno ad cælestis & æterni regni provehi gloriam merearis. Nulli ergo, &c. Datum Avinion. VIII. id. novembris anno v.

Missus ad ipsum internuntius.

(a) To. 5. ep. sec. 783. & an. 5. l. 3. ep. chr. 28. XXXVIII.

Bellum Leodiense gestum a Carolo.

Versus in fugam in eo Carolus.

(b) Hoc sem. l. 2. c. 33.

Belli ejus exordia.

Consulturus juribus Romanæ ecclesiæ Clemens, exacto a Caroli Regis Romanorum oratoribus fidei sacramento, magistrum Geraldum e Magnaco archidiaconum e Baltesio Constantiensis diocesis capellanum pontificium, de quo paulo ante memoratum est, ad Carolum dimisit pridie non. decembris (a) ut expressa formula illum sacramento fedi Apostolicæ devinceret. Exerere Carolum adversæ res sub adepti imperii initis, ac gemina clade fusus est, dum pro foederatis pugnabat: primum enim Leodii fugatus mox ab electione celebrata. De quo bello vitæ Clementis scriptor hæc narrat: Sugilbertus de Marcha episcopus Leodiensis, habens in sui adjutorium dictum Carolum Regem Romanorum & Joannem Regem Boemiæ patrem suum cum multis aliis principibus Alamaniæ, Leodiensibus guerram movit, & cum eis bello congressus est: sed tandem Leodienses victores fuerunt, dictusque Carolus, qui primo loco ibidem aquilam in vexillo erexerat, cum ea per fugam salvatus est illa die. Sed eodem anno dictus episcopus cum eisdem Leodiensibus iterato bellavit, & extitit victor & dein fuit inter ipsos pax reformata. Agit de eodem bello Hocsemius, (b) atque illius causas levi ex re exortas, cum nimirum viro homicida necato supplicio, Hoyenses magistratum episcopi infectati essent, traxissentque in partes Leodienses cives, & episcopus armata manu de seditiosis ex legum æquitate pœnas sumere vellet: cumque florentissimum, in quo Romanorum & Boemiæ Reges aderant,

exercitum admoveret urbi, deque concordia ageretur, tumultuaria pugna, ex inopino eventu a factiosis concitata, fufum fugatumque esse majori ignominia quam clade vigesima quinta julii die D. Jacobo sacra, ut observat Jo. Villanus (c). Corripuerant (d) iter Treverim Carolus & Joannes Reges, cum a Francorum Rege in auxilium excitati (e) sunt contra Eduardum Anglum. De lugubri vero bello, rei Christianæ perniciosissimo, dicturi; nonnulla primum de nefario illius apparatu ab utroque Rege instructo præmittemus.

Cumulandis opibus, quas sceleratius ad fundendum Christianum sanguinem ea tempestate qua bellum cum Turcis pro Christiano nomine susceptum erat, absumeret sacerdotiorum vestigalia ornandis altaribus pauperibusque alendis sacra, Eduardus invasit: quod flagitium pluribus fucis colorare nifus (f). Philippus etiam Gallorum Rex, predonum purpurarum exagitatus consiliis, sacerdotum absentium vestigalia occupavit: quem principem cum Pontifex antea ecclesiæ addictissimum repente a majorum pietate descivisse conspiceret, hisce gravioribus querelis revocare sequenti anno a cœptis est conatus (g).

Clemens, &c. Regi Franciæ illustri. Fili dilectissime præmissa utique divino & humano juri contraria claritati devotionis, qua tu, tuique progenitores præfulgere studuistis erga Deum, & ipsam ecclesiam hæctenus, congruere, prob dolor! non videntur. Et utinam tui consilarii, qui te induxerunt ad ea, solerti diligentia maturius attendissent gravia pericula, quibus talia facientes, & in eis faciendis consilium vel favorem præstantes, olim editi a sanctis patribus canones evidenter involvunt: & nihilominus considerassent attente, si per Reges Franciæ progenitores tuos talia vel similia, in divinæ majestatis contumeliam redundantia, ullis unquam temporibus, adversus eandem ecclesiam & libertatem ecclesiasticam adinventa fuerint, vel etiam attentata.

Debuissent namque præfati consilarii, si rationis haberent apertos oculos, prospexisse, quod Romanus Pontifex pastor universalis ecclesiæ catholice Christianique in terris vicarius, ad quem ecclesiarum omnium plena noscitur dispositio pertinere, prælatos & personas ecclesiasticas de quibuscumque mundi partibus, in quibus catholice fidei cultus viget, ad se vocare potest, & illos, de quibus sibi videtur, apud sedem Apost. secumque tenere, & nihilominus ad partes diversus mundi destinare, prout incumbenti negotia exigunt, & expedire cognoscit. Et infra: Et nihilominus considerare aperiunt debuisse, quod bona ecclesiarum ad ministrorum ipsarum & Christi pauperum sit-

(c) Jo. Vill. l. 12. c. 61. (d) Alb. Arg. in chron. (e) Du-brav. hist. Boem. l. 21.

XXXIX. Cumulatæ ab Anglo per nefas opes in belli apparatus. Et a Gallo. (f) Tom. 4. ep. sec. 1177.

(g) To. 5. ep. sec. 1160. Proposita illi flagitii gravitas.

Monetur officii.

sustentationem ac pios usus alios specialiter deputata noscuntur, nec licet ea in usum converti alios, etiam propter communes, statutis conciliorum generalium prohibentibus, ipsius Romani Pontificis licentia non obtenta. Et quamquam ecclesiis ac prælatibus & personis ecclesiasticis, ut administrarent jura & bona ecclesiastica jure suo competat; ipsis tamen eadem administratio per executionem literarum subtrahitur prædictarum: Et infra: Præterea tua, quæsumus, serenitas regalis attendat, & intra secreta cordis diligenti meditatione revolvat, quod etiam præfati debeant consilariis [si salubriter vellent in hac parte consulere] attendisse, cum qua fiducia ipsa ecclesiæ mater tua [cujus precibus & suffragiis egere semper nosceris, & præsertim his temporibus, quibus tibi procellosi guerarum turbines imminent, prob dolor! & insurgunt] pro te tuique status prosperitate ad sponsum suum dominum nostrum Jesum Christum, a quo est omnis virtus, victoria, & fortitudo, qui per præmissa graviter offenditur & vehementer proculdubio irritatur, levare poterit manus suas. Dat. Avin. VI. non. maii anno v.

Pendere a victoriis.

Subventum postea Philippo ab ecclesiasticis. (a) Eod. to. 5. ep. sec. 814. 815. 816.

(b) Ibid. c. 282.

Milli duo Cardinalibus ad Gallum & Anglum conciliandos.

(c) To. 4. ep. sec. 1020.

(d) Jo. Vill. l. 12. c. 63.

(e) Id. Vill. l. 12. c. 63.

(f) MS. bibl. Vat. f. 11. num. 2765.

Superiora scribebat Pontifex non ut justo præsidio in rebus asperis regnum nudaret, periclitanti enim ut ex opibus ecclesiasticis succurreret extremo anno Narbonensi, Tolosano, Auxitano archiepiscopis eorumque suffraganeis permisit (a) ut pecuniarum subsidia ex ecclesiasticis vestigalibus pro tutando regno conferrent ea lege, ut edita a S. Ludovico ad ecclesiasticorum gratiam lata a Philippo confirmarentur: quæ subsidia ita constituta, ut primum præfules ea de causa convenirent, iisque assentientibus concessa erogandi facultas a Pontifice fuerit, ut Clementis ad Philippum responsis (b) constat. Vetabat vero sacras opes profanae autoritate occupari Pontifex, cum maxime nulla adhuc verno tempore urgeret necessitas, ac sacris instructi opibus Reges ad bellum magis concitarentur, quod sopire omni studio & contentione nitebatur. Legarat ea de causa apostolicos nuntios (c) Cardinales Annibaldum episcopum Tusculanum & Stephanum tit. SS. Joannis & Pauli presbyterum, qui in pontificatu Clementi successit: cuius legationis meminit etiam Joannes Villanus (d) quamquam Stephani loco Petrum Cardinalem collocat. Illi vero, cum in Angliam trajiceret ad Eduardum a bello inferendo ad pacis consilia revocandum pararent, tuti & liberi comitatus syngrapham ab Eduardo imperare non potuerunt, iis enim transfracturum se in Gallias respondit. Repulsam passus ab Anglo belli & sanguinis avido, scribit Villanus (e), cui M. S. Vaticanum (f) consentit his verbis: Eodem tempore revertitur in Franciam D. Annibaldus Cardinalis juncto sibi domino Stephano tit. SS. Joannis & Pauli, qui postea fuit Innocentius Papa VI. qui etiam modicum profecerunt. Incenderant Eduardum ambitio furorque, ut a concordia penitus abhorreret: cui Clemens subjectis literis exposuit (g) quot quantaque funesto illo bello patret mala, de quibus coram divino tribunali in jus vocandus esset, utque nuntios Cardinales pacis interpretes audiret, est adhortatus. Clemens, &c. charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri.

XL.

(g) Clem. to. 5. ep. sec. 153. Sollicitatur Eduardus ad pacis consilia.

Incenderant Eduardum ambitio furorque, ut a concordia penitus abhorreret: cui Clemens subjectis literis exposuit (g) quot quantaque funesto illo bello patret mala, de quibus coram divino tribunali in jus vocandus esset, utque nuntios Cardinales pacis interpretes audiret, est adhortatus.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri.

Cum nos inter cætera desiderabilia cordis nostris læsam icibus venenosi hostis prædicti (nimirum dæmonis) charitate inter vos invicem redintegrari & restaurari, ac pacis & unitatis reformari Deo gratam, & hominibus desideratam concordiam ardentem cupientes, venerabilem fratrem Annibaldum episcopum Tusculanum & dilectum filium nostrum Stephanum tituli sanctorum Joannis & Pauli presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis nuncios, viros utique profunditate scientiæ præditos, probitatis & maturitatis discretione conspicuos, pacis, veritatis, & justitiæ fervidos zelatores, ad tuam & ejusdem Regis presentiam propterea de fratrum nostrorum consilio providerimus destinandos; magnificentiæ tuam regiam rogamus, & hortamur attentius, te per Dei misericordiam nihilominus obsecrantes, quatenus quod ex eisdem gueris & dissensionibus sanguis innoxius redemptorum precioso cruore Christi, clamoribus validis ad Dominum vociferari non cessans, effundatur; & ecclesiæ, monasteria, & alia sacra & pia loca destruantur, vastantur, & dissipantur; pauperes, orphani, pupilli, viduæ, aliæque miserabiles persone opprimuntur injuste; divina & pia negliguntur opera, turbatur & impeditur cultus justitiæ [quam nutriendam & manutenendam Reges & præfidentes constituti debitores sunt, & inde habent in stricto judicio reddere rationem] delinquentibus & malignantibus præbetur audacia, & alia mala inenarrabilia, unde non immerito graviter provocatur & irritatur Altissimus, subsecuta sunt hæctenus & etiam subsequuntur; intra præcordia regia diligenter considerans, & consideranter revolvens, eosdem nuncios per nos & sedem Apostolicam pro præmissis tanquam pacis angelos destinatos, & ad tuam presentiam accedentes, gratanter & benigne recipias, plane, favorabiliter, & patienter audias, ac eorum salutaribus monitis & persuasibus sic clementer & effluaciter acquiescas, quod mala prædicta tollantur de medio, & tranquillitas arrideat optatæ tranquillitatis & pacis; tuque Regis æterni & pacifici vocari merito filius, &

Propositæ belli clades.

beatitudinem quæ viris pacificis promittitur, valeas promereri. Datum Avin. III. non. augusti anno v.

XLI. Anglo-roti in Normanniam irruptio.

(a) Jo. Vill. l. 12. cap. 62. Paul. Æ. mil. l. 9.

(b) To. 5. ep. secr. 445.

(c) Saver. ep. 445.

(d) MS. bibl. Vat. sig. num. 2040. in Clem. VI. Eduardi Regis excurtionem per Gallias.

(e) Dub. hist. Boem. l. 21.

Parta ab eo in Cresciaco campo victoria.

Non valere hæc monita; iniecerat enim Eduardus belli faces, neque in Aquitaniam, ut primum decreverat, sed in Normanniam subornatus a Gotofredo Haricuriæ comitis fratre patriæ proditore, qui conjurationis cum Clifonio societatis crimine postulatus fugerat in Angliam. Plurimum itaque Normannorum defectionis spe adductus Eduardus, florentissima (a) classe inventus, vigesimo julii die descensionem fecit, ac late provinciam ferro, flamma, rapinis est populatus. Quæ mala deflet Pontifex in literis ad Joannam Francorum Reginam, ex eaque hostili excursionione de pace colloquium abruptum queritur (b): Hoc pro tanto filia charissima præmittimus, cum speravimus per Cardinales, quos pro tractatu reformationis hujusmodi miseramus, ipsam inchoari tractatum, & deinde ad finem deduci votivum displicenter nimis audivimus, Regem ipsum Angliæ in partibus Normanniæ regnum Franciæ intravisse hostiliter, & damna ibidem aliqua intulisse; de quo dolore cordis affligimur, verentes tractatum ipsum turbari, vel impediri propter hoc; & quia regnum prædictum Franciæ, de quo traxisse noscitur originem, laedi non potest, non existentibus nobis læsis, &c. Dat. Avin. v. kal. septembris anno VI. Cum vero adducti essent in invidiam a nonnullis nuntii Cardinales, male officio suo perfundos qui Eduardum ab illa irruptione non avertissent, monuit Pontifex (c), ipsos opera non desuisset, sed illius opem, qui imperat ventis & mari, implorandam; & corda Regum in manu Dei consistere. Eduardi irruptionem & bellica facinora describit his verbis MS. Vaticanum (d): Sub MCCCXLVI. de mense augusti Rex Eduardus Angliæ cum ostingentis navibus bene munitis ad guerram in Normanniam tunc applicavit, & viribus armorum villa cum Cuni innumerabilibus villis, castris & locis per dictum ducatum occupavit ferro & igne pene devastans usque ad sanctum Clou prope Parisios: in quo loco dictus Rex Angliæ cum suo exercitu per diem totam & noctem sequentem castra metatus est. Per paucos dies vero sequentes, videlicet die sabbati xxvi. mensis augusti antedicti Rex Franciæ una cum Rege Boemiæ Rege Navarra, & Rege Majoricarum, interfuisse etiam Regem Romanorum addunt nonnulli (e), cum innumerabilibus ducibus, comitibus, baronibus, atque nobilibus, nec non communitatibus, armorum prælium cum dicto Rege Angliæ & suis gentibus habuerunt. Ultimate permissione divina dictus Rex Angliæ & suæ gentes bellum prædictum obtinuerunt; & dictus Rex Franciæ cum paucis apud Ambianum est recessit.

ptus. Dicitur autem Rex Angliæ per duos dies postea subitus tentoria die nocteque in loco, qui dicitur Cresci, in quo fuit bellum commissum, castra metatus est cum suo exercitu. In quo bello mortuus est Rex Boemiæ, dux Lotharingiæ, comes de Lanciono frater dicti Regis Franciæ germanus, comes Flandriæ, & alii multi comites & barones atque nobiles Francigenæ, nec non ut dicitur plusquam duodecim millia hominum Gallicorum in dicto bello ceciderunt mortui; de Anglicis non pauci mortui fuerunt. Agunt de eodem prælio universi ejus temporis historici, nonnullique cætorum ad triginta millia ascendisse referunt (f). Tantum fudit cruorem Eduardi crudelis ambitio, ut Gallicam tingeret sibi purpuram: quam tamen adipisci non potuit.

Gallorum insignis clades.

XLII. Cælus Rex Boem. in eo prælio. (g) Petr. l. 2. de rem. ur. fortuna dial. 96.

(h) Clem. 10. 5. ep. secr. 527.

(i) Ib. ep. 529. Illius elo-gium.

De cæso Rege Boemiæ cæco meminit inter alios Petrarcha hoc elogio (g): Eo, inquit, se præcipitem dedit, quo spectare alii, cæcumque oculis profecti vix audebant. Et infra: Et quid, oro, gloria viri fortis obsuit visus caruisse, nisi ut quem virtus & natura mirabilem fecerant, stupendum cæcitas faceret? Planxit Pontifex strenuum ecclesiæ defensorem amissum, qui una cum Philippo adversus Saracenos pro fide restituenda Syriæ vitam fundere decreverat (h), & Carolum Romanorum Regem, qui prælio evaserat ejusque sororem Bonam Normanniæ ducissam consolatorem literis erexit, quibus hoc elogio Joannem exornat (i): Rex ipse tanquam princeps catholicus, fortis, prudens, & strenuus, gloriose ac victorioso cum celebris fama præconio, in mundo, viam Domini non deserens, diutius vixit, & regnavit multis temporibus, ac prolem numerosam & inclytam post se relictam a Domino meruit obtinere; tandemque armorum actus, in justo bello regnum Franciæ defendendo, exercendo magnanimiter, sicut ad suum spectabat honorem regium, vires suas, honorabiliter sic Deo devotus ut credimus, & spe de misericordia divina concepta, inter suorum, catervam militum finivit terminum vitæ suæ, quod pie credi potest de laboribus ad quietem, de miseriis & ærumnis ad beatitudinem, & ad lucem de tenebris transivisse &c. Adjecta est iisdem literis hæc temporis nota, Dat. Avin. XII. kal. octobris anno v.

Porro de gestis ab Eduardo post partam memoratam victoriam subdit MS. Vaticanum (k): Obteno bello, prædictus Rex Angliæ cum suo exercitu versus villam Calesti iter assumpsit, & dictam villam obsedit, & ibi personaliter cum Regina & filiis atque suo posse in dicta obsidione stetit per undecim menses & xxvi. dies, donec ex vi & per compositionem fame dictam villam liberam ad suam voluntatem & mandatum habuit. Sed de Caletii expugnatione anno sequenti. Subdit author.

Caletium obsessum ab Anglo. (k) MS. bibl. Vat. sig. n. 2040. pag. 52.

XLIII. Scorus in Anglia profugatus.

Londinensi carceri mancipatus.

(a) Hector. Boer. l. 15. Alcipium avia ob sacrilegia vindictæ.

S. Niniani ope curatus.

Galli in Britann. & Aquitania cæsi.

(b) MS. bibl. Vat. sig. n. 2048.

(c) Fross. hist. l. 1. (d) Paul. Emil. in Phil. VI. & a. iii.

(e) To. 5. ep. secr. 459.

Durante illa obsidione gentes Regis Angliæ debellaverunt Regem Scotiæ & suas gentes in territorio Eboracensi: in quo bello plusquam decem millia Scotorum mortui ceciderunt, & dictus Rex Scotiæ vulneratus & captivatus, atque conductus & positus in turri Londoniarum: & hoc fuit de mense octobris anno Domini MCCCXLVI. Consolatoriam proximo anno VI. kal. jun. literas dedit Pontifex ad Joannam Scotiæ Reginam de capto Davide Rege, pro eo liberando apostolica studia pollicitus. Adscripta est a nonnullis ipsius clades divini ob sacrilegia patrata vindictæ, ut qui factos D. Cutberto agros evitari, ac templa diripi, & instamari permisisset; de quo Scoticarum rerum author (a) hæc historiæ mandavit: Ferunt in somno Regem monitum, ut ab agris D. Cutberti abstineret, alioqui infelicem exitum temeritatem ejus habituram: sed a somno experrectum, vana esse somnia dicentem mandasse, ne cuiquam agro nec villa parecerent, omniaque corrumpere. Perventum est tandem cruentissima devastatione Dunelmium, cui D. Cutbertus præsidere creditur, eamque adeo violenter pervagatus est, ut omnibus & fortunis & habitatoribus exhaustam reddiderit, &c. Subdit Boethius, ut collatis cum Anglis signis, quamquam viribus longe superior, victus sit ac duobus telis transfixus; utque alterius ferrum alte infixum tibiæ, divino miraculo, implorato S. Niniani nomine, sponte exierit, cum nulla antea arte avelli sine periculo potuisset: Telum autem, inquit, unum Regi tibiæ infixum extrahi statim non potuit, nec prius quam S. Ninianum invocaret: visa enim tum est tibiæ manifeste aperiri, ac telum proficere.

Gesta etiam hoc anno plura alia prælia in Britannia, Aquitania, & Occitania Anglos inter & Gallos, & ubique Gallorum sub Anglico furore succubuisse, multæque urbes victoris imperia admisisse describunt pluribus MS. Vaticanum (b), Frossardus (c) gallico idiomate, & alii scriptores (d). Proræ ita ad exitum Gallorum res Flandros, qui ad comitis sui obsequium jam erant reversi, in pristina pertinacia confirmarunt: apostolicam enim benignitatem, quæ ad ipsos paterno sinu excipiendos annis quatuor expectarat, delussisse queritur Pontifex in literis datis (e) ad Anibaldum & Stephanum Cardinales internuntios: Porro nos sperantes, quod aperti eorumdem Flamingorum rationis oculis, & cordibus divina claritatis lumine illustratis, suis omnibus devotis ad præcipitum damnationis eterne ducentibus, ad viam veritatis & rectitudinis curarent dirigere gressus suos; post regressum dicti episcopi, nimirum Beltrami Bononiensis, de partibus prædictis Flandriæ, ut præfertur fere per quatuor annorum spatium de-

stitimus a faciendis processibus contra ipsos. Nobis vero sic eos clementer expectantibus, supervenerunt rumores implacidi & infesti, quod dicti Flamingi de mense augusti proximo præterito contra utramque pacem prædictam in suæ damnationis cumulum venire, ipsamque infringere & damnandis & temerariis ausibus non verentes seque ac dictam patriam prædictis per Clementem & Joannem Romanos Pontifices prædecessores, sicut præmissum est promulgatis, ulterius involvens regnum prædictum Franciæ hostiliter invaserunt, ad rebelliones, inobedientias, & offensas & injurias graves & atroces prænominati Philippi moderni Regis Franciæ inconsultis motibus notorie prorumpendo. Nos igitur dissimulare ulterius salva conscientia non valentes, quominus tantis discrimenibus ipsorum Flamingorum animarum obviari debitis, quibus possumus, remediis procuremus, discretioni vestræ per apostolica scripta committimus, & mandamus &c. Dat. provinciam ut si in Belgium ipsis aditus patuerit, vel in circumiacentibus locis diebus dominicis ac festivis promulgent, latas a Clemente V. & Joanne XXII. Rom. Pontificibus percurarum sententias illos incurrisse, ac singulos, qui in utroque pacis fœdere scriptas leges resciderant, anathemate se irretivisse; arbes vero ac populos ecclesiastico interdico devinci. Dat. Avin. kal. septembris anno v. Demum Belge partim censuris & religione, partim revivificante veteri in avitos principes studio, ad Ludovici comitis obsequium biennio post redierunt (f).

In Neapolitanum quoque regno graviores motus concitati sunt, alii in Joannam ut viro illatæ necis ream sceptrisque indignam rebellionem moverent, alii Joannam ut puram a crimine tuerentur: in eandem Carolus Dyrrachinus regnandi spe & illecebra moveret arma: alii captata ex tumultu publico occasione improbitati fræna laxarent. Quibus malis ut occurreret Pontifex, ad quem supremum in Siciliam utramque spectabat imperium, regni administrationem Guidoni Card. mandavit, sed cum id munus non admitteret: illud in Bertrandum tit. S. Marci Cardinalem Ebredunensem transfudit (g), ad cujus præterea augendam auctoritatem universæ illius in Italia ditionis ecclesiasticæ vicarium, ac publicæ pacis servatorem creavit (h) Pontifex. Verum objectæ aliæ ex aliis difficultates, ac maxime adversa valetudo eundem legatum detinere, ne in regnum Neapolitanum ad suscipiendam publicæ rei habenas se conferret. Interea ingravescebant publici tumultus, exercebantque mutua odia principes (i) cumque ea ratione impendens sibi ex Ungaria discrimen ultro accerferent, Clemens ipsos ad concordiam est cohortatus (k) tum Ildebrandino

Violata pax a Belgis.

Insigni justæ iis censuræ.

(f) Egid. c. Roya an. 1348. in chron. Meyer. l. 12.

XLIV. Neapolitanæ turbæ.

(g) Jo. Vill. l. 12. c. 51. & alii.

(h) Clem. 10. 4. ep. secr. 777.

(i) Eod. 10. ep. 1366. Bertrandus Card. ad eas componendas missus.

(k) To. 4. ep. secr. 1367. & 10. 5. ep. secr. 341. & 90.

(b) Jo. Vill. l. 12. c. 51. (c) To. 5. ep. secr. 60. 61. 62. 63.

(d) Ib. ep. 101. Pontificia in Andree interfectores sententia.

(a) Ann. 4. l. 3. ep. car. 9.

episcopo Patavino munus injunxit (a) XVII. kal. julii, ut una cum Guillelmo episcopo Cassinensi regie stirpis principes in mutuam concordiam adduceret. Non Pontificis, non apostolicorum internuntiorum, non procerum Sicularum consilia apud illos valere, donec iidem vel necem, vel exilium, vel vincula sibi regnoque excidium perperere. Inter hoc tulit Clemens adversus Andree Regis interfectores, & omnes alios, qui illius cædis flagitio se devinxerant, ultricem hanc sententiam (b).

Clemens, &c. ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum. Detestanda nimium & horrenda nequitia & infandi nefandique sceleris immanitas, per viros sanguinum & dolosos, innocium sanguinem sitientes, in personam claræ memoriæ Andree Regis Siciliæ proditoraliter perpetrata, nos [qui propterea diris dolorum aculeis pungimur] inducit pariter & compellit, & communis utilitatis fidelium [quorum interest, peccata nocentium nota existere, & criminosos penas debitas lueri] persuadet ut quod apud multos est infasto rumore perlato longe lateque dispersum, nos silentio, innocentis sanguine clamante ad Dominum, non tradamus: sed potius enormitatem sceleris & acerbiteriam flagitii in notionem publicam deducamus, & ipsius detestabilis crudelitatis acerbiteriam, & acerbiteriam facinoris crudelitatem Deo & hominibus abominabilem, impunitam nullatenus, sicut nec salva conscientia possumus, relinquamus. Dudum siquidem inter Andream & charissimam in Christo filiam nostram Joannam Reginam illustrem Siciliæ, præcedente dispensatione legitima matrimonio per carnis copulam consummato, nos ipsi Andree, deliberatione cum fratribus nostris habita diligenti, nomen & titulum regium, prout ad nos pertinere dignoscitur, duximus adscribendum, ordinantes ipsum in Regem Siciliæ una cum dicta Joana conjuge sua inungi, & regale simul dictis conjugibus tribui diadema.

XLV. Ut decreta illi fuisse regia inunctio.

Cum itaque venerabili fratri nostro Guillelmo episcopo Carnotensi tunc de mandato nostro in illis partibus existenti commississemus, quod ad dictorum conjugum honorem & communem nostram & regnicularum lætitiâ ipsos auctoritate nostra inungeret, & diademate regio coronaret; ecce, quod versa est in plañctum cithura, & Rachel plorante filium, conversum est speratum gaudium in mœrorem. Quidam etenim sceleratissimi iniquitatis filii & perditionis alumni, summum cogitantes & cogitatum audentes nefas perficere, prædictum Andream adolescentem ætate, moribus compositum, gestuque modestum, ac nullam in se machinationem fieri, cum quasi in propriis laribus & inter suos securus existeret crederet, suspicantem circa primum noctis silentium,

ut cameram, in qua sibi erat nocturna quies exiret proditoraliter se duxerunt, ipsumque tamquam agnum ad victimam foras e ductum morti turpissime, cogitatu terribili, dictaque lamentabili immaniter tradiderunt. O impietas Herodiana, & inhumanitas perborrenda, quæ innocentis inebriata sanguine sævitia sic nefanda deservit. O effrenata temeritas, & crudelis factio, quæ non considerans illum, qui in Regem, etiam a Domino reprobatur, sine dolo manu integerat, a David Rege missimo mortis iudicium pertulisse; in Regem innocentem dolosa perfidia manus cruentas apponere non expavit. O nefarium & inauditum scelus, immane facinus, & piacularare flagitium, in quo ab impiis egressa est impietas, & prædones pietatis prædantes nequiter pietatem, tamquam hostes humane naturæ virum innocium proditorie ac crudelissime peremerunt, non ipsius adolescentiæ, non innocentie, non tam illustrium, videlicet Franciæ, Siciliæ, Ungariæ, ac Poloniæ Regum, a quibus traxerat originem claritati, neque regali, qua pollebat, excellentiæ deferentes. Cujus itaque cor lapideum & penitus sic saxeum, quod de tanto scelere non emolliatur, & commoveatur ad gemitum & dolorem? Cujus natura tam inhumana, qui non provocetur ad lacrymas? Cujus tam durus animus, qui de tanta impietate, tam crudeliter perpetrata, non appetat justitiam, & ultricis pœna debitum non expectet?

Atror in eundem inita conjuratio.

Nullus prolapie clarissima respectus habitus.

XLVI.

Sed nec hoc silentio præterimus, quod in peremptione Andree Regis præfati, ultra divinam offensam, nostra & Apostolica sedis reverentia per prædicti facinoris patres & ejus participes non mediocriter est contempta: cum enim eundem Andream, quem affectione singulari & paterni benevolentia prosequeremur, speravimus futurum prædicti regni Siciliæ utilem & pacificum gubernatorem, ac specialem nostrum & Romanæ ecclesiæ filium, & fidelem & strenuum & defensorem; nunc per sceleratorum hujusmodi flagitium spe nostra frustramur, & de regni ipsius turbatione ac periculosis dispendiis verisimiliter dubitatur. Res etiam publica & universa fidelium multitudo ex hoc est læsa multipliciter & offensa. Quis enim locus tutus esse poterit, cuique domus, quæ consuevit esse tutissimum refugium, dicetur secunda, cum in habitatione propria tantus princeps occubuerit sceleribus impiorum? De quibus audebunt homines considerare, aut quibus fiducialiter se committent, quando Rex ab illis, per quos liberari ab aliorum insidiis sperare debeverat, proditorie traditus est dira morti?

Proditoris immanitas exponitur.

XLVII.

Cum igitur prædictum flagitium in gravissimam divinam majestatis offensam, in nostrum & Apostolicæ sedis contemptum, & cunctorum fidelium scandalum, ut præmittitur, ac exempli perniciem fuerit sic

nequiter perpetratum; dignum reputamus & justum, ut qui in tot & tantis præsumperunt offendere, indignationis justæ non evadentes aculeos, pœna multiplici feriatur, ut similibus proditorum malitia successorem non inveniat, & punita transgressio exemplar alios retrahat ab offensa. Ideoque Salvatoris nostri, qui est Deus ultionum, & justus iudex vindicans delicta patrum in filios, vices licet immeriti gerentes in terris, provida consideratione, pensantes facinus hujusmodi in regno Sicilia, quod juris & proprietatis ecclesiæ Romanæ, nostræque temporali jurisdictioni subiectum existit, perpetratum fuisse, & ad nos [attentis prædictis & aliis causis rationabilibus] in casu præfati cognitionem & punitionem dicti criminis pertinere; ac nolentes, prout nec velle debemus, tam horrendum facinus & detestabile scelus impunitum relinquere, ne eos impunitate trahatur in exempli perniciem, sed potius metus pœna meta similis præsumptionis existat; considerantes quoque quod, cum dicti sceleris enormitatis vix, attentis omnibus ejus circumstantiis, pœna condecens valeat respondere, non indignum existit, ut ultionis severitas amplius extendatur, & propter enormitatem culpæ plagarum modus exuberet, nec pœnis solitis contentemur; ad infligendas infra scriptas penas, quas ob maleficia solvi ratio magna suadet, contra malefactores prædictos in virtute Altissimi exurgentes, deliberatione cum fratribus nostris præhabita diligenti, de ipsorum consilio, auctoritate Apostolica, & de plenitudine potestatis omnes & singulos, cuiuscumque status, dignitatis, præminentie, sexus, vel conditionis ecclesiastica vel secularis existant, qui interfecerunt vel interficere mandaverunt Andream Regem prædictum, vel interficientibus ipsum ad hoc dederunt scienter auxilium, consilium, vel favorem; aut interfecionem hujusmodi eorum nomine factam ratam habuerunt, vel interfecionem eorumdem in ipsa interfecione socii & complices extiterunt, tanquam fama sue prodigos infamie perpetua nota damnamus, omnibus legitimis actibus privantes eosdem, ac decernentes, quod sint prorsus interstabiles, ut nec testandi liber habeant facultatem, nec ex testamento seu ab intestato succedere vel aliquid ex cuiuscumque successione percipere valeant, nec ad reddendum testimonium admittantur. Dentur cuncta eorum ædificia in ruinam, nec sit qui inhabitet ea, & perpetua infamie notam perpetua ruina testetur, nulloque tempore repareatur. Nullus eis debita reddere, vel respondere in iudicio teneatur. Bona quoque omnia mobilia & immobilia, jurisdictiones, jura ipsorum ubilibet constituta publicamus, eis sub quorum consistunt dominio sine juris alieni præiudicio applicanda. Omnibus dignitatibus & beneficiis

Illius ne eis participes, notati infamia.

ecclesiasticis, quantacumque & qualiacumque existant quæ obtinent, omni spe restitutionis adempta: ac etiam honoribus & dignitatibus, ac publicis officiis & administrationibus & earum exercitiis secularibus privamus eosdem, ipsos reddentes inhabiles ad similia in posterum obtinenda. Vassallos etiam & subditos eorum, si quos habent, a fidelitate, qua tenentur eisdem, absolvimus, juramenta super hoc præfata de apostolicæ potestatis plenitudine relaxantes.

Omnibus exuti dignitatum insignibus.

Decernimus quoque, ut omnia loca, ad quæ dicti rei, postquam per nos vel alios, quibus hoc commiserimus, rei & culpabiles tanti sceleris fuerint declarati pervernerint, quandiu inibi scientibus ipsorum locorum dominis, sive rectoribus aut universitate eorum præfatis fuerint, nisi quamcito seiverint capiantur, & capti ad nos fideliter deducantur, ecclesiastico eo ipso sint supposita interdicto. Ad hæc universis & singulis civitatibus & universitatibus quibuslibet, & personis singulis ecclesiasticis & mundanis, cuiuscumque dignitatis, præminentie, status, conditionis, aut sexus existant hoc generali mandamus edicto, ut nullus supradictos aliquo ex dictis modis reos, ut præmittitur, declaratos receptet vel defendat vel, quantum in eo fuerit, receptari aut defendi permittat: nulla eos universitas in potestatem vel consules aut rectores recipiat, vel ad quodlibet aliud officium, quocumque nomine censeatur, admittat: nullus commercium aliquod aut communionem quamlibet, nisi forsitan in illis, quæ salutem animarum ipsorum respiciunt, habeat cum eisdem: nullus eis præstet auxilium vel favorem publicum vel occultum: nullus cum eis sub quovis prætextu seu colore societatem, ligam, seu confederationem aliquam iure præsumat: nulla universitas, ullæque singularis persona, eis vel eorum alicui quovis iure subiecta, post declarationem prædictam pareat aliquo modo vel intendat. Alioquin omnes singulares personas, scienter contrarium facientes, sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto. Universitates autem, quæ secus scienter fecerint in præmissis vel aliquo præmissorum, & terras eorum, qui scienter dictos reos receptaverint, aut defenserint, aut societatem seu confederationem cum ipsis scienter iniverint, ecclesiastico supponimus interdicto: ipsaque societatem, ligam, & confederationem initas & in posterum ineundas, etiam si pœnarum aut juramenti adjectione vel quacumque fuerint alia firmitate vallata, quatenus in ipsis eorum modum veritatur, omnino viribus vacuumus & esse decernimus vacuas, irritas, & inanes. Ut autem facinoris hujusmodi pœna, in ipsorum reorum, producenda & duratura posteris, in omnium notitiam futuris tem-

XLVIII. Capi jubentur.

Intentata eorum fautoribus pœna.

poribus diffundatur, eadem autoritate statuimus, ut sicut nec ipsis, ita nec descendentes usque ad secundum gradum ab ipsis unquam portæ pateant dignitatis, nec ac dignitatem aliquam ecclesiasticam vel secularem ipsis vel eorum alicui pandatur aditus, seu ad impetrationem illius eis vel supplicantibus pro eisdem præstetur auditus: & omnibus legitimis actibus privantes eosdem, districtius inbibemus, ut ad clericatum vel clericorum consortium, ministerium, vel beneficium ecclesiasticum seu in regularibus domibus ad eminentiam prælationis cujuscumque, seu quodcumque ecclesiasticum vel seculare officium publicum nullo unquam tempore ipsorum aliqui, assumantur, & ad ea obtinenda, inhabiles prorsus existant.

XLIX.

Movemus insuper omnes & singulos in dicto regno & terris ipsis circa pharum, ac vicinis eis partibus infra unius diætæ vulgaris spatium commorantes, cum de illis sit magis verisimile, quod de reis prædicti criminis & veritate facti possint infra scriptos melius & certius informare, cujuscumque dignitatis, præminentie, status, sexus, vel conditionis ecclesiasticæ vel seularis existant, qui sciunt illos vel aliquos ex eis, qui fuerint facti, opere, aut consilio, seu alio quovis modo culpabiles sceleris supradicti, quatenus hujusmodi reos, & quidquid de crimine prædicto sciunt, dilectis filiis nostris Bertrando S. Marci & Guidoni S. Cæcilia titularum presbyteris Cardinalibus, quos ad partes Italiæ cum plenâ legationis officio providimus destinandos, seu eorum aliter, vel ad hoc deputatis ab ipsis, postquam ipsi legati regnum prædictum, seu terras prædictas ipsius regni circa pharum intraverint, vel ab ipsis regno vel terris per triginta milliaria non distabunt, infra triginta dierum terminum, ex quo commode poterunt, omni fraude cessante revelare clare & specificè teneantur. Alioquin ipsos sententia excommunicationis innodamus, contra eos & alios prædictos gravius spiritaliter & temporaliter processuri, prout viderimus expedire: non obstante si aliquibus ex supradictis a sede sit indultum prædicti, quod excommunicari vel interdici, sive ipsorum terræ seu loca interdici supponi ecclesiastico non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi ac eorum personis, locis, & nominibus propriis mentionem.

L.

Ceterum prædictas omnes excommunicationum sententias sic firmiter sic inviolabiliter volumus observari, quod absolventi ab eis vel relaxandi easdem nisi tantum in mortis articulo, tam omnibus penitentiariis nostris, quam quibuslibet aliis confessoribus generalibus vel specialibus, seu familiaribus quorumcumque vel quantum-

Decreti Cardinalis legati ad quos de consensu sceleris referatur.

cumque sublimium personarum ubilibet consistentium, etiam si eis a nobis vel aliquo prædecessorum nostrorum sub quacumque verborum forma absolvendi a sententiis hominis vel canonis, seu eas relaxandi generalis vel specialis sit concessa facultas, adimimus potestatem. Concedimus tamen, quod omnes illi, cujuscumque status aut sexus existant, qui solum ratione scientiæ & non revelationis reorum præfati facinoris in hujusmodi sententias forsitan incidant, possint per dictos Cardinales seu eorum alterum, postquam de iis, quæ super prædictis sciverint, revelaverint veritatem, juxta formam ecclesiæ absolutiois beneficium obtinere. Per præsentem autem processum non intendimus prædictis Cardinalibus, quin juxta potestatem per nos eis circa præmissa vel eorum occasione concessam, vel in posterum concedendam, per se vel alium seu alios ad pœnas alias imponendas & per nos ut præmittitur, impositas declarandas & executioni mandandas contra reos prædictos procedere libere valeant, adimere potestatem. Ut autem processum noster hujusmodi & omnia contenta in ipso ad omnium illorum, quos tangere dignoscitur, notitiam communem deducatur, chartas sive membranas, processum continentes eundem, in majoris ecclesiæ Avinionensis appendi vel affigi faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut ipsi, quos processum ipse contingit, nullam possint excusationem prætere, quod ad eos non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem, cum non sit verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Actum in palatio nostro Avinionensi kal. februarii anno IV.

Commisit. (a) Pontifex III. nonas junii Bertrando e Baucio comiti montis Caveosi, ut in necis Andreæ Regi illatæ participes legum feveritatem execerent. Sumptum itaque est illius iussu supplicium de Tralizi & Ebuli comitibus ut regiæ necis authoribus, quorum postremum magnum regni, ut vocabant, senescalum turpis cum Regina Joanna commercii ignominia ex publica fama notatam refert Johannes Villanus (b): qui injecto hamo linguæ, ne loqui possent (Pontificem enim Bertrando imperia dedisse vidimus, ut si Regina regiive principes criminis participes reperirentur, rem silentio premeret, sedique Apostolicæ accurate circumstantiis descriptam referret, ne regnum in majores tumultus conjiceret, sibi que Regiæ judicium reservaret) impositi curru lapidibus sunt obruti a furente dolore & vindicta populo, flammisque traditi. Raimundus præfectus cubiculi Regiæ captus ac filius, cui a Pace nomen inditum, Andreæ Regis interfecti cubicularius publicè,

Adempta sacerdotibus absolvendi criminis potestas.

Expositum palam hoc edictum.

LI. (a) To. 5. ep. sec. 45. Jo. Vill. L. 12. c. 51.

(b) Jo. Vill. L. 12. c. 51. Summont. hist. Neap. l. 3. c. 11.

Dne mhercolæ sceleris auctices.

(a) Ib. ep. sec. 75.

LII. Joanna in crimen vocata ab Ungaro.

(b) Collemi. hist. Neap. l. 5.

(c) Summont. l. 3. Gravissimi in eam accusatio. (d) Bonif. dec. 2. lib.

Perstricti suspitione principes.

(e) To. 4. ep. sec. 978.

LIII.

detractis forcipibus carnibus, excarnificati: Raimundus Cabanus & Nicolaus Mirazanensis septimo augusti haud dissimili affecti supplicio: in carceres etiam conjectæ duæ feminæ Philippa Regiæ magistra ac Sancia Campana, quæ apud ipsam plurimum gratia floruerant; sed harum patrocinium Joanna enixe suscepit. Et certe prætermisum aliquorum fontium supplicium, datis ad Bertrandum e Baucio VII. kal. decembris literis queritur (a) Pontifex præcipitque, ut cum reorum causam jam instruxerit, leges in eos exerceat.

Non hæc placarunt Ludovicum Ungariæ Regem, ægre ferentem posci quidem administratos sceleris ad supplicium, sed illius auctricem dissimulatione præteriri. Parabat itaque exercitum ulciscendæ necis Andreæ Regis fratris sui cupiditate, ac Joannam Reginam in crimen vocabat ut adulteram. Afferuntur subjectæ aculeatæ & ardentis Ludovici literæ a Collettio (b): Inordinata, vita præcedens, retentio potestatis in regno, neglecta vindicta, vir alter susceptus, & excusatio subsequens necis viri tui te probant esse participem & consortem. Adduntur apud Summontium hæc verba (c): Neminem tamen digni humanive judicii pœnas nefario sceleris debitas evasurum. Eadem est literarum, quas Bonfinius affert (d), sententia, quamvis verbis discrepent. Postulabat Ungarus eodem crimine Carolum Dyrrachii comitem, cum Andreæ regiam inunctionem retardasset; Robertum Tarentinum principem nuptiarum cum Regina spe in Andreæ necem conspirasse; qua etiam suspitione Catharina Imperatrix, cum Joannam regeret, ac alteram ex filiis extollere ad regnum meditaretur perstricta.

Denique consanguineos reliquos tanquam ejusdem necis participes accusabat, missisque oratoribus ad sedem Apostolicam, verbis acerbissimis, quæ fraternæ necis dolor exprimebat de Pontifice est questus, qui extracta Andreæ regia inunctione, ambrosio de corona ac vita fratri eripiendis occasionem dedisset: de Talayrando Cardinale, qui ad Dyrrachii principis nepotis gratiam flagitio assensisset; de Regina Joanna, aliisque principibus ut dixæ mortis authoribus: in quos, aliosque sceleris administratos agi legibus; sibi vero Siculam coronam jure fiduciario conferri postulavit, neve ad Roberti principis Tarentini alteriusve e regia stirpe, ut matrimonium cum Joanna contraheret, leges canonicas solveret. Ad quæ singula suis capitibus distincta ita respondit Pontifex (e).

Clemens &c. Ludovico Regi Ungariæ illustri. Super eo, quod postulas, ut tibi & præfatis Stephano germano tuo præfatum re-

gnam Sicilia dare & locare velimus, breviter respondemus, quod licet desideremus tibi & dicto germano tuo, quantum cum Deo & rationabiliter possemus, istis præsertim temporibus, quibus vobis sic dire, affectis compatimur, complacere; attamen scire potes & debes, fili dilectissime, quod hoc facere sine Dei offensa & læsione justitiæ præsentiter non valeamus: cum enim dicta Joanna Regina Sicilia, ad quam dictum regnum hereditario & successivum jure pervenit, in possessione pacifica dicti regni existat, pro quo nobis & ecclesiæ Romanæ fidelitatem & homagium legitimum præstitit, & investituram ipsius a nobis recepit, prout prædecessorum suorum tempore extitit observatum: nondum de dicto scelere convicta sit aut confessæ, nec judicialiter dicto regno privata, vel quod dictum regnum perdidit declaratum, & ob hoc nondum sit certum, prædictum regnum ad nos & Romanam ecclesiam ob causam hujusmodi vel alias devolutum; videat & prudenter attendat, quæsumus, regia celsitudo, quomodo id, quod ipsa Regina tanquam domina possidet, & quod adhuc nostrum esse non apparet, nec ad manum nostram & Romanæ ecclesiæ pervenisset, possimus tibi concedere, & in hoc cum alterius injuria & læsione justitiæ complacere.

In hoc autem fiduciam te volumus habere, quod si dictam Reginam de necè prædicta culpabilem reperiri, & ob hoc regnum ipsum ad nos devolvi contingat, super quibus & aliis supradictis si vias aliquas aperias, justitiæ & ratione sustulias, eas quantum cum Deo & justitiâ fieri poterit, favorabiliter admittimus: ad te enim & germanum tuum prædictum, directe de domo Sicilia procedentes, specialem & paternam considerationem habere intendimus; & inter alios tam ex causa prædicta, quam in consolationis destitulis favore apostolicum sine alterius præjudicio exhibere. Et infra: Porro, super dispensatione matrimonii dictæ Regiæ, super qua nihil tibi scripsisse reperimus, pro qua non stendi devotius supplicasti; rescribimus, quod licet pro obtinenda dispensatione prædicta multoties, & a multis magnæ autoritatis viris nobis fuerit supplicatum; attamen supplicationem hujusmodi nolumus exaudire, nec ad concedendam dispensationem hujusmodi intendimus procedere, nec ad ipsam faciendam procedere nisi justæ & rationabiles causæ fuerint, quæ ad concedendam dispensationem prædictam movere merito debeant servitutis apostolicæ puritatem.

Illud nempe non omittimus, quod mirari non debes, fili amantissime, neque nobis aliquid imputare, si negotium coronationis Andreæ fratris tui prædicti non per annos, ut scribis, sed per menses aliquos est

Negata Ungaro regni donatio.

Joannam antequam convicta sit, non exendandam.

Nondum regnum ad sedem Apoit. devolutum.

LIV.

* vicera

LV.

Excusat Pont. protogam fuisse Andreæ inunctionem.

Nōn con-
stitisse
de jure.

est dilata : scis enim, quod negotium de se erat arduum, insolitum, & non clare sub juris regulis limitatum : propter quod utrum de jure posset hoc fieri, multi magnæ auctoritatis viri probabiliter dubitabant, asserentes quod coronatio magis ex gratia, quam justitia dependebat : & super ordinandis cautelis, quæ in coronatione adhiberi debebant, non modica fuit altercatio, prout negotii qualitas exigebat. Et ideo tum ex his, tum etiam quia ambaxiatores tui super provisione coronationis sendæ vias varias tetigerunt, quæ deliberatione habuerunt necessario prorogare, cum etiam propter diversa negotia, ad sedem Apostolicam undique confluentia, quæ intermittere totaliter non decebat, negotium coronationis prædictæ aliquandiu exiitit necessario prorogatum.

LVI.

Excusatur
a Pont.
Talayrandus
Card.

Denique, fili charissime, mirari cogimur, quod celsitudo regia dilectum filium nostrum Talayrandum tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem de scelerata nece germani tui concilium literarum prædictarum serie descripsisti : licet enim ipse in negotio dicti regni Sicilia pro nepotibus suis interdum institerit, eorum justitiam allegando, & pro eorum provisione sine juris alterius præjudicio pure in ipso negotio procedendo ; non debuisti propterea vel quis alius existimare, quod idem Cardinalis, qui de præclaro & antiquo genere trahens originem, magna probitate & literarum scientia existit præditus, & multiplicibus virtutibus insignitus, tanti sceleris conficius fuerit, vel ei dederit initium, consilium, auxilium, vel favorem : nam, ut cum veritate loquamur, audita nece prædicta, indicia evidentia, signa patentia ingentis tristitiæ & doloris noscitur ostendisse. Celsante igitur, quæsumus, apud te suspitione prædicta, quæ caret proculdubio veritate, credas quod prædictus Cardinalis in prædicti regni, vel quocumque alio negotio, nihil scienter ageret, quod divinam crederet offendere majestatem, aut maculam in gloriam suam poneret, vel suam & domus suæ nobilitatem aliquantulum denigraret. (Ad didit Talayrandi apologiæ Clemens ad Ludovicum preces, ne qua vindictæ cupiditate ab æquitate abhorrentia moliretur : tum subdit.)

Pontifici-
ciæ ad
Lud.
Regem
placandam
preces.

Postremo serenitatem tuam rogamus, obsecramus, & in Domino exhortamur, quatenus progenitorum tuorum clara sequens vestigia, qui tanquam benedictionis filii devotione purissima Romanam ecclesiam matrem suam sunt singulariter profecuti ; considerans quoque favores & beneficia, quæ progenitores tui Reges Ungariæ ab eadem ecclesia receperunt, in devotione ejusdem ecclesiæ studeas perseverare constanter ; & ipsius tanquam piæ matris consiliis & beneplacitis te coaptans, nihil minus sano ductus consilio attentare procure, quod posset in

offensionem Dei & prædictæ ecclesiæ redundare. Dat. Avin. 11. id. martii anno IV. Abducere his precibus nitentur Clemens Ludovicum Regem Ungariæ, ne fraternæ necis vindicandæ regni que Neapolitani occupandi cupidine bello Siciliam adiretur : tum edicta Clementis V. & Joannis XXII. Pontificum, quibus censuræ idem regnum invasuris objectæ fuerant, cum Henricus Imperator & Fridericus Trinacriæ Rex expeditionem in illud appararunt, instauravit (a) : quæ tum Genuæ, tum Venetiis (b) promulgari, atque a Bertrando patriarcha Aquilejensi Ungaro Regi exponi iussit (c).

(a) An. 5.
l. 2. ep.
divers.
form. 148.
(b) To. 5.
ep. 148.
(c) lb.
ep. secr.
251.
LVII.

Cum vero Elisabera Ungariæ Regina de nuru Joanna Neapolitana sumendum supplicium instaret, deque Pontifice quere-retur patrocinium illius arripi, hæc respondit Clemens (d).

Clemens, &c. charissima in Christo filia Elisaberh Regina Ungariæ illustri.

(d) To. 5.
ep. secr.
255.

Quia, sicut alias scripsisse magnitudinis tue meminimus, juris non patitur æquitas nec ratio persuadet, quod executio cognitionem præcedat, mirari non debet tua circumspectio, nec est horrendum auditur, si Joanna donec convicta & condemnata de jure fuerit, nominetur Regina : immo si fieret aliter, vel regni administratio, quousque per sententiam illo privata existeret, amoveretur ab ipsa, & concederetur alteri, eidem irrogaretur proculdubio injuria manifestata. Et quamvis credas, filia præcharissima, impossibile & apud aliquos difficile asseras reputari, quod infra regnum Sicilia posset dicta justitia ministrari ; scire tamen tuam prudentiam volumus, quod ecclesiæ Romana prædicta majora & magis difficultia, quam sunt ista, & in illo regno & in aliis fecisse noscitur, & ad effectum plenarie deduxisse. Et quamquam modus, quem dicta Joanna mortis tempore, & post mortem dicti Andrea Regis viri sui scribitur observasse, commendandus proculdubio non existat ; scire tamen debet tua excellentia, quod ecclesia Romana prædicta, que veritatem querit, & justitiam in omnibus factis suis non consuevit, sicut nec debet præsertim in tanto casu, ex præsumptionibus judicare. Porro super custodia pueri supradicti [nimirum Caroli a Joanna ex Andrea suscepti] diligentiam quam potuimus, adhiberi fecimus hactenus & facere intendimus : ac super hoc, cum rem nostram & ejusdem ecclesiæ reputemus agi principaliter in hac parte, venerabilem fratrem nostrum Ildebrandinum episcopum Paduanum specialiter, ut ordinetur quod tua cura ac custodia iradatur dictus puer, vel alias taliter ordinetur de ipso, quod cuiuscumque periculose suspitionis tollatur materia, duximus destinandum ; intendentes ea, quæ super his quomodolibet fecerit, exc-

Cur Joar-
na erepta
supplicio.

LVIII.

Purgat se
Clemens
de An-
drea ne-
ce.

cellentia tua absque mora dispendio nunciare, ac ulterius juxta tuæ provisionis consilium ordinare. Et infra.

Non omnino rescribendum, quod quamvis Regnum Sicilia de directo dominio nostro & ecclesiæ Romanæ prædictæ sit, & omnes regnicola sub nostra & ejusdem ecclesiæ generali protectione consistant ; tamen dictus Andreas Rex sub alia protectione nostra speciali nequaquam extitit interfectus : immo, sicut alias scripsimus pro conservatione vitæ suæ ac augmento honoris & status sui, tam mittendo ad partes illas venerabilem fratrem nostrum Guillelmum episcopum Carnotensem, quam alias duximus, adhibita diligentia quam potuimus, laborandum. Nec sanguis ejus innoxius propter nostram, & ecclesiæ negligentiam, sicut præmissum est, remanebit inultus, cum sinus & fuerimus parati justitiæ debitum prout ad nos pertinet, exequi : nec nobis a Deo vel hominibus poterit imputari. Rogamus itaque serenitatem tuam regiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus super prædictis & aliis divinis & ejusdem sedis beneplacitis se conformans, hujusmodi responsiones nostras benigne recipias & mature, certam de nobis & sede prædicta fiduciam habitura, quod circa justitiam de prædictis sceleribus, & eorum patratibus tam per dictum legatum, qui se festinanter preparat & disponit ad regnum proficisci prædictum, quam per præfatum comitem, ac alios & alias sicut melius fieri poterit ministrandam, adhibere operose sollicitudinis diligentiam faciemus ; & super his, que tui dictorumque natorum tuorum & domus prædictæ regie incrementa commodi respicient & honoris, reperiemur, quantumcum Deo fieri poterit, propitii & benigni. Dat. Avin. xvi. kal. aug. anno v. Cum legatus Neapolim pervenisset, male a Joanna & principibus exceptus est : neque enim passi sunt, ut ex imposita ei provincia in ipsos inquireret : de quo Clemens questus est (a) Ungarum Regem ad ultionem sine ullo dignitatis discrimine, repetendum concitatum iri. Abscessit (b) itaque Beneventum legatus, cui Beneventani agri limitis definiendi munus injunctum erat. Visum vero est Pontifici designandos tum illius limites ne, si Pannoniæ Rex irrumperet in Neapolitanum regnum, Beneventano agro ejusve oppidis vastitatem inferret : de cujus irruptione ac Joannæ fuga proximo a altero sequenti anno agetur.

(a) Tom.
5. ep. secr.
1226.
(b) Jo. VII.
sup. c. 70.

(c) Id.
VIII. l. 12.
c. 68.
Fazell.
de reb.
Sic. post.
decad. l. 9.

Incumbere alterius Trinacrii belli moles (c) Regiæ Joannæ : ex diffensionibus enim Neapolitani regni captata occasione Ludovicus princeps Aragoniæ stirpis, qui transmissum injuria a Petro Friderici Regis filio sceptrum in Trinacria sustinebat, Guillelmi regni procuratoris Ann. Eccl. Tom. XXV.

opera Mylas mense augusto terra mari-que obsidione cinxit, & arcem quamvis milite & comiteatu instructam ad ditionem pellexit : & quamquam a Clemente indictæ (d) erant triennales induciæ, bellum urfit. Ambigua erat ac suspensa ex sui commodi, & confirmandæ in Trinacria dominationis inique occupatæ spe, principum Aragoniorum fides : eaque de causa de foedere cum Ludovico Ungariæ Rege, qui expeditionem Siculam meditabatur, ineundo agitarunt (e), ac polliciti sunt quadraginta triremes ad pellendam Sicilia regno Joannam se instructuros, iis legibus, ut Ludovicus omnibus in Trinacriam juribus cederet, ac Rhegium aliasque Calabriae terras concederet, quas aliquando Fridericus bello de Roberto Rege pepererat : quæ foedera affinitatibus, ducta a Guillelmo duce Athenarum Regis Ungariæ sorore, sancienda essent. At iniquitas nimium leges Ungarus, uti suis utilitatibus contrarias, repudiavit. Præterea tot hostibus adversus Reginam Joannam, ut bellis undique cinctam facilius avitis principibus spoliarent, accessere Joannes archiepiscopus Mediolanensis & Luchinus Vicecomites (f), qui ut in Pedemontio imperium proferrent, indictas a Guillelmo tit. SS. quatuor coronatorum presbytero Cardinale inducias violarunt. Hæc erat infelix Joannæ Regiæ rerum status, in quem post Andrea viri necem collapsa erat : ut cum antea suæ potentia terrorem finitimis injiceret, nunc ab Insucribus, Genuensibus Vintimiliis repetentibus, Trinacriis, Ungaris, atque ipsis Siculis ceterioribus undique bellis appeteretur : ad quæ pacanda Pontifici desudandum fuit.

Melacio-
que obsidione
& arcem quamvis
militate & comiteatu
instructam ad ditionem
pellexit : & quamquam
a Clemente indictæ (d)
erant triennales induciæ,
bellum urfit. Ambigua
erat ac suspensa ex
sui commodi, & confirmandæ
in Trinacria dominationis
inique occupatæ spe,
principum Aragoniorum
fides : eaque de causa
de foedere cum Ludovico
Ungariæ Rege, qui
expeditionem Siculam
meditabatur, ineundo
agitarunt (e), ac polliciti
sunt quadraginta triremes
ad pellendam Sicilia
regno Joannam se
instructuros, iis legibus,
ut Ludovicus omnibus
in Trinacriam juribus
cederet, ac Rhegium
aliasque Calabriae terras
concederet, quas aliquando
Fridericus bello de
Roberto Rege pepererat :

(d) Clem.
an. 5. l. 3.
ep. cur. 1.
Pacifici
cum Un-
gario foe-
dus mo-
liti Tri-
nacrii.
(e) Jo. VIII.
cod. c. 68.

Vicecomites
Joannæ in-
fensi.

Pedemontium
vexatum
bello a
Vicecomitibus.
(f) To. 5.
ep. secr.
681.

Cæterum restituendæ Insucriæ pacis desiderio incensus Clemens, indictas jam ante ab eodem Guillelmo Cardinale inducias inter Italos principes ad biennium extraxit (g).

LIX.

(g) An. 4.
l. 3. p. 7.

Clemens, &c. ad futuram rei memoriam.
Dilectum filium nostrum Guillelmum tit. De Guil-
SS. Quatuor coronatorum presbyterum Car-
dinalem propter urgentem & evidentem ne-
cessitatem prædictarum partium, Lombardia, quibus sperabamus per ejus providentiam, circumspectam, illo auxiliante qui potest omnia, in prædictis salubriter consuli & utiliter subveniri, cum plenæ legationis officio de fratrum nostrorum consilio ad partes easdem duximus destinandum. Qui tandem comperto ibidem inter alia quod, summa publica longe lateque notorie diffundente, hostis antiquus & pacis æmulus, omniumque malorum inventor sic in dilectis filiis nobilibus viris Luchino de Vicecomitibus in Mediolano pro nobis & ecclesiæ Rom. vicario generali, ac Ludovico de Gonzaga & ejus filiis, ac Simone de Corrigia & ejus

De Guil-
elmi
Card. in
Insucri-
am lega-
tione.

fratribus, ac communibus universitatum Mediolani, Mantuae, Rbergii, & Parmae ex parte una; nec non Alberto & Mastino fratribus, nostris & ejusdem ecclesiae Romanae in Verona vicariis generalibus, & communibus universitatum Verona & Vicentiae ex altera; ac in ipsorum praenominatorum & eorum cujuslibet & dictorum filiorum & fratrum suorum, ac communium universitatum ipsarum colligatis amicis, vassalibus, vassillis, subditis, hominibus, gentibus, & fautoribus hinc & inde ubilibet constitutis malevolentias, brigas & guerras innumeras suscitavit, quod hinc inde manus ad res bellicas erant dispositae; & quod ad haec grandia mala, periculosa scandala, ac dissipatio notabilis totius patriae, multaque alia mala verisimiliter sequi poterant, de propinquo; cupiens plurimum in eorundem nobilium & singulorum ipsorum cordibus verae pacis & concordiae semina serere, dictique hostis antiqui malitiam obviare, treugas firmas & validas, & guerrarum inducias inter eosdem nobiles & eorum singulos hinc & inde, ac terras, loca, castra, colligatos, amicos, validiores, vassalios, subditos, gentes, homines, & fautores ipsorum suae legationis auctoritate ex officio suo sub certis spiritualibus & temporalibus poenis indixit usque ad tres annos inclusivae, tunc inchoandos a vigesima sexta die mensis februarii pontificatus nostri anni primi, continue duraturas. Quas subsequenter praefati nobiles, & quilibet eorundem ac nonnulli colligati, amici, validiores, vassalli, subditi, gentes, homines, & fautores ipsorum emolgarunt, approbarunt, & ratificaverunt solemniter & expresse; ab eisdem etiam & eorum singulis super treugarum & induciarum hujusmodi plena observantia praestitit ad sancta Dei evangelia corporaliter juramentis, prout in patentibus literis ejusdem Cardinalis, sigillo munitis, super indictione treugarum & induciarum praedictarum, & quibusdam publicis instrumentis super emolagatione, approbatione, & ratificatione treugarum, & induciarum eorundem, ac praestatione juramentorum dictorum nobilium de illis observandis confectis plenius continetur.

Quia igitur dictorum trium annorum finis instare dignoscitur, nondumque hostis praedicti sevientem versutia ad pacis & concordiae bonum desideratum, quod dolentes referimus, est devenit; nos cupientes ab intimis inter eosdem nobiles viis & modis, quibus illo praestante, a quo bona cuncta procedunt, fieri poterit, pacem & concordiam reformari, praedictas treugas firmas & validas & guerrarum inducias inter eosdem nobiles hinc, & inde & eorum singulos, ac terras, loca, castra, colligatos, amicos, validiores, subditos, gentes, homines, & fautores eorum auctoritate apostolica ex officio nostro usque ad duos an-

Indictis ab illo inter diffidentibus induciis.

Ut ab adversis partibus ratae habitae sint.

Ad proximum biennium imperatae.

nos inclusivae, inchoandos a praedicto sine dictorum trium annorum, continue duraturas, sub modis, formis, conditionibus, mentionibus, poenis, & sententiis, sub quibus per Cardinalem praefatum ad praedictos tres annos indictione fuerant, prorogamus & etiam ipsas de novo indicimus per praesentes. Nulli ergo &c. Dat. Avin. xi. non. januarii anno iv. Repetita, cum novae turbae oborirentur, eadem fuere imperia (a), ac demandata provincia Beltramo episcopo Bononiensi (b), ut induciarum violatores censuris percelleret: tum ad eas servandas Luchinum, Jacobum & Sabaudia, Joannem marchionem Montisferati, Ludovicum Gonzagam; tum Opizonem Marchionem, Albertum, & Mastinum, Scaligeros, Thadaeum Populum, Jacobum Carrariam illius belli societate implicatos est adhortatus (c). Non admittit tum a Luchino Vicecomite induciat, cum brevi Parma se positurum speraret.

Imminebat Italiae alterius belli terror; ad quod avertendum, tum ad pacandam ditionem ecclesiasticam, abrumpendosque Ludovico Bavaro aditus, ne in Italiam penetraret, Ebredunensem Cardinalem, de quo antea memoravi, legatum decrevit his literis (d).

Clemens, &c. dilecto filio Bertrando tit. S. Marci presbytero Cardinali A. S. L.

Dum anxie cogitamus statum Tusciae, Romandolae, marchiae Anconitanae, ducatus Spoletani, patrimonii B. Petri in Tuscia, Campaniae, ac Maritimae provinciarum; nec non Ferrariensis, Bononiensis, in Perusia, Tudertinae, Narniensis, Reatinae, & Interamnenfis civitatum & dioecesium, ac aliarum terrarum & provinciarum Romanae ecclesiae temporaliter subjectarum, in partibus Italiae consistentium & circumpositarum, ac aliarum vicinarum partium, quas inveterata dissensio longis, pro dolor! retro continuatis temporibus plurimum laceravit, & quas guerrarum turbines exposuerunt animarum periculis & personarum ac rerum dispendiis infinitis; quodque propter hoc neglectus cultus divinus ecclesiarum & ecclesiasticorum locorum jura violenta direptione in praedam posita, libertas ecclesiastica conculcata fuerunt & [quod defendendum est potius & dolendum] pullulant schismata, & insurrexerunt haereses contra catholicam fidei puritatem; & quod, quamvis status hujusmodi fuerit in nonnullis locis dictarum provinciarum ac partium aequaliter tranquillatus, nihilominus tamen inter multos magnates & nobiles, universitates civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum, provinciarum ac partium earundem solitae dissensionis fomes & rancoris seminaria remanserunt, ex quibus noscuntur praemisissa & alia gravia non facile numeranda pericula animarum & corporum fa-

(a) Tom. 5. ep. fecr. 139. (b) Ib. ep. 140. 141.

(c) Eod. 10. 5. ep. fecr. 144. ad 151. LX.

(d) An. 4. l. 2. ep. cur. l. legationis Card. Ebredunensis p. 17.

Bertrandi Card. in Italiam legatio.

Ad abrumpendos Bavaro in Italiam aditus decreta.

facultatum lapsus, & multa dispendia provenire nostris praesentialiter obtutibus; dum etiam in mente revolvimus obstinatas nequitias & rebellionem proterviam Ludovici de Bavaria hostis Dei & ecclesiae manifesti, de haeresi condemnati, & quod ipse sub praetextu contubernii de filio suo cum comitissa Tirolis contra Deum & bonum publicum, ac in suarum animarum periculum per sui facti potentiam publice attentati, comitatum Tirolis, partibus Lombardiae contiguum seu vicinum, sua temeritate damnabili occupavit, ut per illum sibi ad praedictas & alias Italiae partes, quas sicut multi fidedigni referunt, se velle intrare afferit, liberior pateat transitus & accessus, ac fideles & devotos partium earundem, sub nostra & sanctae Rom. ecclesiae obedientia & devotione manentes, in suum devium damnabiliter trahere, & ab eorum devotione & obedientia revocare, nec non dissidentes turbare gravius & earundem partium statum pervertere valeat; anxiamur immense, cogitationibus profundis immergimur, ac zelus noster & ignis charitatis paternae in nostris meditationibus exardescit pro dictarum provinciarum & partium, quas plenitudine dilectionis paternae prosequimur, statu dirigendo salubriter, ac pace, concordia, & unione in eis perfecte auctore Domino reformandis. ut incolae provinciarum & partium earundem effecti unanimis & concordis, ac bono pacis, quod omnia alia bona superat perficientes, tam contra ipsius Ludovici obstinatam proterviam & rebellionem proterviam, quam contra sequaces & fautores ac auxiliatores ipsius pro statu eorum dirigendo salubriter, ac honore ipsius sacrosanctae Romanae ecclesiae defendendo, insurgant tam zelo fidei quam devotionis fervore viriliter & potenter, &c. Dat. Avin. idibus martii anno iv. Haec de rebus Italicis succurrunt: nunc ad Hispanias traducenda est oratio.

Et conjugendos mutuo foedere Italos.

LXI.

(a) Ana. l. 4. p. 2. ep. de indultis 796.

Alfonso Castellae Rex fidei Christianae pro-pugnator.

tium Africae regni Granatae, hostes fidei orthodoxae contra Christianos, praesertim in ipsorum hostium frontieris constitutor, jugiter exercebant, & alia nefandissima scelera committebant; abhorrens illaque sustinere non valens, divino accinctus & munitus robore ad reprimendum impugnationes nefarias eorundem, & exterminandum eosdem, ac plantandum cultores ipsius fidei, non parcendo laboribus etiam personalibus nec periculis, nec expensarum oneribus indulgendo, pro divini nominis gloria, & ejusdem fidei palmitibus dilatandis cum suis baronibus, militibus, & fidelibus regnorum suorum diversis vicibus & temporibus insurrexit viriliter, & feliciter fuit progressus; ac dextera Domini secum faciente virtutem, contra blasphemum de Benamarin Granatae Reges, aliosque Agarenos partium & regni praedictorum, maxima quam ipsi hostes habebant potentia eis multatenus suffragante, potenter & feliciter triumphavit, eosque posuit in confictum; primogenito dicti Regis de Benamarin cum maxima dictorum Agarenorum multitudine in ore gladii, digno Dei judicio, interemptis.

Illius de Mauris triumphis.

Et subsequenter idem Christi athleta intrepidus considerans, quod civitas insulae viridis olim villa de Algezira vocata, & per nos in civitate erecta, locus utique maximus & insignis, praefatis Agarenis partium praedictarum vicina, & juxta mare situata, portumque habens etiam singularem, qua per dictum blasphemum de Benamarin Regem tenebatur, in qua dictus Rex de Benamarin velut singulari refugio suum apparatus tam maritimi exercitus, quam terrestris, contra Christianos faciebat, erat causa persecutionis Christianorum & damnorum ipsorum quodammodo principalis; & propterea volens securitati suorum fidelium, & aliorum Christianorum etiam illarum partium providere, dictamque foetidam nationem extirpare de illa, & eam ad cultum reducere nominis Christiani, suo in manu forti exercitu congregato, dictam villam tam per mare quam per terram potenter obsedit, & eam per viginti menses, vel circiter, ardentem tenuit & obsessam.

De Algezira expugnatione.

Interim vero, cum idem Alfonso Rex ad hujusmodi negotium, quod maxima requirebat expensarum onera, prosequendum per seipsum sufficere non valeret, coram nobis & fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus praemisissa in consistorio proponi fecit, & nobis etiam supplicari, ut provide-re sibi de opportunis subsidiis dignaremur. Nosque hujusmodi supplicationem ejusdem Alfonso Regis admittentes benigne, decimam omnium reddituum & proventuum ecclesiasticorum regnorum, comitatuum, terrarum, & domini suorum, & duas partes tertiae decimarum solita pro ecclesiarum in-

In Castella instructi sunt ingentes bellici apparatus, cum Marrochitanus Rex ad novam irruptionem in Hispaniam faciendam se compararet: quare Pontifex postulanti operi Alfonso Regi attribuit biennales decimas subiecto diplomate (a). Clemens, &c. venerabilibus fratribus Compostellano, Toletano, ac Hispalensi archiepiscopis. Dndum Redemptor ipse charissimum in Christo filium nostrum Alfonso Regem Castellae & Eregionis illustrem, ex quo ad florentis adolescentiae suae annos pervenit feliciter, sic ad ejusdem Redemptoris amoris ardorem allexit, & influxit in eum benedictionis salutiferae ubertatem, quod ipse summi Regis athleta magnificus, & pugil strenuus, sollicitusque sine intermissione bellicus effectus, ad impugnationem & persecutionem hostiles, quas perfidi Agareni par-

Attributis
Regi
quinquen-
nialibus
decumis .

regnis, comitatibus, & terris ipsius Alfonso Regis concessentium fabrica reservari, convertendas, in hujusmodi prosecutionem negotii, sub certis pactis, modis, formis, & conditionibus usque ad quinquennium tunc futurum & nondum elapsam auctoritate apostolica de dictorum fratrum consilio, prout in literis nostris super hoc confectis plenius continetur, duximus concedendas. Et demum prefatus Alfonso Rex dictam villam de Algezira, & nonnulla castra & loca, in ipsius frontaria partibus concessentia, divino sibi auxilio suffragante, suisque laboribus & devotis sollicitudinibus, operibus atque curis promerentibus ad Dei laudem & gloriam, exaltationem catholicæ fidei, Christianorum securitatem, utilitatem, & pacem; dictorumque hostium confusionem & exterminium, acquisivit expulsa & abolita inde totaliter dictorum hostium natione.

LXII.

Nuper vero venerabilis frater noster Gundivalvus episcopus Seguntinus, & dilectus filius Garthas Fernandi de Bartsolo miles, nuntii & ambaxiatores ejusdem Alfonso Regis, ad nostram præsentiam accedentes, coram nobis & fratribus nostris prædictis pro parte ejusdem Regis reverenter exponere curaverunt, quod licet idem Rex velut catholicus princeps & athleta Domini strenuus non solum pro defensione, sed etiam dilatazione Christianæ fidei ac hostium exterminio prædictorum totis invigilet studiis & intendat, ac disponat de bono in melius intendere auctore Domino, in futurum; quia tamen idem Alfonso Rex in obsidione & captione civitatis & locorum prædictorum sumptus innumerabiles, & quodammodo importabiles [præsertim circa maris custodiam, sine qua nequidisset negotium hujusmodi prosperari, nec ad optatum suum deduci] assidue subit, & multa debitorum onera pro hujusmodi negotii prosecutione contraxit, regna & terras propria depauperando totaliter, & ad exinanitionem quodammodo deducendo, & consideratis periculis, quibus Christianitas subjaceret si, quod absit, civitas prædicta in cuius acquisitione insinuat Christianorum sanguis effusus extitit, perderetur, eundem Alfonso Regem majores [ad quos supportandos per se ipsum sufficere non potest, magnorum debitorum propterea contractuum oneribus prægravatus] subire incessanter oporteat pro provisione habitantium & populantium eandem, ac etiam munitione civitatis, & locorum prædictorum murorumque civitatis ejusdem restitutione, ac maris custodia ad dictorum de Benamarin Regis & aliorum perfidorum Agarenorum transitum impediendum, qui die nocteque ad supplantationem fidelium, & potissime civitatis & locorum prædictorum recuperationem invigilant & intendunt, quod iidem ambaxiatores & nuntii mani-

Profusis
in Macri-
co bello
sumpti-
bus.

Ut Afer
novas
struat in-
sidias.

festè apparere dixerunt, cum idem blasphemus Rex de Benamarin de loco Ceptæ, qui de dicta civitate videri dicitur ad oculum manifestè, post dictæ civitatis captionem se minime abstinerit, continue se munitione ad invadendum, si posset, civitatem & Christianos antedictos, treuga quam cum dicto Alfonso Rege habere dignoscitur, non obstante; præfati ambaxiatores & nuntii ejusdem Alfonso Regis ex parte ipsius nobis humiliter supplicarunt, ut tam pro necessitatibus ipsius Regis relevandis hujusmodi, & aliis circa prædicta sumptibus necessariis sibi incumbendis supportandis, quam persolvendis debitis prædictis hujusmodi subsidium per nos eidem Regi concessum ad longius tempus concedere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur ejusdem Alfonso Regis sinceritatis affectum, & propositum Deo gratum, ac toti mundo perutile, quod ad prosecutionem & Deo auspice consummationem felicem præfati negotii & ejusdem fidei exaltationem habere dignoscitur, debita consideratione pensantes, &c. Attribuit Clementis Alfonso biennales decumas ad instruendum Granatenensis belli apparatus. Datum Avin. 11. id. martii anno 14.

Infirmuit etiam bellico fragore septentrio; Henricus enim Dufemer magister equitum Prussie, contrafo quadraginta millium armatorum exercitu, in Lithuaniam pro religione pugnam initurus irrupit, Olgerdumque ducem a pietate alienum ingenti clade fudit; quam Michovias his verbis describit (a): *Olgerdus Lithuanie dux habens secum copias Smolcensium, Polocensium, & Ruthenorum in die purificationis cum magistro & exercitu equitum conflavit, & maxima cæde utrinque edita Lithuani & Rutheni succubuerunt. Duodeviginti millia Lithuanorum & Ruthenorum cæsa referuntur. Magister & cruciferi spoliis potiti in propria reversi, in signum obtenta victoria monasterium Virginum in Xonisberg dotarunt. Quanta fulsissent gloria cæteri principes, si egregii hujus ducis exemplo in hostes divini Numinis arma strinxissent! Indictum jam ante fuerat Turcis bellum, ac sacram societatem cum Pontifice Veneti, Cypri Rex, ac Rhodii equites coierant, repressaque admodum erat Turcica ferocia: sed cum barbarus vires ingentes compararet, acque exercitus, cui præerat delphinus, confirmandus esset, Pontifex Genuensium ducem sollicitavit (b) ut vires cum Christianis conjungeret, cum rei gerendæ opportunum tempus affligeret.*

Quia, inquit, nunc adesse videtur tempus acceptabile, ut tam per potentiam dilecti filii nobilis viri Humberti delphini Viennensis, exercitus fidelium contra Turcos eosdem capitanei generalis, qui cum armatorum comitiva strenua zelo accensus fidei ad

Ad cocer-
cendos
ejus im-
petus da-
tæ Alfonso
biennales
decumas.

LXIII.
Prussie
equitum
in Lithua-
niam ex-
pedicio.

(a) Michov.
1.24.
c.24.
Crom. in
Cassim. II.

Cæsa duo-
deviginti
millia
barbarorum.

Delphinus
Christiani
exercitus
dux in
Turcas.

Genuen-
ses ad jun-
gendas
cum eo
vires soli-
citati.
(b) To. 4.
ep. secc.
928.

(a) Ib. ep.
secc. 929.
ad 936.
Item Pi-
sani & a-
lii populi.
Rogatus
etiam Ang-
lus.

(b) Tom.
5. ep.
secc. 448.
Genuen-
sium clas-
sis Græ-
cos adori-
tur.

(c) Can-
tac. l. 3. c.
95.

LXIV.
Cantacuzenus
rebellat.
Postulat
de fecedere
ducem
pontificii
exercitus.
Repellitur
a Clem.

(a) Mi-
chov. 1.24.
c.24.
Crom. in
Cassim. II.

(d) To. 5.
ep. secc.
123. &
in MS.
arch. Vat.
de reb.
transmar.
pag. 80.

Promissa
Joanni
Imp. au-
xilium, si
ad eccl.
rediret.

ad partes prædictas transmarinas est profectus, quam aliorum fidelium paganitatis reprimatur infidelitas, & augeatur in ipsis partibus ad honorem divini nominis, consolationem fidelium, & salutem animarum, cooperante divina virtutis potentia, cultus ejusdem fidei orthodoxæ, &c. Datum Avinion. xv. kal. martii anno 14. Excitati eodem argumento conscriptis literis (a) fuere ad corripienda in Turcas sacra arma Pisani, Anconitani, Perusini, Senenses, Florentini pluresque principes, atque inter ceteros Eduardus Anglorum Rex ardentissimis precibus provocatus. (b) Sed illum ambitio in Gallos ita efferrarat, ut veros triumphos, ex Dei hostibus debellatis comparandos, contempserit. At Genuenses florentissimam triginta trium triremium classem instruxerunt Vignosio, qui represso in itinere Fundorum comite, qui Terracinam invaserat, ac Siciliæ ceterioris litore infestato, in orientem contendens, plura in Ægeo mari bellica facinora explicuit: quamquam non in Turcas, ut optarat Pontifex, sed in schismaticos Græcos vires convertit (c).

Interea Joanna Imperatrix & Cantacuzenus imperii invaforum bello, quores Græca scelesti hominis ambitione afflicta est, impliciti, ostentata redintegrandæ orientalis cum Romana ecclesia conjunctionis spe Latinorum auxilia ad suas confirmandas partes sibi conciliare, missis ad delphinum Viennensem federis interpretibus, studuerunt. De quo certior factus Pontifex cum Cantacuzeno tamquam tyranno foedus inire decrevit: cum Imperatrice vero ac Joanne Palæologo sancendum, spondendaque pro retinendo imperio auxilia: putavit, si Græci ad finem ecclesiæ essent redituri: quare hæc delphino Viennensi rescripsit (d).

Clemens, &c. Humberto delphino Viennensi, capitaneo generali & duci exercitus fidelium contra Turcos auctoritate apostolica deputato.

Super credentia, quam præfato nuntio, sicut ipse nobis retulit, ad te dederunt dilecti filii nobiles viri Nicolaus Pisanus capitaneus galearum Venetorum, & Petrus de palude miles circa reductionem seu reunionem Imperatricis (nimirum Joannæ) ac Græcorum ecclesiæ catholicæ procuranda; volumus, quod quantum poteris & expedire videris, ac fructum exinde posse prodire conspexeris (provisio tamen, quod non illudaris, nec commissum tibi principaliter negotium effectu suo frustretur propter hoc) hujusmodi negotium prosequaris, sciturus quod nos favorem, quem bonè dare poterimus super hoc exhibebimus: & inde nihilominus præfata Imperatrici scribimus, exhortando per nostras literas, sicut vidimus expedire, quarum seriem cedula interclusa

præsentibus tibi plenius indicabit. Tractare autem cum Cateucino ad præsens honori nostro & ecclesiæ ac tuo propter causas, quas refert idem nuntius, expediens non videtur. Non successit id consilium de revocanda ad obsequium sedis Apostolicæ Constantinopolitana ecclesiæ: quod vero Cantacuzenus refert, literas ad Pontificem ea de re, deque eliciendis auxiliis missas non ab Imperatrice Joanna, sed ab Apocauco, ad quem omnia belli consilia referebantur, quique aspirabat ad tyrannidem Joannæ nomine, ut in eam seditionem concitaret fuisse exaratas, confictum ab auctore videtur, ut eo commento Pontificis Latinorumque studia ad se derivaret.

Intulit porro his temporibus patriæ suæ Cantacuzenus, vocatis in auxilium Turcis, elades innumeras, cum illis facile vastasset, Imperatricem Latinam genere & principibus catholicis prognatam foedus cum Romano Pontifice contra sectam Mathericam coituras, atque adeo ad illam deprimentam efferavit. Sed nec gratia, ut ementitur, bellum in Joannem Palæologum ad Cantacuzeni gratiam gessere, cum prædam, urbesque & misera Christiana mancipia cum hoc tyranno partirentur: nec sub ejus signis ut ipse gloriosius in Europam irruptionis socium habuere, quod ex ingenti copiarum Turcicarum numero apparet, quæ ad viginti equitum millia ascendebant: tum ex eo constat, ut cum idem Cantacuzenus Turcas orasset, ne in Mœsiam irruerent, cum Alexandrum principem socium haberet, barbaros rejectis illius precibus profectos, Mœsum habere hostem, Christianam illam provinciam ferro, flamma, rapinis, libidine fœdasse: quæ non servivisse Cantacuzeno Turcas, sed illi potius dominatos ostendunt.

Inde etiam Cantacuzeni proditoris rei Christianæ flagitium ex ejus dictis magis se prodit: cum enim Amurius Turcarum in Jonia princeps traducere superiores copias in Græciam cuperet, atque catholice cruce signatæ turmæ immisisset a Romano Pontifice barbarum transitu arcerent, ut Cantacuzenus ipse refert: *Ideo nequibat, quod navale ejus una cum navibus Smyrne Latini cremaverant, castelloque ad lacum occupato, triremes habebant, quæ illic dissonrentes, classem edificari & instrui, exercitumque in Thraciam transportari impeditabant; obstaret etiam Lydiæ satrapa Sarchanes, ne per ipsius fines ad Hellespontum penetraret.* Cantacuzenus ut Turcicam pestem ad perdendos Christianos exciret, hæc se egisse refert: *Sarchanes, inquit, legatos nimirum Cantacuzeni, comiter excipit, accessioneque illa Amurto reconciliatus transitum impune concedit: simul ei filium una Imperatori militatu-*

LXV.
Cantacuzenus
Turcas in
Græcorum
exercitum
armat.

(e) Cantac.
l. 3.
c. 86.

Græci a
Turcis
maximo
apparatu
appetiti.

Distrahe
Turcarum
vires
a pontificiis.

taturum commendat. Sic per Hellepontum cum vicenis equitum millibus in Thraciam appulsi Dydimoticum ad Imperatorem adunt, ei dona offerunt.

Ita nominis Christiani proditor Lydiæ Satrapam Sarchanem cum Jonio Amurio conjunxit, denique Turcici exercitus opera: Constantinopoli & maris Ægæi insulis exceptis, quas Latini tutabantur, universum imperium Cantacuzenus occupavit (a). Qui, ne ingratus erga Sarchanem videretur, filiam suam Christiani sacris iniciatam Machometi cultori prostituere non perhorruit (b) ut in concubinarum numerum accederet. Tot tantique flagitiis viam sibi muniebat ad imperium, quod particiebantur cum Turcis, demum illis in prædã cessurum: tantaque apud Constantinopolitanos ob impietatem flagravat invidia, ut nonnulli, qui Zelotarum nomen acceperat, anabaptistarum more Cantacuzeni sequaces, veluti profanatos impura ejus societate, iterum baptismo lustrare (c) impie ausi sint. Hactenus de rebus Græcorum, qui adeo exitere infelices, ut quo tempore summus Pontifex ad Turcas ab iis avertendos exercitum mittebat, ipsi cæco furore se Turcis conjungerent.

Nec ramen ob illorum perfidiam a tuenda re Christiana tum destitit Dei vicarius: oranti enim delphino Viennensi, ne classem ex Græco mari revocaret, hæc respondit (d) XVII. kal. julii: Ad hoc, quod de non revocandis per nos galeis nostris in partibus illis existentibus tuæ prædictæ literæ continebant, breviter respondemus, quod galeis ipsas, si commode fieri possit, augeverem potius, quam revocaremus vel immineremus eisdem. Promissa opere implevit Pontifex, submisit enim subsidio orientibus cruce signatis contra Turcas quatuor triremes, quas Genuensibus kal. julii earumque præfectos enixe commendavit (e): tum ad Hugonem Regem Cypri (f), Deodatum e Gozono cæsi olim draconis gloria insignem (g) Rhodiorum equitum magistrum (h), Bertucium Gradenicum Venetorum ducem (i) contra hostes Christiani nominis fœderatos datis literis, eorum studium in gerendo sacro bello colaudavit; convenitque, ut triremes ex fœderis legibus bellico apparatu egregie instructæ ad ulteriora tempora tenerentur.

Cæterum delphinum Viennensem admonuit (k), ut missis Græcis impetus in Turcas converteret: utque fidelium vires auferentur ejus precibus flexus assensit, ut Catalani, qui ob invasum Galteri Gallici generis ducis Athenarum principatum fidelium communionem erant segregati, templis certis legibus restituerentur. Tu vero fili, inquit, stude providere prudenter, quod Græcos expugnando vel alias non

consumas inaniter tempus tuum, cum ad expugnationem Turcorum hostium ejusdem fidei catholicæ, ipsamque fidem defendendam contra ipsos, & ampliandum etiam dextera Domini faciente virtutem, peregrinari principaliter decreveris, & ad hoc tuæ potestatis officium se extendat. Cæterum super eo, quod sententias olim promulgatas adversus illos de magna societate Catalanorum in ducatu Athenarum existentium, & interdictum ibidem apostum sub certis modis, formis, & conditionibus, tam fidei catholicæ quam negotio Dei, pro quo laboras in transmarinis partibus, quam etiam dilecto filio nobili viro Galtero duci Athenarum multipliciter, ut rationibus per te in eisdem literis prudenter & subtiliter allegatis colligitur, accommodis & expedientibus, per nos suspendi usque ad triennium postulasti; suspensionem hujusmodi sub eisdem modis, formis, & conditionibus, quamquam aliquibus non videretur expediens, committimus per literas nostras, quas tibi etiam mittimus faciendam, &c. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis XVII. kal. julii anno v.

Attriti multis cladibus Turcæ Christianis cum etiam Genuensium classis accessisset (quæ licet Græcis potius diripiendis, quam Turcis invadendis intenta esset) non levem tamen barbaris terrorem afferebat) inducias a Christianis flagitarunt (m) devexo jam anno, quas Pontifex ob civilia occidentis bella, de quibus non sine luctu a nobis actum est, admittendas Deodato e Gozono Rhodiorum equitum magistro (n) & memorato cruce signati exercitus duci delphino significavit.

Clemens, &c. Humberto delphino Viennensi. Sicut tuæ nobilitatis prudentiam non credimus ignorare, in Francia, Angliæ, Alemanniæ, & Sicilia regnis, ac Italia & quasi omnibus aliis Christianitatis partibus adeo, peccatis exigentibus, vigent his temporibus dissensiones & guerra, quod illi, qui zelo devotionis accensi ad juvandum negotium Dei, pro quo in partibus transmarinis adversus hostes fidei catholicæ peregrinari, teque multis laboribus & periculis cum expensis & sumptuum profuvis exponere nosceris, proposuerant & etiam proponebant, nequeunt adimplere super his vota sua, nec decimalia & alia subsidia propterea imposta possunt exigi & levari. Quamobrem his & aliis occurrentibus consideratis attente, non solum expediens, sed etiam necessarium omnino nobis de concordia & unanimi consilio fratrum nostrorum videtur, quod ad treugas, de quibus sebat in tuis nobis missis literis mentio, faciendas & ineundas meliori, honorabiliori, & tutiori modo, quo fieri poterit, procedatur. Addit Pontifex excitis in consilium peritissimis viris, triremiumque præfectis in

Catalana societas censuris liberata ad triennium.

LXVI. Petunt Turcæ inducias Pont. (l) Bism. l. 6. hist. Gen. (m) To. 5. ep. sec. 760. 761. (n) Ib. ep. 759.

(a) Eod. l. 3. c. 99. Prostituta Mahometano filia a Cantacuzeno. (b) Eod. l. c. 95.

Zelotæ apud Græcos anabaptistæ. (c) Cap. 93. Græcorum extrema infelicitas.

(d) To. 5. ep. sec. 123.

Aucta classis Christianiana.

(e) Ib. ep. 187.

(f) Ep. 131.

(g) Bof. hist. hospitalar. equit. p. 2. l. 2.

(h) Ep. 132.

(i) Ep. 133.

(k) Super ep. 123. & MS. de reb. transmar. p. 8.

id omnium judicia concurrisse, ut induciæ cum Turcis inirentur, non perpetuæ quidem, sed ad certum tempus, ut sopitis intestinis Christianorum bellis, arma in eos verterentur: præsentem vero populi Christiani angustias aperiendas non esse, ne ex eo ferocirent magis & insolterent. Tum subicit de Græcis: Ulterius, cum negotium prædictum non ad impugandum Græcos, sed ad reprimendum Turcorum infidelium ausus temerarios, ne fideles partium illarum affigerentur per ipsos, inchoatum extiterit, sicut nosse, de illo Catechusino & Græcis aliis, de quibus faciebant tua literæ mentionem, te factis dictis treugis intrmittere, sicut credimus, non oportet. Dat. Avin. xv. kal. decembris anno v. Intermissa itaque est ob bella civilia expeditio in Turcas, quam delphinus Viennensis susceperat; qua de re vitæ Clementis auctor hæc tradit (a): Deo sic permittente, nihil proficere potuit, sed vacuus rediens deliberavit mundum relinquere, & statum mutare: elegitque in habitu regulari Domino deservire. At de delphino rursus inferius.

Vetitus delphin. Græcorum turbis le immicere.

(a) Gestæ Clem. apud Bof. Delphini reditus in occidentem. LXVII. Missi in Armeniam a Pont. internuntii. (b) To. 5. ep. sec. 3.

Pio tuendæ in Armenia incorruptæ fidei studio ductus Pontifex Antonium episcopum Gajetanum & Joannem electum Coronensem internuntios in eas regiones, quæ multis errorum sentibus horrebant, legavit (b), quibus excolendis Benedictum XII. jam ante intentum vidimus; is enim, ut falce apostolica eos facilius succideret, ex Armenorum scriptis hæreses & errores, qui pullularant, exscripserat transfuseratque ad catholicum Armenorum, ut coacta præfulum synodo, illos damnaret, ac fide orthodoxa imbueret Armenos, & Regem Constantium ad navandam in tam præclara re regiam operam excitaret. Morem gessit summo totius ecclesiæ pastori catholico, & damnata ab Apostolica sede revocanda curavit. Verum ut religionis puritas magis refloresceret in Armenia, censuit Clemens in id regnum mittendos, qui doctrinæ splendore omnium

Catholico Armenorum veteres errores pontificio jussu damnat.

errorum tenebras discernerent, atque ex imperiis apostolicis collapsam pietatem instaurarent, quos hac autoritate instruxit.

Discretionem, inquit, vestram monemus, requirimus, & hortamur, per apostolicam vobis scripta mandantes, quatenus de divina gratia & apostolico favore confisi omnes tam salubris negotii suscipientes devota mente ac animo reverenti, & ad partes illas vos conferentes personaliter, ad prædictos & alios errores quoslibet, ac vitia de illis supputanda partibus, nec non fidem catholicam ac mores & virtutes etiam propagandos operarias manus diligenter ac sollicito apponere studeatis, ipsos prælatos, clerum, & populum de ipsius fidei veris dogmatibus salutarique doctrina informantes plenus, & perfectius instruentes; ita quod, præstante Domino, de partibus illis omnis per operationis vestræ fructuosum studium errorum ac vitiorum spurcicia excipietur, & eadem fides catholica ad nostri laudem & gloriam Redemptoris radicetur firmius, dilatetur diffusius, & fortius roboretur, &c. Dat. Avin. II. kal. decembris anno v.

Promoverat Armena ecclesia Pontificem ad hos internuntios mittendos, cum patriarcha, quem catholicum vocant, post habitam synodum, atque in ea repudiatos errores, tum etiam amplexas leges canonicas, in decretorum ac decretalium libris contentas, amplissimis oratoribus missis, cum Romana ecclesiæ conspiratione animorum fidei & canonicorum institutorum se suosque consentire significasset. Clemens igitur apostolicis internuntii Romanæ ecclesiæ canones deferendos in Armeniam tradidit, commendatoque præfulum obsequio ac zelo, has clero Armeniæ literas misit (c). [1]

Venerabilibus fratribus Consolatori, dilectis filiis archiepiscopi & episcopis, ac dilectis filiis abbatibus & cæteris clericis in Armenia constitutis.

LXVIII. Pontificum cum decreta admittere. (c) An. 3. l. 3. ep. cur. 17.

Quia

NOTE [1] Missa hoc anno Pontificis ad Armenos legatio, quam Antonius Episcopus Gajetanus, & Joannes electus Coronensis obierunt. In veteri Codice in quo Concilii Armenorum acta reperit Martene, hæc præfixa actis illis legit: Anno Domini MCCCXLVI. de mense Aprilis scriptum fuit hoc opus per me Fratrem Joannem Dei gratia Episcopum Sutrinum, quando de mandato Domini nostri Papæ debui mittere ad gentem Armenorum ad portandum eosdem articulos fidei &c. Cum Joannes iste mense Aprilis hujus anni destinatum se dicat ad gentem Armenorum, & literis Pontificis hoc ipso anno Augusto. mense labente scriptis, destinati ad eas gentes legantur Antonius Gajetanus, & Joannes Coronensis; illud consequitur, Joanni qua de causa incertum, manere jussio, ambos illos Legatos substitutos fuisse. Ex literis apud Annalistam recitatis discimus, Synodum illam Armenorum nihil quidem prætulisse, quod Romanas aures offenderet. Verum, ait Pontifex, quia errores alii valde perniciosi... remanent extirpandi; ideo adlegatos suos viros scientiæ, & probitate insignes, se mittere significat. Errores illos non quidem in libello synodico se reperisse dicit Pontifex, sed aliunde forte rescivit. Fallitur ergo P. Martene, qui ex iis forte Pontificis verbis, libellum illum in erroris suspensionem vocat. Porro ad legatos, quod attinet ex literis Clementis, datis anno 1351. quas Annalista anno illo num. 2. recitat, intelligimus Antonium Gajetanum in itinere obiisse, totumque legationis pondus in Joannem Coronensem reididisse, qui anno 1351. munus illud jam obierat. MANST

Gratula- tur id illi Clemens.

Quia, divina sapientia testante sacro eloquio, sapientia filii patrem latificat, & matrem ejus stultitia reddit mœstam, nos quibus licet immeritis a Deo universalis ecclesie pastorale officium est commissum, & sancta Romana ecclesia domina & magistra omnium fidelium sponsa nostra, de vobis gaudemus, & in Domino admodum exultamus, cum veræ sapientie lumine, scilicet fidei catholica, percipimus vos fulgere: sed in corde multum affligimur, dum in illis partibus claritatem audimus ejusdem fidei errorum tenebris obscurari, affectantes desiderabiliter, ut hujusmodi profugatis de illis partibus tenebris, claritas prædictæ fidei apud vos splendeat, usque ad lucem æternam cœlestis patrie vos dirigens & perducens. Sane literæ vestræ pridem per venerabiles fratres nostros Joannem de Merchar & Antonium episcopos, ac dilectum filium Danielem lectorem & vicarium fratrum ordinis Minorum in Armenia consistentium, ac nobilem virum Gregorium Cenguiz, vestros nuncios præsentate nostro apostolatu continerant, quod dudum felicis recordationis Benedictus Papa XII. prædecessor noster per suas literas vos charitate paternæ requisivit & monuit; ut quosdam errores eidem catholice fidei obviantes, quos periculose nimium invaluisse in illis partibus perceperat relatibus fidedignis, abolere & extirpare, illos nihilominus per vestram synodum condemnando, curaretis fidei & solerti adhibita diligentia de cordibus Armenorum. Et ut hoc plenius & perfectius perficere valeretis, dictos errores distinctis per ordinem vobis destinavit in scriptis: vosque, reverenter & cum gratiarum actionibus hujusmodi receptis literis & scripturis, errores continentibus suprascriptos, & vestra synodo, prout per vos commode fieri potuit, convocata errores abjecistis & condemnastis prædictos, sicut in libello, quem nobis transmissistis per vestros prædictos ambassatores, & nuncios, continetur; nihilominus in vestris prædictis literis subjungentes, quod si in libris vestris, quibus communiter utimini, errores alii eidem fidei ac doctrinæ ipsius, quam eadem Romana & universalis catholica ecclesia tenet, proficitur, & docet, quomodolibet obviantes reperiantur forsitan, abolere ac tollere penitus juxta mandatum nostrum & ejusdem ecclesie Romana (cui subesse vos confitemini, ipsamque cognoscitis ecclesiarum omnium esse caput, & super omnes tam Armenorum quam aliorum ecclesiarum obtinere primatum a tempore B. Gregorii illuminatoris vestri, & S. Silvestri citra, ut tenemini, veraciter cognovistis) quodque parati estis uti decretis ac decretalibus, quibus eadem Romana & universalis ecclesia utitur secundum tenorem & continentiam literarum prædecessoris nostri prædicti, vo-

Ut profelli fuerint in synodo Armeni primatum Romani Pont.

bis super hoc directarum, illa postulantes humiliter vobis mitti.

Nos igitur hujusmodi literis vestris affectu solite benignitatis receptis, visoque prædicto libello nobis per dictos ambassatores & nuncios præsentato, & iis, quæ ipsi dicere ac explicare voluerunt, plenius intellectis; & tam cum fratribus nostris ejusdem Romanæ ecclesie Cardinalibus, quam multis prælatis aliis, sacre scripturæ doctoribus, & magistris habita deliberatione provida & matura, zelum devotionis, quem ad fidem ipsam ac nos & præfatam ecclesiam Romanam vos gerere obtulistis, ac diligentiam, quam circa revocandos & condemnandos dictos errores adhibuisse assertis, multipliciter in Domino commendamus. Verum quia errores alii valde perniciosi & damnandi, quos forte hostis humana salutis in illis partibus [ut sectatores illorum secum trahere valeat in damnationis præcipitum] fatagit, remanent extirpandi; nos desiderantes attente, ut ipsos ac alios errores, si quos astutia satana, ut animas simplices diabolica fraude deceptas secum in æternam prædam adducat, supereminare conatur, discernere clarior, & confutare facilius, atque prudentius valeatis, venerabilem fratrem nostrum Antonium episcopum Gagetanum, & dilectum filium Joannem electum Coronensem, Apostolica sedis legatos, viros utique profunde scientiæ ac in lege Domini eruditos, & ipsius fidei sinceris & fervidis zelatores, qui per semitam mandatorum Domini gradientes, ipsum verum lumen de lumine, veramque sapientiam [quantum eis ab ipso permittitur] imitantur, commisso eis & eorum cuilibet plenæ legationis officio, ad vos & partes ipsas de dictorum fratrum consilio decrevimus destinandos, ut per eos de ipsa fide ejusque salutari doctrina informemini plenius, & imbuamini viva voce, quam possitis scriptura instrui, vel literis informari; ac tenacius cordibus vestris impressu maneat, quæ ipsorum legatorum studio, & linguæ ministerio fuerint propagata.

Ideoque universitatem vestram monemus & hortamur, vobis nihilominus districte præcipiendo mandantes, quatenus legatos ipsos, per quos decretum & decretales postulata transmittimus, immo potius nos in eis, pro nostra & ipsius sedis reverentia benigne recipientes, ac debita honorificentia prosequentes, eisque tanquam dictæ sedis legatis devote ac humiliter intendentes, eorum salubribus monitis & mandatis, exhortationibus & doctrinæ fideliter acquiescere, ac efficaciter & effectualiter obedire, ac una cum ipsis ad extirpandos penitus prædictos & alios errores, & de mentibus ac intentionibus Armenorum errantium evellendos & removendos omnino diligentem operam & sollicitudinem, sicut Dei ministri adhi-

LXIX.

De aliis erroribus excidentis.

Moniti Armeni; ut legatis obsequantur.

(g) An. 5. ep. com. 1309. & an. 5. l. 3. ep. cur. 2.

Nefaria ab eo edita com. cantaria.

Oriente molitur inficere.

Revocare damnatum errorem justus.

adhibere; nec non Dei doctrinam veræ fidei catholica super ipsis articulis, & aliis ipsam tangentibus profiteri, sequi, ac docere, cum omni sollicitudinis studio efficaciter procuratis, ad eosdem legatos super hujusmodi articulis ejusdem fidei, si forsitan circa intelligentiam eorundem aliquid dubitationis emergerit, recurrentes: ut vestras & ipsorum Armenorum lucrificantes animas Domino, illustrati veræ splendore fidei, & errorum quorumcumque fermento, aditum salutis claudendum, purgato totaliter & rejecto, de bonis laboribus vestris fructus gloriosos colligere & vobiscum deferre valeatis, in districto judicio inde coronam perennis beatitudinis percepturi: pro certo scituri, quod si præmissa feceritis, ut speramus, vos in sinu sanctæ matris ecclesie confovebimus, & vobis gratiosos favoribus, quantum cum Deo fieri poterit, super vestris opportunitatibus assistemus; nec vestris detractoribus, si qui forsitan existerent, credulas præbebimus facilliter aures nostras. Alioquin pœnas & sententias, quas ipsi legati & quilibet eorum rite tulerit sive statuerit in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Avin. II. kal. septembris anno v.

LXX. Tephelicen. episc. plures ad fidem convertit.

(a) To. 5. ep. fecer. 223. Persecutionem patitur. (b) Ib. ep. 224. (c) Voad. in annal. hoc ann. 710. (d) An. 5. l. 1. ep. 13. (e) Ib. ep. 31. (f) Archiep. Seleucie notator.

inficere annitebatur. Dedit itaque provinciam (g) archiepiscopo Soltaniensi & suffraganeis Clemens, ut comperta re illum ad ejurandum publice errorem adigerent, detestantique diem dicerent.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Soltaniensi ejusque suffraganeis.

Molesta & displicens assertio nonnullorum fidelium ad apostolatus nostri perduxit auditum, quod venerabilis frater Pontius archiepiscopus Seleuciensis apostolica instructionis oblitus, plusquam expedit sapere satagens, non ea querit, quibus se ad utilitatem erudiat; sed illa inserere præsumit ignarus, quibus loquacior appareat, vel doctior hominibus videatur. Ipse namque non sobrie sapiens, sed nimia vanitatis ebrietate desipiens, quendam postillam super evangelium B. Joannis, ut fertur, composuit & transtulit in linguam Armenicam, in qua postilla inter alia ausus est contra determinationem & decisionem sanctæ Romanæ, catholice, ac universalis ecclesie perniciosè inserere, ac pertinaci sua imperitia affirmare, quod Redemptor noster Dei filius Jesus Christus ac ejus Apostoli nec in communi, nec in speciali aliqua habuerunt; quodque in iis, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam eis jus utendi seu consumendi competat seu ex ipsis alia acquirendi. Et non reputans sibi sufficere, quod per hoc se præcipitio damnationis immergit, sed ut etiam alios secum attrahat in gebennam, postillam hujusmodi, transumptum illius, seu coptam multis orientalium exhibens, in publicam satagit producere notionem.

Quoniam vero hæc, si vera sunt, tanto nobis amplius molesta redduntur, quanto talia, nisi in eorum extinguantur initis, latius & periculosius dilatantur, quantoque illarum partium populi, utpote divina legis perfectam notitiam non habentes, in errorem facilius prolabantur; nos nolentes hoc sub dissimulatione transire, ne, ipse insaniam archiepiscopi approbare silentio videamur, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus super his vos & vestrum quilibet communiter vel divisim diligentius informetis, & si præcedente informatione debita inveneritis ita esse, postillam hujusmodi damnatam & erroneam reputantes, inbibeat expressè sub pœnis & sententiis, de quibus videtis expedire, omnibus & singulis Christi fidelibus, ne quis ea uti, aut ipsam de cætero pro vera tenere vel reputare, sive prædicare præsumat: quinimmo eam tanquam ab eadem ecclesia Romana damnatam abiciant & consulent. Præfatam quoque archiepiscopum, clero & populo congregatis ut eandem postillam abjuret & publice detestetur, ac contrarium assertat & prædicet secundum ejusdem fidei veritatem, efficaciter inducatis. Aliquin, si vas audire

H h h no-

Ann. Eccl. Tom. XXV.

noluerit, vel si post abjuracionem, detestacionem, ac predicacionem hujusmodi in pristinum, quod abstit, relabatur errorem, vos vel alius vestram ipsum ex parte nostra, peremptorie citare curetis, ut infra quatuor mensium spatium a citatione nostra hujusmodi computandum, apostolico conspectui personaliter se presentet, facturus & recepturus quod iustitia suadebit, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, comescendo, &c. Dat. Avin. 11. kal. augusti anno v.

Fraticelli tolerati a Franciscanis censuris fidei Pontificis de ea re querela. (a) To. 5. ep. secr. 1107.

(b) Ib. ep. secr. 1109. 1114. 1115. 1116. (c) Bozcius de sign. eccl. 17. sign. 25.

LXXI. Venturini Bergomasis mors.

(d) Ro- dem seg. 25. ex annal. Domin. Mortuus ab eo ad vitam exoitatus.

(e) Leand. de viris illust. ord. Prad. l. 5.

Ad tuendum etiam fidei splendorem, ne hereticorum erroribus obsolesceret, intentus Clemens, cum Fraticelli impune venena diffunderent censorum fidei inertia, qui ex Franciscano ordine coercendis hereticis prepositi erant, graviter est questus encyclicis literis ad sacri illius sodalitati prefectos datis (a): Nonnulli, inquit, fratres vestri ordinis, quibus inquisitionis hereticae pravitatis in diversis sibi decretis provinciis negotium auctoritate apostolica est commissum, super corrigendis & puniendis Fraticellis eisdem, super predictis ac eisdem erroribus & heresibus extirpandis se reddunt & reddiderunt hactenus nimium negligentes, &c. Excitati sunt pluribus aliis literis (b), ad operam in fibris hereseon evellendis explicandam, quam quidem Petrus ex eodem ordine adeo egregie explicuit, ut in Mediolanensi agro cæsus ab hereticis martyrum numerum auxerit (c).

Extinctum est hoc anno Smyrnæ egregium doctrinæ & sanctitatis lumen Venturinus Bergomas, quem decem millia poenitentium religioso cultu traxisse Roman vidimus, ac deinde a Clemente VI. excitandis ad sacram in Turcas militiam fidelibus prefectum, de quo hæc Thomas Bozcius (d): Anno millesimo trecentesimo quadragesimo sexto abiit in cælum Venturinus Bergomas ex ordine Dominicanorum clarissimus ætatis suæ concionator non in Italia modo, sed & in Hispaniis, Galliis, Britannia, Germania, Dalmatia, & aliis quibus Græciæ locis. Sæpe ex illius facie, dum verba faceret e superiori loco, maxime cunctis cernentibus splendor eluxit. In Gallia mortuum suscitavit, quod narrare solitus erat Humbertus princeps, ut vocant, delphinus. Innumera edidit miracula tum vivens, tum defunctus. Percenset ea Leander, qui ejus mortem ita consignat (e).

Beatus Venturinus cum episcopo Smyrnæ Smyrnæ tendit, quo kal. martii, qui fuit quadragesimæ primus dies pervenit, ubi diu summis votis expectatus fuerat: statimque nullius quietis habita ratione concionari cepit & hortari, impellere, inflammare ad sanctum expeditionem omnium animos: quod ubi publice fecerat, privatim quoque non omittebat. Visebat agrotos, &

remediis corpori & animæ salutaribus nulli deerat. Nulla illi mora, nulla quies unquam erat. Hinc factum est, ut corpus fatigatum longo ac difficili admodum itinere & continuis laboribus ægritudinem contraxerit, quæ illi vitæ finem attulit: quare cum egrotare idibus martii cepisset, post diem XIII. sanctissimam illam animam in summo omnium merore ac lactu efflavit. Obiit igitur B. Venturinus v. kal. aprilis anno ab adventu Christi millesimo trecentesimo quadragesimo sexto: in cujus felici egressu perhibent incredibilem in ejus facie & toto corpore claritatem esse conspectam, ut minime dubium cuiquam foret, beatam illam animam continuo in cælum, evolasse sempiterno cum sanctis ævo fructuram.

Confirmata sunt hoc anno a Clemente (f) ad Apezconis episcopi Lubecensis preces acta concilii Posoniensis jam ante Clemente V. Pontifice celebrati a Gentile Cardinale A. S. L. præcipue quoad eam partem canonum, qui ad episcopalis ordinis asserendam dignitatem, perpoliendos mores, religionemque ab impietatis fordibus vindicandam conditi fuerant, qui apostolico diplomati inserti instauratique fuerunt.

Ad perpetuam rei memoriam. Petitio pro parte venerabilis fratris nostri Apezconis episcopi Lubecensis nobis exhibita continebat, quod dudum boue memoria Gentilis tit. S. Martini in montibus presbyter Cardinalis in regno Ungariæ ac provincia Polonia, infra quam ecclesia Lubecensis existit, ac quibuscumque aliis terris eidem regno adjacentibus auctoritate sedis Apostolicæ plena legationis fungens officio, in concilio videlicet per eum apud Posonium Strigoniensis diocesis constitutum in dicto regno Ungariæ celebrato, nonnullas constitutiones pro libertate ac utilitate ecclesiarum, ac earum prelatorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum infra fines legationis suæ consistentium edidit utiles & salubres, inhibitiones, prohibitiones, decreti interpositiones, ac excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, & nonnullas pœnas alias continentes, prout in literis præfati Cardinalis inde confectis ipsius sigillo munitis, quarum quidem constitutionum certa capitula de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus continentur. Quare pro parte dicti episcopi nobis extitit humiliter supplicatum, ut capitula prædicta & omnia in eis contenta, cum præfata litera timeantur vetustate consumi, fulcire apostolico munimine dignaremur. Nos igitur ecclesias & earum prelatos ac personas ecclesiasticas prædictas in suis libertatibus ac utilitatibus, quantum cum Deo passimus, confovere volentes, ipsius episcopi supplicationibus inclinati, capitula prædicta rata & grata habentes illa

Contra. cta ab eo ægritudo dum ægris infervit.

Sanctitatis argumentum in corpore defuncti.

LXXII. Posoniensis concilii canonum instaurati. (f) An. 5. p. 2. li. divers. form. ep. 115.

LXXIII.

Datum id precibus episcopi Lubecensis.

la auctoritate apost. ex certa scientia confirmamus, & presentis scripta patrociniocommunimus. Tenores autem dictorum capitulorum tales sunt.

In nomine Domini Amen. Anno ejusdem MCCCIX. indictione VII. pontificatus domini Clementis Papæ V. anno IV. Incipiunt constitutiones editæ per reverendum patrem dominum Gentilem Dei gratia tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem in regno Ungariæ, Polonia, ac partibus illis contentis A. S. L. & primo proœmium super statu regni: Frater Gentilis misericordione divina tit. S. Martini in montibus presbyter Cardinalis A. S. L. ad futuram rei memoriam. Varietati morborum diversa medici medicamenta propinant, & ipsorum morborum qualitatibus secundum artis peritiam efficacibus remediis exquisitis aliquibus gravioribus ferrum adhibent, quibusdam ignem adjiciunt; aliis vero, qui levi possunt fomento sanitate recipere, facilia medicamentorum antidota subministrant. Sic & dominus noster Jesus Christus sub figura Samaritani medici formam assumens, vulneribus infudit vinum & oleum sauciati. Nos itaque, ad regnum Ungariæ ab eo, qui pacifici Regis & summi medici locum tenet in terris, cum pleno legationis officio licet immeriti destinati, attendentes regnum ipsum infirmitatibus variis & gravibus laborare; ac propterea, informati exemplo domini Jesu medicorum præcipui, diversitati infirmitatum hujusmodi est non omnibus magis tamen lethalibus cupientes diversas & congruas adhibere medelas infra scriptas constitutiones de prelatorum dicti regni, ac per nos concilii congregati consilio & assensu, auctoritate qua fungimur, duximus promulgandas.

De non offendendis prelatibus. Cum Apostolicam sedem, in qua Christus catholice fidei posuit fundamentum, Christianorum matrem esse voluerit & magistrum, non est dubium quin Christus ipse graviter offendatur, si matrem filius, & magistrum discipulus debonorat. Quia igitur ipsi Apostolice sedi non est possibile cunctos filios & devotos mater affectu & suo magisterio presentialiter confovere, debitum apostolice servitutis explere nititur modo per episcopos, immo per archiepiscopos nonnunquam, & per legatos a latere suo missos, quo quia ejus privilegio gaudent, cujus legatione funguntur, a cunctis Christi fidelibus tanquam Apostolicam sedem, immo Christum, qui in eis se recipi prædicat & audiri, honorari convenit & foveri. Verumtamen fuerunt & sunt nonnulli, quos termini nostræ legationis includunt, sicut fidedigna relatione percepimus, qui licet fidedigna relatione percepto, ad ipsum tamen Christum & Apostolicam sedem debitam reverentiam non habent. Ann. Eccl. Tom. XXV.

Actorum præfatio.

LXXIII. De cultu prelatibus debito.

bentes, episcopos, archiepiscopos & legatos hujusmodi doctores catholice fidei & magistros ipsius Christi vere vicarios & legatos hostiliter insequi, ausu sacrilego capere & percutere, quandoque nequiter carceri mancipare, nonnunquam inhumaniter perimere non verentur. In quo quantum Christi fidei devotio minoratur, evidenter intelligit qui prudenter attendit. Proinde, nos qui ex injuncto nobis legationis officio sedem Apostolicam licet immeriti representamus, cupientes omnes & singulos nostra legationi commissos de tam nefandis excessibus coercere presenti decreto statuimus, ut nullus de cætero in Dei offensam, Apostolicæ sedis contemptum, & catholice fidei læsionem præsumat tantum facinus attemptare. Si quis autem propriæ inimicis salutis reverentia religionis rejecta, divinis & humanis legibus in civili damnatione calcatis; præmissum scelus exercere præsumperit per se vel per alium publice vel occulte, eum excommunicatum & totius Christianitatis consortio separatam publicè nuntiantes, qua fungimur auctoritate privamus omnibus privilegiis, indulgentiis, feudis, gratiis & beneficiis quibuscumque ab Ecclesia quacumque concessis omnibus ad quos pertinet eorum ordinatio seu dispositio disponendi potestatem liberam concedentes, terram suam nihilominus & quamlibet aliam, qua sibi adherere præsumperit, interdicto ecclesiastico supponentes. Et ne minus vindictæ quam excessus memoria prorogetur, decrevimus ut filii talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, nec in domibus regularibus aliquis prelationis assequantur honorem, quod contra factum fuerit irritum decernentes, nisi cum eis per sedem Apostolicam vel legatum de latere fuerit dispensatum. Et quia dignum est, ut is, qui tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur, omnes eorum vassallos, castellanos, comites, jobagiones, & officiales alios, quovis nomine censentur, a fidelitate, homagio, & quamlibet alia præstatione, qua eis tenebantur stricti, qua fungimur auctoritate absolvimus, donec ad gremium sanctæ matris ecclesiæ humiliter redeuntes, absolutionis beneficium meruerint obtinere. Quod si eis in prædicta excommunicatione manentibus adherere forte præsumperint, illos eadem cum ipsis pœna statuimus excommunicationis involvi. Caterum ut dictorum sacrilegorum pœna sit aliorum cautela, inhibemus venerabilibus in Christo archiepiscopis & episcopis, & aliis ecclesiarum prelatibus, eorumque vicem gerentibus & ecclesiasticis personis secularibus & religiosis, nec non ecclesiarum capitulis & conventibus exemptis, & non exemptis Cisterciensis, Præmonstratensis, S. Benedicti, Minorum, Prædicatorum, S. Augustini, & aliorum ordinum, nec non magistris præceptoribus & fratribus

Objectum eos offendentes anathema.

Intentata: alia pœna.

Ecclesiastica se-
pulture
multa ir-
rogata.

bus militiae templi S. Joannis Ierosolymitani, hospitalis & B. Mariae Theutonicorum sub nostra legatione manentibus, non obstantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis, & literis eis vel eorum aliquibus, aut ipsorum ordinibus a prefata sede concessis, ne ipsi vel eorum aliquis vel aliqui corpora illorum, qui sine digna & debita satisfactione decesserint, tumulare aut tumulationi eorum quoquo modo intendere, si quis autem predictorum contra premissam inhibitionem nostram venire temptaverit, excommunicationis vinculo se noverit innodatum, majori poena pro tanta inobedientia puniendum, & loca nihilominus, in quibus talium corpora sepulta fuerint, ecclesiastico supposita interdicto. Publicata Posonii IV. idus novembris.

Ut nulla ecclesiastica persona prebeat auxilium, consilium, vel favorem alicui laico contra ecclesias, ecclesiasticasque personas.

LXXIV.
Vetiti ecclesiastici laici contra ecclesias opem porrigere.

Illi proculdubio sunt majori poena plectendi qui nituntur offendere, quod totis viribus defendere tenebantur. Cum igitur personae ecclesiasticae singulariter teneantur turri ecclesiam, a qua suam tuitionem recipiunt, presenti decreto statuimus ut nulla ecclesiastica persona exempta vel non exempta, cujuscumque praeminentiae, status, aut dignitatis existat, etiam si pontificali fulgeat dignitate, prebeat alicui laico, cujuscumque dignitatis aut conditionis existat, contra ecclesias ecclesiasticave personas consilium, auxilium, vel favorem publice vel occulte. Si quis autem ecclesiastico honore postposito contra tam salubre statutum venire presumpserit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Et nihilominus si inferior episcopo fuerit, episcopus suus contra eum ad privationem ecclesiastici commodi & honoris procedere: si vero episcopus metropolitanus, sui suffraganei excessum hujusmodi teneantur quam cito commode poterunt sedi Apostolicae nunciare. Publica. Posonii IV. id. novembris.

Ne quis recipiat ecclesiasticum beneficium de manu laici.

LXXV.
Sacerdotia a laico non accipienda.

Presentis constitutionis auctoritate sacro approbante concilio inibemus, ne quis archiepiscopatum, episcopatum, dignitatem aliquam inferiorem, personatum, parochialem ecclesiam cum cura vel sine cura, beneficium aliquod ecclesiasticum, seu alicujus predictorum administrationem vel detentionem de manu laicali recipere vel jam recepta tenere sub quovis colore presumat. Si quis autem contrafecerit, vel sic receptum beneficium eo ipso, & nisi locum, quem sub crimine tantae inobedientiae tantaeque ambitionis taliter jam recepit vel in futurum recipiet, respiciendo deseruerit liberaliter infra duorum mensium spatium a

publicatione constitutionis praesentis quoad jam recepta, a receptionis vero tempore quoad ea, quae deinceps contingeret sic recipi numerandum, ad quodlibet aliud inhabilis ipso facto reddatur, ita ut ad dignitatem vel beneficium ecclesiasticum nullo umquam tempore absque dispensatione Apostolicae sedis vel nostra eligi valeat vel assumi. Insuper, ut quantum exceperit poena docente recognoscat, si quam dignitatem, personatum, vel beneficium aliquod cum cura vel sine cura sic recipiens, vel detinens & ut praemittitur, non dimittens canonice forsitan obtineat ea vel eo si praesentis constitutionis vigore ipso facto privatus: indignum enim fore censuimus ut ecclesiastico beneficio gaudeant, qui eam tam nefandis ausibus despexit habuerunt. Injungimus quoque, ut in virtute sanctae obedientiae nec non sub excommunicationis poena praecipiendo mandamus omnibus & singulis tam clericis quam laicis, rusticis, jobagionibus, vasallis, castellanis, comitibus, & officialibus aliis quocumque modo subjectionis ascriptis dignitati, personati, vel beneficio taliter occupatis, quod occupatori vel detentori predictis in nullo pareant vel intendant. Qui vero temere contra fecerit, si universus fuerit, interdicti, si autem singularis persona, excommunicationis sententiae se noverit subiacere. Publicata Posonii IV. id. novembris.

De non occupandis & occupatis restituendis bonis ecclesiasticis.

Cum multa providentia fuerit olim a felicis recordationis Benedicto PP. XI. apostolicae sedis legato, dum in his partibus fungeretur legationis officio, constitutum quod nullus invadere, occupare, illicite detinere praesumeret decimas, tributa, castra, villas, munitiones, possessiones, & bona ad ecclesias & pia ac religiosa loca & ecclesias ac personas ecclesiasticas spectantia, vel pertinentia quoquo modo, sententia excommunicationis prolata in hujusmodi invasores, occupatores, & illicitos detentores, sed quia propter praesumptiones & quorundam cupiditates nullus fructus hactenus aut rarus ex predicta constitutione provenit, nos tantis animarum periculis praecavere volentes, ne tam salubre statutum videatur in desuetudinem abiisse, & ab hujusmodi praesumptibus ejus ignorantia praetendatur, praedictum statutum duximus innovandum & ipsum in suo robore permanere: ac inviolabiliter observari volentes adiciimus ut quicumque propter invasionem, occupationem, & illicitam detentionem dictarum rerum excommunicatione auctoritate predicti statusi ligatum, infra trium mensium spatium invisa, spoliata, occupata, & detenta hujusmodi non restituerit spoliatis, omnes eorum vasalli, jobagiones, castellani, comites & officiales alii quocumque nomine censeantur, &

Proposita contra id molientes poena.

LXXVI.
Contra invalores juris ecclesiastici lex.

Soluti ab eorum imperio subditi.

Anathema & interdictum inculca.

LXXVII.
Decretum in concubinariis.

Contra clericos eo crimine contaminatos.

quovis alii eis quoquomodo obnoxii a fidelitate, homagio, & qualibet praestatione, qua eis juramento, pacto, consuetudine, vel qualibet alia firmitate vallata tenebantur ascripti, sint absoluti & liberi praesentis auctoritate decreti, donec ad cor humiliter redeuntes satisfactionem debitam impendant de praemissis. Quod si perseverantibus in hujusmodi contumacia & contemptu adhaeserint, quia eos in peccatis fovere satagunt, excommunicationis vinculo sint ligati & terra, quae eis medio tempore obediens fuerit, ecclesiastico supposita interdicto, quod interdictum omnes & singuli archiepiscopi & episcopi & alii ecclesiarum praelati, capelle, & conventus tam regulares, quam seculares, exempti & non exempti Cisterciensium, Praemonstratensium, S. Benedicti, ac Praedicatorum & Minorum eremitarum S. Augustini, aliorumque approbatorum ordinum, nec non magistris & praecipuos milites templi & hospitalis S. Joannis Ierosolymitani ac B. Mariae Theutonicorum in virtute S. obedientiae, & sub excommunicationis poena servare inviolabiliter teneantur. Et nihilominus si sine debita satisfactione decesserint predictorum omnium corpora perpetuo ecclesiastica caveant sepultura: non enim debet illi ecclesiae beneficium subvenire, qui dum viveret ecclesiam hostiliter impugnavit. Publicata Posonii IV. id. novembris.

De poena publicorum concubinariorum.

Almae matris ecclesiae, quae plerumque rationabiliter ordinat & consulte quae suaudente subditorum utilitate, postmodum consultius ac rationabilius revocat aliquando, subtrahit, addit quandoque pariter & commutat in melius, imitantes exemplam constitutionem bonae memoriae Philippi quondam Firmiani episcopi, in regno Ungariae ac partibus aliis nostrae jurisdictioni subiectis Apostolicae sedis legati, contra publicos concubinarios editam, a felicis recordationis Benedicto PP. XI. tunc in regno & partibus supradictis legato sedis Apostolicae confirmatam quibusdam additis & subtrahitis juxta infra scriptam modificationem in posterum observari praecipimus. Ad ipsius quidem temperandum vigorem animarum zelus, quas ex illius contemptu quasi continuo peccatorum sordibus foedari conspiciamus, nos inducit, spes recuperationis hortatur. Confidimus enim, quod spirituali poena excommunicationis videlicet, quae quavis sine comparatione periculosior, minus tamen peccatis exigentibus formidatur in temporaliter mutata vindictam subditorum mutabuntur & mores. Decreto igitur praesentis statuimus, ut quicumque clericus contra ipsius constitutionis vigorem deinceps deliquerit, excommunicationis poena in ea contenta propter causam praedictam cessante, quartae partis reddituum beneficiorum suorum praesentis

constitutionis auctoritate damnationi subjaceat. Quia vero nil prodesset jura condere nisi foret qui ea executioni mandaret, omnibus episcopis eorumque superioribus, nec non singulis ecclesiarum praelatis de jure vel antiqua consuetudine jurisdictionem habentibus in virtute S. obedientiae ac sub excommunicationis poena quam si ad hujusmodi constitutionis observantiam negligentes fuerint vel remissi, ipso facto incurrant, districte praecipimus, quatenus a subditis suis, qui contra ipsam constitutionem exceperint, poenam praefatam integraliter exigant: ipsius quidem parte dimidia in exigentis, reliqua vero parte in pauperum usus, seu ecclesiae exigenti commissa commodum convertenda. Praedicta autem condemnatio tandiu cum exactione debita reperatur, quousque mores suos & vitam quoad praemissa curaverint emendare: ad quod etiam corporalis poena si superior suus expedire crediderit, indicatur. Publicata Posonii IV. id. Novembris.

De prohibita depraedatione.

Cum Christus vera pax de summis caelorum descenderit, ut quam mundus dare non potest, suis fidelibus pacem daret profecto non est membrum Christi, nec ejus ecclesiae, qui pacem suam non recipit vel qui ne alii recipiant, suis pervertis actibus causam praestat. Cum itaque in regno Ungariae olim in pulebritudine pacis amulus & discordiae seminatio diu procuraverit optatae pacis exilium immittendo, guerrarum discrimina, & depraedationes seu disturbationes per perverfos homines membra sua inhumaniter exercendo, propter quae pax & concordia extra dicti regni terminos diu, quod dolenter referimus, exulavit, nos, qui praefati regni & incolarum ejus specialem curam suscepimus, ipsorum pacifico statui providere desiderabiliter affectantes statuimus sacro approbante Concilio, ut omnes & singuli cujuscumque dignitatis, conditionis aut status extiterint, qui in regno Ungariae praefato depraedationes seu disturbationes publicas, per quas pax, & tranquillitas dicti regni ut plurimum impeditur, per se vel per alium publice exercere, vel qui aliter ipsius regni statum pacificum impedire praesumpserit, nisi per episcopum proprium monitus, ad quod ipse episcopus in virtute obedientiae teneatur, infra octo dies vitam suam melius consulte correxerit, & si clericus fuerit exemptus vel non exemptus beneficiis privatus, ipso facto excommunicatione, qua Deus iratus animas percutit, sit ligatus. Publica supra Posonii.

De his qui contumaciter subsistent excommunicationem.

Cum peccata tanto gravius deprimant atque laboriosius extirpentur, quanto invaderint consuetudine longiori, praesentis constitutionis sacro approbante Concilio duximus statu-

LXXVIII.
De coercendis depraedatoribus.

LXXIX.
Contra Cenituarum contemptores.

statuendum, quod si quis clericus vel laicus, cujuscumque status aut conditionis existat, aliquam de constitutionibus nostris transgrediens, quas contra recusantes dictum Carolum pro Rege naturali Ungaria recipere & habere, vel alium advocantes vel nominantes, seu recusationi, advocacioni, vel nominationi hujusmodi consentientes seu faventes ac etiam contra occupatores regaliū generalium, vel ecclesiasticorum bonorum, contra eos quoque qui in Regem predictum, archiepiscopos, episcopos vel legatos manus injecerint violentas, nec non contra occupatores & detentores sacre coronæ, eorumque fautores edidimus, majoris excommunicationis sententiam in præfatis constitutionibus seu aliqua earum contentam, quod absit, incurrerit, quamcūctus commode poterit cum debita instantia illius absolutionem efficaciter obtinere procuret: qui vero concepta malitia sive damnosa negligentia excommunicationem hujusmodi per annum sustinuerit animo indurato contra eum prælatum per ad quem de jure pertinere dignoscitur, seu per inquisitores hæreticæ pravitatis, bonis pro facto jure confiscatis ipsius, tanquam contra hæreticum procedatur. Publicata Posonii IV. id. novembris.

Indicio hæreseos postulari iussi.

Ne aliqua fidelis alicui infideli matrimonialiter copuletur.

LXXX. Fideles mulieres jungi thoro cum hæreticis vel schismaticis.

Ut fides catholica, qui scissuram erroris cujuslibet aspernatur, nullius schismatis vel fermento pravitatis hæreticæ maculetur, de consilio & assensu præsentis concilii perpetuo prohibemus edito, ut nullus nostræ legationi subiectus, qui vult reputari & haberi catholicus, præsumat de cætero hæretico Patareno, Gazaro, schismatico, vel alteri fidei Christianæ contrario, maxime Ruthenis, Bulgaris, Rasciis, Lituaniis in errore manentibus [qui sicut fidedignorum testimonia præstantur, in diminutionem catholice fidei, opprobrium Jesu Christi, & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, quæ est veræ fidei fundamentum, non solum sacri baptismatis reiterant sacramentum, verum alia catholice ecclesiæ salutifera sacramenta damnabiliter contemnentis habent despectui, fidei veritatem, in qua fidelibus salus datur, abnegant, & eis diversis modis & variis injuriam irrogare conantur] filiam, neptem, consanguineam suam connubio tradere vel eas eis modo aliquo copulare, cum hoc sic in prædictæ fidei Christianæ detrimentum non modicum & jacturam: nam sicut didicimus ab expertis, viri ab unitate fidei catholice separati uxores suas quantumvis catholicas, instigante diabolo, ad infidelitatis errorem trahunt potius quam trabantur. Qui vero contra inhibitionem præsentem filiam, neptem, vel consanguineam suam prædictis pestiferis hominibus, qui quantum in eis est, ca-

Defixi anathemate contrarium agentes.

tholicam fidem, sine qua nullus omnino salvatur, nituntur confundere, dederit vel danti consenserit, vel ex proposito & scienter hujusmodi scelestis nuptiis assistent [mulier etiam data vel tradita, quæ eisdem consenserit] cum per hoc in Christiana religione scissuram & maculam ponere satagat, ac per hoc hæreticæ pravitati favere, eo ipso excommunicationis mucrone percussus se noverit & ecclesiastica sepultura privatum. Volumus autem & in virtute obedientiæ districtè præcipimus archiepiscopo vel episcopo, in cujus diocesi contempitor hujusmodi moram trahit quod eum excommunicatum denuntiet & ab omnibus evitandum: & si infra mensem corde contrito & humiliato non redierit ad ecclesiæ unitatem, de tanta injuria irrogata nomini Christiano & fidei orthodoxæ condignam satisfactionem & debitam impensurus, ex tunc contra eum tanquam contra fautores hæreticorum & inimicos fidei Christianæ procedatur juxta sanctiones canonicas & civiles. Publicata Posonii IV. id. novembris.

De observantia mandatorum Apostolicæ sedis, & legatorum ipsius.

Cum Apostolica sedes ad obedientiam omnibus singulari privilegio proponatur, dolemus quod quidam, quos termini nostræ legationis includunt, bonum obedientiæ pervertentes, ipsius Apostolicæ sedis vel etiam legatorum ejus, qui in decreta sibi provincia secundum in obedientia & reverentia locum tenent ipsius obedientiæ debito reverenter substracto, mandatis sive in recipiendis canonicis, sive in custodiendis sententiis sive in quibusvis præceptionibus observandis aliorum damnabiliter voluntatem præponunt; & non attendentes, quod quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, pœnæ inobedienciæ debite se supponunt quod in terra Polonia maxime per nonnullos episcopos & capitula, quæ præsertim pro aliquibus recipiendis canonicis, nisi de suorum superiorum voluntate procedat, ab eadem sede vel legato ipsius directis literis obedire contemnunt, factum esse frequentius nostris auribus est relatam. Proinde nostro commissos regimini in bono perfectæ obedientiæ sine qua infidelis quisque convincitur, etiam si fidelis esse videatur, observari ferventi desiderio affectantes: monemus omnes & singulos archiepiscopum, episcopos, electos abbates, priores, ecclesiarum quoque capitula prædictæ terræ Poloniae, ut non obstante suorum superiorum voluntate contraria, dictæ sedis legatorumque ipsius mandata sic reverenter recipiant & obedienter adimpleant, quod meritum obedientiæ non amittant; scituri, quod si mandata hujusmodi per inobedienciæ vitium non duxerint adimplere.

LXXXI. De honore legationis sedis Ap. deferendo.

Præfatos Poloni moniti officii.

plendum, eos taliter puniemus, quod pœna docente cognoscant quam grave sit eorum jussionibus contraire. Publicata ut supra. Datum Posonii IV. idus novemb. pont. do-

mini Clementis PP. V. anno IV. His addit Clemens VI. Nulli ergo, &c. nostræ confirmationis, infringere, &c. Datum Avinion. Quarto non. septembris anno v.

I. Rescissæ sunt a Carolo IV. Romano Rege anno Christi millesimo trecentesimo quadragesimo septimo indictione decimaquinta omnes leges a Ludovico Bavaro contra Romanæ ecclesiæ jura dignitatemque Romæ, Pisis, aliisque in locis latæ, tum regio vel imperiali nomine ab eo gesta in Italia tamquam nulla fulta auctoritate, cum adepto ex discordi electione jure privatus, atque hæreseos & schismatis crimine damnatus esset, irrita pronuntiata. Obstricta etiam sacramento ab eodem pio & catholico Rege fides, ditionem ecclesiasticam, vel regna vestigalia sedis Apostolicæ Siciliam, Sardiniam & Corficam se numquam invasurum: si quæ ab Henrico avo Imperatore vel Ludovico Bavaro occupata aut distracta essent, revocaturum: immo regiam potentiam in defendendis juribus pontificiis collocaturum; atque excurrente ab acceptis imperialibus ornamentis ostiduo promissa confirmaturum, neque ullo jurejurando devinctum devincendum esse, cujus religione ab eo retardetur.

Quæ promissa sunt a Carolo Rom. Rege.

(a) Ext. in arce S. Angeli & in lib. priv. vil. Rom. eccl. 10. 3. p. 282. & inter insignia monumenta collecta a Platina. Justu Sixt. V. 10. 3. p. 52. & in MS. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. p. 113. ad 120. (b) Ext. in lib. priv. vil. Rom. eccl. 10. 3. p. 282. & MS. bibl. Vall. sign. lit. D. n. 12. pag. 302.

Spondit præterea Carolus intrusos vi & injuria præfules depellere, ac sacerdotes & episcopos, apostolica auctoritate pascendis animabus præfatos, in possessionem ecclesiarum inducere: rata habita ab avo Imperatore vel concessa sedi Apostolicæ corroboravit: latam vero ab eodem in Robertum Siciliæ Regem ejusque heredes, ac Florentinos aliosve horum socios tententiam abrogavit: Provinciam, Folkarquerium, aut Pedemontium bello se non vexaturum promisit; omnes denique injurias illatas imperio ab Italicis urbibus sedi Apostolicæ condonavit. Ad redigendum vero ad officium Ludovico Bavaro, censuris apostolicis ob infanda scelera irretitum, neque imperii modo, sed etiam ducatus Baviaræ jurebus exutum, & ad exercendam in eum eorum pontificiorum justam severitatem persecuturum se bello, coram Geraldo de Magnaco archidiacono & Baltheo in ecclesia Constantiensi, Apostolicæ sedis internuntio, quem superiori anno, ut Carolum in Pontificis verba adigeret missum vidimus, pollicitus est, ac literas regio sigillo & chirographo obfignatas promissorum testes Clementi VI. transmisit: quæ post susceptum imperiale insigne fuerunt confirmata edito novo cæsareo diplomate. Pactarum vero superiorum, Carolum inter ac Pontificem conventionum, reique gesta series accurate describitur in publicis monumentis, hac verborum formula (b) tum editis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

Anno natiuitatis ejusdem MCCCXLVII. indictione xv. die xxvii. mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini domini Clementis, divina providentia Papæ VI. anno v. in præsentia meo notarii publici & testium infra scriptorum personaliter constitutus venerabilis & discretus vir magister Geraldus de Magnaco archidiaconus de Baltheo in ecclesia Constantiensi, ejusdem domini Papæ capellanus, cum ea, quæ decuit reverentia, dedit, præsentavit, & assignavit serenissimo principi & domino domino Carolo, Dei gratia Romanorum Regi semper augusto, & Boemiæ Regi cum reverentia debita recipienti, ejusdem domini Regis approbationis literas (c) apostolicas, vera dicti domini Papæ bulla plumbea in filis sericis more Romanæ curiæ bullatas, quarum principium tale est.

II. Publica de re documenta.

(c) Ext. A. C. 1346. n. 34.

Clemens episcopus servus servorum Dei charissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri salutem, & apostolicam benedictionem. Romanus Pontifex, cui Rex æternus & summus in personam B. Petri Apostoli, æterna vita clavigeri, celestis simul & terreni jura imperii & plenitudinem potestatis concessit supra cunctos, &c. Finis vero ipsarum talis est: Ad celestis & æterni regni provebi gloriam merearis. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Si quis autem hoc, &c. Dat. Avin. VIII. id. novembris pontificatus nostri anno v. Post quarum literarum præsentationem & receptionem, ut præmittitur, reverendus idem magister Geraldus mandavit & fecit ibidem, præsentibus infra scriptis testibus per me subscriptis notarium legi quasdam alias literas apostolicas in chirographo canapis more Romanæ curiæ juxta modum prætractum bullatas: in quibus sibi, ut prima facie apparebat, mandabatur quod certas a præfato domino Rege promissiones, juramenta, & concessiones reciperet juxta earundem literarum apostolicarum continentiam & tenorem. Quarum literarum auctoritate dictus magister Geraldus ibidem secundum formam mandati hujusmodi super præstandis & faciendis promissionibus, juramentis, & concessionibus eidem prædictum dominum Regem attentius requisivit. Qui quidem dominus Rex ad requisitionem hujusmodi ibidem in instanti reverenter & devote in manibus antedicti magistri Geraldus de Magnaco, prædicti domini Papæ successorum suorum, sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ & sedis apostolicæ nomine recipientis, omnes & singulas promissiones, juramenta, & concessiones infra scriptas sigillatim & specificè,

(a) Ext. in arce S. Angeli & in lib. priv. vil. Rom. eccl. 10. 3. p. 162. & inter Coll. manæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Boemiæ Rex cum reverentia debita, & devota, pedum oscula beatorum.

Sanctissimo (a) in Christo patri & domino suo domino Clementi, sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Boemiæ Rex cum reverentia debita, & devota, pedum oscula beatorum. Summis & ferventibus desideriis in spiritu humili cupientes sanctitatis vestre pedibus, & Apostolicæ sedi toto corde & animo zelum nostræ reverentia, fidei, & devotionis offerre, vestris sanctis dispositionibus, monitis, exhortationibus, & mandatis nos pro totis viribus coaptando reverenter & devote, in manibus discreti viri magistri Geraldus de Magnaco archidiaconi de Baltheo in ecclesia Constantiensi capellani vestri, vestro sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ, & sedis Apostolicæ nomine, de mandato vestro speciali eidem super hoc facto recipientes, promissiones, juramenta, & concessiones omnes, & singulas infra scriptas sigillatim & specificè, tactis sacrosanctis evangelis, renovavimus, & renovamus, fecimus & denuo facimus, præstitimus & præstamus, approbavimus & approbamus, ratificavimus & ratificamus. Et primo facimus, præstamus, concedimus, & promittimus omnia juramenta, omnes obedientias, promissiones, concessiones, donationes, ratificationes, confirmationes, & cetera omnia, quæ clara memoria dominus Henricus ultimus Imperator avus noster per se vel per alium seu per alios fecit, præstitit, promisit, concessit, & confirmavit: nec non & omnia alia juramenta, obedientias, promissiones, concessiones, donationes, ratificationes, & confirmationes, & cetera omnia, quæ olim electi in Reges Romanorum & assumpti ad imperium, siue etiam non assumpti, siue, antequam assumerentur siue post, per se vel alios summis Pontificibus, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, seu eorum alteri per se vel per alios reperientur suis temporibus præstitisse, fecisse, & confirmasse, seu quomodolibet concessisse. Item omnes processus factos, & quaslibet sententias latas, & quæcumque alia, quocumque nomine censeantur, Romæ seu ubicumque alibi gesta per Ludovicum de Bavaria, per ecclesiam de hærese & schismate iusto iudicio condemnatum, ac privatum omni jure, si quod per electionem in Regem Romanorum de ipso factam ei fuerat acquisitum, seu per alios ejus nomine vel auctoritate sub imperiali titulo, quem sibi indebite usurpavit; nec non & omnia, quæ per se vel alium in Italia fecit seu gessit, etiam sub regali nomine, & cetera etiam omnia ubicumque gesta ab eo per se vel alium, quæ ex defectu jurisdicti-

III. Caroli Regis litteræ publicæ.

Ut rata habita a Carolo conventa cum Clem. VI.

Præstita olim a Carolis sacramento corroborata.

Et edita in Lud. Bav. confirmata.

Rescissa omnia ab eo gecta.

tionis vel potestatis facere sibi non licuit, nulla esse ac cassa & irrita pronuntiamus & declaramus: illa etiam, quatenus processerunt de facto, annullamus, & penitus in his scriptis revocamus.

Item promittimus, & ad sancta Dei evangelia corporaliter per nos tacta juramus, quod non occupabimus, nec recipimus, nec acquirimus, nec quovis modo usurpabimus Romam aut provincias, ducatus, marchionatum Anconitanum, Ferrariam, civitates, oppida, castra, terras alias, seu territoria vel loca ecclesiæ Romanæ, seu ad ipsam mediate vel immediate spectantia, in Italia vel ubilibet extra Italiam, sicut est comitatus Venaynsi, qui ad Romanam ecclesiam pleno jure noscitur pertinere, & plura etiam alia ad eandem ecclesiam pertinentia extra Italiam constituta: & specialiter nec regna Sicilia, Sardinie, & Corsicæ, que de dominio directo jure & feudo ejusdem Romanæ ecclesiæ esse noscuntur; nec alia feuda, retrofeuda, seu qualibet alia loca ad eandem ecclesiam mediate vel immediate spectantia: nec jura, personas, vel res aliquas in eisdem: nec aliquibus invadentibus seu occupantibus, vel quomodolibet usurpantibus, seu invadere, occupare, vel quomodolibet usurpare attentantibus seu volentibus prædicta regna Sicilia, Sardinie, vel Corsicæ, seu Romam aut provincias, ducatus, marchionatus, comitatus, Ferrariam, civitates, oppida, castra, terras alias, seu territoria vel loca ecclesiæ Romanæ, seu ad ipsam ecclesiam mediate vel immediate spectantia, siue sint intra Italiam siue extra Italiam, seu aliqua prædictorum adhibebimus, nec ipsas etiam dabimus aliquo modo auxilium, consilium, vel favorem: quinimmo quoscumque invadentes, occupantes, seu quomodolibet usurpantes, seu invadere, occupare vel usurpare volentes, vel attentantes dicta regna Sicilia, Sardinie & Corsicæ, & urbem Romanam, & ducatus, marchionatus, comitatus, provincias, Ferrariam, civitates, castra, & terras, seu quævis alia loca Romana ecclesiæ vel aliqua ex eisdem retrahemus & impediemus pro posse nostro, eisdem nos cum armis opponendo: & ne conatus talem effectum habeat cum tota potentia nostra resistendo: ac vobis & ecclesiæ Romanæ pro defensione regnorum, provinciarum, terrarum, & locorum prædictorum contra quoscumque occupatores, invasores, & usurpatores, seu occupare, invadere, vel usurpare attentantes fideliter assistenda.

Sponsio Caroli de pontificia ditione sibi non arroganda.

Non affectandis Sicilia, Sardinia, & Corsica.

IV.

Nec dabimus, nec concedemus ullo utiquam tempore, in perpetuum vel ad tempus aliquid de prædictis sub colore, conditione, vel titulo quibuscumque: quodque prædictam Romanam ecclesiam, aut vos dominum nostrum Papam, seu successores vestros, vel officiales, ministros, vassallos, & subdi-

tos vestros non inquietabimus, vel quomodolibet molestabimus in dictis regnis Sicilia, Sardinia & Corsica, nec in urbe Romana, terris, provinciis, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, civitatibus, castris, oppidis, & aliis terris & territoriis supradictis, seu aliquo predictorum: sed nec etiam ratione quorundam delictorum vel excessuum, in locis eisdem commissorum vel committendorum aliquem, vel aliquos puniemus, vel alias persequemur, nisi hoc ad nos de jure pertineret ex alia ratione quam territorii, cum territorii ratione hoc ad Regem vel Imperatorem Romanorum, quantum ad loca predicta, nullo modo valeat pertinere. Et hoc casu promittimus & juramus ut supra, quod contra justitiam nos gravabimus, nec eis in casu etiam aliquo Reges predictorum regnorum, aut ministros, vassallos, & subditos eorundem in regnis predictis, seu pro eis vel qualibet eorum parte aliquatenus molestabimus.

Nec aliquod dominium, jurisdictionem, superioritatem, servitutem, potestariam, capitaneatum, vel aliud officium, quocumque nomine conceatur, accipiemus vel vindicabimus, vel per nos vel per alios exercebimus in predictis Roma, regnis, provinciis, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, civitatibus, oppidis, castris, villis, terris, & territoriis supradictis, vel in aliquo de eisdem; nec etiam fidelitatem, recognitionem, vel advocacionem aliquam quovis modo recipiemus per nos, vel alium seu alios pro seu in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, civitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territoriis supradictis, vel pro aliquo eorundem nec etiam pro quibuslibet rebus vel juribus in premissis Roma, regnis, provinciis, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, civitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territoriis supradictis, vel in eorum aliquo seu aliquibus pertinentiis constitutis; etiam si nobis a quibuslibet communitatibus vel personis singularibus offerrentur; nec jus etiam aliud qualecumque vendicabimus, acquiramus, vel occupabimus, seu quomodolibet per nos vel alium seu alios usurpabimus, recipiemus, vel exercebimus: nec concedemus etiam recipi vel haberi in Roma, regnis, Venetico, provinciis, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, civitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territoriis supradictis, vel in aliquo de eisdem; & specialiter in provinciis, civitatibus, terris, & locis expressis in quibusdam literis dicti quondam Henrici Imperatoris, quarum tenor inferius est insertus.

V.

Ad evitandum quoque occasionem veniendi contra predicta vel aliquod predictorum, promittimus ut supra, quod ante

diem nobis pro coronatione nostra imperiali De egre-
præfendam non ingrediemur urbem Roma-
nam: quodque eadem die, vero & legi-
timo impedimento cessante, imperialem re-
cipiemus coronam; & quod si illa die,
sive vere & legitime impediti die alia di-
ctam recipiemus coronam, ipsa die, qua
coronam hujusmodi receperimus, dictam ur-
bem, vero & legitimo impedimento cessante,
inde exibimus cum tota etiam, quan-
tum in nobis fuerit, gente nostra: & ces-
sante etiam impedimento legitimo, continua-
tis moderatis diatris extra totam terram
Romanæ ecclesiæ nos recto gressu transferemus
versus terras imperio subjectas, nun-
quam postmodum ad Urbem, regna predicta
Siciliæ, Sardinia & Corsica, provin-
cias, civitates, vel alias terras Romanæ
ecclesiæ, nisi de speciali licentia sedis A-
postolicæ, accessuri. Juramus quoque super
sancta Dei evangelia, per nos corporaliter
manu tacta, quod super his vel eorum a-
liquo nullum impedimentum fingemus aut
præstabimus, aut fingi, aut præstari per a-
lium vel alios, quantum in nobis fuerit,
permittere. Item promittimus, quod contra
predicta vel eorum aliquod nullatenus
per nos vel alios veniemus; & si contra-
rium quovis modo contingeret fieri per nos
vel alios nostro nomine quodcumque, sta-
tim cum hoc ad nostram notitiam deductum
fuerit, illud revocabimus, & faciemus,
quantum in nobis fuerit, effectualiter revo-
cari, & pro non factis volumus & decerni-
mus haberi & etiam reputari.

De egre-
diendo ex
Urbe ead-
em die
qua sum-
pserit in-
signe au-
gustale.

Item si per præstatum quondam Henricum Imperatorem avum nostrum, vel per
jam dictum Ludovicum, seu per quemcum-
que alium, seu alios ipsorum vel alterius
eorum nomine, seu auctoritate aliqua sen-
tentia fuerint promulgata, seu processus
aliqui facti, seu arrestationes personarum
aut rerum, vel aliqua ad jurisdictionem
pertinentia attentata in Roma, regnis, pro-
vinciis, ducatibus, marchionatu, comita-
tibus, civitatibus, mediate vel immedia-
te subjectis; illa omnia decernimus, & in
his scriptis pronunciamus esse nulla; quod-
cumque si aliqua fidelitates, homagia, obe-
dientia, recognitiones, donationes, advo-
cationes, occupationes, seu concessiones qua-
lescumque a predictis Henrico & Ludovi-
co, vel eorum altero per se vel alium seu
alios factæ fuerint vel receptæ pro Roma,
regnis, provinciis, ducatibus, marchio-
nato, comitatibus, civitatibus, oppidis,
castris, locis, terris, & territoriis su-
pradictis vel eorum aliquo, vel pro qui-
buslibet rebus vel juribus, in eis vel sub
eis etiam constitutis, a quibuscumque uni-
versitatibus, vel personis singularibus
quovis modo; illa omnia fore nulla pro-
nunciamus, & quatenus processerunt de-
facto, totaliter revocamus, & etiam pro
non factis volumus & decernimus haberi.
Item

Convel-
lendis
Henrici
avi sen-
tentias.

Caesareis
ad tuenda
jura eccle-
siastica sa-
cramento
adigendis.

Item promittimus & juramus, quod quan-
documque in Lombardiam & Tusciam vel
earum alteram aliquem vel aliquos mitte-
mus pro terris & juribus imperii guber-
nandis, quoties illum vel illos transmittimus,
faciemus eum & eos jurare, ut ad-
jutor vel adjutores domini Papæ sint ad
defendendum terram S. Petri & Romanæ
ecclesiæ secundum suam posse. Item promit-
timus & juramus ut supra, quod omnia &
singula suprascripta & infrascripta per
nos promissa, & per nos præstato juramen-
to vallata, bona fide & inviolabiliter ob-
servabimus, faciemus, & implebimus, &
integraliter attendemus juxta præsentium
contentiam & tenorem. Et nihilominus
ipsa omnia & singula post inunctionem,
consecrationem, & coronationem imperialem
infra octo dies inunctionem, consecrationem
& coronationem eandem immediate sequen-
tes pro majore firmitate omnium predicto-
rum ipsa omnia & singula ratificabimus,
& renovabimus singulariter & expresse:
& super premissis omnibus & singulis da-
bimus literas nostras quadruplicatas ejus-
dem tenoris patentes & sufficientes, impe-
rialis majestatis typario communitas. Item
supra sancta Dei evangelia corporaliter ma-
nu tacta juramus, quod nullam omnino pro-
missionem, nullam pactum, nullumque ju-
ramentum, nec aliquid aliud faciemus, per
quod premissis vel eorum alicui possit in a-
liquo quomodolibet derogari. Et nihilomi-
nus super sancta Dei evangelia corporaliter
manu tacta juramus, præmissa omnia
& singula nos facturos & completuros, &
nullo unquam tempore per nos vel alios
contra illa vel aliquid de illis venturos:
& si [quod absit] contigerit nos facere,
dicere, promittere, vel jurare aliqua vel
aliquid, que premissis vel eorum alicui
possent quomodolibet obviare, vel nos vel
aliquem ad aliquod secus agendum inducere,
vel nobis occasionem agendi contra præ-
dicta vel eorum aliquod quomodolibet mi-
nistrare; nihilominus illis nequaquam ob-
stantibus predicta omnia, & singula com-
plebimus & inviolabiliter observabimus,
& ad ea complenda & inviolabiliter obser-
vanda ex promissionibus & juramentis præ-
missis semper nos volumus remanere effica-
citer obligatos. Et ex nunc etiam atte-
stamus & protestamur, nos velle & intel-
ligere præmissa omnia & singula sic exclu-
sa fore ab omnibus factis & promissionibus
ac juramentis specialibus & generalibus,
per nos quomodolibet faciendis, per qua
premissis vel eorum alicui possit quomodo-
libet derogari, quod illorum prætextu vel
occasione nobis nullo modo liceat, licereve
possit mutare aliquid in premissis, vel fa-
cere contra ea vel aliquid de eisdem. Pro-
mittimus etiam bona fide, quod intrusos in
ecclesiis, infra predicta regnum & impe-
rium consistens, & qui eas contra jus
Ann. Eccl. Tom. XXV.

Intrusos
ejectum
ini.

& libertatem, superioritatem & auctori-
tatem Romanæ ecclesiæ detinent occupatas,
vel detinuerint in futurum, si super hoc
per vos dominum nostrum Papam, vel se-
dem Apostolicam fuerimus requisiti, expel-
lemus & pro posse faciemus expelli de illis
& provisos per sedem Apostolicam juva-
bimus, & faciemus jurari, ut ad ecclesi-
as, quibus de eis per sedem Apostolicam
provisum est, vel fuerit in futurum, re-
aliter admittantur, suisque juribus libere
uti possint. Tenor autem supradictarum li-
terarum quondam Henrici Imperatoris se-
quitur sub his verbis.

Sanctissimo in Christo patri & domino
suo Clementi, sacrosanctæ Romanæ ac uni-
versalis ecclesiæ summo Pontifici Henrico
divina favente clementia, Romanorum Im-
perator semper Augustus cum reverentia de-
bita pedum oscula beatorum.

Dudum antequam susceperimus imperii
diadema in humilitatis spiritu &c. Repe-
tendæ eæ non videntur, cum ipsas in fu-
teriori tomo; dum ageremus de Henrico
attulerimus (a). Confirmati que singulis
sponsionibus in iis contentis, subjungit
Carolus.

Item nos Carolus Rex Romanorum præ-
dictus, quia per claræ memoriæ Henricum
ultimum Imperatorem avum nostrum seu
auctoritate ipsius plures processus facti fuisse,
& etiam plures sententias capitales, &
proscriptiones bonorum, & aliarum pœna-
rum & multarum diversarum infictiones
diversis temporibus promulgata fuisse di-
cuntur tam contra claræ memoriæ Robertum
Regem Sicilia, quam contra quondam Jo-
annem duce[m] Duratii Regis ejusdem ger-
manum, ac etiam contra vassallos & a-
lios eidem Regi immediate vel mediate sub-
jectos regni Sicilia, & comitatus provin-
ciæ, & aliarum terrarum Regis ejusdem,
quam contra nonnullos civis & incolas ci-
vitatibus Romanæ; nec non contra civitates
& commune Florentiæ, ac potestates, capi-
taneos, officiales, ministros, & nonnullas
singulares ejusdem civitatis personas, ac
etiam contra alias civitates & loca, &
contra nonnullas personas singulares, que
quidem civitates, & persone tempore dicti
Henrici adhaeserunt Regi præfato; omnes
hujusmodi processus & sententias propter
quoscumque etiam & qualescumque excessus,
inobedientias, rebelliones, & injurias ipsi
processus facti & sententiæ promulgatae fue-
runt, quatenus processerunt, revocamus &
eos & effectum eorum annullamus, & tolli-
mus in totum: & quicquid etiam ex eis
secutum est, vel ab eis, & insuper omnes
excessus, rebelliones, inobedientias, inju-
rias, & offensas, qui vel que commissi seu
commissæ fuerunt per Regem & alios supra-
dictos vel ipsorum aliquem vel aliquos,
& per civitates, communitates, & loca
predicta in partibus Italia contra præ-
satum

Promissa
ab Henr.
Imp. re-
petita a
Carolo.
(a) An-
nal. 10. 15.
A. C.
1312. n.
40.

VI.
Edita
Caesarea
in Guel-
phos re-
vocata.

tum Henricum vel suos officiales, seu contra imperium quovis modo, in quantum processerunt & ad nos & imperium pertinere possunt; remittimus & tollimus, & penitus abolemus, & in integrum adversus prædicta restitimus omnes & singulos scriptos, ac civitates, communitates, & loca prædicta sic, quod illorum occasione vel causa ipsi vel successores eorum non possint per nos aut nostros quolibet successores, vel per alios nostro vel eorundem successorum nomine ullo unquam tempore impedi, seu inquietari, vel etiam quomodolibet molestari: nec successores dicti Regis Siciliae ratione vel occasione cujuscumque commissionis, confiscationis, seu incurfus seu ex quavis alia causa pro præterito tempore super comitatibus Provinciae, Forcalquerii, & Pedemontis inquietabimus, molestabimus, nec aliquod jus in eis vel aliquo eorum vendicabimus ob præmissa vel aliqua eorundem.

Provinciae Pedemontis que comitatibus consulti.

Condonata Pontifici acceptæ ab eis sequacibus injuriæ.

Item ob reverentiam vestri domini nostri Papæ, & propter etiam bonum pacis, vobis domino nostro Papæ concedimus irrevocabiliter, & damus per præsentem plenam & liberam potestatem, quitandi & remittendi omnibus civitatibus & communitatibus quoruncumque locorum omnium partium Italiae; nec non & quibuslibet personis singularibus partium earundem, cujuscumque status aut conditionis existant, omnes injurias, rebelliones, inobedientias, & offensas commissas hactenus quandocumque & quomodocumque contra imperium & Reges ac Imperatores Romanorum, seu officiales, ministros vel gentes eorum, ac etiam processus quoscumque & sententias inde secutas quatenus ad Reges & Imperatores eisdem, qui fuerunt pro tempore, pertinuit cognitio & puntio prædictorum, & ad nos illorum prosecutio juri regni vel imperii poterunt pertinere, tollendi, cassandi, revocandi, & totaliter annullandi; poenafque quilibet corporum & honorum, multas etiam & infamias a jure vel homine illorum excessuum occasione vel causa inflatas, vel infligi possibiles in futurum remittendi & penitus abolendi, & contra prædictos excessus, processus, sententias, poenas, & infamias hujusmodi, in integrum restituendi, & alias de illis & super illis omnibus & singulis, quodcumque & quomodocumque vobis placuerit in simul vel divisim per vos vel alium ordinandi, & disponendi alte & basse prohibito voluntatis quidquid placuerit vestrae sanctitati, & hoc in scriptis vel sine scriptis, nobis etiam absentibus & non vocatis, nec alio quocumque pro nobis nec etiam requisitis. Ratum quoque & gratum per nos, & pro successoribus nostris habituri promittimus quidquid super præmissis, & eorum quilibet per sanctitatem vestram remissum, sublatum, cassatum, annullatum, revocatum, restitutum, & abolitum fuerit,

Ab eo a Pontifice rata habenda.

vel quomodolibet ordinatum: & super hoc sufficientes juxta voluntatem vestram tentes vobis concedemus literas nostro munus sigillo quoties per vos super hoc fuerimus requisiti. Potestatem autem præmissam durare volumus per annum integrum, computandum a tempore, quo potestatem hujusmodi vobis concesserimus, & nos ejusdem concessionis potestatis literas fecerimus assignari: eo tamen adjecto, quod si post approbationem prædictam, durante anno prædicto, illi vel aliqui ex eis, de quibus præmittitur, nobiscum amicabiliter convenirent, possimus eis vel pro eis remissionem ac alia prædicta facere, concessione sanctitatis prædictæ super his facta nequaquam obstante: qua tamen in suo pleno effectu remaneat quoad omnia alia, de quibus sic non duxerimus ordinandum.

Item cum, sicut est per diversas orbis partes longe lateque diffusum & notum, ac etiam divulgatum, Ludovicus de Bavaria propter multiplices graves, execrabiles & enormes, atque notorios ejus excessus, offensiones, injurias, rebelliones, contumacias, & contemptus, ac hæreses & schismata, aliaque nonnulla detestabilia crimina notorie commissa per eum, ac exigentibus suis demeritis & culpis horrendis, fuerit & sit per sedem Apostolicam pluribus, variis, & diversis excommunicationum & anathematum, ac aliis poenis & sententiis inmodatus, ac omni jure, si quod unquam sibi in regno & imperio Romanorum competere potuisset, nec non omnibus feudis, quæ tunc a Romana vel aliis ecclesiis vel dicto imperio obtinebat, & specialiter ducatu Bavaria, ac etiam bonis aliis suis omnibus mobilibus & immobilibus, juribus & jurisdictionibus, privatus perpetuo, justitia suadente, ac de hæresi & schismate & aliis diversis criminibus & excessibus condemnatus, ac hæreticus & schismaticus publice nuntiatus; & propterea in poenas & sententias diversas tam in processibus dictæ sedis hujusmodi occasione habitis contra eum contentas, quam in jure contra tales infestas incidisse, & eas omnino incurrisse sit & fuerit declaratus, ac etiam Christi fidelibus expostus impugnandus; nos tanquam devotus sanctæ Romanæ ecclesiæ filius verusque cultor catholice fidei, obliuam & perniciosam nimiam Ludovici præfati pertinaciam & perfidiam abhorrentes, & consultis attendentes processibus sedis ejusdem, ut præmittitur, habitos contra eum; & considerantes etiam, quod hæretici & schismatici sunt a catholicis pro viribus expugnandi, & quod eisdem fidelibus non licet cum ipsis hæreticis vel schismaticis amicitias, societates, confederationes, pactiones, colligationes, vel ligas aliquas facere vel habere; ob zelum Dei & ejusdem fidei, ac ad honorem ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ matris nostræ, & ob devo-

VII.

De edictis Pontificis in Ludov. mandandis operi.

Nullo cum eo fredere amicitiamve jungendis.

Confirmandis superioribus post acceptum augustale diligue.

tionem, quam habemus ad ipsam, ac etiam conscientia merito nos urgente intendentes; Ludovicum præfatum juxta ipsorum processum seriem, prout nobis erit possibile, impugnare bona fide promittimus, & ad sancta Dei evangelia per nos corporaliter sponte tacta juramus, quod quandiu idem Ludovicus in hujusmodi perfidia, hæresi, schismate, pertinacia, excessibus, & criminibus permanebit; & quandiu subiacebit poenis & sententiis supradictis, & quandiu erit extra gratiam dictæ sedis, nullam amicitiam, societatem, confederationem, pactiorem, colligationem, vel ligam cum eo faciemus: & si aliqui hactenus fecissemus, eis de cætero non utemur.

Item promittimus & juramus, quod nullam parentelam, consanguinitatem, vel affinitatem cum Ludovico præfato, nec matrimonium, vel sponsalia aliqua, aut parentelam, consanguinitatem, vel affinitatem cum aliquo vel aliqua seu aliquibus ab eodem Ludovico per masculinam vel femininam lineam descendantibus contrahemus Romano Pontifice inconsulto, & absque ipsius sedis licentia speciali: nec eidem Ludovico consilium, auxilium, vel favorem impendemus per nos vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte: quinimmo eundem Ludovicum juxta eorundem processum continentiam totis nostris viribus impugnabimus & persequemur, & super his faciemus totaliter, realiter, & efficaciter posse nostrum. Quæ quidem omnia & singula ex causis prædictis, & ob ear modo prædicto recta & pura fide, sine omni dolo & fraude promittimus, & ad sancta Dei evangelia corporaliter sponte tacta juramus, nos efficaciter servaturos & completuros toto posse: & quod contra præmissa vel eorum aliqua per nos vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, aliqua ratione, occasione vel causa, ingenio vel colore, nullatenus veniemus. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ & sedis Apostolicæ & Romanorum Pontificum securitatem atque cautelam præfentes scribi literas, & regie majestatis sigillo fecimus communiri; promittentes & obligantes nos cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis coronationem susceptam prædicta omnia ratificabimus, confirmabimus, & recognoscemus, & faciemus & servabimus atque jurabimus; & de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes dabimus literas quadruplicatas, harum seriem continentes, ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem & cautelam vestram & successorum vestrorum, & sanctæ Romanæ ecclesiæ & sedis Apostolicæ imperialis majestatis typario communitas. Datum Tridenti v. kal. maji anno Domini MCCCXLVII. regnorum vero nostrorum anno 1.

Quibus quidem promissionibus, juramentis, & concessionibus, nec non omnibus aliis & singulis supra scriptis per præfatum dominum Regem, ut præmittitur, sigillatim & specificè, tactis corporaliter sacrosanctis evangelii, renovatis, factis, præstitis, approbatis, ratificatis, & confirmatis, & per supradictum magistrum Geraldum ab eodem D. Rege receptis; idem magister Geraldus de præstatione ac receptione hujusmodi, nec non de supradictarum literarum approbationis præsentatione, ac præmissis omnibus & singulis per me subscriptum notarium fieri sibi petiit publicum instrumentum, quod etiam sui sigilli munimine mandavit & fecit roborari. Actum Tridenti in castro episcopali boni confisii in superiori episcopali camera ejusdem castri anno, indictione, die, mense, & pontificatu, quibus supra, &c. Addita sunt procerum, qui testes adhibiti fuerunt, nomina. Contenta superioribus Caroli literis ab eodem post acceptum augustale insignem confirmata fuisse, inferius visurifumus.

Accesserat Carolus Romanorum Rex, cum arcana Viennæ mense februario cum Ludovico Rege Ungariæ genexo & Alberto duce Austriae, Cad quem extant Clementis hortatoria litteræ (a), ut Carolo creato Romanorum Regi atque a sede Apostolica confirmato adhæreret colloquia habuisset (b), Tridentum magno instructus exercitu, ut Joanni fratri, quem adeptis regnis crearat marchionem Moraviae (c), Tirolensem comitatum assereret (d), quem materno jure illi debitum contendeat: redactisque in suam potestatem nonnullis arcibus, Tirolum obditione cinxit. Imminente vero Ludovico juniore, Brandeburgensis marchionatus ac Bavariæ viribus succineto, partim illius metu, partim ob annonæ penuriam, post nonnulla levia conferta prælia abcessit, inque Bavariam inferiorem mense julio irrupit, quam ferro flammaque foedavit (e), cum Ludovicus Bavarus senior ex arcano cum Nicolao Laurentio, qui Romæ tyrannidem cum tribunitiæ potestatis insignibus corripuerat, injusta foedera ad Siciliam, ex Regis Andreae nece fluctuantem, uni ex filiis armis comparandam agitare (f). Ex quo constat quam imprudenter Ludovicus Ungariæ Rex cum Bavaris ad ulciscendam fraternam necem, contra pontificia monita coitiones iniret: quem enim ad subjiciendam sibi Siciliam armorum socium sperabat, hostem erat experturus, ni Bavari consilia mors opprellisset. Sublatum quidem hoc anno Ludovicum Bavarum ex literis Clementis idibus novembris datis constat, quibus Ulrico episcopo Constantiensi de illius interitu certiorum se factum testatur (g), additque pluribus malis finem impostum.

Jusjurandum religiose de his nuncupatum.

(a) To. 5. ep. secr. 1171. (b) Alb. Argen. in Chron. Caroli in Tirolensem comitatum expeditionis. VIII. (c) Du-brav. l. 22. (d) Rebdof. in. anal. Alber. ubi sup. (e) Alb. Arg. in chron. hoc anno. Ludovici Bavari de irrumpendo in Italiam consilia. (f) To. 6. ep. secr. 882. Illius repentina morte oppressa. (g) Ib. ep. secr. 834. Alb. Arg. Reb. dof. Jo. Vill. l. 12. c. 105. Clem. vit. script. Ægid. Royz in anal. Belg. Nauct. generat. 45. Trib. in chr. Hirs. Bar. in MS. not. ad hunc ann. & a. lii. Exer.

IX. [1] Exeruit apertam in eo principe divina iustitia vindictam ob improvifum mortis genus, de quo sæpius illum Romani Pontifices præmonuerant. Et quidem

Joannes XXII. (a) vel potius Christus tredecim jam ante annis vicarii sui ore his verbis ad poenitentiam, intentato repentinae mortis terrore, maturandam vocabat:

(a) Jo.
to. 9. p. 2.
ep. fecr.
pag. 224.
Annal. n.
15. ann.
1334. n.
21.

NOTE [1] O Blit hoc anno Ludovicus Bavarus, qui cum imperialem titulum, & dignitatem inconsulto pontifice invasisset, magnas cum illo inimicitias exercuit. Mensis, & dies obitus ab Annalista recte notantur. Genus mortis alii aliud assignant. Sunt enim qui subito equi lapsu foede oppressum asserant. Nec sane lapsus ex equo defuit; sed propinat veneno ad necem dispositum quidam suspicantur. Hermannus Cornerus, in chronico, Egghardum scriptorem laudat, quem ad hos usque annos opus suum produxisse oportet, cum non ultra hos ipsos annos ejus memoria extet apud eundem; ex eo vero hæc narrat. Ludovicus apud Burchgraviam de Nuremberg, quam in deliciis habebat, hilaris cœnans, molestam cordis punctiorem familiaris morbi indicium sensit. Quare familiari usus remedio concessio statim equo venatum perrexit. Ursum dum insequitur, in ipso transigendæ feræ conatu, ex equo deturbatus corruit, foedoque lapsu fractus est. In ipso mortis articulo constitutus admisorum criminum veniam a Deo postulavit; statimque decessit. Principem ceteroqui bonum, mitem, benignum, facilem, potu parum, sed cibo aliquanto indulgentiorem ait Egghardus apud eundem Cornerum, corrupti superbia, audacia, impietas, violentia, qua in Romanam Ecclesiam debacchabatur. Sed violenti principis impetum retudit optimorum pontificum vere sacerdotalis constantia, quæ illum sæpissime iteratis constitutionibus ita repressit, ut veniam ipse implorare sæpius, nunquam se illi demittere pontifices cogentur. Cum vero constitutionum illarum historia totam ferè eorum temporum historiam ecclesiasticam contineat, juvat hic omnes per Annales dispersas colligere, & ordine chronologico digerere. Joannes XXII. sive graviter ferens Ludovicum armis, & potentia sua favere Vicecomitibus, qui Vicariatus Italico Roberti Regis averfabantur, sive jura Pontificia violari ab eo ratus, quod in discordia electus, nondum discussa a pontifice Romano causa regium titulum, & potestatem usurpasset, anno 1323. pontificatus sui octavo, die VII. Id. Octobris publice per editum illi denunciavit, ut causam electionis suæ coram pontifice acturus intra trimestrem veniret; interim vero regium titulum deponeret, atque a favendis Vicecomitibus abstergeret; ni pareret censuris cogendus. Extant literæ illæ apud Annalistas ad A. 1323. n. 30. Ludovicus ut pontificem, tempus extrahendo, falleret, regium quidem titulum retinuit, temporis vero dilationem per ablegatos suos petiit & impetravit. Qua de re patentis literas dedit Joannes signatas die VII. Id. Januarii sequentis anni, legendas in Annalibus ad An. 1324. num. 2. Cum intra hoc tempus Ludovicus nihil movisset, pontifex die X. kal. Aprilis ejusdem anni edita bulla, cujus excerptum refert Annalista ad An. 1324. n. 13. integram dat Martene Anecd. to. II. col. 652. censuris obligatum denunciavit, utque intra constitutum tempus se se apostolico iudicio susteret imperavit, interim a regalibus abstergeret; omni jure, si quod electione sua obtinisset, alioqui privandus. Quo & re ipsa privatum denunciavit, cum iustionibus pontificis restitisset, edita constitutione signata die V. Julii eodem anno. Recitat illam Martene col. 660. & ex parte etiam Annalista ad A. 1324. n. 29. Pontificiam sententiam eludendam ratus Ludovicus, provocationem ad futurum concilium interposuit, pontificem simul eum agens violentiæ fidei & hæreseos. Acta illa apud Annalistas num. 26. signantur A. 1324. apud Lunigium vero in continuat. I. Spicilegii num. XXII. datæ leguntur anno 1324. indict. VII. die XXII. mensis....

Post hæc cessatum est triennio; donec anno 1327. die III. Non. Aprilis pontificatus Joannis anno XI. constitutio prodit, qua Ludovicus Bavaricæ principatu, & feudis omnibus tum ecclesiasticis, cum imperialibus multatur. Ab impacto vero crimine hæreseos, ut se purgaret coram Pontifice, terminus usque ad Kal. Octob. præstitutus. Constitutionem hanc ab Annalista omittam legas apud Martene col. 671. & Lunigium num. XV. Nec diu post V. id. Aprilis ejusdem anni publice illi denunciavit Joannes ut Longobardia ac tota demum Italia abstergeret, quod pariter editum apud Annalistas non legas, asserit vero Martene col. 684. & Lunig. num. XVI.

Ejusdem anni die X. Kal. Novembris sententia hæreseos in Bavarum dicitur a pontifice, quam sententiam recitat Annalista ad A. 1327. num. 20.

Sequenti anno 1328. die XII. Kal. Februarii crucem in Bavarum indici iussit pontifex, literis ad Theodorum diaconum cardinalem A. S. L. datis, quas ex Annalibus anno illo num. 4. repetas. Tum & publicis literis mandatum est Romanis a Pontifice ut Bavarum ex urbe pellerent, quas literas die II. Kal. Aprilis signatas, cum alia ejusdem diei bulla, qua coronatio Bavari in imperatorem irrita declaratur, primi produxerunt Martene col. 726. & Lunig. numero XVIII. & XIX.

Veteres sententias, poenas, & censuras innovavit Joannes sequenti anno 1329. die cœnæ Domini, scilicet Kal. Maji, quam constitutionem inseruit in literis encyclicis ad episcopos Italiæ die III. Non. Maji datis. Publica hæc acta omisit Raynaldus, dedit vero Martene col. 772. Neque his acquiescens pontifex literis ad Episcopos Italiæ iterum directis eodem anno die VII. Kal. Julii instruit, ut sacra cruciariorum militia in Bavarum, proposito indulgentiarum præmio, scriberetur. Martene col. 777.

Rursus sequenti anno 1330. die VI. Kal. Februarii Vicarios imperiales per Germaniam a Bavarum destinari intelligens pontifex, nova constitutione qua cæteras omnes sententias confirmavit, coercendum illum censuit. Habes apud Martene col. 787. & Lunig. num. XXIII. Quod & sequenti anno die II. Non. Januarii iterandum duxit. Martene col. 816.

Cum tamen tor promulgatis edictis nihil se impetrasse pontifex intelligeret, rem totam Deo committens, quiescendum censuit, quievitque re ipsa reliquis vitæ suæ annis.

Cui demum mortalitatem exuto anno 1334. succedens Benedictus XII. mitius agere cum Ludovico cepit; nam, lenioribus verbis demulcere prius efferat eum animum conatus est, tum agi-

bat: Attente recogita, quanta tuæ menti infundetur jucunditas, dum infra clausura tuæ revolvēs peccatoris, quod te cum tanta multitudine tibi adherentium de inimici eripueris faucibus, quantoque securius in die tremendi iudicii ante tribunal Christi recepturus pro meritis poteris comparere: & adverte proinde si quod concepisse dixeris, sed parum usque nunc produxeris, cum quanto tremore cum tibi adherentibus, quorum damnationis actor existeris, comparere poteris; quantisque poenis interminabilibus tam pro tuis, quam ipsorum erroribus merearis te affigi. Rumpite itaque moras, & fac cito quod dixeris concepisse. Quid tardas ipsum, quem jam concepisti, spiritum parturire salutis? Nil mortalibus est morte certius vel incertius hora mortis. Nolite, quæsumus, procrastinare ulterius, nec de die in diem differre tam salutaris inspirationis parturire spiritum, NE SUBITO IRA DEI IN TE DESERVAT, ET EXTINCTO SPIRITU IN VINDICTÆ TEMPORE TE DISPERDAT, &c. Dat. xv. kal. julii an. XVII.

Predicta a Joanne XXII. ea divina ultio.

Alia a Benedicto eadem significata oracula. (a) Ben. to. 5. ep. fecr. 392. annal. ro. 16. ann. 1339. n. 5.

Iniecerat illi etiam sæpius Benedictus XII. virtutum laude præclarissimum improvise mortis metum, ut ad conversionem accelerandam alliceret, illumque ante octo annos his salubribus monitis intruxerat: (a) Tibi consulimus, & paternis exhortationibus & salutaribus monitis suade-

mus, quatenus diligenter considerans vias tuas malas, & dum tibi vitæ tempus superest ab eis convertere, & ad vias rectas dirigere non differas gressus tuos, ut possis illa verba prophetica dicere Domino: Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in testimonia tua: non solum sæpe, sed sæpius intra tua præcordia revolvendo, quod moriturus es, & tibi, qui jam in annos processisti plurimos, mortis terminus appropinquat, & ignoras penitus dies mortis. ET QUID ETIAM, SI (QUOD ABSIT) TE CONTINGERET IN TALI STATU ET CUM TALIBUS OPERIBUS TERMINUM CLAUDERE VITÆ TUE, EXTINDE CUM TE TUA SEQUERENTUR OPERA REPORTARES? PROPECTO NIHIL ALIUD NISI POENAS CRUCIATUS PERPETUI, ET TORMENTA, &c. Dat. Avin. x. kal. februarii anno v.

Non defuerat apostolico muneri Clementis VI. prædecessorum exemplo in eo ad Christianam poenitentiam, objecta improvise mortis formidine provocando: cumque durum peccus mollire non potuisset, demum illum horrenda hac comminatione, ex hypothesi nempe, quod non ad Deum converteretur, frequentato in scriptura sacra loquendi more, superiori anno perculerat. VENIAT EI LAQUEUS QUEM IGNORAT, ET CADAT IN IPSUM, SIT MALEDICTUS INGREDIENS, SIT MALEDICTUS EGREDIENS. Quam quidem sententiam non cecidisse

Minæ Clementis in Ludov. non irrita.

NOTE agitata de pace consilia, quæ nunciorum ultro citroque missatione diu pertracta, nunquam tamen ad optatum exitum perducta: sive id Ludovici pernicacia, sive malignæ invidorum quorundam artes prohibuerint, incertum. Numquam tamen, licet toties delusus, pontifex inducere in animum potuit, ut novis edictis Ludovici animum exacerbaret. Tertius in pontificatu successit Clemens VI. qui anno 1342. exoritur succedenti anno 1343. die II. Id. Aprilis constitutionem suam in Bavarum promulgavit, qua veteres omnes sententias commemorans confirmat, novum trimestre spatium constituit, ut intra illud regium titulum administrationemque deponeret, latum ab Apostolica sede interdictum & censuras servaret, ab injuriis in Romanam sedem abstergeret; minitatus alioqui poenas pro contumacia modo graviores. Verum cum furdo se canere intelligeret, Ludovicum cum Romana ecclesia conciliandum desperans, imperatorem alterum assumendum suscepit; quod & præstitum anno 1346. ut in Annalibus ad eundem annum fusius narratur. Hæc constitutionum pontificiarum in Bavarum historia.

Nec sæpe adeo exagitatus a pontificibus Bavarum quievit iudicandus est. Quamquam enim ejus edicta omnia in pontificem lata lucem publicam minime vidisse facile credo; nonnulla tamen supervent, ex quibus de reliquis iudicium capere licet. Vix enim interpellari se a pontifice agnovit, continuo eodem illo anno 1323. apologiam suam de scripto publicavit, quam, & appellatione sua ad futurum concilium claudit. Vide Annales ad 1323. n. 34. Sequenti anno 1324. fidei suæ confessionem publicas in tabulis referens ac promulgans, agnoscere se profiteretur ecclesiam Romanam magistræ fidei, matrem suam, quam semper contra adversarios se defensurum sponderet, cujus in obsequium paratum se ad omnia pollicetur. Sed & vicissim imperii Romani jura se defensurum protestatur. Annal. ad A. 1324. Eodem ipso anno jura sua convelli a pontifice, quem accusat hæreseos, querens, appellationem iterum ad futurum concilium interposuit. Annal. ad A. 1324. num. 14. Appellationem hanc signatam Reginburgi mense Augusto hujus anni exhibet Lunig Spicileg. eccl. to. I. num. XIII. sed cum Latinitatis sit cultioris, quam cujus excerpta exhibet hic Annalista, novatoris alicujus opera vitiatam esse non dubito; nec forte diversa est ab ea quam Aventinus in Annalibus Bolorum supposuit, de qua vide adnotationem meam ad A. 1328. Sed & idem Lunig. Spicileg. continuat. I. num. XIII. appellationem alteram ejusdem Ludovici recitat, quæ cum excerptis Annalistarum congruit, signaturque anno 1324. Indict. VII. die XXII. mensis.... hanc plane sinceram credo.

Secundum hæc, anno 1328. Romæ agens ac Imperiali corona superbiens, edictum promulgavit, quo Joannem XXII. a Deo & a se privatum pontificia dignitate pronuntiabat. Edictum illud apud Lunig. num. XX. signatur anno 1328. Indict. XI. die XVIII. Aprilis. Id vero semel Romæ publicatum, iterum hoc anno Pisis agens die XII. Decembris reproduxit, ut ex Lunig. Spicileg. continuat. I. num. XXII. Post hæc nulla Ludovici edicta in pontifice promulgata sunt, vel si forte prodierint, nulla tamen hodie supervent.

diffe irritam, orbis expavit. Quis enim fustior laqueus esse possit, quam repentina mors, quæ peccatorum, quasi injecto laqueo hominum aspectum fugiente, præfocavit? Quis ingressus egressusque tristior fingi queat, cum egressus domo & ingrediens agrum, non salutis animæ, sed ferarum venatui intentus, repente sit raptus ad divinum tribunal? De quo hæc ad Bertrandum tit. S. Marcelli presbyterum Card. Apostolicæ sedis in Sicilia regno legatum scripsit Pontifex (a): *Credimus ad tuam notitiam perductum, qualiter inverteratus ille dierum matorum Bavarus, hostis Christi & ejusdem ecclesiæ, subitanea morte de medio sit sublatus, ex cuius subtractione charissimi in Christo filii nostri Caroli Regis Romanorum illustris speramus, auctore Domino, negotia prosperari. Dat. Avin. id. novembris anno vi. Mortis genus breviter attingit Albertus Argentinensis (b): Eodem, inquit, anno princeps Ludovicus in venatione ursi in filvis juxta Monachum paralyti percussus, de equo corruens expiravit anno Domini MCCCXLVII, quinto idus octobris anno regni sui trigesimo tertio finito minus octo diebus, imperii vero decimonono. Describit fufius eandem mortem Rebdorfius (c) divinæque ultimæ Ludovici flagitiis exasperatæ tribuit: Eodem, inquit, anno v. idus octobris prædictus Ludovicus, de civitate sua Monacho Frisingensis diocesis exiens ad venationem ferarum, in qua temporibus vitæ suæ delectabatur ultra modum, de mane bilaris & jucundus, quia uxor sua præscripta sibi peperit infantem, quia adhuc non erat baptizatus, cum insisteret venationi & insisteret equo suo, subito apoplexia percussus circa meridiem ejusdem diei cecidit ad terram in medio familiae suæ de equo ad duomilliaria de Monacho, & subitanea morte decessit. Et sic notabiliter divina plaga interit, non sine causa, quia aliquot annis ante obitum suum officiis & judiciis suis præposuit tyrannos & excoriatores pauperum, minimam justitiam facientes. In expeditionibus suis permisit terram & pauperes excoriari. In hospitibus, ecclesiis, monasteriis, secularibus & religiosis prælatis ipse & filii sui gravissimi fuerunt. Clerum secularem odio cordis habuit, imo expresse pluries dixit, quod si thesaurizaret thesaurum de luto, collegia secularia non fundaret. Et sic non absolutus a sententiis excommunicationis ecclesiæ, quas Joannes Papa contra ipsum fulminavit, miserissime expirat, & in parochia B. Virgivol. 2. gen. 45. Trib. in chron. Hirsaug. X.*

(a) To. 6. ep. fecr. 835.

(b) Alb. Arg. in chron.

(c) Rebdorf. in annal.

Mortis genus.

(d) Hocsem. hist. Leod. in Engelb. Marian. l. 2. c. 35. Nauch. vol. 2. gen. 45. Trib. in chron. Hirsaug. X. Caroli res confirmatæ.

rimæ, quæ antea erant adversatæ, agnita iusta illius electione vivo Ludovico celebrata, ad obsequium partim potentia metu, partim religionis studio tædive censura, partim promissis ac spe certatim conflueret. Describit ejusdem Regis progressus, ac virium, & ex affinitatibus principum potentiam Albertus Argentinensis (e): utque Ratispona, Nurembergum, Wittembergensis comitatus, Bambergæ, Herbipolis, Argentina, universaque Alsatia in ejus obsequium procubuerint; tum Bertholdus episcopus Argentinensis regali jure ab ipso sit indutus, ita enarrat: *Argentina etiam honorifice est receptus, ipsum episcopum in gradibus ecclesiæ indutus regalibus insignibus, habens coronam auream in capite & pomum & sceptrum in manibus, de suis regalibus, præstito sibi homagio, solemniter investivit. Gratulatus est vii. id. decembris. Pontifex Carolo ipsum plures urbes ac populos extincto Ludovico feliciter ad obsequium suum adduxisse, eumque ad res præclare gerendas magis accendit: Fili charissime, acceptabile tempus, quod ille per quem vivis & regnas & feliciter & opportune disposuit, prudenter attendens, ad ea, quæ Deo placita & grata cognoveris, & honorem ipsius ecclesiæ matris tuæ respiciunt, ac tui status votiva pariter incrementa perducant, erige animum, convertite studia, & operationes intende; & sic te sub spe divini auxilii & favoris accingas, quod dextera Domini factus tuos & opera dirigente, aspera convertantur in plana, & indirecta qualibet dirigantur. Addit se ad illius augendas res absolvendorum Ludovici sequacium, vidua filiique exceptis, quibusdam Germanis episc. provinciam contulisse, ad quos extant literæ (f); meminitque de his Rebdorfius (g): *Post cuius, inquit, obitum, nimirum Ludovici Bavari, Clemens Papa absolutionem, sententiarum latarum in fautores, & adhaerentes prædicto Ludovico in Alemannia commisit in solidum dominis archiepiscopo Pragensi & episcopo Babenbergensi: unde nota, quod absolvendos ab his clericis & laicos inter alia oportebat jurare solemniter ex forma commissionis data a sede Apostolica, se credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam deponere & alium creare; sed hoc esse hæreticum. Circa hoc vide canonem LXXII. d. cap. Adrian. II. & hæc forma est adjecta propter pactum Ludovici. Item ex eadem forma oportuit jurare absolvendos, quod deinceps nulli ut Imperatori obedirent, nisi prius foret per ecclesiam approbatus: & hæc forma est adjecta propter diffinitionem principum Alemannia, de qua supra sub isto Ludovico & propter illud, quod notatur in constitutione Clement. de jurejur. c. Romani super verbo, Reges, ubi glof. & etiam definitio**

(e) Alb. Arg. in chron.

Præstita illi ab Argentinens. episcopo. cl. entelaris ipso.

(f) To. 6. ep. fecr. 925.

(g) Rebdorf. in annal.

* peccatum. Jurant Germani Cæleri non nisi ab ecclesiâ confirmato parere.

Solicitatione principum loquitur de Rege. Præmonuit etiam Pontifex kal. decembris Carolum. (a) augendarum ejus rerum studio, ut cum ex obitu Ludovici Bavari senioris effloresceret in dies ejus potentia, in Italiam ad opprimenda nonnullorum consilia, qui ipsum aditu arcere moliebantur, procureretur. Neque prætereundum videtur Pontificem ad ejusdem Regis gratiam Pragensem academiam instituisse (b) atque archiepiscopo conferendæ doctoratus laureæ jus contulit, ut e subjecto diplomate patet. *Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.* Considerantes eximiam devotionis & fidei puritatem, quam tam ipse Carolus & prædecessores sui Boemiæ Reges, quam ejusdem regni incolæ ad sanctam Romanam ecclesiam gessisse, ac ipsi Carolus Rex & incolæ generare dignoscuntur, ferventi desiderio ducimur, ut regnum ipsum, quod divina bonitas multitudine populi rerumque copia prædotavit, fiat literarum fertilitate fecundum, ac in eo quemadmodum auri & argenti fore dignoscitur, sic scientiarum prævalentium sit *... ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitor ornatus, ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sique ibi fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant universi literaribus cupientes imbui documentis. His igitur omnibus, & præsertim amœnitatibus civitatis præfatæ diligenti examinatione pensatis, ad hujusmodi universalem non solum præmissorum ejusdem regni & regionum circumadiacentium incolarum, sed etiam aliorum, qui de diversis mundi partibus ad eandem confluent civitatem, commodum & profectum paternis affectibus anhelantes, dicti Regis supplicationibus inclinati de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate statuimus, ut in dicta civitate Pragensi perpetuis futuris temporibus generale studium vigeat in qualibet licita facultate: & quod legentes & studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus concessis doctoribus, legentibus, & studentibus commorantibus in studio generali gaudeant & utantur: quodque illi, qui processu temporis scientiæ margaritam fuerint in illa facultate, in qua studuerint, assecuti; sibi que docendi licentiam, ut alios erudire valeant ac magisterii honorem seu titulum petierint impertiri, per magistros seu magistrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit faciendæ, archiepiscopo Pragensi, qui est pro tempore, presententur. Idem quoque archiepiscopus, doctoribus & magistris in eadem facultate inibi actu regentibus convocatis, illos in iis, que promovendis ad doctoratus seu magisterii honorem requiruntur per se vel alium juxta modum & con-

Pontificum ea de re diploma.

* abundantia.

Præferenda conferenda doctoratus laureæ ratio.

uetudinem, quæ super talibus in generalibus studiis observantur, examinare student diligenter; eisque, si ad hoc sufficientes & idonei reperti fuerint, hujusmodi licentiam tribuat, ac honorem seu titulum conferat magistralem. Illi vero qui in eodem studio dictæ civitatis examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam & honorem seu titulum magisterii obtinuerint, ut est dictum, ex tunc absque examine & approbatione alia regendi & docendi tam in civitate prædicta, quam alibi ubicumque, quibuscumque tam dictæ civitatis, quam quorumlibet aliorum locorum, seu generalium studiorum, in quibus voluerint regere vel docere, statuis & consuetudinibus contrariis apostolica vel alia quacumque firmitate vallatis nequaquam obstantibus, plenam & liberam habeant facultatem. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. vii. kal. februarii anno v. Floruit initio clarissimorum doctorum numero hæc academia, Wicleffique hæreses in Boemiam illatas damnavit, deinde a Joanne Hus, Jacobello, & Hieronymo contaminatam obsolevisse, ac virum pravissimarum opinionum universæ Boemiæ infudisse, visuri fumus. Nunc ad Neapolitanos tumultus orationem traducimus. Tradita legato potestas, ut in Regiam principem inquirat. Mart. scripti heres agnitus. (c) Tom. 5. ep. fecr. 900. usque ad 908. Sumptum de pluribus reis supplicium. (d) Jo. Vill. l. 12. c. 51. Summ. l. 3. hist. Neap. & alii. Non habita est questio de Regia. In eam conc. ratæ turba. (e) To. 5. ep. fecr. 960. 1224. 1226. & 12. 6. ep. fecr. 416.

XII. Neapolitanæ res.

Tradita legato potestas, ut in Regiam principem inquirat. Mart. scripti heres agnitus. (c) Tom. 5. ep. fecr. 900. usque ad 908. Sumptum de pluribus reis supplicium. (d) Jo. Vill. l. 12. c. 51. Summ. l. 3. hist. Neap. & alii. Non habita est questio de Regia. In eam conc. ratæ turba. (e) To. 5. ep. fecr. 960. 1224. 1226. & 12. 6. ep. fecr. 416.

bus armorum foedera junxit. In Joannam itaque, ut sceleris in Andream parrati consciam, citiores Siculi movere cœperunt. Pronisque ita in exitum rebus, cœpuit Clemens (a), regni administrationem Joannæ permittendam, ne illius amissi invidia ecclesiæ adhæresceret. Munivit iter Ludovico Quinqueecclesiensis episcopus, conductis Italicis copiis, cui Fundorum comes junxit vires, pluribusque locis qua vi qua deditio occupatis, monuit Ludovicum, ut ad certissimum triumphum, regni amplissimi, jam jam in illius obsequium procubituri spem provolarer. Qua de re certior factus Clemens, ut periclitanti regno succurreret, consuluit legato (b), principes Neapolitanos inter se foedere constringendos, ut ab imminente exitio regnum vindicarent. Sed eos pontificio posthabito consilio, dum mutuo ardent livore, communi hosti se dididisse, visuri sumus.

Interea Ludovicus adulto autumno irrupit in Italiam, quamvis censuræ a Joanne XXII. Siciliam invasuris incussæ ei objicerentur (c): ac Bertrando Cardinali apud Fulginates sibi occurrenti (d), intantique anathema, respondit se illæsa ecclesiæ jura servaturum, & justam causam justo divino Namini commendaturum. Motis dein castris Aquilam pervigilio natalis Domini pervenit (e), cujus victorias sequenti anno describemus. In hac vero Neapolitanarum rerum consternatione, cum parte alia Aragonii ex Trinacria irruptionem minitarentur, missique jam ante ad Pontificem oratoribus gratiam ecclesiæ expetissent, polliciti (f) vestigale aurum, cui solvendo defuerant, pontificio aratio se illaturos, Joannam adedere, ut suis in Trinacriam, juribus cederet: ex quo foedere Aragonii in Trinacria regium nomen sibi afferuerunt.

Afferit illius leges Fazellus his verbis (g): *Officiosa legatorum relatione atque opera pax demum inter Joannam & Ludovicum Regem, omnesque Sicilia proceres anno salutis MCCCXLVII. pridie nonas novembris his pactis inita est, ut Sicilia regnum perpetuo apud Ludovicum esset, qui pro anno censu ad unciarum tria millia Romano Pontifici in festo Apostolorum Petri & Pauli Regiæ Joannæ nomine pendenda teneretur: ut idem, si regnum Neapolitanum ab hoste quandoque invaderetur, classem triremium quindecim ad trimestre cum soluto milite auxiliarem mitteret: Joannæ vero Regina jus, si quod in Sicilia & insulis adjacentibus habebat, Ludovico in perpetuum cederet, Romanus quoque Pontifex Siculos & Regem a diris, & prætorum amorum censibus absolveret, pacemque probaret. Patre sunt ex foederis leges inconsulto summo Pontifice. Quibus au-*

(a) To. 5. ep. secr. 1224. Quia- que eccl. episcopi irruptio.

(b) To. 6. ep. secr. 835. Clementis consilium ad Ungaros repellendos.

(c) To. 6. ep. secr. 612. 657. ad 678. Legato obicienti censuras responsum.

(d) Jo. Villan. l. 12. c. 106. (e) Cap. 110. Pax Joannam inter & Trinacriam percussa.

(f) To. 5. ep. secr. 1256.

(g) Fazell. dec. poster. l. 9. c. 5. Illius pactiones.

ditis Clemens hæc rescripsit (b) Bertrando Cardinali legato.

De tractatu habito inter eandem Reginam & occupatores Sicilia valde miramur, nam per manus nostras tractatum habere poterant meliorem. Sed si datum erat, ut sic hujusmodi concordia fieret, minus molestum nobis est, quod Regina tantum suoque consilio, si quod minus provide factum est, valeat imputari: nos enim super eo, quod Romanam concernit ecclesiam, proponimus sicut erit expediens providere: nec intentionis nostræ est, quod Regina octo millia, & detentores præfati tria millia unciarum juxta ordinationem felicitis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri apostolicæ cameræ singulis annis solvantur, &c. Dat. Avin. idib. novembris anno VI. Atque hæcenus de rebus Siculis: jam Romanas & theatrales tribuni universum orbem subigere meditantis, ac leges dantis imperatoribus, molitiones insolentes aggredimur.

Corripuit hoc anno tyrannidem in Urbe (i), captata absentia Pontificum occasione, insignis impostor Nicolaus Laurentius cum popularem benevolentiam restituendæ antiquæ amplitudini Romanæ reipublicæ inani ostentatione collegisset. Natus erat ex obscurissimo genere, matre pannorum loricæ, patre tabernario: in eam tamen superbiam elatus est, ut levibus successibus inflatus Cæsarum majestatem æquare, universumque orbem sibi subjicere affectaret, impertaliaque ornamenta suscipere. Eloquentia fuit is admirabili, insatiabili gloriæ animo: justitiæ vindex acerrimus initio, dum sibi studium populare putavit necessarium: dolorum mirus artifex, ut cum pontificiam dignitatem oppugnaret, se ad illam afferendam incumbere gloriaretur: hypocrita scelestissimus, magorum (k) enim & dæmonum (l) societate inquinatus, pietatis larvam sibi asciscibat, ut sanctorum sibi victorias spondentium colloquiis frui ementiretur.

Hic igitur cum cæfareis apices volveret animo, mellitis verbis subornare populum cœpit atque secretis & publicis conventiculis ac sermonibus ad libertatem dignitatemque pristinam excitare: adducere in invidiam illos qui justitiam administrabant: plura de se polliceri, propositis emblematis curiosorum oculos pacifice captaque procerum ex Urbe absentium occasione, populum ad publicam rem a tyrannide labefactatam constabiliendam vocare ad capitulum. Ita a populo, quem eloquentia sua subornarat, impetravit sacro pentecostes pervigilio, ut rector Urbis una cum Raimundo episcopo Urbevetano in divinis pontificio vicario crearetur (m) ea lege, si Romano Pontifici grata res & accepta accederet.

(b) To. 6. ep. secr. 835. Inita inconsulto Pontifice.

Suis rationibus prospicere decernit Clemens.

XIII. (i) Via Nicol. Laur. c. 11.

Nicolaus Laurentii dotes.

(k) To. 6. ep. secr. 881.

(l) Vit. Nic. c. ult. Eiusdem artes ad conciliandum sibi populare studium.

Urbis administrationem corripit.

(m) To. 6. ep. secr. 76.

Poti-

Positus votis homo vaferrimus, contemptus status (a) est, se rem publicam, ut pontificia tantum jura tueretur, ac populi salutem curaret, capefere: ac mollioribus verborum lenociniis, ut in munere a Clemente confirmaretur, flagitavit (b). Doli ac seditionis a nefario homine concitata ignarus Pontifex, certis legibus, quas consulturus sedis Apostolicæ in Urbe imperio exposuit, promissis a Nicolao Laurentio de tuendo honore pontificio factis adductus assensit (c): quamquam, inquit, hujusmodi electio fieri sine nostrâ licentia minime debuisset, cum præter hoc, quod plenum in dicta Urbe dominium habemus, præfatus populus omnia dictæ urbis officia, prout ad eos pertinebant nobis in nostræ promotionis primordiis ad apicem apostolicæ dignitatis concorditer & unanimiter concessisset.

Arrepta inde Nicolaus tribunicia potestate, neque expectata Clementis voluntate, solemnibus pompa instructa ad basilicas primum Lateranensem, deinde Vaticanam superbissimo cultu, præferens manu sceptrum, perrexit (d): utque imperiales pompas æquaret, spargi quacumque ibat pecunias iussit. Trahebat hoc splendore ad stuporem non Romanos modo, sed finitimos populos, quos subornabat literis, sui esse consilii Italos ad pristinam dignitatem libertatemque excitare. Ac recurrentibus kal. augusti equestrem baltheum magna celebritate sœmere decrevit (e), in qua non Christianos ritus, sed sacrilegos, quos sibi fixerat usurpavit. In sacra enim concha, in qua Constantinus magnus olim a S. Silvestro Papa baptisimo ablutus, atque a lepra mundatus fuerat, quæ ad commendandam miraculi memoriam religiose asservatur, ac Pontificibus, Imperatoribus & Regibus venerationi fuerat, lotricis & tabernarii filius impurum corpus lavit, ac deinde baltheo militari a Vico Scotto, prænobili cive Romano gladio accinctus vesania incredibili lectum splendidum juxta baptismales fontes sterni iussit, ut in loco sacro homo profanus quiesceret. Vertit vero prodigio vitæ Nicolai author (f) lectum etiam novum ac bene compactum mox, atque in illud sacrilegus insilit, concidisse ac Latina verba Italicis interjicit: *Et sic in nocte silenti mansit.*

Tribuniciam potestatem sibi arrogat Nicol. (d) Vit. Nicol. Laur. c. 6. Eiusdem jaclantia.

(e) Tom. 6. ep. secr. 240.

Et superba impietas.

(f) Vit. Nic. Laur. c. 10.

Et impudentia in citando Pontifice.

(g) Cap. 11. Alb. Arg. in chron. & alii.

Carolus Boemum ac Ludovicum Bavarium in imperio æmulos, ut suæ electionis jura ostenderent, agnoscerentque electionis jura, intermisso aliquanto tempore, ad Romanos devoluta: De quibus plures historici meminere, interque alios subjectis verbis MS. Vaticani author (h): *Anno Domini MCCCXLVII. populus Romanus, nobilium Urbis regimine tyrannico concalcatus, quendam Nicolaum Laurentii notarium urbis in tribunalum elegit: qui populi fretus auxilio multos nobilium occidit, seque lavari faciens in concha, qua olim Constantinus mundatus est a lepra, ipse die sancto pentecostes miles factus, talem titulum sibi fecit: Candidatus Spiritus sancti miles Nicolaus severus & clemens, liberator Urbis, zelator Italie, amator orbis, & tribunus Augustus. Ipse, gubernando Urbem, pacem multam in ea & vicinis ejus fecit: dominum Carolum electum & electores coram se citari mandavit, doctores de jure suo: & alia multa fecit, quæ dignitati & juri ecclesiæ & imperii derogabant.*

Proposito vesano edicto Nicolaus, ut superba consilia universi orbis sibi subiiciendi explicaret, educto e vagina ferro aerem ad tres mundi partes conversus, repetita ter verborum adjectione: *Hæc ad me pertinent*, divisit. Stabat ad hæc vehementi stupore defixus, collega Nicolai Urbevetanus episcopus vicarius pontificis, ac palam est professus, his se non assentiri, neque ea e Clementis Papæ conscientia emanare: ac publicas illico tabulas ea de re confici a tabellione iussit (i). Sed tyrannus, ut illius vocem obrueret, tubis clangere imperavit: aspirantque ad majora, sacrum assumptæ Virginis diem ad sumendam lauream constituit (k), qua veteres tribuni olim insigniri jactabant, atque Italicarum urbium iudices Romanam convocavit, cum persuasisset (l), ad publicam securitatem libertatemque Italiae ac felicitatem populorum a se sollemnes coetus agitatam iri; percussitque novum pecuniæ genus. De cujus temerariis ausis ita queritur Clemens in literis ad Bertrandum Card. legatum datis (m).

Dicti episcopus & Nicolaus, antequam dictæ nostræ literæ ad eos pervenissent, eorum ad nos ambaxatores & nuncios destitantes, humiliter petierunt, ut eos confirmare in tribunatus officio, vel hujusmodi eis de novo concedere officium dignaremur. Cumque nos cum fratribus nostris deliberavimus, quid super eo foret agendum, intelleximus ex insinuatione multorum, quod dictus Nicolaus concessio per nos ei rectoris titulo non contentus, sed adhuc intitulans se tribunalum, kal. augusti proximo præteritis cum nonnullis concivibus suis cingulum militare suscepit, & ad suscipiendam

Et Cæsare & electoribus.

(h) MS. bibl. Vat. fig. n. 3765. p. 32.

Arrepti ab eo tituli.

XIV. Mimica ejusdem ludibria.

(i) Vit. Nic. Laur. c. 11. Lauream tribuniciam accipit.

(k) To. 5. ep. secr. 240. (l) Jo. Vill. l. 12. c. 86i. Pontificiam ditionem sibi subicere nititur.

(m) Sup. ep. 240.

Indicti ab eo publici Italorum cœtus.

XV.

Septem coronas inepte sibi conferri jubet.

(a) Nic. Laur. in lit. ad Reynald. de Vrsin. que ext. apud Hocsem. (b) Hocsem. in l. 2. c. 35.

(c) To. 6. ep. fecr. 908. Ut Carolus & electores citant.

De creando Imper. agitari.

dam lauream qua, ut asserit, consueverant antiquis temporibus tribui, proximo præteritum tunc futurum, diem assumptionis B. Mariæ Virginis assignavit; & quod ad coronationem hujusmodi omnium civitatum & insignium locorum Italiæ studicos convocavit, quodque monetam novam cudere, ac alia plurima innovare jam cœpit: & inter alias novitates nonnullis communitatibus singularibusque personis terrarum ecclesiæ diversâ dicitur direxisse mandata; eisque vestigialium imposuisse onera insueta. Ex quibus videtur ad occupationem & usurpationem terrarum ejusdem ecclesiæ tendere, ipsasque terras dominio ecclesiæ præfata subtrahere, ac Romanæ subicere ditioni, &c. Dat. Avin. XII. kal. septembris anno VI.

Aspirabat sine dubio ad nefaria ea consilia Nicolaus, atque suo illo temerario & insano edicto kalendis augusti pronunciatum concessa a Constantino, Carolo, Othone, S. Henrico, aliisque Imperatoribus privilegia Romanæ ecclesiæ resciderat: ac tamquam Julio Cæsari suppar illius simium se finxit, & lauream coronam accepturus, ut majori religionis supercilio gentilitis ritus sectaretur, illam in S. Laurentii basilica, quæ extra Urbis mœnia est, sacrari iussit (a). Nec scenicus imperator una contentus coronam, sumendas septem decrevit, ut nimidem coronis adumbratis, ornatus videretur. Quo vero ritu celebratæ hæ ineptiæ apud Hocsemium describuntur (b), quem lector consulat. Idem vero vir vafers ut Italos deliniret, garrire cœpit ad eos potissime Romani Cæsaris creandi jus spectare, utque suo jure uterentur excitare. De quo Pontifex Carolum Cæsarem ut suis rebus Germaniæque dignitati prospiceret, admonuit (c).

Attende quæ tibi & tuis negotiis possent, quod avertat Dominus, ex iis pericula imminere: nam idem Nicolaus, originariæ conditionis oblitus, fatua insanaque præsumptione, ad fastigium cæsareæ dignitatis aspirans, post citationes derisorias, per eum de te ac electoribus imperii attentatas misit ad nonnullas civitates Italiæ nuncios & ambassiatores suos per quos eisdem civitatibus certas voces in electione Romani Imperatoris, quantum in se fuit, obtulit & concessit, non sine gravi ipsius ecclesiæ manifesta; petens, quod civitates ipse in festo resurrectionis dominicæ ipsarum nuncios Romam transmitterent pro electione Imperatoris inibi celebranda. Permulcere eæ Nicolai illecebræ plures Italos, quibus indignum videbatur in creando Romano Cæsare ipsos ad comitia non vocari; celebratique sociarum urbium conventus Nicolai famam & auctori-

tatem admodum auxere: tantusque paucissimis mensibus comparatus splendor poetas atque oratores ad Nicolai Laurentii celebrandas laudes excitavit, inter quos a Petrarcha elegantissima conscripta oratio panegyrica (d). Præterea plures principes ad consecrandam ipsius amicitiam traxit. (e) Utque Venetos & Luchinum Vicecomitem mittamus, Ludovicus Bavarus, qui Germaniæ magnæ parti imperitabat, Ludovicus Ungariæ Rex, ac Joanna Regina Siciliæ, aliique principes Siculi illius fœdus, missis oratoribus, cum eo inire studuerunt: immo Ungari & Siculi oratores coram illius tribunali multis accusationibus ac purgationibus disceptarunt. Cum vero Pontifex Ungarum studere Nicolaus accepisset, Carolum Cæsarem monuit (f), ut oratores ad Ludovicum Regem decerneret, qui illum ab omni fœdere cum Nicolao Laurentio abduceret, utpote qui non ad ipsius Regis honorem, sed ad sua fœda & turpia commoda inhiaret.

Fingebat Nicolaus Ungarum inter ac Joannam futurum pacis interpretem, ut Pontifici scribebat (g): Recepti, inquit, etiam ambassiatores Regine Joannæ ac vicarii Regis Ungariæ, Aquilæ permanentis de causa dissensionis eorum, compromittendo in me: & super quiete regni misi ambassiatam solemnem ad Reginam & vicarium supradictos. At Nicolaum ipsum Reginam pellere regno meditatam, initis cum Ludovico Rege Ungariæ arcanis fœderibus, ac comitatum Provinciam ad Joannam spectantem in Romani populi ditionem redacturum iactasse, literæ pontificiæ docent (h). Immo Ludovicum Ungariæ Regem circumvenire, atque unacum Ludovico Bavaro de subicienda illi Sicilia egisse, misso oratore mago, gravissima sunt Clementis querelæ in datis ad Bertrandum Cardinalem A. S. L. literis (i): Ut pravæ, inquit, ac fellitæ mentis Nicolai præfati clarius cognoscas effectum, nec te affectio, quam habet ad regnum Sicilia lateat; scire te volumus, quod dudum homo iste, ab humanitate qualibet segregatus, tamquam tribunus duos Theutonicos, quorum unus Theodoricus & alter Albertus proprio nomine appellantur, & quorum alter nigromanticum magnum hibernæ diabolum ferebatur inclusum, ad damnatæ memoriæ Ludovicum de Bavaria tunc viventem, cum literis suis de credentia [in quibus quidem literis eundem Ludovicum, ut Rom. Imperatorem alloqui non erubuit] destinavit. At idem Ludovicus, literis & nunciis receptis hujusmodi, credentiam nunciis prædictis impostam habere voluit, & habuit in vulgari lingua Theutonice ab eisdem, quam translata postmodum in Latinum interclusa literis nostris cedula continet seriosè. Dit.

Plurimum sibi splendorem comparat.

(d) Extr. inter opera Petrarch. (e) Vita Nic. Laur. c. 9. Salutant eum, missis oratoribus, Reges.

(f) Ead. ep. fecr. 908.

(g) Extr. apud Hocsem. c. 35. in Engelb. & Marc.

(h) To. 6. ep. fecr. 469. Cum Bavaro de subiciendo illi Siciliae illi Neapolitano regno agit.

(i) Ib. ep. fecr. 881.

(a) Vit. Nic. Laur. c. 9.

Cajetani se illi offerunt.

(b) Ib. c. 9. Pontificiam ditionem invadit.

(c) To. 6. ep. fecr. 355.

Quos fecerit prætexerit tucos.

Jubet Clemens arces militibus muniti. (d) In literis suis apud Hocsem. c. 35.

Dat. Avin. XII. non. decembris anno VI. Excepisse Nicolaum Ludovici Bavari oratores, Nicolai ipsius vitæ author refert: (a) sed sparsisse in vulgus sollicitatum venisse, ut inter Pontificem ac Ludovicum concordia interpret esset. Alia vero ab his consilia agitabantur, & Nicolaus Bavari potentia tyrannidem constabilire nitentur. Novandarum porro in Sicilia, ceteriorum rerum intestini tumultus occasione præbere, cum inter cæteros populos Cajetani cives, missis oratoribus, se suaque Nicolao Laurentio obtulerint, (b) a dono etiam decem aureorum millia miserint. Neque Urbis dominatu contentus, circumjectam ditionem ecclesiasticam proferendi imperii studio sibi subicere est aggressus: tantumque scelus magnificis verbis colorare est visus, vocari nimirum se a populis ad publicam eorum rem revocandæ justitiæ causâ capefendam: quæ dolosis verbis uni ex Cardinalibus significare non est veritus. His autem auditis Pontifex provinciæ præfectum arces fortissimo præsidio munire jussit (c).

Clemens, &c. Petro de Pinu vicereкторуi patrimonii nostri Beati Petri in Tuscia.

Nicolaus Laurentii civis Romanus, qui intulit se tribunum, cuidam ex fratribus nostris inter alia continebatur clausula quedam, cujus tenor talis est: Noverit paternitatis vestra benignitas, quod hodie primo septembris quasi omnes terras de Sabina & patrimonio propter injusta gravamina, quæ ab officialibus ecclesiæ, quod cum pudore referimus Deo teste, inferuntur eidem, & ut liberentur a rabie tyrannorum, & possint vitam ducere in justitia, & pace securam, per iudiciorum eorum ad hoc legitime ordinatos nobis eorum regimen cum lacrymis supplices commiserunt: quos nos, quia populorum gravamina qualibet de compassionis nostræ præcordio velut quedam transeunt acuta venabula, procurabimus [non ecclesiæ sanctæ præjudicium vel offensam, pro cuius ecclesiæ sanctæ causa fovenda, & pro tuenda justitia, ad quam ardentem aspirat desiderium cordis nostri, mortem etiam non timemus] omne salubre quod poterimus, remedium addibere. Quocirca discretioni tuæ, per apostolicæ scripta mandamus, quatenus de terris & locis commissæ tibi provinciæ solite curam gerens, adhibeas celeriter omne quod poteris remedium in præmissis, terras & loca prædicta, sed specialiter roccas & fortalitia. Dat. Avin. XII. kal. octobris anno sexto. Antequam hæ literæ ad provinciæ præfidem pervenirent, jam multa oppida Nicolaus invaserat, ut ipse gloriatur (d), proceresque exagitabat. Ad quem repri-

mendum Pontifex Bertrandum Cardinalem in Neapolitano regno legatum, de quo paulo ante memoravi, subjectis monitis mandatisque instruxit (e).

Clemens, &c. Bertrando Cardinali A. S. E.

Tu quoque præfatum Nicolaum, ut ab hujusmodi suis pravæ actibus & profanis excessibus deinceps abstineat, & quæ contra dictam ecclesiæ, terras & jura occupando & usurpando, ac subditis illius insolita onera imponendo; nec non contra totum orbem, specialiter contra dictum vicarium, ac dilectos filios nobiles urbis ejusdem, & charissimam in Christo filiam nostram Joannam Reginam Siciliæ illustrem, quo ad comitatum suum provinciæ, quem cameram dictorum populi mendaciter fore

ac super tractatibus, ut fertur, secreta habitis cum charissimo in Christo filio nostro Ludovico Rege Ungariæ illustri; nec non de citatione charissimi in Christo filii nostri Caroli Regis Romanorum illustri, & electorum principum Alamannia imperii ac Ludovici de Bavaria a Deo & eadem ecclesiæ iusto iudicio reprobati, quem du-

rem Bavariæ non erubuit pollutis labiis appellare, ac de fatue promulgatis per eum sine lege legibus, & de generali revocatione hactenus concessorum in derogationem primatus, ut videtur, & potestatis ejusdem ecclesiæ, licet de facto attentare præsumpsit, quamquam nullam substantiam habeant; consulte ac solemniter revocare studeas & alia facias, quæ pro tanta culpa ac transgressionis emendatæ tuæ prudentia videbuntur. Et si proprios nolite egredi terminos, sed Urbis ejusdem contentus regimine, attentata per eum sicut prædicatur, in præjudicium ecclesiæ & orbis prædictorum revocare, nobisque ac successoribus nostris juramentum fidelitatis præstare voluerit, tolere eum in concessio per nos sibi officio, aut solum aut simul cum præfato vicario, quem dicitur expulisse, vel cum aliquo alio ad ejusdem Urbis regimen, si & prout tibi videbitur expedire; receptis tamen prius ab eo per te, quod ipsam ecclesiam debita reverentia prosequeretur: & quod contra eam ejusque terras & jura nihil omnino præsumet, cautionibus juratoriis, & aliis sufficientibus; ac provisio, quod sufficienter se obliget & consensiat, quod ex nunc feratur in eum excommunicationis sententia, quam ipso facto incurrat, si contrarium eorum, quæ promiserit, attentaret: quamquam existimamus probabiliter & credamus, quod promissiones sue parum habituræ sunt firmitatis. Verum si tibi omnino intolerabilis videatur, prius eum commisso per nos ei hujusmodi officio rectoriæ, & omni titulo usurpato per ipsum vel sibi concessio, licet de facto, per dictos populum quovis modo: ac eisdem Urbi & populo de senatoribus

(c) To. 6. ep. fecr. 469.

XVI.

Monet legatum Neapol. de coitionibus Nicolai Laurentii.

Cogat, illum ad revocanda, quæ stulte præsumpsit.

Non laudanda jura ecclesiastica.

Si detrectet, munere exauctoret.

bus forensibus, sive de populo, aut aliis, sicut attentis & pensatis diligenter conditionibus & circumstantiis negotiorum & temporis videris utilis expedire, studeas providere, &c.

Judiciaria
severitate
coerceat.

Addit Pontifex, ut si Nicolaus in suscepto scelere obfirmatus fuerit, & erepta ecclesie restituere, ac male tentata rescindere detrectarit, apostolica diplomata in ditonis ecclesiasticae invasores confecta promulget: accersat illum in iudicium apud sedem Apostolicam, publicas tabulas de ejus flagitiis instruat: & cum multa patrarit, ob quae haereticis infamia laboret, perpendat an eo crimine aspersus sit, vel haereticis studio inhæserit, ac tum ut in haereticum censuras distingat. Ceterum sciat Nicolaum cavillis superbe monita sibi a Bernardino poenitentiaro pontificio data eluisse, atque omnia in ecclesie ac Pontificis honorem a se geri mille fucis ac verborum lenociniis venditare: proinde dandam operam, ut malum, antequam adolescat, præfocetur: præmonendum populum, ut se a Nicolai consortio ac studio sejungat; ac si favere perrexerit, Urbem ecclesiastico interdicto, dicta prius ipsis die, percellendam: omnia vero sacramenta, quibus Nicolao adacti fuerint, ne religio impietatis sit vinculum, dissolvenda; atque hæc & alia ipsius arbitrio ac prudentiæ se committere. Cum vero armis frangenda sit protervi hominis audacia, præfocisse se patriimonio beati Petri nepotem suum Guichardum e Cambornio. Si necessitas ferat, se principum auxilia imploraturum, neque ipsos defuturos: ac si ita videatur, foedus cum nonnullis vicinis ecclesie conditionibus honestis percutiat, ut eorum opera Nicolai vesania infringat. Dat. Avin. iv. id. octobris anno vi.

Verbis
vim ad-
dat.

XVII.

Acceptis apostolicis imperiis, Bertrandus Card. legatus Romam se contulit, atque e Vaticano palatio Nicolaum Laurentium Romana castra apud Marinum metatum in Urbem ad iusta pontificia audienda excivit (a), a quo superbe & impudenter habitus est. Cum frangere clementia ad officium Nicolaum non potuisset Clemens, illum armis edomare aggressus, legato copias in eum instruere, & Urbinos ac Columenenses sibi conciliare (b) jussit, tum Romanos admonuit in ipsos universum orbem, ac præcipue Germanos, si Nicolai eloquentia subornari se paterentur, concitarum iri.

(a) Vie.
Nic. Laur.
c. 12.

(b) Clem.
l. 6. ep.
secr. 881.

Clemens, &c. dilectis filiis populo Romano nostris & ecclesie Romanae fidelibus & devotis.

Clemen-
tis ad Ro-
manos li-
tera.

Decrevimus ex ipsius Nicolai temerariis fatuique processibus, immo gravibus & periculosis excessibus atque culpis, aliqua presentibus inferenda, ut eis coram vobis

expositis, & per vos in examen provida ac matura discussionis adductis, consideretis quæ, quot, & quanta sunt vobis, nisi per opportuna provisionis remedium ante tempus salubriter occurratur, animarum & corporum inde nascitura pericula, rerumque dispendia proventura; & ad obvian- dum hujusmodi periculis atque dispendiis, tanto attentius operam necessarie sollicitudinis impendatis, quanto ut nostris morbis, postquam per moram vices susceperint minus utiliter medela paratur. Dudum siquidem, cum venerabilem fratrem nostrum Raimundum episcopum Urbevetanum in spiritualibus in Urbe vicarium nostrum, & eundem Nicolaum ad ipsius Urbis regimen elegistis de facto tantum, quia præter id, quod in dicta Urbe plenum spirituale ac temporale dominium obtinemus, omnia ipsius Urbis officia, prout & que ad vos pertinebant, nobis in promotionis nostræ primordiis ad apicem apostolicæ dignitatis ad vitam nostram concorditer commissistis, nosque illa sub certis probationibus duximus acceptanda; nos id non solum aquo animo ulimus, sed ut nostræ dilectionis exuberantis erga vos plenius innotesceret affectus, ipsos vobis in rectores præfecimus usque ad nostræ beneplacitum voluntatis, credentes probabiliter & sperantes, quod eadem Urbs sub eorum regimine prosperitatis & status incrementa susciperet, ac tranquillitatis & pacis commodis lataretur: quodque idem Nicolaus, in quem omnium vestrum, qui estis, sicut prædicitur, peculiaris populus, ac speciales fideles filii & devoti ecclesie ejusdem, vota conveniant eligentium, fidem & devotionem erga vos & ecclesiam eandem respiciens, ac vestram benignitatem in hac parte considerans; nec minus beneficia, favores, prærogativas, gratias, quibus eum ultra, immo præter merita sua prosecuti fuimus, debita gratitudine recom- pensans, fidelis devotus esset eidem ecclesie, jura manuteneret & conservaret illius, eaque ab occupatorum eriperet manibus & potentia vestra sibi assistentis auxilio teneret. Verum ipse favore sibi commissi regiminis innumescens, & subito noitiam sui perdens, quas nobis & eidem ecclesie pro hujusmodi gratiis, honoribus, & beneficiis vices & gratiarum actiones exolverit, ut pauca excipiamus ex multis, si diligenter attenditis, perpenditis.

De epi-
scopo
Urbevet.
& Nico-
lao Laur.
præfedis
Romanae
rei.

Eundem
genulati-
onem.

Carolo &
Bavaro
diem in-
duxisse.

Sicut enim communis habet assertio, sicut vulgaris sermo denuntiat, sicut fama publica notariat, præfatus Nicolaus, commisso eidem episcopo & sibi officio non contentus, sed corde vanus vanos titulos impudenter usurpans, ac vestra postposita & neglecta utilitate communi, ad quam fallacis hominis simulata voluntas tendere videbatur; ad propria commoda inbianis, eundem episcopum, ex cujus collegio condi- tioni suæ multas nimis honor accreverat, ab

XVIII.
Queritur
Clemens
ejectum
fuisse epi-
scopum a
Nicolao.

ab hujusmodi officio repulit: qui ejusdem Nicolai execrabili facinora execratus, in eadem Urbe noluit remanere. Ipse spiri- tuales & temporales, quibus invasores & occupatores terrarum & jurium ipsis eccle- siae subjacent, penas sententiasque non ve- ritus nec timens, contra se Deum, nos, & eandem ecclesiam graviter provocare, ad occupationem terrarum & jurium ipsius ec- clesie sacrilegas manus extendere, ac sub- ditis illius gravia & insolita vectigalium imponere onera non expavit.

Ipse quoque paraonicam pelvim, in qua miserationis divinae potentia diwa memoriae Constantinum per beatum Silvestrum sacra regeneravit unda baptismatis, & a lepræ contagio miraculose mundavit, quæve in ve- nerabili Lateranensi basilica velut sacra res venerabiliter conservatur, originarie con- ditionis oblitus, se contagiosum immandum- que vitium, militare cingulum susceptorum im- mergens, quantum in se fuit, ausu damna- bili profanavit, ebrius quippe fastu elatione superbia, quam temulentus fuerat Bal- thasar ille vino. Ille, inquam, vasa tem- plum Domini, quod fuit in Jerusalem, sum- mendo pocula polluit: hic autem immunda qualibet & sordida membra perfundens a- qua sedavit vas templi Domini, quod est Romæ. Ipse Christianæ religionis mores ab- jiciens, & prisicos gentilium ritus ample- ctens, vanas coronas laureasque suscepit, ac fatuas sine lege leges more Caesarum promulgare tentavit. Ipse tanquam pullus ouagri, se liberum natum putans, qui sub- esse non didicit, cupit cum nesciat, ambi- rioso præesse, ac velut ille Lucifer proavo corde descendere meditatus est in cælum, præsumptionis suæ solium, ut sedeat aquilonis in latere, super castra cæli & altitudinem nubium stultus arrogans nititur exaltare. Ipse, cujus interiora iniquitate repleta sunt, & qui peccare non cessat, primatum ecclesie præfatæ subvertere, ac totius orbis statum ni- titur conturbare.

Ipse infimum erigens cor ad alta, cha- rissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Romanorum illustrem, ad imperiale fastigium electum legitime, riteque ab eadem ecclesia approbatum, & inveteratum illum dierum malorum Ludovicum olim du- cem Bavariae dudum in Regem Romanorum in discordia [ut dicebatur] electum, a Deo & eadem ecclesia iudicio reprobaturum, ac omni jure, si quod sibi ad regnum vel im- perium Romanorum quomodolibet compete- bat, omnique titulo & honore ac dignitate pri- vatum, cujus memoria in maledictione est, & quem pollutis labiis non erubuit, sed præ- sumpsit appellare duces Bavariae; ac prin- cipes ecclesiasticos & seculares electores im- perii generaliter primo, & deinde nomi- natim de facto citavit, ut videlicet Rex & Ludovicus ad ostendendum de jure electio- num suarum, ac electores prædicti de po-

testate eligendi coram eo Romæ personali- ter, & peremptorie comparerent, ac nibi- lominus quibusdam civitatibus Italiae, cer- tar voces in electione Romani Imperatoris obtulit vel concessit, quasi sua interst de hujusmodi electionum jure ac eligentium po- testate cognoscere, & de statu Romani im- perii ordinare, ut favorem vestrum & al- liorum populorum Italiae per hujusmodi adu- lationes subdolar, & derisoria blandimenta sibi attrahat, & ad fastigium Cesareæ di- gnitatis, ad quod insani hominis aspirat infania fatuæque præsumptio, ruat potius quam ascendat: non attendens antichristi præcursor, homo peccati, relevatus in gen- tibus, filius perditionis, qui adversatur se- que extollit super omne, quod dicitur, aut quod colitur Deus, quot vobis dispendia ex- itis congerit, quæ parat pericula, & incom- moda quanta procurat, dum contra vos Re- gis & aliorum principum prædictorum, ac omnium Germanorum corda commovet, pro- vocat iram, incitat & furorem, ac nostrum & ipsius ecclesie favorem vobis subtrahere, vosque a nostra & ipsius ecclesie avertere devotione laborat. Concessiones quoque a- conditæ Urbis tempore factas per populum Romanum, quibuscumque personis, de quibus- vis juribus & jurisdictionibus, honoribus, dignitatibus, privilegiis, atque rebus, de fa- cto, cum de jure non posset, revocare damna- bili immo damnanda temeritate præsumpsit.

Nonnulli
Italici
urbibus
eligendi
Cæsaribus
jus ficti-
tium
contulisse.

Cæsare-
um api-
cem ex-
ambire.

Revocas-
se dona-
tiones a
conditæ
Urbis
tempore
factas.

Ipse omni dolo plenus, omni que fallacia, diaboli filius, justitiæ inimicus, bestia mon- struosa, super capita ejus blasphemie no- mina scripta sunt, contra eandem sanctam, catholicam, & universalem ecclesiam blas- phemare non metuens præfatam ecclesiam ci- vilitatemque Romanam idem esse asseruit, aliaque plura evomuit impudenter erronea fidei catholice inimica, per quæ de schis- mate ac hæresi suspectum se reddidit, & utinam non infectum. Ipse in alienam mes- sem falcem, quam præsumptuosus usurpat, immittebat clericos Romanos manentes extra Urbem eandem, ut ad eandem redeant pro- posito edicto citavit: ac sententias canonum penasque non metuens, quamplures religio- sos & seculares clericos arcebat & arcebat angustia carcerali. Hæc sunt ejusdem Ni- colai opera: hæc & iis similia magnifica gesta sua: hæc utilitates & honores & com- moda Urbis & vestra, quibus se infudare jactabat; hæc sunt tributa ejus, qui tri- butum se nominat, quæ nobis & ecclesie præfatae retribuit pro tot, quæ retribuimus nos eidem: ut foeda foedera unionis & lige, per eum profinum utique Dei hostem & ab eodem Ludovico, quem in suis literis ut Ro- manorum Imperatorem alloqui & salutare non metuit, damnabiliter postulata, quæ su- per lignum sanctæ crucis juramento præstito se obtulit servaturum; & oblatam libere possessionem regni Siciliae ipsi Ludovico pro- uo ex ipsius vipereæ nationis filiis, quem

XIX.
Impium
dogma
circa ec-
clesie
principa-
tum fa-
ctisse.

Cum
Lud. Bav.
foedus co-
ivisse.

Uni ex fi-
lius Sici-
liam de-
tulisse.

pro-

XX.

propterea destinari petiit, taceamus.

Et licet zelus domus Domini, cujus gubernationem quamvis immeriti gerimus, ad obviandum tam iniquis, tamque impiis conatibus nos urgeret: nos tamen desiderantes attente more pii patris lenimento clementie Nicolaum eundem ab invio erroris retrahere, & ad viam reducere veritatis, ne adhibere ferrum ad curationem vulnerum cogemur ipsius, si fomentorum sperneret medicinam, apud eum per dilectum filium nostrum Bertrandum tit. S. Marci presbyterum Cardinalem A. S. L. paternis institutimus monitis, ut hujusmodi fatuitates erroneas atque pestiferas, ex quibus vobis & detrimenta gravia spiritualiter & temporaliter imminerebant & imminere, omnino deponeret, & ad salubre ipsius Urbis regimen & statum prospere dirigendum, contentus propriis terminis, cogitatus erigeret, converteret studia, & opera exerceret: eandem ecclesiam in dominam revereretur & matrem, errata corrigeret, pro commissis veniam peteret, & a committendis de cetero abstinere: occupata per eum ipsius ecclesie jura dimitteret, & ab occupandis manus sacrilegas revocaret. Sed ipse monita patris obaudiens & contemnens, ac medicum respiciens & medelam, quo eum patientius toleravimus, eo intumuit potius eo amplius superbiuit, quasi adeo sit imminuta potentia Domini, qui Balsazar Regem post libata pocula eadem nocte iussit occidi, regnumque suum Partibus divisit & Medis: quique Luciferum ad infernum demersit in lacum, eumque de sepulchro suo proiciens velut inutilem stirpem, sanieque pollutam cum interfectis gladio deputavit; & Cherub perdidit, de cuius medio, qui eum comederet eduxit: quique subvertentem magum ad vocem Apostoli cecitate percussit, & illustratione adventus destruet, & spiritu oris interficiet anticristum, bestiamque blasphemam dejecit in stagnum ignis & sulphuris cruciandam; ut non possit ipsius Nicolai cornua elata confringere, iniquitati ponere terminum, & linguam prohibere blasphemam.

Monitum officii a Card. legato.

Obduruisse in perfidia.

Non defuturam divinam vindictam.

Solicitati Romani, ut Nicolai partes damnent.

Quocirca universitatem vestram monemus, requirimus, & rogamus attente, ac paternis vobis sanisque consiliis suademus, quatenus premissa & alia multa, quae circa haec provida considerationi possent occurrere, attenta meditatione pensantes, ab omni ejusdem Nicolai sequela, consilio, auxilio, & favore penitus desistatis, & eum, cujus nequitia serpit ut coluber, mordet ac cancer, inficit ut venenum, in suis erroribus relinquentes, ac velut morbidum pecus totum contagio suo gregem contaminans repellentes, in ipsius ecclesie obedientia & reverentia persistatis, ejus monita & mandata solito more suscipientes humiliter, ac efficaciter adimplentes: si enim sicut speramus & credimus, in nostra &

ecclesie praesatae persistitis obedientia & devotione sincera, vos velut speciales, devotos, & fideles ipsius ecclesie filios gratis favoribus & favorabilibus gratiis, praestante Domino, paternis & sinceris affectibus prosequemur. Dat. Avin. III. non. decembris anno VI.

Antequam haec scriberet Pontifex, ac Nicolaum hostem sedis Apostolicae pronuntiaret, Columnenses qui Praeneste magnis praesidiis intruxerant, insignem ad Urbis portas cladem acceperunt (a). Ex qua insolens Nicolaus Laurentius se gulae, luxui, avaritiae, tyrannidi dedit; (b) verum cum Bertrandum Cardinalis legatus illum anathemate percussisset, atque haereticos infamia notasset, exinde improbi hominis existimatio obscurari, nobiles quorum odia in se concitavit urbem infestare, & comeatibus intercludere, populus literis pontificiis ab eo abalienari coepere: denique Pipinum Mineruini comes, quem Nicolaus in jus vocarat, exulum nobilium gratia fretus conjurationem in eum confavit (c): quam cum opprimere facile, si valuisset animo, potuisset, ut erat ignavissimus, quamvis universi orbis expugnatorem futurum se jactaret, populare studium in se refrinxisset conspicatus, abjectis tribuniciis insignibus septimo ab arrepta tyrannide mense flets ac gemens fuga ex Urbe se subduxit (d). Cujus eversionem Pontifex Carolo Regi Romanorum ac (e) Balduino Trevirensi, Walramo Coloniaensi, Gerlaco Moguntino archiepiscopis, ducique Saxoniae his verbis sequenti anno significavit (f): Factum est, inquit, (g) qui superbis resistit & dat gratiam humilibus, disponere quod ejusdem Nicolai cornua elata contrita sunt, ac ipse, quae superbe ac fatue usurpavit, tribunicia insignia perdidit, & ab urbe praedicta cum ignominia est dejectus: idemque legatus praesatum Nicolaum hujusmodi rectoriae privavit officio, ac suspectum fore de crimine haereseis sententialiter declaravit. Dat. Avin. non. februarii anno VI.

Haec de Nicolao Laurentio, quem postea in Carol. Imperatoris aula captum, raptumque Avenionem in vincula, atque ob eloquentiam liberatum, iterum Romae tyrannidem exercentem; sed dissimili exitu trucidatum, tractum unco, redactumque in cineres, visuri fumus.

Facta sunt hoc circiter tempore funestissimi inter Venetos & Genuenses belli semina levi ex causa, cum nimirum Genuenses, qui Capham sive Theodosiam Genuensium coloniam incolentes infelici x-mulatione perciti in Venetos, qui ultra Capham Pontum Euxinum navibus fulcabant, Venetam navim interceperunt: quam injuriam cum ulturi essent Veneti, atque ob unam navem invasam, aliis factum tuentibus, aliis repetentibus vindictam, Chri-

XXI. Columnenses ad Urbis portas caesi a Nicolao. (a) Vita Nic. Lau. cap. 12. Clem. 10. 6. ep. Jerr. 1107. Petr. 1. 7. ep. 13. (b) Vit. Nic. Lau. c. 15. 16. Constat in Nicolaum conjuratione. (c) Ibid.

(d) Ib. c. 16. (e) To. 6. ep. Jerr. 1111. Ignava illius fuga. (f) Ib. ep. 1112. ad 1115.

(g) Super ep. 1111.

Sententia haereticos damnatur a legato.

Quis potest illum exitus fuerit.

XXII. Genuenses inter & Venetos belli exordia.

Pontificia pro eo scripserunt cura.

(a) To. 6. ep. Jerr. 1106.

Expositum Turcicum tyranidem actum in.

(b) Ib. ep. Jerr. 307.

Sopita belli flamma. (c) Ep. Jerr. 836. Ligurum cum Cypris liti componenda data opera. (d) To. 5. ep. Jerr. 1083.

Christianus orbis Turcarum invasioni exponendus esset; Pontifex Joannem Murta Genuensium ducem rogavit (a), ut discordiae causas tolleret.

Clemens, dilectis filiis nobili viro Joanni de Murta gubernatori, & consilio civitatis Jannensis.

Ex literis vestris, quas nuper affectione paterna suscepimus, intellecto quod praetextu transitu navium dilectorum filiorum, ducis & communis Venetiarum ultra civitatem Capbensis navigantium, & pro eo quod dilecti filii. consul, & alii concives vestri in dicta civitate Capbeni morantes unam ex hujusmodi navibus jam ceperunt, inter vos ac dictos ducem & commune dissensionis materiam pacis hostis suscitare conatur; nos tanto molestius & displicentius id ferentes, quanto Christi & fidei praesatae negotia in partibus orientis adversus Turcos & alios crucis hostes, inspirante Christi gratia, utiliter inchoata, & ipsius favente potentia, felicibusque bucusque promotis successibus possent, quod avertat Dominus, potiora detrimenta sentire, ac malis & periculis, quae exinde nascitura probabilis conjectura minatur, obviare salubriter auctore Domino intendentes, universitatem vestram attente requirimus, & rogamus, &c. Adjungit mixtas imperiis preces, ut mutuum cum Venetis amicitiam colant, ac sarciant injuriam, ne rem Christianam levi de causa evertant. Dat. Avin. III. kal. septembris anno VI.

Delinare aliis literis studuit Pontifex (b) Andream Dandalum ducem caeterosque Venetos, qui cum adeo etiam tum rei maritimae gloria florissent, pari non poterant Genuenses Ponti Euxini imperio inhiare, atque etiam haud tacita erant in eos x-mulatione suffusi, insulam Chio invasisse, cum illius procuratio crucisignatis foederatis ab Imperatrice Anna permissa esset, indeque navali in oriente rei haud leve damnum illatum iri metuebant. Permissit vero eos Clemens resarciendae a Genuensibus injuriae spe, ac pontificiam in ea re operam se navaturum sponndit, ipsoque deterruit ab eo bello, ex quo versis in nutua exitia Christianis armis, barbari praemia victoriae erant relaturi. Perfecit demum sua diligentia Pontifex, ut Genuenses aequitati assentire sint visi (de quo ad Andream Dandalum & senatum Venetum scriptae sunt literae) (c) discordiamque sopiverit haud extrinsecit tamen, reviviscentem enim flammam, quae misere rem Christianam est depasta, visuri fumus. Interea ad sedandam aliam inter Genuenses & Hugonem Cyprici Regem discordiam apostolicum studium convertit Pontifex (d), cum ad Turcas reprimendos conjungendae, non distrahendae vires essent, atque ideo Joannem e Murta Genuensium ducem monuit, ut orato-

res ad controversiam componendam instructos autoritate ad sedem Apostolicam legaret.

Auctam hoc anno admodum Genuensium potentiam, adjuncta Genuensi reipublicae insula Corsica, cum pene omnes paribus animis insulani proceres in id consensissent, refert Joannes Villanus (e). Quam insulam a Bonifacio VIII. Jacobo Regi Aragonum jure beneficiario traditam ea lege vidimus, ut is Trinacriam Carolo II. Regi Siciliae restitueret: verum receptis hinc insulis, Aragonii Trinacriam etiam, cum ita suas res augerent, retinuerant. Affectarum etiam est a Genuensibus alterius insulae imperium (f), bellumque dardibus Auriis gestum cum Aragoniis in Sardinia vario eventu, ut gemino praedio alternante victoria victoresque fuerint.

In Galliis premebat tum Eduardus I. tium, vulgo nuncupatum Calerium, ingenti obsidione, strenueque obsessi turbantur moenia, cum Pontifex revocandae inter Reges pacis studio Anibaldum & Stephanum Cardinales legatos kal. februarii nullis parcere laboribus iussit (g): ac si non pacem, inducias saltem conciliarent (h). Reges etiam gravissimis literis ad id est adhortatus: Philippum (i) quidem, ut Francorum calamitatibus ad concordiam flecteretur: Eduardum autem (k), ut non modo innumera mala, quorum author illo bello esset, perpenderet; verum oculos etiam in orientem conjiceret: in eo amplissimos triumphos de divini Numinis hostibus ipsum referre, ac mortales immortalesque coronas adipisci posse: barbaros ob illius discordias insolere, remque Christianam evertere.

Clemens, &c. Eduardo Regi Anglorum illustri.

Si diligenter attenderes, fili charissime, tanquam princeps catholicus personarum innumerabilium pretioso Christi sanguine redemptarum excidia, lapsus rerum, & animarum amarius plangenda pericula, quae dissensiones & guerrae, quae inter te ac charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Franciae illustrem suscitare, produxerunt, & producent quotidie incessanter; nec non gemitus pauperum, pupillarum, orphanorum, viduarum, ac aliarum miserabilium personarum, quae depraedatae ac derobatae, famisque subjectae angustiae clamant ad Dominum lacrymis descendentes ad maxillas; nec non destructiones ecclesiarum & Monasteriorum, & locorum sacrarum, visorum & aliorum ornamentorum deceptorum divino cultus rapinas sacrilegas; captiones quoque, incarcerationes, mactationes, spoliationes, religiosorum & ecclesiasticorum ac aliarum personarum, caeteraque innumerabilia detestanda & execranda mala, divinae majestatis oculos offen-

Corsica a Genuensibus occupata.

(e) Jo. Vill. l. 12. c. 99.

(f) Eod. c. 99. Sar. l. 8. c. 16. Sardinia ab iisdem affectata. XXIII. Gallicae res ab Anglo qualifatae.

(g) To. 5. ep. Jerr. 895. (h) Ibid. ep. 975. (i) Ep. 897. Clementis ad Eduardum bello Gallico abducentum studia. (k) Ep. 890.

Proposita ingentia ex eo oborta mala.

Oriens in prædam infidelibus datus.

Si in eum vertantur arma, prosperos successus expectandos.

XXIV. Præfert religioni ambitionem Eduardus. Sacerdotum opes invidit. (a) To. 5. ep. ser. 1139. (b) Ead. ep. Pati exemplo grassatur Gallus in ecclesiasticos. (c) Ep. 1107. (d) Ep. 1108. ad 1138. (e) Ep. 1150. Missi ad utrumque legati. (f) Ep. 1151. (g) Ep. 1143. (h) Ep. 1144. ad 1154. 1156. ad 1159. 1175. ad 1185.

dentia manifeste, intra præcordia revolueris regia; tuisque considerationibus adjeceris in hac parte, quod ex prædictis fides catholica præsertim in partibus orientibus opprimitur, ac fideles ibidem degentes, propter dissensiones & guerras eadem auxilii catholicorum partium occidentalium destituti, ab infidelibus, sic turbatam Christianitatem aspicientibus, diris persecutionibus solito crudelius (quanquam his temporibus ad ipsam fidem ampliandam in ipsis partibus orientalibus existat parata materia plusquam fuerit a multis retroactis temporibus) affliguntur propterea; credimus profecto, credimus quod cor tuum emolles, & quod tot & tanta mala non procedant ulterius, nec tot bona, quot pro dilatazione fidei prædictæ fieri possent in temporibus, impediri valeant, ad pacem & concordiam cum Rege reformandam prædicto placabilem diriges animum, & convertes. Si enim tibi, fili dilectissime, arridentem fortunam dederit Dominus potius humilitari, quam elevari tuis debet animus & reperiri ad pacem hujusmodi magis promptus, ut Domino, qui pacem diligit, & in viris pacificis delectatur, placere ac ad vitandum mala prædicta, quæ ipsam graviter offendere non est dubium, curabis dirigere studia mentis tuæ, &c. Datum Avin. xviii. kal. februarii anno v.

Prætulit religioni commoda Eduardus, (a) Christiana enim pietate abhorrebat, cuius infelicem mortem vitæ respondisse: contemptumque a Deo, qui Deum contempserat, visuri sumus. Interea ecclesiasticas opes specioso crediti prætextu, ut Gallias oppugnaret, invasit (b). Cujus exemplo, ut sua tueretur, Philippus Rex (c) & sacerdotum in regno non agentium (exceptis Cardinalibus) vestigalia, decimæque aliorum sacerdotiorum occupavit, ac jura ecclesiastica in pluribus labefactavit: at quo plura eripuit ecclesiasticæ, plures clades accepit. Missi sunt (d) ad ipsum a cæptis avocandum Pastor archiepiscopus Ebretonensis & Guillelmus episcopus Carnotensis, & Galli præfules libertates ecclesiasticas tueri jussi (e): denique intentatæ (f) Philippo iræ pontificiæ, ni ecclesiasticum jus pristino splendore restitueret. Hæc Pontifex tum juris ecclesiastici tuendi studio gerebat, tum, ne Reges invasis sacris opibus bellum majori furore gererent: ad quod sedandum cum Stephanum tit. SS. Joannis & Pauli presbyterum Cardinalem ad aulam Gallicam, Annibaldum Tusculanum episcopum ad castra Anglica misisset, Isabellam (g) Eduardi matrem ac Philippam uxorem, ac Joannam Francorum Reginas, tum (h) principes ac matronas nobiles utriusque regni iv. kal. maii rogavit, ut Cardinalibus faverent. Flesti non potuit Eduardus, cum Caletum obsessum sibi de-

di vellet, de quo Pontifex ita queritur (i): (i) Ep. 1174. Repudiata ab Anglo inducere ni Caletum deditio acciperet. Miramur admodum, quod Cardinalibus Apostolica sedis nuntiis ad te dictumque Regem jamdudum per nos pro pacis reformatione hujusmodi destinatis te in aliquo nolueris aperire. Profecto tibi reputatur ad duritiam, quod ad treugas eidem Cardinalibus tractantibus denegaveris consentire, nisi castrum Caletum, quod diu tenuisti obsessum, & adhuc tenere diceris, & infra receperis. Præmiserat his preces, ut rei Christianæ ob illius cum Rege Francorum bella corruentis miseretur.

O fili dilectissime si consideranter attenderis, & intra præcordia revolueris diligenter, quot & quanta mala ex tuis & ejusdem Regis guerris & dissensionibus, ex quibus ira Dei accenditur & vehementius provocatur, secuta sunt, & quot & quanta bona præsertim ad præsens sunt & mittuntur, proculdubio credimus, quod tu quem ad bona opera hujusmodi zelum ferventem & devotum habere audivimus, ad tuam conscientiam, ut pacis inbæverere proceres vestigiis, te reduces, &c. Porrexit (k) sed irrito conatu, similes Philippæ Reginæ, Eduardo filio Anglici scæptri heredi, alitque proceribus preces, ut Regem ad concordiam adducerent. At fixum Eduardi animo erat nisi arce, obsessa in suam potestatem redacta, omnem concordiam tractatum respuere ac frustra etiam lectis utrinque quinque proceribus ad Cardinalium preces colloquium de concordia ageretur (l). Philippus autem Francorum Rex, ut Itienis fidei & constantiæ, qui non nisi fame ab Anglo edomari poterant, responderet ad inferendos mari comæatus classem triræmium duodecim Genuensium ac navium septuaginta instruxit (m): sed mox atque ab Anglis conspectæ sunt ex adverso Doverensium Angliæ portu, in Gallicam classem illi irruerunt tanto impetu, ut partim capta, partim fuga dissipata fuerit: atque ita Itienenses summa rei frumentariæ inopia prestos deditioem fecere (n).

Potitus Caletum Eduardus civis alio migrare jussit, & Anglorum coloniam in eam urbem traduxit, ut belli armamentarium esset. Notat vero Joannes Villanus (o) exiguum fuisse illud opus ab Anglo navatæ post amplissimam victoriam pretium, ejusque triumphos Anglis exitiales fuisse, quinquaginta enim millia fuorum tum morbo tum in præteritis pugnis ipsum amisisse: ut mittamus in reditu grave periculum subivisse (p), ac nonnullas & suis naves vi tempestatis missas: inducias vero, annitentibus jussu pontificio (q) Cardinalibus internuntiis, de quibus supra memoravi, ad S. Joannis natalitia percussisse, ut excurrere eo tempore, missis ad sedem Apostolicam oratoribus, de pace ageretur: arcana vero consilia e-

(i) Ep. 1174. Repudiata ab Anglo inducere ni Caletum deditio acciperet.

(k) Ead. 10. 5. ep. ser. 1175. ad 1185. (l) Jo. Vill. l. 12. c. 95. (m) Cap. 94. Classis Gallica dissipata. (n) Id. Vill. ead. MS. bibl. Vat. sig. n. 3765. (o) Prof. hist. l. 1. Paul. Emil. in Phil. VI. Palling. in Eduard. III. Meyer. hist. Fl. l. 12. & alii. (p) Anglo-rum de Gallo viciorie ipsius functione. (q) Jo. Vill. l. 12. c. 95. (r) Meyer. hist. Flan. l. 13. in Lud. M. leano. Compositæ inde cæ. (s) To. 6. ep. ser. 181. 289.

(a) Ep. 413.

XXV. Damnata nova hæresis Deum fin-gens peccati auctorem. (b) To. 4. bibl. patr. col. 1223. (c) Cantac. l. 4. c. 1. (d) Lib. 3. c. 99. Cantacuzenus Constantinopoli potitur.

Partitur cum Joanne Palæolo. Imperium.

(e) Cap. 3. Pseudofynodus adversus Acyndinum.

Patriarcham de-jicit.

(f) Lib. 4. c. 3.

rant, ut cum milite & ærario exhaustus esset, debilitatas vires reficeret. De ini-tis inter Reges induciis meminit Pontifex (a), quas ad decimum quintum a festo S. Joannis Baptistæ evolvendum diem pa-tas ait.

Damnatus est Parisiis (b) a doctoribus error insignis Joannis e Mercuria Cister-ciensis ordinis, qui adeo insanit, ut Deum peccati auctorem, qua peccatum est, af-firmare non perhorruerit: cujus doctri-næ hæc nostrorum temporum novatores improbis quibusque ut fræna peccandi laxarent, propinarunt.

In oriente Græcorum res in exitium ver-sæ, Cantacuzenus enim tyrannus, cum-jam universum imperium Constantinopoli, Thessalonica, & Aeno exceptis occu-paret (c), constata in urbe Constantinopoli-tana conjuratione, perrupta a prodito-ribus porta aurea noctu ingreditur (d). Ex-civit in auxilium Anna Augusta Galatæos Latinos, qui cum triræmibus & lem-bis ad Blachernas applicare niterentur, a Cantacuzeni copis atque a populo telis petiti, recessere. Ita illa, cum eorum, qui palatium imperiale præsidio tenebant, proditorem merueret, Cantacuzeni mol-lioribus verbis delinita Afanis & Palamæ, quos e custodia dimiserat, pacis inter-pretam opera fœdus his legibus percussit: Imperarent ambo Cantacuzenus & Joan-nes adolescens Palæologus, seque ea invicem benevolentia complecterentur, qua patres & filii solent, juniorque seniori potiores de-ferret in omnibus, ac propter ætatem non-dum firmatam decem annos administratione cederet: quibus exactis æquali authorita-te cum eo imperaret. In hac conditiones & ipse Imperator & Anna Augusta cum filio Imperatore, ut in perpetuum servandis, ju-raverunt. Secundum jaramenta qui in pala-tio erant, portis reclusis, Cantacuzenum Imperatorem acceperunt vi. id. februarias anno orbis conditi sexies millesimo octingen-tesimo quinquagesimo quinto. indictione quin-tadecima.

Redactis in suam potestatem Blacher-nis, victor ad confirmandam tyrannidem in palatio ornamentis imperialibus redi-miri voluit (e), ac filiam Helenam Joan-ni Palæologo matrimonio junxit: coegit-que pseudofynodum Constantinopoli in-qua Acyndinus pius monachus, qui Bar-laami vestigia secutus hæresiarchæ Palamæ pseudomonachi errores depulsa, exditos-que commentarios de simplicitate divinæ naturæ conscripsit, una cum sibi adhæren-tium cœtu damnatus est, ac Joannes pa-triarcha ob impensum Acyndino studium, exagitatosque Palamæ sequaces gradu pa-triarchali deturbatus; Palamæ vero hære-sis edicto confirmatæ; de quo hæc Can-tacuzenus (f): De dogmatis tomum edunt in quo consentitur omnes, Acyndinum ejus-

que cœtum prave atque impie de religio-ne sentire: Palamam autem cum sui st-milibus divinatorum theologorum placitis, consentanea sapere & consieri. Tinctus erat Palamæ erroribus Cantacuzenus, ut strina. passim ejus scripta ostendunt fuisseque a Paulo patriarcha Constantinopolita-no (g) Latino apud Urbanum V. de (g) Paul pravis dogmatibus accusatum, inferius vi-suri sumus. Quantum vero Palamæ pla-cita corrupta essent, discreparentque a theologorum dictis, jam ante a nobis est ostensum, magisque illustrabitur ex De-metrio Constantinopolitano, qui Palamæ errores ex ejusdem fœdissimis libris decer-ptos recentet, ac pseudofynodi cum ip-so sentientis profanum decretum ex par-te adducit, auspicaturque exordium ab ipso harum controversiarum, quæ cœcu-tientem Græciam densioribus involvere te-nebris, fundamento: nimirum Palamam pseudomonachos, quibus dæmon in an-gelum locis transfusus. se objiciebat, tuen-dos & omphalopsychorum hæresim am-plificandam suscepisse. Palamas, inquit (h), in secunda earum oratione, quas inscribit pri-ores, hoc ait: Quoniam, ut quidam testa-tur, qui circa hæc inter valde peritos e-numeratur, is erat Simeon abbas Xero-cerci, cujus deliria suo loco attuli, & ab ipso Demetrio in hoc ipso opere re-putuntur, post transgressionem, qui fieri po-tesst, ut non magnopere conducat figuræ externas internis assimilari? qui enim se-finat ad colligendam mentem in se, non debet motu recto moveri, sed circulari & ab omni erratione libero; neque oculum huc illuc circumducere, sed veluti quodam fir-mamento in proprio pectore vel umbilico in-nixum habere, quippe movere se motu ex-terno circulari, quantum fieri potest, in-stat motus est mentis, quo studiose mens se ipsam exercet; & suscipiendo exterius per oculos virtutem mentis, mittit in cor hanc figuram corporis. Hujusmodi igitur pene-nem letitiam & lumina, erant hæc dia-bolica spectra, quæ pseudomonachis um-bilicum contuentibus, illudebant, totam-que de his rebus scenam per traditionem acceptam velut quamdam informem mate-riam Palamas informavit, atque deifica-vit. Et infra: De his reprebensus ab illo Barlaam, qui etiam ab initio cum detexit cum manifeste substantiam Dei visibilem & spirabilem constitueret, devotans nimirum absurdum peiori malo, hæresim curare ag-gressus est, atque audeat super substantialem existentiam Dei reali distinctione in essen-tiam & operationem, quin potius operati-nes multas dividere: atque ait in quadam prædictarum orationum, hoc lumen substan-tiam Dei non esse, etenim intactibilem il-lum esse, angelum non esse, quod hæresis characteres gerat. Et rursus: Lumen hoc intuitum esse non divinæ naturæ, sed glo-

In eafynodo damnata orthodoxa doctrina. (g) Paul inter opus aurea Theolog. typis usa Rom. an. 1332. p. 405.

Demetr. Cydonis Constanti-nopolitanus scri-bit adver-sus Pala-mam.

(h) Ext. inter ead. opusc. aur. p. 410.

Palamas hæresim Massalianam in-staurat.

Divinita-tem cor-poream fingit.

rie naturæ ejus, quam etiam dedit Dominus discipulis. Et infra: Et ad confirmationem suorum sermonum utitur lumine, quod fuit in transfiguratione Domini. Hæc postea sectatores ejus tomo edito secuti, de distinctione substantiæ Dei & operatione hæc ajunt: Nos a sacris scripturis edocti sumus, & substantiam habere Deum, & potentiam atque operationem a divina substantia differentem, immo vero potentias & operationes.

Confessio impia sequacium Palamæ.

Hæresis fingens, lumen Thaborium in creatum.

Fictæ deitates supereminentes & de mixta.

De lumine vero transfigurationis postea questum est. Dixerunt, ostensum esse sanctis increatum esse lumen transfigurationis Domini, & illud non esse substantiam ejus: & omnes ferme dixerunt, demonstratum esse. Et in anathematismis, quos ediderunt contra eos, qui non adducuntur ut credant eorum blasphemias, ubi seipso præconio celebrant, hæc ajunt: Iis, qui dicunt, divinam operationem provenire quidem ex divina substantia; provenire vero inseparabiliter, cum per illud provenire ineffabilem distinctionem significent, per illam vero particulam, inseparabiliter, admirabilem conjunctionem ostendant; æterna sit memoria. Et de lumine ita ajunt, qui constituentur, lumen quod respicitur ineffabiliter in monte transfigurationis Domini, lumen esse inaccessible, lumen imensum, & effusionem incircumscriptam divini splendoris, & gloriam ineffabilem, ac divinitatis claritatem plusquam perfectam Filii gloriam, & Dei regnum pulchritudinemque veram, atque in sui amorem allicientem circa divinam & beatam illam naturam & naturalem gloriam Dei, ac deitatis Patris & Spiritus in Unigenito coruscantem. Et propterea existimant increatum hujusmodi lumen: non tamen asserunt esse supersubstantialem Dei substantiam, tamquam illa penitus sit invisibilis & imparticipabilis: dicunt vero potius hoc lumen esse gloriam supersubstantialis substantiæ, & ab ea proficiscentem inseparabiliter, atque se ostendentem mente purgatis pro sua benignitate: cum qua gloria Dominus noster & Deus venturus est secundo suo atque tremendo adventu judicare vivos & mortuos. Æterna sit memoria. Et rursus iis, qui non constituentur juxta sanctorum a Deo inspiratas theologias, & pium ecclesiæ sensum divinissimum illud lumen neque creatum esse, neque substantiam Dei, sed increatum & naturalem gratiam, & illustrationem atque operationem ex ipsa divina substantia inseparabiliter perpetuo procedentem; anathema. Igitur univèrsè loquendo de substantia & operatione increata Dei [quam etiam lumen & gloriam & gratiam, atque illustrationem, deitatemque demissam & aliis multis nominibus nuncuparunt] hæc affirmarunt, singillatim vero multis etiam modis distinctionis usi sunt.

Perceptet Demetrius viginti hujusmodi distinctionis modos confictos a Palama garulo & imperitissimo, a pietate abhorrentes: tum alia infanda dogmata etiam adversus distinctionem personarum divinarum; quæ adeo avide ab ejus sequacibus pseudomonachis suscepta, ut de his hæc referat idem Demetrius: In omnibus impudentes ausi sunt dicere, proportionem esse; ut se habent mysteria legis antiquæ ad traditiones evangelicæ, ita etiam prædicationes evangelicæ ad nova Palamæ dogmata. Confirmat hæc author verbis Cocchini principis monachorum montis Atho, quem sanctum vocitabant. Retulit porro ab impiis Palamas (a) impietatis præmia; quippe ad Thessalonicensem archiepiscopatum evectus est: ejus autem propugnator Isidorus cognomento Bouchiras a memorata pseudosynodo patriarchalibus infulis est insignitus. Illatam sibi injuriam tulit acerbè Joannes patriarcha, habitaque suorum synodo Palamæ & sequacium impietatem ob inductas multas divinitates, alias supereminentes, alias demissas; cum inter divina attributa non distinctionem rationis tantum, seu virtutalem, sed realem collocarent, damnavit anathemate. Quem non modo amici, verum etiam plures Cantacuzeno antea adiditissimi secuti sunt: atque ita novo schismate discissa fuit Constantinopolitana ecclesia, maximaque ob hæreseos crimen conflata invidia est a Joannis patriarchæ sequacibus Cantacuzeno, ut ipse de se refert (b): Ab illo, inquit, & a veritate se abstrahentes, ipsum maledictis laecerant: & hanc mendaciam patrocinantem corrupcebant, Barlaami & Acyndini falsa dogmata per vestigia insequentes. Hæc ille tenebras lucem, & lucem tenebras appellitans. Porro orthodoxam doctrinam Barlaami, cujus nomen ob confutatos Græcorum errores invidia laborabat, in omnibus non est amplexus Joannes patriarcha: quippe in illo suo synodali decreto (c) Barlaamum inique perstrinxit, deque illo hæc habet: Quidam ausi sunt idem essentiam Dei & operationem existimare, aut operationem aliud esse tenendum est, non coeternam illam dicere, neque ejusdem principii cum sempiterno & principio carente Deo; sed creatam & corruptibilem, ut res omnes creatæ, qualis in Thaborio divinitatis splendor apparuit, aut illa, quæ pastoribus illuxit, vel quæcumque alia Dei apparitio fuit. Cæterum Barlaamus fidei athleta, qui hoc tempore Gyraensis episcopatus præerat a Clemente Papa soli Apostolicæ sedi subesse, metropolitaneque sui auctoritate liber renantiatus est, ut ex regeſto pontificio constat. Ipsum in controversia de divina essentia & ejus operatione optime sensisse demonstrat pluribus Pontanus (d), in notis ad Can-

Palamæ dogmata a sequacibus evangelio antelata.

(a) Jo. par. in suo edito synod. Isidorus patriarcha Constantinop. creatus.

A Joanne æmulo damnatur.

(b) Cantacuzeni. l. 4. c. 3.

(c) Ext. apud Leon. Al. lat. l. 2. de eccl. occid. & orien. con. sens. c. 6.

Barlaami doctrina perperam perstricta erroris a Joan. patriarch. Quis Barlaam fuerit. De distinctione divinæ essentia & ejus operationis. (d) Pontan. in c. 40. l. 2. Cantacuz. Can-

Cantacuzenum, nimirum operationem Dei immanentem idem esse cum divina essentia re, sed non-ratione: si vero de transfectione Dei operatione, quæ terminus ex operationis immanentis agatur, non esse coeternam & carentem principio; sed creaturam esse, qualis lux Thaboria fuerit, quæ exemplum erat & imago corporis glorificati. Itaque Joannes patriarcha perperam Barlaamum traduxit: prudenter autem Palamæ, qui hoc tempore novorum errorum caliginem Græcis offundebat, veniam ejusque studiosorum dogmata confutavit. Quænam autem illa esset, ita describit in memorato suo decreto (a). Superstantialem unam deitatem, sive unum Deum in Triade sine divisione divisum, nova divisione subdividentes audaces isti multas quasdam deitates esse, & multos deos: præter vera dogmata impudenter & temerarie sanciant, &c. Tum nonnulla subjicit, quæ indicent monachos illos Græcos demonum consortio fuisse contaminatos: Naturales, inquit, hæc Dei operationes, quæ extra substantiam secundum se sunt, & loqui & consuescere, ac si vita præditæ essent cum illis, qui eorum sacris initiati sunt, spondent & increatam naturam eorum participes immutare. Quinimmo & benefactrices vocant similes deitates beneficas quæcumque ille voluerint proprio quodam modo: supersubstantialem vero deitatem parum aut nihil ad similia dicunt conferre. Et infra: Testimonium exhibent non pauci eorum qui spiritivalem curam animarum gerunt, a delusionibus per ipsos rem extorquentes, tum demum ad nos referentes. Addit hos pseudomonachos, non aulos palam blasphemiam ea dogmata edere, ne gentilitia superstitione, quæ plures deos colebat, insecti dicerentur; sed clam suis instillasse, & aliquid in rescindendis conjugii facinus aggressos: Nuptiis, inquit, hominum manus inficiunt, juvenes mulieres a viris & filiis intrepide peregrinis suis atque absurdis doctrinis separantes. Facinori addunt tonsuras temerarias & inconsideratas ex primo nostro genere juvenum, &c.

XXVI. Porro Palamam, quem multa inter se pugnantia effutiisse liquet, purgare se ab objecta multarum deitarum impietate annisum, ex illius sequacium scriptis atque inter alios Davidis Monachi, refert Pontanus (b) qui Palamitarum ineptias ita confutat: (c) Velut ex speculo elucet, quid istos fallat; concipiunt enim, & cogitatione informant operationem Dei quasi a Deo prodeat, ut lux prodit a sole, calor ab igne, aqua a fonte perenni: quod pinguis quiddam est, quam ut in subtile beneque purgatum ingenium cadere possit, cui non ignotum, hæc locutiones de progressu & fluxu operationum divinarum esse metaphoricæ, & ad nostrum intelligendi modus.

Diabolica de hujusmodi deitatibus commenta.

Sparfa clam a pseudomonachis. Nuptiarum abisdem temerata.

modum adaptatas, qui operationes tanquam quid substantia & essentia posterius & ab ea emanans concipimus. Quod tamen in Deo re ipsa locum non habet, ubi a parte rei substantia seu essentia & operationum proprius idemque sunt: nec magis operatio Dei ab essentia divina fluit, quam ipsa essentia ab essentia, cum essentia & operatio sint unum idemque ens simplicissimum, penitusque indivisum. Idem respondens ad argumenta Græcorum, de distinctione rationis sive virtuali operationis immanentis ab essentia, hanc solutionem præmisit (d): Aliud est substantia Dei, & aliud operatio non re, sed sola ratione: eadem enim res simplicissima quatenus per se existit, substantia est; quatenus vim agendi habet, potentia est; quatenus productrix effectus, operatio & energia est; & hæc omnia simul est. propter infinitatem & imperationem essentia. Observat porro jure Pontanus, inique a schismaticis Barlaamum & Acyndinum exagitatos: & merito etiam, Præteolum, eos in hæreticorum catalogo reponentem, reprehendit.

Quod ad Cantacuzenum attinet; non ille modo ob novi hæresiarchæ sumptum patrocinium de Græcia male meritis est, verum etiam ob affinitatem arctissimam cum Turcis Græcorum carnificibus, qui adeo ipsi amicitia iuncti erant, ut illum Orchanes Rex gener gratulabundus una cum filiis, quorum natu major erat Solimannus, adjerit (e); atque ex adversa Constantinopolis parte lautissima cum eo convivia peregisset, visaque Constantinopolis ad conceptum expugnandæ tantæ urbis consilium magis est inflammatus. Poposcit a barbaro auxilia Cantacuzeno, ut partem scelere imperium scelere auget, ad Crætam oppugnandum; traditaque illi ab Orchane, duce Solimanno filio, decem millia Turcarum, qui violata fide Græcos Cantacuzeno subditos invadere, diripere, trucidare, in servitutem abduxere, ut ipse Cantacuzenus ferociter abduxerit (f). Ita miseri Græci dum Pontificem Romanum inique odere, suos carnifices, Turcas inquam, ultro ad edendam ipsorum stragem exciverunt. Quod vero tum pro Græcorum salute Christi vicarius ad Turcas reprimendos gereret, intueamur.

Ut mittamus pontificia studia pro conciliandis Anglis & Gallis, ut occidentis bella in Turcas converteret, de quibus suo loco dictum est; sustentabat navalem exercitum ad ipsorum in Europam excursionem coercendas, cui præerat Franciscus archiepiscopus Cretensis A. S. L. reportatusque est secundo divino auxilio illustris triumphus. De quo certior Pontifex a legato factus, magno gaudio delibutus his verbis xxi. kal. julii gratias egit (g): Receptis gratis rumoribus per literas de

(d) Id. ib. l. 4. c. 4. (e) Cantacuzeni. Turcis conjunctissimus.

(f) Eod. cap.

(g) To. 6. ep. fecr. 74.

Turcæ a-
pud Im-
brumpro-
figati.

dictis partibus nobis missas, qualiter gen-
tes tuarum & unionis prædictæ galearum,
eis dextra divina potentia assistente, in
insula Imbri centum octodecim vasa naviga-
bilia Turcorum ceperant, & Turcos, qui
de dictis vasis ad terram ejusdem insula
aufugerant, circumclusos seu obsessos tenen-
tes, ad eos debellandos & captivandos fa-
cilius miserant pro equis & armis, homi-
nibus & peditibus & aliis subsidiis op-
portunis, intendentes nobis, quæ inde
contingerent, nuntiare, &c. Meminit Bo-
sius (a) de parta hac victoria apud Im-
brum insulam, quam perfridi Turcæ vio-
latis induciis, instructa centum quinquaginta
navium classe, numerosissimoque
exercitu oppugnabant, incensaque ho-
stium naves centum supra octodecim
majores minoresve ait: denique eos,
qui in terram evaserant, ad deditionem
coactos: ad quinque millia mancipatos
servituti: auctum vero triumphi decus ex
eo, si nostrarum trimum exiguus nume-
rus cum hostilis classis magnitudine con-
feratur. Non defuere viri nobiles, qui
pio accensi ardore adversus Turcas pro-
currere: inter quos Barnabas Gerardus
Parmentis trecentis equitibus, peditibus
quadringentis fuccinctus suis stipendiis has
copias integro anno sustentaturus ruen-
dæ fidei studio sacræ expeditioni se ad-
dixit (b): a quo Smyrnam fortissime pro-
pugnatam visuri sumus.

(a) Bosius
hist. equit.
Hier. p.
2. l. 2.

(b) To. 5.
ep. fecr.
1042.
XXVIII.
Armenia
vexata a
soldano.

A Cyprio
& Rhodio
submis-
sa illi au-
xilia.
(c) Ib.
ep. 407.
(d) Ep.
408.

(e) Super
ep. 409.
De Aja-
cio in
Cilicia
recupe-
rando
actum.

(f) To. 6.
ep. fecr.
406. ext.
etiam in
MS. ar-
chiv. Vat.
de reb.
Transm.
pag. 86.

Vertenda e Turcis in Saracenos Syros,
Ægyptios & Babylonios cruce signatorum
arma fuerunt: soldanus enim Armeniam
magno furore invasit, ut omnem Chri-
stianæ religionis cultum in Asia extingueret,
ratus everso eo regno, occidentales ampli-
us orientalia bella non medituros: Tu-
lere periclitanti Armeniæ auxilia Hugo (c)
Cypri Rex, & Deodatus (d) & Gozono
Rhodiorum equitum magister, cum vi-
ctis Armenis par exitum ab infidelibus in-
ferendum Cyprium Rhodiumque maneret.
Quorum pium ardorem collaudavit Pon-
tiffex, atque Francisco (e) archiepiscopo
Gretensi A. S. L. & navalis exercitus in
Turcas cruce signati præfecto vi. kal. oc-
tobris imperia dedit, ut ad retundendos
Babyloniorum imperus, ac defendendos Ar-
menos in Ciliciam vela explicarent. Ex-
pugnatum est ab infidelibus Ajacium, in-
ferioris Armeniæ urbs nobilissima, ad quam
recuperandam, cum Rex Constantius se
accingeret, atque occidentalium implora-
ret auxilia, Clemens Venetos sollicita-
vit (f), ut maritimas vires contra Baby-
lonios conjungerent.

Dilectis filiis nobili viro Andrea Dan-
dulo duci, & communi Venetiarum.
Occurrunt frequenter considerationis no-
stræ conspectui devotionis & fidei studia,
quibus insignis terra vestra erga Deum &
Romanam ecclesiam evidentibus signis &

operibus claruit: occurrit qualiter vos pro
defensione fidei Christianæ, ac ipsius cul-
tu diffusus dilatando tamquam viri catho-
lici, & veræ fidei præfatos cultores ad-
versus ipsius persecutores & hostes labores
& sollicitudines subiectis baltenus, & sub-
itis. Propter quod in his, quæ Christi &
ipsius ecclesiæ beneplacitis conveniunt, &
ejusdem fidei favorem concernere digno-
scuntur, tanto fiducialius eadem requirit ec-
clesia, quanto sperat in his per vos satisfieri
promptius votis suis. Sane ad notiti-
am vestram jam dudum credimus perve-
nisse, qualiter soldanus Babyloniae imma-
nis persecutor nominis Christiani, ad ejus-
dem fidei anhelans exitum, post impugna-
tiones hostiles, post vexationes innumeras,
post clades, depopulationes, & spolia ad-
versus Christianos orientalium partium per-
eum, ut nostis, a longis retro temporibus
crudeliter, peccatis exigentibus, perpetra-
ta civitatem Syracensem, insignem utique
locum Armeniæ, pro dolor! occupavit, &
eam detinet occupatam, Christianos illius
cives & incolas affligens jugo miserabili
servitutis. De cuius civitatis recuperatio-
ne charissimus in Christo filius noster Con-
stantius Rex Armeniæ illustris, anxia cu-
ra sollicitus, ad vos, quorum interventi-
onibus apud eundem confidit divina favente
gratia super hoc exaudiri, ut intelleximus,
nuncios suos mittit, petiturus a
vobis ut pro recuperatione hujusmodi vel
aliqua cum eodem soldano super hoc habenda
conventionem sive concordiam ad præfatum
soldanum speciales nuncios destinatis.
Quocirca universitatem vestram attente ro-
gamus, quatenus divina remunerationis in-
tuitu, ac pro nostra & Apostolica sedis
reverentia, eidem Regi & regno consueti
favoris auxilia impendentes, petitionibus
Regis ipsius super his & aliis, quæ Deo
grata, & ipsi fidei profutura noveritis,
liberaliter condescendere prudentia vestra
velit, ut redemptor noster, cui præstabit
in hac parte gratum obsequium, mercedis
vobis præmium tribuat, nosque devotionem
vestram dignis gratiarum actionibus prosequamur
in Domino. Dat. Avin. vii. kal. octobris anno vi.

Veneti ad
mariti-
mas vires
conjungendas
sollicitati.

Legarat Constantius Armeniæ Rex in
occidentem oratorem ad Philippum Fran-
corum & Eduardum Anglorum Reges, ut
expositis orientalium Christianorum, quos
soldanus crudelissime infestabatur, cala-
mitatibus ad mutuam pacem revocaret,
incitaretque ad feliciores victorias in ori-
ente colligendas: sed occuparat adeo E-
duardi animum scepri Gallici cupido, ut
ad suspiria Armenorum ejus aures obsur-
duerint. Cum vero redisset ad Clemen-
tem ex Regum aula orator, Pontiffex rescrip-
sit Constantino, de majoribus auxiliis
Armeniæ submittendis se deliberaturum,
cum Antonii episcopi Cajetani & Co-
ronen-

XXIX.
Frustra
ab Arme-
no implo-
rata Au-
glorum
arma.

Sollici-
tatur
Constanti-
us Rex
ad errores
exincen-
dendos.

(a) To.
6. ep.
fecr. 410.
& super
MS. ar-
ch. Vat.
pag. 86.

Egre-
gium opus
urgenti
divinam
operam
non de-
futuram.

(b) Bos.
p. 2. hist.
eq. Hier.
l. 2.

(c) To. 6.
ep. fecr.
402.

ronensis electi Apostolicæ sedis legatorum,
qui ad excindendos errores in Armenia
exortos erant missi, literas de restituta in-
corrupta fidei puritate accepisset; eun-
demque Regem Armenum gravissimis sen-
tentis ad commendandam regiam illius in
tam præclaro opere diligentiam ac po-
tentiam est adhortatus (a): ea enim re-
divinum sibi patrocinium ad retunden-
dos hostium conatus ipsum conciliaturum.
Clemens, &c. charissimo in Christo filio
Constantino Regi Armenia illustri.

Rogamus serenitatem tuam, & attentius
in Domino exhortamur, quatenus prudenter
considerans, quod nulli est absque fide gra-
tia, nulli salus, quodque figura mundi hu-
jus præterit velut fumus, præfatis lega-
tis in officio legationis hujusmodi eis pro
ipsius fidei negotiis, ut præfertur, ac tuæ
subditorumque tuorum animarum salute com-
missio tamquam princeps catholicus & evan-
gelicæ veritatis amicus tui favoris auxilio
potenter & patienter assistas, ut ipsi in hu-
jusmodi officio tuo fulsi præsidio ad Dei &
ecclesiæ sanctæ catholice sponsæ suæ lau-
dem & gloriam se se possint utiliter exer-
cere, quod omnis erroris & schismatis de-
partibus ipsi fugata caligine, lumen ca-
tholice veritatis effulgeat, tuque ipsos
subditos tuos non solum temporaliter regas
& dirigas, sed eis ad æterna vitæ gau-
dia salubriter præbuisse ducatum per lau-
dabilem operum studia comproberis. Si e-
nim, prout desideramus attentius, & de
tue fidei speramus sinceritate, talibus te
studis applices, talibus operibus, ut tene-
ris insistas, ille Rex regum, per quem
viris & regnas, te regnumque tuum ab om-
nibus præservabit adversis, vota tua con-
tinuo fecundabit prosperitate successuum,
solum tuum stabiliet, & crucis hostes ad
ejusdem fidei ac tuum dictique regni exter-
minium anhelantes, dextera suæ virtute
prosterneat, tuque nostrum & ejusdem eccle-
siæ ac catholicorum Regum & principum in-
tuis opportunitatibus auxilium & favorem
adesse tibi efficaciter senties per effectum.
Dat. Avin. vi. kal. octobris anno vi. Jun-
xiffe cum Armenis. auxiliares copias Rhodiorum
equitum magistrum, refert Bosius (b) ac non modo soldanum Armeniam
propulsatum, verum etiam arcem insignem
quam Iffo vocat, olim dictam Alexandretam,
parci olim de Duro ab Alexandro triumpho
memoria illustrem a Constantio Rege recuperatam.

Revocandi in eadem Armeniæ splendo-
ris fidei, ne qua erroris labe obsolesceret,
sollicitus Clemens, Cajetanum ut sit (c),
ut sedi Apostolicæ significarent, quotan-
dem modo in expugnandis Armenorum
erroribus se gessissent, utque fides apud ip-
sos refloresceret: exigebat enim ab Ar-
menis, ut sedi Apostolicæ, quæ illorum

clientelam magnis laboribus contra infi-
deles suscipiebat, mutua consensione amo-
ris ac fidei integritate responderent. Cum
vero gravissimos sumptus in sustinendo ad-
versus infideles exercitu Pontiffex profun-
deret, æquumque esset, ut crucifixi opes
pro ejus tuenda gloria collocarentur, sa-
cerdotiorum quæ conferenda essent ab ea-
dem sede redditus certo temporis spatio
æterio pontificio reservavit (d), & quæ-
stores in Dania, Suecia, Norvegia, Cy-
pro, Anglia, Hibernia ea de causa in-
stituit (e).

Concepit pium Stephanus Rasciæ Rex
ejurandi Græcorum schismatis, ac redin-
tegrandæ veteris cum Romana ecclesiæ
conjunctionis desiderium: quod cum Pon-
tiffici Scutarensis episcopi opera significa-
set, illum Clemens ad perficiendum sa-
crum consilium incitavit, Romanæque ec-
clesiæ pro tuendo ipsius regno amplissi-
mum studium est pollicitus subiectis lite-
ris, in quibus ubi pluribus de divina pro-
videntiâ, quæ omnes nationes ad ejus-
dem ecclesiæ obsequium adducit, deque
sua ut supremi omnium ecclesiarum pa-
storis in fide propaganda, & congregan-
dis populis sollicitudine est præfatus, hæc
subjungit (f).

Clemens, &c. magnifico principi Ste-
phano Regi Rasciæ illustri gratiam
in præsentem, quæ perducatur ad
gloriam in futuro.

Cum, sicut latenter referente venerabili
fratre nostro Marco episcopo Scutarensi au-
divimus, tu divinitus inspiratus, & Sancti
Spiritus gratia illustratus, tuæ ac populi
tui salutis animarum intendens, gregem ip-
sum ingredi, rejecto cujusvis pestiferi fer-
mento schismatis desideras & affectas, &
in sinu sanctæ Romane ecclesiæ matris om-
nium fidelium & magistræ communitati fi-
delium ipsorum salubriter congregari, ut
cum eis portionem integram honorum illo-
rum, quæ suis fidelibus præparavit Domi-
nus, ipso donante, abundantius valeas pro-
mereri; nos, qui locum illius, quamvis im-
meriti tamen tenemus, qui omnes querit
salvos fieri, & neminem vult perire, exin-
de gaudii & exultationis rore perfusi, &
eidem, qui rectum tibi dedit, ut perfertur,
spiritum immensas gratias in humilitate
spiritus referentes, tuæ salutaris devotio-
nis in hac parte propositum multipliciter in
Domino commendamus, tuam rogantes ex-
cellentiam, & attentius in Domino exhor-
tantes, quatenus conceptum, tibi que divi-
nitus inspiratum propositum hujusmodi non
extinguas, sed potius magis ac magis fer-
veas in eodem.

Nos equidem more illius hominis evange-
lici, ovem perditam requiruntis, & super
numeros reportantis ad gregem, te susci-
piemus intra brachia paternæ dilectionis gau-
denter, stringendo charitativis amplexibus

Sacerdo-
talia ve-
tigalia
in Arme-
norum
subsidium
derivata.
(d) Ib. ep.
331.
(e) Ep.
332. ad
335.
XXX.
Rasciæ
Rex con-
junctioem
ecclesiæ
expetit.

(f) To.
5. ep. fecr.
1019.

Gratula-
tur illi
Clemens.

Frater-
num pec-
nium ex-
pandit.

te tanquam filium prædilectum, tuisque honoribus & commodis, quantum cum Deo fieri poterit, intendendo: super quibus eidem episcopo, quem tua benevolentia recommendamus, propensius fidem credulam poteris adhibere. Ut autem de tua intentione super his operoso effectui mancipanda plenius consuemur, nos velis de illa, quæsumus, efficere per tuas literas certiores. Dat. Avin. vi. non. martii anno v.

(a) Ib ep. 1025. Et Rascie principibus (b) Ep. 1020. (c) Ep. 1021. (d) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Cle. VI.

XXXI. Euchari- stia veri- tas in- gni pro- digio il- lustrata.

(c) Mi- chov. l. 4. c. 24. Crom. l. 12.

Addidit hortatorias alias ad Rascie principes (a) literas Nicolaum Beccham (b) protovestiarum, Gregorium (c) Galubiam regni Rascie Casarem, alioque proce- res, ut ad pristinam ecclesiarum conjunctio- nem revocandam pios Regi Stephano ad- derent stimulos: paratissimum enim se ad ipsum paterno sinu excipiendum omnique amoris significatione ac studiis prosequen- dum. Meminit (d) MS. Vaticani Germa- nus auctor Rascie Regem ad Romanæ ecclesie gremium admitti flagitasse, mis- sumque episcopum Pactensem ordinis Car- melitarum, ut illum & Rascios pristinae cum Romana ecclesia conjunctioni resti- tueret, non tamen rem mandatam operi, visumque pietatis specie illustrasse; ut Un- garia Regis arma impetisque retardaret.

Confirmavit hoc anno divina providen- tia insigni miraculo catholicam de sanctis- simo Euchari- stia sacramento fidem in Po- lonia: cum enim fures sacram pixidem, in qua erat reposita sacra hostia, cæca- lucri cupiditate auro conflatam arbitrarî subripissent, comperissentque æneam ip- sam in palustrem locum projecere: ubi mox cælestis lux fulgere die noctuque conspecta est. Excitatus prodigii magnitudine episcopus Cracoviensis, instructo agmine religioso eo perrexit, & Euchari- stiam reperit. Ad cujus miraculi commendandam secuturis ætatibus memoriam Casimirus II. Rex Poloniae prænobilem ecclesiam in eod- em loco extruxit; quam historiam Michovias enarrat (e).

Quidam nequam, inquit, & famelici lar- vanculi sub ætate corporis Christi anno Domini MCCCXLVII. de ecclesia parochiali omnium sanctorum in Cracovia delatorum divinis sacramenti, vulgo monstrantiam, furati sunt; comperioque quod esset arca, illam in paludem Motbe arbusculis plenam. Et infra.

Et cum plures mortales luminaria die, nocteque in palude relucentia viderent, ad pontificem Cracoviensem ejusque venerabile capitulum, ac deinde ad Regem Casimirum rem tanquam prodigiosum pertulere. Qui, processibus totius urbis ordinatis, tri- duano prius jejuniis indicto & exacto, cum hymnis & vexillis paladem adeuntes, de- latorum cum sacramento divinis accer- perunt, & illud ad ecclesiam omnium san- ctorum, unde erat ablatum, retulerunt.

Excellentissimus autem Rex Casimirus in

loco inventionis tam ineffabilis sacramenti, quamvis cœnoso & paludinoso, ecclesiam in honorem & titulum corporis Christi se fun- daturum vovit. Nec mora: anno altero no- bilem chorum & sacrarium cocto latere ini- tiavit & consummavit, parochia quam ex antiquo ecclesia S. Laurentii habebat ei ad- juncta, calicibusque ac apparatus cruci- bus, cæterisque clenodiis munificentia regia adornavit, & titulum corporis Christi, quo ecclesia S. Francisci a primæva sui funda- tione illustrata fuerat, fratribus Minori- bus, pretio precibusque contentatis, ut so- lidior sua fundatio permaneret, abrogari & extingui procuravit. Villa quoque Bawol in suam ditonem & proprietatem traducta, oppidum de suo nomine kasimiria nuncupa- tum processu temporis muris communiavit, am- plius monasterium insigne in decus sancta- rum Margarethæ & Catharinae, in quo sunt fratres eremitæ ordinis S. Augustini, con- stituit; chorum ecclesie ejusdem monasterii magnifico & liberali sumptu usque ad in- tegrum cum sacrario muro coctili & excelso locavit, & profundatos annulos, quos fere- bat, in factu fundationis & primi lapidis posuit: ex post autem devotio fidelium cor- pus ecclesie cum sacellis adjectis. His con- sentientia Cromerus (f) & alii tradunt.

Hoc eodem anno adjectus est (g) solemnî ritu sanctorum catalogo Ivo Britannus, qui apud iudicum tribunalia viduarum, & pupillarum causam agebat, de quo hæc MS. Vaticani (h) auctor anonymus: Hic etiam canonizavit S. Ivo nem presbyterum & confessorum Britonem anno coronationis sue vi. xvi. kal. julii. Cui alterius MS. author consentit (i): Prædictus, inquit, dominus Papa canonizavit S. Ivo nem pres- byterum Trecorensem in Britannia multis miraculis clarentem, qui pietatis gratia pro pauperibus * anno Domini MCCCXLVII. prædicto, pontificatus vero anno vi. anno migrationis ejusdem sancti XLVI. me tunc Avinione existente. Effulsit ingentibus mi- raculis, ob quæ maturo præsolium consilio is honos ei habitus. Inter cætera, ponti- ficium nepotem e gravissimo morbo illius apud Deum precibus curatum, vitæ scri- ptor tradit (k), atque etiam Clementi se videndum objecisse, hortatumque ut ve- nerationem beatis exhiberi solitam ipsi decerneret. Cum vero Philippus Rex Fran- corum suas preces antea ea de re adje- cisset, Pontifex quæ a se ad divinam glo- riam gesta essent, exposuit (l): utque in Avinionensi comitatu plura sancti suffragiis a Deo beneficia impetrarentur.

Clemens, &c. Philippo Regi Francie. Ad spiritualis gaudii & consolationis augmentum patrefieri regali excellentie vo- lumus per præsentem, quod nos super nego- tio canonizationis almi confessoris domini Jesu Christi, B. Ivo nis videlicet quondam presbyteri diocesis Trecorensis, pro qua

Tem- plum in eo loco in qua cœlestis lux reful- serat excita- tum.

Condi- tum eti- am oppi- dum.

(f) Crom. in Casim. II. hist. l. 12.

XXXII. Ivo SS. catalogo additus

(g) Gesta Clem. VI. apud

Bojq. Ba- ron. in nor. MS. & alii.

(h) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040.

(i) MS. 3765. in Clem. VI. * causas agebat

Pontifici- us nepos ejus ope valetudi- ni restitutus.

(k) Sur. 10. 3. die 19. maji Crant.

Sax. eccl. l. 9. c. 34.

(l) To. 6. ep. fecer. 58. ext. etiam in bull. in Clem. VI. conk. 1 v. 122

tua sublimitas instantèr hactenus nos roga- vit, in nomine Domini procedentes, die sextadecima præsentis mensis junii exami- natione diutina, proluxa, provida, & ma- tura, sicut exigit tanti negotii arduitas, præcedente præfatum sanctum, qui vitam sanctam piis exuberantem operibus, casti- gando, & in servitute redigendo carnem suam, spiritum non sine multis & magnis austeritatibus gessisse penitentialibus, dum in humanis ageret, multorumque corusca- tione miraculorum tam in vita quam post felicem ipsius transitum claruisse manifestis probationibus fuit repertus, præsentem fide- lis cleri & populi multitudine copiosa, ob- servatæque solemnitate, quæ consuevit in- talibus observari, ad laudem & gloriam divini nominis, ac consolationem fidelium, & maxime regni tui, de quo traxisse no- scitur originem, ac tui & ejusdem regni exaltationem honoris de consilio fratrum nostrorum canonizavimus, & sanctorum ca- talogo adscribendum mandavimus, & ut sanctum deinceps a fidelibus venerari; se- sum ipsius diem decimanona mensis maji, quo ejus anima mole carnis exuta, & celos petens cum scala gloriae, calicis civibus est conjuncta, statuentes a fidelibus annis sin- gulis celebrandum. Ad ipsum quidem san- ctum ingentem devotionem gerit partium istarum populus, & jam multi ad ipsius suffragia devotis orationibus & emissis votis in humilitate spiritus recurrentes exinde sanitarum & alia remedia super suis justis petitionibus reportarunt, & reportare non desinunt incessanter, &c. Dat. Avin. xi. kal. junii anno vi.

Ut car- nem vo- luntariis panis macera- rit.

Decreti solemnî pompa illi honores.

XXXIV. (a) MS. bibl. Vat. sign. n. 4737. fol. 30.

Qui ritus servari soliti in- tribuen- dis cui- pi- am SS. honori- bus.

Ut pera- genda primum sit in- qui- sitio.

ritatem; & an videatur eis, quod super veritate & in specie sit requisitio commit- tenda. Et si scribant talia, propter quæ inquisitio veritatis committi debeat, domi- nus noster Papa requirit iterum consilia Cardinalium, & de ipsorum consilio desi- nit in consistorio utrum secundum relata sit inquisitio prædicta super veritate commit- tenda, vel non: & si committenda videatur, iterum scribit dominus Papa eidem vel aliis, de quibus sibi videbitur, quod veritatem de prædictis inquirent, videlicet de fide & excellentia vitæ & mira- culis ac operatione miraculorum illius, qui petiitur canonizari, exacte, prudenter, di- ligenter, & fideliter secundum articulos & interrogatoria, quæ sub bulla sua trans- mittit eidem: & illi, quibus committitur facta hujusmodi inquisitione, eam remitte- re debent dicto domino Papæ sub sigillis suis fideliter interclusam.

Qua inquisitione sic remissa, dominus Papa consuevit ipsius inquisitionis exami- nationem committere in curia aliquibus capellanis suis, vel aliis personis authenticis & discretis, & in talibus expertis, quæ ordinent & forment rubricas super inquisi- tione prædicta: & ipsis rubricis cum exacta diligentia ordinatis & formatis com- mittitur per dominum Papam examinatio ipsarum rubricarum & totius inquisitionis tribus dominis Cardinalibus, videlicet uni episcopo, alii presbytero, & alteri diacono: qui domini Cardinales, visis per eos & diligenter examinatis contentis in- commissionibus, rubricis, & inquisitionibus prædictis, debent referre in consistorio do- mino Papæ plene omnia in genere supra- dicta, & quæ invenerint in eisdem; hoc exceptio, quod super vita & miraculis, & depositionibus testium super ipsis producto- rum nihil tunc in specie referunt: sed postea in consistorio in præsentia domini Pa- pæ, & aliorum dominorum Cardinalium, singulariter & sigillatim leguntur deposi- tiones testium super vita & miraculis pro- ductorum. Primo enim leguntur depositi- ones testium, super vita productorum. Le- ctis & diligenter auditis per dominum Pa- pam & Cardinales, antequam ad aliud pro- cedatur, dominus Papa de consilio Cardi- naliu deterninat, utrum vitæ excellen- tia illius, de quo agitur, sit plene probata vel non: & ipsa determinatione facta procedunt modo prædicto ad lecturam mi- raculorum, & depositionum testium super ipsis miraculis productorum. Notandum tamen, quod lecta in consistorio depositione cujuscumque testis super quolibet articulo, vel testium saltem melius probantium, domi- nus Papa de consilio Cardinalium desinit, utrum illi testes plene probent articulum, de quo agitur, vel non; vel utrum admi- nulentur: & hæc scribi debent ibidem per unum de dominis Cardinalibus, de quo domi- no Papæ placuerit.

Illius acta publi- ca mit- tenda Pontifici.

XXXV.

Horum examen- tribus Cardina- libus commit- tendum.

Ab his referretur ad sacrum senatum.

Ut exci- piantur dicta te- stium.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

XXXVI. Statuatur an probationes iusticiant.

Vocentur in consistorio prelati.

Designentur qui eo argumentationes habeant.

XXXVII. Designentur Cardinales, qui componant officium.

Quibus omnibus finitis, & diligenter per dominum Papam & Cardinales examinatis dominus Papa debet requirere consilia ipsorum Cardinalium, & petere ab eis, an videantur prædicta talia, propter quæ sit canonizatio merito faciendâ: & si faciendâ videatur, dominus Papa ibidem in consistorio secreta inter Cardinales definit, ipsam canonizationem esse faciendam. Postea vero, definitione hujusmodi facta per dominum Papam, debent vocari omnes prelati qui tunc in curia sunt presentes, & dictus dominus Papa narrat eis publice in consistorio ea, quæ acta sunt & probata secreta, definitione facta prædicta suppressa & requirit consilia eorundem prelatorum.

Deinde assignatur per dominum Papam certa dies ad aliquem certum locum aptum ad hoc, ubi habeant conventum idem dominus noster Papa & Cardinales, & alii prelati de curia, & clerus & populus: & iterum extra consistorium per dominum Papam octo vel septem prelati ad minus, de quibus eidem domino Papæ videbitur faciendum, qui dicta die assignata habeant publice prædicare. Habet etiam idem dominus noster Papa ordinare gradus inter ipsos prelatos, qui prædicare habebunt, ut videlicet primo talis prædicet, talis secundo, & sic de aliis: consuevit enim dicta dies assignari per unum mensem ante, vel per tres septimanas ad minus ad finem, quod prædicti prelati diligenter collationes potuerint studuisse, quas ipsa die assignata succincte & breviter in publico facere habebunt. Conclusiones vero dictarum collationum debent esse tales, videlicet quod ostendant per rationes, quod dicta canonizatio est merito faciendâ, & supplicetur domino nostro Papæ, ut facere dignetur eandem.

Facta vero prædicta definitione secreta per dominum Papam, & prelati vocatis, & die certa ad faciendum collationes ipsi prelati, ut præmittitur assignata, dominus Papa interim in consistorio consuevit committere duobus dominis Cardinalibus, potissime religiosi, qui noverint in sacra pagina, ut unus ipsorum legendam seu lectiones ordines super vita ipsius sancti, & aliqua de miraculis probatis in ipsis lectionibus recitando; alius vero ordinet responsoria & antiphonas ac orationem: ipsi enim ordinatis, dicti duo domini Cardinales omnia legere debent in consistorio temporibus opportunis. Pervento itaque ad dictam diem assignatam mane hora consistorii, conveniant ad locum ordinatum dominus Papa more consistoriali, videlicet cum manto seu pluviali rubro & mitra aurifrigiata cum perlis, & omnes Cardinales & prelati cum communibus, vestibus videlicet cum cappis laneis, & etiam clerus & populus ibi conveniant. Dictus vero dominus noster Papa, veniendo ad dictum locum, associatur

per Cardinales tunc presentes, duobus diaconis Cardinalibus sibi a dextris & a sinistris, ut est moris, assistentibus: & in dicto loco debet esse faldistorium seu cathedra cum scabello parata, in qua dictus dominus noster Papa sedere possit. Residente vero ipso in dicta cathedra, sit ei reverentia solita per solos dominos Cardinales: qua reverentia facta, sedeant suo ordine more consistoriali domini Cardinales, & duo diaconi Cardinales Papæ assistant, ut superius est jam dictum: prelati vero alii stant ex opposito domini Papæ a dextris & a sinistris, prout locus patietur. Quibus residentibus surgere habet procurator hujusmodi negotii, existens ex opposito dicti domini Papæ, & assumpta sibi aliquali autoritate, narrare, debet aliqua de hujusmodi negotio, & supplicare ipsi domino nostro, ut ipsa sanctitas sua audire dignetur aliquos prelatos, qui super prædictis prædicare intendunt: & nihilominus quod placeat sanctitati suæ definire illum, de quo agitur, esse sanctum, & sanctorum catalogo ascribendum, & tanquam sanctum esse a fidelibus venerandum; ac festum ejusdem anno quolibet perpetuo certa die, de qua ipsi domino nostro Papæ videbitur, celebrandum. Et hujusmodi supplicatione per dictum procuratorem facta, surgat ille prelatos, qui primo prædicare seu collationem suam facere debet, juxta ordinationem antedictam, & incipiat collationem suam, & eam prosequatur succincte & breviter: qua finita surgat secundus & faciat similiter, & sic de aliis.

Finis vero omnibus collationibus supra dictis, dominus noster Papa surgit, & diaconus Cardinalis, qui assistit ei a sinistris, dicit more solito: Confiteor; quo dicto, datur indulgentia per dominum nostrum Papam de uno vel duobus annis & totidem quadragesimis, vel plus, prout domino Papæ placuerit, qua indulgentia data, dominus Papa, deposita sibi mitra, facit absolutionem, & dat benedictionem: deinde pronuntiatur dicta indulgentia per unum de dominis Cardinalibus, & ipsi expletis revertitur ad cameram suam.

Post hæc vero in consistorio ordinatur certa dies ad aliquam certam ecclesiam, in qua convenire habeant dominus Papa, Cardinales, & prelati alii de curia, ac clerus & populus pro solemnitate canonizationis hujusmodi faciendâ. Qua quidem die adveniente, sternatur tapetis ecclesia, & paratur, & illuminentur in ea cerei multi: & mane, descendente domino nostro Papa ad eandem ecclesiam, occurrat ei processio cleri illius ecclesiæ. Cum autem est in ecclesia, orat aliquantulum ante altare, deinde ascendit sedem suam in medio ecclesiæ paratam, & ibi recipiat Cardinales, & alios prelatos more solito ad reverentiam: & ipsa reverentia facta, Cardinales & prelati

De celebri coetu agendo.

Supplice oratione habenda ad Pont.

XXXVIII.

Habendis in sancti laudem concionibus.

Danda indulgentia.

Ornandis solemniter pompa.

Indicuntur preces ne erret ecclesia.

XXXIX. Decantandus hymnus Veni creator.

Formula decernendi cuiuspiam SS. honores.

Concedendæ postea Numini laudes.

lati alii parantur paramentis albis. Quibus paratis Papa, prout de camera venit, scilicet cum pluviali rubro, & mitra aurifrigiata cum perlis vadat ad cathedram eminentem ante altare cum scabello paratam, & ibi sedendo facit sermonem, mitram tenendo in capite, ut est moris, processum recitando & probata, ac inducendo populum ad orandum pro eo, quod Deus non permittat eum errare in hoc negotio.

Finito vero sermone hujusmodi, dominus Papa prædicat se oraturum, & hortatur alios ut orent, ut supra, scilicet quod Deus non permittat eum errare in hoc negotio. Deinde flexis genibus sit devota oratio: & Papamet debet incipere, cantando hymnum, Veni creator Spiritus. Quo incepto genuflectat, & in fine primi versus surgere debet, & continuatur totus hymnus ab omnibus aliis cantando. Quo hymno cantato, si domino Papæ placet, diaconus Cardinalis dextris Papæ assistens dicit: Flectamus genua; & dominus Papa & ceteri alii bassi & secreta genibus flexis orant: & devota oratione facta, post morulam diaconus Cardinalis, qui est a sinistris, dicit: Levate; & tunc omnes surgant. Quibus levatis, dominus Papa, tenendo mitram in capite, definit publice illum, de quo agitur, esse sanctum, & sanctorum catalogo ascribendum, & tanquam sanctum esse ab omnibus venerandum, ipsamque sanctorum catalogo ascribit, statuens ut ab universali ecclesia in die tali festum ejus & officium devote & solemniter celebretur: quam definitionem facere poterit ipse dominus noster, ut sequitur.

Ad honorem Dei omnipotentis Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & exaltationem fidei catholicae, & Christianæ religionis augmentum auctoritate ipsius Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, beatorum Apostolorum Petri & Pauli & nostra de fratrum nostrorum consilio decernimus & definimus, bonæ memoriæ N. sanctum, esse, & sanctorum catalogo ascribendum: ipsamque dictorum sanctorum catalogo ascribimus, statuens ut ab universali ecclesia anno quolibet in die tali festum ipsius & officium sicut pro uno confessore, si sit confessor; vel sicut pro uno martyre, si sit martyr, devote & solemniter celebretur. Et si domino Papæ placuerit, poterit addere ista verba: Insuper eadem auctoritate omnibus vere penitentibus & confessis, qui annis singulis ad sepulchrum ejusdem in die tali devote accesserint, unum annum & quadragesima dies, accedentibus vero annis singulis infra octavas dicti festi ad sepulchrum ipsius quadragesima dies de injunctis sibi penitentis misericorditer relaxamus. Quibus verbis per dominum Papam prolatis, ipse dominus Papa mitra deposita, incipit cantando hymnum: Te Deum laudamus, quem ceteri cantando prosequuntur. Ann. Eccl. Tom. XXXV.

Quo finito diaconus Cardinalis a sinistris Papa assistens dicit vers. Ora pro nobis B. N. alleluja, & ceteri respondeant: Ut digni efficiamur gratia Dei, alleluja: si vero solemnitas fieret a septuagesima usque ad pascha, in prædicto festo omittetur alleluja. Deinde dominus Papa dicit cantando: Dominus vobiscum, & respondetur: Et cum spiritu tuo. Dicit: Oremus, & postea orationem, quæ competat illi sancto, finiendâ ipsam orationem: Per Christum dominum nostrum, & respondeatur: Amen. Et ipsa oratione finita, dictus diaconus Cardinalis a sinistris Papæ assistens dicit: Confiteor, &c. ut est moris, & locis debitis, scilicet immediate post Apostolos, faciat mentionem de dicto sancto. Qua confessione finita, dominus Papa dat indulgentiam gratiosam septem annorum & septem quadragesimarum: & data indulgentia per Dominum nostrum Papam, ac mitra eidem deposita, facit absolutionem, & dat benedictionem more solito, dicendo: Precibus & meritis, &c. faciendo mentionem loco suo de sancto canonizato.

Quibus factis, accedat dominus noster Papa ad locum consuetum, ubi recipiat pontificalia paramenta, scilicet alba: & postea more solito missam celebret solemniter in honore dicti sancti canonizati. Qua missa finita, ac data iterum indulgentia in fine missæ de VII. annis & VII. quadragesimis, & depositis paramentis, ad cameram suam sive ad palatium revertatur, cum pluviali & mitra, prout primitus ad ecclesiam venerat.

Servatis hisce ritibus in consecranda B. Ivonis memoria contulit Pontifex ad fideles ad illius venerationem allucendos indulgentiarum præmia illius sepulchrum aditurus, & translationis celebritatem honestaturus, ut subjectionis diploma anno proximo datum ostendit (a).

Clemens, &c. venerabili fratri episcopo & capitulo Frecorensi.

Laudabilis & longæ observationis exemplo imitatione digna decrevit antiquitas dies, quibus primum sanctorum corpora de ipsorum tumulis transferuntur, festivitate celebri venerandos, ut juxta sacra pagina veritatem de loco suo laudibus pullulent ossa sanctorum, & sicut in tempore suo tritici aceruus infertur, sic sancti post congesta opera recolenda sepulchrum in abundantia gratiæ comperiantur ingredi, dum post præsentis vitæ pressuras præmia patriæ cœlestis inventiunt. Et non solum eorum spiritus in claritate veri luminis, & secreto æternæ gloriæ occultantur, horreum quasi conservationis ingressi; sed & eorum corpora, licet adhuc terrea de humilitatis tumulo ad venerationis cumulum eriguntur. Profecto translationem hujusmodi justitiæ præfigurasse videtur ille accrescens & de-

Inter sacra fit mentio ejusdem sancti.

XL. Translatio S. Ivonis.

(a) To. 7. ep. secr. 979.

Iuste pe-
ragendam
probatur
exemplo
corus aspectu, qui de hoc seculo transtu-
rus, fratres adjurans, ad promissionis ter-
ram ex Ægypto sua petiit ossa transferri.
Nos igitur novi sancti, sanctorum noviter
congregati collegio, ex signorum insignium
præclara congerie, beati videlicet Ivonis
confessoris olim Trecoranis presbyteri tran-
stationem volentes solemniter celebrari, au-
thoritate apostolica presentium vobis tenore
concedimus, ut corpus confessoris ejusdem
congrua temporis opportunitate captata, con-
vocatione clero & populo Trecoranibus cum

debita solemnitate ac honorificentia digna
ad locum transferatis idoneam, diem tran-
stationis hujusmodi, quem perpetuis tempo-
ribus celebrandum fore decernimus, festivo
solemniter celebrantes, &c. Addit nonnul-
larum indulgentiarum præmia ad incen-
dendam eorum pietatem, qui expiata
rite conscientia vel celebrati intererunt,
vel sepulchrum S. Ivonis recurrente ejus
annis singulis festo die iustitiant. Dat.
Avin. xv. id. maii. anno vi.

Eam co-
honestat-
uris pro-
positæ
indulgen-
tiæ.

Lud. Re-
gis Un-
gar. in
Neap.
regnum
irruptio.
Neapoli-
tani illi
se subici-
unt.
Joanna in
Provinci-
am aufu-
git.
(a) Jo.
Vill. l. 12.
c. 110.

Princi-
pum de-
ditio &
vincula.

Carolus
Dyrrachij-
us cæsus

(b) Ib. c.
111.
Maub.
Vill. l. 1.
c. 10.
Euseb. l.
2. cap. 35.
Collenut.
l. 5.
Samm. l.
3. & alii.

I. P Percussus divinæ justitiæ flagello inge-
muit occidens anno a virgineo par-
tu millesimo, trecentesimo, quadragesimo
octavo, indictione prima, saviente atroc-
ct adeo luc, ut redactæ urbes in solitu-
dines, & deesse mortuis sepeliendis vivi
viderentur. Et quamvis ea omnes pene
nationes sit pervagata, nonnulla tamen
regna altero belli flagello attrita caelestes
magis iras exceperunt. Inter quæ Sicilia
ceterior calamitatum exemplum ac thea-
trum fuit: vidit enim prius pulsam Re-
ginam, principes victos, Dyrrachii du-
cis fufum cruorem, matronas regia, stirpe
fatas ad mendicitatem redactas, populos
a latronibus spoliatos. Pervenerat, ut vi-
dimus, extremo anno superiori Ludovicus
Rex pervigilio nativitat. dominicæ die
Aquilam, ineunteque anno Neapolitani
cives, missis oratoribus, regnum ut Ca-
roli II. majoris, natu filii nepoti ac iusto
Regi detulerunt (a). Quibus percussa Jo-
anna Regina, Ungariæque Regem cum
ingenti exercitu Neapolim petere accipi-
ens, ex ejusdem urbis arce, in quam se
repperat, impositis triremibus thesauri
avit reliquii, cum exiguo comitatu in
Provinciam velis remisque contendit:
quam Ludovicus princeps Tarentinus, cum
se proditum a patruelibus principibus a-
liisque videret, magnis itineribus secu-
tus, mortem aut carcerem imminentem
effugit.

Cæteri regie stirpis principes, nimirum
Robertus Imperator Constantinopolitanus
appellatus Tarenti princeps ac Philippus
minor natu frater, Carolus Dyrrachii dux
ac Ludovicus & Robertus fratres, pluri-
bus stipati proceribus officii causa Un-
garum /Averſæ agentem convenere: a quo
ad mutuos amplexus & oscula regiasque
dapes admitti. Sed mox proditione Un-
garus fraternam proditionem ulcisci me-
ditatus, Carolum Dyrrachii ducem nece-
ri in eodem loco, in quo Andreas fuerat
præfocatus, ac principes alios regie Si-
culæ mancipari vinculis imperavit (b).
Attolli deinde signa versus Neapolim ius-
sit, eamque instructis, agminibus ingressus
terrore complevit, civium contempsit ho-
nores, mutavit veteres magistratus, de-
que fraternæ necis authoribus quæstiones
novas exercuit: tum graves apud Cle-
mentem querelas fudit, Joannam univer-
si sceleris in Andream patrati consciam
artificemque omnium fontium testimoniis
convinci. Ad afferendum vero sibi Nea-
politani regnum oratores ad Pontifi-
cem decrevit, qui exposcerent, ut Ber-
trando Cardinali Apostolicæ sedis in Si-
cilia legato, vel alteri ipsius Sicula co-
rona exornandi auctoritatem conferret,

ac significarent, paratum Ludovicum ad
suscipiendum iter Avinionense, ut e pon-
tificiis manibus Sicula corona exornaretur:
rogarent etiam Clementem, ne foedus
confirmaret pactum inter Joannam Re-
ginam ac Ludovicum, Friderici olim Tri-
naciæ Regis nepotem, qui insulam Sici-
liæ occupabat, ex quo Joanna suis ju-
ribus cesserat; recuperare enim eam in-
sulam ex Aragoniorum manibus medita-
batur, ac facile rem perficere poterat,
cum mense aprili Joannes dux, qui in-
sulam egregie administrarat, ac nova il-
lius retinendæ jura pepererat Aragoniis,
obisset. Ex cujus obitu tanta interpro-
ceres regni procuracionem affectantibus
orta discordia, ut illud pene in solitudi-
nem redegerint (c).

Insitit etiam Ungarus, ut Joanna in
custodia, in quam a Provincialibus conje-
cta fuerat, detineretur; atque in eam ex-
judiciorum ordine haberetur quæstio: ex-
cusavit eorundem oratorum opera, sua
in Siciliam gesta transmissum ad pater-
nam aviam Carolum Martellum educan-
dum: Carolum Dyrrachii ducem jure cæ-
sum: accessisse vocatum, in Siciliam: fra-
ternæque necis ultionem justissimam repe-
tiisse. Denique significavit nullo succin-
ctum exercitu Avinionem se accessurum,
modo Carolum Martellum vel Step-
hanum ducem Transilvaniæ regni Siculi mo-
deratorem crearet. Adjecere oratores non-
nullas in Talayrandum Cardinalem que-
relas, precesque ad Clementem exoran-
dum, ut apostolica benevolentia Ludo-
vicum prædecessorum more complectere-
tur. Quibus respondit Pontifex, se Lu-
dovico Siculi regni insignia jure tribuere
non posse, cum Joanna sceleris convicta
non esset, ac si ea damnaretur: cense-
re nonnullos ad Carolum Martellum ex-
veteri pacto regnum spectare, alios ve-
ro ad ecclesiam devolvi: initas inter Jo-
annam & Ludovicum Trinacrium foederis
leges, quibus illa suis in insulam juribus
cesserat, neque confirmatas fuisse, neque
visas ab sede Apostolica: constitutos non-
nullos Cardinales ad excutiendam, Joan-
næ causam judices: Carolum Martellum
in Ungariam sine pontificia voluntate tran-
smitti non debuisse: cæsum injuria inson-
temque videri Carolum Dyrrachii ducem,
nec servatum in illius supplicio judiciorum
ordinem: Talayrandi accusationes mæras
esse calumnias: nullam diffidentiam de a-
postolico studio causam subesse posse: in-
juste quibusdam ditionis ecclesiasticæ ar-
cibus præfectos eum imposuisse: favisse
apostolicæ sedis hostibus, ac præsertim
Nicolao Laurentio, quem ipsa capi jus-
ferat: regnum a Wernero Suevo ipsius
du-

Trinaciã
subijcere
meditatur
Ungarus.
(c) Fa-
zell. l. 9.
decad. po-
ster. c. 5.
Maub.
Vill. l. 1.
c. 31.
II.
Gesta ex-
cusat a-
pud Pon-
tificem.

Pontificis
respon-
sum ad
Lud.

(a) To. 6. ep. fecr. 1397.

duce cædibus, latrocinis, libidinibus foedatum: neque jure Robertum Constantinopolitanum Imperatorem aliosque principes, in vincula conjectos. De quibus singulis ad Bertrandum Cardinalem Apostolicæ sedis in Sicilia legatum nonis maji scripsit (a), ut Regem ad assentiendum æquitati, atque injuste præsumpta revocanda pro sua sapientia adduceret.

Clemens, &c. Bertrando Cardinali A. S. L.

III.

Primo ad id, quod idem Rex (nimirum Ludovicus Ungarus) nobis scripsit suppliciter postulans, ut tibi vel alteri coronationem committeremus ipsius: licet velimus & desideremus attente memorato Regi in omnibus, quantum cum Deo possimus liberaliter & favorabiliter complacere; debent tamen idem Rex & consilium ejus diligenter attendere, & attenta meditatione pensare, utrum id possimus facere sine offensa Dei, & magna conscientie læsione: cum charissima in Christo filia nostra Joanna Regina Sicilia illustris, quæ tam ex testamento claræ memoriæ Roberti Regis Sicilia avi sui, quam alias ut proximior dicto Regi in regno Sicilia successisse dignoscitur, quæve pro eodem regno per nos ad homagium est recepta, & quæ non interveniente ecclesiæ Romane judicio, eodem regno per ipsius Regis Ungariæ potentiam se queritur spoliatam; ac super spoliatione hujusmodi petit sibi justitiam exhiberi. Et infra: De crimine mortis claræ memoriæ Andree Regis Sicilia viri sui nec condemnata sit nec convicta: & esto quod esset de hujusmodi crimine condemnata, nonnulli asserunt, secundum conventiones habitas in concessione dicti regni inter eandem ecclesiam & claræ memoriæ Carolum primum Regem Sicilia tunc in humanis agentem præfato Regi facta per eandem ecclesiam, regnum ipsum ad dilectum filium nobilem virum Carolum Martelli primogenitum dictæ Regine ducem Calabriae successionis jure spectare: & aliqui tenent, regnum præfatum fore ad eandem ecclesiam devolutum. Et nos libenter vellemus, quod idem Rex Ungariæ diligenter attenderet, qualiter eum qui rem aliquam non expectata sententia judicialis arbitri auctoritate propria occupavit, tam civiles quam canonice sanctiones rei occupata privant dominio & jure, & si quod sibi in ea vel ad eam quomodolibet competeat.

Joanna sine legitimo judicio se spoliatam queritur, & restitui postulat.

IV. De Joannæ com Trina-cris tratu.

Ad ea etiam, quæ per dilectum filium Martini clericum suum scripsit, ut tractatum inter Reginam prædictam & Siculos habitum confirmare nollemus, poterit Regi responderi præfato, quod licet idem Siculi multos tractatus, nobis & eidem ecclesiæ forsitan utiles, diversis successivè vicibus obtulissent, suos ad nos propterea frequenter nuntios destinando; verumtamen, quia eorum in hac parte causa inter ec-

clesiam & Reginam præfatas conjuncta & eadem quodammodo videbatur, eosdem Siculos exaudire nolumus; nec tractatus eorum, quos ut præmittitur, frequenter obtulerant, duximus admittendos. Verum est tamen, quod Regina ipsa sine scitu nostro, & absque eo, quod significaverit aliquid nobis, inde tractatus aliquos cum eisdem Siculis dicitur habuisse; quos tractatus nec unquam vidimus, cum nec nobis oblatis fuerint: & nos ad approbationem vel repro- bationem ipsorum procedere nullo modo proponimus prætermittimus ipsius ecclesiæ gravitate.

Respondeatur etiam dicto Regi ad id, quod nobis per Martinum descripsit eundem, super ipsius arrestatione Regine, quod nos dudum inquisitionem super præmissis criminis non solum contra Reginam eandem, sed & contra regales ceteros utriusque sexus tibi, cum ad eandem Reginam in ipse partibus moraretur, & postquam Regina ipsa hoc applicuit, venerabili fratri Bertrando episcopo Ostiensi, & dilectis filiis nostris Guillelmo ut. S. Stephani in Cælio monte presbytero, ac Galbardo S. Lucie in Silice diacono Cardinalibus contra præfatum Reginam commissimus faciendam; qui, tanquam veri justitiæ zelatores, ad inquisitionem hujusmodi & alia contra ipsam Reginam, si inveniantur culpabilis procedent, prout fuerit suadente justitia faciendam: & cum inquiri commode in Joannam non possit, sollicitandum precibus Ungariæ Regem, ut publicas tabulas a Bertrando comite montis Caveosi de crimine illata Regi Andree necis confectus, vel earum exempla transmitteret.

Poscit Ungaros ut Joannam comprehendatur a Pont.

Responsum Clementis.

V.

Rursus ad ea, quæ venerabilis frater noster Stephanus archiepiscopus Colocensis, & dilectus filius præpositus ecclesiæ Budensis Sirigoniensis diocesis nobis pro parte Regis Ungariæ exposuerunt ipsius, ac alia quedam, quæ Joannes de Campello archidiaconus Orodienfis etiam tetigit: videtur superscripta responsio faciendum. Ac primo super eo, quod suppliciter petiverunt, quod sicut ad Reges alios, affectum dilectionis exhiberemus ad ipsum: de tali petitione miramur, cum nos eundem Regem Ungariæ inter ceteros catholicos principes orbis terræ dilexerimus, & ostenderit signa charitatis, & dilectionis eidem, nuncios suos recipiendo benigne, ac honeste tractando, & honorando, & quantum cum Deo & justitia potuimus, expediendo feliciter; supplicationesque suas tam super episcopatibus, quam aliis ad exauditionis gratiam favorabiliter admittendo: super negotio quoque dicti Andree Regis Sicilia, dum viveret, quidquid honeste potuimus faciendum, intulacionem, inunctionem, & coronationem regias ei liberaliter concedendo, ac hujusmodi coronationem venerabili fratri nostro G. Carnotensi episcopo committendo, multo-

Sua in Ungarum studia exponit Clementis.

Quæ pro Andree cælo egerit.

que

que solennes nuntios pro ipsius Andree Regis prosperitate ad regnum destinando præfatum; ac penes Reginam eandem, ut eum ad administrationem dicti regni reciperet, & maritali affectione tractaret; per nuncios & literas sepius insistendo, illos insuper, qui dicebantur Reginam ipsam ab eisdem Regis dilectione avertere, processus apostolicos graves poenas & sententias continentes, a dictæ Regine consortio repelli mandando, & post eisdem Regis proditoriam mortem adversus omnes hujusmodi mortis patratores, tractatores, & conscios processus generales, gravissimas & insolitas quodammodo poenas & sententias spirituales & temporales continentes, faciendo; & nihilominus inquisitionem super tanto crimine faciendam præfato comiti [quem credebamus eidem Regi Ungariæ magis favorabilem atque propitium, quique nonnullos, quos repererat tanti criminis reos atque culpabiles, ultimo deputavit supplicio] committendo; & te quoque ad inquirendum super hoc non solum contra Reginam, sed & ceteras regales prædictas ad partes ipsas, commissio tibi in eis plenæ legationis officio, transmittendo: nec recordamur aliquid memorato Regi Ungariæ denegasse, quod ei absque remorsu conscientie ac offensa Dei potuerimus concessisse. Advertant igitur dicti Rex Ungariæ ejusque consilium, utrum Rex idem de nobis conqueri aut diffidere justo possit, ut de iis, quæ adversus ipsum in tam multis, & magnis, in quibus nos & eandem ecclesiam offendisse dicitur, omisimus usque nunc facere, taceamus. Et infra.

Affectos supplicio reos.

Queritur Clementis se in scilicet Carolum Martellum, in Ungariam transmissum.

VI.

Super eo etiam, quod de missione dictæ Caroli Martelli in Ungariam exposuerunt nobis: Regi respondeatur præfato, quod licet alias institerimus penes Reginam eandem, ut præfatum Carolum Martellum ad charissimam in Christo filiam nostram Elisabeth Reginam Ungariæ illustrem aviam suam mitteret nutriendum, ne forsitan de eo fieret impie quod de memorato Rege patre suo fuerat tam nequiter perpetratum; tamen ejusdem Caroli Martelli captio & extra dictum regnum transmissio, præter conscientiam nostram facta, in nostram & ejusdem ecclesiæ præjudicium & contemptum attentata noscuntur: nec scimus, utrum expeditur moderno tempore, & an placuerit vel displicerit gentibus dicti regni.

Excusat Carolum Dyrrachii ducem.

Ad id denique, quod de morte quondam Caroli ducis Duratii proponere curaverunt: poterit responderi, quod libenter vellemus dictos Regem ejusque consilium attendisse, qualiter præfatus dux Duratii in captione & punitione proditorum ac paratorum dicti criminis se virtuose ac viriliter, ut intelleximus, hibuit: & qualiter non erat forsitan possibile, quod illi capi tunc, nisi dicti ducis, ut fertur, interveniente ministerio, potuissent. Propter quod attendant si veri-

simile videatur, quod dictus dux ad captivonem & punitionem proditorum processisset hujusmodi, si tanti sceleris conscius extitisset. Nec debuit dictorum Regis & consilii consideratio præterire, quod patratorum hujusmodi sceleris ad nos dumtaxat pertinebat & pertinet, sicut nos etiam duximus per nostras literas specialiter declarandum; insuper utrum in morte ipsius ducis formam juris servaverint, aut ex toto eam omiserint, attendere debuerunt; cum id etiam, quod est justum, scriptura justè præcipiat exequendum. Et infra.

Cæsum sine Judicario ordine dolet.

VII.

Item ad id, quod proposuerunt de arrestatione Regine, respondeatur ut supra responsum est, quod nos inquisitionem faciendam contra Reginam prædictam episcopo & Cardinalibus commissimus prædictis, qui sicut de eorum virtutibus & probitate confidimus, facient super hoc quod justitia suadebit. Item super iis, quæ nomine dicti Regis Ungariæ proposuerunt contra dilectum filium nostrum Talayrandum Cardinalem, &c. (Asperferant eum Regis oratores patrati in Andream homicidii suscipione & infamia, quam ab eo detegit Pontifex: alienum penitus tam immane crimen a tanto viro, tot virtutibus prædito, atque adeo illustri profapia fato: illum acerbissimo dolore audita Andree necis sauciatus fuisse. Viderent porro qui has calumnias ipsi suggererent, quanto dedecore sacrum Cardinalium collegium afficerent, qui horrendum flagitium Talayrando affingerent.)

Talayrandus Card. excusatur de improposito crimine.

VIII.

Item ad ea, quæ dixerunt, quod idem Rex Ungariæ libenter solus venisset ad nos, dum tamen vel eundem Carolum Martellum, aut dilectum filium nobilem virum duces Poloniae suum vicarium ordinasset: respondeatur eidem, quod nos libenter videremus & honorarimus eundem & pro eo quidquid possemus absque Dei offensa, & præjudicio partis, ac juris injuria faceremus. Asseruerunt etiam dicti archiepiscopus & præpositus nomine dicti Regis, quod idem Rex paratus erat venire ad nos personaliter, ad suscipiendum coronam regiam pro regno Sicilia, si per nos ad id vocaretur. Ad quod ipsi responderi poterit, quod satis potest considerare circumspicere regia, quid nobis liceat, quidve deceat in hac parte. Nunc igitur videtur responderi posse præscripto modo ad omnia, quæ idem Rex nobis tam per literas, quam per nuncios intimavit.

Excusatur Clementis, non posse regnum conferre Ungaro.

IX.

Ostendatur insuper memorato Regi, quomodo prædictum regnum nullo modo juste potuit occupare; & offeratur eidem, quod si aliquod jus in eodem regno sibi credit competere quoquo modo parati sumus exhibere sibi super hoc celeris & favorabilis justitiæ complementum: & requiratur etiam quod ea, quæ contra eandem ecclesiam in terris suis demanialibus & aliis pleno ju-

re

te spectantibus ad eandem, sicut mittendo vicarios ad civitates & castra quedam ipsius ecclesie; praedictis admodum dicitur attentasse, velit efficaciter & effectualiter revocare; & quod tyrannis ac inimicis & persecutoribus ejusdem ecclesie sicut decet principem catholicum & fidelem; nullum omnino praebeat auxilium; consilium, vel favorem; reducendo ad memoriam dicti Regis, quae, quot, & quantae eadem Romana fecit ecclesia in favorem clarae memoriae Caroli Regis Ungariae pariter sui, mittendo ad partes Ungariae in auxilium Caroli Regis ejusdem legatos sedis apostolicae ipsius, videlicet S. R. E. Cardinales, & adjudicando sibi praedictum regnum Ungariae contra Regem Boemiae ac ducem Bavariae, qui tunc erat, quorum quilibet se Regem intulabat Ungariae, & ejusdem Ungariae regni susceperant diadema: & inducatur prudenter & provide, quod horum aliorumque favorum multiplicium, quos eidem patri ac progenitoribus suis eodem impedit studio, pia matris ecclesiae esse velit recognitor devotus & gratus; & attendere diligenter, quod raro vel nunquam alius adversus eandem ecclesiam supra firmam petram, quae est Christus Jesus stabili firmitate fundatam, contra quam, teste ipso Christo, portae inferi prevalere non possunt, legitur existisse calcaneum, quin finaliter divina majestas dexterae suae virtute illum deiecit, contriveritque dejectum.

Proponit
cumulata
in eum
ab ecclesie
beneficia:

X.
Monetur
Ungaris
ne Nicolaum
Laur. tribunum
foveat.

Queritur
de cladibus
ab Ungaris
Siciliae illatis.

Item requiratur ipse Rex, ut devotus ipsius ecclesiae filius operum experimento probetur; quod ab omni juvenine, auxilio, & favore viro illi nequam Nicolao Laurentii civi Romano excommunicato, & suspecto vehementer de haeresi, ac utinam non infecto, ejusque sequacibus atque fautoribus impendendo prorsus abstineat; quinimo Nicolaum eundem, qui per aliquod tempus fertur in civitate Neapolitana mansisse, capi faciat, & captum ad nos vel ad ie mittere studeat, pro suis demeritis recepturum; ostendendo sibi quam periculosum esset eidem, & quam gravem & inextricabilem quodammodo maculam in sua gloria poneret, si suspecto de haeresi, ut praesertur, faveret vel, quod absit, quomolibet adhaereret. Dedit etiam legato Pontifex imperia, ut Ludovico Regi exponeret quot & quantae mala dux Wernerus alique ipsius stipendiarii Siciliae intulissent, qui non indico bello tanto furore irruerant, ac nullo sexus aetatisve discrimine ferinam in omnes crudelitatem exercuerant: quos si Rex tot cadibus temperare juberet, facile a tantis flagitiis absterent. Pergit Clemens. Item cum punitio omnium qualitercumque culpabilium de morte Andreae Regis ejusdem ad nos dumtaxat pertineat, ut praesertur, ipseque Ludovicus Rex charissimum in Christo filium nostrum Robertum Imperato-

rem Constantinopolitanum illustrem, & dilectos filios nobiles viros Philippum de Tarento, ac Ludovicum & Robertum de Duratio occasione hujusmodi criminis auctoritate propria ceperit, & captos in Ungariam, sicut praemittitur, destinavit; attendat circumspexio regia utrum nobis & eidem ecclesiae tamquam filius devotus & reverens detulerit in hac parte: maxime tum nihil fuerit super eis per nos subdolum justitiae, nosque parati simus, sicut & semper existimus, facere de praedictis regalibus absque cunctatione qualibet, si prout culpabiles reperi fuerint, de praemisso crimine quod justitia suadebit, &c. Praecipit legato, ut si turbis, patrimonii, aliarumque rerum, quae ipsi commissae sunt status patiantur, ad Ludovicum se conferat, ut haec in ipsius oculis & animo desigat: sin vero illuc contendere non possit, eam provinciam Petro episcopo Viterbiensi, atque alteri praesuli de omnibus egregie ab ipso instructis transfundat. Dat. Avin. non. maji anno vi.

Captos
contra fac
principes.

XI.

Solicitatus iterum Clemens, ut Siculum regnum Ludovico Ungariae Regi confirmaret, ac regia insignia illi conferret, negavit (a) id jure perfici posse, neque ad devinciendam eo scelere conscientiam se unquam adductum iri: restituenda tamen concordiae sculo regno varias rationes attigit, si Ludovicus regni custodiam sedi Apostolicae permitteret, ac sententiam de controversis in regnum iuribus exliceret: aut si regnum Carolo Martello tribueretur, atque a sede Apostolica ex antiquis cum Carolo I. pactis administrando regno legatus praeficeretur: vel denique si Ludovicus consuetum censum sedi Apostolicae penderet, neque ecclesiae hostibus studeret in regni possessione tolerari posse ea lege, ut sedes Apostolica cum ipso nullas pactioes iniret, suave firmaret autoritate, & adversa parti ipsum in jus vocanti ex legum & judiciorum ordine non deesset. At nullam ex his propositam concordiae rationem Ludovicus Ungariae Rex iniit cum Pontifice, cum antequam literae a Cardinale legato afferrentur, jam ille aevi epidemiae metu in Ungariam avolasset. Interea Joanna, custodiam tradita (b) in Aquensi arce, ad Ludovicum Tarentini, qui Provincialium metu aufugerat, preces jussu pontificio dimissa Avenionem se contulit, obtinuitque a Pontifice, ut solutis de consanguinitate canonicis legibus Ludovico, ex quo utrum jam gerebat, connubio jungeretur (c). Postulata (d) vero judicio ab Ungariae Regis oratoribus, obiecta exceptione, ad vim Ludovici, a quo regno pulsa esset, vi retundendam incumbendum respondit: excitaque a Neapolitanis absente Ludovico, ut pecuniam pro recuperando amplissimo regno confice-

(a) To. 6.
ep. fecr.
1399.

Variae
concordiae
pactioes
propositae.

Ludovici
in Ungaria
recessus.
Joanna ex
Avenione
carcere emissa.
Nob. Ludovico
Tarentino.
(b) Jo.
Vill. l. 12.
c. 114.
(c) To. 5.
ep. fecr.
248.
MS. bibl.
Vat. sign.
n. 3765.
Vocatur a
Neapolitanis.
(d) To. 7.
ep. fecr.
889.

ceret, Avenionem pretio distraxit, quam edictis publicis tabulis emit Clemens (a) obtinuitque a Carolo Romanorum Rege, cum ea urbs imperii esset beneficiaria. (quod in Frederico II. vidimus) (b) ut emptionem ratam haberet, atque etiam regia liberalitate ab imperio divelleretur, adeo ut supremo ab ecclesia jure renereatur, uti Clementis vitae autor narrat his verbis (c): Civitatem Avenionensem cum suo territorio a Joanna Regina Siciliae, ad quam per prius spectabat, tenebaturque in feudum ab imperio, Romanae ecclesiae dato magno pretio emit, consensu tamen & voluntate memorati Caroli Regis Romanorum in Imperatorem electi: qui etiam autorizando, approbando, & confirmando emptionem hujusmodi, voluit & concessit, quod in perpetuum pertineret ad jus & proprietatem dictae ecclesiae, praesati Papae, suorumque successorum canonice intrantium: quodque per eos libere teneantur & possideantur in franco allodio, nec pro ipsis homagium seu fidelitatem, servitium seu recognitionem, cuiquam facere in posterum teneantur: & in signum adeptae possessionis & translationis domini eorumdem de domo communi sita iuxta ecclesiam S. Petri Avinionensis arma dictae Reginae in ea affixa nota fuerunt, & in ipsorum loco arma ipsius Papae apposta & affixa.

(a) MS. bibl. Vat. sig. num. 1040.
(b) Clem. VI. a. ind. sign. n. 3765.
(c) Matt. Vill. l. 1. c. 13. & a. 11.
Avinionem dividit.
(d) Annal. 1013. A. C. 1226.
(e) an. 1250. n. 31.
(f) Gest. Clem. VI. apud Busq.

XII.

Instructi auri vi ex venditione Avinionis, tum ex sacerdotiorum Provinciae decimis, nec non ex oppigneratis monilibus ac gemmis (d) redacta, Ludovicus Tarentinus ac Joanna Regina decem Genuensium triremes, tum Warnerum Germanum cum mille ducentis equitibus condudere (e): utque majori autoritate in regnum Ludovicus accederet, Regis Jerusalemitani (cum Siculi nomen sine apostolica autoritate non posset) corripuit, quo in publicis actis usus est: investitusque triremibus Genuensibus prope Neapolim cum nullam classem Ungaris pro tuendo regno magna imprudentia comparasset, exceptusque ab obviis proceribus effusa gratulatione ac urbem ingressus partim viduas arces Neapoli imminentes recepit: deinde Warneri Germani a quo baltheo militari, ut illum sibi magis devinceret, cingi (f) voluit, equestribus copiis instructus nonnullos proceres, qui sentiebant cum Ungaris, perdomuit (g): multa Ungarum praesidio arcibus dispulit, cum plures ex his peste absumpti, plures stipendiis inopia saga lapsi, alii ferro vel auro se vinci facile sinerent. Quos felices successus cum Joanna Regina significasset Pontifici, Clemens illam ad agendas divino Numini grates excitavit, atque effusam liberalitatem prudentia coercere jussit. Decreti autem fuere duo Cardinales legati a Clemente ad pacem Neapolitano regno restituendam, quorum al-

Ungaros
regno de-
pellit.

ter Guido tit. S. Caeciliae in Ungariam pridie kal. decembris missus (h), ut Ludovicum mulceret; alter vero Anibaldus Tusculanus episcopus Siculi regni statum foedissime bellis praeteritis labefactum componere iussus (i): de quo datae ad Joannam Reginam (k) regnique ordines (l) extant literae. Cui etiam demandata provincia (m) ut Beneventani agri ad ditio-nem ecclesiasticam spectantis limites defini-ret, sed ea de re deque Anibaldo inferius. Nunc ulterioris Siciliae res perstringamus.

(h) An. 7.
ep. cur. 33.
ad 168.
Anibal-
dus Card.
in Sicil.
citeriorem
legatus.
(i) lb. ep.
cur. 2.
(k) Ep. 48.
(l) Ep. 47.
(m) Ep.
71.

Flagitavit a Clemente oratorum opera sub anni initio Ludovicus Ungariae Rex, ne foedus illud, quo Joanna Trinacriae insulam a Sicilia regno sine ullo fructu atque utilitate divulserat, confirmaret; sed illum, ut dixi, pestis ex regno depulerat: ac Trinacrii Ungarorum metu, missis oratoribus, instigare paulo post, ut apostolica autoritate Trinacriam a Neapolitano regno disgregari confirmaret. Respondit Clemens, parum sedis Apostolicae in tanta re iuribus ac dignitati cautum; deliberarent ii hac de re: se, cum pestis ferocia remississet, rediissentque Cardinales, rem cum ipsis in consilium adducturum; interea sacrorum & templorum utum insulae Siciliae ad recurrentem sacram epiphaniae diem restitutum iri: sed de Trinacriae calamitatibus sequenti anno sermo recurret. Jam alias Italicas res conjungamus.

De Trinacria a Neapol. regno dividenda agitata consilia.

XIII.

Movere nisus est novas turbas Nicolaus Laurentius tribunatus officio & Urbe depulsus: cum enim ad Ludovicum Regem Ungariae, cum quo foedus ad Siciliam citeriorem invadendam junxerat, profugisset (de quo apud Ungarum Clementem questum vidimus) Wernerus ducis Germani, qui dissoluto a Ludovico Rege exercitui in Campaniam se subduxerat, opera amissum tribunatum recuperare contendebat. Adversus utriusque conatus Pontifex Bertrandum legatum Perusinum, Florentinorum, ac Senensium opem sibi conciliare jussit (n): cumque in Urbe pristinae dignitati affectarent (o) ob conceptam de illius aequitate, & in rebus gerendis peritia opinionem (ex quo dejectus fuerat, infesta erant latronibus itinera, quae ipse antea ab ea peste expurgarat) legatum admonuit, ut diligentiam omnem in viarum grassatoribus comprimendis collocaret; ita enim Romanos a Nicolai Laurentii studio, vel ab alio creando tribuno adductum iri: denique adjecit, ut praepotentem aliquem virum probitate insignem, nec genere Romanum senatoria dignitate ornarem. Non defuit imposito muneri Bertrandus, coactis enim apud Montemafalconem ordinum coetibus, Nicolaum Laurentium ju-

(n) To. 6.
ep. fecr.
1258.
(o) Eod. to. ep. 1399.

dicio hæreticos postulavit, neque comparentem decretoria sententia defixit : quam postea Clemens Papa ab Anibaldo Card. cum illum vergente anno Italicæ legationi, ad ditionis ecclesiasticæ motus componendos præfecisset (a), promulgari iussit.

(a) An. 7. l. 3. ep. cur. I.

Clemens, &c. Venerabili fratri Anibaldo episcopo Tusculano A. S. L.

Dudum Nicolaum Laurentii civem Romanum, qui tribunal se nominabat, rectorem Urbis ejusque districtus una cum bonæ memoriæ Raimundo episcopo Urbeventano, in spiritualibus in dicta Urbe vicario nostro, duximus usque ad nostrum beneplacitum deputandum, sperantes quod ipse nobis & ecclesiæ Romanæ fidelis, & devotus existeret, & dilectos filios populum Romanum pace & justitia auctoritate nostra una cum dicto Raimundo episcopo gubernaret, & terras ac jura ipsius ecclesiæ a quibuscumque molestiis & injuriis præservaret. Sed idem Nicolaus perceptorum ab eadem ecclesiâ atque a nobis, honoris, & beneficiorum nonnulla, contra eandem ecclesiâ & rem publicam in Dei offensionem & gravem læsionem dicti populi attentare præsumperat, & solus commissos per nos eidem Raimundo episcopo & sibi, ac nonnulla alia officia & titulos usurpaverat. Nos super iis de opportuno remedio providere, ac ipsius Nicolai temerariis conatibus obviare volentes, venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Sabiniensi, tunc tit. S. Marci presbytero Cardinali in prædicta Urbe & ejus districtu A. S. L. per nostras certi tenoris literas commissimus & mandavimus ut eundem Nicolaum ab hujusmodi rectoriâ per nos sibi in Urbe & districtu præfatis, ut præmittitur, commissa, nec non quibuscumque aliis officiis seu titulis quocumque nomine censeantur, per eundem quomodolibet usurpatis, aut alias per nos vel alium seu alios quovis modo concessis eidem suspenderet, privaret, & amoveret ad tempus vel in perpetuum, sicut expediens videtur, prout in prædictis nostris inde confectis literis præmissa seriofius continentur. Idemque Bertrandus episcopus receptis nostris literis antedictis, de præmissis (licet essent in illis partibus notoria) plenius informatus, tam ipsarum vigore quam & legationis & vicariatus, sibi per nos in dicta urbe & districtus ejusdem, ac diversis terris aliis & provinciis commissorum, eundem Nicolaum in publico diversorum prælatorum, nobilitum & subditorum civitatum & aliarum terrarum provincia patrimonii B. Petri in Tuscia parlamento per publicâ citatione dictum, debita sibi securitate concessa, ut excusationem aliquam prætereundere non valeret, peremptorie citari fecit, ut in tertio termino tunc expresso coram eo in castro Montis-

Data Bertrando Card. provincia agendi iudicio in Nic. Laurentium.

ti-flasconis Balneoregiensis diocesis comparere curaret, dicturus & allegaturus causam rationabilem, si quam haberet, quare propter excessus per eum commissos hujusmodi rectoria ac aliis officiis & honoribus quibuscumque, quæ sibi in Urbe & districtu præfatis quomodolibet usurpaverat, privari non deberet, ac pronunciari incidisse in nonnullas excommunicationis sententias, tam a canone quam ab homine promulgatas pro eo, quod certos clericos ceperat ac carcerali fecerat custodiæ mancipari, & diversa castra, terras & villas, ad prædictam Romanam ecclesiâ pertinentia occupaverat.

Et quia supradictus Nicolaus nec in dicto termino nec post per se vel alium coram dicto Bertrando episcopo comparere curavit, idem Bertrandus episcopus eundem Nicolaum reputavit exigente justitia contumacem, ac ipsum sententialiter perpetuo omni honore, dignitate, administratione, & officio, quæ in prædicta Urbe & ejus districtu usurpaverat & susceperat, ac duxerat quomodolibet exercenda, privavit: ac etiam declaravit, eundem in diversis excommunicationis sententias promulgatas a canone pro eo quod, ut præfertur, nonnullos clericos & personas ecclesiasticas ceperat, seu capi & carcerali fecerat custodiæ mancipari; & quod etiam diversa castra, terras, & villas, ad supradictam Romanam ecclesiâ pertinentia, contra processum per felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædecessorem nostrum contra invasores & occupatores terrarum ejusdem ecclesiæ factos & habitos, ac per nos postmodum confirmatos, & etiam roboratos, incidisse. Et nihilominus dictus Bertrandus episcopus memoratum Nicolaum apud eum & alios, per nonnullos bonos & graves de hæresi vehementer suspectum & graviter diffamatum, per simile citationis edictum in consimili parlamento, debita etiam ipsi securitate, concessa, peremptorie citari fecit, ut in certo peremptorio termino, tunc etiam expresso, coram eo in præfato castro Montisflaconis personaliter comparere curaret, super facto fidei & certis hereticalibus articulis responsurus, ac alias facturus & receptorus, quod ordo exigeret rationis. Sed cum idem Nicolaus neque ante terminam, neque in prædicto præfato termino curaret coram ipso Bertrando episcopo comparere, præfatum Nicolaum reputavit, exigente justitia, contumacem. Volens tamen mite agere cum eodem, ipsum post prædictum terminum ad ejus malitiam convincendam, priusquam ad proferendam in eum excommunicationis sententiam propter hujusmodi contumaciam veniret, duxit per dies aliquot expectandum. Et quia idem Nicolaus suam præsentiam coram dicto Bertrando episcopo in prædicto castro Montisflaconis seu alibi exhibere contumaciter non curavit, idem Ber-

Ut intentatum fuerit a legato eisdem iudicium.

Repetita secundo actio.

Intentata anathematis sententia.

trandus episcopus in ipsum Nicolaum si, ut præmittitur, in facto fidei contumacem propter ipsius contumaciam excommunicationis sententiam promulgavit, ipsamque mandavit & fecit excommunicatum publice nuntiari, prout in diversis literis inde confectis, ipsius Bertrandi episcopi sigillo munitis, præmissa seriofius continentur.

Cum autem præfatus Nicolaus suæ salutis oblitus, nesciens aut potius nolens ætæ vitæ & illicitis abstinere, tanquam in profundum malorum prolapsus mentis suæ oculos peccatorum mole depressis non curet ad veritatis & rectitudinis semitam redire; sed magis in sua damnabili pertinacia & execrabili obduratione persistens, ac pejora prioribus, si ei facultas & voluntas assuerit, perverso studio satagens cumulare, adhuc statum Urbis & regimen, sicut habet fidedigna assertio & manifesta probant indicia, conetur subvertere, & ecclesiâ Dei matrem sanctorum fidelium perturbatione, temeraria, quinimmo execrabili insania, perturbare, & (ut suum venenosum propositum & perniciosum affectum eo potius perducere valeat ad effectum, quo suæ pertinaciæ & factionis inique plures consortes habuerit & fautores) clandestinis tractatibus, subdolis machinationibus, illicitis & quas implere non posset promissionibus, & mendosis seductionibus diversos comitatus & singulares personas a devotione ecclesiæ nititur retrahere, ab utilitate reipublice revocare, avertere, & eas secum trahendo in præcipitium ad subversionem status Urbis prædictæ in nostrum & ecclesiæ prædictæ grave dispendium, multorum scandalum, & exempli perniciem colligare; propterea nos volentes tam perniciosis ausibus & periculosis temeritatibus obviare, ac indennitati nostræ & reipublice quanto salubrius possumus providere, fraternitati tue, &c. Imponit provinciam, ut edicta Bertrandi Cardinalis adversus Nicolaum Laurentium in decretæ legationis Italicæ locis promulganda curet: neque illum modo, sed omnes ejus sequaces, qui ipsum quopiam in loco receperint, vel qui eo cognito eundem non detulerint, anathemate defigat. Dat. Avin. 11. kal. decembris anno VII.

Iussus Anibaldus eadem decreta urgere.

Discussa aliquorum Romanorum lava consilia. (a) To. 6. ep. fecr. 1399. XIV. Disceptatum de jure ecclesiastico cum Castellano Rege.

tifex (b), Apostolicam sedem exteros in omnibus regnis moderandis ecclesiis posse imponere.

(b) An. 7. ep. fecr. 335.

Clemens, &c. Alfonso Castella & Legionis Regi illustri.

Dum tuam progenitorumque tuorum devotionis & fidei puritatem, qua erga Deum & Romanam ecclesiâ claruisti, diligenter attendimus, dumque speramus, quod tu in hac devotionis & fidei puritate persistens, illam non solum continuare debeas, sed augere; miramur quomodo se tuam per aliquos circumveniri prudentiam passus fueris, sicque illorum quarentium sanctuarii Domini hereditario possidere inordinatæ condescenderis voluntati, ut ipsius Romanæ ecclesiæ matris tue ordinationem providam circa provisionem ejusdem Caurienfis ecclesiæ moleste tuleris, eam tanta maturitate digestam levis aliquorum allegationibus, quas non rationum efficacia roborat, sed noxii patius appetitus confutat affectio, impugnans. Numquid, fili charissime, Apostoli Domini, quorum doctrina fulget ecclesiâ, & Christiana fides incrementa suscipit; immo in quibus facta sunt fidei fundamenta, & quorum sunt episcopi successores, extra proprias nationes & gentes provincias alias atque regna in sortem prædicationis, disponente Domino, non susceperunt? Numquid B. Jacobus, per quem Hispaniis evangelicæ veritatis lumen resplenduit, & sacri baptismatis innotuit sacramentum in Hispaniis ortus est? Quid igitur mirum, si Romanus Pontifex, ad exequendum ministerium servitutis injuncta illius, cujus vices gerit in terris, & apud quem non est Judæi Græcique distinctio, neque acceptio personarum, instructus exemplo personas idoneas eligit, & quamquam alienigenas vacantium ecclesiarum regimini præficit, deputatque pastores ad dominici gregis curam?

Clementis reiponsum.

Contenti exteros posse præfici.

B. Jacobum Hispanum non fuisse.

Ceterum si inter prælatos extraneos in ecclesiis dictorum regnorum tuorum ex apostolica sedis auctoritate promotos unus minus forsitan aliquibus placuit, hoc illi tua puritas ad vitium quæsumus non ascribat: sed subditis suis, qui pbreneticorum more languentium medelam & medicinam respuerunt, impute potius ad delictum; cum ipse idem, si attente mores ejus & vitam inspicias, & in libra rectæ considerationis appendas, occurrat tibi clarus meritis atque virtutibus, ac scientia doctrinaque præclarus velut quoddam luminare magnum in Dei ecclesiâ conuicasse. Quapropter, fili charissime, sincerum erga te matris ecclesiæ zelum & amorem considerans & attendens, molestum non habeas, si vacantibus ecclesiis regnorum tuorum prædictorum interdum apostolicæ sedis præficit aliquas personas idoneas ex plenitudine sibi creditæ potestatis, &c. Dat. Avin. xv. kal. novembris anno VII.

Creatam Compostellano ob virtutem invidiam.

XV. Caroli res in Germania aucta.

(b) Alb. Arg. in chron.

(c) An. 6. l. 2. ep. com. 799.

Formula redeuntibus praescripta.

In Germania Caroli Romanorum & Boemorum Regis post Ludovici Bavari obitum admodum res auctae, atque amplificatae sunt; quod Pontifex III. non februarii est ipsi gratulatus his verbis (a): Omnipotenti Deo laudes & gratias agimus, quod eo tua negotia dirigente cuncta tibi, de quo gaudemus immenso, in partibus ipsis feliciter prospereque succedant. Eruperat Carolus e Boemia, validoque succinctus exercitu Germaniam peragrabat (b), & qua armorum terrore qua censurarum religione devinctos populos, ostensa venit & cum Romana ecclesia gratiae spe, in suas partes adigebat. Commiserat enim episcopis Pontifex, ut ad Caroli Regis imperia redeuntes, expiatio praeferito crimine, absolvent: qua de re formula Balduino archiepiscopo Trevirensi data his verbis concepta est (c).

Forma confessionis faciendae, & juramenti praestandi per illos, qui absolventur, talis est.

Ego. confiteor me tenuisse & tenere fidem catholicam, & credere & tenere quod credit, tener, & docet sancta mater ecclesia; & credidisse & adhuc firmiter credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam seu summum Pontificem deponere & alium eligere vel creare: sed hoc haereticum reputo & haeresim damnatam per ecclesiam supradictam. Insuper ad sancta Dei evangelia juro, quod stabo & parebo mandatis ecclesiae ac domini nostri domini Clementis, divina providentia Papae VI. & ecclesiae Romanae super illatis injuriis, contumaciis, rebellionibus, fautoribus, & aliis implicitis vel explicitis per me commissis confessatis & non confessatis, ac ceteris poenis, quas incurri ab homine vel a jure, propter praemissa, vel ea tangentia: & quod eidem domino nostro Papae ejusque successoribus canonice intrantibus fidelis ero de cetero, eisque debitam reverentiam & obedientiam exhibendo. Domino praeter ea Carolo Regi Romanorum tamquam Regi Romanorum, per eandem ecclesiam approbato, obediam & parebo; & relicta & filiis dicti Ludovici, quamdiu in rebellionem ipsius ecclesiae perfliterunt, & praefato domino Carolo Regi non obediunt ac haereticis & schismaticis aut eorum sequacibus per dictam ecclesiam denotatis non adhaerebo, neque favorebo, nec quibuscumque aliis contra dominum Papam, ecclesiam, ac Regem praedictos dabo auxilium, consilium, vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte: quodque deinceps nulli ut Imperatori obediam vel adhaerebo, nisi ille primitus fuerit per eandem ecclesiam approbatus. Nec cum eisdem relicta & filiis dicti Ludovici, aut quibuscumque aliis in rebellionem ipsius ecclesiae existentibus contra ecclesiam & Regem praedictos colligationem, obligationem, con-

spirationem faciam, sive ligam. Volo etiam & consentio, quod si contingat [quod absit] in posterum, me contra praedicta, qua confessus sum, & propter quae incurri sententias excommunicationis, suspensionis, & interdicti prolatas ab homine vel a jure, vel eorum aliquod ulterius facere, contra juramentum per me praestitum veniendo, in praedictas sententias reincidam in ipso facto. Dat. Avinion. xv. kal. martii anno vi. Consentit omnino his ea formula, quam Albertus Argentinenfis Babenbergensis (d) episcopo traditam repetit, (e) quae etiam Ulrico (f) episcopo Constantiensi & Ernesto Pragensi (g) data. Caeterum addit memoratus auctor illam Basiliensibus, qui de amplectendis Caroli Regis partibus agitabant, acerbioris visam, atque ita regis obsequiis accessisse, ut a Joanne Pistoriensi internuntio apostolico totius populi nomine a censuris liberari magistratus poposcerint, ac templorum & sacrorum usus Basileae fuerit restitutus: & tum episcopus Basiliensis Morbacensisque abbas, acceptam Caroli liberalitate suam ditionem solemniter sunt professi & in ejusdem verba jurarunt. Addit auctor (h): In die quoque sancto natiuitatis Domini, nimirum superioris anni, Rex communicatus fuit legitime in missa in galli cantu alta voce, habens in manu evaginatum gladium, evangelium: Exiit edictum a Caesare augusto. Digressus Basilea, Spirenses, Wormatienses, Moguntinos, adiit, ab illisque regia pompa exceptus.

Dum vero Moguntiae agebat, Henricus exauctoratus ac Bavari principes Ludovicus, qui marchionatum Brandeburgensem obtinebat, Rudolphus, ac duo Ruperti Palatini Rheni cum Erico duce inferioris Saxoniae ab Eduardo Rege Angliae sollicitati proximo ab Epiphania die Eduardum Anglum (i), habitis ab oratoribus in arce, cui Constein nomen inditum, comitiis Romanorum Regem salutarunt; unde magnos in Germania concitatos motus, refert Argentinenfis ac Regem Carolum Moguntia Wormatiensem recepisse: sed omnes schismaticorum conatus irritos cecidisse, quamvis alios atque alios Reges elegerint ac triumphasse de suis hostibus Romanam ecclesiam, Carolo quem ipsa constituerat rerum potito, visuri sumus. Atque in primis Clemens adversus Henricum exarchiepiscopum Moguntinum, dum amissa ob scelera dignitatis dolore furebat, harum discordiarum in Germania praecipuum auctorem, ecclesiasticarum censurarum contemptorem, neque haeresis infamiae immunem in jus vocavit; ut de fidei articulis coram sede Apostolica responderet. Data est accersendi illius in iudicium provincia (k) praeposito S. Victoris ac S. Mauritii & S. Jo-

(d) Reg. post eand. ep. (e) Alb. Arg. in chron. (f) Clem. 2. p. l. 4. an. 6. ep. divers. form. 399. & 10. 6. ep. fecr. 1368. (g) Reg. l. 2. post ep. com. 799. Basilienses concilii ecclesiae. (h) Alb. Arg. in chron. Evangelium a Caesare districto gladio lectum. (i) Jo. Vill. l. 12. c. 105. Alb. Arg. in chron. Rehdorf. in anal. Gest. Clem. VI. Sever. in Henr. Mogunt. ver. l. 5. Trib. in chron. & alii. Henricus Moguntinus postulat iudicio. (k) An. 6. l. 1. p. 1. ep. cur. 1. an.

annis ecclesiarum scholasticis, atque editi pontificii divulgandi: in quo ubi nonnulla Pontifex de Ludovico Bavaro est praefatus, ut a Joanne XXII. ob scelera adeptis ex discordi, ut fama ferebat, electione iuribus exutus fuerit, atque omnibus patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, intentata dignitatum privatione, ipso opere sine praevia monitione contrahenda, interdictum ne in illius verba jurarent, vel ecclesiarum suarum ditionem ipsi acceptam referrent; Henricus tamen, spretis apostolicis edictis, clientelarem sponsonem Ludovico addidit, seque perjurii & anathematis nexu irretierit, ac postulatus iudicio in contumacia obdurerit: tum subdit quae subjecta earundem literarum pars potior complectitur.

Clemens, &c. dilectis filiis praeposito S. Victoris extra muros Maguntini, &c. S. Mauritii ac S. Joannis Maguntini, scholasticis ecclesiarum salutem.

XVII. Comparere contumaciter non curavit [nimirum Henricus] sed ut sua ingratitude vitium erga sedem praedictam multiplicaret ulterius, & excessus excessibus, & culpas graviores culpis damnabiliter cumlaret, ex tunc priora & detestabiliora prioribus committere perniciose temeritate praesumpsit: ipse namque praefato Ludovico subsequenter adhaesit continue, ipsum pro Imperatore, cum tamen nec Imperator nec Rex fuisset habendus, tenendo, vocando, & exhibendo sibi tanquam tali reverentiam, & plures alios detestandos excoherens, in brevi non possunt sermone concludi, in divina majestatis contumeliam, gravem dictae sedis offensam, & multorum perniciem committere non expavit: propter quae eundem Henricum, in sua pertinacia indurato animo contumaciter perdurantem, reputavimus contumacem, & in ejus contumacia de fratribus nostrorum consilio, praesente praetorum, clericorum, & aliorum multitudine fidelium copiosa, ipsum ab officio & beneficio duximus suspendendum: & tandem de dictorum fratrum nostrorum consilio, astante simili multitudine copiosa, in eundem Henricum tunc archiepiscopum, contumaciter absentem, ad hoc citatum legitime, perpetuae depositionis proferentes sententiam, eum omni honore, potestate, dignitate, ac officio pontificali privavimus, justitia exigente: ac feudationes, alienationes, & obligationes, quas de bonis ipsius ecclesiae Maguntinae post latas in eum excommunicationis & suspensionis sententias attentare praesumpsisset, in irritum duximus revocandas: ac eidem ecclesiae Maguntinae tunc vacanti, ne longae vacationis subiaceret incommodis, de persona venerabilis fratris nostri Gerlaci archiepiscopi Maguntini de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica duximus providendum, curam & administrationem ip-

Ut archiepiscopi munerere interdictus fuerit.

sus tam in spiritualibus, quam in temporalibus sibi plenarie committendo.

Postmodum autem ad notitiam nostram, fidedigna relatione deducto, quod idem Henricus, praemissis omnibus per eum perpetratis non contentus, cum quibusdam suis in hac parte complicibus, fautoribus, & ei adhaerentibus, ipsam ecclesiam Maguntinam & administrationem ejusdem, nec non oppida, castra, villas, & loca alia, & nonnulla ornamenta ecclesiastica pontificalia, vasam argentea, & bona & jura ad Gerlacum archiepiscopum & ecclesiam Maguntinam praefatos spectantia, occupabat, usurpabat, consumebat, & detinebat indebite occupata in nostrum & ejusdem contemptum, sua solutis dispendium, & eorumdem Gerlaci & ecclesiae Maguntinae intolerabilem iacturam, & scandalum plurimorum; nos volentes huiusmodi tam detestandis ausibus, & perveris conatibus obviare, & eisdem Gerlaco archiepiscopo & ecclesiae Maguntinae providere de remedio opportuno, venerabilibus fratribus nostris Treverensibus, & Ravennati archiepiscopis, ac dilecto filio archidiacono Treverensi, eorum propriis nominibus non expressis, nostris dedimus literis in mandatis, ut praefato Gerlaco archiepiscopo assisterent, & Henrico jam dicto, suisque sequacibus, fautoribus, & ei adhaerentibus resisterent vitis omnibus & remediis opportunis.

Presentatis itaque literis apostolicis supradictis venerabili fratri nostro Nicolao Patracensi, tunc Ravennatenfi archiepiscopo, ipse Nicolaus solus in huiusmodi negotii executione procedens, prout sibi vigore literarum nostrarum huiusmodi competebar, nonnullos processus contra eundem Henricum ejusque sequaces, fautores, & adhaerentes eidem fecit; quos etiam postmodum aggravavit, monitiones & excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias continentes, prout haec omnia in eorumdem Praedecessorum nostrorum, ac nostris literis & ipsius Nicolai processibus inde confectis plenius continetur. Sed idem Henricus, tanquam iniquitatis & perditionis filius, processus, monitiones, mandata, & sententias supradictas pluribus annis sustinuit, & adhuc pertinaciter sustinet animo indurato, nec curans redire ad ecclesiae unitatem, non sine scrupulo haereticae pravitatis.

Nos igitur volentes, sicut nec velle debemus, praemissa tam detestanda facinorae conviventibus oculis pertransire, ne ipsius facti perveritas aliis transeat in exemplum discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios eundem Henricum olim archiepiscopum Maguntinum ex parte nostra citare curetis, ut infra certum terminum peremptorium competentem, quem ei duxeritis, praesigendum, se conspectui apostolico per-

XVIII.

Moguntinae ecclesiae opes absumpserit.

Subrogatus in eius locum sit Gerlacus.

XIX.

De Henrici pertinacia.

sonaliter representet, super Catholica fidei articulis debite responsurus, & auditurus, recepturus, & facturus super praemissis, quod justitia suadebit; aperte Henrico predicantes eidem, quod nisi infra praedictum terminum per nos ei, ut praemittitur, statuendum comparuerit personaliter, ut praefertur, nos contra eum, prout nobis expediens videbitur, mediante justitia procedemus, ipsius contumacia non obstante. Diem vero hujusmodi citationis & formam, & quidquid super hoc duxeritis faciendum, nobis per vestras literas harum seriem continentes intimare curatis. Volumus insuper quod processum vestrum, super hujusmodi citatione habendum, per edicta publica in locis proponenda, & affigenda publicetis, de quibus verisimilis habetur praesumptio, quod ad ipsius Henrici possit pervenire notitiam, vel alias, prout melius & utilius videbitur, ratione praevia faciatis. Datum Avin. xv. id. februarii anno vi.

Intentatur illi decretoria sententia.

XX.

Depressam Henrici superbiam, atque Gerlacum contra ejus vim ecclesiam Moguntinam tum ope Caroli Romanorum Regis consecutum, refert Serarius his verbis (a): Hic Gerlacum electum & a Pontifice confirmatum, ut ei Moguntinus clerus ac populus deserto Henrico, pareret valde adjuvit, & Falckensteinium Canonem, de quo iterum postea, rebus quas e Moguntina dioecesi tenebat, omnibus exiit. Fuerat autem temeris, ut propter tantam temporum difficultatem amicta stola cruce in summi templi medio poneretur, & coram ea quotidie a clero caneretur: Media vita; & psalmus: Deus laudem meam. Sublato autem Ludovico, fuit & illa solemniter sublata, cantantibus omnibus: Te Deum laudamus; praesentibus Carolo IV. Moguntino nostro, Treverensi, Colonienfi, Herbipolensi, Spirensi, Argentinensi & Bambergensi episcopi, aliisque plurimis principibus & viris nobilibus, ut habet M. S. L.

(a) Ser. Mog. rer. l. 5.

Ritus facer Moguntini cleri schismatis tempore.

Eduardus a perduellibus designatus Caesar.

Fridericus Misnensis electus tyrannus.

(b) Alb. Arg. ubi sup. Cum Carolo pacis scitur. XXI.

Non destitit a movendis novis turbis ferox Henrici animus, Eduardo enim oblatum a schismatis perduellibus imperium respuente, spondente tamen ipsis regium studium, ut Carolum Regem Boemiae Regis Francorum studiosum dejiceret, Henricus Moguntina sede deturbatus, ac Bavari principes Friderico marchioni Misniae abnepoti ex filia Friderici II. Imperatoris ineunte mense junio in oppido Bavariae, cui Kaus nomen est, tyrannidem detulere (b). Sed is cum injustam electionem perpenderet, quantivise se objiceret periculis, Carolo Regi, acceptis decem marcharum millibus, clientelare officium solemniter praestitit.

Non defuere ex sacro Minoritarum ordine viri hypocrisae superiori Corbariano schismate infecti, qui his tumultibus faeces addidere, ac plures egregie ad Ca-

rolum Regem Romanorum agnoscendum comparatos a suscepto consilio avertere, & contra edicta pontificia declamare ad schismaticorum gratiam non perhorruerunt: de quibus Clemens, datus ad supremum Minoritarum praepositum & alios, qui sodalibus in singulis provinciis praerant, literis gravissime est questus (c), ab iis sedi Apostolicae injurias pro acceptis beneficiis rependi.

Aliqui pseudo-minoritate infecti ecclesiae.

(c) To. 7. ep. fecr. 32.

Clemens, &c. dilectis filiis generali & provincialibus ministris, ac ceteris fratribus ordinis Minorum.

Molesta nobis & displicens multorum relatio ad nostrum perduxit auditum, quod nonnulli ex confratribus vestris partium earundem (nimirum Germaniae) qui ejusdem Ludovici fautores, consultatores, & ei adhaerentes existerant, non solum Deo & ecclesiae per poenitentiae debitum reconciliari, prob dolor! non curantes; sed velut in profundum malorum demersi, ut sibi & aliis praecipitium damnationis existerent, quamplures volentes ad gremium ecclesiae praefatae reverti, ab eorum proposito retraxerunt, quod idem Ludovicus verus Romanorum Imperator existerat pollutis ac mendacibus labiis ac praesumptione damnabili asserentes: ac quantum in eis erat, nonnullos se ad charissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum Regis illustri, rite promoti & ab eadem ecclesia legitime approbati, obedientiam disponentes, ab eorum proposito revocantes. Hi sunt fructus, quos ex laboribus eorumdem confratrum ipsa metit ecclesia? Haec sunt opera sanctitatis, quibus quaerunt Deo populum acceptabilem reddere, quibusque vacant profectibus animarum? Quia vero haec tanto nos pungunt acerbius & gravius faciunt, quanto plurimum simplicium animas ruinae damnationis exponunt; ac proinde pati ea sub dissimulationis velamine nullatenus intendentes, universitatem vestram monemus, requirimus, & hortamur attente, per apostolica scripta districte praecipiendo mandantes, quatenus de illo super hoc remedio providere curetis, per quod talia similia de cetero conquiescant, & ad correctionem eorum non oporteat limam apponere apostolicae potestatis. Dat. Avin. VIII. kal. junii anno VII.

Pontificia de iis querela.

Jubentur ab ordinis praefectis compri-mi.

XXII. Caroli in Bavaros expeditione. (d) Rebdorf. in annal.

(e) Clem. to. 7. ep. fecr. 201. (f) Ead. ep.

Laceffitus porro Bavarorum principum injuriis Carolus Rex signa adversus eos extulit (d), perque Ruperti ducis ac Palatini ditionem ferrum Boemicum flammisque circumtulit. Quibus ipsi cladibus acceptis, paucis post mensibus ejusdem Caroli gratiam expetere concordiae interprete Alberto Austriae duce, ac solennes ea de causa Patavii coetus habitos refert Henricus Rebdorfus (e): legatusque est a Carolo ad sedem Apostolicam Joannes Boemus (f) ex Dominicana familia religiosus vir, ut pro adducendis in Apostolicae sedis gratiam Ludovici Bavari fili-

illis Clementem oraret. At cum is nullas illius ineunda expressas leges attulisset, citissimeque redire iustus esset, nullum certum responsum Pontifex dedit, quippe qui non potuit ea de re deliberare cum Cardinalibus, quos pestilentiae disperferat metus; ac Romanorum Regi haec rescriptit (a): Quia nonnulli ex fratribus nostris propter pestem, quae ut ad tuam credimus pervenisse notitiam, patriam hanc inaudita & incredibili clade vastavit, a curia secesserunt, nec adhuc redierunt ad illam; & quidam ex eis, qui in curia praefata remanserunt, infirmitate graevantur, eligere vel deliberare nequimus quid tibi super hujusmodi muniti tui ambassata respondere possimus. Et ideo, ut tibi certitudinaliter respondeamus ad illa, significo nobis specificae ac extense quae & qualia sunt, quae inter te ac praedictos ipsius Ludovici filios tractata sunt & tractantur, & quae & qualia nobis & ecclesiae Romanae pro tot injuriis, opprobriis, & contumeliis per eandem patrem & filios Deo & eidem ecclesiae irrogatis, ut nosti, pro satisfactione condigna offerunt, ut nobis & eidem reconciliantur ecclesiae, ac pacem tuam etiam mereantur, in quibus puritas tua, prout decet & expedit, mature procedat; ita quod eidem honorificentia debita deferatur ecclesiae, & fama tua celebris conservetur: & consulte prospicias, utrum cum hostibus & persecutoribus ecclesiae matris tuae, cum & tu persequi tenearis eandem, eis in persecutione & inimicitia pristinae pertinacia persistentibus, excellentiam tuam deceat concordiam habere vel pacem. Dat. Avin. kal. septembris anno VII.

(a) Ead. ep.

Contentu pontificis per nos expianda eorum crimina.

Adactum sacramento Carolum superiori anno vidimus, Ludovicum Bavarum & filios bello insecuturum, donec illatas ecclesiae injurias sarcirent, admissaque scelerata rite expiarent. Cum vero de pace colloquium minime perfectum tradat Reb-

dorfus (a) detrectasse Bavaros principes ad Christianam poenitentiam se dimittere, colligitur; quare illi novas in Carolum Regem coitiones inivere, ut vel ipsum everterent, vel meliores pacis leges extorquerent: eamque ob causam Guntherum comitem Svarzenburgensem in Thuringia una cum foederatis injustis suffragiis ad tyrannidem anno insequenti evexere.

(b) Rebdorf. in annal. Bavari principes parere detrectant.

In Prussia, extincto cruciferorum equitum magistro, die epiphaniae sacro praefectum ordini refert Michovias (b) Venrichum e Kniprode: qui ut specimen virtutis adepta dignitate ederet, exercitum adversus infideles finitimos collegit, excurritque in Lithuaniam, ac Pastri evasata spoliis onustus rediit. [1] Vix disolverat exercitum, cum Olgerdus dux Lithaniae fratribus Keystud & Patrikyg stiparus cum validis copiis irrupit in Prussiam, ac ferro flammaeque in obviam quaeque est debacchatus. Quo abeunte, Smolecensis dux Russorum Lithuanorumque cinctus turmis penetravit similiter in Prussiam, ac ferox signa circumtulit in tractu, cui Labiovu nomen inditum. Adversus hostem comparavit se provinciae praefectus, ac licet militum numero longe impar, hostem tamen in tumultuaria pugna, dum flumen trajiceret, devicit, haustusque vorticibus undarum dux Smolecensis clarissimam victoriam reddidit.

XXIII.

(c) Michov. l. 4. c. 24. Cruciferorum in Lithuaniam expeditione.

Duxit (c) per haec tempora etiam adversus schismaticos Moschovitas exercitum Magnus Suetiae & Norvvegiae Rex, ut latius Christianae religionis fines proferret: quam dum ornaret expeditionem, Sancta Birgitta, vidua divina luce colustrata e caelo accepit tristem exitum habiturum, nisi eos dimitteret ab exercitu, qui non divinae gloriae studio, sed rapinarum, libidinum, furorisve exercendi causa sumebant arma: ac Danos & Ger-

XXIV.

(c) Magnus hist. Goth. Sueonumque l. 21. c. 3.

Suecos Rex in Russos signa attollet.

NOTE [1] R Elatus hoc anno a Teutonicis equitibus ingens de Lituania triumphus, de quo hic pariter in Annalibus. Accuratus victoriam illam, imo duplicem victoriam describit Joannes Vitoduranus Minorita, qui cum hoc anno chronicon suum claudit. Ita enim ille: Cruciferi Teutonici, Domini in vulgari vocitati, in Prusciae provinciae dominantes, tempore hyemali, more consueto, paucorum auxiliatorum fidelium pugnatorum suffragio pro tunc suffulsi Lytaoniam (Lithuaniam) ad paganos conterendos intraverunt; in quos praeviosos, & coagregatos ad bellandum cum eis irruentes, ut fertur XII. civiter millia ex ipsis cum duobus vel tribus regibus eorum, usque ad interneccionem perduxerunt plus solito. De alia vero christianorum victoria haec inferius subdit. Cruciferi, praesentientes propinquum paganorum adventum, praemuniti, collectis incolis seu habitatoribus Christianis totius terrae circumadjacentes, destituti pro tunc auxilium dominorum fidelium, in loco nemoroso a latere ipsos de hoc inconsideratos aggreduntur, & praeviosos eis XX. millia in ore gladii peremerunt; XX. quoque millia eorum in aquis, & paludibus mersi sunt; pauci vero, ut fertur, de exercitu fidelium, fere XX. viri in illo praelio convenerunt. Haec Vitoduranus, qui paulo superius in eodem chronico ritum exponit, quo urbes & loca Germaniae ad Ecclesiae communionem receptae sunt, eos vero referre hic operae pretium cenleo: Injunxerunt hominibus tam urbanis quam villanis processiones cum cereis seu luminaribus; injunxerunt quoque jejunia, & elemosinas, & haec laicis imponebant. Clericis vero cum orationibus, & jejniis imposuerunt cessationem divini officii. Communitur autem IX. dies, vel ad majus secundum aliquorum relationem, IX. hebdomadas sacerdotibus, religiosis, & clericis non celebrandas injunxerunt, quatenus pro IX. annis male celebratis novem diebus bene tacerent. MANSI

S. Birgitta prædicit accipiendam cladem.

(a) Magn. cod. c. 3.

Moschovitavum dolus. Spontent aurum, & ferrum acunt.

(b) Cap. 4.

Derivato flumine Succus evadit.

Religiosi sacerdotes ad Cumanos & Ungaros Asiaticos missi. (c) To. 7. ep. fecr. 68. & an. 7. l. 4. p. 1. ep. cur. 1.

XXV. Cantacuzeni ad Rom. Pont. legatio. (d) Cantac. l. 4. c. 9.

& Germanos stipendiarios affuetos præliis ac vitis designavit, monuitque divino Numini hos acceptos in sacro eo bello non esse; sed suos Gothos ac Sueones, qui nihil aliud ab hostibus quam licentiam male faciendi auferrent, ductaret. Contempsit Rex consilium, vimque vaticinii est expertus; addit enim Magnus (a): Moschovitas contracto ingenti exercitu, junctisque Lithuanis & Tartaris, illius secutos vestigia incautum ferme oppressisse, ut vix fuga præcipiti e periculo evaserit. Imprudent, inquit, Rex non solum hanc, verum etiam omnes alias revelationes a Deo inspiratas contemnens, colluviem ingentis atque incondite militie secum trahens, primo insula magnam Moschoviam partem victricem manu subjugavit, occupata eorum præcipua arce Pechense. Sed non deerat vaserrimis Moschovitis ingentium, quo hostium avaritia calidissimis promissis illuderent: cum enim intelligerent Regem nimia auri fame laborare, tantum auri & argenti se quantum allaturus spondebant, quantum ipse & totus exercitus ejus vix optare potuisset. Sed quid accidit? Credidit infelix Rex perfidissimis schismaticis, qui prius credere noluit Birgittæ mulieri sanctissime. Confestim igitur sue temeritatis poenas luens, vidit insitam Moschorum, Tartarorum, & Lituanorum multitudinem advolare, non aurum aut argentum, sed ferrum in acaleos sagittarum conversum afferre, & mortem inferre paratam. Itaque (b) cum ad extrema & pene inevitabilia pericula deductus esset, a solis Sueonibus, quos in postremo stipendio collocaverat, servatus evasit. Hi enim magno labore & non minore industria viciniam fluminis meatum effodientes, Regem quantumvis male meritum a mille periculis non sine omnium admiratione eduxerunt.

His addimus Pontificem, cui pietatis in omnibus regnis augendæ incumbabat cura, cum in amplissimo Ungariæ regno (illius enim fines orientem versus latissime se porrigebant) plures infideles Cumanos videlicet aut Tartari versarentur, Minoritis Ungaris autoritate præcipuis pridie kal. jun. mandasse (c), ut religiosos viros ad eos fide Christiana erudandos constituerent: Attendentes, inquit, quod in partibus Cumanie ac aliarum plurimum nationum infidelium, infra fines regni Ungariæ constitutis, eo qui salutis auctor & lumen de lumine verus Deus est, illustrante lumine ipsius fidei elucescere, jam cœpit, multis ex infidelibus ipsis ad ipsius agnitionem fidei jam conversis.

Eodem anno amplissimam legationem ad Clementem VI. decrevit Cantacuzenus (d), qua Georgius Spanopolus protovestarius, Sigerus populi prætor, ac Franciscus Latinus genere perfundi sunt,

ut susceptam ob Turcas excitos in auxilium contra Græcos labem detergeret, ac paratum se ad jungenda cum Latinis in Turcas arma polliceretur. Quæ legationis capita ipse hæc verbis describit: Legationis capita erant, ut deleret ex animo ejus quam de eo opinionem ille conceperat: non enim ignorabat auditum a Romano Pontifice, quomodo belli tempore barbarorum usus esset auxilio, qui Romanos occidissent & captivos rapuissent quotidie. Idcirco nimio opere desiderabat Papam causas eorum, quæ gesta erant, edocere; nempe bello premente necessario id fecisse, non quod communionem barbarorum amplecteretur. Deinde rogabat quam ipse Papa & cum eo Italia & occidentis principes contra barbaros crucis hostes expeditionem meditati essent, se nunc Imperatore susciperent; plurimum enim se illorum peste & intereptione lætari, seque adiutorem fore maximum non solum transium expeditionum exercitui in Asiam concedendo, sed cum suis quoque copiis proficiscendo, & una certamen cupide obeundo: aliis enim prærogativis antecessoribus suis Imperatoribus libentissime cedere; alacritate autem ad res honestas, & desiderio videndi barbaros eadem pati, quæ Christianis tamdiu nefarie intulissent, nulli cedere.

Superiora excusat flagitia.

Socias in Turcas vires spondet.

XXVI. Ut Solimanus in eum bellum gesserit. (c) Calcho. de reb. Tur. l. 1.

Decreti ad Cantacuzenum legati.

(f) To. 6. ep. fecr. 1346.

Permoverat Cantacuzenum ad Ponticem in Turcas sollicitandum commodorum suorum ratio, ipsum enim mortuo Orchane, quem sibi generum asciverat, Solimanum filium accerrimum hostem sensit, tradit Calchondylas (e): cum etiam antea vivo ipso Orchane Turcarum perfidiam esset expertus, qui adversus Triballos conducti in Cantacuzeni clientes hostilia omnia exercuissent. Exceptit vero Pontifex humanissime Cantacuzeni oratores, reque in deliberationem cum Cardinalibus adducta, de Græcis ad Romanæ ecclesiæ sinum revocandis consilium suscepit: ad quod urgendum internuntios ad Cantacuzenum mittere statuit, additis subjectis literis (f).

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futurum.

Viros nobiles, providos, & discretos Georgium protovestiarium Spanopolum, & Nicolaum Sigerum magnum interpretem imperii tui, ac Franciscum de Pertuxo militem, nuncios tuos, per te ad sedem Apostolicam destinatos, & magnitudinis tue literas aurea bulla bullatas, nobis pro parte tua exhibitas per eosdem, benigne recepimus, & quæ dicti nuncii pro parte tua nobis prudenter & provide referarint, intelleximus diligenter. Super quibus habita cum fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura proponimus per nuncios nostros, ad te propterea transmittendos præstante Domino, respondere.

Da-

(a) Ib. ep. 1347.

XXVII. Agitatum consilium de Smyrneni arce evertenda.

(b) Eod. to. 6. ep. fecr. 1097. Cum Turcis pacationes proposuisset.

XXVI. Ut Solimanus in eum bellum gesserit. (c) Calcho. de reb. Tur. l. 1.

Decreti ad Cantacuzenum legati.

(f) To. 6. ep. fecr. 1346.

Datum Avin. xvii. kal. maii anno vi. Conceptæ sunt eadem verborum forma literæ ad Joannem Palæologum Imperatorem, Cantacuzeni generum: cumque Græci oratores reditum Constantinopolim adnarent, illos Pontifex Andreæ Dandalo duci Venetorum commendavit (c). De legatis in orientem sequenti anno internuntiis apostolicis, deque celebrandæ œcumenicæ synodi pro conjungenda utraque ecclesia tractatu habito dicitur inferius. Nunc quæ gesta sint in Turcas conjungemus.

Flagitarant Turcæ a fœderatis fidelibus inducias, ad quas Pontifex ob continuata bella in occidente suborta propendebat, atque inter earum leges propositum fuerat, ut Smyrnæ arx, quam Christiani primo belli impetu ceperant, solo æquaretur: qua de re cum Franciscus archiepiscopus Cretensis Apostolicæ sedis legatus in oriente, & Deodatus e Gosono equitum S. Joannis Hierosolymitani magister Clementem consulissent, respondit (d) quamvis ut excinderetur initio conduxisset, cum parum utilitatis afferret, everti tum sine Christiani nominis dedecore non posse, ac delphinum & dominum Bellioci ac Veneros sentire ob Christianorum bella, Siciliam recentem ob Ungariæ Rege occupatam, exhaustumque ærarium inducias ea lege admittendas, ut Smyrna retineatur. De portus dimidia parte barbaris concedenda, habere ratum, cum etiam Christiani in Turcarum portibus ea prærogativa fruerentur: in spem se adduci Francorum & Anglorum Reges interea ad concordiam revocarum iri, & utrumque oratores pro ea tractanda mittere pollicitum: quibus conciliatis instaurandam sit majorum virium apparatu bellum in Turcas. Tum ab iis, qui Turcarum vestigales fuere, exquirere iussit, quæ bellicæ auxilia in communem hostem essent collaturi: quibus literis nona februarii dies ascripta.

Dum ita extrahebatur is induciarum tractatus Smyrnæ occasione, in qua retinenda honorem nominis Christiani agi censebat Pontifex, Marbassanus Turcarum dux, ejus oppugnationem vi aggressus, magna clade a Barnabæ Parmensi Smyrnenis arcis præfecto deletus est: quæ victoria ipsius Marbassani cæde clarior extitit. De cujus victoriæ partæ gloria Clemens Cretensi archiepiscopo A. S. L. ac Barnabæ egregio religionis athletæ est gratulatus. (a)

Clemens, &c. Archiepiscopo Smyrneni, & Barnabæ de Parma domicello Parmensi capitaneo civitatis Smyrnenis.

Grata nobis occurrit vestrarum series literarum, quæ nobis habitam per vos adversus nefandos Turcos hostes crucis & nominis Christiani victoriam, & Marbassanum Turcorum ipsorum ducem occubuisse.

(c) To. 7. ep. fecr. 1299.

XXVIII. Præfecto Smyrneni gratulatur Pontifex.

Ann. Eccl. Tom. XXXV.

cum illis insinuans, gaudium quod exinde conceperamus per literas dilecti filii Deodati de Gosono magistri hospitalis S. Joannis Hierosolymitani missas nobis super hoc, quæ vestras prævenerant, duplicavit. Itaque Omnipotenti, in conspectu cujus non est differentia in multis liberare vel paucis, laudes, & gratias agimus, qui manus vestras ad bellum, & digitos ad prælium, instruens, Turcos ipsos in manibus vestris conclusit, vobisque de illis virtuose triumphare concessit. Ad eum itaque levate mentis vestra oculos, in eo spem fiduciamque ponatis agentes, sicut decet, virtuosos viros potenter & strenue, ut tantis talibus principis finis, ut cupimus, & de virtute Altissimi confidimus & speramus, succedat optatus; summo studio providendo, quod castrum & locus Smyrnarum a ruina qualibet præservetur, nec prætextu quarumcumque treuguarum aut pacis, demolitionis (quod nullo modo feremus) perseverant detrimenta. Datum Avin. xvi. kal. septembris anno vii. Devictis Turcis, tractatus de induciis ineundis redintegratus est, ac Pontifex Hugoni Regi Cypri significavit (b) vi. kal. octobris, brevi Turcarum ac Rhodiorum equitum magistri legationis pontificii oratores ad sedem Apostolicam accessuros: illique de pretiosissimis muneribus ac pannis aureis phrygia arte elaboratis sibi missis gratias egit (c). Cumulari ille Smyrnenis triumphus clarioribus aliis, evertique tyrannis Turcica facile potuisset, si occidentales stricta in mutuas cædes arma in eos convertissent.

Nec promæ modo ad exitium Turcarum, verum etiam Babyloniorum res erant: ac tum appetiisse apparet, non modo Christianorum earum partium, verum etiam infidelium testimonio videbarur, quo Syria ex impiorum servitute liberanda, & Christianæ religioni restituenda esset. Venere ea de causa ad sedem Apostolicam ex orientalibus oris Antoninus archiepiscopus Hierapolitanus & Joannes River militiæ clarus, ut Pontificem de soldani Babylonicæ rebus facerent certiores, atque occidentales ad parandam in Palestinam expeditionem incitarent. Ad quorum promovenda pia consilia Clemens encyclicis literis Christi fideles docuit (a), egressiam rei in Syria gerendæ occasione porrigi utque ad tam præclarum opus strenue accingerent, est cohortatus.

Clemens, &c. universis Christianis fidelibus præsentibus literas inspicitur.

Sicut multorum prælatorum dictæ terræ, nec non dilecti filii consulis Babyloniæ, & aliorum Christianorum inibi commorantium, qui soldani Babyloniæ gentisque suæ statum, conditiones, & mores, modumque vivendi plene norunt, insinuatione comperimus, sol-

(d) Ibid. ep. fecr. 260.

(e) Ib. ep. 269.

XXIX.

Asiaticorum ad Clem. legatio de Syria liberanda.

(f) To. 6. ep. fecr. 1191.

De collapsa Babyl. potentia.

O o o da-

De Saraceno- rum diffidii.

danus idem gravi paupertate ac egestate laborat, & etate juvenis, ac sensu & mente junior atroci & rusticali gente gubernatur & regitur, ac frateris cruoris effusor immanis habetur odio cunctis illarum partium gentibus, ipsaque gentes ad ipsius soldani mortem laborant assidue, & callida macbinatione conspirant. Nobiles quoque seditiosi sunt, & emuli invicem ac divisi, & inter se, qui post eundem soldanum succedere debeat, adhuc ipso vivente contentant. Ubi praeterea apud soldanos Babyloniae, qui fuerunt pro tempore, gentesque suas subtilissimum vigere consilium, abundare divitiarum, florere juventus, ac legalitatis observari solebant; ibi nunc rusticitas, ibi paupertas, ibi ebetudo, ibi proditio, fraus, & deceptio regnant: ibi livor, invidia, & odia dominantur, adeo, ut ipsimet publice fateantur & dicant advenisse jam tempora, in quibus de ipsorum in proximo eripienda sit manibus dicta terra. Eja ergo, Christi pugiles & athletae, acceptabile tempus, dies salutis illius terra miseranda pensate: ad illius recuperationem erigite animum, excitate mentem, dirigite & affectum, ut eadem Christi hereditas preciosa, de jugo servitutis & oppressionis erepta, & quibuslibet spurcitiis & foeditatibus expurgata, nomen in ea collaudetur Altissimi, & cultus Christianae fidei amplietur.

Tempus expeditioni videri accom- modum.

Ut Christiani in Asia ad- versus soldanum arma ce- perint.

Joannis Riveri in promo- vanda ex- peditione labores.

Ceterum quia, sicut praetorum & consulis, ac Christianorum praedictorum frequens descriptio nos instruxit, venerabilis frater noster Antoninus archiepiscopus Hierapolitanus per viginti quinque annos praedicando Dei evangelium infidelibus ipsis, eorumque plures convertendo ad fidem catholicam & sacri regenerando unda baptismatis, reparando & aedificando ecclesias religiosorumque conventus, aliaque loca divinis obsequiis deputata; ac dilectus filius nobilis vir Joannes de River miles Vorigorinensis diocesis (de cujus actibus & operationibus virtuosus, & quod velut pugil Christi strenuus & fidelis armatus militaribus armis suis, in loco, ubi praedecessor dicti soldani captus extitit, contra eum vexillum suum intrepide ac constanter erexit, praetorum & consulis, ac Christianorum praedictorum literis ante ipsius Joannis de transmarinis partibus reditum fumus pluries informati) per multa tempora explorando, investigando, & indagando non sine multis periculis proprii corporis apparatus ejusdem soldani infra & extra palatium suum, nec non ipsius soldani, gentisque suae modum armorum & pugnae; applicationes quoque portuum maris, nec non castrorum, civitatum, & villarum aliorumque locorum, fortalitia, & alia multa, ad votivum ingressum & recuperationem dictae terrae, in eisdem partibus transmarinis morati sunt; ipseque miles, post-

quam sacrum sepulchrum dominicum Jerosolymitanum, ubi nonnullos nobiles militari cingulo decoravit, beatae Catharinae virginis & martyris, aliaque oratoria & loca dictae terrae ipsius Redemptoris nostri natiuitate, praesentia, & passione corporalibus consecrata, & ipsius beatae Caibarinae oratorium denuo visitavit, contra Turcos perfidos crucis hostes, sicut Dei athleta fortissimus per mare ac per terram laudabiliter ac strenue militavit; & proinde praemissa omnia, sicut habetur, nobis exposuerunt fideliter, sic vobis potuerunt explicare; eos ad vos providimus destinandos, ut tanquam Dei ministri atque praecones haec fidelium infundant plenius, & seriosius auribus infingant, fortius mentibus, eosque ad pacem & concordiam habendum mutuo, quo melius & liberius Dei possunt vacare negociis, & ad redemptionem terrae ac populi praedictorum, ac passagium propterea praestante Domino faciendum excitent, & inducant, &c. Dat. Avin. xvi. kal. aprilis anno vi. Non archiepiscopi Hierapolitani, non ejus socii Joannis Riveri ducis egregii adhortationes occidentales principes ad renovanda sacra vetera bella incitare potuerunt: atque hactenus Christianorum arma mutuo cruce rubent.

Variae- jus pere- grinatio- nes.

Surdus au- ribus ac- cepta ejus legatio a fidelibus.

Neque silentio praetereundum est, vitios toties fideles commercia cum Aegyptiis Syriisque Saracenis habere, caduca lucra animarum damno praeferre non perhorruisse: quo facto cum censurarum religione se irretissent, ita Pontifex absolvendos permisit, ut lucrum injustum in bellum Turcicum converterent. Quo argumento Michaeli episcopo Barcinonensi (a) pro Aragoniis, Petro et Gandavo Apostolicae sedis internuntio (b) pro Danis, Suecis, ac Norvvegis in gratiam cum ecclesia restituendis datae literae. Permisit autem justus scelerum vindex Deus, ut vetiti cum Saracenis commercii digna, lucra avari Christiani pestem scilicet qua paganos perculerat, ad occidentali- um pleetenda flagitia ex oriente reculerint (c).

(a) To. 7. ep. 1. 330. (b) lb. ep. 390.

(c) Jo. Vill. l. 12. c. 83. XXX. Pestilentia orbem depascit. (d) Cort. hist. l. 9. c. 14.

Facta saepius jam a nobis ex literis pontificis pestilentiae, quae hoc anno occidentis plura regna est depasta mentione, nonnulla memoria digna ex Cortusiis (d) afferenda visa sunt: Deus omnipotens, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, primo minatur, secundo vero percutit ad correctionem humani generis, non interitum, volens affligere humanum genus, plagis maximis inauditis primo in extremis partibus mundi in orientis plaga cepit suum judicium horrendum. Cum vero jam percussisset Tartaros, Turcos, & genus infidelium universum, in MCCCXLVIII. die xxv. januarii hora xxiii. fuit maximus terra motus per boream mediam ad terrorem Christianorum: post-

Terra- motus in Europa illius praenuntius.

Pestilen- tia imma- nitas.

post quem pestis inaudita transiit mare, scilicet in partes Venetiarum, Lombardiae, Marchiae, Tusciae, Aemaniae, Franciae, & fere per mundum universum. Hanc quidam infecti venientes de partibus orientis detulerunt. Hi solo visu, vel tactu, vel statu omnes occidebant. Erat haec infectio incurabilis; non poterat vitari: uxor fugiebat amplexum chari viri, pater filii, frater fratris; & e converso talium domus & vestes occidebant. Sepelientes, portantes, vel tangentes subito multoties expirabant: sic ovis infecta inficit totum gregem: sic unius domus decedentem unum semper moriendo ceteri sequebantur usque ad canes. Corpora etiam nobilium manebant insepulta. Multi pretio a vilibus sepeliebantur sine presbyteris & candelis. Veneti vero ubi centum millia perierunt, navibus redemptis magno pretio corpora ad insulas portabant: civitas erat quasi desolata. Unus solus incognitus venit Paduam, qui civitatem infectam in tantum, quod fors in toto comitatu tertia pars defecit. Civitates cupientes vitare talem pestem, omnibus extraneis prohibebant ingressum: sic mercatores de civitate ad civitatem non poterant ambulare. Hac clade fuerunt destituta civitates & castra: non audiebantur voces, nisi heu, dolores, & planctus. Tunc cessavit vox sponsi & sponsae, sonus cytharae, cantus juvenum, & latitia. Pestes vero imminentes tempore Pharaonis, David, Ezechie, Gregorii Papae respectivo possunt nunc pro nihilo reputari, haec enim pestis circumit totum orbem: Deus enim tempore Noe tantas animas vix consumpsit, cui possibile est humanum genus etiam de lapidibus restaurare.

Varia per- cussorum peste sympto- mata.

Bubones pestiferi.

Hujus pestis erant pessime alii infecti ut supra, quidam evomendo sanguinem expirabant subito, alii morbo cancri vel vermis. In signum vero mortis quasi omnibus nascebantur glandula circa genitalia, vel sub brachiis, vel aliis partibus, venenosus febribus sociata. Hi prima vel secunda die expirabant. Post tertiam, licet raro esset aliqua spes salutis, aliqui somno capti nunquam excitati transibant. Contra hoc medici palam protestabantur, se nescire remedium, quorum haec peste potissima pars defecit. Et infra: Haec pestis durabat sex mensibus communiter a sui principio in qualibet regione. Et infra: Audi tamen mirabile, quod tempore hujus cladis non obiit Rex, princeps, nec dominus civitatis. Hoc tempore Christianitas in quinque locis ferebat in armis: primo contra Turcos juxta Smyrnus, & Rex Anglia contra Franciam, Rex Ungaria in Apuliam, Rex vero Boemia electus Imperator contra Bavariam, tribus vero Roma oppressus a partibus fugit in Apuliam. Humanum genus sic afflicta, sciens se non posse addere vel au- Ann. Eccl. Tom. XXV.

ferre eis, quae Deus faciat, ut timeant, sanctorum limina visitabat, orationibus, elemosinis, & jejuniis se juvabat. Haec genus Cortusiorum historia.

Mirum est quod de hujus pestilentiae strage refert his verbis MS. Vat. auctor (a): Hujus, scilicet Clementis, tempore fames valida fuerunt pene per totum universum. Item anno v. sua coronationis mortalitas terribilis & fortissima incipit per totum universum mundum, & duravit per tempora ita & taliter, quod de centum personis tam marium quam mulierum, & tam juvenum quam senum, vix supervixerunt in exitu dictae mortalitatis sive epidemiae decem persone, & in aliqua parte mundi pene quinque de centum. De tempore quo saevit haec habet alius auctor anonymus (b): Haec pestis duravit ultra annum praedictum; immo & per duos sequentes in diversis partibus, ubi non fuerat, se dilatando. His consentiunt quae Petrarca (c) lugubri stylo de hac peste, quam plures mortales quam universale diluvium absumpsit cum aliis (d) scripsit.

Tertii fideles ad Deum perfu- giunt.

(a) MS. bibl. Var. sign. 7. 2049. in Clem. VI.

(b) Gest. Clem. VI. apud Bosq.

(c) Petrar. ep. fam. l. 8. ep. 7.

(d) Matth. Vill. l. 1. c. 2. & alii.

XXXI.

Jam, inquit, annus integer, jamque alterius bona pars abiit, ex quo nihil viro dignum, non dicam facere, sed ne loqui quidem contigit, tonante undique ac fulminante ferociter fortuna. Qua in re, benigno sub iudice forsam excuser, si ad examen venerit. Illud quoque non leve aliquid, sed MCCCXLVIII. sexta etatis annum esse, quem lugeo, qui non solum Deo se- vitia hu- jus pestis.

De se- vitia hu- jus pestis.

meriti sunt, atque utinam non & posterius mererentur. Quid est ergo, iudicium iustissime, quid est, quod insigniter adeo in nostrum tempus ultionis tue fervor incubuit? Quid est, quod cum culpa non desint, desunt exempla supplicii? Cum omnibus peccavimus, flagellamur soli: soli, inquam, audeo enim affirmare, quod summum seculorum flagella post arcam illam fumosissimam, reliquias mortalium infirmi pelago circumferentem, cum presentibus aestimentur, deliciae fuerint & ludus & requies: neque enim cum his malis conferri decet bella quantalibet, in quibus & remedium multa sunt genera, & (quod ultimum est) viris saltem mori licet: est autem solamen mortis exinijum, bene mori. Hic remedit nihil prorsus, nihilque solatii est: cumuloque cladis additum, mali causas, principiumque nescire, nam nec ignorantia, nec ipsa quidem pestis otiosior magis ac fabulis quorundam hominum qui professi omnia, sciunt nihil: quorum tamen ora, licet assuescunt mendaciis, tandem silent, & quae impudentia primum ex more laxaverat, ad ultimum clausit stupor.

Qualitas
ejus cau-
sa.

Sed ad inquisitionem meam redeo. An vero sicut longum iter agentibus evenit, ut alia via pars fatigationem faciat, alia fateatur; sic nobis accidit, ut lenitas tua Deus, humanis paulatim lassata criminibus & jugi accessione praegravata, nunc potissimum vilita subsiderit, inque nos, velle optime, tolerare amplius non valens, in terga proiecitur, atque a nobis misericordiae tuae oculos iratus avertit? Quod si est, non nostrorum modo, sed paternorum simul criminum poenas damus: an peiores illis nescio, sed certe inferiores. An illud fortasse verius, quod magna quadam ingenia suspicata sunt, Deum mortalia non curare? Sed absit a mentibus nostris haec amentia. Si non curares, illa non subsisterent. Nam de his, qui nostri curam non Deo tribuunt, sed naturae, quid sentiendum nobis sit, veritatis tuae studio desitis, cum Seneca ingratis omnium appellet, qui mutato nomine dissimulant Dei manus, & cavillando impie, superna debitum abnegent majestatis? Curas profecto nos, & nostra Deus: sed aliquid latitantis & inguota nobis causa est, cur ex omnibus seculis dignissimi visi sumus, qui acerrime plesteremur, non idcirco minore iustitia, quod occulta est: namque iudiciorum tuorum imperscrutabilis, & humanis sensibus inaccessa profunditas. Vel ergo pessimi omnium vere sumus, quod negare velim potius quam ausim: vel ad futura bona presentibus malis exercitiores, purgatioraque servamur: vel omnino aliquid est, quod ne cogitare sufficimus. Ceterum quaecumque sint cause, quantumlibet abdita, effectus apertissimi sunt, &c.

Ascripta
divinae in
peccatores
ira.

Describitur etiam eadem pestilentia a XXXII. Joanne Cantacuzeno (a): neque alii, qui (a) Cantacuzeno. l. 4. c. 8. horum temporum historiam literis consignant, silere eam possunt (b). Tradunt vero Pontificem, cum illa maxime Avinione saeviret, aditum sui negasse, atque in thalamo multis ignibus purgandi aeris gratia usum: qua etiam industria Nicolaum IV. Romae, fervente etiam media aetate accensis in palatio pluribus ignibus ex epidemia evasisse, vidimus (c). Explicuisse vero Clementem in funesta illa tempestate Christianam liberalitatem, ut aegrorum valetudini & morientium corporibus consuleret, vitae illius scriptor ita consignat historiae (d): Hic durante tempestate, dictus Papa in Avenione rem fecit maxime charitatis: nam pro pauperibus visitandis certos ordinavit medicos, & alios qui eis in suis necessitatibus subvenirent in vita, & cum decedebant etiam necessaria ad sepulturam ministrabant: ad mortuorum corpora * capiendu emit unum magnum campum, in quo caemeterium fecit consecrari, ubi generaliter omnes possent sepeliri: in quo infinitae personae exiunt sepultae fuerunt, fuitque ei nomen impostum, quod usque in diem bodierum durat, & campus floridus.

(a) Cantacuzeno. l. 4. c. 8. (b) Cor. hist. l. 9. c. 14. Pontifex plurimo igne ad-vertus pestem utitur.

(c) Annal. to. xiv. an. Christ. 1288. n. 1. (d) Gest. Clem. a. pud Bosq.

Ad erigendos ad Christianam constantiam felices immortalitatis spe fideles in tanta calamitate Pontifex, cunctis sacerdotibus omnia poenitentium crimina solvendi, atque indulgentiarum ad omnes abolendas lites beneficium morituris imperiendi auctoritatem contulit (e): extatque eo argumento diploma xiv. kal. junii hujus anni exaratum, quo Clementis pietatis sensu in miseros permotus, nonnulla indulgentiarum praemia sacerdotibus quoque qui ecclesiastica sacramenta percussis peste subministrarent, nec non iis qui pium aliquod officium obsequiumve praestarent, vel etiam defunctos sepultura mandarent, proposuit (f). Proximae vero mortis imagine omnes consternatos, se pie ad desectenda crimina, ac sacramenta frequentanda comparasse, referunt: & quod mirum est adeo pietatis sensu plerisque delibutos, divino mulcente Numine mortis acerbitatem levi quodam proxima aeternae felicitatis praegustu, ut mori gauderent: Ferunt solatio fuisse huic tanto luctui, inquit Nauclerus (g), quod pueri innocentes morituri plerique & jubilando & gaudendo laudes Dei dixerint: peccatores priusquam sentirent vim pestilentiae, totis animis poenituisse, adeo ut etiam ultro mortem expectarent.

* capiendu

Indulgentia ad peccantium solatium concessa.

(e) Mat. ib. Vill. l. 1. c. 3.

(f) An. 7. l. 5. p. 2. ep. 1. divers. for.

(g) Naucl. gener. 45. Divina clementia in tanta calamitate se prodit.

XXXIII. Calumniam Judaeis aspersam.

(h) Gest. Clem. VI. apud Bosq. (i) Alb. Arg. in chron. & alii.

men

men delerent, sacculosque veneno lethifero plenos in puteos fontesque injecisse: atque adeo atrociter calumniae fax illis adhæsit, ut vel a sceleratis, qui exercendi inde latrocinia captarunt occasionem, vel a simplicibus hominibus magno ubique furore injustissime necati bonisque exuti fuerint; de quibus Clementis vitæ scriptor hæc mandat historiae (a): Huic malo superadditum est aliud, nam insurrexit quaedam vox quod erant aliqui malefici, & specialiter Judæi, qui in aquis & fontibus potiones mittebant, cujus occasione pestis praedita sic grassabatur: propter quod multi tam Christiani quam Judæi innocentes & inculpabiles fuerunt cremati, trucidati, & alia in primis male tractati, cum revera hoc non esset nisi ratione constellationis; aut divina ultionis.

(a) Gest. Clem. a. pud Bosq.

Suscipit miserorum patrocinium Pontifex, & edicto apostolico Judæos injuriis injuste violari vetuit (b) vel invitos ad baptismum cogi: Nullus Christianus Judæos eosdem invitos vel nolentes ad baptismum per violentiam venire compellat: sed si quis eorum sponte ad Christianos fidei causa confugerit, postquam voluntas ejus fuerit patefacta, efficiatur absque aliqua calumnia Christianus: veram quippe Christianitatis fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum non spontaneus sed invitus cognoscitur pervenire. Nullus etiam Christianus eorundem Judæorum personas sine iudicio domini regionis, civitatis, seu terræ, in qua habitant, vulnerare, aut occidere, vel suas illis pecunias auferre praesumat, &c. Datum Avinion. xv. non. julii anno vii. Repetita sunt paucorum mensium flexu eadem imperia, cum popularis furor calumniae flabello accensus in Judæos inardesceret.

(b) To. 7. ep. l. 280. Prohibet Clemens eos cogi ad baptismum.

Clemens itaque novo apostolico edicto docuit, nullam immanis adeo suspicionis causam subesse posse, cum lues Judæos etiam absumeret: atque ubi nonnulla praefatus est, non licere Judæis, etsi incredulis, inferri injurias, neque justum subtrahendum praesidium, cum ex Judaico genere Christus dominus genus traxerit: seque in ea re praedecessorum Calisti, Eugenii, Alexandri, Clementis, Caestini, Innocentii, Gregorii, Nicolai, Honorii, & Nicolai IV. vestigiis insistere subdit: Nuper ad nostrum fama publica, seu infamia verius, perduxit auditum, quod nonnulli Christiani pestem, qua Deus populum Christianum ipsius peccatis populi provocatus affligit, Judæorum falso tossicationibus seducente diabolo imputantes, nonnulli ex Judæis ipsi temeritate propria, non deferentes aetati vel sexui, impie peremerunt: quodque licet idem Judæi super hujusmodi impostura facinoris parati sunt sub-

Vetat iterum in fontes ladi.

ire. iudicium coram iudice competente; ob hoc tamen Christianorum ipsorum impetus non tepescit sed eo furor saevit in majus eorundem: quo videtur error eorum, dum eis non resistitur, approbati. Et quamvis Judæos eosdem nulli culpabiles aut conscii forsitan essent tanti flagitii, cui vix excogitari posset poena sufficiens digna & severa vellemus animadversione percelli; quia tamen per diversa mundi climata Judæos ipsos ac alias nationes plurimas, quae cohabitationem Judæorum eorundem non noverant, pestis hac ubique fere communis afflixit occulto Dei iudicio, & affligit; proinde verisimilitudo non recipit, quod Judæi praediti occasione tanto flagitio praestiterint sine causam, &c. Addit imperia, ut archiepiscopi, episcopi, & alii ecclesiarum praefules populis ad divinam rem convenientibus denuntiant, Judæos non esse percuciendo, sauciandos, dandosve neci; atque ab Apostolica sede anathema iis, qui ipsos atrociter laeserint, incuti: si quæ vero cum iis intercedat controversia, ipsos in jus vocent, & coram iudice licet disceptent. Quæ literæ vi. kal. octobris consignatae. Non potuit apostolico hoc studio inusta, inique Judæis sedari infamia: ubique enim, excepto comitatu Avenionensi, tanquam venefici ad necem quaesiti (c): ac sequenti etiam anno in Germania, quam lues depascabatur, hæc illis calumnia adeo inhæsit, ut ad duodecim millia in una urbe Moguntina mori terribita testetur Rebdorfius. Albertus vero Argentinenfis (d) scribit, ipsos ex populi tumultu in furorem verfos, se suaque, injectis facibus, incendio concremassent.

Judæi pal-
sim casti.

(c) Rebdorf. in annual.

(d) Arg. in chron.

De illius vero pestis, quam portendisse duobus ante annis mense augusto cometam insignem scribit Joannes Villanus (e), causis atque initiis horrenda tradunt auctores (f). Memoratus vero Villanus, dum lues Florentiae grassabatur, ea correptus obiit, longiore vita dignior ob singularem diligentiam fidemque in temporum suorum, conscribenda historia, cui nos plurimum debere in componendis nostris annalibus fatemur. Coeptum ab illo opus virtutum & diligentiae heres Matthæus Villanus propinqua illi cognatione conjunctus (g) est prosecutus. Incredibile dictum est quot myriades myriadam paganorum peremerit: quo flagello infideles ob superstitionem veterem se percussos divinitus rati ad Christiana sacra perfrugerunt, ut refert Walsingham, qui addit (h): Sed comperto, quod in secta Christiana eadem pestis invalescit, iterum ad vomitum revertuntur. Ita miseri, cum non perpendere apud Christianos deesse non debere supplicia, qui suis etiam sceleribus non carerent: sed fidelium calamitas cum ip-

(e) Jo. Vill. l. 12. c. 97. (f) Mat. ib. Vill. l. 1. c. 8. & alii.

(g) Mat. ib. Vill. l. 1. c. 1. Saraceni gravissime percussi perculsi perculsi. (h) Walsingham. hist. Angl. in Eduar. III. Jo. Vill. l. 12. c. fo. 83.

XXXIV.
(a) Jo.
Vill. 12.
c. 83.
Math.
Vill. 1. 1.
c. 2.
Mercato-
res Ge-
nuenses
pestem ex
Asia de-
vexere.
Qui primi
in occid.
infecti.

(b) To. 7.
ep. fecr.
21.
(c) Ib. ep.
22.
(d) Ep.
23.

Expositæ
horum
tempo-
rum ca-
lamita-
tes.

forum calamitate conferenda non fuit (a).
Grassante porro inter orientales pesti-
lencia, mercatores Itali ac præsertim Ge-
nuenses ex consortio infidelium labem
traxere: qui cum reditum tardius orna-
sent, maxima ex parte in reditu objere,
& omnia loca, in quibus ægros exposue-
re, mox ea pestis infectis. Siculi primi vim
mali sensere: experti inde Pisani ac Ge-
nuenses: brevique Italiam, Gallias, Sar-
diniam, Corsicam depasci, atque in alia
regna se diffundere cœpit; de qua iterum
sequentibus annis recurret sermo. Hic ad-
demus Pontificem viros religiosos ad fun-
dendas Deo preces sollicitasse, ut flagel-
lum a suis placatus averteret. Quo argu-
mento Prædicatoribus (b), Minoritis
(c), Augustinianis (d) datæ literæ, qua-
rum exemplum infra scriptum est.
Clemens, &c. dilectis filiis magistro &
fratribus ordinis Prædicatorum, Lugduni
in generali capitulo in proximo congre-
gandis.
Licet speremus indubie, quod vos chari-
tatis igne succensi paternum, quem erga
vos gerimus filiali devotione recompensan-
tes affectum, vestrarum nos orationum con-
tinua opitulatione juvetis; anxie tamen &
non sine gravi amaritudine animi attenden-
tes, qualiter peccatis exigentibus in uni-
versis fere orbis terra partibus guerrarum
calamitatibus atteritur, & intestinis odiis
laniatur, proh dolor! populus Christianus
ac super inducta mortalitatis peste senes,
juvenes, magni, & parvi subito & im-
provise tela vitæ succisa quasi communiter
de medio subtrahuntur, hujusmodi oratio-
num vestrarum patrocinia instantius implo-
ramus; attentius deprecantes, ut hæc &
procellas tempestatum varias nos circum-
dantium intuentes, & intumescentes fluctus
undique filiali nobiscum compassione pensan-
tes, illum cuius imperio quiescunt fluctus,
& stat spiritus procellarum, pulsatis pre-
cibus, & clamoribus excitetis, ut ipse, qui
cum iratus fuerit non obliviscitur misere-
ri, populo suo, quem sui pretiosi sanguinis
aspersione redemit, misericordie suæ sti-
num placatus aperiat, & guerris ac odiis
quibuscumque sedatis, concordiam parat,
tribuat pacem, pestem auferat, conferat
salutem: sicque orationum vestrarum sus-
fragiis populum & ipsam ecclesiam in tan-
tis angustiis constitutos potentie suæ dex-
tera protegat & defendat, quod temporibus
nostris eidem populo pax & tranqui-
litas optata proveniat; & tandem, cum Re-
demptor noster uniuscujusque merita lance
discussionis extremæ libraturus advenerit:
nos una cum grege nobis credito cum bene-
dictionis munere ad participium regni cele-
stis invitans in dilecta sua tabernacula intro-
ducatur, &c. Dat. Avin. IX. kal. junii ann. III.
Tantum religiosorum virorum numerum

hac epidemia absumptum ferunt (e), ut
exhaustis monasteriis pristinae austerioris vi-
tæ relaxandæ sumpta sit occasio, atque
admodum disciplina vetus sit dissoluta,
cum præcipua sanctitatis & scientiæ lu-
mina in ordinibus iis sacris extincta es-
sent.
Migravit tum e vivis inter alios infi-
gnes religione viros Bernardus sodaliti-
montis Olivetani conditor Senis hoc an-
no, dum tamquam bonus pastor animam
pro suis ovibus exponeret, de quo hæc
Ferrarius (f): Bernardus, ubi sui ordinis
confirmationem ab eodem Pontifice, nimi-
rum Joanne XXII. quam etiam a Clemen-
te VI. obtinuisse testatur diploma amplissi-
mum (g), Avenionem profectus obtinisset,
annosque viginti septem ei optimis legibus
communito præfuisse Senis, dum suis mo-
nachis pestilentia, quæ tunc grassabatur
in ea urbe infectis propriis manibus inse-
viret & ipse percussus peste spiritum Deo
reddidit anno salutis MCCCXLVIII. XI.
kal. septembris. His addit idem Ferrari-
us hanc notam: Et si eum uti beatum in
monte Oliveto, ubi corpus asseratur, ve-
nerantur; haud tam officio ecclesiastico co-
lunt, nondum ab Apostolica sede facultate
impetrata.
Auxere conceptum ex pestilentia ter-
rorem crebri terræmotus, ex quibus ho-
mines deliquium cordis passos, refert Al-
bertus Argentinensis (h). Adeo vero hor-
rendi in alpium nonnullis locis extitere,
ut oppida urbesque conciderint, montes
æquarint valles, interrupti sint fluminum
cursus: interque cætera Villacum calami-
tatis exemplum in Istria fuit (i), omnibus
enim illius urbis domibus funditus ever-
sis, sola hominis justis addiditque eleemo-
synis domus stetit. Datum porro est im-
minentis mali signum incolis, ut fugerent
a facie arcus: diffusa namque est in me-
dio foro tellus in formam crucis, ac pri-
mum sanguine deinde aqua sudavit (k).
Interea Clemens Papa mense maio sa-
cro purpuratorum senatui adscripsit Pe-
trum Rugerium ex fratre nepotem, qui
postea Urbano V. datus successor, acce-
pto Gregorii XI nomine, ob restitutam
Urbi sedem Apostolicam immortalē fi-
bi gloriam peperit; Anno prædicto quadra-
gesimo octavo, inquit Clementis vitæ scri-
ptor (l), mense maji extra quatuor tem-
pora dictus Papa assumpsit in diaconum
Cardinalem dominum Petrum nepotem suum
ex fratre sedis Apostolica tunc notarium,
qui tunc erat valde juvenis & teneræ æ-
tatis, cum iudicio communi nondum annum
octodecimum complevisset: erat tamen to-
tus humilis & benignus, bonæque indolis
aptus, ingeniosus, & subtilis, ac ad stu-
dium literarum multum intentus, etiam in
jure civili secundum tempus, quo circa ip-
sum

(e) Ant.
3. p. tit.
21. c. 5.
(f) Ferr.
ex eo
Wad.
Annal. 10.
3. hoc an.
n. 2.
XXXV.
B. Bernar-
di Senen-
sis mors.
(g) Ferr.
var. die
22. aug.
ex MS.
chro. old.
Olivet.
(h) Ex.
in bull. in
Clem. VI.
const. 2.

(b) Alb.
Arg. in
chron.
Villacum
abortum.
(i) Jo.
Vill. 1. 12.
n. 122.
Porten-
tum a-
trox.
(k) Eod.
c. 122. &
Ant. 3. p.
tit. 21. c. 8.
(l) XXXVI.
Petrus
Rogerius
creatus
Cardina-
lis.

(l) Gest.
Clem. VI.
apud
Bosq. &
MS. bibl.
Vat. sign.
n. 2040.

sum versatus fuerat, bene sapiebat. Plura
etiam egregia ipsius elogia continet apo-
stolicum diploma (a) de collato illi Cardi-

nalatu a Clemente exaratum III. kal.
junii pontificatus anno VII.

I. Neapolitanum regnum direptioni expostum.

(a) To. 6. ep. ser. 432. ad 498. Guido legatus Card. in Ungariam missus. (b) Ib. ep. 644. ad 647. (c) Ib. ep. 372. (d) Ib. ep. ser. 648. ad 653. & 677. ad 683. (e) Ep. 601. Decreti oratores a Gallis pro liberandis principibus Neap. (f) Ep. 696. Cur ii tenti sint in carcere.

(g) Ep. 889.

(h) Ead. ep.

Servatoris anno quadragesimo nono supra millesimum trecentefimum indictione secunda attritum est gravissimis claudibus regnum Neapolitanum a Ludovico Rege Ungariæ Conradi Lupi ducis opera armis sibi asserere, vicissimque Ludovico Tarentino & Joanna Regina recuperare annitentibus. Ad quæ propulsanda mala Annibaldus episcopus Tusculanus (a) in Siciliam, ut concitatos tumultus sopiret, Guido tit. S. Cæcilie prebyter Cardinalis (b) in Ungariam; ut Ludovicum Regem mulceret, cœptoque abduceret bello, properarunt. Attingebat Guido Cardinalis propinquitate (c) Ungari Regis uxorem, eandemque Caroli Romanorum Regis filiam. Neque in Ungaria modo, quamquam eo præcipue mittebatur, verum in nonnullis etiam Italiæ partibus legationem obeundam suscepit, ut Pontificis, commendatitiæ literæ (d) ad Insubriæ principes ostendunt. Hortatus etiam est Carolum (e), ut auctoritatem suam apud socerum ad Siculos principes regio sanguine satos ex Ungarico carcere dimittendos adhiberet: quorum liberandorum gratia Philippus Rex Francorum, Petrus Barboneus dux, ac Jacobus Borbonicæ familiæ princeps oratores in Ungaricam regiam missos pontificio legato adjungere (f). Puros quidem ab illatæ Andree Regi necis scelere eos principes reputabat Ungariæ Rex Ludovicus: sed cum partam iusto, ut contendebat; bello ad fraternam necem ulciscendam suscepto Siciliam (quam hereditario etiam jure, quippe qui ex Carolo II. majore natu filio avo traxerat originem, Joanna ex secundo natu, quam etiam ob interfectum virum ad supplicium postulabat, cæteri autem principes ex Joanne & Philippo ætate minoribus sati essent, debitam contendebat) sibi asserere vellet, atque ideo urgeret (g) Clementem, ut Siculam ipsi coronam confirmaret; laxare e custodia Siculos principes sine gravi periculo se non posse obtendebat, ne illi tumultus sui absentia in regno a Joanna & Ludovico Tarentino marito concitatos auferent: missisque oratoribus Nicolao electo Nitriensi, & Garfia comite e Vesuumar ea lege liberandos consensurum se Pontifici significavit (h), ut datis fidei iussoribus Siciliam citeriorem non ingressuros pollicerentur: promtumque se ac paratum ad omnia regni Siculi nomine officia & obsequia sedi Apostolicæ addicenda, quæ unquam majores præstitissent, exhibuit; tum ad sui executionem plura addidit. Ad quæ omnia Pontifex Hugone tit. S. Laurentii in Damaso presbytero ac Guillelmo S. Marie

in Cosmedin diacono Cardinalibus affidentibus, respondit diffusa oratione, cuius singula argumenta ad refutanda objecta, ineundamque concordie rationem descripta in literis ad Guidonem Cardinalem legatum afferemus: ac Regem Ludovicum (i) & Elisabetham (k) Reginam matrem certiores fecit, Guidonem singulis, quæ Ungarici oratores sedi Apostolicæ exposuerant, ipsi respondurum. Illud vero summo studio dare operam iussit (l), ut ad ponendum modum innumeris malis, quibus regnum Neapolitanum obruebatur, Regem permoveret: ad arces quas ibi præsidario milite instructas obtinebat, fidei sedis Apostolicæ permitendas adduceret: se pariter Joannam Reginam ad id adacturum, deque regno sedis Apostolicæ beneficiario, ut luaderet æquitas, sententiam laturum.

Guidoni tit. S. Cæcilie presbytero Card. A. S. L.

Dilecti filii Nicolaus electus Nitriensis, & nobilis vir Georgius comes de Evesuumar nuncii charissimi in Christo filii nostri Ludovici Regis Ungariæ illustris, ad sedem Apostolicam venientes, quasdam nobis ex parte ipsius Regis de credentia literas detulerunt, multa sub hujusmodi credentia proponentes. Et primo, quod Rex idem mirabatur, nos sicut & datum erat intellegi, adversus ipsum pro eo, quod regnum Sicilia sine licentia nostra intraverat, fore turbatos, cum sibi præfatum regnum non prohibuissimus ingressum, & ipse non dispendium sanctæ Romanæ matris ecclesiæ, ut eorum verbis utamur, sed ex ea causa illud intrasset, ut de morte claræ memoriæ Andree Regis Sicilia germani sui lumeret ultionem. Nam licet nos quondam Bertrando de Baiucio comiti Montiscaveosi, tunc in humanis agentis, dedissemus per nostras literas in mandatis, ut ipse de patratioribus & consensibus mortis hujusmodi, & de illa, quomodolibet culpabilibus auctoritate nostra inquireret, & iustitiæ faceret complementum; tamen charissimam in Christo filiam nostram Joannam Reginam Sicilia illustrem, quam principalem factricem & caput tanti facinoris asserentes, eam viricidam communiter appellabant, aliosque regales domus Sicilia duxeramus a jurisdictione ac potestate prædicti comitis specialiter eximendos.

Secundo, quod mirabatur etiam præfatus Rex, quod (sicut audiverat) nos de morte quondam Caroli ducis Duratii conceperamus causam amaritudinis contra eum, cum ipse Rex Ungariæ iuste motus contra præfatum ducem pro eo, quod (ut dicebant) consensit fuerat hujusmodi mortis dicti Regis Sicilia, illique consenserat: & pro eo

(i) To. 7. ep. ser. 904. (k) Ib. ep. 905.

(l) Ib. ep. 889.

II.

Quæ fuerint ab Ungari Regis oratoribus proposita.

Joanna ad supplicium postulata.

Caroli Dyrtrachii ducis mors excusatur.

etiam, quod in morte Regis Ungariæ conspirans ipse, cum in ingressu civitatis Neapolitanæ ordinaverat interfici proditorie, mandasset ac fecisset occidi.

Tertio, quod idem Rex paratus erat, sicut dudum nobis intimavit, per dilectum filium Carolum Jorri servientem nostrum armorum, quem sicut nos ad eandem Regem hætenus missimus, super liberatione dictorum regalium; recepta tamen prius ab eis, seu pro eis securitate idonea, concedere votis nostris.

Quarto, quod præfatus Rex mirabatur & conquerebatur, quod nos præfatum Reginam dudum ad sedem venientem eandem sustinueramus Romanam intrare curiam, eamque fueramus sic benigne sicque honorabiliter persecuti; cum ipsa Regina, contra quam viricidæ verbum sæpius iterabant, rea convinceretur seu criminaretur de hujusmodi morte præfati Regis Sicilia viri sui per confessiones omnium, qui causæ mortis ejusdem ultimo fuerant supplicio, suadente iustitia, deputati.

Quinto & ultimo petierunt, quod nos præfatum regnum, ut verbis utamur ipsorum, dicto Regi confirmare vellemus, cum ipse paratus semper fuisset & esset pro dicto regno eidem ecclesiæ facere quæcumque prædecessores sui prædicta facere consueverunt ecclesiæ, & etiam ultra illa.

Ad quæ omnia præfatis nuntiis, conferendo tantum (cum in tantis negotiis sine deliberatione maturæ finale responsum eis exhibere nollemus) presentibus dilectis filiis nostris Hugone tit. S. Laurentii & Damasi presbytero, & Guillelmo S. Marie in Cosmedin diacono Cardinalibus duximus, ut subsequatur, per ordinem respondendum & primo.

Ad primum, quod præfatus Rex mirari non debuit nec debebat, si ingressus ejus in idem regnum nobis displicerat, ac nos & Romanam ecclesiam, utpote quibus in eo magna fuerat irrogata injuria, conturbaret: nam præfato Regi, si zelo sumende ultionis, sicut ipsi proposuerant nuntii, si pro jure, si quod idem Rex in eodem regno competere sibi prætenderet conservando, intrare hostiliter non licuerat dictum regnum, cum ad nos & eandem ecclesiam sicut ad superiorem prædicti regni dominum, non ad præfatum Regem, qui privata persona dumtaxat in ea parte censebatur atque censetur hujusmodi ultio pertinere, quodque Rex idem non deberat admirari, si nos Reginam & regales eisdem eximendos a jurisdictione præfati Bertrandi comitis duxeramus, cum hoc fuisset consulta cautela proximum, ne videlicet idem comes, qui utpote ipsius Regine subditus & vassallus in terra maxime dictæ Regine iustitiam facere de majoribus non audebat, in ea ministranda & exequenda de inferioribus aliis impedimentum vel obstaculum foret.

Ad secundum, quod præfatus Rex mirari non debuit nec debebat, si ingressus ejus in idem regnum nobis displicerat, ac nos & Romanam ecclesiam, utpote quibus in eo magna fuerat irrogata injuria, conturbaret: nam præfato Regi, si zelo sumende ultionis, sicut ipsi proposuerant nuntii, si pro jure, si quod idem Rex in eodem regno competere sibi prætenderet conservando, intrare hostiliter non licuerat dictum regnum, cum ad nos & eandem ecclesiam sicut ad superiorem prædicti regni dominum, non ad præfatum Regem, qui privata persona dumtaxat in ea parte censebatur atque censetur hujusmodi ultio pertinere, quodque Rex idem non deberat admirari, si nos Reginam & regales eisdem eximendos a jurisdictione præfati Bertrandi comitis duxeramus, cum hoc fuisset consulta cautela proximum, ne videlicet idem comes, qui utpote ipsius Regine subditus & vassallus in terra maxime dictæ Regine iustitiam facere de majoribus non audebat, in ea ministranda & exequenda de inferioribus aliis impedimentum vel obstaculum foret.

Ad tertium, quod præfatus Rex mirari non debuit nec debebat, si ingressus ejus in idem regnum nobis displicerat, ac nos & Romanam ecclesiam, utpote quibus in eo magna fuerat irrogata injuria, conturbaret: nam præfato Regi, si zelo sumende ultionis, sicut ipsi proposuerant nuntii, si pro jure, si quod idem Rex in eodem regno competere sibi prætenderet conservando, intrare hostiliter non licuerat dictum regnum, cum ad nos & eandem ecclesiam sicut ad superiorem prædicti regni dominum, non ad præfatum Regem, qui privata persona dumtaxat in ea parte censebatur atque censetur hujusmodi ultio pertinere, quodque Rex idem non deberat admirari, si nos Reginam & regales eisdem eximendos a jurisdictione præfati Bertrandi comitis duxeramus, cum hoc fuisset consulta cautela proximum, ne videlicet idem comes, qui utpote ipsius Regine subditus & vassallus in terra maxime dictæ Regine iustitiam facere de majoribus non audebat, in ea ministranda & exequenda de inferioribus aliis impedimentum vel obstaculum foret.

Querelæ in Clementem.

Flagitatum Neapolitanum regni ius beneficiorum.

III. Clementis ad Ungarum responsum.

Cur Joannes & principes pontificio servati iudicio.

stian pateretur. Nec idem Bertrandus comes de hujusmodi majoribus iustitiam facere ullatenus potuisset, quod satis ex eo patuerat, quod ipse comes processum per eum adversus nonnullos, quos ultimo damnatis auctoritate nostra supplicio, quamquam requisitus & iussus nobis mittere, seu venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Sabineni, tunc tit. S. Marci presbytero Cardinali A. S. L. quem ad dictum regnum pro iustitia favorabiliter ministranda de dictis Regina & regalibus miseramus; quique tamquam zelator iustitiæ ac abominator hujusmodi sceleris, si processum habuisset hujusmodi, cum aliunde probationes sufficientes habere non posset, ad executionem iustitiæ, sicut a nobis in mandatis habuerat & gerobat in votis, non deferendo generi, dignitati, vel sexui favorabiliter processisset, timuit assignare.

Diximus etiam eisdem nuntiis ad id, quod proposuerunt, quod nos præfato Ludovico Regi hujusmodi in prædictum regnum non prohibueramus ingressum: quod si diligenter inspexissent literas nostras multas, quas eidem Regi, ut eum ab ingressu retraberemus hujusmodi miseramus, honestius erat eis super hoc tacere, quam loqui; subjungentes ad eorum in hac parte convincendum errorem, qualiter nos hætenus Joanni electo Vesprimiensi, tunc nuntio dicti Regis Ungariæ apud sedem constituto præfatum, post multa verba, quibus eundem electum induximus, ut præfatum Ludovicum Regem ab ingressu in dictum regnum viis & modis, quibus posset omnibus revocaret, etiam processus habitos per felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædecessorem nostrum, qui in regibus prædecessoris ejusdem, quæ in archivo ipsius conservantur ecclesiæ, de verbo ad verbum conscripti sunt (quos idem prædecessor vim perpetuæ constitutionis habere voluit, & per quos adversus invadentes vel occupantes regnum ipsum, aut aliquam partem ejus graves spirituales & temporales pœnæ ac sententiæ sunt prolata) monstraveramus, quos ille perlegerat seriosè: & qualiter idem etiam Rex processum prædictorum ignorantiam allegare non poterat, cum fuissent in diversis partibus per quas veniendo ad dictum regnum ipse quoque Rex transitum habuit, & in ipsius regni locis pluribus publicati: item quod ipsa quoque rei natura Regi præfato in dictum regnum prohibeat ingressum, cum regnum ipsum pleno jure ac immediate ad nos & eandem ecclesiam, sicut & pertinet pertinere. Adjecimus insuper, quod non debuit idem Rex jure suo regnum intrare prædictum, quoniam sibi non licuerat, ut præfertur; cum ei, sicut & quibusvis aliis, quod in propria sibi causa jus diceret, nullo foret jure permissum: & Regina præfata (que tam virtute conventio-

Acta judiciaria de nece Andree suppressa.

Prohibita regni Neapolitani invasio.

Joannæ Reginae in illud jura.

num inter eandem ecclesiam & inclytæ recordationis Carolum primum Regem Siciliae dudum in concessione dicti regni eidem Carolo Regi facta per eandem ecclesiam habitaram, quam vigore testamenti, consentientis nimirum Bonifaciano decreto, bonæ memoriæ Roberti Regis Sicilia avi dictæ Reginae hereditario jure in regno succedebat eodem) de hujusmodi crimine mortis dicti Andreae Regis nec convictu nec confessu existeret, & per consequens nec competenti sibi in eodem regno jure privata: & quod etiam eo casu, quo Regina ipsa de hujusmodi crimine confessæ existeret & convicta, & per decisionem definitivæ sententiæ hujusmodi jure privata, regnum ipsum non ad eundem Regem Ungariæ, sed vel ad eandem ecclesiam, vel ad proximiorum præfata Reginae debebat sine dubitatione devolvi: quodque si præfatus Rex Ungariæ de declaratione facta per piæ memoriæ Bonifacium Papam VIII. prædecessorem nostrum super successione dicti regni conqueri forte vellet, debebat jus suum coram nobis, sicut coram superiore domino & competenti iudice, ordine iudiciario prosequi & petere: non illud sibi auctoritate seu temeritate propria per potentiam & violentiam, quas jura detestantur & prohibent arrogare; maxime cum recolendæ memoriæ Carolus Rex Ungariæ pater dicti Ludovici Regis eundem Robertum Regem verum Regem Siciliae toto vitæ suæ tempore nominasset, ac etiam reputasset.

IV. De Carolo Dyrrachino duce inique casu.

Ad secundum respondimus, quod de occisione præfati ducis Duratii turbati merito fueramus: & quod nec ipse Ludovicus Rex circa hoc aliquid rationabiliter ad executionis suæ velamen seu pallium poterat allegare, cum ipse privata persona eundem ducem, in quem jurisdictionem aut potestatem ordinariam vel delegatam aliquam non habebat; & alias omni juris ordine omnino non solum postposito, sed corrupto, utpote non audium, nec confessum, nec alias convictum, nec ei causa cognita, vel exposita suæ mortis, in magnam nostram & ecclesiæ præfatae contumeliam ac suæ famæ notam & maculam fecisset occidi; & quod non erat verisimile, quod idem dux præmissi criminis reus aut conscius extitisset, cum ii, qui de hujusmodi crimine suspecti fuerant reputati, ejusdem maxime ducis opere, auxilio, & favore capti fuissent; & tandem, ab ipsis per tormenta illata eis violenter elicita veritate, ultimum supplicium subissent: & quod in cor alicujus sanæ mentis nullo modo cadere potuerat sive d. buerat, nec poterat nec debebat, quod idem dux vir tantarum virtutum, qui pro vindicta sumenda de morte dicti Andreae Regis non sine multorum odio & malevolentia, quæ contra se proinde concitaverat, tanta sic patienter sic constanter & intre-

pide fuerat operatus; quique non armatus, sed inermis Ludovico Regi præfato, in tanto comitatu armatorum procerum ac militum & peditum existenti, cum admodum paucis familiaribus & ipsis quoque fratribus suis inermibus etiam occurrerat, in tantum facinus, mortem scilicet dicti Ludovici Regis vesana mente famæ ac honoris sui prodigus proditorie conjurasset.

Ad tertium respondendum institimus, quod ipsi nobis securitates, quas idem Ludovicus Rex pro liberatione dictorum regalium peterent, aperirent; super quo, licet sæpius reiteravissimus instantiam, scire ad admodum cupientes; nunquam tamen potuimus excutere aliquid ab eisdem, dicentibus quod idem Ludovicus Rex nunquam cum consilio suo deliberaverat aliquid in hac parte. Idem tamen Nicolaus electus post multa verba dixit, quod nulla præfato Ludovico Regi posset plena esse securitas de prædictis regalibus, si eis foret opportunitas libera ullo unquam tempore prædictum regnum Siciliae reintrandi. Tu tamen, fili, hæc intra pectoris tui claustra revolvens, & vias ac modos, quibus circa liberationem dictorum regalium nostræ ac tuæ intentionis consequamur effectum, diligenter considerans ac solerter exquirens, tam apud charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Rom. illustrem, quam alios, de quibus in schola experientie positus utilius videris expedire, sic juxta datam tibi a Domino gratiam des solite operam, sic labores instanter, & sic efficaces promotionis studia solerter impendas, quod super hoc, sicut de gratia divina confidimus, & speramus de tuis operationibus virtuosis, fructus ex eisdem laboribus tuis colligas, ac eandem ad nos referas expectatos.

Ad quartum quoque respondemus, quod nunquam nobis placuerat, immo displicuerat, quod eadem Regina curiam intraret eandem: & quod nos eidem Reginae dissuaseramus per nuntios & literas, ut ab ingressu in dictam curiam penitus abstineret: & quod eandem, cum ad ingressum omnino voluntaria videretur, te ac bonæ memoriæ Petrum tit. S. Clementis presbyterum Card. tunc in humanis agentem, miseramus ad ipsam, ut eam ab intrandi proposito retraheretis inductionibus opportunis: quodque cum ipsa, nostris inductionibus & exhortationibus circa hoc obauditis, omnino curiam intrare vellet eandem, sibi que prohibere non possemus ingressum, cum Avinionensis civitas tunc temporis sua esset; fuerat fratrum nostrorum consilium, quod eadem Regina, quæ de patratu crimine nec convicta erat, sicut prædicatur, nec confessæ, recipi ut Regina debebat: unde contigit, quod nonnulli ex eisdem fratribus, & quidam ex familiaribus nostris etiam occurrerunt eidem, & nos etiam recepimus in consistorio juxta consuetudinem, quæ in

De principibus regio sanguine cultidia liberandis.

Utea in jus vocata aufugit.

*proccibus.

VI. Negata Ungaro regi Neapolitani donatio.

receptione personarum regalium laudabilis ipsius ritus ecclesiæ servavit & servat: & quod eam, postquam curiam prædictam intraverat, nec honoraveramus velut exigebat ipsius clara profapia, nec prout incumbentium sibi negotiorum qualitas requirebat, fueramus favorabiliter prosecuti: immo sic eam nobis præfati Regis consideratio ab omni auxilio fecerat alienam, quod ipsa per solemnes nuntios seipsam, quam ut vassallam ejusdem ecclesiæ in tot & tantis angustiis constitutam ecclesiæ præfate juvandam esse præsidio & protegendam juvamine asserbat, & suppliciter postulabat; contra spem suam querebatur abjectam, & ipsius lamentaretur ecclesiæ favoribus destitutam. Rursus quod nos ipsam ante recessum suum de dicta curia per venerabilem fratrem nostrum Stephanum archiepiscopum Arelatensem camerarium nostrum citari feceramus, ut coram nobis responsura super hujusmodi crimine in certo termino, quem ei per eundem camerarium assignaveramus peremptorie, personaliter compareret. Propter quæ Regina ipsa, de nobis ut verisimiliter credimus, & demonstravit effectus, male contenta nobis, prout decuerat & debuerat, non visitatis seu visis de curia discesserat antefata. Quamobrem præfatus Ludovicus Rex de nobis in hac parte conqueri nec poterat, nec debebat: sed patientiam nostram potius, quod nec spiritualiter nec temporaliter contra eum, qui prædictum regnum, pecuniariam videlicet terram & specialem hereditatem ipsius ecclesiæ, non sine suæ salutis & status ac famæ dispendio, quod sibi ex dictis ejusdem prædecessoris Joannis imminerebat & immineret, ac in nostrum & ejusdem sedis opprobrium & contemptum sic affixerat & affligebat, mirari potius debuerat & debebat.

Denique ad quintum & ultimum respondimus, quod nos dictum regnum præfato Ludovico Regi confirmare, aut quovis alio modo concedere, nullatenus poteramus: & quod mirabamur admodum, quod ipse Rex, utpote quem credebamus & credimus circumspexit principem & prudentem, prudentem uti consilio, talia peteret, quibus & contrarietur omnino jura, & æquitas penitus dissentiret: cum ipsa Regina, quæ regnum prædictum tanquam præfati Roberti Regis heredes legitima tenet & possidet; & per multa tempora tenuit & possedit; quæ pro illo dilecto filio nostro Aymerico tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali tunc A. S. L. habenti super hoc per speciales nostras literas potestatem nomine nostro & ipsius ecclesiæ recipienti, ligium fecit homagium & fidelitatis debita præstitit juramentum, sequæ futuram & præstituram nobis in persona sua propria obtulit, si nos ad id recipere voluissimus: eandem jure sibi in eodem regno competenti, ordine juris postposito, Ann. Eccl. Tom. XXV.

sic præcipitanter privanda non foret: & quod, si ipsa quoque Regina velut rea hujusmodi criminis, servato tamen ordine iudiciario, prout tanti negotii qualitas exigebat, privanda veniret, expectandus erat calculus definitivæ sententiæ, cui executionem permittere non licebat: quodque, ubi etiam circa hoc juris solemnitatibus omnibus rite servatis dicta Regina eodem regno privata jam esset, non propter hoc poena sua in poenam aliorum innocentium, ad quos regnum prædictum devolveretur & pertineret, esset quomodolibet retorquenda.

Hujusmodi autem quatuor primis articulis ulterius non deductis, præfati nuntii dicti Ludovici Regis dixerunt nobis circa prædictum articulum quintum & ultimum, se ab eodem Ludovico Rege in mandatis habere, quod ubi hujusmodi sibi confirmationem seu concessionem de dicto regno Siciliae facere negaremus, tunc nobis & non ante super hujusmodi quinto articulo regie intentionis propositum aperirent. Ac tandem inter cætera multa & pulchra verba dixerunt, quod præfatus Ludovicus, Rex sicut fidelis & devotus noster & ipsius ecclesiæ filius, paratus erat in manibus nostris libere cedere omni juri, quodcumque sibi in regno competere antefato, & armigeram gentem, quam in eodem regno ad sua stipendia tenebat & tenet ad se ab inde revocare; quodque volebat & contentabatur, quod de dicto regno disponeremus libere, sive illud retinendo pro eadem ecclesiâ, aut alii concedendo juxta nostræ arbitrium voluntatis; ita tamen quod de præfata Regina super dicto crimine mortis præfati Andreae Regis viri sui, sicut de rea hujusmodi criminis, faceremus justitiam, dictumque regnum reciperemus ad manum nostram, & sub earealiter teneremus. Et hæc verba multis vicibus & diebus continuarunt & reiterarunt, præsentibus interdum dictis Hugone & Guillelmo Cardinale. invicem, & quandoque altero eorundem.

Nos autem, quibus hæc, nec mirum, satis a principio placuerunt, eidem præfati Ludovici Regis nuntiis sinceritatem devotionis & fidei dicti Ludovici Regis erga nos & eandem ecclesiam commendantes, respondimus & diximus, quod affectionem ac voluntatem dicti Regis gratiam admodum habebamus, offentes nos paratos de prædicta Regina facere super hujusmodi crimine justitiæ complementum; ac subjungentes, quod si antefatus Ludovicus Rex insinuere officium in hac parte, ac hujusmodi processum per eundem Bertrandum comitem habitum, ut præfertur, mittere nobis vellet, id gratum admodum haberemus: quodque apud eandem Reginam, ut assentiret, quod dictum regnum juxta voluntatem Ludovici Regis & petitionem nuntiorum suorum prædictorum ad manum nostram poneretur, & realiter (ut præmittitur) te-

Oblatum Clementi regnum Neap. modo Joannæ de viro casu plesteret.

Legibus in eam actum iri respondet Pont.

neretur instarem efficaciter, faceremus realiter posse nostrum : quin id aliter jussu facere non possemus. Dat. Avin. x. kal. aprilis anno VII.

VII. Sollicitatus ad restituendam citeriori Sicilia pacem Ungariæ Rex a Guidone Cardinale legato, cum Pontificem hereditaria ex Carolo Martello avo majore natu Caroli II. filio jura refellere videret, jam Roberto Joanne avo ab ipsius Ludovici parente Carolo agnito iusto Rege; alias concordia leges proposuit, ut nimirum Maria Caroli Dyrrachini vidua Joannæ soror Stephano duci Transilvaniæ connubio jungenda dotalia regni jura, afferret; tum in Joannam judiciorum feveritas distringeretur, qua tradita custodia, vel contumaciæ damnata, quas præfidario milite tenebat arces, traditurum se Cardinali legato, exercitumque revocaturum, spondit. Ad quæ singula responsurus Pontifex eundem legatum his literis instruxit (a).

Propositæ alia ab Ungaro concordia leges.

(a) Tom. 8. ep. fecr. 63. De Maria Duci Transilvano locanda a-stum.

Clemens, &c. Guidoni tit. S. Cæciliæ presbytero Card. A. S. L.

Ad articulum, in quo præfatus Rex petit, ut dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria ducissa Duratii, aut aliqua filiarum ipsius dilecto filio nobili viro Stephano duci Transilvano cum dote juris Sicilia matrimonio copuletur, tibi sub compendio respondentes; scire te volumus, quod de petitione hujusmodi, quantum ad matrimonium copulam, utpote grati nobis plurimum contentamur; & nos etiam, sicut tibi per alias nostras literas dudum scripsisse recolimus, dilectis filiis Nicolao electo Nitriensi, & nobili viro Georgio comiti Etuesumar nuntius dicti Regis, tunc apud sedem Apostolicam constitutus, hanc etiam tetigimus, interpositis apostolicæ ac opportunæ dispensationis gratiam offerentes; & nunc maxime apud ducissam eandem instare instantius, & operam efficaciorum pro viribus dare proponimus, ut negotium Deo propitio ad finem perducatur optatum: sed quoad dotem juris regni ipsius determinate non possumus respondere. Dicti rationem subjungit, Joannam Reginam Roberti heredem sceptrum multis annis jure tenuisse; atque Aymerico Cardinali veluti stipendiariam se fidei sacramento devinxisse, ac Pontifici clientis officia omnia, cum jufferit, exhibituram; & licet mortis Andree Regis crimine devincta feratur, nondum tamen damnatam; quare expectandam judicis sententiam, ac tunc iis rite gestis, non leve suboriri dubium, an regnum ad Mariam spectarer, an ad sedem Apostolicam devolveret.

Ad articulum de inchoato contra Reginam eandem super crimine ipso continuando processu, sic ducimus respondendum, quod sicut memoria tua tenet, ut credimus, Ludovicum in propria persona citavimus, &

Reginam prædictos, tunc apud sedem constitutos eandem, per venerabilem fratrem Stephanum archiepiscopum Arelatensem camerarium nostrum citari mandavimus & fecimus, ut certa die responsuri inquisitioni, faciendæ per nos seu de mandato nostro contra eos de dicto crimine, personaliter comparerent. Sed ipsi, qui de curia Romana nobis, sicut a tua non credimus memoria excidisse, non visitatis abscesserant, in hujusmodi termino, coram nobis & fratribus nostris in consistorio per procuratores vel excusatores comparentes eorum excipiendo proponere curaverunt, quod dicti Regina & Ludovicus notorii & continui in vassonibus & impugnationibus præfati Regis Ungariæ, seu gentium suarum, quibus propter imminens eis periculum resistere necessario cogebantur, arctati coram nobis in statuto eis termino comparere personaliter minime potuerunt, præmissis nonnullis allegationibus per solemnes advocatos factis eorum instantius pollularunt, & ut Reginam & Ludovicum prædictos a personali comparitione ipsorum excusatos habentes, procuratores seu excusatores ipsorum hujusmodi admittere dignaremur. Nos autem cum eisdem fratribus nostris consultius deliberare volentes, utrum exceptione hujusmodi, quam excusatores seu procuratores iidem fulciebant multis juribus & rationibus non obstantibus, Regina & Ludovicus prædicti reputari poterint aut debuerint juste ac rationabiliter contumaces; & hac de causa, & pro eo etiam, quod processum per quondam Bertrandum de Baucio comitem montis Caveosi, dum viveret auctoritate apostolica habitum contra patratore hujusmodi criminis, quorum aliquos ultimo supplicio deputavit, ut nosti, quem ab eodem Rege, penes quem esse dicitur, frequenter petivimus, & per te ac alios habere nequimus, processum habendum contra Reginam eandem in hujusmodi negotio necessario est dilatus. Verumtamen sive habeatur, sive non habeatur processus per eundem comitem habitus, ut præfertur, faciemus per venerabilem fratrem Bertrandum Ostiensem & Velletrensem episcopum, ac dilectos filios nostros Guillelmum tit. S. Stephani in Calio monte presbyterum, & Galbardum S. Lucie in silicæ diaconum Cardinales, commissarios per nos in hujusmodi negotio, sicut nosti, specialiter deputatos, in negotio ipso diligenter favorabiliterque procedi: cum nos non minus, immo quodammodo amplius, quam ipse quoque Rex Ungariæ inchoatum processum hujusmodi ad effectum perducere celeriter [quantum justitia patitur] affectemus, ut si qui rei aut culpabiles tanti flagitii, quod mentem nostram gravi continue vulnere sauciat, reperti extiterint, sic prout facinoris qualitas & quantitas exigunt, animadversio digna justitia

Joannæ Reginæ ad iudicium in-tentatum exceptio.

Qui ad- versus eam in- stituti ju- dices.

distante percellat, quod eis sit ad poenam. & cæteris perpetuis temporibus transeat in exemplum. Terminum tamen certum, infra quem processus hujusmodi finire & compleri debeat, non possumus assignare, præcise, cum in progressu causarum, quantumcumque levium atque civilium, multa [sicut te longa experientia docuit] plerumque contingant, propter que causarum exitus finisque differret.

VIII. Rogatus Ungarus ut ea captas arces pontificiæ fidei committat. Ad articulum illum, in quo præfatus Rex Ungariæ obtulit, quod arrestata seu reputata contumace Regina prædicta, idem Rex Ungariæ omnes terras, fortalitia, & loca alia, quæ in regno Sicilia citra farum præsentialiter detinet, realiter in manibus nostris ponet: rescribimus, quod nos obligationem Regis circa hæc acceptantes ipsius, volumus ut eum ad id sine conditione complendum, vel ea omnia in manibus præfati legati omnino ponendum inducas, juxta profundæ tuæ circumspectionis industriam, & datam tibi a Domino gratiam & virtutem efficaciter & solerter (nos enim illa faciemus diligenter & tute, auctore Domino, custodiri eisdem Regi) nihilominus offerens, quod quavis Regina ipsa, quam sicut prædicitur, citari fecimus, & que illicitata discessit, facile arrestari non possit, faciemus processum inchoatum hujusmodi, sicut prædicitur, contra eam continuari favorabiliter & accelerari, quantum justitia limites patitur: & nisi inquisitioni faciendæ super memorato crimine, contra ipsam respondere curaverit, non solum reputabitur contumax, quinimmo prout negotii merita exigunt, & justitia debitorum suadebit, contra eam ulterius procedetur.

(a) To. 8. ep. fecr. 74.

Ad obligationem denique factam per memoratum Regem de stipendiariis suis, de dicto regno Sicilia absque damno eidem regno & aliis terris ejusdem ecclesiæ quomodolibet irrogando, acceptata hujusmodi treugua per te inter Regem Ungariæ ac Reginam prædictos [ut præfertur] indicta, effectualiter revocandis; ducimus respondendum, quod nos obligationem hujusmodi gratam nobis admodum acceptantes, eidem Regi proinde ad dignas gratiarum assurgimus actiones: utinam tamen iidem stipendiarii, qui non quæ dominorum sunt, sed quæ sua sunt potius semper quærunt, & qui prædæ & quæstui semper prompti venantur propria commoda, in stipendiis aliorum, ipsius Regis, in hac parte jussionibus pareant & intendant, &c. Dat. Avin. xvi. kal. sept. anno VIII.

Ad perducenda facilius hæc consilia Pontifex Carolum Romanorum & Boemorum Regem oravit (a), ut Guidoni Cardinali pro componenda re Sicula regiam operam porrigeret, & ea quæ ipsi literis aut verbo exponeret, impigre perficeret. Cumque Ungariæ Regis animum

ad arcium secularium custodiam sedi Apostolicæ committendam inflexisse videretur, si Joanna quas tenebat arces pariter traderet, ut ab eadem sede velut supremo controversiæ iudice ferretur sententia, convertit studia Clemens ut Reginam ipsam ad eandem sententiam adduceret: proposuitque ob oculos abscessas fere omnes alias spes, nec meliora ad excitandas res suas suscipi posse consilia, quam si apostolicis manibus ad revocandam in regnum concordiam ab adversis partibus arces traderentur. Pactæ denique inter Ungaros duces & Neapolitanos induciæ fuerunt (b). Et quidem opera Guidonis Cardinalis conciliatas tradit Cortusorum historia his verbis (c): Guidus comes Bononiæ de supra mare tit. S. * Lucie presbyter Cardinalis Rom. ecclesiæ legatus, occurrentibus dominis Paduæ & tauris cum toto clero intravit Paduam, & sedem posuit in palatio dominorum cum trecentis equis expensis dominorum, anno MCCCXLIX. die xx. martii. Postea ivit Venetias, & per Tarvisum ivit in Ungariam, & treguas fecit inter Regem Ungariæ & Ludovicum maritum Apulia Regina. Recreata ita est ab acerbissimo bello interior Sicilia. Quin etiam Trinacriæ sacrorum usus ad Joannæ Reginæ preces, quæ cum Aragoniis insulam occupantibus ad firmandas suas partes nonnulla concordia foedera coiverat, a Clemente fuit restitutus ad aliquod tempus, ac prædecessorum Pontificum & internuntiorum sententiæ subiecto temperatæ diplomate (d).

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Dudum felicis recordationis Joannes XXII & Benedictus XII. ac nonnulli alii Romani Pontifices prædecessores nostri, nec non bone memoriæ Gocius tit. S. Priscæ presbyter Cardinalis tunc patriarcha Constantinopolitanus, & Raterius episcopus Vastionensis Apostolicæ sedis nuntii auctoritate literarum dicti prædecessoris Benedicti adversus detentores, & habitatores insule Sicilia ac aliarum eidem insule coherentium insularum, ad nos & eandem ecclesiam pleno jure ac immediate spectantium, propter detentiones insularum ipsarum, ac rebelliones & inobedientias per detentores & inhabitatores eosdem contra eosdem prædecessores & ecclesiam commissas, diversis processibus continentes diversas excommunicationum & aliarum spiritualium & temporales poenas in singulares personas, ac interdictionum in eisdem insulis promulgatas poenas & sententias successuris temporibus habuerunt. Cum autem, sicut accepimus, detentores & habitatores iisdem poenitentis animi ducti consilio ad nostram & ipsius ecclesiæ obedientiam & reverentiam se disponant; nos more pii patris, volentes agere misericorditer cum eisdem, charissimæ in Christo filia

Solicitata de eodem Joanna.

(b) Mart. ib. Vill. l. 1. c. 50. Inita in Sicilia cit. induciæ. (c) Cortus. hist. l. 10. c. 1. * Casalia.

De ultio- riore Sicilia.

(d) An. 7. l. 5. p. 2. ep. divers. form. 341. IX.

Interrogato illi interdicto ecclesiastico.

Soluta ad
tempus
ecclesiarum.

lia nostra Joanne Regina Sicilia illustris, & dilecta in Christo filia nobilis mulieris Mariae ducisse Duracii, nobis super hoc humiliter supplicantium, ac dictorum detentorum & habitatorum supplicationibus inclinati, omnes hujusmodi excommunicationum & interdictionum, ac alias penas & sententias, per hujusmodi eorundem predecessorum & nunciorum, ac quosvis alios quorumcumque aliorum processum, quavis auctoritate praemissorum occasione habitos in easdem personas & insulas quomodolibet promulgatos, usque ad festum assumptionis B. Mariae Virginis futurum proximo inclusive auctoritate apostolica praesentium tenore suspendimus de plenitudine apostolicae potestatis. Volumus autem & auctoritate praedicta decernimus, quod elapso tempore suspensionis hujusmodi, nisi per sedem Apostolicam super his aliud fuerit interim ordinatum, insulae ac persona praedicta in eadem relabatur penas & sententias ipso facto: quodque hujusmodi poenae ac sententiae perinde plenum robur & efficaciam habeant, ac si hujusmodi suspensio facta nullatenus exiisset. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. kal. martii anno VII.

X.

Ad asserendam praeterea Italiae pacem, cum Ludovicus Bavarus extincti Ludovici senioris filius Tridentum pulso Joanne episcopo Tridentino occupasset, Pontifex Joannem & Luchinum Vicecomites Mediolanenses, Ubertum e Carraria Patavinum, Scaligerum Veronensem praefectos, atque Andream Dandalum ducem Venetorum sollicitavit (a), ut episcopo ad recuperandam urbem Tridentinam auxilia submitterent. Confirmandae praeterea pacis non in Italia modo, verum in reliquo orbe Christiano ob imminentem secularis anni ad quinquagesimum redacti celebritatem in gratiam Urbis sacra loca adeuntium pro Anglis & Gallis conciliandis, ut videbitur inferius, desudavit. In Provinciam vi. kal. maii misit Philippum (b) Cavallicensem episcopum Apostolicae sedis internuntium, ut inducias inter Massilienses & alias Provinciae & comitatus Folkarquerii urbes adversus ipsos foederatas, inducias promulgaret. Memoratum etiam eandem ob causam Joannem archiepiscopum Mediolanensem Martinum Scaligerum (c) Mantuanos, Opizonem Aretinum marchionem (d), Jacobum, & Joannem e Pepulis Bononenses praefectos, ut inducias inirent, hortatus (e) est: Joannem etiam archiepiscopum, de quo paulo ante memoravi, ne ceptum a fratre Luchino in Genuenses bellum promoveret, missoque Alioto Lucii ut pontificiis voluntatibus accommodaret animum adducere studuit: legavit (f) eundem internuntium ad Joannem Murram Genuensium ducem, eosque ad pacis consilia flexit. Sentiebat ea respublica hostes acerimus nonnullos

(a) Ib. ep. 872. ad 875.

(b) Ep. 968.

(c) Ep. 867.

(d) Ep. 689.

(e) Ep. 870.

(f) Ep. 794.

(f) Ep. 845.

exules, qui ob contraria studia, suspectamque potentiam patriae conspectu bonisque privati erant: ad quos Joanni Murra conciliandos Clemens Stephanus archiepiscopus Seravallis apostolicum internuntium misit precesque graves addidit (g), ut illius monitis obtemperarent.

Recrudescunt praeterea Venetos inter ac Genuenses veteribus dissensionibus occasione navium ac triremium, quae onusta mercibus orientalia maria fulcabant, incendente iras & odia mercatorum avaritia, jam ante exortis: Clemens, cum praevideret ea diffidia utramque rempublicam, quae adversus infideles instar propugnaculorum erant, debilitatura atque orienti allatura exitium, studia apostolica ad redintegrandam inter eos concordiam convertit: tum etiam cumulatim preces, ut ob imminenti anni jubilei sacrum tempus bello parcerent. Conceptae sunt hac forma literae Venetis missae (h).

Clemens, &c. Andrea Dandolo duci Venetiarum.

Perduxit nuper ad audientiam nostram quaedam molesta nobis, sed fide digna relatio, quod inter te & dilectos filios Venetos ex parte una, & civos Januenses ex altera ex causis aliquibus, procurante patre zizania, qui primum schisma suscitavit in caelo, suborta dissensio non solum utrique parti, sed toti Christianitati, praecipue fidelibus orientalium partium, gravia dispendia comminatur. Quibus nos ex affectu paternae charitatis, quo utrosque vestrum velut dilectos filios attente prosequimur, ante tempus occurrere cupientes, nobilitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur, attentius deprecantes, quatenus hujusmodi nociva dispendia, & quot & quanta corporum animarumque pericula dissenso hujusmodi, si progressum haberet, quod avertat Dominus, proculdubio pariter, prudenter attendens; & considerans etiam diligenter quatenus in hoc futuro proximo, acceptabili, & salutifero tempore, anni scilicet quinquagesimi jubileo, in quo pro universali salute fidelium omnibus venerabiles beatorum Apostolorum Petri & Pauli basilicas ac Lateranensem ecclesiam de Urbe visitantibus certo modo indulgentiam plenam omnium suorum concessimus peccatorum, in consecutione tanta indulgentiae impeditur; ab omni noxia novitate contra memoratos civos Januenses quomodolibet facienda prorsus abstinere, &c. Dat. Avin. VIII. kal. decembris anno VIII. Praeterea eundem ducem ac Joannem Murram ducem Genuensium excitavit (i), ut excurreret ad festum purificationis Virginis temporis spatio oratores pro tractanda pace mitterent.

Dedit quoque omni contentione operam Pontifex (k) ut ob jubilei, quod ad Romanorum gratiam quinquagesimo quoque anno

Pax inter Vicecomites & Genuenses inita.

(g) Ep. 795. Veneti & Ligures mutuo dissident.

(h) To. 8. ep. fecr. 104.

Pontificia pro iis conciliandis studia.

(i) Ib. post eand. ep. XI.

(k) To. 8. ep. fecr. 70.

Indicium Jubilei anno quinquagesimo. (1) MS. bibl. Vat. de Rom. Pont. sig. n. 3665.

(b) An. 8. l. i. par. 1. et. cur. 1. & extrav. Unigenitus de pen. & remiss. (c) To. 7. ep. fecr. p. 899. (d) An. 8. l. i. par. 1. et. cur. 1. & reg. post eand. ep.

Clementis de eo diploma.

De meritum Christi affluentia & igni.

anno recurrente indicium erat, celebritatem limina Apostolorum adeuntium saluti ac iterum libertati prospiceretur. De redacto in quinquagesimum annum jubileo meminit anonymus author Germanus (a) his verbis: Eodem anno de mense januarii praedictus dominus Papa, praesentibus ambaxiatoribus Romanorum in anno quinquagesimo futuro omnibus visitantibus Urbem concessit indulgentiam plenariam, & annum illum statuit jubileum in perpetuum: quem olim Bonifacius VIII. statuerat de centesimo in centesimum, is de quinquagesimo in quinquagesimum commutavit. Extrat de eo subjectum Clementis diploma (b) quod Anibaldus legatus Cardinalis Romanis attulit (c), transmissumque est ad praesules (d) totius orbis Christiani, ut illud promulgandum curarent.

Clemens &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Burdegalensi, ejusque suffraganeis.

Dudum de fratrum nostrorum consilio & plenitudine apostolicae potestatis indulgentiam quam felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. praedecessor noster omnibus vere poenitentibus & confessis, qui beatorum Petri & Pauli Apostolorum basilicis de Urbe in anno a nativitate Domini MCCC. & ex tunc quolibet anno centesimo secuturo certo modo visitare concessit, ad annum quinquagesimum duximus reducendam; statuentes, quod quicumque voluerit indulgentiam hujusmodi assequi, basilicas praedictas ac Lateranensem ecclesiam in anno a nativitate ejusdem Domini MCCC. proximo secuturo, & ex tunc de quinquaginta annis certo modo visitare debeant, prout continetur plenius in consecris super hac literis nostris, quarum tenor talis est.

Clemens episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Unigenitus Dei Filius de sinu Patris in uterum dignatus est descendere matris, in qua & ex qua nostra mortalitatis substantiam divinitati suae in suppositi unitate ineffabili unione conjunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat assumens, ut haberet unde hominem lapsum redimeret, & pro eo satisfaceret Deo Patri. Ubi enim venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum natum ex muliere factum sub lege, & ut eos qui sub lege erant redimeret, & adoptionem reciperent filiorum; ipse, namque factus nobis a Deo sapientia, justitia, sanctificatio, & redemptio non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta aeterna redemptione inventa: non enim corruptibilibus auro & argento, sed sui ipsius agni incontaminati & immaculati pretioso sanguine nos redemit, quem in ara crucis pro nobis innocens immolatus, non guttam sanguinis modicam, quae tamen

propter unionem ad Verbum pro redemptione totius humani generis sufficisset; sed copiose velut quoddam praesensium noscitur effudisse, ita ut a planta pedis usque ad verticem nulla sanitas inveniretur in ipso. Quantum ergo exinde, ut nec supervacua, inanis, aut superflua tanta effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti ecclesiae acquisivit, volens suis thesaurizare filiis pius pater, ut sic sit infinitus thesaurus hominibus quo qui usi sunt Dei amicitiae participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per B. Petrum cali clavigerum ejusque successores, suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum, & pro piis & rationabilibus causis nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debita tam generaliter quam specialiter, prout cum Deo expedire cognoscerent, vere poenitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum beata Dei genitricis & omnium electorum a primo justo usque ad ultimum merita adminiculum praestare noscuntur, de cuius consumptione seu diminutione non est aliquatenus formidandum tam propter infinita Christi [ut praedictum est] merita, quam pro eo, quod quanto plures ex ejus applicatione trahuntur ad justitiam, tanto magis accrescat ipsorum cumulus meritorum.

Quod felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. praedecessor noster pie, sicut indubie credimus, considerans; & ardentia meditatione revolvens, quanta apud homines gloriosi principes terra Petrus & Paulus [per quos evangelium Christi Romae resplenduit, & per quos ecclesia religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per evangelium genitores, gre-gisque dominici pastores, fidei lucerna, ecclesiarum columna, praeter ceteris peculiari quadam prerogativa in ipso Salvatore fidei virtute praecellunt, quorum uni, scilicet Apostolorum principi, sicut bono dispensatori claves regni caelorum commisit, alteri tamquam idoneo doctori magistrum ecclesiasticae eruditionis injunxit] in speciali veneratione haberi debeant & debita honorificentia venerari, pro ipsorum memoriam recolenda crebrius & reverentia a cunctis Christi fidelibus eis devotius exhibenda, ipsorumque patrocinio favorabilis assequendo inconsumptibilem thesaurum hujusmodi; pro excitanda & remuneranda devotione fidelium voluit aperire; decernens de fratrum suorum consilio, ut omnes, qui in anno a nativitate Domini MCCC. & quolibet anno centesimo ex tunc secuturo ad dictorum Apostolorum basilicas de urbe accederent reverenter, ipsiusque si Romani ad minus triginta, si vero peregrini aut forenses quindecim diebus continuis vel inter-

Ut Bonifacius centesimo quoque jubileum instituerent.

Quinquagenarius numerus in sacris literis sacer.

Ad annum quinquagesimum redigitur jubilaeum.

interpolaris saltem semel in die, dum tamen vere poenitentes & confessi existerent, personaliter visitarent, suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum.

Nos autem attendentes, quod annus quinquagesimus in lege Moisaica, quam non venit Dominus solvere, sed spiritualiter adimplere, jubileus remissionis & gaudii, sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio, censebatur; quodque ipse quinquagenarius numerus in testamentis veteri quidem ex legis datione, in novo ex visibili Sancti Spiritus in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur; quodque huic numero plura & grandia divinarum adaptantur mysteria scripturarum; & clamorem peculiari populi nostri, Romani videlicet, hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysi & Aaron per proprios & solemnes nuntios ad hoc specialiter destinatos orantis pro toto Christiano populo & dicentis: Domine aperi eis thesaurum tuum fontem aquae vivae; desiderantes benignius exaudire, non quidem ut sicut illius populi Israelitici indurati cesset murmuratio, sed ut istius praedilecti populi & cunctorum fidelium augeatur devotio, fides splendeat, spes vigeat, charitas vehementius incalescat; volentesque quamplurimos hujusmodi indulgentiae fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitae hominum brevitatem valeant ad annum centesimum pervenire; de fratrum nostrorum consilio praedictam concessionem ejusdem indulgentiae ex superscriptis & aliis justis causis ad annum quinquagesimum ducimus reducendam, statuantes de fratrum consilio praedictorum, & apostolica plenitudine potestatis, ut universi Christiani fideles, qui vere poenitentes & confessi in anno a natiuitate ejusdem Domini MCCCL. proximo futuro & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis praedictas eorundem Apostolorum Petri & Pauli basilicas ac Lateranensem ecclesiam [quam incoltae recordationis Constantinus, postquam per B. Silvestrum sicut per eosdem Apostolos Deo revelante cognovit, renatus fonte baptismatis fuerat, & a contagio lepra mundatus, in honorem Salvatoris construxisset; quamque idem B. Silvester novo sanctificationis & chrismationis genere dedicasse leguntur, & in cujus ecclesiae parietibus praefati Salvatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit devotius veneranda, quam ex his & aliis certis & rationabilibus causis, ut ipsa ecclesia pariter indulgentiae praedictae privilegio decoretur, & devotus populus ab eodem Salvatore, qui in praefatis Apostolis mirabilis praedicatur, eorum meritis & precibus indulgentiae mereatur

percipere largitatem, in hac censuimus honorandam] causa devotionis modo praemisso visitaverint; plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur: ita videlicet, ut quicumque voluerint hujusmodi indulgentiam assequi, si Romani ad minus triginta continuis vel interpolatis saltem semel in die; si vero peregrini, aut forenses modo simili quindecim diebus ad praedictas basilicas, & ecclesiam accederent, teneantur: ac adiacentes, ut si etiam, qui pro ea consequenda ad easdem basilicas & ecclesiam accedentes post iter arreptum impediti legitime quo minus ad Urbem illo anno valeant pervenire, aut in via vel dierum praetaxato numero non completo in dicta Urbe decesserint vere poenitentes, ut praemittitur, & confessi, eandem indulgentiam consequantur; omnes nihilominus & singulas indulgentias, per nos vel praedecessores nostros Romanos Pontifices tam praenominatis quam aliis basilicis & ecclesiis de dicta Urbe concessas ratas & gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus & approbamus, & etiam innovamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. vi. kal. februarii pontificatus nostri anno i. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis vestris civitatibus, & diocesis praedictas literas nostras subditis vobis clero & populo publicetis & intelligibiliter exponatis, ut annuente Domino ad promerendam hujusmodi indulgentiam se disponant. Ceterum quia praesentes literae nequirent forsitan propter viarum discrimina vel alia impedimenta legitima singulis vestrum commode praesentari, volumus quod per te frater archiepiscopo dictarum literarum transumptum manu publica scriptum tuoque munitum sigillo vobis fratres suffraganei transmittatur, cui velut originalibus literis adhiberi volumus plenam fidem. Dat. Avin. xv. kal. septembris anno viii. Excitati etiam (a) urbani magistratus, viri praenobiles, ac populus, ut mutuas discordias ad praestanda libera itinera ponerent. Neque hoc loco silentio praetereundum videtur, flagitasse plures Reges (b), Castellae nimirum, Aragoniae, Lusitaniae, & Cypri, aliosque principes, inter quos Albertus dux Austriae fuit, ut cum Romam adire pro lucrandis indulgentiis non possent, ipsis ac nonnullis regiae familiae sibi addictissimis pontificia liberalitate concederetur, ut eadem praemia sacra consequi alia ratione liceret: quorum piis postulatibus annuere Clemens distulit, rescripsitque Austriae duci, rem se in consilium cum Cardinalibus adducturum.

Imperatorum numerus Romanis exterrisque.

Iusti praefules promulgare diploma pontificum.

(a) To. 7. ep. fecr. 900. & 901.

(b) Ib. p. 91.

Flagitant principes jubilai dono potiri.

Re-

Victori Carolo gratulatur Pont.

(e) To. 8. ep. fecr. p. 6.

Qui fuerint Guntheri fautores.

XII. Graves German. turbae. Guntherus creatus Caesar a perduellibus. (a) Rebdorf. in anal. Alb. Arg. in chron. Gesta Clem. VI. apud Bosg. Naucle. gen. 45. Bar. in not. MS. Avenin. in anal. Boior. l. 7. & alii. (b) Alb. Arg. ibid. Misere perit. (c) Rebdorf. ubi sup. & MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Clem. VI. (d) Ext. illud editum apud Goldast. to. 3. pag. 414.

[1] Recruduere hoc anno graves in Germania disensiones, cum Bavari principes & alii, qui Ludovici extincti partes erant secuti, praecipuo auctore Henrico Moguntina sede depulso, quamvis anno superiori Eduardo Regi Angliae, deinde Friderico marchioni Misniae tyrannidem frustra detulissent, respuentibus iis plenum periculis atque injulso honore; iterum audacem virum, tumidum ambitione, ac manu promptum, nimirum Guntherum comitem Schuartzburgensem in Thuringia mense februario ad solium extulere (a), ut Carolum Regem everterent. Impendebat inde grave periculum, ne schisma vetus confirmaretur; insolecebatque adeo factu Guntherus ob adeptam tyrannidem, ut se Carolum Romanorum Regem dejecturum solio praesideret, atque eum locum, in quo Carolus congregatum iis copias suis edixerat, ad hastiludia exercenda suis designavit (b). Sed brevi Regis theatrialis instar excutus purpura est, ipsiusque infandum humanum sanguinem promptissimae manus, quae iniuste scriptum Romanum attrectarant, non sine justo Dei iudicio sunt contractae, de quo haec Rebdorfus (c): Cum utraque pars se praepararet ad bellum, subito infirmitas invasit illum de Schuartzburg, & contractus est manibus: quod factum sibi plures assererant ex veneno. Et infra: Multi autem dicebant vindicta divina illum de Schuartzburg tam subito decumbere. Et quidem iustissime, cum hoc anno vi. id. martii Marsilii haeresiarcae ac Ludovici Bavari haeresim sectatus sanxisset (d) Rom. Ann. Eccl. Tom. XXX.

Pontificem secundum omnia jura divina & humana debere subesse imperio, & contrarium sentientes laetae majestatis crimine damnasset, una cum praecipuis illius signiferis Henrico Moguntino exauctorato, Ludovico majore nato filio Ludovici Bavari defuncti, ac Rupeo duce in Caroli Regis potestatem est redactus. Cujus felicitis victoriam, quam nullae strages funestarent, laureatis Caroli Regis literis accepto nuntio Pontifex, ingenti gaudio delibutus victori gratulatus est (e), atque ad cultum divini Numinis ac regias sectandas virtutes eundem adhortatus.

Clemens, &c. Carolo Romanorum & Boemiae Regi illustri.

Excelsus super omnes gentes Dominus, qui humilia respicit & alta de longe cognoscit, sicut humilibus gratiam suam benignus impendit, sic profecto superbis cogitationibus alta resistit, & prava studia eorum annihilat, ac aduersos peruersosque conatus elidit. Probavit hoc in humilitate tua, charissime fili, potentiae tuae mira dignatio his diebus, dum Guntherum comitem Schwartzbourg, qui ad instar luciferi superbia nimia intumescens, sedem ad ruinam solium tuum exortere satagens, temeritate damnabili praesumebat; & Henricum olim archiepiscopum Maguntinum, qui non attendens ad petram, de qua scissus fuerat, sed in superbiam leviter elevatus, immemor beneficiorum a Romana ecclesia perceptorum, tergum ei vertit non faciem, ne superbus humili Deo sacerdotio fungeretur, merito re-

NOTE [1] A Nnalista toto hoc paragrapho schismatis in imperio exitum describit; illud vero sopitum dicit ex redacto in Caroli potestatem Gunthero, seu melius Gunthero, ut scribit Martinus Minorita in chron. vulgato ab Eccardo inter script. med. aevi to. I. col. 1640. Quae Annalista verba indicare videntur victoriam aliquam a Carolo relatam de amulo. Revera tamen nihil inter eos belli intercessit; quin potius Guntherus sponte se principatu demisit, certis quibusdam conditionibus utrimque stipulatis. Legendus Martinus Minorita, qui Carolo adhuc superstiti (adhuc vivit) opus suum absolvit: Haec, ait, Ludovici defuncti, & nepotes sui Palatini Rheni, & episcopus Moguntinensis, (Henricus) quem papa deposuit, elegerunt in regem Romanorum Guntherum comitem de Schwarzburge, quem receperunt civitates in Weiravia, scilicet Francofurt, Eriburg, Wetzolter, Geylnhusen, & etiam Nuremberg... Rex itaque Carolus considerans, quod nequaquam potenter & pacifice regnum valeret possidere, nisi componeret cum Marchione (Brandenburgensi Ludovici filio) & cum suis germanis, & consobrinis Palatini Rheni, & cum Gunthero invasore regni, insecodavit Ludovicum, & suos fratres imperio ducatu Carinthiae & de Marchionatu Brandenburgensi... Reddidit ergo Carolus Palatini Rheni quamdam terram dictam Runckingen... Item Marchioni Gunthero dedit ad diem vitae suae unam terram opulentam, quae dicitur Lusena. Item Rex dederat ei VI. M. marcarum argenti; item satisfecit ei de omnibus expensis quas fecerat pro habendo regno. Item promisit sibi procurare absolutionem excommunicationis defuncto Ludovico imperatore, ac etiam heredibus suis ac coadjutoribus universis. Integram narrationem Martini huc transferre visum est, tum quia auctoritas est, qui tunc scribebat, tum quod nemo melius totam hanc historiam partem explicat. Ex eo enim discimus Guntheri electionem, imperii ejus amplitudinem, causas quae Carolum impulerunt, ut cum eo conveniret, quibus dein conditionibus Imperii titulum deponere acquievit. Quae simul omnia, nec ex Rebdorfio, nec ex Alberto Argentinenfi comparari possent. Porro Guntherus hoc anno antequam imperio decederet constitutionem edidit, qua sanctam ratamque asserit latam olim a Ludovico Bavaro legem, ut statim ac princeps aliquis rex Romanorum ab electoribus renunciatus fuerit, imperii jus plenum obtineat, nulliusque confirmatione, ne pontificis quidem indigeat. Habes illam inter constitutiones Imperiales Goldasti to. III. pag. 414. edit. Francofurt. anat. 1713. Data est constitutio ex oppido Francofurt, VI. Idus Martii anno millesimo trecentesimo quadragesimo nono, anno vero regni nostri (Guntheri) primo. Ex quo intelligimus ea die praesentis anni Guntherum vandum regnum dimisisse. MANSI

Q99.

pro-

probatus, & dum elevaretur abjectus est; nec non filium & nepotem damnatae memorie Ludovici de Bavaria, Dei & ipsius ecclesie persecutoris & hostis, qui tanquam squamae, per quas non transit vite spes, se invicem colligant, & se tibi, ut erigent idolum, quem consulant, superbe nimis opponere tuisque obviare processibus conabantur; sicut nobis per celsitudinis tuae literas, quas cum ingenti letitia & exultatione magna recepimus, intimaisti, in manu tua mira omnipotenti sua virtute sine humani sanguinis effusione conclusisti. De quo ei, per quem datur regnare principibus, & a quo est omnis victoria, laudes & gratias referentes, & immolantes pro triumpho tantae victoriae vitulum labiorum; serenitatem tuam vovemus, requirimus & hortamur in Domino, attentius deprecantes, quatenus tantae tibi gratiae collatae a Domino in victoria hujusmodi, quae non viribus tuis, sed ipsius potius ascribatur potentiae, gratus & devotus acceptor, sic te ante ipsum creatorem tuum semper humiles, & tua devotas vota sibi, sicque tuos gressus in semitam suorum dirigas mandatorum, quod ipse, qui fidelibus suis potenter assistit, & eos favore prosequitur opportuno, sic actus tuos & opera dirigat, sicque tuis propitiis processibus faveat, quod ad ejus & ipsius ecclesie suae sanctae honorem & gloriam & collapsi status reparationem imperii, ac pacem & tranquillitatem populi Christiani confringas in virtute sua elata cornua superbiorum, eisque sub potentiae suae dextera humilitatis & domitis, de bono semper in melius prospereris.

Ceterum super eo, quod de adducendo, ut literarum tuarum verbis utamur, eodem filio dicti Ludovici pro honore ipsius ecclesie ad nostram praesentiam praedictae litterae continebant; tuae erga nos & eandem ecclesiam sincerae ac solitae devotionis affectum dignis prosequimur actionibus gratiarum: tu tamen, fili, qualitate negotiorum grandium incumbentium tibi, quorum prosecutioni favit & favet divina potentia, & praesentium temporum conditione pensatis attente prospicias & providas diligenter, qualiter Alamanniae partes (quae utpote praeteritorum fluctuum conquassatione lassatae, ad egrotantium instar in recidivum, quod Deus avertat, possent relabi) facile sis hoc tempore sine periculo, quod ex absentia tua posset eisdem forsitan imminere negotiis, quae felicibus capimus successibus provebi, dimissurus. Dat. Avin. XIV. kal. junii anno VIII.

Pacanda Germaniae det operam.

XIV.

Parva est hoc triumpho Germaniae pax, cum tentata scelere adversus justum Regem ab Apostolica sede confirmatum tyrannorum trina electio abortum fecisset: atque universi in Caroli Regis obsequium procubere; & Guncherus comes, tyrannide vanisque juribus, cedere coactus

(a) fremens licet a suis fuit desertus. Vingt tamen duo millia marcharum, ac duo oppida imperialia in Thuringia ad vitam accepisse ferunt quibus non diu potitum, cum duobus circiter post mensibus extinctus sit. Ceterum Carolus Aquisgranum iterum die B. Jacobo Apostolo sacra redimiri voluit argentea corona, non quod rite Bunnæ regis ornamentis non fuisset insignitus, cum Aquisgrani peragenda pompa decreto pontificio Bunnam translata esset: sed ut discordiarum causas aucupaturis, calumniarumque ora obstrueret: unde non ab hac secunda, sed a prima jussu pontificio perfecta regni annos est auspiciatus. De exorta vero inter Juliensem comitem & marchionem Brandeburgensem in ea celebritate de sceptro tenendo diffensione haec scribit Rebdorfus: (b) Rex Carolus, communiter recognitus ab omnibus principibus & civitatibus in Alemannia Rex Romanorum, cum Regina uxore sua nuper ducta transit Aquisgranum: ubi secundo coronatur & Regina secum in festo B. Jacobi per dominum archiepiscopum Colonensem. In qua coronatione, cum marchio Juliensis sceptrum teneret regale, Ludovicus marchio Brandeburgensis recipere voluit sibi de manu dicens ad officium suum hoc spectare; propter quod rumor est inter eosdem dominos suscitatus quem Rex interceptit, & per principes extitit definitum, quod quando Rex Romanorum coronatur, tunc ad officium marchionis Brandeburgensis spectat sceptrum regale tenere: su autem feuda regalia concedit, tunc ad officium alterius marchionis hoc spectat. Rex autem non ab hac coronatione, sed a prima annos regni sui scribit.

Porro Ludovicum majorem natu filium alterius Ludovici extincti, de quo toties sermo fuit marchionatu Brandeburgensi, quem non iusto titulo antea post Waldemari obitum comparasse ex edictis pontificiis vidimus, a Carolo Rege Romanorum ut imperii beneficium accepisse, interprete concordiae Rudolpho duce Bavariae & Palatino Rheni, ac sacra imperii insignia, quae pater obtinuerat, restituisse refert Dubravius his verbis (c): Consecuerunt Caesares insignia Caesarum cum sanctis quibusdam reliquiis apud successores deponere, quae tunc omnia Ludovicus post obitum patris in sua potestate habuit: gladius magni Caroli erat, lancea Christi, dextra portio S. Crucis cum uno clavo, & mappa qua ultima mensa Domini strata fuit, non magni cuncta pretii apud talium rerum contemptores, at apud Christianissimum Carolum in tanto pretio posita, quanto nulla res profana vel pretiosissima. Proin consilium Palatini fuit ut Ludovicus nactus reliquiarum tantam estimatorem, illas pro redimenda pace quiete

(a) Alb. Arg. Rebdorf. Naocl. ubi sup. Corona iterum redimitur Aquisgranum.

(b) Rebdorf. in Annal.

Brandeburgensis marchionis munus coronatur Caesares.

(c) Dab. hist. Boem. l. 22.

taque marchionatus Brandeburgensis possessione permutaret: quod ubi ille fecit, Carolus sine ulla cunctatione illum vestibus marchionis & ornamentis solemniter investit. In revocando illo ad ecclesiae gratiam, abolendisque edictis apostolicis in ipsum latis non leves difficultates intercessere: quae demum, fragente divino Numine, duritiam animi, ad Christianam poenitentiam, ac paterno schismate rite damnato, victae (a) fuerunt; de quibus suo loco.

Flagrantibus jam ante a sede Apostolica veniam clero populoque Wormatiensibus, ob secutas Ludovici Bavarum partes, habitum cum illo commercium, contractas censuras ecclesiasticas, violatum interdictum, profanata divina, accepta ab eo publica munera, gestasque dignitates; Pontifex paternum redeuntibus sinum applicuit, ac Balduino Trevirensi & Gerlaco Moguntino archiepiscopis partes dedit, (b) ut ipsos e praescripta subjecta formula abolverent.

Clemens, &c. Balduino Treverensi & Gerlaco Moguntino archiepiscopis.

Fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum eos, qui ab eodem Ludovico honores & officia, sicut praemittitur, receperunt; postquam hujusmodi honores & officia dimiserunt, ac iam ipsos quam alios clericos seculares & regulares, postquam publice confessi fuerint coram vobis, se tenuisse & tenere quod credit, tenet, & docet sancta Romana ecclesia; nec non credidisse & credere, quod non spectat ad Imperatorem, Papam seu Romanum Pontificem deponere & alium eligere vel creare, quinimmo hoc reputant haereticum & haesum damnatum per ecclesiam memoratam; ac in manibus nostris juraverint, quod super injuriis illatis & commissis per eos, contumacis, rebellioribus, adhaesionibus, fautoribus, & aliis implicate vel explicite confessis & non confessis per ipsos, ac ceteris poenis & sententis spiritualibus & temporalibus, quas propter praemissa vel eorum occasione ut praedicitur incurrerunt, nostris & ejusdem ecclesiae mandatis parebunt; & quod nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus fideles erunt, & nobis & illis debitam & devotam reverentiam & obedientiam exhibebunt; & quod cum fautoribus & sequacibus dicti Ludovici, quando erunt in rebellionem ipsius ecclesiae, aut aliis haereticis & schismaticis, vel cum sequacibus eorumdem per dictam ecclesiam denotatis de cetero non erunt, nec eis aut quibuscumque aliis contra eandem ecclesiam dabant auxilium, consilium, vel favorem; quodque nulli Imperatori seu Regi Romanorum, aut administratori imperii seu re-

(a) Inn. ann. 8. ep. fecr. pag. 24. XV. Bavarici schismatis sequaces ad ecclesiae obsequium redeunt.

(b) To. 7. ep. fecr. 886.

Exactum ab iis sacramentum.

Non spectare ad Caesarem instituire vel destituere Papam. * vestris

De eolendo Pontifice.

gum Romanorum obedient vel adhaerebunt, nisi ille fuerit primitus per eandem ecclesiam approbatus, & cum aliquo vel aliquibus in rebellionem ejusdem ecclesiae existentibus, contra ipsam ecclesiam colligationem, conjurationem, conspirationem, confederationem non facient neque ligam; ab hujusmodi poenis & sententiis, si hoc humiliter petierint, juxta formam ecclesiae absolvantur, ac poenas & interdictum hujusmodi relaxentur, injunctis clericis & personis laicis eisdem poenitentia salutari & aliis, quae de jure fuerunt injungenda: nec non cum eisdem clericis & personis ecclesiasticis super irregularitate, per eos contracta sicut praedicitur, dispensentur. Datum Avinton. xv. kalendas aprilis anno VII.

Acerba haec poenitentiae formula visa est Moguntinis (c) ad ecclesiae gratiam redituris, quam ante Basiliensibus, Argentinenis, & aliis ex Alberto Argentinensi (d), asperiores visam diximus; ac plures pudebat se male de fide sensisse confiteri: quare Carolus Rex apud Clementem interpretem egit (e), ut molliorem formam pro restituendis praesulibus magnatibus, ac populis pristinae ecclesiae gratiae componeret. Cui Pontifex VIII. id. junii respondit, videri admodum difficile eam formam, absolvendorum schismaticorum Germanorum Joannis XXII. tempore compositam & etiam tum servatam, immutare: ad Fridericum tamen marchionis, quem tyrannidem oblatam detrectasse vidimus, Langravii Hassiae, & aliorum procerum & insignium populorum gratiam cum Cardinalibus se de liberaturum.

Destituti Germanorum principum clientela Guillelmus Ochamus & impiecatiss. focii pseudominoritarum censuris solvi remisse flagitarunt, quos ad Franciscanae familiae preces piorum coetu restitui praescripta ejurandae haereseos formula.

Clemens jussit, dato hoc diplomate (f) Clemens, &c. Dilecto filio ministro generali ordinis fratrum Minorum.

Petitio pro parte tua & dilectorum filiorum capituli generalis tui ordinis nobis exhibita continebat, quod aliqui fratres vestri ordinis, quamvis paucissimi, qui quondam Michaeli de Casena & Ludovico de Bavaria obdixerunt, & specialiter Vuillelmus de Anglia dicti ordinis professor in monacho remansisse nascuntur, idemque Vuillelmus sigillum antiquum dicti ordinis, quod diu habuit, tibi remisit; & tam ipse quam alii dicti fratres residui ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententiis atque poenis in tales per processus apostolicos promulgatis, quas idem Vuillelmus & alii fratres, adhaerendo seu obediendo Michaeli & Ludovico praedictis incurrerunt, desiderant se absolvi, suntque parati nostris & ejusdem ecclesiae manda-

Non agnoscendo Caesare nisi a Pontifice confirmatus sit.

(c) To. 8. ep. fecr. p. 8.

(d) Alb. Arg. in chron.

(e) Pudit a-orem formam pro restituendis praesulibus magnatibus, ac populis pristinae ecclesiae gratiae componeret. Cui Pontifex VIII. id. junii respondit, videri admodum difficile eam formam, absolvendorum schismaticorum Germanorum Joannis XXII. tempore compositam & etiam tum servatam, immutare: ad Fridericum tamen marchionis, quem tyrannidem oblatam detrectasse vidimus, Langravii Hassiae, & aliorum procerum & insignium populorum gratiam cum Cardinalibus se de liberaturum.

(f) To. 8. ep. fecr. p. 8.

XVI. Ochamus & focii veniam poscunt.

(f) An. 2. l. 2. ep. com. 1543.

tis obedire: quocirca pro parte tua & ipsorum capituli nobis exiit humiliter supplicatum, ut eisdem fratribus, qui ad Romanam curiam, sicut asserunt, commode venire non possunt, ipsorumque statui super hoc providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque votis eorum volentes annuere in hac parte, vestris supplicationibus inclinati, discretioni tue, de qua speciale in Domino fiduciam gerimus, Vvilelmum & alios fratres predictos eidem ecclesie reconciliandi, eosque a dictis sententiis atque penis juxta formam per nos super hoc ordinatam, ac de verbo ad verbum presentibus annotatam, infra annum a data presentium, si hoc humiliter petierint, absolvendi plenam & liberam concedimus auctoritate apostolica tenore presentium facultatem. Forma autem absolutionis talis est.

Ego N. ordinis Fratrum Minorum professor confiteor, me tenuisse & tenere fidem catholicam, credere & tenere quod credit, tenet, & docet sancta mater ecclesia Romana: ac credidisse & adhuc credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam seu summum Pontificem deponere, & alium eligere vel creare: sed hoc hereticum reputo, & heresim damnatam per ecclesiam supplicatam. Insuper ad sancta Dei evangelia juro, quod stabo & parebo mandatis ecclesie & domini nostri Papae super illatis injuriis & contumaciis, fautoris & alius implicate vel explicate per me confessatis & non confessatis, ac ceteris penis & sententiis, quas incurri ab homine vel a jure propter premissa & ea tangentia: & quod domino Papae, qui nunc est, & ejus successoribus canonice intrantibus fidelis ero de cetero, eisque debitam obedientiam & reverentiam exhibebo; nec heresibus, erroribus, opinionibus, seu rebellionibus contra dictam ecclesiam Ludovici quondam de Bavaria & Michaelis de Casena, vel fautoribus suis, sive ei adhaerentibus, aut ejus sequacibus in rebellionem dictae ecclesie, seu aliis hereticis ac schismaticis adhaerebo, aut cum eorum sequacibus per dictam ecclesiam denotatis deinceps ero: nec eis seu aliis quibuscumque dabo contra Romanam ecclesiam consilium, auxilium, vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte, nec cum quocumque in prefata ecclesia rebellionem existenti faciam alligationem conspirationem, sive ligam. Datum Avin. vi. id. junii anno VIII.

XVII. An fuerit hereticus. (a) Tribu. de script. eccl. Wad. anal. 10. 3. A.C. 1347. n. 21. Fuisse Ochamum in extremo vite actu conciliatum ecclesie ferunt (a) contenduntque nonnulli, qui ejus apologiam texunt, in se hereseos maculam nunquam suscepisse, quamvis proterve & imprudenter se gesserit. At non videtur ab homine hujusmodi hereseos labem posse detergi: constat enim quod Guillelmus Ochamus contra decretum fidei, Cum inter non-

nullos, pertinacissime contrarium errorem tenuit, iudicio postulatus non paruit (b) ecclesie, defixus hereseos sententia eandem scriptis propugnavit, & Michaelis heresiarchae impiis commentariis se subscripsit (c): Christi vicarium in edendo fidei decreto se heresi maculasse efficit (d): junxit (e) se foedere heresiarchis Michaeli & Marsilio, & antipapa Petro e Corbaria impostori, qui Nicolai V. nomen invaserat. Nec modo adversus Joannem ex livore & rabie, sed etiam adversus Benedictum XII. fidem catholicam propugnantes, impias provocaciones ad synodos futuras edidit (f). Quomodo autem tot tantaque facinora ab heresi excusari possint, non apparet. Debent itaque prius illius encomiasticae judicarias sententias tum a Joanne Papa, a quo non solum hereticus, sed heresiarcha appellatur Ochamus (g), tum a Minoritarum familia in publicis comitiis editas (h) infringere. Neque contendere quis poterit sanam fuisse & catholicam Ochami doctrinam, cum lata sit ab ecclesia sententia (i) illam circa paupertatem Christi & Apostolorum fuisse hereticam, & constet (k) censores fidei in imbutos ejusmodi pestifera doctrina legum severitatem distringere iustos. Neque ille modo pervicacissime heresim, qua Christum & Apostolos sine jure aliquo simplicem usum facti in rebus habuisse disceptabat, propugnavit; verum & a sacro Minoritarum ordine damnatus fuit ob alias hereses ad gratiam Ludovici Bavari propugnatas. Has autem fuisse referunt, judicatas eorundem Minoritarum acta.

(1). Primus, nimirum error, quod Imperator potest Papam deponere & depositum declarare. Secundus est, quod clerus & populus Urbis Romae potest Papam deponere & depositum declarare. Tertius est, quod illud alias inauditum facinus, quod adversus sanctissimum patrem & dominum dominum Joannem Papam XXII. in Urbe praedicta per aliquos perditionis & dissidentiae filios de facto attentatum exiit, de jure ac legitime actum fuit. Quartus est, quod constitutiones per Romanum Pontificem canonice intrantem editae de consilio sacri ac fidelis collegii dominorum Cardinalium, sunt hereticae. Quintus est quod obedire illi, cui universalis ecclesia obedit, est animam damnare & se hereticum confiteri.

Ad hos errores referendus ille est, quo Ochamus una cum Michaeli contendit (m), Christi vicarium in dirimenda fidei controversia errare posse; neque ab eo, sed a concilio, ad quod provocabar, decretoriam fidei ferri posse sententiam. Neque ille solum Joanni, verum & Benedicto XII. hereseos calumniam cum sociis impiis inpegit (n): in quo non solum

(b) To. 6. ep. fecr. p. 197. (c) MS. bibl. Vat. fig. num. 4008. p. 28. MS. fig. n. 4009. p. 32. & MS. fig. n. 4010. p. 47. Quae fuerint illius hereses. (d) Ibid. (e) Ib. p. 108. & a. G. 1331. n. 15. (f) MS. bibl. Vat. fig. n. 4008. p. 187. (g) Jo. 22. an. 14. ep. 4. (h) Ex. sup. anal. 10. 15. A. C. 1331. supr. n. 15. & c. (i) Extrav. Quia quorundam de verb. sign. (k) Annal. 10. 15. A. C. 1331. n. 1. (l) Ex. in MS. bibl. Vat. fig. n. 4008. Male sentit de sede Apost.

Ejurandi erroris descripta formula.

dem Joannis odio, sed Joannem odio fidei orthodoxae, cui sua delira signenta praeferebat, oppugnasse visus est: vanaque penitus sunt illius adversus pontificiam auctoritatem scripta cujus hostem se professus est. Haec & alia ignorasse videtur Nitela Franciscanae auctor, qui illius existimationem, conquisitis variis fucis, tuetur (a), eundemque pium praedicat, ob quem in consortium admissum Ludovicus Bavarus inter alia imperio indignus judicatus est: Tenet in suo consortio, inquit Joannes in datis ad principes electores literis (b), Guillelmum Ocham Anglicum ordinis Fratrum Minorum heresiarcham, qui hereses varias dogmatizabat publice, & scripta fecerat heresibus & erroribus plena: propter quae fuerat vocatus ad curiam, ejusque scripta fuerant pluribus doctoribus assignata, ut ea deberent examinare cum diligentia, & quae invenirent heretica seu erronea declarare; qui jam multos articulos declaraverunt hereticos. Qui quidem male sibi confisus fugae praesidio vitare voluit canonicam ultionem. Cumulatos postea eos errores aliis, fat dictum est. Ex quibus Ochamum lapsum in heresim ab ecclesia & ordine Franciscano defectisse, & Michaelis heresiarchae collegam & defensorem acerrimum fuisse, ex ejus scriptis (c) perspicuum est. Suspicienda vero divina misericordia, quae illum a gravissimo lapsu excitatum ad salutis tramitem & ecclesiae gremium revocavit. De tempore vero ejus obitus haud plane constat (d).

Hoc anno transgressa Alpes ac Rhenum pestis, Germaniam aliaque regna septentrionalia depasci cepit. Quo tristi auditio nuntio Pontifex, ut Germanos ad spem melioris vitae erigeret, Guidoni tit. S. Caeciliae presbytero, Cardinali Apostolicae sedis legato auctoritatem concessit (e) VIII. kal. octobris, ut cum pestilentia, quae plures orbis partes vastarat, Salsburgensem provinciam popularetur, morituris in fide orthodoxa tribueret, ut sacerdotibus criminum plenam condonationem in extremo vitae discrimine conscientiam facta confessione expiaturis conferrent. Absumpsisse eodem anno epidemiae saevitiam, sexdecim millia hominum Argentinae, refert Albertus Argentinensis (f): quo tempore plerique merito mortales, arbitrati gravissimo illo flagello a Deo ob crimina corripi, ad poenitentiae arma confugere, sequae flagris caedere coeperunt, ut voluntaria corporis maceratione colestes iras placarent. Neque contenti poenitentiae opera privatim exercere, ad exitum ad simile pieratis genus alios prodire in publicum, & instructis religiosis agminibus, praeventibus vexillis sacris, urbes ac provincias obiere: a quibus servatos ritus accurate his verbis describit idem Albertus Argentinensis.

(a) Nitela Francisc. auct. 7. 17. p. 434.

(b) An. 14. ep. 4. Ochamus seductor Ludovici Bavar.

(c) Evt. in MS. sup. Vat. fig. num. 4010. p. 198. (d) Ibid. hoc a. n. 19. XVIII. Septentrionem lues depascit.

(e) To. 8. ep. fecr. 92.

Indulgentiae ad solatium peste laborantibus datae.

(f) Alb. Arg. in chron. MS. bibl. Vat. fig. n. 3765. in Clem. VI. Flagellantium pia initia.

Incipiente paulatim pestilentia in Alemania, coeperunt se populi flagellare, transientes per terram: & venerunt ducenti de Suevia Spiram anno praedicto quadragesimo nono in medio junii, habentes inter se unum principalem, & duos alios magistros, quorum mandatis omnino parebant. Et cum hora prima Rhenum transissent, accurrente populo fecerunt circum in civitate Spira ante monasterium, latum valde, in cuius medio se exuentes, depositis vestibus & calceamentis, habentes in modum braccae amissas a femore ad talos praetensas, circumiverunt unusque post alium in circulo se in modum crucifixi prostravit, quilibetque eorum super quoslibet transeuntes passibus, & leniter prostratos flagellis tangentes. Ultimi, qui se primo straverunt, primo surgentes se flagellaverunt flagellis habentibus nodos cum quatuor aculeis ferreis transeuntes cantu vulgari invocationis dominicae, habente multas invocationes: & steterunt tres in medio circuli sonori valde praecinentes flagellando se: post quos alii canebant. In quo diu immorantes, ad unum praecedentem omnes genuflexi in modum crucifixi in facies suas corruerunt, cum singultu orantes; transferunt juxta circum magistri monentes eos, ut orarent ad Dominum pro clementia super populum, item super omnes eorum benefactores & malefactores, & omnes peccatores & in purgatorio existentes, & pluribus aliis. Post haec se levantes extensis manibus in caelum genuflexi canebant, & iterum surgentes diu se flagellabant, euntes ut prius: quibus se induentibus, alia pars eorum, quae indumenta & substantiam suam custodierat, se exuens idem fecit.

Haec licet pieratis speciem redolent, superstitione tamen non caruerunt: quidam enim impostor sectae auctor finxerat delatam ab angelo in templum Jerosolymitanum epistolam, qua ferebatur, Christum a B. Virgine flexum veniam iis pollicitum, qui triginta quatuor diebus ex instituto flagellantium ritu peregrinarentur; & quasi ingens crimen objecisse, feriae sextae jejunium non servari. Porro impostura simili praeterito elapso seculo credulos nimium & faciles animos fascinatos fuisse jam ante vidimus (g), ostendimusque divinum Numen hujusmodi epistolam caelo in Jerosolymitani templi altare non demisisse. Pergit Albertus.

Post haec surrexit unus sonorus legens literam: quia aliqui fuerant inter eos sacerdotes & literati, nobiles & ignobiles, mulieres & pueri. Cujus literae tenor similis in sententia esse dicebatur, in ecclesia S. Petri in Jerusalem per angelum praesentata, in qua narrat angelus, Christum offensum contra mundi pravitates, plurima exprimens crimina violationum diei dominicae, & quod non jejunetur feria sexta, blasphemias, usuras, adulteria, Christumque

Eorum ritus.

Immixta pierati supersticio.

(g) Annal. 10. 13. A.C. 1201. n. 34. Conficta a nesciore fabula.

que rogatum per B. Virginem & angelos pro misericordia, respondisse quemlibet per triginta quatuor dies se debere exulando flagellare, ut misericordiam Dei consequatur. Hæc impostura simplices quosque ad sectam attraxerat, ut alacriter corpus macerarent; subdit enim auctor: Hoc faciabant bis in die aut in civitate, vel in campis: & quilibet clam semel in nocte. Non loquebantur mulieribus, nec super plumis jacebant. Omnes gestabant cruces ante & retro in veste & pileo, habentes flagella vestibus appensa, nec in una parabola ultra unam noctem manserunt. Ingressi sunt fraternitatem eorum humillime centum & plures de civitate Spirensi, circa mille Argentinensium, promittentes per prædictum tempus obedientiam prædictis magistris. Nullus recipiebatur, nisi promitteret servare prædicta per prædictos dies, & nisi haberet expendere in die ad minus quatuor denarios, ne mendicet; & nisi promitteret se esse confessum & contritum, & remississe omnem injuriam inimicis, & habere uxoris sue assensum. Hæc aliquo pietatis colore fucata mox in manifestam impietatem defecere: scribit enim Rebdorfius (a) laicos absolvere socios a peccatis præsumpsisse. [1]

Isti, inquit, Flagellatores cum multas superstitiones attentare præsumerent, invicem se absolvere a peccatis prædicantes apocrypha & similia: propter quod laici sunt clero graviter indignati. Jactasse etiam, cælestes virtutes ab ipsis edi, ac pelli demones, foeminaque rei testes circumduxisse, refert MS. Vaticanum (b): Ad tantam, inquit, infantiam hæc secta excrevit, ut se signa facere crederet, & demonibus expulsis, ut dicebant, foeminas circumducebant, quæ in eis actum esse testabantur. Habebant autem cantum specialem, quem flagellando cantabant sæpius cadendo

Qua lege ad sectam adscriptio fieret.

In hæresim deificæ factio.

(a) Rebdorf. in annal. XIX.

(b) MS. bibl. Vat. sig. num. 3765. in Clem. VI.

NOTÆ

[1] Exortu hoc anno in Germania Flagellantes, regionem illam univerfam ad superstitionem illa penititudinis significamenta commoverunt. Præter ea quæ ex Alberto Argentinensi, & Rebdorfio de illis narrat Annalista, peculiariter quadam occurrunt apud Hermannum Cornerum in chronico, qui licet scriptor est recentior, cum historiam suam cum anno 1435. claudat; ea tamen quæ de Flagellantibus tradidit, desumpsisse se innuit ex Henrico de Hervordia, teste oculato. Asserit vero ille cœtum hunc hominum, cruciferos, flagellatores, & acephalos appellari eo quod prælata cruce incederent, tum quod in crucis modum se prosternerent oraturi, tum denique quod crucis insigne vestibus allutum haberent. Flagellantium nomen accipiebant ex flagellis conitantibus ligno quodam manubrio, unde funiculi prodibant tres quorum singuli tum nodo asperati ferreis item cuspidibus quatuor armabantur. Acephali vero quod caput authenticum suis secta non habebant. Bino ordine dispositi, per urbes procedebant, flagellis se interim proferentes, canentesque hymnos, in quibus de passione Domini quoties mentio incidebat, toties toto procumbentes corpore humi prosternebantur, manibus in modum crucis protensis. Errores vero sectæ huic imputat Henricus, quod prædicationis officium indocti, rudesque homines sibi usurparent. De religiosis & clericis, ac ecclesiæ sacramentis non sobrie sentirent, nec loquerentur, objuraciones & correctiones respicerent. Quin & monachi cujusdam Ordinis Prædicatorum objuraciones, nece monacho illata, ferociter ulsi fuerunt. Hæc Cornerus in chronico, ex quo Annales explicari atque emendari in nonnullis possunt.

Has hominum coitiones brevi dissipatas evanuisse scribit Annalista hic num. 27. Verumtamen si vera tradit Andreas Ratisponensis in chronico vulgato ab Eccardo in corp. hist. l. col. 2113. toto fere triennio Germaniam turbavit. Duravit pene ad triennium. MANST

luntariam corporis macerationem accenderet, pio illi exercitio in privato loco vacarent: fictitiam epistolam illam, quam ab angelo delatam hebetes illi Flagellatores ementiebantur, imposturæ arguit: graviter de religiosis viris, qui vel circumvenissent simplices, vel auctoritatem stultæ sectæ conciliarent, est questus; ac manifestam horum hominum, qui a demone in angelum lucis transformato deludi se passi erant, impietatem in profanando penitentis sacramento, crudelitatem in fundendo Judæorum infontium sanguine, avaritiam in rapinis exercendis in oculis omnium defixit. Tum patriarchis, archiepiscopis, & episcopis munus injunxit (a), ut zelum in dissipanda hac secta, & hypocritis novo illo ac vetito cultu incedentibus, judiciorum severitate comprimendis explicarent.

Clemens, &c. venerabilibus .. archiepiscopo Magdeburgensi, ejusque suffraganeis. Molesta nobis, licet fidedigna, magnorum relatio, & multorum assertio nostrum & fratrum nostrorum non mediocriter turbavit auditum, quod in partibus Alaman-niæ, & ei convicinis quædam sub prætextu devotionis, & agendæ penitentis vana religio, & superstitiosa adinventio procurante satore malorum insurrexit, per quam profana multitudo simplicium hominum, qui se Flagellatores appellant, decepta verbis fictis & mendacibus malignorum, asserentium Salvatorem nostrum Jerosolymis patriarchæ Jerosolymitano apparuisse (cum tamen a longis citra temporibus nullus ibidem præsentialiter fuerit patriarcha) & sibi aliqua dixisse, quæ colorem non habent nec saporem, in quibusdam scripturæ sacre obviare noscuntur; in illam cordis vesaniam, & inane damnationis præcipitium est deducta, & de die in diem suggestione hostis antiqui se, ut dominicum gregem devoret, transferentis in lucis angelum, nimium succrescendo deduci, cortina trabente corinam, periculosius formidatur, quod se per societates & conventicula, licet caudas invicem colligatas habeat, dividens, diversas circumvit patrias, cæterorum vitam & statum contemnendo: se justificant, & claves ecclesiæ vilipendunt; ac in contemptum discipline ecclesiasticae crucem Domini ante se, & hinc retro ipsius vivificæ crucis appensum habentem signaculum, sine superioris licentia deferentes, sub nomine penitentis, vitam gerunt insolitam: congregaciones conventuales, & coadunaciones, quæ a jure sunt prohibite, faciunt; & ad alios actus prosiliunt, a vita & moribus communibus & obsequantia fidelium alienos: ordinationes & etiam statuta, quibus utuntur, seu verius abutuntur, propria temeritate fecerunt, erroris suspiciones non vacua, & judicio ca-

Jactat pelere demones ex obfessis corporibus.

Flagitia impura patrata a sectariis. (c) Gestu Clem. VI. apud Bosq.

(d) Annal. 10. 14. A. C. 1260. n. 10. Et cædes & latrocinia.

(e) To. 8. ep. sec. p. 94.

(f) Cron. l. II. in Casim. & alii. Flagellantes damnati a Pont.

(a) To. 8. ep. sec. p. 94.

Pontificium ea de re diploma.

Ut sacramentum penitentis profanant.

rentia rationis, sed, tam Deo quam & hominibus amplius odiosa. Turbamur acerbis, & durius anxiamur, quod quidam religiosi, præsertim de ordinibus mendicantium, qui aliorum ab invio revocare debuerant, & ad viam reducere veritatis, ab utero matris ecclesiæ, velut maledicti filii nequiter aberrantes, linguas suas ut alios pertrahant in errorem, acuunt, quibus corda debilia vulnerant infirmorum & ignorantes Dei justitiam, & suæ prudentiæ innitentes, dum legi Dei nolunt esse subiecti, alios in persuasibilibus humane sapientiæ verbis prædicando, & dogmatizando contra ecclesiasticam libertatem & fidei catholice puritatem, ab ipsa fidei veritate subducere moluntur. Et ut efficacius officiant, & conceptum virus latenter effundant, blandis prius sermonibus auditores, quasi bonum vinum primum ponendo, satagunt irretire, ut cum inebriati fuerint, illud quod est deterius ingerentes cum ipsis in perditionis laqueum incidant, ac in profundam malorum pariter demergantur.

Nonnulli religiosi mendicantes iis se immiscerent.

Pietatis specie virus affiant simplicibus.

XXI.

Nos igitur tam pernicioso, & periculoso principio, per quod ultra divina majestatis offensam, magnum reipublice paratur periculum, & apud fideles scandalum generatur, ne deteriores processus pariat & successus, obstare volentes; & considerantes quod cum plerique ex ipsis seu adhaerentes eidem sub pietatis colore ad impietatis opera laxantes crudeliter manus suas, Judæorum (quos pietas Christiana recipi & sustinet) offendi eos aliquatenus non permittens) & frequenter Christianorum sanguinem effundere, & opportunitate captata, bona clericorum & laicorum diripere, & suis juribus applicare, ac superiorum jurisdictionem usurpare, & ad multa alia illicita prorumpere minime vereantur, timendum est, quod tam præsumpta temeritas, & temeraria præsumptio, nisi ei per salubre antidotum occurratur, paritura sint non leve perniciem, & aliquorum morbi lethalis contagio serpens in plurimos, sero recipiat medicinam; attendentes insuper, quod error cui non resistitur, quodammodo approbari videtur, & quod ex officio nobis injuncto compellimur, ut quos per iter devium errando currore, & plures in præcipitium secum trahere prospicimus, ac in dispersione multarum gentium ambulare, revocemus a devio, & ut in viam veritatis, & justitiæ gressus suos dirigant providere per opportuna remedia studeamus; fraternitati vestræ per apostolica * committimus, & districtè præcipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis vestris civitatibus & diocesis, per vos vel alium, seu alios adinventiones hujusmodi, & ritus profanos, (quos una cum societatibus, conventiculis, & congregatio-

Ad cædes, rapinas, & prævaricationes impellunt.

* scripta

su-

Dissolvi
iusta Fla-
gellanti-
um con-
venticula.

supradictos, qui se, ut praemittitur, Fla-
gellatores appellant, temerarie attentatis,
de fratrum nostrorum consilio perpetua pro-
hibitioni subiecimus, & tamquam illicita
reprobavimus) auctoritate nostra reprobos
& illicitos publice nunciatis: ac omnes
tam clericos, seculares, & regulares, quam
laicos de praedicta superstitiosa secta seu
societate, quocumque appellentur nomine,
existentes vel eam sectantes, auctoritate
praedicta monere & inducere studeatis, ut
ab hujusmodi observantia, secta, & vana
gloria, taliter desistere & resiliere procu-
rent, quod nullus deinceps praedictam se-
ctam seu conventiculum praesumat intrare,
aut ritus & statuta societatum hujusmodi
observare; contrarium facientes per cen-
suram ecclesiasticam coercenda: nec non
eos in quos temporalem jurisdictionem ha-
betis, per poenas temporales, de quibus ex-
pedire videritis, appellatione postposita
compellatis.

XXII.

Eorum
doctores
vinculis
mancipari
iussi.

Sane, ut religiosi, & alii errorum ma-
gistri, qui predicando & dogmatizando
simplices decipiunt, & caeci ducantur ce-
cis praebentes, ipsos in foveam secum tra-
hant; & si non divino amore, saltem hu-
mana confusione a tam iniquo proposito re-
vocentur; omnes & singulos cujuscumque
sunt ordinis, religionis, dignitatis, pra-
eminentiae, sive status, quos in praedictis
vobis constiterit deliquisse, capi (non ob-
stante quocumque privilegio vel indulto,
quod in hoc eis suffragari nolumus) faci-
atis, & tam diu captos detineatis, donec
aliud a nobis receperitis in mandatis, in-
vocado ad hoc, si opus fuerit, auxilio bra-
chii secularis. Per praedicta tamen nequa-
quam intendimus prohibere, quin Christi-
fideles impositam sibi canonicam poenitentiam
vel etiam non impositam (dummodo recta
intentione & pura devotione ad illam per-
agendam procedant) in suis hospitibus, vel
aliis absque superstitiosis, congregatio-
nibus, societatibus, & conventiculis supra-
dictis possint facere, & se in bonis operi-
bus exercendo, virtutum Domino, prout i-
pse inspiraverit, in humilitatis spiritu de-
servire. Ceterum, quia praesentes literae
nequirent singulis vestrum propter viarum
discrimina commode praesentari, volumus
quod * te, frater archiepiscopo, earum
transumptum publica manu scriptum, &
tuo communitum sigillo, vobis suffra-
ganeis transmittatur, cui adhiberi vo-
lumus plenam fidem. Datum Avinion.
XIII. kal. novembris anno VIII. Est in pon-
tificio regesto prolixior catalogus (a) ar-
chiepiscoporum & episcoporum Germa-
niae, Poloniae, Sueciae, Angliae, & Gal-
liae, quibus de extinguenda Flagellato-
rum secta data imperia.

* per

(a) Reg.
post eand.
ep. & an.
8. l. i. p. 1.
ep. cur. 56.
ad 77.

Excitati etiam Reges ad praefules regia
potentia pro ea abolenda fulciendos: quo
argumento ad Eduardum Angliae Regem

extant literae (b), in quibus haec scribit
de Flagellatorum exordiis: Nuper in
Alamanniae partibus sub praetextu pieta-
tis & agendae poenitentiae superstitiosa &
vana societas insurrexit; atque ubi plu-
ribus exposuit eam apostolico edicto dam-
natam esse, iussisque patriarchas & ar-
chiepiscopos venenatam plantam, quam
caelestis agricola non plantarat, evellere,
has preces adjicit: Tu ergo, fili charis-
sime, eosdem nequam homines, si forsan ad
regnum tuum se conferre praesumerent, non
solum arceas a sinibus dicti regni, verum
etiam ipsos, ut ab eorum fatuitatibus &
erroribus respiciant, modestia servata, com-
pescas: ut fidei catholicae puritas utique,
semper eniteat, ac fermentum malitiae homi-
num eorundem per tuae providentiae studium
ab omnibus tuis subditis confutetur. Datum
Avinione III. non. decembris anno VIII.
Conceptae sunt eadem verborum formae
ad Philippum Francorum Regem literae,
(c) quae aliis etiam Regibus ac princi-
pibus missae videntur: perfectumque est
(d) apostolico studio, ut haec secta in ip-
so ortu mox interierit: puduit enim,
quemque vel suae simplicitatis vel impie-
tatis, cum se pontificia censura notatum
audisset: nec laici amplius criminum ne-
xus solvendi praesumptam impie aucto-
ritatem sibi arrogarunt, de quo haec au-
bet MS. Vaticanum (e): Finaliter, nisi
quod dominus Papa sub sententia anathe-
matis id prohibuit, mala plurima per eos at-
tentata fuissent.

Moniti
Principes,
ut Flagel-
lantes
coerce-
ant.
(b) To. 7.
ep. fecr.
p. 104.

(a) Alb.
Arg. in
ebion.

(c) Ib. p.
116.
(d) Gesta
Clem. VI.
apud
Bosq.
& alii.
Dissipata
ea secta.
(e) MS.
bibl. Vat.
sign. n.
3765. in
Clem. VI.

XXIII.

Quo studio ad inanem superstitionem
excindendam, eo ad veram pietatem propa-
gandam, collustrantisque luce evan-
gelica infideles Clemens incubuit: qui cum
Lithuanos ad divinos fatus excipiendos
egregie comparatos accepisset, Gnesnensi
archiepiscopo partes imposuit (f), ut sa-
cerdotes sacris literis ac probitate excul-
tos in Lithuaniam mitteret: Fraternitati,
inquit, tuae per apostolica scripta manda-
mus, quatenus aliquos presbyteros, viros
probos, Deum timentes, & in lege Domini
eruditos, seculares vel regulares, cujuscum-
que sint religionis vel ordinis, de quacum-
que civitate sive diocesi, qui auctoritate
nostra dictos duces & alios Lithuanos in
eadem fide fideliter instruant, salubriter di-
rigant, recteque informant, & baptismatis
renovent sacramento; ad partes illas ea-
dem auctoritate transmittas. Dat. apud Vil-
lamnovam Avinionensis diocesis XVI. kal.
octobris anno VIII. Christianorum armo-
rum terrore adduci poterant ad fidem
Lithuani, cum referant historici (g), Ven-
richum cruciferorum equitum magistrum
quadraginta millibus armatorum, in qui-
bus Galli & Angli erant, qui ob indu-
cias inter Philippum & Eduardum Reges
initas jam ante ad feliciores triumphos
de Christi hostibus referendos confluerant,
sic-

(f) To. 8.
ep. fecr.
p. 80.

Ex Polo-
nia in Li-
thuaniam
conciona-
tores mit-
ti iussi.

(g) Mi-
chov. l. 4.
c. 25. &
alii.
Cruciferi
Lithuanos
magna
clade fun-
dunt.

fuccinctum in Lithuaniam excurrisset, late
popularis agris: dumque spoliis onustus re-
dibat, Keysturum ducem Lithuaniae con-
tractis copiis Christianos insecutum, col-
latisque signis vigesima quarta januarii die
amissis octodecim suorum millibus prosti-
gatum a cruciferis; ex his vero Gerardum
& Stegin Gedanensem, & Gobiensem pra-
ceptores in pugna cum aliquot aliis ejus
ordinis insignibus viris desideratos.

Meminit de parta eadem victoria Al-
bertus Argentinenfis (a), remque dignam
memoria observat, nimirum Keysturum
barbarorum cucem expectasse, ut fideles
concretum glacie flumen traicerent, ac
tum magno impetu adoriri meditatum ut
in aquas nostros impelleret: Christianos
vero visis hostibus, conversis signis e vin-
cto gelu fluvio in apertum campum re-
didisse, instructisque agminibus congressos
cum adversariis, atque militari usos
truffisse in glaciem Lithuanos, atque ex
ipsis ad sex millia aquis mergisse, alla-
duodecim circiter millia concidisse ferro,
reliquos in silvas aufugisse, insequentibus
Christianis: duos vero Lithuani principis
fratres, ut nostrorum manus fallerent, in
arbores ascensu celeri evasisse: quas cum
nostri ferro pararent succidere, in rabiem
actos, correptis cingulis pro laqueo u-
sos, ex arborum ramis se suspendisse, ne
in nostrorum potestatem venirent.

(a) Alb.
Arg. in
ebion.

XXIV.
Calimiri
in Russi-
am pro-
spera ex-
pediit.

(c) Crom.
l. 12. in
Casimiro.
II. Mich.
l. 4. c. 25.

Lithuani-
principes
praese-
runt velle
Christia-
na sacra
amplecti.
(a) To. 8.
ep. fecr.
p. 81. ext.
etiam in
MS. arch.
Vat. de
reb. Tart.
Arm.
Graec. &
infid. p.
89.

Cruenta ea clade debilitatos Lithuanos
invasit Casimirus Rex Poloniae, ut par-
tem Russiae, quam Keysturum & Lubar-
tus Lithuani principes occupabant, sibi
subijceret. Consensit felix exitus votis:
Luticum, Waladimiria, Breste, & Chel-
mum subacta, reliqua in victoris potesta-
tem concessere (c), Atque ita Calimirus,
Valyniam, ac Belzensem & Brestensem
tractum Polonico imperio adiecit, & cum
Rege Ungariae, qui nonnulla obtendebat
in provinciam debellatam jura transiecit:
tum etiam cum cruciferis, Ungariae Rege
controversiae arbitro ac iudice constitui-
to. Cumulare eam gloriam alio illustriori
triumpho nifus est Polonus, fungique in
convertendis ad fidem Lithuanis apostolico
munere: visusque Lithuanis illius moni-
tis morem gerere, baptismi sacra unda
ablui, & Christiana religione imbui fla-
gitavit. Qua de re certior factus Cle-
mens, supremus religionis antistes Key-
sturo ac fratribus Lithuaniae principibus
redire ad fidem praese ferentibus evange-
licos concionatores milit, clientelamque
apostolicam est pollicitus: tum gravissimis
sententiis, ut discalitis gentilitiae su-
perstitionis erroribus Christiana sacra una
cum populis amplecterentur, est adhor-
tatus (d).

Nobilibus viris Kersturo ejusque germa-
nis ducibus Lithuanorum veram fidem agnos-
cere, & agnitam custodire.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

Gaudemus & exultamus in Domino, quod Pontificiae
ipse, qui est vera lux, illuminans omnem ad eos li-
teram. hominem venientem in hunc mundum, cor-
dibus vestris lumen verae lucis infundens,
sic illa veritatis radios illustravit, quod,
sicut charissimo in Christo filio nostro Casi-
mire Rege Poloniae illustri nobis intimante
percepimus, vos caeca paganitatis expur-
gatis erroribus, & tenebris effugatis, ad
catholicae fidei veritatem una cum subdi-
tis vobis populis concitis gressibus propera-
tis. De quo ei, qui ad liberandum susce-
pturus hominem non horruit ergastula veri-
tatis, quique devicto mortis aculeo
aperuit credentibus regna caelorum, laudes
& gratias referentes, ipsum in humilitate
spiritus suppliciter exoramus & petimus, ut
vos in hac zeli rectitudine, in hoc fervore
spiritus, in hac veritatis puritate confort-
tans, det vobis sic verae fidei lumen vere
agnoscere, ut renati fonte baptismatis una
cum ejusdem populis caelestis regni gaudia
possitis in Domino promereri.

Agite itaque viri fortes quod de vobis
eodem Rege significante percepimus. Agite
id, ad quod gratia divina praebula di-
cimini vos preparare. Festinate ad sempiterna
salutis praemia: ad gaudia felici-
tatis aeternae concite properate, ut ille, a
quo omnis ubique potestas est, & in hoc
mundo vos potentiores efficiat, & post bu-
jus incerta ac labilis vita cursum inter
sanctos & electos suos in tabernacula sua
inescipientis gloriae pius & misericors in-
troducatur; tenentes indubie, quod vos di-
ctosque populos, postquam purificati unda
baptismatis nostrae fidei receperitis docu-
menta, intendimus praesente Deo apostoli-
cis communire praesidiis, favoribus pro-
sequi, & auxiliis consovere, vosque ac suc-
cessores vestros titulo regio insignire, &
regalibus insigniis decorare, ac in vestris
manuteneat & conservare juribus, & tueri.
Ut autem ad agnitionem ejusdem fidei ci-
vius & rectius pervenire possitis, venera-
bili fratri nostro archiepiscopo Gnesnensi per
alias nostras literas damus expressius in-
mandatis, quod ipse sacerdotes Dei erudi-
tos in lege Domini ad vos cito mittere
studeat, qui vos baptismatis unda rege-
nerent, in eadem fide instruant, dirigant,
& informant; ut, jactis per eos in vobis
ejusdem fidei solidis fundamentis sanctum
Domini crescat in templum, & qui dudum
eratis filii tenebrarum, nunc per vestra
regenerationis lacryrum, sicut lucis filii,
& hereditatis Domini coheredes. Dat. apud
Villanovam Avinionensis diocesis XIII. kal.
octobris anno VIII.

Pontificiae
ad eos li-
teram.

Solicitan-
tur ad pia
consilia
perducen-
da.

Promissa
iis studia
apostoli-
ca.

XXV.
Polonus
interpre-
tem pro
adducen-
dis ad
Christum
Lithuanis
agit.
(a) Eod.
to. 8. ep.
fecr. p. 80.
& eod.
MS. arch.
Vat. p. 88.

Gratulatus etiam est Pontifex Casimi-
ro Regi Poloniae, qui ad traducendos ad
fidem Christi Lithuanos studium, ut dixi,
collocarat: atque ad urgendum glorio-
simum ceptum opus, ex quo immorta-
les sibi coronas compararet, permovere
studuit (a).

R r r Cle.

Clemens, &c. Cazimiro Regi Poloniae illustri.

Magnificat anima nostra Dominum, & in Deo salvari nostro jubilat, & exultat, quod ipse, qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, corda nobilium virorum Kerstuti & germanorum suorum ducum Lithuanorum, suo cooperante studio, lumen verae lucis infundens, sic illa veritatis suae radio illustravit, quod ipsi prout te insinuante percepimus, caeca paganitatis expurgatis erroribus, & tenebris effugatis, ad catholicae fidei veritatem una cum subditis populis concitis gressibus venire festinant. Et infra: Serenitatem tuam requirimus & hortamur, attente rogantes, tibi tuaeque salutis obtentu nihilominus injungentes, quatenus dictos duces in his confortare, animare, ac accendere studeas; & considerans provide quanta tibi gloria titulus in hoc mundo, & quam magnum meritum in caelesti patria comparabis, quantumque gaudium erit Dei angelis (quibus, evangelica veritate testante, majus gaudium est super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent poenitentia) in conversione tot millium personarum, quas tu promotor fidelis & operator sedulus ad salutem dirigens perducas ad gaudia paradisi, persta, labora sollicite, & annitere fortiter, ut opus Deo propitio inchoatum, ipso praestante, studio tuo, virtute, sine laudabili, & felici exitu consummetur. Ut autem opus hujusmodi factis solidis fidei fundamentis in structuram crescat aurore Domino firmiore, venerabili fratri nostro archiepiscopo Gnesnensi aliis nostris literis datus in mandatis expressius, ut ipse sacerdotum Dei, viros atque rimatoros & in lege Domini eruditos, ad eisdem ducem & populos celeriter mittere studeat, &c. Datum apud Villanovam, Avinionensis diocesis xvi. kal. octobris anno VIII.

Urgetur ad gloriosum opus completum.

A ceptis deficit.

Habenas impudicitiae laxat.

Tanta tamque praecleara conversionis Lithuanorum spes evanuit, & Casimirus Rex egregia caepa tristi exitu confudit: partem enim in Russiae ea parte, quam eripuerat Lithuanis, victoriis inflatus gentiliu vitia, libidines nimirum effusas festinat, ac sperata conjugate Adleyde, scortorum gregem alere & colere coepit, atque a Pontifice ad conjugalem continentiam redire iustus sprexit monita; versusque in tyrannum ecclesias divexare coepit: immo Cracoviensis ecclesiae vicarium censuras intentantem Vistula mergi precepit. Divinum itaque nomen ejus flagitiis provocatum suam ab illo clientelam subduxit, & a Lithuanis, quos pius magnis cladibus affecerat, privarat ditione amplissima, atque ad fidem Christianam amplexandam pene coegerat, jam impius divexari coepit. Quem tristitem rei successum his verbis narrat Michovias

(a): Anno Domini MCCCXLIX. comparato numero exercitu, Rex Casimirus terras Russiae, castra, & civitates, quae nondum suo imperio parebant, expugnavit & subjugavit Luczko, Brzeszcze, Chelm, & eorum vicinia in suam ditionem redegit: hisque secundis successibus elatus ad incontinentia impatientiaque pestes diverit, & regina Adleyda consorte sua moribus honesta spreta, concubinarum amplexibus publice utebatur, quarum greges in Opeczno, in Czobou, in Crzeczou, & aliis locis quasi quasdam turpitudinis officinas locaverat, pontificumque & baronum suorum monita negligebat.

(c) Michov. l. 4. c. 19.

Summi ergo Pontificis Clementis VI. Pape severo processu suggestione ecclesiae Polonicae praesulum monitus est, ut omnibus concubiniis relicti, in thoro continentiaque conjugali permaneret, sed & villas episcopales Zloten potestatis prope Sandomiriam, violando libertates ecclesiasticas per Oibonem de Pilcza palatinum & capitaneum Sandomiriensem de domo Bipennium, tributis & laboribus servire coegit. Quam injuriam Bodzantiba episcopus Cracoviensis rescindens, primum Oibonem de Pilcza, deinde Regem Casimirus censuris ecclesiasticis percellit: ad quas exequendas Martinus Baricka vicarius ecclesiae Cracoviensis per Bodzantibam episcopum Cracoviensem missus erat. Tametsi Rex Casimirus iratus manus tunc a Baricka contineret, ex post tamen satellitum suorum suggestione, instamatus praesulum Martinum Baricka in die S. Luciae comprehendendi, & sequenti nocte in flumine Vistula per Cochbanum familiarem suum suffocari mandavit. Post hoc Deo puniente omnis prosperitas a Rege Casimiro & populo suo abscessit, & stirpem ejus vindex justus de regno Poloniae ejecit: Lithuani etenim in terram Lukoniensem & Radoniensem postea quoque in Sandomiriensem impetum fecerunt, & eas affligentes, raptam praedam hominum & pecorum adduxerunt. Meminit de Martino Baricka Vistula flumine iussu Regis Casimiri, indignantis fuisse monitum, ut libidines effrenatas coerceret, ac tenonum impudicissimorum suafu merso Cromerus (a) additque mox Poloniam percussam peste, ex qua febre cum sputo sanguineo homines emoriebantur: divinaeque vindictae id flagellum versum.

Monitus a Pont. non respicit.

Sacras invadit oves.

Pium sacerdotem mergit flumine a Deo pleatur.

(a) Crom. l. 12. in Casim. 11. XXVI. Missi a Clem.

pro concilianda pace internuntii.

(c) To. 7. ep. fecr. 797.

(b) Ib. ep. 801.

(c) Ib. ep. 811.

tum humanum cruorem suis discordiis fuissent: percussa divinae vindictae flagellis eorum regna lugere ac suorum misereri monuit.

At asperiora in dies omnia ad pacem ac prona ad bellum fiebant, Anglo aliena affectante, sua retinere Gallo anitente: ac dum utriusque regni populi ad mutuas caedes terram parabant, utroque Deus vindex peste conficiebat. Cum Pontifex frequentissimis adhortationibus urgere non desistit Philippum (a) & Edwardum (b), ut tristissimo mortis deprecantis omnes spectaculo flexi bello parcerent, & Edwardum iterum iterumque ut oratores Avenionem mitteret, est deprecatus (c): Habentes, inquit, fiduciam nostram in fano ejus repositam, in cujus manu sunt corda Regum, nequaquam ab inchoati tractatus desistere prosecutione proponimus: sed tanto intendimus eum efficacius & solertius promovere, quanto status miserabilis orbis terra, quem univrsaliter inaudita pestilentiae clade peccatorum multitudine (quam non operis ebaritas, sed augeat odium) provocatus Deus zelotes, & dominus ultionum in furore consumit, tuam & praesati Regis concordiam potissime exigit, & ea quam maxime noscitur indigere; ne, quod absit, pusillus grex quem quasi seminis instar Salvator omnium, qui vulnerat & medetur, ab hujusmodi voragine pestilentiae praeservavit, commotionum mergatur in fluctibus, & absorbeat miserabili tempestate, &c. Dat. A. vin. xv. kal. decembris anno VIII.

(a) Ib. ep. 72. (b) Ep. 73.

(c) Ib. ep. 102. Repetitur eadem praec.

XXVII. Redintegratum in Maurorum sacerdotum bellum.

(d) To. 7. ep. fecr. 909. 910.

(e) To. 8. ep. fecr. p. 30.

(f) To. 7. ep. fecr. 910.

(g) Marian. l. 16. c. 35.

In Castella Alfonso Rex accerrimus religionis Christianae defensor propagatorque, Maurorum facem ex Hispaniis eicere mediatoris repetitis oratoribus Clementi stimulus addidit, ut extremos conatus ad fopienda rabida Anglorum & Francorum odia adhiberet: de Alvaro enim Garfia (d) de Ibas ineunte vere, & Garfia Gomezio (e) media aetate exceptis benevole, a quibus de expeditione Granatensi certior est factus ad Castellam ac Mariam (f) Reginam datae sunt pontificiae literae. Incitatus ad ea pia & generosa consilia Alfonso Maurorum discordia, Abohanenus enim patri Albobahano, cum quo Castellanus decennales inducias fecerat, Phutense regnum eripuerat, atque Heracleam in Hispania, Arundam, & reliqua in eo tractu occuparat (g), creata patri invidia, objectaque ob rem male gestam ignavia: tum injecta de affligenda a se re Christiana spe, Maurorum animos allexerat. Ad ejus prohibendos conatus, bellum ab Hispanis sub Alfonso Rege communi sententia decretum: conlatoque piorum exercitu religionis proferendae causa in Beticam itum est, & Heraclea obfessa. Focdere inter Castellae atque Aragonum Re-

ges sancito, accersenda erant externa auxilia, cum hostis munitione loci fretus nostrorum imperus eluderet: rogatusque Pontifex, ut apostolicum studium ad trahendos in laboris & gloriae societatem fideles collocaret, non desuit, ac Joannem Murtam (h) Genuesium ducem, florentem subsidiariam classem Alfonso submittendam instrueret, tum Joannem archiepiscopum Mediolanensem (i), Antonium & Carolum Grimaldos (k), qui Monachum ac nonnullas Liguriae arces tenebant, florebantque rei maritimae gloria, ut maritimas vires conjungerent, tum ut arma Saracenis deferri verarent, excitavit. Vicisset barbarum Alfonso, ni pestis illius invasisset exercitum, quem dum victoriae spe removere ab Heracleae obfidiore negaret, lue infectus in ipso vincendi conatu gloriose cecidit (l): de quo sequenti anno.

Solicitati Genueses, ut in Mauros classem instruant. (h) To. 8. ep. fecr. p. 26.

(i) Ib. p. 2. (k) Ib. p. 25.

Alfon. Rex peste sancius obit. (l) Marian. l. 16. c. 15.

Debilitavit vero admodum Christiani exercitus impetus Aragoniae intestina discordia, cum Petrus Rex parum Alfonso juvaret, decem enim tantum eriremes & quadringentos sagittarios subsidio misit. Implicitus vero is fuerat & Balearico & Valentinarum, quos ad tutanda patriae jura confurrexisset in arma vidimus, bello: quorum foedera cum dissolvisset, sibi que parere coegisset, nimia severitate usus, gravioribus vestigalibus & multarum imperiis ipsos oppressit: quae ex re cum is subditos, qui potius multum videbantur, magis exasperaret, efficaciterque ad rebellionem proniores, Pontifex illum ad clementiam, qua potissimum firmantur imperia, est adhortatus. Praeterea exercebat Petrus Rex inimicitias tacitas cum fratre ob subortam de regni successione, quod in filiam, cum mascula prole careret, novis legibus transfundere affectasset. Sublatus vero brevi est odiorum fomes, Petrus enim accepta (m) hoc anno Eleonora Ludovici Trinacrii sorore natu maxima in conjugem, sequenti anno filium suscepit.

Aragoni- us subditos vectigalibus atterit. Monitus firmare solum clementia.

(m) Sur. l. 8. c. 36. Marian. l. 16. c. 14.

Praeterea confirmavit potentiam caeso in acie Baleari Rege: is enim ad recuperandum regnum facta in Balearum maximam insulam excursionem post atrox praellium est oppressus (n); de quo Clementis vitae scriptor haec mandat: historiae (o): Jacobus Rex Majoricarum per Petrum Regem Aragonum nominatum tam a regno suo, quam comitatu Rossilionis prius totaliter expulsus, Aveniona exiens, & per dictam Papam aliquandiu sola humanitate sustentatus, vendidit locum & baroniam Montispeulani Regi Francia, a quo etiam per ipsum in feudum tenebatur, & de pretio inde habito aggregavit gentes armigeras in numero satis magno, cum quibus intravit terras, a quibus fuerat expulsus, eas vi recuperare intendens. Et in-

(n) MS. bibl. Vat. sig. num. 1240. in Clem. VI. (o) Gesta Clem. VI. apud Bofa.

fra : *Dictus Jacobus victus extitit & interemptus, suusque filius captus & demum diu in carceribus detentus. Et sic qui injuriam, quam sibi prætendebat illatam, vendicare tentavit, eam supra & contra se duplicavit, dum post terras & bona perdidit & personam.* Ipsi & Ferdinandi fratris filii vagi, extorres, fortunisque omnibus spoliati fuere : demum ex iis Jacobus a Siciliae citerioris Regina Joanna, in conjugem acceptus fuit; de quo suo loco dicetur. Nunc res orientales aggrediamur.

XXIX. Soldanus Sicarios ad Reges Christianos necandos submittit.

(a) To. 8. ep. secr. p. 25. & Pontifex ea de re a Cyprio fit certior.

Babyloniae, Syriae, Aegyptique soldanus, serino in Christianos principes imbutus odio, sicarios ad omnes Christianos Reges necandos subornavit. Quod immane consilium Hugo Rex Cypri Pontifici regis literis, quas Percivallus orator reddidit, praefecit. Cui Pontifex de singulari ejus rei Christianae cura ac studio gratias egit (a).

Clemens, &c. Hugoni Regi Cypri illustri.

Serenitatis tuae literis, per quas nobis conceptum pravum soldani Babyloniae, quem ad perdendos catholicos principes orbis, ordinatis & destinatis ad executionem tam execrabilis atque damnabilis ministerii assumpsit, in partem producere satagebat, filiali sollicitudine intimasti, benigne recepimus, & inde tibi debitas gratiarum referimus actiones, sperantes in virtute omnipotentis Altissimi, qui conceptus praefocet, & conatus allidit adversos, quod ipse hujusmodi praefati soldani conceptum ad nihilum rediget, & fideles suos ab omni periculo praeservabit illesos. Itaque vota regia, quae quantum cum Deo possumus intendimus favorabiliter prosequi, secunda nobis fiducia innotescat. Dat. Avin. XVII. kal. julii anno VIII.

Armenus Pontificis opem implorat. (b) Ib. p. 101.

Non permisit Deus tam atrox & impium consilium ad opus perducere, dissipataeque sunt soldani insidiae. Caeterum impelli in eum furorem soldanus potuit, cum suis viribus ob incredibilem pene infidelium multitudinem lue consumptam diffideret; atque etiam superiori anno encyclicis pontificiis literis fideles ad attendendam ipsius potentiam excitatos viderimus : pertimueratque Reges occidentales tam idoneae recuperandae Asiae occasionis non defuturos. Quam etiam ob causam Constantinus (b) Armeniae Rex Constantium oratorem ad Dei vicarium legavit, quo principes occidentales in soldanum commoveret. Flagitanti vero ut apostolici internuntii in Armeniam mitterentur, Clemens pollicitus est, quos jam ante decreverat, brevi aggressuros iter.

XXX. (c) To. 7. ep. secr. 710. & 1. 8. p. 83.

Infestabant (c) ea tempestate Europam magno rei Christianae discrimine aevillimi Turcae : adversus quos Pontifex jam ante, ut vidimus, fideles concitavit, atque ad

sustinendos bellicos sumptus triennales primum, biennales dein decimas in omnibus regnis imperarat. Hoc vero anno VI. kal. feb. Andreae Tudertino, priori Augustiniano provinciam dedit, ut collectas in Liguria & Etruria decimas ad sedem Apostolicam in Turcico bello collocandas transmitteret, Papiensique episcopo injunxit, ut eas in Cypro colligeret. Nondum firmatae cum Turcis erant induciae, quamvis de iis, ut supra diximus constituentibus agitarum fuisset, cum non ita multo post Chalabi Turcarum princeps dominus Altilocii oratores ad Clementem misit (d), qui earum leges inter ipsum & Franciscum archiepiscopum Cretensem Apostolicae sedis in oriente legatum, atque Deodatum Gosonium Rhodiorum equitum magistrum initas attulere a Pontifice confirmandas. Quibus Clemens respondit, nondum a se corroborari posse, ni prius principes foederatos ea eas vellent admittere certiores fecisset : convenitque cum Turcicis oratoribus statim tempore utrinque ab armis discessum iri, dum ipsos de re tota consuleret : quo argumento haec Chalabi Turcae scripsit (e).

Induciae a Turcis postulat.

(d) Eod. 10. 8. ep. secr. p. 36.

(e) Ib. ep. secr. p. 36.

Clemens, &c. nobili viro Chalabi domino Altilocii veram fidem agnoscere, & agnitam custodire.

Cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus habita deliberatione matura, visum fuit nobis & illis decens & congruum, quod antequam ad confirmationem tractatum procederetur ipsorum, pro eo, quod habiti fuerant sine conscientia charissimi in Christo filii nostri Hugonis Regis Cypri illustris, & dilecti filii nobilis viri ducis Venetorum, qui ratione unionis habitae invicem tanguntur principaliter in hac parte, Regi & duci praedictis haec omnia fierent nota prius, & cum ipsorum conscientia ad confirmationem procederetur tractatum praedictorum. Quamobrem deliberavimus dictos Regem & ducem requirere, ut eorum nuncios infra mensem maii futurum proximo ad nos mittant, ut cum eo super his consultius deliberare possimus : quibus convenientibus coram nobis, & super praemissis deliberatione habita cum eisdem, nobilitati tuae quidquid super hoc deliberabimus rescribemus.

Responsum Pontificis.

Interim tamen ordinavimus volentibus & consentientibus tuis nunciis antedictis, quod ex nunc usque ad festum natiuitatis Domini proximo secuturum, & ex tunc usque ad unum annum fiant sufferentiae hinc & inde; ita videlicet, quod durantibus sufferentis hujusmodi, ab utraque partium penitus abstinetur a guerra, & nihil attentetur per alterum contra alterum noxiae novitatis. Quocirca nobilitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur, quatenus per te ac subditos tuos, durante tempore sufferentiarum, ab omni guerra & qua-

libet

libet noxia novitate contra Christianos quomodolibet faciendae protinus abstinere procuret, &c. Datum Avin. kal. julii anno VIII.

XXXI. (a) Ib. p. 8. & 87. (b) Ead. p. 87. (c) Ib. p. 85. (d) Bosius part. 2. l. hist. Hosp. 49. Anglor. & Callor. bella rei Christianae exitum in oriente afferunt.

Monuit Clemens Hugonem (a) Regem Cypri, Andreae (b) Dandalum ducem Venetorum, ac Deodatum (c) Gosonium Rhodiorum equitum magistrum de re tota cum Chalabi Turcarum principis oratoribus gesta, utque absterent a laceffendis Turcis rogavit. Agit de his Bosius (d) ac fluctuasse ancipitem Romanum Pontificem ait, neque certa explicuisse consilia an bellum cum Turcis gerere pergeret : an foedus pacificetur : cum enim magno fidei amplificandae arderet studio, ob funesta Anglorum & Francorum bella ad inducias propendebat; fixumque erat animo, ut si eos Reges conciliare potuisset ad edomandos Turcas omni contentione incumbere, atque adeo extrahere leves inducias constituit. De redintegrato vero in Turcas foedere sequenti anno agemus.

Incendebant porro Pontificem ad bellum illud sacrum Cantacuzenus & Joan-

nes Palaeologus Imperatores, qui repetitis literis flagitarunt a Clemente, ut nuntios apostolicos quos erat pollicitus, legaret quo de foedere in Turcas sanciendo agitaretur. Ita susceptam ob Turcas in Graeciam advectos incitatosque contra fideles maculam contrariis facinoribus eluere velle videbatur Cantacuzenus. Cui Pontifex, gratiam in praesenti seculo, quae ad gloriam futuram perduceret precatus, rescripsit pridie kal. junii nullos adhuc missos tum ob gravissimam incumbentium rerum molem, tum ob intempestivam celeberrimorum virorum, quos primum legarat, mortem : tantae vero rei daturum se operam; atque ad conjunctionem ecclesiae orientalis cum Romana redintegrandam est illum adhortatus. Hic adde nus Regis Cypri filios e paterno regno discedentes magno moerore Hugonem affectisse, quem ea ratione delinire studet id. septemb. Pontifex (e) ipsos lustrandi orbis cupiditate aufugisse, ac si ad sedem Apostolicam diverterint, pontificia solitudine ad Cyprium revocatum iri.

Græci de foedere in Turcas cum Pont. agitant.

(e) To. 8. ep. secr. p. 61.

I.

Affulsit lætus piis annus a virgineo par-
tu quinquagesimus supra millesimum
trecentessimum indictione tertia ex apo-
stolica Clementis Sexti Papæ constitu-
tione jubileus, quo maximi ex omni
Christiani orbis parte, concursus homi-
ninum utriusque sexus facti: de quibus
accuratissime præ cæteris authoribus, quos
recensere omisimus, Matthæus Villanus,
qui tum temporis scribebat, refert (a)
Christi fideles amplissimæ peccatorum ve-
niæ, quam summus Dei vicarius dabat,
consequendæ cupiditate permotos incre-
dibili alacritate sacrum iter, periculis om-
nibus & incommodis posthabitis, aggressos
tanto numero confluisse Romam, ut
communi consensu existimatum sit, festo
Domini natalitio superioris anni, & qua-
dragesima ac sacro dominicæ resurrectioni
die decies circiter ad duodecies cen-
tena peregrinorum millia ejus continuo eun-
tium ac redeuntium in Urbe esse versa-
ta: sacro ascensionis dominicæ, & pen-
tecostes tempore ultra octies centena mil-
lia: quotidie adulta ætate, numerum im-
minutum, haud tamen adeo, ut ad ducenta
millia quotidie conspecta non sint. De pie-
tatis sensu, quo fideles erant in lustrandis
sacris Urbis locis delibuti, hæc habet Pe-
trarcha (b): *Quam dulce est Christiano ani-
mo Urbem cernere cali instar in terris sa-
cro sanctis martyrum nervis atque ossibus
confertam, & veri testium pretiosa cæde
respersam. Videre venerandam populis Sal-
vatoris imaginem, & in saxo durissimo æ-
ternum gentibus adoranda vestigia, ubi
ad literam luce clarius impletum cernitur il-
lud Esaiæ (c): Et venient ad te curvi filii
eorum, qui humiliaverunt te, & adorabunt
vestigia pedum tuorum omnes qui detrahe-
bant tibi. Circumire sanctorum tumulos,
vagari per Apostolorum atria melioribus jam
curis comitibus.*

Sudarium Domini dominicis ac diebus
festis solemnibus populo ostendi consue-
visse in basilica Vat. subdit Matthæus Vil-
lanus: confertam autem adeo visendi stu-
dio fuisse multitudinem, ut nonnulli elisi
præ turba extinctique reperti sint. Quæ res
etiam ab Henrico Rebdorfio, qui aderat,
confirmatur (d): *In Dominica, inquit, pas-
sionis Domini, qua canitur, Judica me,
primo ostensum fuit sudarium Domini sic
imago delata per Veronicam: & tunc ex
nimia pressura in ecclesia S. Petri, me
præsentem, multi sunt suffocati.* Plures sunt
pontificiæ literæ (e) de Veronica nonnul-
lis viris insignibus ostendenda: ad quam
ornandam insignis munus nonnullis patri-
otio Venetos obrulisse, refert Card. Ba-
ronius his verbis (f): *Tres nobiles Veneti
accedentes ad limina Apostolorum attulerunt
pro ornatu sancti sudarii vultus tabulam.*

(a) Mat-
th. Vill. l.
1. c. 58.

Populo-
rum ad
limina
Apost.
concur-
rentium
incredibi-
lis nume-
rus.

(b) Petr.
l. 2. ep.
fam. 9.

Quo pie-
tatis sen-
su fideles
in lustran-
da Urbe
delibuti.
(c) Isa. 60.

Veronica
illis sin-
gulis fe-
stis osten-
sa.

(d) Reb-
dorf. in
annal.
Aliqui
præ turba
elisi.

(e) To. 9.
ep. sec. p.
97. 113.
118. 131.
(f) Baron.
in not.
MS. ad
hunc ann.

*crystallinam auro argenteoque ornatam, lo-
candam ante ipsum, prout habetur in appen-
dice ad librum martyrologii S. Petri basilicæ
sub septimo idus maii.*

His addit Villanus (g) remisso æstu au-
ctum peregrinorum numerum: ac tum præ-
cipue transalpinos plures nobilitate gene-
ris conspicuos utriusque sexus concurrisse,
inter quos Mariam e Flandria matrem
Guidonis Cardinalis Bononiæ comitissam,
tum Insularum Fuxique comitissas, mar-
chionissam Montisferrati, vicecomitem Ca-
ramagni, Elnensem episcopum, ac plu-
res alios spectatæ dignitatis, pontificiæ
restantur: literæ (h). Eodem anno adulto
Ludovicum Ungariæ Regem Urbis bafi-
licas lustrasse, refert Bonnius (i) mul-
tique Reges alii & principes sacra Roma-
na loca adituros professi sunt, ni rerum
publicarum mole distinerentur, idemque a
Pontifice flagitarunt, ut ipsos ejus benefi-
cii participes remisso peregrinationis im-
perio, efficeret. E quibus Hugo, Cypri
Rex, cum Percivalli e Rhægio oratoris
opera id eblandi niteretur, hoc responsum
accepit (k).

Clemens, &c. Hugoni Regi Cypri
illuftri.

*Scire te volumus, charissime fili, quod
licet te inter cæteros catholicos principes
orbis terræ geramus in visceribus charita-
tis, & vota tua favoribus apostolicis pro-
sequamur; in indulgentia tamen præfenti
anno quinquagesimo jubileo, principis Apo-
stolorum & beati Pauli basilicas, & La-
teranensem ecclesiam de Urbe vistantibus
concessam per nos pro salute fidelium ani-
marum; pro qua concedenda tibi remanen-
ti in regno tuo Percivallus idem devote,
ac simpliciter cum omni diligentia & soli-
citudine institit, multas rationes & causas,
quare id fieri deberet, adducens; tuæ non
possumus annuere voluntati. Licet enim
plures alii principes, sicut tu etiam, id
devote petierint, venerabiles fratres nostri,
attendentes quod indulgentia ipsa, sicut pro
ipsarum animarum salute, sic pro honore
ac veneratione concessa est, consentire quod
daretur alicui, nisi easdem basilicas & ec-
clesiam, vistantur, nullatenus voluerunt.
Sed credimus, quod cito invenietur via,
per quam tu & consideratione tui subdi-
ti poteritis eandem indulgentiam consequi,
duce Deo. Dat. Avin. xix. kal. septembris an-
no ix. Potitum proximo anno Hugonem
eo beneficio putamus, quo plures princi-
pes, interque alios Eduardum Angliæ Re-
gem ejusque filium Henricum duces Lan-
castriæ, tum Isabellam & Philippam An-
gliæ Elisabethamque Ungariæ Reginas,
pluresque alios affectos reperimus (l): quin
etiam Joanni archiepiscopo Brundusino
internuntio apostolico in Sicilia eam da-*

Nobilium
Veneto-
rum sa-
crum mu-
nus.

II.
(g) Mat-
th. Vill.
super c.
56.

(h) To. 8.
ep. sec. p.
298. &
10. 9. ep.
sec. p.
113. 118.
131.

(i) Bon-
n. dec. 2.
l. 10.

(k) To. 9.
ep. sec.
p. 78.

Expedita
a princi-
pibus Ju-
bilæi gra-
tia.

* sancto-
rum

(l) To. 9.
ep. sec.
197. 249.
273.

(a) Th. ep.
249.

tam auctoritatem, ut triginta fideles ju-
bilæi munere donaret hac lege (a) addita
si adeundæ urbis ad veneranda sacra lo-
ca desiderium concepissent, nec justis di-
stricti impedimentis implere potuissent,
tum auri vim in itineris universi sumpti-
bus collocandam numerarent, quæ in
pios usus amplificationemque fidei ex pon-
tificia voluntate vertenda esset. At con-
secutus temporibus abolita est omnis ex
ea re quæstus suspicio, nec recurrente
jubilei celebritate Pontifices aliena cor-
radere, sed sua profundere consueve-
runt.

III.
(b) To. 8.
ep. sec.
p. 110.
212.
De sacra
stipe a fi-
delibus
collata.
(c) Innoc.
VI. apud
Urb. VI.
l. 2. papy-
rac. p.
266.
Et mune-
ribus alta-
ri S. Petri
impositis.

Eluxit piorum liberalitas in sacra sti-
pe ecclesiis conferenda (b), quæ ad earum
ornatum derivata est; atque etiam sacris
munusculis altari B. Petri imponendis,
de quibus cum postea lis oborta esset in-
ter aræ ornandæ præfectum & canonicos
ejusdem basilicæ, ea ab Innocentio VI.
hoc decreto dirempta est (c): *Volumus
& etiam ordinamus, quod dicti archipre-
sbyter & capitulum ad restituendum ulter-
ius aliquid dictæ cameræ de perceptis per
eos in anno jubileo prædictæ minime tenen-
antur. Prætereum si qua vasa, si qua or-
namenta vel indumenta ecclesiastica super
ipsum sacrum ac venerabile principis Apo-
stolorum majus altare de cætero offerri
contigerit ad cultum Dei divinis officiis &
ministeriis necessaria, ad instar B. Leonis
Pape IX. prædecessoris nostri ea omnia ei-
dem basilicæ volumus inibi perpetuum per-
mansura in usum & salarium ibi Deo &
dicto Apostolorum principi servitium &
servitorum; reliqua vero vasa, orna-
menta, ac indumenta, dictis officiis &
ministeriis non necessaria, nec non & to-
tum aurum & argentum non monetata nec
laborata & in massa existentia, quæ su-
per prædicto majori altari fuerint oblata
altariarius ejusdem basilicæ, qui pro tempo-
re fuerit, nostro & cameræ nostræ nomine
recipiat & conservet; reliqua vero obla-
tiones, quæ in eodem majori altari in pec-
unia & rebus aliis, præterquam in supe-
rius expressis, fieret pro tempore, per ip-
sum altariarium & quatuor annales dicto-
rum capituli camerarios, per ipsos capitu-
lum secundum formam statutorum ipsius ba-
silicæ ordinatos, in loco tuto more solito
communiter reponantur, certis modo & tem-
poribus, prout sequitur, dividenda: vi-
delicet, quod de ipsi reliquis oblationibus,
quæ in dicto majori altari pro tempore
fuerint, quinque dumtaxat vicibus parti-
tiones seu divisiones & monetarum electio-
nes singulis annis fiant, nisi necessitas im-
mineret, quarum prima in dominica prima
post octavam epiphaniæ, secunda in sabba-
to ante dominicam de passione, tertia ve-
ro feria secunda vel tertia post pascha,
quarta in crastino ascensionis Domini, &
quinta in crastino dedicationis basilicarum*

Ut ea sint
dividen-
da.

beatorum Petri & Pauli, sunt. Et infra.

*Ad hæc volumus & etiam ordinamus, quod decimam partem ipsarum omnium reli-
quarum oblationum, quæ in pecunia & rebus
aliis, præterquam in vasis, indumentis, or-
namentis, auro & argento non monetatis
laboratis, & in massa consistentibus, ut
præmittitur, fieret de cætero in majori al-
tari prædicto; quæ quidem decima ipsi
archipresbytero & capitulo ex privilegio
debere pro luminaribus & fabrica dictæ ba-
silicæ dicebatur, deinceps pro juribus ca-
nonicalibus per se vel dictos eorum came-
rarios temporibus, quibus divisiones ipse
fieri debent de toto ipsarum oblationum sic
dividendarum cumulo, vel acervo, archi-
presbyter & capitulum recipiant antedicti.
Ac etiam volumus, quod tempore partiti-
onis seu divisionis hujusmodi, secunda vel
tertia feria post pascha ut præmittitur fa-
cienda, prius quam ad divisionem deve-
niatur eandem, provisio seu pecuniaria o-
nerum refuso, quæ in duodecim integris &
in totidem mediis stationibus, ac in fon-
tium & palliorum benedictione, nec non in
cathedræ B. Petri portione, & quibusdam
aliis ad divinam cultum pertinentibus, in
ipsa basilica fieri consuetis, archipresby-
ter & capitulum prædicti de præfatis ma-
jori altari recipere consueverunt, recipiatur
per prædictos capituli camerarios, de to-
to ipso cumulo vel acervo eisdem archipre-
sbytero & capitulo assignanda, &c. Dat.
Avin. xi. id. januarii pontificatus nostri
anno iv. Ex his constat quanto antiqui-
tus populi Christiani erga principem A-
postolorum studio pietatis essent delibuti.
Ex eadem vero sacra stipe conduci
milites etiam jufferat Clemens (d), ut pe-
regrinorum incoluntati & commodis
prosperaret. Cæterum præfecerat idem
Pontifex Urbi Anibaldum Cardinalem le-
gatum, ut publicæ quieti, & peregrino-
rum commodis consuleret: verum cum is
numerum dierum ad lustrandas basilicas
antea præscriptum ex pontificio diplo-
mate imminueret, quod non modo ob
plurium difficultates, sed etiam quod Urbs
peregrinis continendis impar esset, neces-
sitas posceret, ut Nicolai Laurentii vi-
ræ author refert (e). ipsum nonnulli a-
ri Romani probris, ac familiam verbe-
ribus vulneribusque affecerunt.*

Decuma
auri ar-
gentive
facti sar-
tis rectis
addicen-
da.

(d) To. 8.
ep. sec.
p. 166.
Anibal-
dus Card.
in Urbe
legatus.

(e) Vir.
Nicol.
Laur. c. 17.

IV.
Petrus
insidiis.

Adiit etiam idem Cardinalis grave di-
scrimen, dum e Vaticana basilica ad sa-
crum S. Pauli templum pergebat, im-
missis in eum ex insidiis duabus sagittis
quarum altera ejus pileum transfixit. Cu-
jus sceleris auctores comperiti numquam
potuere: invidia tamen Nicolao Laurentio
adhæsit, ipsum ejusmodi comparasse
insidias, ut sublato e medio legato, ty-
rannidem Urbis tribunitiæ dignitatis spe-
cie invaderet, adeo ut Anibaldus adver-
sus ipsum censurarum ecclesiasticarum gla-
dium

(a) MS. bibl. Vat. fig. num. 5522. Romani a Nicolao Laurentio corrupti. (b) To. 9. ep. fecr. 26.

dium distinxerit: de quibus pluribus Vaticanus codex (a) veteri sermone Italico ac recenti charactere exscriptus, quem prae manibus habui. Et quidem nefarium ac turbulentum hominem Romanos sui studiosos trahere ad defectionem meditantum, pluresque pervertisse, ostendunt Clementis Papae ad Anibaldum literae (b), quibus illorum conatus infringi jubet: adeo enim ad rebellionem, erant Romani comparati, ut amplissimi iurii tantum causa, quod annus jubilaeus afferebat, scelere abtinerent.

Anibaldo episcopo Tusculano A. S. L.

Vidimus quae super facto illius pestilentis hominis Nicolai Laurentii civis Romani missa nobis tuae literae continebant: & jam ante relatum nobis a fidedignis extiterat, qui dilecti filii populus Romanus adhaerere ei denuo dicuntur quadam caeca nimis & praecipiti voluntate, quodque jam reassumpsissent eundem, nisi anni hujus salutari tempore non pro salute obtentu, sed captandi lucri gratia detulissent. Et ideo studii tui sit, propositum dictorum populi circa hoc modis omnibus impedire, ne fiant novissima hominis illius, per quem venerunt non solum scandalum, sed scandala plurima, peiora prioribus, si [quod avertat Dominus] reascendant: scimus enim, argumentum ex praeteritis suis actibus colligentem, quod quamquam ipse ad redintegrationem ejus multa promitteret, tandem sibi arridente fortuna pauca vel nulla servaret, sicut est homo rare fidei, & constantiae rarioris. Dat. Avin. IV id. Junii anno IX. Anibaldus porro nefarium hominem legibus & jure judicario, ut testatur pontificiae literae (c), infectatus, ipsum vertere solum coegit: Nicolaus enim ad explorandas novas artes simulato cultu mense Julio in Germaniam contendit, sed mox astutus vir in astutia sua comprehensus; de quo Clementis vitae scriptor (d): Tandem, inquit, post multa fatua, quae gessit, alienum habitum induens dicti, Caroli nimirum, Romanorum Regis, curiam adiit, ipse statum & animum scrutaturus. Sed cognitus, captus, atque eidem Regi praesentatus. A quibus non discrepant, quae in Nicolai gestis (e) leguntur, clam in Boemiam ad Carolum se contulisse, versatumque Pragae aliquandiu, & honorifice datum custoditae.

Nicolaus Laurent. in Germaniam abijt. (c) To. 8. ep. fecr. p. 82.

(d) Gest. Clem. VI. apud Bosq. Conjicitur in vincula a Carolo Rege. (e) Vit. Nic. Laur. c. 16. V.

Mancipatum vinculis deterrimum impostorem, jactantemque se Henrici Imperatoris ex spurio nepotem, Carolus Ernesto archiepiscopo Pragensi tradidit: licet enim ob dictam ipsi de gesto imperio diem laesae majestatis lege postulari posset; ob impactam tamen reo haeresim Bertrandi & Anibaldi Cardinalium Apostolice sedis legatorum edictis illum ecclesiastico judicio reservandum censuit. Quam

accepta re, Pontifex Carolo Regi de vineto ecclesiae hoste actis gratis, de legibus judicario ordine in eum exercendis, convincendoque haereseos vel adducendo ad sedem Apostolicam, haec scripsit (f). Clemens, &c. Carolo Regi Romanorum illustri.

Omnipotenti Deo gratias agimus, quod ipse intumescens fluctus adversus ecclesiam suam sanctam, quam solus ipse fundavit & rexit, comprimens tempestive, illum filium belial nequitiae patrem Nicolaum Laurentii civem Romanum perniciosum utique ac nocivum [qui contra eandem ecclesiam & fidem catholicam, sed contra se potius erronea multa prociaci lingua impudenter evomens, per venerabilis fratris nostri Bertrandi Sabinensis, tunc tit. S. Marci presbyteri Cardinalis & bonae memoriae Anibaldi Tusculanensis episcoporum, tunc sedis Apostolicae legatorum sententias, quae nulla prorsus appellatione suspensae in indicatam rem transvererunt, de haeresi meruit condemnari] in manibus tuis miraculose conclusit. Sed & serenitatem tuam, quae illum deteneri, ac tandem venerabili fratri nostro Ernesto archiepiscopo Pragensi assignari mandavit & fecit, eo uberiusque prosequimur actionibus gratiarum, eoque attollimus laudis praecio potiori, quo devotio, quae nos & eandem revereris ecclesiam, in hoc sincerior puriorque resplendit, quoque Creatori tuo, per quem vivis & regnas, ac nobis & eidem ecclesiae magis & gratius acceptusque obsequium praestitisti. Cum autem praefato archiepiscopo per alias nostras literas injungamus, ut eundem Nicolaum ad nos sub fide & tuta custodia mittere, vel ipsum caute custodire procuraret, nobisque indilate rescribat quidquid egerit in praemissis, ut vel pro illo huc perducendo secure mittamus aliquos, vel eidem archiepiscopo destinemus articulos, super quibus contra Nicolaum inquisitionem formet & faciat antefatum, serenitatem tuam attente ac affectuose precamur, quatenus eidem archiepiscopo super praemissis sic tuum impartiaris auxilium & favorem, quod idem filius belial nullius fraudis astutia, vel alia via qualibet libertatis beneficium consequatur. Dat. Avin. XVI. kal. sept. anno IX. Carolum vero morem gessisse Pontifici, ex historicis colligitur, & quibus Clementis vitae scriptor haec monumentis mandavit (g): Demum ad Avinionem eum Papa transmissit, ubi diutius incarcerationis permansit. Ut vero Nicolaus postulatius crimine haereseos, quamvis a duobus Cardinalibus legatis damnatus, illud detulerit, evaseritque & carcere, ac demum necatus exultusque fuerit, suis locis dicitur. Nunc de aliis tyrannis, qui pontificiam ditionem laniant ob intempestivas Clementis in Avenionensi secessu moras, illiusque curas admodum exercuerunt, dicamus.

(f) To. 9. ep. fecr. p. 82.

Acta illi a Clemente gratia.

Postulatium ut ad sedem Apost. vit. etos mittatur.

Paritum Pontifici. (g) Gest. Clem. VI. apud Bosq.

Ditio ecclesiastica discussa.

VI.

(a) MS. bibl. Vat. fig. num. 2040. p. 51. Praecipuum tyrannorum nomina.

Extulisse hoc anno in Pontificem perduellionis signa plures ditionis ecclesiasticae proceres, & injustos principatus condidisse, describit inter plures alios M. S. Vaticanus auctor his verbis (a): Hujus tempore sepe omnes civitates, terrae, & castra patrimonii S. Petri, marchiae Anconitanae, & Romandiolae se rebellaverunt sedi Apostolicae, & ipsius in illis partibus rectoribus & officialibus. Omnes de venerunt in manibus Joannis de Vico praefecti Viterbii; marchia in manibus dominorum de Malatesta & Galiotti de Arimino, Nolfii, atque Gallassi, atque suorum fratrum; nepotis comitis Conradi de Monteseftro, domini Alogiti de Fabriano, nepotum Burgarvii de Matelica, Tfruidacii de S. Severino, nepotum domini Gentilis de Varano: nepotum Mapelli de Montemilano, nepotum domini Ragitis de Cingulo: Nicolai de Boscareto, filiorum domini Raimundi de Aelfo, Peloni de Ayofredi de Macerata, Gentilis de Moliano, & quamplurium aliorum tyrannulorum. Romandiolae vero in manibus praedictorum Malatesta, Francisci & Simibaldi capitanei Folicvii, domini Joannis de Manfredis de Faventia, Bernardini de Roletna: quas provincias praedicti tyranni cum aliis ipsorum sequacibus occupatas tenuerunt per tempora, ipso Papa vivente.

Orde-laffi

(b) To. 8. ep. fecr. p. 169. Faventia a Manfredianis occupata.

Emicuerunt inter alios flagitio Joannes, & Guillelmus Ricciardi Manfrediana familiae spurii, qui ad defectionem Faventinis traxere, de quibus queritur Clementis in literis ad Italicae principes ac populos de iis comprimentis deprecatoris: (b) Ad vestram, inquit, jam credimus pervenisse notitiam, qualiter Joannes & Guillelmus Ricciardi de Manfredis milites Faventinos, debita fidelitatis oblii ac immemores beneficiorum a Romana ecclesia perceptorum, civitatem nostram Faventinam, officialibus & gentibus nostris abinde ignominiose dejectis, proditione occuparunt, & detinent occupatam, ut quibus ex natura vitio & pudore originis purificari non poterant, possent per tyrannidem dominari. Dat. Avin. IV. non. martii anno VIII. Captrant illi rebellandi occasionem (c) ex Astorgii Durofortii praesidis Flaminiae absentia: quos cum reversus e Gallis, contracto exercitu, redigere ad officium aniteretur, Joannes & Jacobus Pepuli Bononiensis fisci praefecti ad constabiliendam tyrannidem Joanni & Guillelmo Manfredianis se adjunxerunt. Quorum detectas fraudes ac Joannem Pepulum (d) cum exercitus pontificii, qui apud Salarolum castra erat mercatus, milites auro promissisque subornare studebat) comprehensum, describit Clemens in literis ad Perusinos datis, quos ad tutandas ecclesiae partes hortabatur (d). Mancipato custodie Pepulo,

(d) To. 9. ep. fecr. c. 61.

Astorgius omnia Faventia, quae tuta munitionibus, praesidioque firmata erat valido, Bononiam versus signa extulit, ut trepidantem Jacobum Pepulum tyrannidem depelleret. Cum Joannes archiepiscopus Mediolanensis, proferenda tyrannidis ambitione incensus, subicienda sibi Bononiae spe rebellionem in Apostolicam sedem est meditatus, quamvis rogatus a Clemente (e), ne copias e castris pontificiis revocaret, neve ullas cum Pepulis coitiones jungeret: ad obterendos enim rebelles a se Caroli Romanorum & Boemorum Regis auxilia imploratam iri (f); de quo etiam Opizo Atestinus marchio monitus est (g).

Pontificia imperia, ac Romanorum Regis potentiam sprexit Joannes archiepiscopus, utque facinus coloraret, Astorgio Durofortio proditionis crimen obvincentem Joannem Pepulum impugit (h), bellumque ei restitueret libertati, illi denuntiavit. Potuisset Astorgius Bononiam ad ecclesiae ditionem revocare, si castra ad urbem promovisset: sed dum cunctatur, Joannes illius conatus antevertit, submissis trecentis equitibus (i): neque ita multo post Malatesta Ariminensis, & Warnerus Suevus cum quingentis militibus fluctuantem urbem, anreiret ad obsequium, in rebellionem confirmarunt.

Auditea archiepiscopi invasione, Pontifex legibus & armis in eum agere constituit (k): utque judiciario jure reprimeret, gravissima in ipsum edicta tulit (l); in quibus universa ejusdem scelera per censuit (m), ut nimirum olim haeresi ac schismate infedus fuerit adeo, ut etiam anticardinalem Petri e Corbaria pseudo-pontificis se gesserit, ac tanto flagitio venia delecto a Joanne XXII. admittus in gratiam creatusque episcopus Novariensis, ac deinde ab Clemente ipso ad archiepiscopatum Mediolanensem traductus iniurias pro beneficiis rependerit, & Bononiam injustae venditionis specie occupavit in Galeatum, Bernabonem, & Maffaeolum Stephani Vicecomitis filios vetera Joannis Papae edicta renovata: quin etiam una cum iis Joannem & Jacobum Pepulos, qui fisci pontificii praefectorum nomine apostolica indulgentia rem Bononiensem administrarant, atque insigni scelere eandem urbem vendiderant, censuris defixit (n). Quae edicta archiepiscopis & episcopis XII. kal. decembris divulganda misit. Consentientibus his quae Baronius in MS. notis ad hunc annum apposuit (o): Hoc, inquit, anno nono pontificatus Clementis VI. monuit per publicas bullas Joannem archiepiscopum Mediolanensem & Galeatum nepotem suum ad dimittendam civitatem Bononiae, quam occuparant, arguens eosdem de maxima ingra-

Mediolan. archiep. Bononiam affectat.

(e) To. 9. ep. fecr. p. 50.

(f) Ibid. p. 50. (g) Ib. p. 57.

(h) Mat. ib. Vill. l. 1. c. 63. Eam in rebellionem confirmat. (i) Ib. c. 64.

VII.

(k) To. 9. ep. fecr. 165.

(l) Mat. ib. Vill. l. 1. c. 76. (m) Ibid. Distinctio: gere in eum judiciorum severitatem parat Pont.

(n) To. 9. ep. fecr. p. 161.

(o) Baron. in not. MS.

Pronunti-
atum in
eum edi-
ctum.
(a) Lib.
priv. Rom.
Eccl. to. 1.
p. 393.
ext. etiam
in arc. S.
Ang. &
inter coll.
Plat. to. 3.
p. 48.
Plat.

Ut Pepu-
los contra
fas defen-
dendos
suscipe-
rit.

Obslitterit
ne Bono-
nia ponti-
ficio imp-
erio re-
stitueretur.

VIII.

itudine adversus ecclesiam: iussitque illas
bullas affigi in valvis ecclesie Avinionen-
sis. Hec in libro privilegiorum Romanæ
ecclesie. Delibavimus nos ex eodem
privilegiorum libro (a) potiore eorum
publicorum monumentorum partem, quam
afferendam duximus.

Clemens, &c. ad futuram rei memo-
riam.

Joannes archiepiscopus Mediolanensis,
quem venerabilem fratrem non decet nos
propter ejus demerita nominare, Deum non
timens, nec homines reverens, pœnas &
sententiar, nimirum Joannis XXII. adver-
sus pontificiarum urbium invalores latas,
in hujusmodi contentas processibus, ut de-
clarant sequentia, non est veritus incur-
rere, & plures in præcipitium secum tra-
hens, diversis aliarum pœnarum laqueis
se periculose nimium irretire. Cum enim pro-
pter extorsiones & tyrannides, & multa
alia enormia, quæ Jacobus & Joannes de
Pepulis cives Bononienses [quibus admini-
strationem jurium Fiscalium in civitate,
comitatu, & districtu Bononiensibus, ad
nos & ecclesiam eandem spectantibus, ad
tempus modicum duxeramus sub certis pa-
ctis & conventionibus committendam] con-
tra pacta & conventiones hujusmodi teme-
re venientes, in eisdem civitate, comita-
tu, & districtu in ecclesie prædictæ &
subditorum nostrorum intolerabile præjudi-
cium exercebant nos administrationem eor-
um reprobam, & perniciosum abusum,
per quos civitatem præfatam cum suo di-
strictu ad exterminium quodammodo de-
ducebant, tolerare salva conscientia ulterius
non volentes, cum civitatem ipsam pro bo-
no subditorum ipsorum statu vellemus ad
manum nostram reducere, & per alios of-
ficiales nostros in statu pacifico, & cultu
justitiæ sublata omni tyrannide gubernare;
præfati Jacobus & Joannes, assumpto re-
bellionis spiritu, conati sunt possessionem
ejusdem civitatis nobis intervertere, & i-
psam contra voluntatem nostram sibi cum
armorum potentia retinere.

Quorum iniquas operationes dilectus fi-
lius Astorgius de Duroforti miles, Roman-
diolæ rector adveniens, ad recuperationem
civitatis, comitatus, & districtus prædi-
ctorum, & ad reducendum ipsos ad manus
nostras, sollicitè laboravit. Et cum labor
hujusmodi optatum (dictis Jacobo & Jo-
anne resistere non valentibus) jam sortire-
tur effectum, & civitas ipsa ad manus re-
duci ecclesie verisimiliter speraretur, præ-
fatus archiepiscopus per Romanam ecclesiam
diversis honoribus & magnis dignitatibus
exaltatus, convertens in ingratitude vitium
grandia beneficia que receperat ab ead-
em (quem præfati per eum eidem ecclesie
fidelitatis juramenti violatio proculdubio arg-
uit infidelem) lac, quod ex matris su-
xerat uberibus, in maternam sic opprobrio-

se evomuit offensam, quod ubi ecclesiam præ-
dictam ad recuperationem civitatis ejus-
dem juvare debuerat, & eidem rectori pro
ecclesia circa hoc assistere auxiliis oppor-
tunis; adversariis rebellibus ipsius potenter
& patenter adhaesit: & missa per eum dictis
Jacobus & Joanni ad eorum defendendam &
substinendam rebellionem & ecclesie præ-
dictæ offensionem magna multitudine arma-
torum, recuperationem, reductionem, &
assercutionem, civitatis, comitatus, & di-
strictus, prædictorum ex hujusmodi, au-
xilium & fraudulentum consilio impedit. Cum-
que prædictis ad notitiam nostram dedu-
ctis, frequenter archiepiscopo scripserimus
eidem, ipsum salutaribus monitis & pater-
nis exhortationibus inducendum, quod memor
gratiarum & honorum, quibus sedes Apo-
stolica ipsum fuerat prosecuta, & fidelitatis,
qua eidem erat strictis, gentem armige-
ram, quam Bononiam in dictorum Jacobi
& Joannis subsidium miserat, revocaret,
nec ipsis in ecclesie prædictæ tam grande
præjudicium daret consilium, auxilium, vel
favorem; ipse, velut apsis surda, moni-
ta hujusmodi auribus obturatis obaudiens,
& pertinacia confirmata contemneus, non
solum continuavit temerarie, & impruden-
ter incepta, sed etiam ad deteriora sua
malitia telam, & profanos conatus exten-
dere non expavens ipse qui prius factor &
adjutor fuerat rebellium ecclesie sepefate,
postquam eidem scripserimus, patenter ipsius
bystem se constituit principalem, civitatem
prædictam cum ejus districtu habitis cum di-
ctis Jacobo & Joanne illicitis commerciis, qua-
si diversis sibi ecclesie vestimentis, per Galea-
cium de Vicecomitibus de Mediolano nepotem
suum grandi stipendio exercitu tyrannidem
occupando, quam adhuc retinere dignoscitur
occupavam.

Nec silentio præterimus, quod præfatus
archiepiscopus, ut cautius & opportunius vi-
rus intrinsecum evomeret, & iniquitatem
quam prius conceperat parturiret, in curia
Romana ambaxiatores tempore occupationis
prædictæ civitatis habebat, qui cum ali-
quibus Cardinalibus, per nos ad eorum
importunam instantiam deputatis, super re-
cuperatione & statu civitatis nostræ prædi-
ctæ nomine & de mandato præfati archie-
piscopi, ut missa nobis per eum literæ cre-
dentie innuebant, tractatum habebant. Quo
pendente, non sine aliquali apud graves
personas prodicionis nota, non erubuit ne-
quiter ad occupationem prorumpere supra-
dictam, se per hæc & alia illicita in hu-
jusmodi occupatione perniciose commissa,
& omnes & singulos, qui in prædictis per
se vel alium seu alios eidem archiepiscopo
præstiterunt consilium, auxilium, vel fa-
vorem publice vel occulte, pœnis & sen-
tentiar per eundem prædecessorem adver-
sus talia præsumentes, ut præmittitur,
promulgatis damnabiliter involvendo.

Et

Perduelli-
bus sub-
miserit
auxilia.

Monitus
officii in
contuma-
cia obdu-
ravit.

IX.

Proditio-
nis labem
suscipe-
rit.

Contra-
xerit cen-
suras.

X.

Et quantum propter hujusmodi occupatio-
nem dicta civitatis Bononiensis, & multa
illicita ipsius occupationis occasione commissa
(que in divina majestatis offensam, no-
strum & ipsius ecclesie grave damnum, &
enorme præjudicium & contemptum, circum-
positarum regionum periculum, exempli per-
nitentem, & multorum scandalum cedere di-
gnoscuntur, cum sic evidenter se exhibeant,
& existant notoria, quod nulla possunt ter-
gi-versatione celari, quam etiam occupatio-
nem nomine & de mandato ipsius archie-
piscopi factam fuisse, ipse nobis per suas
litteras intimavit) nos ad declaratio-
nem & publicationem pœnarum & senten-
tiarum spiritualium & temporalium præscri-
ptarum contra præfatos archiepiscopum &
Galeacium, ac complices, auxiliares, con-
siliatores, & fautores eisdem possemus
procedere justitia mediante; tamen de benigni-
tate solita dictæ sedis expectare volentes, an
dicti archiepiscopus & Galeacius ad cor re-
deuntes ab hujusmodi suis iniquitatibus res-
piscant, & proinde agere mitius cum eis-
dem; de fratrum nostrorum consilio archie-
piscopus & Galeacium & quoscunque alios,
civitatem nostram prædictam occupatam suo
vel alieno nomine detinentes, ac eorum in
hac parte complices, auxiliares, consilia-
tores, & fautores eosdem, præfate hac mul-
titudine fidelium copiosa, requirimus & mo-
nemus, eis districtius injungentes, ut dicti
archiepiscopus & Galeacius, & quavis alii
occupatores civitatem prædictam Bononien-
sem, ac castra, villas & loca, comitatus &
districtus civitatis prædictæ occupata per
ipsos, infra quadraginta dies a data præ-
sentium computandos, pure, libere, & sim-
pliciter nobis, aut dicto rectori Romandiolæ,
seu alii vel aliis, ab eo specialiter deputato
seu deputatis, nostro & ipsius nomine ple-
ne, realiter, & integre, omni dolo & frau-
de cessante, cum effectu reddant, &c. (Ad-
dit imperia, ut liberam possessionem Bon-
oniæ tradant, ut foederati archiepiscopi
& Galeacii ab eorum societate se sub-
ducant: ac si archiepiscopus & Galea-
cius in pertinacia perstiterint obfirmati,
nec labente quadraginta dierum spatio Bo-
noniam restituerint ipsos ac flagitii parti-
cipes anathemate, ditionem vero ipsorum
interdicto ecclesiastico percellit. Pergit
Clemens.)

XI.

Et nihilominus prædictos archiepiscopum
& Galeacium, ac omnes & singulos cujus-
cunque status, gradus, & conditionis exi-
stant, qui ut prædicitur, in occupatione
prædictæ eidem archiepiscopo & Galeacio
dederunt auxilium, consilium, vel favorem,
per hoc publicæ citationis edictum, quem
citandi modum ex certis & rationabilibus
causis eligimus, peremptorie citamus, ut
die vigesima mensis januarii proxime secu-
turi, quam eis pro peremptorio termino as-
signamus coram nobis personaliter compare-
re procurent, visuri & audituri prædicta-
rum pœnarum & sententiarum declaratio-
nem, in eisdem prædecessoris processibus,
ut præmittitur, contentarum, ac inflic-
tionem & impositionem aliarum pœnarum, quas
eis juxta ipsorum demerita duxerimus im-
ponendas, ac nobis & eidem ecclesie pro
injuriis, offensis, & damnis illatis emen-
dam & satisfactionem debitam præstaturi,
& alias facturi & recepturi quod suade-
bit justitia, & nobis videbitur expedire;
aperte prædicentes eidem, quod si ve in
prædicto termino venerint, si ve non, nos
ad declarationem & infliccionem sententia-
rum & pœnarum hujusmodi, & alias con-
tra eos, non obstante eorum absentia, exi-
gente justitia procedemus, &c. (Monet Me-
diolanenses, Reginenfes, Parmenses, Man-
tuanos, Novarienses, Bergomenses, Pla-
centinos, Astenses, Albenfes, Terdonen-
fes, Cremonenses, eorumque urbium ma-
gistratus, proceres & populos, ac pago-
rum oppidorumque circumjacentium, ne
ullum, auxilium Joanni & Galeatio in
retinenda Bononia conferant: atque ana-
thema & interdictum non parituris inten-
tat, contrariave federa dissolvit: deni-
que Pepulos his verbis in judicium vo-
cat.)

Tarda de
eo expe-
ctata vindic-
ta.

Illi lociif-
que in-
tentata
pœnar,
ni Bono-
niam re-
stituunt.

Indicta
judicii di-
es.

re procurent, visuri & audituri prædicta-
rum pœnarum & sententiarum declaratio-
nem, in eisdem prædecessoris processibus,
ut præmittitur, contentarum, ac inflic-
tionem & impositionem aliarum pœnarum, quas
eis juxta ipsorum demerita duxerimus im-
ponendas, ac nobis & eidem ecclesie pro
injuriis, offensis, & damnis illatis emen-
dam & satisfactionem debitam præstaturi,
& alias facturi & recepturi quod suade-
bit justitia, & nobis videbitur expedire;
aperte prædicentes eidem, quod si ve in
prædicto termino venerint, si ve non, nos
ad declarationem & infliccionem sententia-
rum & pœnarum hujusmodi, & alias con-
tra eos, non obstante eorum absentia, exi-
gente justitia procedemus, &c. (Monet Me-
diolanenses, Reginenfes, Parmenses, Man-
tuanos, Novarienses, Bergomenses, Pla-
centinos, Astenses, Albenfes, Terdonen-
fes, Cremonenses, eorumque urbium ma-
gistratus, proceres & populos, ac pago-
rum oppidorumque circumjacentium, ne
ullum, auxilium Joanni & Galeatio in
retinenda Bononia conferant: atque ana-
thema & interdictum non parituris inten-
tat, contrariave federa dissolvit: deni-
que Pepulos his verbis in judicium vo-
cat.)

Quia præfati Jacobus & Joannes de Pe-
pulis, qui contra fidelitatem debitam & ju-
ramenta per eos præfata, dum eis hujus-
modi administrationem commissimus, ut præ-
fertur, contra nos rebellionis spiritum as-
sumperunt, & [ut de pernicioso tractati-
bus & proditoris actibus, quos cum ini-
micis ejusdem ecclesie contra nos & offi-
ciales nostros ipsos in Romandiola habuisse
& exercuisse fide digna habet relatio ra-
ceamus] occupationi prædictæ causam prin-
cipaliter præstiterunt, ac castra aliqua co-
mitatus & districtus prædictorum asserun-
tur juxta conventiones, illicite inter ipsos
& præfatum archiepiscopum habitas, in u-
sus proprios retinere, & per hoc in pœnas
& sententias in prædictis contentas proces-
sibus & diversas alias inciderunt, ad qua-
rum declarationem & publicationem pro eo,
quod prædicti sunt notoria, quod nulla
possent simulatione vel tergi-versatione ce-
lari, procedere possemus; attamen ad dictæ
sedis mansuetudinem solitam ostendendam,
ac ipsorum malitiam convincendam, per hoc
publicum citationis edictum eosdem Jaco-
bum & Joannem peremptorie citamus, ut
die vigesima mensis januarii proximo secu-
turi, quem eidem pro termino peremptorio
assignamus, coram nobis personaliter com-
parere procurent, visuri & audituri de-
clarationem & publicationem pœnarum &
sententiarum, in prædictis prædecessoris pro-
cessibus contentarum. (Adjectis nonnullis,
quibus judiciorum intentatur severitas, ac
edictum pontificium publice affigendum
decernitur, hæc temporis nota apposita
Sss 2 est

Vetiti In-
subres Vi-
cecomiti-
bus stude-
re.

XII.

Pepuli e-
tiam judi-
cio postur-
lati.

Decretus in Italia pontifici- us inter- nuntius.

(a) To. 9. ep. secr. p. 180.

(b) Ib. p. 181. 182. 183.

(c) Cle. VI. an. 9. ep. secr. 236.

XIII. Mantuani ad eccle- siæ obse- quium re- versi.

(d) Ext. apud Lu- noc. 6. an. 1. l. 2. ep. divers. for. 421.

Publica eorum a- cta.

De Passa- rini par- tibus de- fensis ve- niam po- scunt.

est: *Actum & datum Avin. in palatio no- stro apostolico XIII. kal. decembris ponti- ficatus nostri anno IX.* Contemptus erat vir iniquus pontificia edicta, atque vis il- lius nisi vi frangi posse videbatur, quo- circa Pontifex Ildebrandinum episcopum Patavinum Apostolicæ sedis legatum crea- vit, munusque ei injunxit (a), ut cum principibus Italie in Joannem archiepisco- pum Bononiæ invatorem coitiones iniret, tum quos posset Infubres ad ecclesiæ par- tes traduceret: atque Andrea Danda- lum ducem Venetorum & alios principes Italos (b), interque alios Opizonem Ate- stinum (cui Ferrariensis præfectura ad aliud decennium extracta, imposto non nullum aureorum vestigali annuo) ad patrocinium ecclesiæ suscipiendum con- citare studuit (c).

Rediit hoc anno Ludovici Gonzagæ au- spiciis Mantua ad ecclesiæ obsequium, a quo jam ante Ludovici Bavari partes se- cuta, præsaque Raynaldi Passarini tyran- nide desciverat: coacto enim in urbis præ- torio ordinum cœtu celeberrimo, cives decrevere oratores ad Clementem, quos amplissimis mandatis ad petendam supe- rioris ab ecclesia defensionis veniam, & centurarum, quibus erant impliciti, ab- rogationem; nec non ad apostolicam sen- tentiam in controversiis pontificii cæsa- reique juris, quas Gibellina factio move- rat, excipiendam instruxere. Extant ea de re proluxiora acta Mantuæ edita (d), quæ nos, prætermisissis levandi cædii gra- tia pluribus vocum repetitionibus & for- mulis, quas tabellionum solent inferere, delibavimus: quæ consentiunt pluribus documentis alias memoratis, ab aliis Ita- liæ populis nomen Cæsarem colentibus editis, reconditisque in molis Adrianiæ ta- bulario & passim in tomo II. monumen- torum, quæ Platina iussu Sixti IV. colle- git, & in libro privilegiorum Romanæ ecclesiæ reperiuntur.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Generale consilium communis & po- puli civitatis Mantuane, & infra, ordi- naverunt syndicos & procuratores & nun- tios speciales Azonem de Manzis de Regio legum doctorem, & Joannem quondam A- ghinolfi de Aretio civem Mantuanum ad se præsentandum coram sanctissimo in Christo patre & domino domino Clemente Papa VI. divina providentia sacrosanctæ ac u- niversalis ecclesiæ summo Pontifice, & re- verendissimorum patrum dominorum Card- inalium sacro collegio ad petendum, & in- fra: revocationem a quibuscumque senten- tiis, pœnis, & processibus tam a jure quam ab homine latis, positis, seu instictis, quos vel quas ipsi constituentes incurrerunt pro eo & ex eo, quod cum quondam Passa- renus de Benacolis ab ecclesia de hæresi dam- natus sua tyrannide subjugaret homines,

populum, & civitatem prædictam & distri- ctum, ipsi populus obdixerunt eidem ante damnationem prædictam & post; videlicet ejus personæ, sed non ejus hæresi, cum ante damnationem per viginti annos in di- cta civitate tyrannizaret. Item pro eo & ex eo, quod dictus Passarenus gentes quon- dam damnati Ludovici de Bavaria rece- pravit, maxime dicto populo non valente resistere commode. Item pro eo & ex eo, quod dicti populus & universitas eidem quondam Ludovico damnato paruerunt, au- xilium ejus personæ, sed non ejus hæresi præstando, dum prope civitatem Mantuæ per quindecim milliaria Lombarda existeret cum ejus exercitu copioso; maxime non valentes ei resistere commode. Nonnullif- que interjectis de excipiendis apostolicis imperiis, subditur.

Item ad jurandum nomine & in animas prædictorum, quod ipsi constituentes & eo- rum quilibet credunt, quod ad Imperatorem non spectat Papam deponere & alium fa- cere: sed hoc reputant erroneum & hære- sim damnatam per ecclesiam, quam & ipsi constituentes & eorum quilibet, quantum in eis est, damnatam reputant omni jure di- vino & humano. Item ad constituendum, quod vacante imperio dominus Papa habet admi- nistrationem, jurisdictionem, & regimen ip- sius imperii ubique terrarum. Item ad ju- randum nomine & in animas prædictorum, quod ipsi constituentes non erunt cum sequa- cibus olim Ludovici de Bavaria damnati, nec cum aliis hæreticis & schismaticis, nec cum sequacibus olim Petri de Corbaria, nec cum aliis quibuscumque per ecclesiam damnatis vel condemnandis; nec eis auxi- lium vel favorem dabunt in futurum direc- te vel indirecte, publice vel occulte, do- nec reconciliati fuerint cum ecclesia: sed ecclesiæ ac eidem domino summo Pontifici & successoribus ejus canonice intrantibus fide- les erunt. Item ad promittendum nomine & in animas prædictorum, quod ipsi non re- ceptabunt in civitate Mantuæ, nec in ejus comitatu vel districtu sequaces olim dicti Ludovici de Bavaria, vel aliquos alios, qui venient sub nomine Regis vel Impera- toris Roman, vel alterius tituli, vel eorum altero sine mandato dicti domini summi Pon- tificis vel successorum ejus canonice intran- tium; vel nisi essent per sedem Apostolicam approbati & confirmati: nec pro eis vel eorum aliquo mittent, nec per se vel alios publice vel occulte eis vel eorum alicui præ- stabunt vel dabunt auxilium, consilium, vel favorem: sed erunt, stabunt, & perseve- rabunt in rebellione dictorum olim sequa- cium Ludovici prædicti & aliorum, qui ve- nirent sub nomine Imperatoris vel Regis Romanorum, vel alterius tituli, vel eorum altero, nisi ad mandatum sanctæ matris ec- clesiæ & dicti domini summi Pontificis & successorum ejus canonice intrantium, donec

Et Ludovici Bavari receptis imperiis.

Mantua- nam hæ- resim ex- erantur.

Vacantis imperii admi- nistra- tionem spe- ctare ad Pont. a- gnoscent.

Spondent Cæsarem nonnulli confirmatum a le- ge Ap. a- gnituros.

Ejecturos suis hære- ticos.

(a) In. ep. super 421.

Imposita Mantua- nis pœ- na.

XIII. Conci- lium a Guid. Carol. Pa- tavii ce- lebratum. (b) To. 8. ep. secr. pag. 208.

ad mandata sanctæ matris ecclesiæ venci- rint, vel per sedem Apostolicam approbati fuerint & confirmati. Item ad promitten- dum & jurandum nomine & in animas præ- dictorum, quod ipsi de terris, quæ eorum administrationi subjiciuntur & in posterum subjiciuntur, universos hæreticos ab ecclesia condemnatos & condemnandos pro viribus expellere & exterminare curabunt, &c. Ad- duntur alia de pellendis iis qui Petri Cor- barie vitio ad sacerdotia irreperunt, co- lendis internuntiis apostolicis, pendendis multæ nomine duobus aureorum milli- bus, faciendæ honorum jactura, si a pro- missis desciverint. Quæ acta hac loci & temporis formula consignata sunt: *Actum in curia ancianorum prædicti communis Mantuæ die veneris v. mensis octob. MCCCL. quinta indictione.*

Fretus his mandatis Mantuanorum ac Ludovici Gonzagæ principis orator Joan- nes Aghinolfus coram Clemente & Car- dinalium cœtu superiora omnia sacramen- to professus est (a), & Clemens XVII. kal. decembris pontificatus anno undeci- mo Mantuanos censuris omnibus libera- vit ea lege, ut ad crimina expianda sa- cellum conderent, quod triginta aureo- rum annuo vestigali & necessario sacro- ornatu locupletarent, ut in eo sacerdos sacris operaturus Deum placaret: de qui- bus cum ob præcipitem Clementis obi- tum diploma confectum non fuisset, In- nocentius a prædecessore gesta confirma- vit, & Mantuanos sedis Apostolicæ gra- tiæ restitutos promulgavit edito diplo- mate his verbis consignato. *Datum Avin. kal. martii pontificatus nostri anno 1.* Quæ licet discreta sint temporibus, in hunc annum, quo geri cæpta congerenda vi- sa sunt, ne eadem repetere cogemur.

Hoc anno verno tempore celebratum est Patavii a Guidone tit. S. Cæciliæ præ- sbytero Cardinale A. S. L. concilium; de quo Joannes archiepiscopus Mediola- nensis graves suspiciones suscepit (b), ne ille Carolo Romanorum Regi in Italiam munire viam pararet, cum Carolus in I- taliam ad recuperanda imperii jura in- gressum adornare, ut pluribus sparserat literis, videretur: metusebat vero Joan- nes, ne a Carolo principatu Mediolanen- si, quem ipse pater ac fratres diffensio- nis ecclesiam inter ac Ludovicum Bava-

rum occasione invaserant, depelleretur: seque ad tuendum illum munire armis constituit. Non leves etiam de eodem Caro- lo Rege suspiciones adversas Pontifex concepit, cum nonnullis ecclesiæ subdi- tos clientes imperii appellasset: præterea ingratum illi extiterat, Carolum Ludovico duci Bavarie eidemque marchioni Brandeburgensi, antequam censuris aposto- licis solveretur, beneficiario jure terras, quas vi obtinebat, contulisse: ad id vero politica ars Carolum adegerat, ut se e gravissimo bello explicaret, de quo su- periori anno egimus. Denique cum Caro- lus sedem Apostolicam de sua in Ita- liam expeditione certiore non fecisset, Clemens Guidonem Cardinalem quidquam in synodo Patavina decernere vetuit, præ- ter illa, quæ ad divina spectarent.

De celebrata a Guidone Cardinale synodo meminit Cortusiorum (c) historia his verbis: *Mense martii reversus Paduam, ex Romana nimirum peregrinatione, de præ- latis sua legationis celebravit concilium generale.* Quæ vero in eo statuta sint præ- mittit: sed illa ad perpoliendos cleri populique mores, ac splendorem religi- onis tuendum spectasse, colligitur e pon- tificiis literis. Ante hos episcoporum cœ- tus alios etiam coactos ad sacra B. Anto- nii Ulyssiponensis Ispaña in locum ho- norificentiorum solemnem pompa transfe- renda, meminit eadem historia hisce ver- bis (d): *Corpus B. Antonii confessoris trans- latum fuit die XIV. februarii. Tunc supra- arcam ejus dominus legatus missam cele- bravit, præsentibus domino patriarcha A- quilensi, archiepiscopo Padua, Adrovandino episcopo Padua, episcopo Verona, & mul- tis aliis episcopis & prelati. Editas ad sepul- crum ejusdem viri sancti plures cælestes vir- tutes, meminit eadem historia, & ante annos quatuor patratum hoc miraculum refert (e): *Quidam, inquit, nobilis Vi- centinus, qui propter fracturam cruris clau- ditabit, & dolores sæpissime sustinebat, nec poterat liberari, in somnio admonitus corpus B. Antonii Padua solemniter visi- tavit; qui pristinam obtinuit sanitatem.* Paucisque interjectis subdit: *Per B. An- tonium Padua fiunt multa miracula, qui- bus visis, multæ peccatrices ad penitenti- am sunt conversæ.**

XIV. (c) Cortus. hist. l. 10. c. 1.

(d) Ead. cap. Transla- tio reli- quiarum B. Anto- nii.

(e) Lib. 9. c. 8. ad ann. 1346.

Cælestes virtutes editæ ad ejus sepulcrum.

[1] Hoc autem ipso anno post memora- XV.

NOTE [1] Guido presbyter Cardinalis S. Cæcilia: hoc anno duplicem ecclesiasticum conventum Pa- taviam condixit; quorum priorem ex clero Longobardiæ Fori Julii, & Marchiæ Anconita- næ, ut scribit Author chronici Estensis Rer. Italic. to. XV. coactum solemnem Reliquiar. S. Anto- nii Patavini translationem celebrasse notat historia Cortusiorum, in qua & dies XIV. februarii translationi illi assignatur. Altera vero episcoporum coitio fuit ad Synodum celebrandam, quæ Annalistr. ex una historia Cortusiorum innouit. Nobis vero eandem prodidit Anonymus scrip- tor Chronici Estensis, qui pariter mense Majo habitam tradit, addens in eadem Synodo remissas fuisse censuras, quæ Mutinenses diuini obligaverant. Hæc verba Anonymi: *Dominus Legatus i- vit Paduam, ubi generale concilium celebravit sua legationis cum multitudine prelatorum, & cleri- corum*

tæ translationis celebritatem, in quodam Poloni principis, qui Romam pietatis ergo profecturus Patavium accesserat, familiari insigne miraculum editum est: cum enim is (commate B. Antonium perstrinxisset, mox divina ultione percussus est, ac respiciens pristinae valetudini restitutus (a): Cum, inquit, dux Poloniae esset Paduæ Romam iturus, ante voluit beatorum Prosdocii & Justinae limina visitare. Hic miratus pulchritudinem templi B. Antonii confessoris, postulans didicit esse templum patris orbis. Quidam vero socius ductus, deridendo sanctum: Est ne ille Antonius, cujus nomine porci portant campanella? Qui statim Dei judicio judicatur: nam manus cum brachio debilitatur in totum, quam in prolatione verbi ostendit contra templum, cujus os extenditur usque ad aurem. Dux miratur tunc prodigii: querit causam. Filius ducis refert facti seriem. Dum dux mente agit quid agat caelesti lumine illustratus ait: Ille cum precibus impleretur, qui percussit. Qui statim peccatorem coram sepulcro B. Antonii confessoris personaliter presentavit: qui effusus lacrymis oravit devotissime; & instantum, quod oratio B. Antonii transivit in caelum, cujus precibus & amore praeditus nobilis a Deo pristinam reobavit sanitatem. Dux miratur, & gaudet: cum eo tota civitas exultavit. Fit concursus civium, sanctus in orationibus & oblationibus collaudatur: cui honor in secula seculorum. Fuit hoc eodem anno, nimirum MCCCL. die x. aprilis.

(a) Corr. bist. l. 10. c. 2.

Divina ultio in B. Antonio illudentem.

Ut ejusdem sancti precibus pristina fuerit valetudini redditus.

XVI.

(b) Eod. cap. (c) Mat. th. Vill. l. 1. c. 87. (d) Rebdorf. in annal. Discussum irritu colloquium. (e) MS. bibl. Vall. lic.

NOTÆ

eorum, ac multas gratias donavit petentibus, & relaxavit excommunicationem, & interdictum praedictæ civitatis Mutinae. In eodem pariter concilio solutos credo ab interdicto Rhegieneses, qua de re legendus Anonymus Author chronici Rhegientis vulgatus Rer. Italic. to. XVIII. qui hæc notat: Die XXII. Maji liberati sunt Rhegieneses ab interdictu Ecclesie, qui secesserant interdicti post mortem Rectoris Ecclesie usque in presens tempus. Diem qua concilium istud cepit, nemo alius indicat, nisi Bartholomæus Ferrarientis in Polyhistoro vulgato rer. Italic. to. XXIV. ille enim cap. XXXV. scribit celebratum concilium die X. Maji, atque in eo multa constituta, tum & multa petentibus concessa notat. Hæc olim scripseram; at dein, bono Numine favente, integra ejusdem concilii acta reperire licuit in libro bis Ticini edito, semel an. 1487. & iterum an. 1652. sub titulo S. Ticinensis Ecclesie constitutiones ante annum 1403. editæ. Ex eo vero libro accepta dedi in Appendice ad tomum III. Supplementi Conciliorum a me vulgati pag. 1395. Certum ibi tempus habiti concilii, dies dominica Junii XX. anni 1350. definitur. MANST

quantur legati de latere concilium Paduæ celebraturi: qui cum multis & variis laesseretur injuriis, opprobriisque diversis tanquam mitis fletat humiliter. Commendat eundem ut virum probum & sapientem Cortusiorum historia (f), additque casum ex insidiis: Dominus patriarcha, inquit, equitavit Sacilum, iturus Utinum, cum ducentis galeatis. Contra eum pugnaverunt ejus rebelles cum gentibus de Goritia, & debellatus fuit dominus patriarcha: Capti fuerunt multi divites & nobiles castellani, in quorum numero fuerunt Gerardus de Cucagna & Federicus de Sa-vorgnano. Ipse vero patriarcha captus fossus gladio a quodam de Villata obiit statim. Fuit hoc MCCCL. die VII. mensis Junii. Mirum est quod referunt (g) terram, quæ cruore viri sancti hauserit, nullius generis herbam posthac protulisse. Scriptis post ejus mortem dum fulgebat miraculis, illius gesta (h) familiaris ejusdem patriarchæ capellanus, e quo nonnulla delibanda visa sunt, cum in eo integerrimi præfulis exemplar expressum sit: Bertrandus, inquit, ex nobili genere oriundus de Sancto Genesio diocesis Carurcensis, utriusque juris doctor, sacri palatii decem septem annis causarum auditor, continentissimæ vitæ, & sobrietatis eximia, magna sollicitudinis & vigilia pro subditorum commodis noctes transibat insonnes: circa divinum officium devotus, ac fidelis minister erga sacra mysteria nullo labore poterat fatigari, potissime in ecclesiarum consecrationibus & ecclesiasticarum personarum ordinationibus; nefunda scelera Simonis & Iscariotis Judæ nomine nuncupata semper abominando in consecrationibus & beneficiorum collationibus. Et infra: Ordinavit tempore suo circa septingentos sacerdotes, ad reliquos vero sacros & inferiores ordines duo millia & ultra: cultui divino intentus, in ecclesiarum augmentationibus seriosus. Interjectis nonnullis de ecclesiis sacris ornamentis locupletatis, aucto divino cultu instructis rebus necessariis, monasteriis, & muneribus in aras congestis, subdit de bellis ab eo pie gestis. Compellebatur frequenter pastor bonus pro ecclesia suæ juribus recuperandis aut etiam con-

(f) Guill. & Albriger. Cor. bist. l. 10. c. 10. Avilen. patriarcha cælus.

(g) Bouff. bist. Tarv. l. 10.

(h) Ext. MS. in bibl. Vall. lic.

Illius patriarcha virtutis.

XVII.

Ut pro ecclesiis juribus bella susceperit.

conservandis expeditiones bellicas instruere contra hostes, in quibus interdum in hebdomada sancta quadragesima constitutus, & ab ecclesia sua modicum elongatus per totam noctem velociter equitavit sub armis, nulla eum hostium formidine aut aeris intemperie retrahente, ut feria quinta in cæna Domini posset in sede sua conficere sanctum chrisma. Considerabat enim, quod spiritalia tanquam digniora & præcipua erant magis acceptabilia apud Deum; unde quoscumque alios spirituales actus in illis sacratis diebus cum facere oportebat, cum mira devotione & edificatione atque consolatione populi exercebat. In illis quoque diebus, hgnanter circa penitentium reconciliationem curam sollicitum cum omnidiligentia impendebat: nam cum de sua diocesi non solum Sclavi, sed etiam Theutonici & Latini de diversis partibus illo sancto tempore Aquileiam properarent ad recipiendum penitentiae remedium opportunum pro renovandis suorum gravaminibus peccatorum, providebat pastor sollicitus, qui super gregem suum oculos non clauderat, de quodam fratre Prædicatore literato ac conscientiativo viro trium supradictarum linguarum plenarie erudito, qui auctoritate sphis audiebat hujusmodi penitentes, ac eis imponebat penitentias salutaris: unde illud quod per seipsum facere non valebat, per idoneos ministros exequi satagebat.

Sacra summo studio administravit.

XVIII. Liberalitatem in religiosis ordinibus explicavit.

Opes ecclesiasticas non constantibus sed inopibus tradidit.

renorum, quod tempore vitæ suæ sciri voluit sicut homo qui, humanae laudis favore, contempto, ad divinam gloriam suas elemosynas referebat.

De illius adversus juris ecclesiastici invafores constantia, partisque insignibus victoriis, dum in media acie, suis pugnans, supplices ad cælum manus expandebat, hæc refert: Imperialis princeps patriarchali dignitate insignitus in festo Apostolorum Simonis & Judæ pervenit Aquilejam, currentibus dominicis annis mille trecentis quatuor & tricenis, contra gentes Venetorum in Istria, contra Rizardum comitem de Camino juxta Sacilum, contra comitem Goritiæ juxta Bragulinum pro defendendis ecclesiis suæ juribus pugnare coactus. Dei dextera mediante, ac ejus precibus & orationibus suffragantibus adeo viriliter egit, ut principis militiæ suæ industria cooperante, gloriosum triumphum de inimicis mirifice reportaverit: quarum certationum descriptiones singulares Regum, Machabaorum, & Paralipomenon librorum narrationibus fere adæquari mereantur; Moyses enim vestigia sequebatur, dum bellum per milites indiceretur, signoque ad pugnam dato, nudis genibus interramque deflexis, nudato capite, manibus ad cælum levatis, orationibus insistebat continuis, donec ad eum suis belli periret optatus. Ex his triumphis temporibus diversis Venonum ecclesiæ suæ Aquilejensi diu occupatum, Cadubrium, & Cavolinum sub suo pacifico merito possedit dominio. Formavit mores ad antistitis tanti exemplum clerus, & piorum doctorumque virorum numero effloruit. Pendendis vero divino Numini precibus adeo impigre vacavit, ut media nocte eas pie funderet; ilucente vero die sacris operaretur, ac dein divinæ rei ab aliis sacerdotibus peragendæ magno pietatis studio interesset. Porro juvenes illius famæ detrahentes vicit clementia: apostolicos internumtios maximis prosequeretur honoribus: in subditos perhumanus, in vestium cultu modestus aberat a pompatico luxu ut inopes tegeret: nec minus a delictis abhorrebat; quin potius corpus suum jejuniis stans temporibus atterebat. Denique ut a tyrannis & deprædatoribus ecclesiasticarum opum, cum a prædicta Patavina synodo, a Guidone A. S. L. Cardinale celebrata rediret, trucidatus sit, describit memoratus author.

XXIX.

De insignibus contra hostes ecclesiæ suæ victoriis.

In præliis ardore fundebat Deo precibus.

Ejus pietas illustris.

XX.

Dum a synodo redit cæsus ob defensa ecclesiæ jurata.

Rediens pater inclytus a concilio Paduæ celebrato annis dominicis decies centis trecentis quinquaginta fluentibus, requiescens Patrii divini die Junii sexta sui spiritus vaticinio moram illo mane contrahens in Sacilo, per inusitatum viam nitetur ad patriam: tandem militum suorum, timoris periculum exuere conantium, devictus instantia alta voce verbum emisit: Vado im-

immolari pro vobis. Quam veritatem hæc habuerit prophetia, testetur sui martyrii triumphalis victoria; licet enim dum in humanis ageret, sæpissime assereret: Deum oro, & dissolvi opto pro ecclesie meae juribus conferendis trophæo, quo gloriosus Thomas pro sua ecclesie juribus militavit Altissimo, quem magnis venerabatur obsequiis, singulis autem matutinarum vesperearumque horis completis, ipsius gloriosi Thomae commemorationem agebat devotam: tamen cernens in spiritu sua proxima resolutionis eventum, ex humanitatis fragilitate agonizabat in mente. Demum gratia confortatus divina, jam completis suis canonicis horis, missam celebrari jussit, eamque devotissime audivit: personaliter etiam ob gloriose virginis Mariæ reverentiam, humili confessione præcedente, missam celebravit. Elapso sabbato proximo die, præmissa sanctæ Crucis signaculo, equum ascendit, Christi nomine invocato, pergens usque ad nonam ad plantam quamdam a Sperrinbergo per quatuor milliaria distantem. Et infra: Inimici autem irruerunt in eos in fugam conversos, aliquibus captivatis, aliis ab eorum manibus liberis factis. Ipse vero captus ad viciniam ductus fuit, quinque vulneribus lethiferis sauciatus nov oleo & vino fortis, sed pluvia maxima madidatis. Quamdiu caro tenuit spiritum devotissimis orationibus animum habebat intentum suisque carnificibus indulgendo pro eis Deum suppliciter exoravit. Tandem dicto: In manus tuas Domine, spiritum meum commendo; ductore Deo migravit ad Christum hora quasi vespertina completorii verisimiliter suo rutilanti sanguine pro suis defendendis ecclesie juribus Thomæ beato sociatus, cujus semper flagitabat martyrium imitari.

B. Thomam Cantuar. martyrem imitatus est.

Ejus corpus corruptionis expert manet.

Implorato ejusdem nomine celestis virtutes.

Elatum est illius cruentum corpus, ablutumque piorum lacrymis, ac solemniter pompa funebri in templo Urinensi sepulcro traditum: & quamvis nullis aromatis conditum fuerit, stectente anno, celesti monitu aperto sepulcro a successore Nicolao, repertum est a corruptionis labe immune: cumque multis miraculis ad eius nomen imploratum editis fulgeret illius gloria, iterum refoffum est sacrum corpus, ac post divinam rem peractam maximo Italarum, Sclavorum, Ungarorum, Germanorumque concursu in ara collocatum integrum adeo, ut vivus stare magna omnium admiratione videretur, omnibus ostensum est. Adjecit ejusdem patriarchæ vitæ author libellum, in quo celestes virtutes Bertrandi ope editæ narrantur publicis exceptæ tabulis, gravissimorum virorum testimonio, omnibusque loci, temporis, personarum circumstantiis confirmatæ: ubi narrantur varia morborum genera, quæ humanam opem respuebant, Bertrandi apud Deum suffra-

giis fuisse repulsa: atque inter alia cæcis oculorum usum fuisse restitutum. Quibus tabulis alia publica documenta addita sunt recentioribus temporibus conscripta, quæ Francisci Barbari patriarchæ Aquilejensis sigillo exeunte decimo sexto seculo corroborata sunt.

Audita Bertrandi cædis fama Albertus dux Austriæ, contracto raptim exercitu, Forojulium subegit (a), de quo meminit Cortusiorum historia (b), atque Aquilejam Utinumque Austriaco se subdidisse refert: ducalis enim scripii præfectus ad patriarchatum annitebatur (c), spe tamen irrita, cum Nicolaus Caroli Cæsaris frater ad illius ecclesie solium a Pontifice evehus (d) fuerit, a quo ditio patriarchalis maxima ex parte recuperata, poenæque de prædecessoris interfectoibus repetita (e).

Extremo anno Jacobus Carraria Paravii princeps inter medias epulas a Guiljelmo Carraria cæsus est, cujus necem Petrarcha eleganti oratione deplorat (f), atque e subito & insperato casu se ad humanæ felicitatis contemptum adduci testatur (g): Quoties, inquit, rationis passibus ad altissimam arcem æthereæ mentis ascendo, unde non minus quam e summis Olympi jugis nubes sub pedibus cernuntur, video qua hinc rerum caligine, qua errorum nube circumducti quantis in tenebris ambulemus. Video nihil esse, quo passim gaudemus, aut dolemus in hac vita, nihil quod tantopere cupimus vel horremus; nugæ meras, quibus angimur, larvas quas pueri fenæ expavescimur, auramque levissimam, que deicimur aut levamur, prorsus arandinea levitate video eam ipsam, que mortalium felicitas dicitur: præter virtutem solidi nihil esse, eam solam beatos facere, quos amplectitur, miserisque quos deserit, &c

In Neapolitano regno Ludovici Regis Ungariæ improvise adventu, domesticis dissensionibus Joannam Reginam ejusque virum Ludovicum Tarentinum, ac scoda Hugonis e Baucio prodicione in gravissimum publica res adducta discrimen pontificia sollicitudine demum, redintegritatis induciis, paulatim fuit restituta. Demanda primum est Guidoni tit. S. Cæcilie presbytero Cardinali ad Ludovicum Regem Ungariæ, qui e Dalmatia in Apurtium trajecerat, legatio: sed excussit ea vice impositum onus arduum Guido, quod Pontifex Anibaldo episcopo Tusculano A. S. L. imponere est meditatatus (b): a quo etiam de Beneventani agri spectantis ad ditionem ecclesiasticam limitibus edoctus, eos designatis vicorum oppidorumque nominibus apostolica autoritate, ut Clemens IV. antea cum Carolo primo erat pactus, circumscriptis edito subiecto diplomate (i).

(a) Mat. ib. Vill. l. 3. c. 87. (b) Cortus. hist. l. 10. c. 3. (c) To. 9. ep. fecr. p. 271. (d) Ibid. (e) Mat. ib. Vill. super c. 87.

XXI. (f) Petrarch. var. riar. l. 21. Cort. hist. l. 10. c. 4. Bonif. hist. Tarv. l. 10. (g) Ead. ep. 21. Ut humana contentenda sint.

XXII. Anibaldus in Neap. regno locatus mittitur. (b) To. 9. ep. fecr. p. 4. Beneventani agri fines a Clem. circumscripti. (i) Ib. ep. fecr. p. 8. & in lib. papyraceo p. 8.

Cle:

Clemens &c. ad perpetuam rei memoriam. Charissimam in Christo filiam nostram Joannam Reginam Sicilia illustrem latere non potest, quod in præstatione juramenti fidelitatis & homagii, nostro & ecclesie prædictæ nomine receptorum, ratione regni Sicilia per eam præstitorum, ipsa confessa est (prout prædecessores sui fecerant): recognoverat, & in illis partibus tanquam in publicam deductum notitiam notorium existit, quod felicitis recordationis Clemens IV. prædecessor noster in concessione per ipsum facta sub certis pactis, modis, & conditionibus Romanæ memoriæ Carolo comiti Provincia & Andegavia de regno Sicilia & terris citra pharum usque ad confinia terrarum Romanæ ecclesie prædictæ expresse & nominatim excepit, & a prædicta concessione exclusit civitatem Beneventanam, quam in signum directi & majoris domini regni & terrarum prædictarum sibi & præfata Rom. ecclesia retinebat cum toto ejus tenimento, districtibus, pertinentiis suis, distinguendis & limitandis per Romanum Pontificem pro ejus beneplacito voluntatis: cui distinctioni & limitationi, semel bona fide faciendis, ipse Carolus & successores suebare deberent absque contradictione & refragatione quacumque, prout ipsa distinctio per apostolicas literas appareret: quam civitatem Beneventanam cum toto tenimento & districtu, ut præmittitur, distinguendo voluit solum & in solidum ad jus & proprietatem, & in dominio ac demanio Romanæ ecclesie remanere, ut nec Reges Sicilia, nec quicumque alii in dicta civitate & ipsius territorio & pertinentiis & possent sibi jus aliquod quomodolibet vendicare, acquirere, recipere, vel habere seu etiam retinere, prout in literis apostolicis dictæ concessionis super hoc confectis ac registratis, aurea bulla impressa typario communitis dicti Caroli & omnium successorum suorum super receptione homagii & præstatione juramenti fidelitatis, & vassallugii, in quibus tenor concessionis prædictæ cum suis pactis, modis, & conditionibus inseritur, latius continetur.

Pontificum de ea re diplomata.

Ut patet sic Carol. I. pontificio decreto se ad hæsurum.

XXIII.

Extracta sit ea limitum definitio.

potuerunt ceptum negotium terminare, nosque olim attendentes, quod ex omissione, limitationis ac distinctionis districtus & tenimenti seu territorii prædictorum multa ecclesie præfata ac civibus seu incolis civitatis subactis nostris incommoda evenerunt, & dubitantur verisimiliter ampliora in posterum evenire, si limitatio seu distinctio hujusmodi ulterius differretur; ac volentes, prout tenemus, periculis futuris occurrere, & ecclesie prædictæ sponte indemnitatibus providere; venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Sabinenfi, tunc tit. S. Marci presbytero Card. A. S. L. commisimus, ut de tenimento, territorio, & districtu prædictis & eorum finibus se diligentius informaret, & informatione recepta, fines territorii, tenimenti, & districtus prædictorum nomine & vice nostris distingueret, terminis evidentibus appostitis in eisdem. Et licet dictus episcopus se per testes idoneos omni exceptione majores de tenimento, territorio, districtibus, & finibus prædictis diligenter informaverit, vocata ad hoc prædicta Regina legitime, & comparere per se vel idoneum non curante; tamen ipse legatus, infirmitate & alias legitime impeditus, fines prædictos distinguere non potuit, nec hujusmodi territorium terminare. Propter, quod postmodum non venerabili fratri nostro, Anibaldo episcopo Tusculano A. S. L. commisimus, ut super prædictis informatione recepta, auctoritate apostolica, & vice nostra fines, territorium, & districtus prædictæ distinguere procuraret. Qui licet se diligentius informaverit, ad distinctionem & limitationes tamen hujusmodi procedere noluit nobis super hoc inconsultis: sed informationes per eum super iis receptas nobis destinare curavit: ac nos, nolentes quod negotium prædictum tanto tempore periculose dilatum ulterius retardetur, informationes præcedentes per aliquos ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus videri & examinari fecimus diligenter; nihilominus nuntiantes eisdem, quod ex superabundanti se per testes idoneos, finium prædictorum habentes notitiam, de prædictis amplius informarent.

Commissa sit ea Bertrando Card. provincia

Et Anibaldo episcopo Tusculano.

Auditi sunt testes instructaque acta publica.

XXIV.

Descriptio decretoria Beneventanorum finium.

Facta itaque nobis per eos de prædictis informationibus relatione fidei, de fratrum nostrorum consilio ordinamus & declaramus, fines & limites, tenimentum & districtum seu territorium civitatis nostre prædictæ Beneventanæ existere & esse debere ex certa scientia limitata per modum & terminos infrascriptos. In primis castrum pontis inhabitatum, & inde ascendendo castrum Casalbani, castrum campi Lactarii, castrum Frangeti Monfortis, castrum Frangeti abbatis, castrum Montisleonis, castrum S. Severii, castrum S. Georgii molinari, castrum S. Andreae de Molinaria, castrum Petre-majoris, castrum Padula cum suo suburgio

T t t sive

Ann. Eccl. Tom. XXV.

for castali S. Archangeli, castrum Montismari, casale Timplani, castrum Apicii cum casalibus, castrum Merroni, castrum Venticani, castrum Montismilitum, castrum Montisaperti, castrum Montisfuculi cum casalibus, castrum Ruffi, castrum Altaville, castrum Capellan, castrum Petresturmini, castrum S. Martini, castrum Ceminarie, castrum Montisfarculi, castrum Totii cum casalibus, castrum Terlicosi cum casali Papisti & aliis casalibus & locis ac aliis supradictis, ad jus & proprietatem Romanæ ecclesiæ pertineant pleno jure, hoc salvo, quod si aliqui nobiles vel alii in castris, casalibus, locis, & aliis prædictis, vel intra ea & civitatem prædictam aliquas proprietates habeant acquisitas legitime, per hoc eis non intendimus derogare. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. VII. kal. junii pontificatus nostri anno IX. Data est archiepiscopo Beneventano provincia, ut hoc decretum mandaret operi, adversantefque nullo dignitatis discrimine habito censuris percelleret. Verum recruduit postea iterum lis hæc de limitibus Beneventani agri.

Instaurata postea eadem lis.

XXV.

Quod vero ad Anibaldum Cardinalem attinet; cum iustus esset proficisci ad Ludovicum Regem Ungariæ, ut eum ab expeditione Neapolitana abduceret, accinxissetque se itineri, in eo morte oppressus est, ut pontificiæ testantur literæ (a) pridie idus augusti exaratae. De quo Clementis vitæ auctor hæc narrat (b): Eodem anno obiit dominus Anibaldus de Cevano episcopus Tusulanus Cardinalis, qui Romam per prius missus fuerat per dictum Papam legatus & vicarius, ut ibi loco & vice sui pro illo tempore præsideret, & ubi expediret peregrini ad ipsum pro suis necessitatibus recursum haberent. Dicitur autem, quod toxico interemptus est Sublatum veneno vino infuso, consentiunt Matthæus Villanus (c) & Nicolai Laurentii vitæ scriptor, ex quo qui haustum sumptere interjerint. Addit (d) gestorum Clementis auctor de piis Anibaldi operibus: Ipse dominus edificaverat locum de Gentiliaco juxta pontem Sorgiæ & prope Avenionem, in quo constituerat & fundaverat cœnobium fratrum Calæstinorum, pro quorum sustentatione concedenti tam in vineis, pratis, molendinis, domibus, & censibus circumquaque, & etiam Avenioni existentibus multa acquisiverat, & ipsorum usui perpetuo deputaverat de bonis a Deo datis sibi pro suorum remissione peccatorum.

(a) To. 9. ep. fecr. pag. 26. Anibaldi Card. mors. (b) Gest. Clem. IV. apud Bosq. Creditus veneno sublatus. (c) Matth. Vill. l. 1. c. 88. (d) Gest. Clem. IV. apud Bosq.

De piis ejus operibus.

XXVI.

Averfa deditione capta, Ludovicus Ungariæ Rex Neapolim castrum promovit: cumque Neapolitani deditionem pacifici meditato durioribus verbis corripuisset imprudenter, ea res Neapolitano populo significata, magnos in ipsis irarum motus concitavit (e) adeo, ut bello prius decernere ac focos defen-

XXVI. Averfa capta ab Ungaro.

(e) Summon. l. 3. hist. Neap.

dere armis constituerent. Auzebat Neapolitanorum animos, conspectum esse Ungaricum exercitum admodum fame, morbis, ac squalore deformatum, ut vix equites hæere in equis possent: in Averfana quippe obsidione, cum illa extraheretur, dira fame attritus fuerat exercitus. Cumque in his angustiis res essent, Ludovicum ac Joannam contendisse a Clemente, ut legatos mitteret, qui Ungari Regis impetus atque iras sua prudentia frangerent, ad eosdem datæ literæ ostendunt (f). Neque ipsos sua fessilit expectatio: Guido enim episcopus Tusulanus, Anibaldi defuncti in ea dignitate successor, & Guillelmus S. Mariæ in Cosmedin diaconus S. R. E. Cardinales cum oratoribus Regis Ungariæ conventus habuere (g), in quibus de concordia agitatum est, ac nonnullæ propositæ leges, partim a Pontifice, partim a Rege Ungariæ, partim a Ludovico Tarentino & Joanna Siciliæ Regibus implendæ: quæ admodum gratæ & acceptæ Clementi cecidere; quæ enim suarum erant partium in opus perducendum Ungaro est pollicitus, ac suo exemplo ad servanda conventa illum provocavit (h): Cum nos, inquit, prout pertinet ad nos, articulos ipsos observare, ac observari facere inviolabiliter intendamus; serenitatem tuam instanter & attente rogamus; quatenus quid in hac parte honesti conveniat, quidque honoris tui debitum exigat, in debitam considerationem adducens, sic ea quæ ordinata sunt observes & impleas, quod progenitorum tuorum imitanda vestigia prosequaris, &c. Dat. Avin. II. kal. januarii anno IX.

Illius imprudentia in abalienandis a se Neapolitanis.

(f) To. 9. ep. fecr. pag. 76, 77. Habitum de pace colloquium. (g) Ib. ep. fecr. pag. 195.

(h) Ead. pag.

Quæ vero leges ad restituendam Siciliæ ceteriori pacem initæ, narrat Matthæus Villanus (i), & cum iis consentiunt, quas ineunte hoc anno agitatae vidimus: sanctæ nimirum induciæ ad kal. aprilis anni insequentis, quo regnum, diuturno evastatum bello, levi hoc solatio recrearetur, constitutumque ut vocaretur in jus Regina Joanna de viri Andree Regis necesse, ac si apostolica sententia damnaretur, regnum Siculum Ungaro Regi de manu Pontificis traderetur (consendum quippe tum erat ad sedem Apostolicam devolutum, nec successione ad Joannæ conjunctissimos sanguine spectare) si autem a crimine absoluta pronuntiaretur, omnes regni arces & urbes, quas Ungarus in suam potestatem redegerat, una cum a illis Regine restituerentur, refusis ab ipsa Ungaro ob bellicos sumptus trecentis aureorum millibus: denique ut Ludovicus Ungarus & Ludovicus Tarentinus ac Joanna e ceteriore Sicilia digrederentur (k). His constitutis Ungarum Apulia abcessisset, ac primum Romam ad Apostolorum limina & alia sacra Urbis loca Iustranda, promerendamque criminum expiationem, de-

XXVII. Sanctæ Induciæ. (i) Matth. Vill. l. 1. c. 94. Focderis leges. (k) To. 9. ep. fecr. pag. 220. Ludovicus in Ungariam se recipit.

deinde in Ungariam se contulisse, testantur historici (l). Restituti postea sunt libertati Siciliæ regis principes. Attulit vero Roberto Imperatori diuturnitas carceris graviora damna, Achaïam enim ac nonnullas Græciæ terras veteris imperii tenues reliquias, quas obtinebat in oriente, ac Tarentinum principatum nonnulli armis & prodione affectarunt: ad quorum reprimendas molitiones Pontifex Roberti dirionem in clientelam apostolicam ascivit (m). Cæterum Peloponnesum a Manuele filio despota occupatam his temporibus, testatur Cantacuzenus (n), dum civilibus dissensionibus ardebat, Turcæque eam barbaricis populationibus foedabat.

(l) Hist. ib. Vill. l. 1. c. 39. Bonif. dec. 2. l. 10. Barro. in notis ad hunc ann. (m) To. 8. ep. fecr. p. 187. Peloponnesus a Manuele despota occupata. (n) Cantac. l. 4. c. 13. XXVIII.

(d) To. 8. ep. fecr. p. 148.

Missi a Clem. Constantinopolim legati.

(e) Ead. l. 8. ep. fecr. p. 149.

(f) Ib. p. 50.

Constantinopol. proceres ad conjunctionem Rom. eccl. sollicitati.

movendam optatissimum ecclesiarum fœdus excitavit (g), proposita immortalis gloria, quam apud Deum & homines colligeret.

Nobili viro Coloranno Assani capitaneo civitatis Constantinopolitane gratiam in præsentem, quæ perducatur ad gloriam infuturo.

Si consideres, fili, quantum tibi in præsentem accresceres ad famam præconium, & in futuro ad meriti & salutem, si negotium unionis Latine & Græcæ ecclesiarum [quas antiquo schismate introducto divisionis caput & author scandali qui primum schisma suscitavit in celo, non sine damnatione innumerabilium animarum ab hætenus separavit] illo summo lapide angulari Christo Jesu, qui parietem utrumque connexuit, operationibus tuis infundente gratiam & promotioni præstante virtutem, per tuæ directionis studium finem perfectionis attigerit, ut speramus; profecto ad felicem tam salutariis operis consummationem nullis excitatis precibus, nullis exhortationibus provocatus, nullis præventis monitis, sponte curres operarias manus appones, sollicitus convertere studia, impendes etiam & labores. Si quidem cum, evangelica veritate testante, majus gaudium sit Deo angelis super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, quibus penitentia non est opus, quantis illa caelestis aula perfundetur gaudiis, jucundabitur quanta lætitia, & quantis tripudiis exultabit, eisdem Græcis ad Romanæ ac universalis & unica sanctæ Dei ecclesiæ redeuntibus unitatem, super conversione tanta multitudinis peccatorum? Cum autem, fili, pro ipsius promotione Deo grati negotii venerabiles fratres nostros Guillelmum Chiffinensem & Gaspertum Cenevensis episcopos Apostolicæ sedis nuntios exhibitores præsentium, viros utique probæ virtutis, eminentis scientiæ, & in quibus timor Domini sanctus permanet, ad Joannem Cantacuzenum & Joannem Palæologum Imperatores illustres & patriarcham Græcorum ipsorum sub spe divini favoris duxerimus destinandos; nobilitatem tuam monemus & hortamur in Domino, attentius deprecantes tibi in remissionem peccaminum expressus injungentes, quatenus dictos nuntios vel eorum alterum pro nostra & dictæ sedis reverentia benigne recipias, & eos circa hujusmodi eis commissum negotium promovendum feliciter consilii dirigas, auxiliis foveas, sibi que assistas favoribus opportunitis: ita quod præstante Deo negotium ipsum votivum perducatur ad exitum, tuque tanti princeps operis famæ gloriam, & salutis præmia consequaris. Dat. Avin. idib. Februarii anno VIII.

(g) Ead. pag.

XXIX.

Proposita totius ecclesiæ ex eo effusa exultatio.

Commendati internuntii.

XXX.

Provocati simillimis literis ad conatus omnes pro abrumpendis infelicibus

(a) Ead. pag. 149.
(b) Ib. p. 148.
(c) Pag. 148.
(d) Ibid.

De eod. ad Cantacuz. litera.

(e) Cantac. l. 4. c. 9.
Uelegati excepti fuerint.

(f) Cantac. l. 4. c. 9.
XXXI.
Eorum ad Græcos oratio.

De bello sacro in Turcas.

schismatis vinculis contendendos plures viri imperatoris aule proceres (a), tunc Joannes Palæologus (b) ac Joannes Cantacuzenus (c) Imperatores certiores facti Guillelmum ac Gaspertum episcopos ad ipsos & patriarcham mitti, quos hisce literis, inscriptis subiecta forma, Cantacuzeno commendavit (d).

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri gratiam in presenti, que perducatur ad gloriam in futuro.

Ad literas plures, quas nobis sublimitas tua misit, quas benigne recepimus, tibi per venerabiles fratres nostros Guillelmum Chiffinsensem & Gaspertum Censtensem episcopos Apostolicæ sedis nuntios exhibitorum presentium, viros utique probatae virtutis, eminentis scientiæ, & in quibus timor Domini sanctus manet, providimus respondendum; serenitatem tuam attente rogantes, tibi que fructus affectibus succedentes, quatenus que dicti nuntii vel alterorum tibi super contentis in hujusmodi literis & ambassatis per tuos nuntios nobis factis, & illa tangentibus, pro parte nostra retulerint, credas indubie: illaque sic prout speramus & credimus, ad effectum debitæ prosecutionis adducas, quo tua subditorum que tuorum salutem consulas, provideas & quieti. Dat. Avin. idib. feb. anno VIII. Habitosa a se honorificentissime cultosque internuntios, refert Cantacuzenus, (e) atque horum alterum Guillelmum nomine ex ordine Minoritarum, Hugonem vero de Spert ex Prædicatorum familia, fuisse, viros quos virtuti deditissimos fateatur. Dum vero in profanis literis apprimere versatos ait, sacris vero excultos prætermittit, id schismatici hominis invidiæ tribuendum est: theologice enim doctrinæ laude florentissimos ipsos extitisse necesse est, qui ad tantum opus designati: cum tunc maxime sacrarum literarum studium apud Latinos floreret, obsolevissetque apud Græcos, ut ipsorum de Thaborio lumine impia ac imperita decreta ostendunt. Quæ vero apostolicorum internuntiorum ad Græcos de bello sacro Turcis inferendo, deque Græcis ad ecclesiæ catholicæ gremium revocandis ad Imperatores, patriarcham, & Græcos habita fuerit oratio, ex Cantacuzeno accipiamus (f).

Quod de bello barbaris inferendo animum suum significavit, nimirum Cantacuzenus, & alii quidem ante ipsum Romanis episcopis fuisse id optatissimum: sibi tamen, Clementi scilicet, longe magis, crebroque ac multum super eo cum Italiae dynastis egisse, omnesque hortatum communiter ad opus unde Christianorum libertas a barbaris asservatur; & quod ad se attineat ad pecuniam & copias quantas maximas possit, omninoque ad sumptus non modicos pro sua parte conferendos paratum esse: nunc etiam

amplius ejus, nempe Cantacuzeni, legatorumque verbis exarsisse & gratias agere, cum se ad barbaros pro Christi fidelibus expeditione laceffendos adeo propensum demonstret. Quod si præter alia bona, que Romanis, ita Græcos vocat, conciliare enitatur, etiam ecclesiæ concordia devincere conetur, ut divisæ Christi membra per eum congruenter, non hominibus dumtaxat universis, sed cælestibus etiam potestibus, ipsique Deo id magna voluptati futurum. Hactenus Papa per legatos episcopos. Ad hæc plura cumulat Joannes Cantacuzenus, ut orientalis ecclesiæ a Romana disjunctionis crimen extenuet: responditque apostolicis internuntiis non coheruisse tentatam a Joanne Palæologo Imperatore conjunctionem ecclesiarum, cum id imperiali tantum autoritate enifus esset; nec Lugdunensi concilio orientalis ecclesiæ præules, sed paciores oratores interfuisent: celebrandam œcumenicam, ex utriusque ecclesiæ præsulibus synodum in Latini Græcique imperii consensibus videri, & quæ in ea fuerint de dogmatibus constituta, sancta ab utriusque habitum iri; neque alia ratione populos de veteri sententia discessuros: Nec mihi, subdit Cantacuzenus, aliquando persuaderi patiar, ut antequam congregata synodus œcumenica, que secure credenda sunt decernat, etiam ipse novitates confectet, & alios ad id cogam: idque non propter ecclesiæ & universitatem Christianorum modo, sed & propter me ipsum, etenim sic sum comparatus, ut credere velim omnia, que commune episcoporum iudicium & sententia de fide constituerit. Extra hoc nulli me novitati addicam, & cum episcopos omnes, tum alios ecclesiasticorum dogmatum defensores ac patronos hoc propensissime facturos opinor; sin autoritate imperiali compellantur, aures obturatos, ut nec primam vocem excipiant. Quamquam nec apud vos mihi fidem habitum iri puto, si ita leviter nulloque examine dogmati vestro subscripsero: qui enim parum constanter inhaeret, & paratus est deserere que majores illi traderunt, & in quibus est educatus, quæ quæso teneat de recentibus fidem? Quocirca necessarium arbitror, si idem vobis probabitur, super rebus adeo magni momenti orientalium occidentaliumque episcoporum conventum œcumenicum celebrari.

Subjecti Cantacuzenus de loco celebrandi concilii nullum videri opportuniorem, quam maritimum in utriusque imperii finibus, quo Pontifex cum occidentalibus præsulibus, patriarcha Græcorum cum orientalibus accederent. Expetita jam ante hujusmodi synodus fuerat a Benedicto XII. urgente Andronico Imperatore, ut vidimus (g), neque eam laudarat Pontifex, cum plura incommoda oriri viderentur si Græci

Inflammando ecclesiarum fœdere.

Petita synodus œcumenica a Cantacuzeno.

XXXII.

(g) A. C. 1339.

Curante a Benedicto repulsa iis postulatis data. Nunc admissa sint a Clemente.

(a) Cantac. l. 4. c. 9. Mandata postea operi ab Eugenio.

(b) To. 9. ep. fecr. p. 39.

Cantacuzeni ad Clementem legationem completa honorifice.

(c) Ead. pag. XXXIII.

Armorum fœdus contra Turcas redintegratum.

ci infecti heresi & schismate in decidendo dogmate calculum ferrent; atque etiam decisa jam ab aliis conciliis fidei capita revocari in dubium viderentur: admissa autem est a Clemente cupidissimo abolendi veteris schismatis conditio, cum veritas orthodoxa non revocanda in dubium esset a catholicis, sed exponenda schismaticis, argumentisque theologis confirmanda. Non potuit hujusmodi synodus celebrari a Clemente, cum primum ob bella Italica extrahenda in aliud tempus fuerit (a), deinde pium hujusmodi desiderium mors oppresserit. Post longam annorum curricula ab Eugenio IV. habita est, ac tamen Græci paulo post ad vomitum rediere, de qua suo loco fuse agemus. Ad significanda Pontifici quæ apud Constantinopolim inter Imperatores, patriarcham, & internuncios apostolicos de cogenda synodo atque aliis agitanda Cantacuzenus Bartholomæum Anconitanum oratorem ad Clementem legavit: cui rescriptis Pontifex, jam eam ob causam Joannem Coronensem & Antonium Gajetanum episcopos missos, quibus arcana animi pandi posse significavit. (b)

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri gratiam in presenti, que perducatur ad gloriam in futuro.

Venientem ad nos dilectum filium Leonardum Baribolomæi de Ancona civem Constantinopolitanum nuntium tuum, familiarem nostrum, exhibitorum presentium, & literas tuas nobis exhibitas, per eundem contemplatione tua benigne recepimus, & que ipse pro parte magnitudinis tue nobis exposuit viva voce, audivimus & intelleximus diligenter. Super quibus eidem magnitudini respondemus, quod nos jam dudum venerabiles fratres nostros Joannem Coronensem & Antonium Gajetanum episcopos Apostolicæ sedis nuntios & Leonardum prædictos, sicut præmittitur, ad te duximus destinandos; quibus tuum secure aperire animum, & per quos tuam nobis significare fiducialiter poteris voluntatem. Dat. Avin. IV. kalend. julii anno IX. Conceptæ sunt eadem verborum forma aliæ ad Matthæum Cantacuzeni majorem, natu filium, Andronicum Asianem, Joannem & Manuelem hujus filios auctoritate in Græcorum imperio florentissimos, datæ (c).

Inter hæc autem ad retundendos Turcarum impetus, ne in Europam copias trajicerent, ac Smyrnam in ora Asiæ defendendam, dum ad eosdem barbaros majori virium mole invadendos cum Græcis fœdus tractabatur, novam armorum societatem pro sustentanda in Ægæo mari atque Hellesponto classe redintegrandam censuit Clemens ad decennium cum Andrea Dandalo duce Venetorum, Hugone Rege Cypri ac Rhodiis equitibus: constitutumque est, ut Veneti triremes tres, Rhodi

dii totidem, Cyprius duas instructas egregie tenerent: quem numerum nonnullis aliis Pontificem ut sacri authorem belli aucturum fuisse, haud dubium videri debet: de quibus hæc ad Hugonem Cyprium Clemens scripsit (d)

Clemens, &c. Hugoni Regi Cypri illustri.

Convenientibus tuis, fili charissime, & dilecti filii magistri & conventus hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ac nobilis viri ducis Venetorum nuntii & ambassatoribus pro negotio unionis inter te ac illos facienda invicem coram nobis; & tandem post tractatus varios, si per hoc habitos, eis volentibus & consentientibus, sub infra scripta forma per nos unione facta, quod rudas & magister & conventus tres, ac dux prædictus alias tres galeas gentibus & armis bene munitas, que infra kalen. Januarii proximo futuri apud insulam Nigripontis convenient invicem per decennium, continuum, ex tunc in antea computandum pro custodia & defensione fidelium orientalium partium & repressione Turcarum infidelium tenere debent; nos desiderantes attentius, quod negotium unionis hujusmodi felicem haberet, Deo juvante, progressum, venerabilem fratrem nostrum Raimundum episcopum Morinensem Apostolicæ S. L. ad partes illas commissis sibi plena legationis officio duximus destinandum, indulgentias & remissiones, alias transfratantibus in terra sanctæ subsidium concedi solitas, pro felici ejusdem prosecutione negotii concedere disponentes, &c. Datum Avin. XIV. kal. septembris anno IX. Rogavit (e) eundem Regem ut ad Smyrnæ prædicatorios milites sustentandos quartam sumptuum partem conferret: cumque fama dissensionis inter ipsum ac Petrum filium comitem Tripolitanum exorte ad Pontificem pervenisset, ad illam diligentissime sopiendam eum hortatus est (f): tum flagitanti, ut regio nomine triremes adversus infideles conduceret, navaturum se operam esse pollicitus (g): In conductione, inquit, galearum tuo nomine ad partes infidelium faciendâ, petitioni tuæ duximus annuendum; parati, quantum cum Deo possumus, ad alia quælibet convenientia votis tuis. Cæterum munera tui per eundem Percivallum benigne recepimus, & provide serenitati tuæ ante uberiores gratias agimus, quanto per illa devotionis, quam ad nos & Romanam geris ecclesiæ, affectionem cognovimus ampliorum, &c. Dat. Avin. XIX. kal. septembris anno IX.

Comparrandæ classis delignata ratio.

(e) Ead. to. 9. ep. fecr. pag. 117.

(f) Ib. pag. 76.

(g) Ib. pag. 78.

Missa a Cyprio Pontifici munera.

XXXIV.

Derivatas in sacri illius belli sumptus multas pecuniarias, quæ ob injustis artibus partas opes pœnitentibus infligebantur, ostendunt licet ad Andream priorem S. Pauli A. S. N. scriptæ (h), cui data provincia est, ut Etruscos ac Ligures

De eo ad Cyprium Regem jam litera.

(d) To. 9. ep. fecr. p. 84.

Comparrandæ classis delignata ratio.

(e) Ead. to. 9. ep. fecr. pag. 117.

(f) Ib. pag. 76.

(g) Ib. pag. 78.

Missa a Cyprio Pontifici munera.

XXXIV.

Male parta in sacrum bellum derivata. (h) To. 8. ep. fecr. pag. 215.

(a) To. 9. ep. secr. p. 142.

(b) Ib. pag. 117. Raimund. Morinor. episc. creatus orientis legatus. (c) Ib. p. 76.

(d) Ib. p. 38.

Fidelibus contra impios ope-rem ferre iussus.

(e) To. 9. ep. secr. p. 89.

(f) Ib. p. 398.

res, qui in vetito taxillorum ludo lucra quaesierant, aliqua pecuniae vi in bello Turcico collocanda multatos absolveret, & Andreas Dandalus Venetorum dux vim auri ingentem, quam Bertrando olim patriarchae Aquilejensi solvere obstrictus erat, in sacri belli sumptus iustus (a) convertere. De trirēibus vero instruendis in Turcas, Smyrnenſi praedidio suppeditanda quarta stipendiorum parte, designato in orientem legato, ad eundem Venetorum ducem ac Rhodiorum equitum magistrum extant literae (b). Demanda itaque est orientalis legationis provincia Raimundo Morinorum episcopo. (c) In diplomate vero apostolico de legatione in oriente obeunda ingentem sacri in Turcas belli necessitatem exponit, cum Turcae calamitates suis excursionibus Christianis intulerint, atque ita repressi sint barbarorum conatus, ut nisi in coepta egregia incumbant fideles, majorum malorum terror ab illorum furore impendat. In quibus vero regnis legati munus sit Raimundo impositum, his verbis Clemens designat (d): Tibi in toto regno Cypri, & in Cretenſi, Patracenſi, Athenienſi, Thebano, Corinthienſi, Colossenſi, Nicxenſi, Corbhenſi, Duracenſi, Neopasenſi, & Neopatria archiepiscopatus, & eorum provinciis antedictis, & alias in toto patriarchatu Constantinopolitano praedicto pro subsidio fidelium & partium earundem plenae legationis officium auctoritate apostolica committimus per praesentes: ut ibidem, auctore Domino, recta regens, & dirigens indirecta, & aspera convertens in plana, sicut diligens cultor edifices & plantas, evellas & destruas, dissipes & disperdas quae pro promotione dicti negotii, morum, & ecclesiarum, ac ecclesiasticarum personarum regni & provinciarum praedictarum reformatione ac statu, & alias ad legati officium pertinent, & sicut tibi Dominus ministrabit. Dat. Avin. vi. kal. junii anno ix. Commendatitiae sunt de eodem legato ad eorum regnorum ac provinciarum praesules scriptae literae (e), quibus stipendii nomine, ut decem aureos in dies singulos suppeditarent, data imperia. Allicere ad sacrum memoratum foedus in Turcas conatus est Pontifex Genuenses, ac Joannem Valentem eorum ducem excitavit (f) ut quem fidei amplificandae pium ardorem conceperat, explicaret; paratos enim Andreae Dandali oratores ad societatem armorum cum ipsis ineundam: Novimus, inquit, filii, testimonio fidedigno multorum, quam magnam ad exultationem catholicae fidei, & repressioem ac exterminium infidelium, & specialiter Turcorum, qui adversus eandem fidem & fideles Christianos conatus suos indefinenter exercent, habeas voluntatem: propter quod te ad hac promptiorem invenire con-

fidimus & speramus. Cum itaque ambassatores dilecti filii ducis Venetorum, qui apud sedem Apostolicam morantur ad praesens de unione facienda vel instauranda contra Turcos eosdem potestatem inter caetera se habere dicant; nos desiderantes atente, quod hujusmodi unio instauretur; & sperantes, quod tu, prout tua quoque interest, cum nostra circa hoc voluntate concurras, nobilitatem tuam atente rogamus, quatenus velis aliquos nuncios sufficienti potestate suffultos ad unionem tractandam & instaurandam hujusmodi hac transmittere, vel nuncios tuis apud sedem Apostolicam constitutis eandem illam tractandi & faciendi plenam tribuas potestatem, &c. Dat. Avin. non. maji anno VIII. Lugeant ac discant Christiani, quanta ipsis exitia mutuae afferant discordiae: intercedebant Genuensibus odia cum Tartaris Ponti Euxini accolis, Venetis vero cum Turcis Asiaticis, neque ambo adversus hos infideles auxilia sibi invicem, ut par erat, communicarunt: sed Turcae Tartarique ad utrosque ex oriente depellendos foedera firmissima inter se coierunt: ut Christi oraculum (g) verissimum eniteat: Filii hujus seculi prudentiores filii lucis in generatione sua sunt. Immo ij, ut se mutuo impellerent in exitium, barbaros in furoris, & Christianorum carnificinae societatem exciverunt, ut suis locis dessebamus. Horret vero animus cruenti belli, quo uterque attritus populus, pessumdato religio, & ceptum in Turcas a Pontifice bellum dissolutum est (quod quidem a Christi vicario non sine divino impulsu agitatum, ob ipsum intermissum tot amplissima Christiana regna a barbaris subacta ostendunt) meminisse funesta initia, quae hoc anno, insectantibus aperto bello Genuenses Venetis, eruperunt jussu Andreae Dandali ducis, de quo Petrus archiepiscopus necessitudinis vinculo conjunctus, ac belli diffusor vehementissimus, enumeratis virtutibus addit: (h) Uno tantum offendeat, quod belli studio, in Genuenses nimirum aemulos, ardentior erat, quam natura & suis moribus conveniret. Sed nec minus Joannes Valentius Genuensium praefectus censura dignus, qui cum potuisset belli causas praecidere, pontificia sequi monita neglexit; unde sua dignitate arcano Dei judicio ob rem male gestam deturbatum referunt: rogatus enim ineunte vere, ut oratores ad sedem Apostolicam legaret ad componendas cum Venetis controversias, ineundumque in Turcas foedus, cum ad id Veneti parati essent, contempsit: quare iterum kal. aug. Clemens Valentium ipsum, ac senatum & populum Genuensem, propositis ob oculos rei Christianae excidiis, his precibus pullavit (i), ut oratores mitterent: Attendentes, inquit, quatenus ex-

Solicitati Genuenses ad lociandas cum Venetis vires in Turcas.

XXXV. Horridus Christianorum se mutuo laniantium furor.

(g) Luc. 16.

Belli inter Venetos & Genuenses exordia.

(h) Petrarch. lib. variar. ep. 18. Dux Venetus ad iras promptior. Genuensis praetor culpa non vacuus. Sprevit inire foedus cum Venetis adversus Turcas. (i) To. 9. ep. secr. p. 66.

Rogati a Pont. Genuenses, ut dissidii causas praecidant.

XXXVI. Naumachia Genuens. & Venetor. in oriente.

(a) Cantac. l. 4. c. 26. Mart. ib. l. 1. c. 83. Cause discordiae.

(b) Cor. us. hist. l. 10. c. 7.

vestra & ipsorum, ducis & communis Venetorum periculosa discordia dispendia mala & pericula, quae avertat Dominus, nascentur & praesertim Christianis fidelibus transmarinis; & provide ac ex specialis charitatis zelo, quo ad vos & illos afficimur, summopere cupientes, quod inter vos & illos sublata qualibet occasione discordiae, pax & unitas perseverent; ac sperantes, quod vos in his pro utilitate communi debeatis promptioribus studiis consentire, universitatem vestram requirimus & hortamur, atente deprecantes, quatenus aliquos nuncios & ambassatores vestros ad haec, auctore Deo, complenda feliciter habentes plenariam potestatem ad nos sine dilationis studio destinetis. Datum Avin. kal. augusti anno IX. [1]

Interea in orientali mari Venetae trirēmes in alias Genuenses onustas mercibus incurrere. Idque funestum apertum belli fuit initium, cum antea tacitum esset, atque a privatis potius, quam a senatu populoque gereretur: ac Pontifex ne erumperet haecenus obstiterat. Cur vero Venetorum bellum Genuensibus, quos oratores ad sedem Apostolicam pro controversia sedanda mittere distulisse vidimus, intulerint, enarrat Cantacuzenus Imperator (a) repetitis primis illius exordiis, liris causam eam fuisse, cum Genuenses arcerent Venetos Tanae emporio commercioque cum Scithis, a quibus gravem acceperant injuriam apud Tanam ex rixa cum Saracenis oborta, ac dein gravissimo bello, quo Cassam oppugnatam vidimus, petiti fuerant; de quo haec habet Cortusiorum historia (b): Inter eos cepit discordia MCCCL. negantibus Januensibus Venetos debere navigare per mare magnam rationibus & causis, de quibus coram Papa fuit disputa-

tum: sed propter eorum superbiam nihil potuit expediri. Tribuit etiam ejus belli causam superbiae Bizarrus (c). Ut vero accensae primae belli faces fuerint, describunt Cortusii: Mense septembris quadraginta galeae Venetorum contra quatuordecim Januensium pugnaverunt; decem capti, quatuor fugiunt, multi nobiles & plebei carcerantur in ponte nigro. Post hoc exercitus Venetorum ducitur contra Peram Januensium. Post hanc victoriam Januenses armaverunt quatuor galeas cum probis vasibus. Hi cum signis Venetorum incognitis Ni-gropontem intraverunt furtive, qui fractis carceribus liberarunt suos captivos, & post magnam praedam omnia combusserunt mense novembris.

Exsecutis inde cladibus, non modo Graecia Turcico furori prostrata, sed Armenia exposita Babylonis: a quibus oppressus Constantinus Rex crebris ejulatus occidentalium opem implorabat. Neque vero Armeni divinae justitiae in ipsos exercendae ultionis levem occasionem dederant, cum religionis acceptae a majoribus puritatem, novis erroribus infecissent. Ad quos expurgandos Pontifex, ut caelesti gratia conciliata, barbarorum impetus fortius retunderent, internuntios apostolicos miserat: qui licet strenuam navarint operam, haud tamen penitus pristinum religionis splendorem restituere potuerunt, nonnullis erroribus nondum evulsis, quos Pontifex a Constantino Rege atque Armenis damnari iussit; opemque exposcentibus nonnulla pecuniaria subsidia ex aërio apostolico ab Odone episcopo Paphensii suppeditari iussit: Nicosienſique archiepiscopo, injuncta provincia est (d), ut eos errores ejurandos ab Armenis, hosque stipeudiis in Babylonios militaribus levandos curaret.

Superbia utriusque populi fons universi mali. (c) Bizarrus de bello Veneto l. 2. Genuens. trirēmes captae a Venetis. Genuenses diripiunt Chalcedem & suos liberant. xxxviii.

Varii errores apud Armenos sparsi.

Excindendos curat Pontifex.

(d) To. 9. ep. secr. p. 131.

NOTAE [1] A Gendum hic suscipit Annalista de bello quod Venetos inter & Genuenses hoc anno arde- dere cepit: sed cum nonnulla de illo scribat quae fidei sunt subleita, ideo rem totam expandere ante lectorum oculos visum est. Igitur non ante multos annos Veneti ac Genuenses concepta in Tartaros similitate, inter se convenerant, ne quam deinceps navigationem ad illos susciperent. Sed non diu post Veneti pactorum obliti, rebus cum Tartaris clam compositis, intermissam navigationem palam resumserunt. Quae res in eos odium Genuensium concitavit; ex quo natae inter eas gentes insectationes, dein in bellum proruperunt. Primo quidem dissidiorum arbiter pontifex quaesitus fuit, qui per destinatos judices pronuntiavit communem fore utriusque nationi navigationem; sed cum id grave Genuensibus visum esset, Venetorum trirēmes tres ad Tartaros hoc anno vellicantes cum trirēibus XII. aggressi eas vicerunt occupaveruntque. Cladem hanc ulteri Veneti naves XV. armarunt quae in Ligulicum mare excurrentes, Ligurum urbes, & pagos terrore, igne, & cadibus compleverunt. Tum auctae viribus & numero, nam XXV. supputat additio ad Dandulum in Codice Ambrosiano, & XXXV. Stella in Annal. Genuens. in Graeciam iter direxerunt, qua in navigatione in classem Genuensium navium XIV. incurrentes decem ex ea naves eriperunt. Quatuor reliquae Chium evasere. Veneti Peram urbem & regione Bisantii Genuensibus frequentatam tetenderunt; sed urbe frustra tentata regressi sunt Venetias, ait continuator Danduli Ambrosianus. Interim Genuenses trirēmes (quod initio sequentis anni accidisse scribit Ferrarientis in Polyhistoro cap. XXXVII.) novem in Insula Chio armarunt, duxeruntque Nigropontem, Venetorum urbem, quam furtive ingressi, depopulati sunt una secum praedam ingentem cum Venetis navigiis XXIII. in insulam Chium transferentes. Haec omnia in unam historiae seriem deduximus ex iis quae Scriptores varii, & corvi per partes singuli tradiderunt. Se- lecta sunt autem ex Polyhistoro Bartholomaei Ferrarientis, qui ad annum usque 1367. pertrahit, vulgavitque Martiorius Rer. Italic. to. XXIV. & continuatore Danduli Ambrosiano, & Stella in Annal. Genuensibus. MANSI

Clemens, &c. venerabili fratri Philippo Archiepiscopo Nicofensi.

Constantinus Rex illustris & Catholicos Armenorum, jamdudum nobis per suas literas supplicavit, ut adversus insultus & persecutiones paganice feritatis, quibus se ac populum suum indefinenter opprimi assererent, providere sibi de alicujus subventionis auxilio dignaremur. Nos autem memoratis Regi & catholicis ac populo, quos involutor multis erroribus aliqui assererent, spiritualiter primo subvenire volentes, venerabilem fratrem nostrum Joannem archiepiscopum Pisanum, tunc electum Mothouiensem & bone memorie Antonium episcopum Gaetanum Apostolicæ sedis legatos, viros sicut experientia didicisti profunde scientiæ, commissis eis plenæ legationis officio, ad eosdem Regem & catholicos & populum duximus destinandos, ut ipsi Rex & catholicos salutaribus eorumdem legatorum monitis ab erroribus ad viam rectitudinis revocati & adjuncti catholice unitati potentiis eisdem paganis resisterent & nos eis opem salutaris auxilii favorabiliter præberemus. Cumque dicti legati se ad partes illas personaliter contulissent, & præfatus archiepiscopus eodem Antonio interim, sicut Domino placuit, sublato de medio, ad nos successu temporis rediisset, relatione sua comperimus, quod dicti Rex, catholicos, & populus adhuc in multis a veritate catholice fidei aberrabant. Sed quamvis ex tunc ab eorum erroribus iidem Rex, catholicos, & populus minime respuisse dicantur, sicut per quasdam literas missas & scripturam exhibitam nobis luculenter apparet; ipsi tamen adjicientibus prioribus supplicationibus iteratæ supplicationis instantiam, nos pie compatiens eisdem, & sperantes quod ille Pater luminum, qui via, veritas est, & vita, ipsi spiraculum inspirabit, ut diabolice fraudis confutatis erroribus, ad viam perveniat veritatis, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Regi populoque, cum ipse ac dicti catholicos & populus aliquas recognitiones super aliquibus, quibus ab ejusdem fidei discrepant veritate, fecerint juxta formam, quam tibi per proprios nuncios seu nuncium, auctore Domino, transmittemus, per venerabilem fratrem nostrum Odonem episcopum Paphensem Apostolicæ sedis nuntium, sex millia florenorum auri de pecuniis camera nostræ tradi & assignari facere non omittas: nos enim dicto episcopo damus per alias nostras literas in mandatis, ut ad requisitionem tuam dicta sex millia florenorum eidem Regi tradere & assignare procuret. Dat. XVI. kal. octobris anno IX.

Delegatis ad eos transmissis.

Subsidium auri Armenis erogatum.

Levia erant hæc contra immanem Babyloniam, Ægypti, Syriæque soldani potentiam auxilia: atque ideo majora Armenis comparare omni studio annitebatur Pontifex, Anglorum nimirum & Francorum arma convertere in barbaros. Cum itaque anno superiori Constantinus Rex Constantium ad sedem apostolicam ac Reges misisset, Clemens hoc ineunte Edwardum Anglorum Regem, quem Gallos ab expeditione Asiatica conjungendis cum Armenis, Cypriis, ac Rhodiis in Babylonios retardasse vidimus, hortatus est (a), ut Armeni oratoris postulari facilem se impertiret: Dilectus, inquit, filius nobilis vir Constantius miles & nuncius charissimi in Christo filii nostri Constantini Regis Armenie illustris, lator præsentium, super calamitatibus & angustiis plurimis, quibus in illis partibus pressus est & premitur graviter sub iugo Babylonie tyrannidis residuus & pusillus populus Christianus, quas seriose nobis explicuit, ad præsentiam tuam venit. Quocirca serenitatem tuam rogamus & hortamur in Domino, quatenus eundem nuncium pro divina maiestatis reverentia & nostra interventionis obtentu ac tue quoque consideratione salutis benigne recipias, & de innata culmini regio pietate honestis petitionibus ejus circa hæc favorabilem, quantum cum Deo poteris, impartiaris assensum. Dat. Avin. xv. id. Januarii anno VIII. Non Anglum modo adibat Constantius, sed Philippum etiam Francorum Regem, cui pariter eadem preces a Clemente porrectæ (b). Cumque ex Anglica & Gallica aula rediret in Armeniam orator, Pontifex ad Constantinum Regem scripsit, ipsum a Constantio accepturum quæstionem a se essent posita, ut ille votorum compos fieret, auxiliaque in Armeniam compararentur. Desudatum ob id summa contentione fuit a Clemente, ut Edwardum ac Philippum conciliaret: dataque XII. kal. aprilis Guillelmo Bracharensi & Joanni Brundisino archiepiscopis provincia (c) ut pacis fœdera inter Reges tractarent. Visus est Edwardus ad concordiam propendere, ut ex ejus literis colligebat Pontifex: qua ex re perfulsus gaudio iisdem archiepiscopis significavit (d), ut magnis animis ad tractandum fœdus incumberent, de quo suis etiam Edwardus imperia daret. Graves porro Philippi & Eduardi Regum controversiæ hoc colloquio dirimi non potuerunt: sed biennales induciæ pactæ (e), constitutumque est ut excurrentibus induciis Reges ad sedem Apostolicam pro fœdere coeundo oratores mitterent.

XXXVIII. Missus a Constantino Rege ad occidentales orator.

(a) To. 8. ep. fecr. p. 125.

Rogatus Eduardus ut tuenda fidei sacraret arma.

(b) Ead. pag. Promissa a Pont. Armenis auxilia.

(c) To. 9. ep. fecr. p. 138.

(d) To. 8. ep. fecr. p. 184.

(e) To. 9. ep. fecr. p. 25.

(f) Paul. Emil. in Jo. Reg. Franc. Induciæ Gallos inter & Anglos inita. Regis Franc. mors.

XXXIX.

Verum inter hæc Philippus e vivis est ereptus [1] (a), de quo hæc Clementis vitæ scriptor (b): Philippus recepit in uxorem Blancam filiam Regis Navarrae, Caroli nimirum defuncti, cum qua modico tempore mansit: nam infra annum a tempore contractus, videlicet anno MCCCL. mortuus est, dicta Blanca gravida remanente. Cui successit in regno Joannes dux Normannia suus filius primogenitus. Delinire illius de morte patris conceptum dolorem natus est Pontifex consolatoriis hinc iteris (c), atque ad regias virtutes amplectandas provocavit. Charissimo in Christo filio Joanni Regi Francie illustri. Amarecavit nos, fili charissime, ac turbavit in intimis, clara memorie Philippi Regis Francie patris tui de hac luce transiit, quem tua nobis literæ reserant: memores enim quanto nos ille in minoribus constitutos charitatis aspectu dilexit, & quanta postquam divina gratia ad gerendum officium apostolice servitutis evocatus, devotionis fuit sinceritate reverentis, dolemus nec immerito vehementer. Sed & tibi quoque, fili charissime, quem in tantumque tenerrime te amantis patris intuitu immensi doloris scimus acerbitate conspersum, ex paternæ charitatis officio condolemus. Verumtamen quoniam amara morsis immitti sententia juvenes parere compelluntur & senes, nos attendentes, quod ex recida vite fructuosus palmites Domino concedente superant; quodque idem Rex voluit princeps catholicus antecessorum more suorum in timore Domini laudabiliter vivere, laudabiliter in illius etiam timore decessit, postquam dolori, quantum licuit, ex humanitate indulsumus, in eo, qui deest & abstulit, consolamur sperantes, quod ipse post curas & sollicitudines, post cædia & labores, que in vitæ hujus militia, velut in agone quodam, expertus est, susce-

NOTE:

[1] Decessit hoc anno Philippus Gallorum Rex, cujus gesta, ad res Ecclesiasticas quod attinet, sub ipsi lectorum oculis exhibens Spondanus ad huac annum, satis demonstrat Ecclesiasticorum hominum jura mirus sancte servasse; Nam præterquam quod Ecclesiasticas decimas corrose, manus etiam haud abstinuit ab ipsis Ecclesiæ Praefatis, Petro nempe, Bernardo, aliisque nonnullis S. R. E. Cardinalibus, eo quod adversarios illos experiretur in edictis nonnullis contra Ecclesiæ jura latis. Quibus præpostere gestis earum rerum gloriam, quæ pro Ecclesiæ juribus servandis sub ipso Regni exordio præstitit, quæque illi nomen Optimi Catholici ab ipsis Episcopis collatum præmeruerant, nonnihil obscuravit. Videtis Spondanum ad A. 1329: 15: Obiit die XXII. Augusti, ut Spondanus exterique notant, liberis duobus ex priori conjugè Joanna Burgunda relicta; Joanne scilicet regni successore, & Philippo, quem vivens pater Aurelianensem ducem renuncijaverat, mortuus vero, & Valesii comitem instituit. Ex Blanca Navarrae, altera conjugè, filiam unicam post patris obitum natam reliquit. Vacuum solum occupavit Joannes II. cui Boni cognomen virtutes omnes, sed maxime sinceritas præmeruerunt. Unctus est in Regem die XXVI. Septembris, hoc anno in Dominicam incidente, ex quo corrigendus Continuator Nangii, qui Dominica die coronam donatum Joannem ferens, diem tamen XXV. Septembris signat; legendum esse enim diem XXVI. ex modo dictis satis constat. Verum licet ea primum die plenum regni jus obtemperata Regni corona accepit, Clemens tamen Pontifex in literis ad illum ante eam diem scriptis, & ab Annalista hic relatis non electum Regem ut mos obtinebat Romanorum pontificum, sed regem sine addito appellat, quod admiratione dignum est. MANSI

peus inter choros & agmina angelorum, & in Abrabæ sinu deductus, eterne felicitatis gaudiis fruatur, & quietis perpetuæ munere gloriatur. Quapropter serenitatem tuam hortamur in Domino, attentius deprecantes, quatenus hæc & alia, que consideratio tua indiscussa non præterit, intuens; & considerans etiam, quod fastigium regium, ad quod te successio paternæ hereditatis admisit, sicut multorum bonorum fuscibus illustratur, sic laborum plurium pondera sustinet, & curarum mœorem abiciat, dolorem pellat, & mœstiam quamlibet omnino deponas, ac virilem animum, ut principem decet, assumens, regni tui primordia in justitia & equitate stabilitas, ibronum tuum clementia roboret, & pietate confirmes, ecclesias & personas ecclesiasticas honores, earum jura custodias, immunitates serves, & augeas libertates: subditorum tuorum, & præcipue pauperum, gravamina horreas, injurias detestaris; & sic in omnibus strenue ac viruose te Regem exhibeas, quod omnia salubriter & provide regens & dirigens, operibus impleas nomen Regis, quatenus & in præsentis prosperis successibus affluas, & in futuro perpetuæ beatitudinis gaudiis, præstante Domino, cum sanctis & electis suis perfri merearis. Dat. Avin. xv. non. sept. anno IX. Fuisse Philippum in eogendis pecuniis veratissimum, refert Matthæus Villanus (d): monetas sæpius immutasse, decumas quinquennales expeditionis Asiaticæ specie invavisse, nobiles Gallos redegisse ad inopiam, atque in tantis bellicis sumptibus abundasse auro, ut dum parte alia Anglus ipsi plura eriperet, plura ipse regno adiceret: Montem enim Pessulæ, num coemisse vidimus, ac delphinatum Viennensem Umberti principis dono comparasse; quem quidem principatum ut sibi assereret Joannes successor, antea Normannia dux, perfecit ut delphinus, qui

Adhortatio ad gerendum probe regnum.

(d) Matth. Vill. super c. 75. Philipp. in exurgendis populis o-pibus veratissimus. Montem-pessul. & Delphinatum regno ad-junxit.

(a) Gesta Clem. VI. apud Bosq.

XL. Qua lege traditus Gallo is principatus.

Ut delphinus Prædicatorum in ordini se ad dixerit.

Creatur patriarch. & archiepiscopus.

(b) MS. bibl. Vat. sig. num. 3765. in Clem. VI. (c) Reb. dorf. in annal.

Tres ordines eodem die suscepit.

(d) Mat. th. Vill. l. 1. c. 26. (e) Alb. Arg. in chron.

Joannes Rhemis inunctus.

(f) Mat. th. Vill. l. 1. c. 75. Gesta Clem. VI. apud Bosq. Alb. Arg. in chron. Paul. F. mil. in Jo. Rege.

inter Prædicatores vite religioſæ poſtre- ditum ab expeditione Turcica inglorius reverſus ſe addixerat, ſacris ordinibus hoc extremo anno a Pontifice initiaretur, Rhenſisque eccleſiæ præſiceretur, ut narrat Clementis vite ſcriptor anonymus (a).

Deo ſic permittente nihil proſicere potuit, ſed vacuus rediens deliberavit mundum relin- quere & ſtatum mutare, elegitque inha- bitu regulari Domino deſervire: prius ta- men diſpoſuit & ordinavit de ſuo delphi- nato modo ſubſequenti: videlicet, quod eo ipſum relincente ſibi in eo ſuccederet Rex Francia & ſui perpetuo in regno ſuc- ceſſores, hac adjecta etiam conditione, quod ſemper remaneret in manibus & regimine Regis vel filii ſui primogeniti, qui erit vel ſperabitur eſſe in regno ſucceſſurus. Facta autem huiusmodi ordinatione, religioſus ef- feſtus eſt, & habitum Prædicatorum aſ- ſumpſit. Diſtus vero Papa demum ipſo in- ſtante & procurante Joanne Rege Francia memorato jam ſuo ſucceſſore effecto, fecit patriarcham Alexandrinum & eccleſiam Rhemenſem ſibi perpetuo commendavit: & cauſa ipſum magis honorandi, ne forte a præmiſſis in poſterum poſſit reſlire, in prop- ria nocte natalis Domini ipſum ad omnes ſacros ordines uno contextu ordinavit. His conſentanea referuntur in M. S. Vaticano (b). Diſcrepat ab iis Henricus Reb- doſius (c), dum patriarcham Antioche- num ait creatum: Servatum vero in eo factis initiando ordinem ita diſtinguit: Papa ipſum fecit patriarcham Antioche- num, & in prædicto feſto natiuitatis Do- mini, quod fuit in ſabbato, ipſum promovit ad tres ſacros ordines: in prima miſſa galli cantus ordinat ipſum in ſubdiaconum, in ſecunda miſſa ortus diei ordinat ipſum in diaconum, in ſumma miſſa in ſacerdo- tem, & eodem die ipſe delphinum miſſam celebravit, & poſt octo dies Papa ipſum epiſcopum conſecravit. Aſunt de eodem delphino Matthæus Villanus (d), Alber- tus Argentinſis (e), & alii quem inju- ria vilis ingenii nota ob principatum ab- jectum aſpergunt, quaſi vero ingentibus potius animis ad tantas opes contemnen- das opus non fuit, ac non ſit admiratione dignius, acceptum principatum virtutis amore reliquiſſe, quam ſi virtutē bellicā ſibi perperiffet. Illo vero ſacrato patri- archa Rex delphinatus Gallico regno ſine ullo mutationis metu cohæſit. Delibutum Rhenis balſamio regio Joannem mox a patris obitu refert Clementis vite auctor, ne ſcilicet Eduardus ex intempſtiva mora regnum turbaret: multum profuit ad con- ſtabiliendum ſolum numeroſa proles (f), quatuor enim filios ac tres filias ſucceperat. Arreptis ita Gallicæ rei gubernaculis a Joanne Rege, Pontifex ruendarum inter Francos & Anglos induciarum cu- pidus, ne ob novam rerum converſionem

vetus bellum ſerveſceret, internuncios apoſtolicos ad utrumque Regem legavit (g): qui pontificiis votis aſſenſere (h): induciæque inter ipſos ſunt confirmatæ & extractæ. Eduardus tamen, quamquam rogatus a Pontifice (i), ut ad ſedem Apoſtolicam pro ineundo foedere cum Jo- anne oratores inſigni auctoritate mitteret, excuſavit (k) liberi comiteatus ſyngrapha Regis Francorum ſidendum non videri, cum jam ante Anglicus ſocialis obruncat- us eſſet: ſed inter Bononiam atque Iſtrum locum colloqui deſignandum.

Interea celebratam ingenti pompa in Anglia S. Thomæ Herefordenſis epiſcopi translationem, refert Waſſinghamus his verbis (l): Eodem anno cum magna vene- ratione facta eſt translatio S. Thomæ Herefordenſis epiſcopi, Rege præſente cum non- nullis eccleſiæ Anglicanæ prælatiſ regni que nobilibus, & aliis plebeis in multitudine copiaſa. Tradit idem author initum hoc anno ab Eduardo maritimum prælium du- bia diu & ancipiti victoria cum Hiſpa- nis Cantabris. Cauſa belli fuit, Hiſpa- nos infeſtaſſe Anglicas naves in mari A- quitanico, damaque graviffima intuliſſe. Quam ulturus injuriam Eduardus in Hi- ſpaniæ oram cum inſtructa claſſe contem- dit: cujus adventu cognito Hiſpani ad bellum ſe impigre compararunt. Atrox fuit & diuturnum prælium, ac demum Eduardus eruentam victoriam retulit quarto kal. ſeptembris. Confirmantur hæc a Matthæo Villano (m) ejus temporis autho- re: quamquam Meyerus, victoriam Hiſpa- nis tribuit. Quæ quidem clades ſub Petri novi Regis initiis contigit.

Reliquerat magnum ſui deſiderium & iuſtum Alphonſus Caſtellæ & Legionis Rex menſe martio, cui ſi vita longior ſuper- fuiſſet, Mahumeticam ſuperſtitionem e Granatenſi regno ejus virtute exciſum iri, ſpes ingens pios omnes manebat. Præ- mebat tum obſidione Heracleam arcem munitiffimam, illuſque potiundæ expe- ctatione bellum urgebat; cum lues caſtra invaſit erexitque obſeſſos Saracenos. Sua- debant Joannes Lara, ac Ferdinandus Emanuel cedendum inopinatæ calamita- ti ac diſſolvendum exercitum: ac recupe- randæ arcis quam ipſo Rege amiſſam vi- dimus, fideique propagandæ ſtudium Al- fonſum incendebat, ac præteritæ felici- tatis memoria nitendum, contra adverſa, ſtrenuis viris reſpondit: nullibi hone- ſtius, quam in caſtris pro fide pugnantem moriendum occurrere. Correptus igitur lue paulo poſt maxima rei Chriſtianæ jactura, e vivis ſubtractus eſt: de quo hæc Mariana (n).

Hunc ergo vitæ ſinem Alphonſus Caſtella Rex eo nomine XI. octavo & trigeſimo æ- tatis anno habuit, ſi vita longior contigiſ- ſet, Maurorum reliquias exciſurus in Hi-

(g) To. 9. ep. ſecr. p. 105. Miſſi a Pont. internuntii pro concilianda pace.

(h) Translatio S. Thomæ Hereford.

(i) Ib. ep. ſecr. p. 175.

(k) Eod. to. p. 97.

(l) Ib. p. 178.

(m) Vval. ſin. in E. duar. III. Anglos inter & Hiſpan. in nava machia.

(n) Mar. th. Vill. l. 1. c. 99.

(o) Mar. th. Vill. l. 1. c. 41. Jo. Mariana. l. 16. c. 15.

XLII. Heraclea obſidione ab Alphonſo Rege. Correptus lue Chriſtianus exercitus.

(p) Mariana. ibid. Alphonſus ea exciſtus. Alphonſi elogium.

Templario- rum bona hæ- reditaria reſtitui hoſpitalariis juſſit.

Deſecta ab omnibus Chriſtiani- ſ ejus mors.

(b) To. 9. ep. ſecr. p. 5.

XLIII. Conſolatoriæ ad Reginam viduam literæ.

De inſi- gnibus il- lus tri- umphis.

ſpania, magniſque principibus comparandus rerum geſtarum magnitudine, ſcientia mili- tary, civili prudenzia. Unadomeſtica in- continentia ad reliquarum virtutum inju- riam non levem acceſſit. Vindicis nomen juſtitie amor ad populum conciliavit, ali- quando fortiaſſe nimis. Extincti Regis cor- pus, obſidione ſoluta, Hiſpaliſ relatum, & in Regum ſacello conditum; inde Cor- dubæ, uti mortuus teſtamento caverat. Eo- dem etiam caſiſſe, ut vetera Templario- rum bona, quæ Hoſpitalariis equitibus addita ab ipſo partim regie gazæ, partim chariſſimis aulicis aſcripta fuerant, reſtituerentur religioſis equitibus, quo a- nimum eo onere levaret, narrat Boſius; (a) verum ſucceſſores eorum bonorum dulcedine delinſtos, prædam e manibus non dimiſiſſe; quamquam ipſi ira divini Numinis intentata fuerit. Deſuncto tan- to Rege, Chriſtiano exercitui animus concidit, ſolutaque eſt Heracleæ obſidio. Sparſa vero Alphonſi obitus fama, non il- lum Hiſpani modo, ſed univerſi fideles luxere, ac præ cæteris jure merito Chri- ſti vicariæ immatuxam mortem deſtevit, ut ſubjectæ literæ conſolatoriæ ad Mari- am Reginam viduam datæ reſtantur (b).

Clemens, &c. chariſſima in Chriſto ſi- lia Mariæ Regine Caſtellæ ac Le- gionis illuſtri. Non miramur, chariſſima ſilia, ſi clara memoria Alphonſi Regis Caſtellæ ac Legio- nis viri tui de hac luce tranſiſtus præma- turus tuum conſternavit animum, turba- vit mentem, & viſcera queque mærore conſperſit: cum & nos etiam in ſubtractio- ne tanti & tam clari filii, tamque utiliſ athletæ fidei Chriſtiana, quantum licuit, ſuperna maſteſtatis voluntate ſervata, dolo- erimus vehementer. Quis enim fidei ze- lator ipſus in ejuſdem principis caſu non doleat? quis in illius occubitu non triſte- tur? quis oculos compeſcet a lacrymis? quis a mærore poterit continere? Ipſe namque inſatigabilis pugil fidei memoratæ pro il- lius exaltatione ab annis teneris adverſus hoſtes ejus & æmulos tam ſtrenue, quam utiliter dimicavit: ipſe, de inimicis ejus conculcatis & domitis triumphum nobilem in Dei virtute reportans, dum ad eorum exterminium accinctus robore virtutis & animi ſolicite laboraret, & laboribus ſuis ſpes quaſi certa fructum polliceretur opta- tum, ſuccuſa tela vite, quam nondum an- noſa ætas longiorem verifiſimiliter promit- tebat, avara mortis ſevero judicio, quod nulla prorsus appellatione ſuſpenderit, pa- rere compulſus eſt. In cujus obitu etſi do- leamus, immenſus dolenti tibi, quaſi ex ſubtracta tibi altera tui parte, torique po- pulo Chriſtiano condolere charitas nos com- pellat; attendentes tamen, quod ille mi- ſericordiarum pater, & totius conſolatio- nis Deus, ex abducto patre tibi ex te- Ann. Eccl. Tom. XXV.

ro. tuo filium, qui ſub eodem viro tuo com- poſuit virtutes & mores, quibus credita ſi- bi regna & populos regat & dirigat ad ſalutem, in eo qui dedit & abſtulit con- ſolamur.

Quapropter ſerenitatem tuam rogamus & obſecramus in Domino, quatenus præmiſſa in examen debitæ conſiderationis adducens, & ad ſinem univerſæ carnis & mortalita- tis legem, indiſtinctam generi humano com- munitur, retorquens aciem tuæ mentis, ab- jice lacrymas, compeſce ſuſpiria, mærorem prorsus omiſſe, ſperans quod retributor bo- norum omnium, cui nunquam ſine remun- ratione ſervitur, eidem viro tuo pro ſer- viciorum impendiſ ſtipendia digna repen- dens ipſum poſt labores & anguſtias, quos in ejus obſequiſ prompta voluntate ac ſin- cera devotione ſubiit, ad æternæ quietis & felicitatis gaudia introduxit, ac inter ſanctos & electos ſuos in ſinu patriarchæ ſui Abrabæ collocavit. Ut autem idem natus tuus, ſicut in regio ſolio, ſic in Virtu- tum exercitiis dicti viri tui ſucceſſor lauda- bilis prædicatur; & ille Rex Regum, per- quem datur regnare principibus, thronum tuum roborat & conſermet, ipſum maternis & ſalutaribus monitiſ exhorteris, quod ip- ſe regni ſui primordia in juſtitia & æ- quitate ſtabiliat, eccleſiis & perſonas ec- cleſiaſticas honoribus ampliet, favoribus proſequatur, & earum cuſtodiat libertates: ſubditorum gravamina relevet, bonos pro- moveat, malos exterminet, prætatem & clementiam amplectatur. Nos enim, ad ho- noris ejuſdem nati tui incrementa ex pater- næ charitatis debito habentes affectionem & animum promptiores, in hiſ & tuis, ac e- jus quibuſcumque beneplacitiſ, quæ apoſto- lico favore proſequi Deo juvante proponimus per dilectum filium nobilem virum Rainun- dum de ſancto Michiele ſervientem armo- rum noſtrum exhibitorem præſentium, & quoties opportunitas exiget, requirere po- teris fiducia ſiali. Dat. Avin. vi. kal. ju- nii anno IX.

Solutus etiam aliis literis (c) Clemens XLIII. parum a ſuperioribus verbis ſententiſque (c) Eod. diſcrepantibus novum Regem Petrum, & ad virtutes regias ſectandas eſt adhortatus. Verum ipſe prima regni ſui auſpiciis a crudelitate duxit, ſævitæque coepit in fra- tres ſpurios (d). Odiorum cauſa ſuit ni- mie illorum opes ac potentia, quæ ſuſ- picionem afferebant. Et quidem ſuccep- tum olim a Luſitanæ Rege in Alphonſum Regem Caſtellæ bellum vidimus, cum, de hiſ ſpuris ad regnum evehendis effect agitatum. Guſmania pellex, eorum ma- lorum cauſa, ut nunquam diuturna eſt prava felicitas, in carcere caſam (e). Ad- hæſit facinoris invidia Mariæ Regine vi- duæ, dolorem zelotypiæ ex impuro diu- turnoque viri contubernio ulciſcenti: in- de orta bella civilia, omiſſaque Granatenſis

Succedit illi in re- gno Pe- trus filius.

(d) Mari- an. l. 15. c. 17.

A crudeli- tate re- gnum au- ſpicatur. (e) Eod. lib. c. 16.

expeditione, Hispani in mutuas caedes ferum exaruerunt.

XLIV. Jus ecclesiasticum in Lusitania labefactum.

In Lusitania jus ecclesiasticum non parum violatum est Regis regionumque administratorum injusta vi: contempta enim ab his est anathematis sententia incussa ad asserenda ecclesiarum jura, atque in eos, qui edicta pontificia asserbant, carcere vel exilio saevitum. De quibus gravissime Pontifex questus est apud Alphonsum (a) ac monuit, ne acceptam a majoribus defensi juris ecclesiastici gloriam labefactaret.

(a) To. 9. ep. secr. p. 81.

Clemens, &c. Alfonso Regi Portugalliae illustri.

Quanto devotionis affectu erga Deum & Romanam ecclesiam matrem tuam progenitores tui recordationis inclita Reges Portugalliae claruerunt grata memoria recensentes, & attendentes quanta tu, fili obariffime, illis sicut in regni solio, sic in virtutum operatione succedens, nos & eandem ecclesiam et puritate fidei & devotionis sinceritate revereris & continue revereris, speramus indubie, & probabiliter certi sumus quod in regno tuo libertatem ecclesiasticam, quam sicut princeps catholicus defensare teneris, opprimi sub tuo praesertim nomine sive titulo non permittes; & quod, si quid adversus eam in eodem regno aliqui minus provide fieri tentaverunt, provisionis tuae remedio celeriter & favorabiliter corrigetur. Habet siquidem insinuatione fide digna multorum, quod dum in aliquos subditos tuos pro ejusdem ecclesiae recuperatione jurium excommunicationis sententia rite quantumcumque profertur, statim cum in vocem licet frivola appellatio nis erumpitur, per literas regias expresse mandatur, quod nullus sic excommunicatos pro excommunicatis habeat, aut tanquam excommunicatos evitet; & quod clerici, qui nunciorum nostrorum literas super hoc exequentur, aut ab eodem regno exulent, aut experiantur angustias carcerales; & alia multa fiunt, quae relinimus ad praesens silentio; ex quibus libertati ecclesiae non modicum derogatur. Et quamvis haec verisimiliter credimus praeter conscientiam tuam fiant; quia tamen nomine tuo fieri asseruntur, decet magnitudinem tuam tanto corrigere illa celeriter, quanto (si vera sunt) honori tuo derogant potius & saluti, &c. Dat. Avin. xvi. kal. septembris anno ix. Repetita (b) sunt eadem querela III. non. septembris, atque Alphonsum tanto mēderi malo iussus.

Monitus A. fons. Rex ut illud suo reitituat splendori.

Insignis regionum administratorum corruptela.

* ut

(b) Ibid. pag. 105.

XLV. Rex Aragonum graviter jus ecclesiasticum laedit.

In Aragonia etiam CaesarAugustae atroci facto ecclesiastica dignitas est labefacta: cum enim internuntius pontificius regios administratos sacras opes inique extorquentes defixisset anathemate, ac vocatus a Petro Rege constanti animo gesta rescindere detrectasset, contumeliis profectus a Rege ac gravissimis poenis i-

niquissime affectus est. Ob quam impietatem Pontifex Petrum, intentata caelestis ira, admonuit (c) ut administratorum grassationes coereret.

Clemens, &c. Petro Regi Aragonum illustri spiritum consilii sanioris.

In regnis & terris tuis, Dei timore, postposito & canonum reverentia vilipensa, opprimuntur ecclesia ecclesiasticaeque personae, jura usurpantur earum, & libertas ecclesiastica conculcatur; etenim cum aliqui rescripta sedis Apostolicae contra quosdam tibi subditos laicos ad ecclesiasticos iudices in dictis regnis & terris impetrent [sicut eis licet in multis casibus de jure communi & consuetudine approbata] officiales tui juris ordinem subvertentes, impetrantes rescriptis uti hujusmodi, & iudices impetratos eosdem ipsorum rescriptorum vigore, procedere non permittunt; & dum pridem dilectus filius Bernardus Albanani canonicus Valentinus A. S. N. contra quosdam laicos subditos tuos pro eo, quod sibi nomine cameram per eosdem solvere contumaciter contemebant, excommunicationis sententiam protulerat, & quosdam processus alios fecerat, prout in forma dictarum litterarum poterat contra eos; tu praefatum Bernardum, missi ad eum nuncio & literis regis, ad tuam praesentiam accersitum, & in conspectu regio constitutum post injurias, contumelias, & opprobria, quibus transgressus limites modestiae regiae ipsum, sed nos potius, ad quem respectum habere debueras [cum honorem & injuriam, qui deferantur missi, certum si mittentibus irrogari, sicut ipsa Veritas, quae Apostolorum id est nuncios suos evangelium omni creaturae praedicare transmittens; Omnis, inquit, qui vos recipit, me recipit, attestatur] lapsa nimis licentia lacessisti, ad revocationem hujusmodi processuum gravium incussione minarum & terrorum atrocium induxisti [subditque] dum ipse minarum & terrorum illatione hujusmodi ad eorundem processuum revocationem fieri nequiret, sicut non debebat; tu lenitatem regiae gravitatis rigore levitatis exasperans, & mansuetudinem convertens in iram, gladium quem tibi ad vindictam malorum, laudem vero honorum divina potentia portare concessit, ut eundem Bernardum perimeres, non metuens tremendam illam sententiam, quam, per evangelicam vocem Dominus comminatur; Omnis qui ferit gladio, peribit gladio; exemit: cumque iracundiam tuam expleri, & circumstantes aut [quod verisimiliter credimus] ipsa modestia prohiberent, tu adhuc tui contra Deum & justitiam arbitrii persecutor praefatum Bernardum, poenas eorundem canonum sententiaequae non veritas, mandasti terribiliter mancipari, ubi velut multorum criminum reus ignominiose detentus, tandem de illius ergastulo non concedenda sibi libertatis gra-

(c) Eod. to. 9. ep. secr. p. 169.

Ejusdem in pontificium internuntium atrocem facinus.

gratia, sed ut parata sibi gravia inhumanius tormenta sentiret vel subiret, mortis supplicium, nisi in hujusmodi revocatione deservens homini contra Deum tuis iustionibus pareret, eductus; cum ille virtutis constantia robore communitus, post sumenda de patre suo & ipso quoque opprobriosa ac dira mortis supplicia, quae ministrorum tuorum immanis furor comminabatur, eidem instigabilem ad id inclinari animum nullatenus pateretur, ministri iidem, affectionem tuam super hoc sentientes, illum ad cuspidam eminentioris turris praecipitium adduxerunt [ad cujus etiam turris pedem stare compulsum idem miserabilis pater infelicem filii sui casum, quem anxius & consternatus animo expectabat] vestimentis post haec Bernardus idem clericalibus denudatus est, & gravioribus terroribus usque vicinae mortis exactus, ut processus habitos revocaret; ac illo firma adhuc proposito assensum praebere importunitis & tremendis iustionibus recusante, praefati ministri tui, sed crudelitatis detestanda potius, cum deflexo capite pedibus retincentes, extra turrim eandem impie demiserunt; ubi aliquandiu pendens immaniter post viscerum evacuationem & intolerabilem vomitum quodammodo factus exanimis, metu, qui in constantem utique eecidit de facto, cum de jure non posset, processus hujusmodi revocavit, sicque ministri ipsi eum vix superstitem servaverunt: sed libertatis beneficium nec pater nec filius iidem potuerunt consequi, nisi prius ab eodem patre [qui licet innocens contra Dei praecipium dicens: Pater iniquitatem filii non portabit; propter filium, jubente te, tenebantur in vinculis] quoad praefatum Bernardum omnes processus, quos auctoritate apostolica fecerat, revocaret; & nihilominus illos tibi traderet infra mensem tunc proxime secuturum.

Crudelitas in ejusdem parentem infontem.

Intermissa ab Aragonio census solutio.

& assensum tam gravium excessuum praedictorum, si ut praemittitur, excessus hujusmodi veri sunt, si diversis excommunicationum sententiis innodatus] coram te facis divina solemniter, non sine injuria catholicae fidei, officia profanari: cum tamen tanto quisque debeat abstinere a licitis, quanto se meminit illicita perpetrasse, donec reconciliatus Deo, dignos poenitentiae fructus afferens, capax gratiae sis effectus. Ex his colligitur, Petrum Regem qui diu ob intermissum tribus annis praeteritis Sardiniae & Corsicae censum duorum millium marcharum pendi Romanae ecclesiae solitum, censuris devinctus fuerat, & xv. kal. februarii solutus, (a) ne-ribus anathematis ea lege, ut recurrentibus singulis annis sex proximis millenarcas una cum aliis duobus ex fiduciariis tabulis constitutis persolveret; promissorum fidem hoc ipso anno violasse. Pergit Clemens.

(a) To. 8. ep. secr. p. 147.

Nullus te blandis sermonibus in tuorum successuum prosperitate suffollat: quinimmo in conspectu Dei tui, tanto humilior semper appareas, quanto ille te benigniori prospexit intuitu, quantoque processus tuos felicioribus successibus fecundavit: memor quod ille Nabuchodonosor princeps magnus sit commutatus in belluam, quia nimia felicitate successuum in superbiā elevatus nullam suae potentiae posse resistere inaniter cogitavit. Deus enim humillimus superbiorum, quibus resistit, corda non incolit: sed apud humiles, quibus suam largitur gratiam, suam elegit mansionem; & quamvis misericors legatur & patiens, describitur tamen Deus zelotes, & dominus ultionum. Noli ergo, noli adversariorum ecclesiae contra illam pravos assentire consiliis: noli sub conservandorum tuorum jurium confesso praetextu pati ecclesiarum jura discerpi, & libertatem ecclesiasticam conculcari: noli in membris suis sustinere ipsius persecutionem ecclesiae, quoniam omnipotens Dominus, qui cuncta largitur, ex alto prospiciens, facit ut plerumque propriis careat, qui concupiscit indebite aliena; & Pharaonem illum, persequentem diebus illis ecclesiam, id est congregationem tunc fidelium Judaeorum, cum Intenta exercitu suo excussit in mare. Redemptor etiam noster adversus eandem ecclesiam, quam solus ipse fundavit & consecravit cruore proprio, quique regit, gubernat, protegit, portas inferi, id est abusum secularium potestatum, praevallere non sinis. Quinimmo, virgam suae virtutis emittens scabellum pedum suorum ipsius posuit inimicos: nam in fundamento solido angularis lapidis, qui missus est Christus, eadem ecclesia firma consistens, & si quatitur, non conteritur turbibus potestatum: quinimmo, conquassatis in terra multorum capitibus superbiorum cervicem evigentium contra eam, consurgit quotidie fortior, &c.

XLVI.

Pontificia ad illum monita, ut tumorem praemat.

Intenta exercitu suo excussit in mare.

velut acies invicta castrorum. Quapropter serenitatem tuam monemus, requirimus & hortamur in Domino attentius obsecrantes, tibi que tue salutis intuitu injungentes, quatenus premissa omnia si, ut pramittitur, vera sunt, pro divina majestatis reverentia, nostre interventionis obtentu, & ipsius tue consideratione salutis emendans prudenter, & corrigens studiose, ab his & eis similibus abstinens; & officiales ac ministros ipsos aliosque subditos tuos omnino compefcens ecclesiis & personis eisdem pro injuriis & offensis hujusmodi eis, sed & nobis etiam (ut praesertur) illatis, emendam & satisfactionem debitas exhibeas, & facias exhiberi, &c. Dat. Avin. vi. kal. decembris anno ix. Correctus apostolica censura Petrus Rex Aragonum oratores ad postendam veniam proximo anno ad sedem Apostolicam decrevit (a).

(a) Lib. priv. Rom. eccl. 10. 3. p. 122.

XLVII.
(b) MS. bibl. Vat. sign. num. 2040. in Clem. VI. & gesta Clem. VI. apud Bosq. Cardinales hoc anno creati a Clem.

* C. R. Portantinus de Montefivino

* apud Comelori-um legitur Arnaldus

Auctum (b) est hoc anno a Clemente Cardinalium collegium, de quo vitæ illius scriptor: *Dicte*, inquit, anno scilicet quinquagesimo, praesatus Papa fecit creationem duodecim Cardinalium, videlicet decem presbyterorum & duorum diaconorum, & hoc die decima septima mensis decembris, quæ fuit feria sexta quatuor temporum. Presbyteri autem fuerunt isti; dominus *Ægidius Alvari Hispanus*, tunc archiepiscopus Toletanus; dominus frater *Pastor de Saresudio diocesis Vivariensis ordinis Minorum*, tunc archiepiscopus Ebre-dunensis; dominus *Raimundus de Canibaco diocesis Mimatensis* canonicus regularis ordinis sancti Augustini, tunc archiepiscopus Tolosanus; dominus * *Pictavinus de Montequivo Vasco*, tunc episcopus Albiensis; dominus *Nicolaus de Capocia Romanus*, tunc episcopus Urgellensis; dominus *Petrus de Croso diocesis Lemovicensis*, tunc episcopus Antissiodorensis; dominus * *Pontius de Villanuro Vasco* canonicus ordinis S. Augustini, tunc episcopus Appamiarum; dominus *Guillelmus de Agrifolio* monachus S. Benedicti, tunc electus *Casaraugustanus*, consanguineus & cubicularius ipsius Papæ; dominus *Ægidius Rigaudi*, tunc abbas S. Dionysii prope Parisios ordinis S. Benedicti, & dominus frater *Joannes de Molendino diocesis Lemovicensis*, tunc generalis magister ordinis Prædicatorum. Diaconi vero fuerunt, dominus *Raynaldus de Ursanis Romanus*, tunc sedis Apostolicæ notarius, & dominus *Joannes filius vicecomitis de Cavamanno nepos Joannis Papæ vigesimi se-*

cundi, tunc sedis Apostolicæ notarius. Sunt in regesto pontificio literæ, extremo anno datæ ad Amalvinum, quem Pictavinum ab authore, Portavinum in codice regio appellatum vidimus, Albiensem episcopum, quibus ipsum de adepta una cum aliis Cardinalia dignitate certiore factum, ad aulam pontificiam jubet accedere (c) Inter quos, inquit, nimirum viros electos ex millibus assumptos ad adju-vandam Pontificem in gubernatione navis, quæ est ecclesia, te, quem tuarum monile virtutum idoneum tanto ministerio nostris presentat obtutibus numerant ad Cardinalatus honorem duximus promovendum. Festina itaque fili, festina, & suavi jugo, levique oneri Domini colla submissurus accede, ut sicut honoris factus es participes, sic oneris & mercedis participium merearis. Datum Avinion. xiv. kal. januarii anno ix.

(c) To. 9. ep. fecr. p. 187.

Conceptæ sunt eadem verborum forma literæ (d) ad Petrum episcopum Antisthodorensem, Arnaldum episcopum Appamiarum, Joannem supremum ordinis Prædicatorum magistrum, atque *Ægidium* monasterii S. Dionysii Parisiensis diocesis abbatem. Cum vero hujus postremi opera Francorum Rex egeret, Clemens singulari beneficio pileum rubeum illi tradendum Parisiensi, Laudunensi, & Carnotensi episcopis transmisit quo argumento sequenti anno tum ad hos episcopos (e), tum ad *Ægidium* ipsum scriptæ (f) sunt literæ: *Licet*, inquit, imitanda servavit antiquitas, ut ad honorem cardinalatus electus non prius capello rubeo uteretur, quam illum de manu Romani Pontificis suscepisset: attendentes tamen, quod tu, quem ad honorem hujusmodi duximus assumendum quique assumptionis tempore de Romana curia absens eras, habes pro certis negotiis arduis charissimi in Christo filii nostri Joannis Regis Francorum illustris, in quibus idem Rex presentia tua indigere se dixit, diebus aliquibus in partibus ipsis de nostra licentia remanere; ejusdem Regis supplicationibus inclinati, capellum hujusmodi per dilectum filium nobilem virum *Nicolaum Judicis domicellum dominum de Launeria sancti Pontii Thomeriarum diocesis*, nepotem nostrum, venerabilibus fratribus nostris Parisiensi & Laudunensi & Carnotensi episcopis, exhibendum tibi per eos vel alium eorumdem, providimus destinandum. Dat. apud Villanovam Avin. dioc. xviii. kal. aprilis anno ix.

XLVIII.
(d) Reg. post eand. ep.

Ægidio pileus rubeus transmisit. (e) Eod. 20. 9. ep. 260. (f) lb. p. 261.

I. Heretiarum exortii apud Armenos.

Præcipui eorum errores.

SUscipias superioribus annis in revocanda ad fidei puritatem Armenorum ecclesia, discutendisque erroribus, quos offenderant Dioscorus, Eyscartus, Jacobus, Ruffus, ac Varran insignis impietate heresarcha, qui ad evertendam Romanæ ecclesiæ doctrinam plures sacrilegos commentarios scripserat, curas apostolicas urgere Clemens VI. perstitit anno Christi millesimo trecentesimo quinquagesimo primo indictione quarta. Sensisse quidem male Armenos de processione Spiritus Sancti ex Patre Filioque, de peccato originali ex primis parentibus contracto, de essentiali divina indivisione, qua animæ ab omni labe liberæ segregatæque a corporibus potentiuntur, de animarum in peccato lethali perentium in inferno supplicis, de virtute baptismi delentis origine & actu suscepta peccata, de non destructo & Christo infimo inferno; gravem suspensionem injece-rant, cum ea fidei capita ex transmissa a Pontifice formula una cum aliis nonnullis expunxisset patriarcha, ac profite-ri etiam subterfugisset, malignos spiritus non natura, sed pravo liberi arbitrii usu ab ea dignitate, in qua boni erant creati deservisse; criminum maculas fuso animalium cruore non deleri; jejunia esu-piscium & olei non violari; baptismum non repetendum; infantem ante octavam diem baptismi posse abluï, neque illum alio liquore quam aqua elementari conferendum; in eucharistia Christi Corpus idem numero, quod e Virgine natum affixumque in cruce existere; neminem nisi sacerdotio ipsiatum, quantumvis sanctitatis fastigio conspicuum, Christi Corpus conficere posse; sacramentum exomologem omnium peccatorum lethali ad salutem adificendam necessariam. Ad plura etiam alia a Pontifice proposita fidei orthodoxæ capita, nimirum B. Petri erga alios Apostolos auctoritatem, ejusque successorem in omnes ecclesias primatum ex processione Spiritus Sancti: Patre-

Filioque: duas in Christo voluntates ac naturas, personæque unitatem; atque alia ad superiora spectantia, obscuris sententiis responderat patriarcha sine suo si-ve interpretum vitio. Ut itaque missis ambagibus, fidei veritatem puram in luce collocaret, multis interrogationibus apud illum instandum circa singula putavit (a), ut mentem clare exprimeret, cum illa fidei capita, quæ ex transmissa formula omiserat, profiteri jussit Pontifex. [I.] *Venerabili fratri Consolatori dicto eatholicon Armenorum.*

(a) To. 10. ep. fecr. p. 72. MS. archiev. Vat. de reb. Armen. Græc. & alior. in fidel. schil. p. 89.

Super quibusdam capitulis, quæ pro pleniori eruditione tua & ecclesiæ Armenorum in fide recta & vera sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ, quæ favente Domino qui eam fundavit, rexit, & regit, quæque ut fides ejus non deficeret exoravit] per veritatis viam impolluto calle incesit & graditur, dudum per venerabilem fratrem nostrum Joannem archiepiscopum Pisunum, tunc electum Coronensem, & bonæ memoriæ Antonium episcopum Gazetanum [quos ad paries ipsas, commisso eis in illis plena legationis officio, signanter propterea missimus] responsiones tuas & ecclesiæ minoris Armeniæ, per eundem Joannem archiepiscopum, præfatum Antonium episcopum in sui prosecutione itineris, jubente Deo, naturæ debitum excolente, sub certis capitulis comprehensos, benigne recepimus, & super eis, cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, & nonnullis patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, aliisque prælatis ecclesiasticis, ac sacre theologiae magistris decretorum doctores, habita deliberatione matura non potuimus nec possumus ex responsionibus hujusmodi quo ad plura elicere, quid tu & eadem ecclesiæ minoris Armeniæ sincere & pure credatis, ac etiam teneatis. Et ideo, quia confessio sanctæ & catholicæ fidei simplex esse debet & clara, sicut Salvator & redemptor noster nos edocens: Qui facit, inquit, veritatem venit ad lucem, ut ma-nifeste.

NOTE [I.] **Q**Uæ in Annalibus hic recitantur literæ pontificiæ ad Catholicos Armenorum dubitas eorumdem Armenorum responsiones ad accusationes Latinorum expendant, & ambiguitates illas ut Armeni explicent, edicunt. Qua occasione animadvertere hic juvat responsiones hæc Armenorum, quæ a pontifice discutuntur, longe diversas esse ab illis quas Armeni in pleno concilio, anno 1345. celebrato, & a nobis in nota ad A. 1341. 48. relato in scriptis redactas ad Clementem pontificem transmiserunt. Nam præterquam nihil eorum, quæ in his pontificis literis ex Armenorum apologia referuntur, in concilio Armenico occurrit; constat pariter apologiam concilii Armenici Romam transmissam fuisse ante annum 1346. cum anni illius April. mense Joannes Sutrinus episcopus illam Romæ sibi describeret, quod adnotatum reperit P. Martene in suo codice vet. monum. 10. VII. col. 311. Apologiam vero quam Pontifex in his literis vexat, retulit ad Pontificem Joannes Coronensis Archiepiscopus, qui anno 1346. in Armeniam missus non diu ante hunc annum 1351. rediisse censendus est. Gemine ergo Armenorum apologiæ distinguendæ sunt; alia, a Concilio Armenorum anni 1345. altera vero a Catholico, ut arbitror, non diu ante annum 1351. data. MANSI

Monetur
patriar-
cha, ut
nitide
confessio-
nem fidei
edat.

nifestentur opera ejus, quia in Deo facta sunt. Et e contra: Qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut fiant ejus opera manifesta; nos de tua caterorumque Armenorum, sicut aliorum quoque fidelium, quorum curam providentia nobis divina commisit, ex paternae charitatis affectu attente solliciti, ut nostrum in hac parte debitum impleamus, quibusdam ex ipsis tuis & ejusdem ecclesiae minoris Armeniae responsionibus, ex quarum aliquibus conditionata, ex quibusdam vero diminuta vel imperfecta, & ex nonnullis, forsitan scriptoris vel interpretis vitio, minus vera confessio manifeste colligitur, interrogationes providimus salubriter subnectendas, ut tu & eadem Armenia ecclesiae non in tenebris, sed in luce, ad illas pure & simpliciter respondentes, effecti lucis filii illius luminis veri de lumine, quod indeficiens perseverans, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in aeterna beatitudinis patria felici visione perfrui valeatis.

III.
De primatu
Rom. ecclesiae agnito ab Armenis.

In primo igitur capitulo responsionis tuae, in quo pro fundamento ipsius catholicae fidei praemittis, quod tu & ecclesia Armenorum, quae tibi obedit, creditis & tenetis, promittitis tenere, & dicitis tu & tota ecclesia Armenorum tibi obedientium, quod eadem ecclesia Romana, cujus summus Pontifex est Papa Romanus, est sola catholica, & in ea sola est vera fides, & una vera fides, & unum verum baptismum, & vera remissio peccatorum; & quae tibi obedit, omnes illos, qui in baptismo eandem fidem catholicam receperunt, & postmodum a communione fidei ejusdem ecclesiae Romanae, quae una sola catholica est, recesserunt vel recedent in futurum, esse schismaticos & hereticos, si pertinaciter divisi a fide ipsius Romanae ecclesiae perseverent. Secundo petimus, si creditis tu & Armeni tibi obedientes, quod nullus hominiorum extra fidem ipsius ecclesiae, & obedientiam Pontificum Romanorum, poterit finaliter salvus esse.

De plenitudine
potestatis
in Rom.
Pontifice.

In secundo vero capitulo dicitis te credere & tenere, quod solus Pontifex Romanus habet plenitudinem potestatis, quam beatus Petrus Apostolus habebat, & quod ipse Pontifex Romanus solus est universalis Christi vicarius; & quod tu catholicon Armenorum es & esse debes: obediens Pontifici Romano, propter hunc tamen obedientiam non vis te vel tuam ecclesiam in aliquo minorare vel perdere, nec diminueri gratias, libertates, curas, dioeceses, jura, & potestatem subendi omnibus Armenis, quae tui praedecessores & ecclesia Armenorum receperunt & tenuerunt ab ipsa Romana ecclesia; immo deprecaris, quod tibi & ecclesiae tuae praedictis remanentibus, nos qui sumus Romanus Pontifex accrescere facia-

mus libertates & jura tua & tua ecclesia, quantum secundum Deum fieri potest, ad nostri memoriam sempiternam. Iterum dicitis, te credere & tenere, quod antistites de catholica, & apostolica ecclesia debent esse obediens Romano Pontifici, quia Christi plenitudinem potestatis dedit beato Petro pro se & pro locum tenentibus ejus. Item dicitis, te credere, quod quilibet Pontifex Romanus, qui summus est, praeterea, praesens, & futurus, erit, est, & erit locum tenens beati Petri; quia fuit & est & erit immediate universalis Christi vicarius. Item promittis quod, quantum in te erit, facere curabis omnes subditos tuos ecclesiasticos & seculares praedicta omnia & singula firmiter credere & tenere: super his ergo quaerimus: Primo, si credidisti, credis, vel credere es paratus cum ecclesia Armenorum, quae tibi obedit, quod beatus Petrus plenissimam potestatem jurisdictionis acceperit super omnes fideles Christianos a domino Jesu Christo: & quod omnis potestas jurisdictionis, quam in certis terris & provinciis, & diversis partibus orbis specialiter & particulariter habuerunt Judas Thadaeus & caeteri Apostoli, subiecta fuerit plenissime auctoritati & potestati, quam super quoscunque in Christum credentes in omnibus partibus orbis beatus Petrus ab ipso domino Jesu Christo accepit; & quod nullus Apostolus, vel quicumque alius super omnes Christianos, nisi solus Petrus plenissimam potestatem accepit. Secundo si credidisti, tenuisti, vel credere ac tenere paratus es cum Armenis tibi subiectis, quod omnes Romani Pontifices, qui beato Petro succedentes canonice intraverunt & canonice intrabunt, ipsi beato Petro Romano Pontifici successerint & succedunt in eadem plenitudine, jurisdictione potestatis, quam ipse beatus Petrus accepit a domino Jesu Christo super totum & universum corpus ecclesiae militantis. Tertio si credidisti & creditis tu & Armeni tibi subiecti, Romanos Pontifices, qui fuerunt, & nos qui sumus Pontifex Romanus, ac illos qui in posterum successores erunt, tamquam legitimos & potestate plenissimos Christi vicarios, omnem potestativam jurisdictionem, quam Christus ut caput conforme in humana vita habuit, immediate ab ipso Christo super totum ac universum corpus militantis ecclesiae accepisse. Quarto si credidisti & creditis, quod omnes Romani Pontifices qui fuerunt; nos qui sumus, & alii qui erunt in posterum, ex plenitudine potestatis & auctoritatis praemissae poterunt, possunt, & poterunt immediate per nos & eos de omnibus tamquam de jurisdictioni nostrae ac eorum subditis judicare, & ad judicandum quoscunque voluerimus ecclesiasticos judices constituere & delegare. Quinto si credidisti & creditis, quod in tantum fuerit, si, & e-

Proposita
circa
hunc ar-
ticulum.

Judas
Thadaeus
& alii A-
postoli
fuerunt
subiecti B.
Petro.

Eandem
habent
Pontifex
qua B.
Petrus
habuit au-
thoritatem.

De omni-
bus Chri-
stianis ju-
dicare po-
test.

A nemine
potest ju-
dicari.

Patriar-
chas &
praefules.
alios tran-
sferre &
exautho-
rizzare po-
test.

Canones
condere
& plenas
indulgentias
dare.

Damnati
sunt om-
nes, qui
in oppu-
gnata fi-
dei cri-
mine mori-
untur.
Potest Pa-
pa, salvis
essentialibus,
varios ritus
in sacra-
mentis
permittere.

Possunt
Armeni
aliove ri-
tus eccle-
siae Rom.
amplecti.

Solus
Pontifex
dubia in
fide diri-
mere po-
test.

rit suprema & praeminens auctoritas & juridica potestas Romanorum Pontificum qui fuerunt, nostri qui sumus, & illorum qui in posterum erunt, ut a nemine judicari poterint, potuerimus, neque in posterum poterunt; sed soli Deo judicandi servati fuerint, servemur, & servabuntur: & quod a sententiis & judiciis nostris non poterit, neque possit, nec poterit ad aliquem judicem alium appellari. Sexto si credidisti & adhuc credis, plenitudinem potestatis Romani Pontificis se extendere in tantum, quod patriarchas, catholicon, archiepiscopos, episcopos, abbates, & quoscunque prelatos alios de dignitatibus, in quibus fuerint constituti, possit ad alias dignitates majoris vel minoris jurisdictionis transferre, vel exigentibus eorum criminibus, ipsos degradare & deponere, excommunicare & subana tradere. Septimo, si credidisti & adhuc credis, pontificialem auctoritatem non posse nec debere subici cuiquam imperiali & regali, aut alteri seculari potestati, quantum ad institutionem, judicialem, correctionem, vel destitutionem. Octavo si credidisti & credis, Romanum Pontificem solum posse sacros generales canones condere, plenissimam indulgentiam dare visitantibus limina Apostolorum Petri & Pauli, vel ad terram sanctam accedentibus, aut quibuscunque fidelibus vere & plane poenitentibus & confessis. Nono si credidisti & credis, omnes qui se contra fidem Romanae ecclesiae crexerunt & in finali impenitentia mortui fuerunt, damnatos fuisse, & ad perpetua infernorum supplicia descendisse. Decimo si credidisti & adhuc credis, Romanum Pontificem circa administrationem sacramentorum ecclesiae, salvis semper illis, quae sunt de integritate & necessitate sacramentorum posse diversos ritus ecclesiarum Christi tollerare, & etiam concedere, ut serventur. Undecimo si credidisti & credis, Armenos, qui Romano Pontifici in diversis partibus orbis obediunt, & formas & ritus Romanae ecclesiae in administratione sacramentorum, & in ecclesiasticis officiis, jesunitis, & aliis caeremoniis studiose & cum devotione observant, bene agere, & illa agendo vitam aeternam mereri. Duodecimo, si credidisti & credis, neminem de dignitate episcopali ad archiepiscopalem, patriarchalem, vel catholicon posse transferri auctoritate propria, nec etiam auctoritate cujuscunque principis secularis, sive Rex fuerit, sive Imperator, vel quicumque alius fultus qualicumque potestate & dignitate terrena. Tertiodecimo si credidisti & adhuc credis, solum Romanum Pontificem, dubiis emergentibus circa fidem catholicam, posse se per determinationem authenticam, cui sit inviolabiliter adhaerendum, finem imponere & esse verum & catholicum quidquid ipse auctoritate clavium sibi traditarum a Christi Ann. Eccl. Tom. XXV.

sto determinat esse verum; & quod determinat esse falsum & haereticum, sit censendum. Quartodecimo si credidisti & credis novum & vetus testamentum in omnibus libris, quos Romanae ecclesiae nobis tradidit auctoritas, veritatem indubiam per omnia continere.

Respondendo vero ad articulos etiam minoris Armeniae ecclesiae, per nos missos, praemittis quod quae dicturus es, sunt de doctrina veteris & novi testamenti; Thadaei & Bartholomaei Apostolorum, & universalis consilii sanctae catholicae & apostolicae ecclesiae tradita, ut credenda & tenenda ecclesiae Armenorum, &c. Super quibus a te quaerimus, quae sequuntur. Primo si credidisti, quod doctrina novi & veteris testamenti a beatis Apostolis Thadaeo & Bartholomaeo fuerit edita, vel solis illis praedicantibus ecclesiae catholicae per eos manifestata. Secundo, si credidisti & credis Thadaeum Judam, & Bartholomaeum Andrae, Jacobo majori & minori, Joanni Evangelistae, ac caeteris a Petro Apostolis praefuisse, vel majoris auctoritatis fuisse.

Secundo capitulo scribis, te & Armenos tibi obediens credere, quod Spiritus Sanctus procedit a Patre & Filio, & quod usque nunc particulariter tu & Armeni tibi obediens dixistis, sed deinceps quantum poteris, facies hoc generaliter dici. Circa quod capitulum per te ad sequentia volumus responderi. Primo si credidisti & tenuisti, esse de necessitate salutis credere, quod Spiritus Sanctus non a solo Patre, sed etiam a Filio ab aeterno procedit. Secundo si illos, qui expresse negabant Spiritum Sanctum a Filio procedere, pro schismaticis & hereticis habuisti, habes, & es semper in posterum habiturus. Tertio si in officio missae diebus, quibus secundum consuetudinem Romanae ecclesiae cantatur primum symbolum es paratus & promptus cantare, & coram populo profiteri quod Spiritus Sanctus a Patre Filioque procedit, prout in dicto symbolo continetur. Quarto si credidisti & credis, Spiritum Sanctum procedere a Patre & Filio tanquam ab uno principio per unam spirationem, communem Patri & Filio existentem, prout docent Romanae ecclesiae, concilium generale, & doctores catholici, quos eadem ecclesia veneratur ut sanctos. Quinto si credidisti & credis, Spiritum Sanctum cum Patre & Filio esse unum Deum, & eis per omnia esse equalem potestate, voluntate, immensitate, & in omni perfectione: non inferiorem gradu, nec tempore posteriorem; sed eadem aeternitate aeternum. Sexto, quia scribis, quod usque nunc particulariter dixisti, Spiritum Sanctum procedere a Patre, & Filio, sed deinceps, quantum poteris, facies generaliter dici; quaerimus a te, si per particulariter intelligis, quod ad partem & non in publico dicebas: vel quod aliqui ex Ar-

Quaestio-
nes circa
Apostolos
Thadae-
um &
Bartholo-
maum.

Est de ne-
cessitate
salutis
credere,
Spiritum
Sanctum
non a so-
lo Patre,
sed etiam
a Filio
procede-
re.

Esse u-
num De-
um cum
Patre &
Filio.

menis, licet particularis & pauci, crede-
bant & dicebant Spiritum Sanctum proce-
dere a Patre & Filio; generaliter tamen
Armenia minoris communitas, quod a Filio
Spiritus Sanctus procederet, non credebat,
nec dicebat, neque videtur ad dicendum
parata faciliter; quia tu scribis, quod
quantum poteris, facies generaliter dici.

IV.
In una
sola per-
sona
Christi
sunt due
naturae.

Heretici
sunt qui
unam so-
lam natu-
ram
manere
dicunt.

Macarius
heretiar-
cha unam
volunta-
tem & o-
peratio-
nem a-
struebat
in Chri-
sto.

Vartani
heretiar-
cha erro-
res.

Secundo capitulo scribis, te credere &
tenere, quod in una sola persona Christi
sunt duae naturae, humana scilicet & di-
vina unita. Super quo scire volumus si
credis, vel credere es paratus tu & Ar-
meni, qui tibi obediunt, in Christo solam
personam aeternam esse Dei filii, in dua-
bus perfectis & integris naturis; divina
siquidem quam aeternaliter habuit, & hu-
mana quam ex tempore de virginali utero
beatae Mariae matris suae assumpsit. Secun-
do si reputas omnes illos hereticos, qui cre-
dunt & credent in futurum, quod in Christo
non manet nisi una natura, quemadmodum in
eo non est nisi una sola persona: & si tu &
Armeni, qui tibi obediunt, detestamini
Eutychem & Dioscorum, ac ceteros eorum
complices hereticos, Christi carnem & di-
vinam essentiam in unam confundentes na-
turam; vel dicentes, Christum nihil ma-
ternae substantiae suscepisse, sed tantum Dei
naturam sub habitu latere humano, que-
madmodum latet homo sub indumento: &
beatum Leonem, sub quo celebratum est Chal-
cedonense concilium, & praedictam here-
sim & dictos hereticos condemnavit, fir-
miter creditis, divinam essentiam inter san-
ctos alios clare videre, & beatifice ea frui.
Tertio si credidisti vel credere es paratus,
Mutarium Antiochenum episcopum & ejus
operacionem astruebant in Christo, per Ro-
manam Pontificem Agathonem in sexta
Constantinopolitana synodo cum eorum here-
si iuste & catholice condemnatos, & ana-
thematizatos fuisse. Quarto si credidisti
& creditis tu & Armeni, qui tibi obediunt,
Varten, quem (prout nobis a pluribus est
relatum & assertum) Armeni pro speciali
doctore habuerunt, & qui multos de Ar-
menia minori libi haeresi infecit, docens &
scribens, quod Spiritus Sanctus non proce-
dit a Filio, sed a solo Patre, & quod Chri-
stus non habet nisi unam solam naturam,
& quod non dedit ipse Christus majorem
potestatem Petro quam aliis Apostolis, &
quod Romana ecclesia non habet jurisdic-
tionem nec aliquam potestatem super ecclesiam
Armenorum, & quod spiritus omnium ho-
minum fuerint insimul a Deo creati, &
quod animae salvandae & damnandae usque
ad diem iudicii manent extra paradysum &
extra infernum, nec sanctae animae Deum
per essentiam beatifice videbunt, neque fru-
entur eo usque ad diem iudicii; nec illae,
quae cum peccato mortali a suis corporibus
recesserunt, usque ad praedictam diem fi-

nalis iudicii cruciabantur in inferno: &
quod pro animabus beatae Virginis, beato-
rum Petri Pauli Apostolorum, & omnium
sanctorum marigrum, & illorum, qui de-
cesserunt sine culpa quacunq; & absque
omni obligatione ad purgatorii penas, ab
ecclesia catholica est orandum: & quod Chri-
stus secundum humanitatem est aequalis Deo
Patri; sic de multis aliis erroribus, qui-
bus est unus magnus liber quem dictus Var-
tan composuisse adversus fidem sanctae Ro-
manae ecclesiae dicitur, per totum respersus,
fuisse haeticum & haesetarcham pessimum,
ac ipsum cum dictis haesetibus & aliis qui-
buscunq; in libro illo, vel in aliis scri-
pturis, aut doctrinis ejusdem contentis, in
quantum scripturae illae, aut quacunq;
ejus doctrinae, vel dicta contraria sunt scri-
pturae & doctrinae fidei Jesu Christi, quam
Romana docet & tenet ecclesia; & omnia
Armenorum concilia, ubicunq; & per quos-
cunq; fuerint congregata contra fidem Ro-
manae ecclesiae & articulos fidei Christianae,
quos docet & tenet Romana ecclesia repu-
tatis, creditis, & tenetis fuisse congregatio-
nem haeticorum, & adversariorum fidei
domini nostri Jesu Christi: & si eos, qui
talia docuerunt haeticos & eorum doctri-
nam ut haeticam anathematizatis, & de-
testamini ut fidei Jesu Christi venenum.

Tenuit
inter alia
orandum
esse pro
sanctis.

Et Chri-
stum se-
cundum
humani-
tatem ef-
se aequa-
lem Deo
Patri.

V.
De ori-
ginali
peccato.

In tertio capitulo dicitis, vos credere,
quod nati & nascituri ex viro & mulie-
re contrahunt originale peccatum, praeter
peccata personalia, quae primi parentes, co-
medendo de fructu ligni vetito contra praec-
ceptum eis datum a Domino, contraxerunt.
Circa quod capitulum a te & ab Armeni,
qui tibi obediunt, scire volumus. Primo
si creditis, quod actualia primorum pa-
rentum peccata nati & nascituri ex eis con-
traxerunt, & contrahunt in futurum, que-
madmodum ab ipsis contrahunt originale
peccatum. Secundo si creditis, quod propter
omnia actualia peccata primorum parentum
contrahatur originale peccatum. Tertio si
creditis, quod circa apertionem regni coe-
lorum tantum operaretur circumcisio ante
institutionem baptismi, & omnium hominum
per propagationem a primis parentibus de-
scendentium in utroque sexu obligationem ad
ipsam, quantum ex tunc operatur bap-
tismus.

Pecca-
tum a-
ctuale
primor-
um
parentum
non con-
trahitur.

VI.

Sexto capitulo dicitis, te cum Armeni tibi
obedientibus credere, quod omnes animae
defunctorum ex toto purgatae a peccatis post
passionem Christi statim vadunt ad regnum
caelorum, ubi Deum manifeste vident: &
animae decedentium in peccato mortali va-
dunt in infernum damnationis, ubi nun-
quam Deum videbunt; sed sensuali purga-
tione ibidem puniuntur. Circa quod scire
volumus a te. Primo si credis, vel credere
es paratus, quod post passionem & ascen-
sionem domini Jesu Christi, animae eorum, qui
decesserunt in Christi gratia, & in quibus
nihil

nihil fuit purgabile quando decesserunt, as-
cendant in caelorum regnum & paradysum
caelestem, & cum Christo & sanctorum an-
gelorum consortio congregatae, divinam es-
sentiam videant visione faciali, sicut est
ipsa divina essentia, se immediate nude,
clare, & aperte eis ostendente. Secundo si
credidisti vel credere es paratus, quod ea-
dem fruuntur essentia animae nihil habentes
purgabile a suis corporibus separatae: &
quod ex visione & fruitione divina essen-
tiae sint vere beatae: & quod hujusmodi
intuitiva & facialis, clara, & aperta vi-
sio & fruitio in eisdem animabus sine ali-
qua intermissione seu evacuatione continuata
existit, & continuabitur usque ad finale
iudicium, & extunc usque in sempiternum.
Tertio si credis vel credere es paratus, quod
animae decedentium in actuali mortali peccato
mox post mortem suam ad inferna descen-
dunt, ubi poenis infernalibus cruciantur sine
remedio & sine extinctione ignis cum per-
petua poena carentia visionis & fruitionis
beatae.

Animae
sancto-
rum divi-
nam ef-
sentiam
intencu-
tur.

Nulla est
illius fel-
licitatis
interruptio.

Animae
in lethali
noxia
decedentium
a-
terris
sunt cru-
ciantibus
mancipa-
tae.

VII.
Vera fel-
licitas fita
in visione
Dei.

* corre-
spondens
mox

VIII.
Christus
secundum
humani-
tatem in-
finitate abest
a perfe-
ctione
quam ha-
bet se-
cundum
divinita-
tem.

De pur-
gatorio
igne.

Septimo capitulo dicitis, te cum Armeni
tibi obedientibus credere, quod vera felici-
tatis stat in visione Dei; & non in visi-
one alicujus alterius rei. Circa quod vo-
lumus a te scire. Primo si credidisti &
credis, quod vera felicitas non consistit in
visione Dei per speculum in aenigmate; sed
in visione, qua facio ad faciem Deus sic
ut est videtur. Secundo si credidisti & cre-
dis, quod vera felicitas sine dilatione
* correspondente faciali Dei visioni non ha-
betur.

Circa octavum capitulum querimus.
Primo si credidisti & credis, quod Chri-
stus secundum humanitatem non excedit in-
finita perfectione omnem creaturam, nec
beatitudo creata, qua ejus anima est be-
ata, infinita perfectione excedit beatitu-
dinem angelorum, vel beatuarum animarum.
Secundo, si credidisti & credis, Christum
secundum humanitatem, qua minor est Pa-
tre, excedi in infinitum & sine termino a
perfectione, quam habet secundum divini-
tatem, in qua Patri & Sancto Spiritui est
aequalis.

Circa decimum capitulum querimus, si
credidisti, & credis, purgatorium esse, ad
quod descendunt animae decedentium in gra-
tia, quae nondum per completam poeniten-
tiam de suis satisfecerunt peccatis. Item
si credidisti & credis, quod igne crucien-
tur ad tempus, & quod mox purgata eti-
am citra diem iudicii ad veram & eter-
nam beatitudinem perveniunt, qua in fa-
ciali Dei visione & dilectione consistit.

In XII. capitulo dicitis, quod baptismus
secundum formam ecclesiae receptus sine si-
mulatione delet omnia peccata illorum, qui
semel baptizantur, sive originalia sint, si-
ve actualia: sed cum aliqui baptizantur
bis in eodem baptismo, non delentur pecca-
ta.

ta illorum; immo potius adduntur, & com-
mittuntur per secundum baptismum. Circa
quod primo volumus a te scire, si credis,
quod baptismus susceptus secundum formam
Romanae ecclesiae, quae est: Ego te baptizo in
nomine Patris, & Filii, & Spiritus San-
cti; in illis, qui non simulate nec fide
suscipiunt, delet omnia originalia, & ac-
tualia, si insunt illis, peccata. Secundo
si credis, praedictam formam, qua Roma-
na ecclesia utitur, Christum instituisse &
tradidisse Apostolis, & ipsam a Chri-
sto & per Apostolos fuisse impostam catho-
lica ecclesiae, quae Romana est, ad ser-
vandam. Tertio si credis, quod a quocum-
que mortali homine, habente fidem sacra-
menti, etiam non sacerdote vel clerico, sed
laico vel muliere baptismus conferatur in
forma, qua utitur Romana ecclesia, verum
baptisma esse, nec posse scienter iterari ab
aliquo ministro, nec suscipi ab illo, qui tu
dicta forma Romanae ecclesiae semel fuerit
baptizatus, sine mortali peccato. Quarto
si credis, postea quod licitum esset inter-
prolationem verborum formae baptismi &
lotionem cum aqua baptismali evangelium
vel aliquas orationes interponere, quod
multo melius, & magis ordinate fiat si,
quando proferuntur verba baptismi, lotio
simul fiat cum aqua baptismali illius, qui
baptizatur. Quinto si credis ulla auctori-
tate, cui a catholico sit adhaerendum,
aut efficaci ratione posse probari, quod for-
ma, qua utitur Romana ecclesia baptizan-
do, sit dubia & incerta; & quod Apostoli
ea usi non fuerint baptizantes. Quod pro-
tanto a te scire volumus, quia misisti quas-
dam rationes debiliter concludentes pro eo
quam maximo, quod supponis in omnibus
illis rationibus, quae deberes probare.

De Ba-
ptismo.

Iterari
non de-
bet.

Forma
ejus non
est dubia.

Circa XVII. capitulum in quo dicitis, te
credere, quod matrimonium est sacramen-
tum ecclesiae, & quod actus matrimonialis
si congruo modo fiat, est meritorius; vo-
lumus a te scire, si credis, matrimonii
sacramentum perfectum & per carnalem con-
sulam consummatum, numquam posse dis-
solvii quantum ad vinculum aliter, quam
per mortem alterius coniugis vel amorum
dicente Domino: Quos Deus conjunxit, ho-
mo non separet. Secundo si credis, quod
uxor mortua, qui fuit vir ejus, possit nu-
bere cum secunda, & illa mortua cum ter-
tia, & sic deinceps quamdiu placuerit si-
bi, & fuerit conjugio aptus: & quod si-
mili modo uxor, suo primo viro mortuo,
possit secundo nubere, & tertio mortuo si-
militur, & sic de aliis mortuis viris pri-
mis.

IX.
De ma-
trimonio.
Indisso-
lubile est.

Circa XXIII. capitulum, in quo dicitis te
credere, quod natura humana assumpta a
Verbo, est substantialiter unita Verbo in
unitate personae, querimus a te, si credis
unitatem naturae humanae & divinae in Ver-
bo non esse substantialem, sed personalem:

De natu-
ra a Ver-
bo assum-
pta.

net naturas divinam & humanam unitas esse substantialiter, sed suppositaliter in unitate persona.

Circa xxiv. capitulum, in quo dicitis & promittitis, quod curabis facere, ut subditi tui non recipiant manuum impositionem nisi ab iis, qui obediunt tibi, sicut & tu ecclesie Romanae; querimus primo a te, si credis, quod illi, qui Romanae ecclesie & tibi obediunt, a Romano Pontifice vel ab aliis episcopis auctoritate Romani Pontificis possunt recipere manuum impositionem. Secundo si credis, quod omnes, qui tibi obediunt, teneantur immediatus & principalis quam tibi, Romano Pontifici obedire.

Circa xxx. & xxxi. capitula, in quibus dicitis primo, quod carnes animalium, que occiduntur pro sepulturis defunctorum ut adjuventur per elemosynas, & quod distinctio de mundis, & immundis animalibus quantum ad esum, que precipiebantur in lege veteri, cessavit & evacuata est per adventum Christi; querimus a te si credis, quod hujusmodi elemosynae, quae sunt de carnibus prohibitis in lege, proficiunt animabus defunctorum plusquam si fierent de non prohibitis; & quam proficerent eis, si de pane, vino, vel panno, seu rebus aliis, quibus sacerdotes & alii pauperes tantum, vel amplius indigerent.

Circa xxxii. capitulum, in quo scribis, non esse de consuetudine Armenorum, pisces & oleum comedere in diebus jejuniorum, immo per mandatum ecclesie Armenorum prohibitum est comedere pisces & oleum, & quod laudatis illos, qui una comestione contenti sunt in diebus jejuniorum; querimus primo a te si credis, non esse mandatum ecclesie catholicae, quod in diebus jejuniorum, omnes jejunantes abstineant piscibus & oleo, nec quod talis abstinentia sit de necessitate jejunii a sanctis patribus instituti. Secundo si credis, quod qui pluribus vicibus in die quam una comedunt, violant jejunium a Romana ecclesia & sanctis patribus institutum.

In capitulo xxxix. dicitis quod rite baptizati in ecclesia catholica & apostolica nullo modo sunt iterum baptizandi. Circa quod querimus a te, si per ecclesiam catholicam & apostolicam intelligis ecclesiam Romanam. Secundo, si in symbolo, ubi nos habemus: In unam sanctam catholicam; tu & Armeni qui tibi obediunt habetis: Et in hanc sanctam catholicam; & si estis parati dicere: Et in unam, ut Romana ecclesia dicit.

In XLII. capitulo dicitis te credere & tenere, quod Corpus Christi natum de Virgine, & mortuum in cruce, quod nunc est in celo vivum, post verba consecrationis panis, que sunt: Hoc est Corpus meum; est in sacramento altaris sub specie & similitudine panis: ex quo querimus a te. Primo si credis, quod panis transubstantietur

in Corpus Christi. Secundo si post illa verba, Hoc est Corpus meum, sacerdotes in ecclesia Armenorum utuntur orationibus, per quas videantur orare, quod panis convertatur, & transeat in Corpus Christi, vel quod fiat in Corpus Christi: & si hujusmodi orationes es tu, & Armeni qui tibi obediunt, paratus omnino & ex toto dimittere, vel saltem corrigere quantum ad hoc, quod optando oratur, ut Corpus Christi fiat in altari, postquam per verba consecrationis, vere & realiter in ipso sacramento est Corpus Christi. Tertio querimus a te, quibus verbis utuntur sacerdotes Armenorum in consecratione Sanguinis Jesu Christi. Et pro conclusionem eorum, que scripsisti in capitulis LIII. volumus a te scire, si omnia scripta per te submittis correctioni nostrae, tanquam veri vicarii Jesu Christi & successoris beati Petri principis Apostolorum in plenissima potestate super omnes, qui invocant nomen domini nostri Jesu Christi; & correctioni etiam successorum nostrorum, ac Romanae ecclesie, que nunquam potest deficere in credendis.

Rursus circa responsiones tuas ad instructiones datas tibi, & Armenis qui tibi obediunt, per sepeditos Joannem archiepiscopum & Antonium episcopum, responsiones dedisti, que nos inducunt, ut a te sequentia requiramus. Primo de consecratione chrisimatis, si credis, quod per nullum sacerdotem, qui non est episcopus, chrisma potest rite, & debite consecrari. Secundo si credis, quod sacramentum confirmationis per alium, quam per episcopum, non potest ex officio ordinari ministrari. Tertio si credis, quod solum per Romanum Pontificem, plenitudinem potestatis habentem, potest dispensatio sacramenti confirmationis presbyteris, qui non sunt episcopi, committi. Quarto si credis, quod chrisimati per quoscunque sacerdotes, qui non sunt episcopi, neque a Romano Pontifice super hoc commisionem seu concessionem aliquam receperunt, iterum per episcopum vel episcopos sint chrisimandi.

Circa instructionem secundam, quod parvulis, quando baptizantur, non debet dari Corpus Christi nec poni in ore eorum; respondes, quod dabitur solummodo illis, qui in etate adulta baptizantur. Circa quam responsionem querimus, si credis, quod ante usum rationis, nulli ministranda sit hostia consecrata. Secundo si etatem adultam in qua nullus sit idoneus recipere Corpus & Sanguinem Jesu Christi, non credis usquequo saltem compleverit septimum annum.

Circa quartam instructionem, in qua agitur de sacramento extreme unctionis; si credis, quod omnis homo mortalis adultus in eo solo casu, quo graviter est infirmus, & in mortali periculo constitutus, debet devote & fideliter semel dumtaxat in eadem infirmitate sacramentum extreme

In ea fit transubstantio.

XII.

Chrisma non potest per simplicem sacerdotem rite & debite consecrari.

Confirmatio solum per Rom. Pontificem presbyteris committi potest.

Extrema unctio semel in eadem infirmitate conferenda.

Subditi quibusvis patriarchis a Papa ordines possunt suscipere. Potius Papae quam patriarchis obedire tenentur. X.

Armeni pisces & oleum diebus jejunii non comedunt.

De unitate ecclesie.

XI. De Eucharistia.

unctionis requirere & suscipere: quod si non habens fidem hujusmodi sacramenti omittet, vel sacerdos ex eadem causa administrare nollat, peccarent ambo graviter & errarent in fide.

Circa instructionem nonam, qua erat, quod Armeni, qui rationabiliter dubitabant, utram veraciter in forma, qua Armeni baptizant, fuerint baptizati, non prohibeantur baptizari secundum formam ecclesie Romanae conditionaliter; respondi, quod rite baptizati in ecclesia Armenorum, a quocumque baptizantur, nullo modo iterum baptizandi sunt: sed qui dubitabant rationabiliter, debent dubitationem suam deferre ad sapientes prelatos ecclesie Armenorum, qui si opus fuerit, baptizabunt eos secundum formam Armenorum: circa quam responsionem primo querimus a te, in casu, quo baptizati in forma Armenorum dubitent, an essent baptizati vel non, & pro dubitatione amputanda de cordibus eorum ad Romanam ecclesiam recurrent, si paratus es credere verum esse, quod Romana determinaret ecclesia. Secundo si Armeni, dubitantes de forma baptismi, in qua baptizatur ecclesia Armenorum, ad sapientes prelatos ecclesie Armenorum suam dubitationem deferrent: volumus a te scire, utrum tales benigne & charitative susciperent, & dubitationi eorum per sacra scriptura instructionem satisfacerent; vel potius dubios flagellarent, incarcerationent, & occiderent, sicut nobis relatum est, quod fecerunt de illis Armenis, qui secundum formam Romanae ecclesie per dictos nostros nuncios sub conditione baptizati fuerunt.

Circa instructionem xi. qua est, ut Armeni festivitates celebrent in diebus per Romanam ecclesiam institutis; respondes, quod capitales festivitates ita celebratis, sicut Romana ecclesia: alias autem festivitates celebratis secundum Kalendarium Armenorum. Circa quam responsionem querimus, si es paratus tu & Armeni tibi subditi celebrare festivitates sanctorum, quos honorat & veneratur ubique Romana ecclesia: & si kalendarium, quo utitur Romana ecclesia, estis parati recipere, ut utamini eo in venerando & honorando sanctos, quos veneratur & honorat Romana ecclesia diebus ad hoc per Romanam ecclesiam institutis.

In sextadecima instructione respondes, quod illos sanctos, quos catholica & apostolica ecclesia jam acceptavit & honoravit, tu & Armeni acceptatis & honoratis similiter: & sanctos, quos acceptat & honorat ecclesia Romana, acceptatis & honoratis, & de cetero, cum acceptabilis & honorabilis sicut sanctum, facietis de voluntate, & scitu ecclesie Romanae. Circa quam responsionem primo querimus a te, si credis catholicam & apostolicam ecclesiam esse eandem vel aliam, quam Romanam ecclesiam:

Forma baptismi Armeni in dubium adducta.

XIII. De festivitibus sanctorum.

quod pro tanto cogimur querere, quia in responsione immediate premissa, sanctam catholicam ecclesiam videris distinguere a Romana, ac si crederes ecclesiam Rom. non esse catholicam. Secundo si credis, hereticos & haereticas, sicut dicuntur fuisse Dioscorus, Brisartius, Jacobus, & Rufinus, & plures alii, non esse per ecclesiam catholicam honorandos & venerandos ut sanctos; sed potius anathematizandos & detestandos.

Circa instructionem xix. de illegitimatis, quod non promoveantur ad sacros ordines sine dispensatione Romani Pontificis; respondes quod catholicam Armenorum usque nunc dispensavit, & vis, quod de cetero ita fiat, quamvis raro cum talibus dispensetur. Circa quam responsionem volumus a te scire, cum dispensatio cum illegitimatis, ut ad sacros ordines valeant promoveri, sit casus inter alios specialiter Romano Pontifici reservatus, si tu vis, ut ceteri episcopi obediens Romano Pontifici in predicto casu non possint dispensare sine speciali privilegio & concessione Pontificis Romani.

Circa instructionem xx. qua est de libris, quibus utitur ecclesia Armenorum; respondes, quod in illis non sunt errores, sed laudes & gloria Dei, & in quibus necesse esset eos corrigere, corrigerentur. Circa quam responsionem querimus a te, quare libros, quibus in officiis missarum & horarum, & ordinationum & consecrationum episcoporum utitur ecclesia Armenorum, non exhibuisti, nec etiam ad legendum exhibere voluisti interpreti archiepiscopi & episcopi predictorum. Secundo volumus a te scire, si fideliter & integre es paratus eos exhibere nostris nunciis, cum per eos fueris requisitus. Tertio tu non respondes de libris illorum, quos apud Armenos reputas doctores, in quibus ut nobis declaratum est, sunt multi errores & haereses contra eandem fidem catholicam, quam tenet & docet sancta mater ecclesia. Volumus igitur a te scire, si es paratus ad mandatum nostrum, quando ad te pervenerit, libros hujusmodi exhibere.

Post predicta omnia, mirari cogimur vehementer, quod in quadam epistola, qua incipit, Honorabilibus in Christo patribus, subrabas de LIII. primis capitulis capitula xvi. Primum, quod Spiritus Sanctus procedit a Patre & Filio. Tertium, quod parvuli ex primis parentibus contrahunt originale peccatum. Sextum, quod anima ex toto purgata separata a suis corporibus manifeste Deum videt. Nonum, quod anime decedentium in mortali peccato in infernum descendant. Duodecimum, quod baptismus delectat originale & actuale peccatum. XIII. quod Christus non destruxit descendendo ad inferos, inferiorem infernum. xv. quod angeli a Deo fuerunt creati.

Præcipui Armenorum hæresiarchæ.

XIV.

Libri Armenorum su ipse.

XV. Capitula ad que non respondimus est a patriarcha Armenorum.

ti boni. xxx. quod effusio sanguinis animalium nullam operatur remissionem peccatorum. xxxii. quod non judicent comestores piscium & olei in diebus jejuniorum. xxxix. quod in ecclesia catholica baptizati, si efficiantur infideles & postmodum convertantur, non sunt iterum baptizandi. xl. quod parvuli ante octavam diem post sunt baptizari, & quod baptismus non potest esse in liquore alio, quam in vera aqua. xlii. quod Corpus Christi post verba consecrationis sit idem numero, quod corpus natum de Virgine & immolatum in cruce. xlv. quod nullus, etiam sanctus, Corpus Christi potest conficere, nisi sit sacerdos. xlvii. quod est de necessitate salutis, confiteri proprio sacerdoti, vel de licentia ejus, omnia peccata mortalia perfecte & distincte. Quis autem proprius sacerdos intelligendus sit, jam in superiori tomo contra errorem Joannis e Polliaco demonstratum est (a), nimirum non parochum modo, sed episcopum & summum Pontificem & eos, qui vel ab episcopo & maxime qui a sede apostolica fuerint ea autoritate instructi, censendos proprios sacerdotes idest, jurisdictionem habentes, & non alienos, scilicet nullo noxarum poenitentis solvendarum jure praeditos. Quia igitur verba illius epistole, in qua scribis, quod diminuisti xvi. capitula de lxx. capitulis per dictos archiepiscopum & episcopum tibi exhibitis, & ad singula per te illis in scriptis responsionibus datis, intricata sunt & obscura; ideo volumus clare & sine velamine a te scire, si praedicta xvi. capitula diminuisti de lxx. pro eo, quod non credis ea esse vera, neque catholica: vel ex qua causa, ipsa capitula diminuisti.

(a) Anno Christi 1321. n. 20.

XVI.

Alia responsa obscura & ambigua.

Ad solum Pont. spectat cultum decernere.

Item in scriptis rogasti archiepiscopum & episcopum antefatos, ut esset inter eos & te verborum finis: & quod amplius non laboraretis in verbis instructionis, ad quem laborem isdem archiepiscopus & episcopus per Romanam sedem fuerunt ad te missi. Et cum tuae responsiones in pluribus sint dubiae, cavillatae, obscurae, & suspectae, scias quod non possemus nos, qui salutem tuam & Armenorum ipsorum, sicut tenemur, ardenti desiderio stimus, finem imponere, nec a labore & fatigatione cessare, nisi prius pure, clare, perfecte, & integre tu & Armeni de tua obedientia fidem illam recepissetis, quam ipsi Romana tenet & docet ecclesia, quae cunctorum fidelium mater est & magistra. Adhuc cum canonizationes sanctorum, & promotiones illegitimarum ad sacros ordines sint casus, qui inter alios tantummodo Romano Pontifici reservantur, & ad nullum alium praelatum ecclesiae pertinentes, nisi ipse Romanus Pontifex specialiter aliquibus duxerit committendos; miramur, quod te dicis praedictos duos casus autoritate propria velle penes te reti-

nere: quod nullum signum est obedientiae & reverentiae, quas ad Romanum Pontificem in praemissis capitulis te praetendis habere. Quapropter ad hoc cogimur te requirere, ut nobis in scriptis respondeas, si vis traditiones orthodoxorum Patrum, ac decretales seu constitutiones sanctae & apostolicae ac Romanae sedis reverenter suscipere, docere, atque servare.

Ceterum, quia fidedignorum plurium, & quorundam etiam Armenorum relatio frequenter nostris auribus instillavit, quod tu & antecessores tui catholicorum Armenorum, ac tibi & eis obedientes Armeni ea, quae circa ipsius fidei nostrae cultum nobis & praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus tuis & eorum literis descripsistis, & promissistis etiam vos facturos, in nullo penitus observatis: immo [quod est detestabilius, & nos amplius deploramus] nuncios & legatos ad dictam sedem, quos ad te ac illam sedem ipsa de tua & illorum salute anxia curiositate sollicita destinavit, salubria monita, & sanam catholicamque doctrinam per eosdem legatos & nuncios tibi & tuis antecessoribus, ac obedientibus tibi & eis Armenis eisdem communicata & tradita contempsistis, & abiecitis omnino, ac sedem ipsius ecclesiae Romanae, extra quam nulli est gratia, nulli salus, habuistis damnablem in derisum.

Et ideo fraternitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur attente, tibi tuae salutis intuitu sanis consiliis suadentes, quantum responsiones per te ad interrogationes nostras faciendas & omnia, quae tu & isdem obedientes tibi, ut praefertur, Armeni circa ipsius fidei nostrae negotium promittetis & dicetis, vos credere ac tenere, [quamquam speremus indubie quod simpliciter verba tua & Armenorum ipsorum pura & vera tua & eorum conscientia quidquid illi vel illi contentur asserere comitentur] tactis sacrosanctis evangelii, juramentis solemnibus roboratis: & nihilominus sub juramentis similibus promittatis, quod nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus, canonicis intrantibus, & eidem ecclesiae Romanae, ac nostris & eorum praecipis & iussionibus, sicut vere obedientes, parebitis cum effectu, ut ora de te & Armeni eisdem sic graviter sicque notabiliter obloquentiam obstruas; & Armenia cleri & populi pastor bonus sic eis salutis ducatum & pascua praepares, quod dum tempus resolutionis advenit, ad sancta sanctorum purificatis cum ipsis introire mentibus merearis: nosque laborum nostrorum, quos cum tanta cordis affectione ac sinceritate subivimus & subimus, fructus utiles & diu ac anxie concupitos, praestante domino nostro Jesu Christo, qui est caput ecclesiae, colligamus: sciturus pro certo, quod praeter salutis aeternae praemia, & fame titulos, quae provide consequeris, dabit tibi

XVII. Promissa a patriarchis Armenis non servata.

XVIII. Fallo jactant novatores cum ipsis sentire Armenos.

(a) To. 10. ep. 1. cor. p. 81. & eod. MS. arch. Vat. de reb. p. 95.

Exactum ut dicta sacramento confirmet.

Deus, ille omnium opulentissimus retributor unde in praesenti quoque seculo gratis & beneficiis affluas: & nos, licet insufficientibus meritis, dignatione sua ejus in terris vicarius, qui honori & statui ecclesiae sedisque tuae non detrabere, quin immo adicere tuis, ut speramus, exigentibus meritis, Deo favente proponimus, magnis & amplioribus privilegiis, gratis, & libertatibus te ac ipsam tuam ecclesiam honorare. Dat. apud Villamnovam Avinionensis dioec. III. kal. octobris anno x.

Ex his animadverti potest in quantos, quamque foedos errores prolabantur facile, qui se a Romanae ecclesiae conjunctione segregant. Nec possunt novatores jure gloriari de suarum haereson antiquitate, jactareque ad imperitos subornandos, Armenos aliosque orientales cum ipsis sentire, licet enim aliquos ex his erroribus tueantur, non tamen omnes admittunt, atque in gravissimis capitibus discrepant. Divina vero potius justitia suscipienda, quae his erroribus infectos Armenos redigi passa sit in barbarorum servitute. Quam ut averteret calamitatem Clemens, omne studium pro instauranda illis in regnis religione contulit, Constantinumque Regem occidentalium auxilia implorantem excitavit (a), ut patriarcham ac praefules Armenos ad orthodoxam fidem, quam Romana ecclesia colit, & omnes ambages, quas error dum videri erubescit aucupatur, amputandas adduceret.

Clemens, &c. Constantino Regi Armeniae illi gratiam in praesenti, quae perducatur ad gloriam in futuro.

Dei, cujus perfecta sunt opera, fiducia roborati & freti auxilio, nolentes imperfectum deserui, quod pro tot tantorumque salute dedit divina bonitas inchoari, ad hujusmodi responsiones ipsius catholicon quasdam interrogationes salubriter & cum magna deliberatione formari fecimus, & eidem catholicon per alias nostras literas destinavimus, ad quas singulis singulas, cum sint in ipsius fidei veritate firmatae, per eundem catholicon non sub obscuritatis nube aut duplicitatis pallio, vel sub incertitudinis vel imperfectae cujuspiam detrimento; sed nuda, clare, pure, & aperte volumus responderi, ut zelus suus ad eandem fidem non obliquus, sed rectus appareat: & sic ipse, inoffenso vestigio & recto calle similiter gradientis, aeternitatis, quae Christus est, splendore lustratus erroris cujuslibet se gaudeat amisisse caliginem; ac tandem, Armenorum populo parans salutis pabulum & ducatum, una cum eis ad sancta sanctorum mentibus purificatis introeat, aeternae beatitudinis indeficientibus gaudiis perenniter potiturus.

Quapropter serenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, tuae

salutis obtentu attentius obsecrantes, quantum prudenter attendens, quod catholicorum principum opus est, pro augmento Christianae religionis & fidei labores amplecti, curas suscipere, sollicitudines non vitare; apud eundem catholicon, quod salutaribus monitis & exhortationibus nostris obtemperans, non in corde & corde, sed pure & simpliciter & secundum exigentiam catholicae veritatis eisdem interrogationibus respondeat, & responsiones suas jurjurandi adjectione confermet, pro divina majestatis reverentia, nostrae interventionis obsequio, & tuae insuper consideratione salutis efficaciter & solerter insistas: ut eo cum universo Armenorum clero & populo tuo felici tempore hujusmodi reaggregatis unitati ecclesiae memoratae, obstruantur ora obloquentium plurium catholicorum etiam Armenorum, qui catholicon ipsum & Armenos alios non in veritatis simplicitate, sed fictione quadam ipsius fidei negotium prosequi; immo (quod detestabilius est & amplius deploramus) communicatam eis per legatos ejusdem sedis salutarem doctrinam ipsius fidei in contemptum & derisum habuisse, firmiter asserant: tuque tanti boni procurator & auctor claris, attollaris ubique praecentis, & solum regni tui in terris stabilis robores, & cum tempus resolutionis advenit, ad participium aeternae gloriae in regno caelesti cum sanctis & electis Dei ab eo, per quem regni sceptrum suscepisse ac gerere nosceris, admittaris; pro certo scituras, quod nos, qui salutem tuam & tui subditi populi in hac parte prosequimur & simpliciter quarimus, te regnamque tuam non solum spiritualibus gratis, sed etiam temporalibus favoribus atque subsidiis disponimus, praestante Domino, multipliciter confovere. Quod ut ex-nunc aequaliter sentias, de pecuniis apostolicae camerae sex milia florenorum in regno Cypri tibi seu procuratori tuo mandavimus exhiberi. Dat. apud Villamnovam Avin. dioecesis xviii. kal. octobris anno x.

Constantinus Rex sollicitus ut catholicum ad fidem exponendam adigat.

Curet ut pristina conjunctione ecclesiarum instituetur.

Promissa auxilia.

XIX. Cyprio ad catholicum conprociendo responso transmitti vir prudens iustus.

Ad haec perducenda ad optatum finem Guillelmo patriarchae Jerosolymitano Philippo archiepiscopo Nicosiensi, Odoni Paphensi & Leodegario Nimoriensi episcopis apostolico pro imperio injunxit, ut sapientem virum catholicae fidei studio inflammatum ad Armenorum catholicum, abjecta omni mora, transmitterent e Cyprio: Qui, inquit, ab illo cum ea, qua decet, gravitate prudenter & provide responsiones exigat ad hujusmodi articulos non circumfusus velamine; sed lucidas & apertas, ut qualis sit ejus ad catholicam fidem zelus, an scilicet obliquus an rectus, documentis manifestioribus cognoscamus: & ubi, sicut de dignatione divina confidimus, ille pater luminum Christus Jesus, lucernam ponens dicti catholicon pedibus verbum suum, sic eum gratiae suae dono repleverit, quod ipse

ipse catholicon nostris salutaribus monitis excitatus, errorum tenebras respiciens & videns clare, mentis intuitu lumen vita ad articulos ipsos responderit clare, aperte, & lucide, prout expedit & speramus. Quia non spiritualibus modo, sed & temporalibus quoque auxiliis catholicon ipsum & Armenos alios ipsius fidei nostrae robore confirmatos intendimus, Deo propitio, confovere &c. Dat. apud Villannovam Avinionensis diocesis x. kal. octob. anno x.

Affuisse hoc tempore egregias spes revocandae ad fidem catholicam universae Armenorum ecclesiae, scribit Bosius (a), atque Deodatum Gosonium supremum equestris Hospitaliarum ordinis magistrum a Pontifice excitatum, ut eos magnis auxiliis adversus Saracenos instrueret, quo majoribus officiis Romanae ecclesiae devinceret. Extant ex in regeffo pontificio ad Gosonium litterae (b) quibus se optime de Armenorum conversione sperare Pontifex indicat. Ac non Rhodii modo, verum Smyrnenfis quoque praefectus & Hugo Cypri Rex (c) sollicitati, ut opem Armeniae laboranti ferrent. Ut vero intestinum a Cypro bellum averteret, cuius metus gravis ob Petri regni heredis cum patre Hugone dissensiones imminabat, omne studium ad eos conciliandos addidit, ac Regi egit gratias (d) filium e vinculis liberasse, fumisque contendit precibus, ut mutuum cum filio amorem aleret; tum de muneribus ad sedem Apostolicam Nicosiensis ecclesiae quaestoris opera transmissis (e) rogavitque ut Nicosiensem archiepiscopum ad aulam pontificiam accedere permitteret. (f)

(a) Bos. hist. Hospital. serv. p. 2. l. 2. Rhodiorum magister Armeniae succurrere iussus. (b) To. 10. ep. fecr. p. 83. (c) Ead. pag. Cyprius Rex filio conciliatus. (d) Ib. p. 65.

(e) Ib. pag. 66. (f) Pag. 65. XX.

Data extinguendis Graecorum haeresibus opera.

Missi ad Rascios, Albanos, Sclavos, internuntii.

lia sacra dogmata promulgari, discutique errorum tenebras iussit, dato subiecto diplomate (g).

Clemens, &c. venerabilibus fratribus Antonio Duracensi & Elia Ragusino archiepiscopis, ac Bartholomaeo episcopo Tragurienfi.

Inter caetera, quae apostolatus officio, cui quamquam immeriti disponente Domino praesidemus, imminet peragenda, illud potissime humeris nostris incumbit, ut contra schismaticorum & haeticorum venena pestifera, quibus catholicae fidei puritatem conantur insicere, per nos & alios, prout locorum & temporum qualitas exigit, partes apostolicae sollicitudinis apponamus. Nuper siquidem rumor infestus ad nostram non sine gravi mentis turbatione perduxit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii, se Christianos solo nomine profitentes, fidei Christianae prorsus adversi, in nonnullis regni Rasciae, Albaniae, & Sclavoniae, & aliis circumadiacentibus partibus inconsultam tunicam Domini nostri dividere & lacerare conantes, ac pernicioso schismata suscitantes, novas inducunt sectas, varioque seminare moluntur errores: ex quibus, ut aliquos recitemus, falso pertinaciter asserunt, Spiritum Sanctum non a Filio, sed a solo Patre procedere: non attendentes, quod sicut sacrosancta Romana ecclesia mater fidelium omnium & magistra tenet & docet, ac orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter & Graecorum habet incommutabilis & vera sententia, sacrique concilii declarat auctoritas, idem Spiritus Sanctus eternaliter ex Patre & Filio tanquam ex uno principio unica inspiratione procedit. Item mendaciter asserunt contra ea, quae praefata Romana tenet & docet ecclesia, Corpus Christi non in azymo, sed in fermentato pane confici debere, & quod in azymo confectum est, esse denegant Corpus Christi, illudque in sua damnationis cumulum blasphemis inelamare, deturpare manibus, & [quod sceleratius est] conculcare pedibus non verentur. Dicunt etiam, formam baptismatis & confirmationis iuxta ritum, quem praefata Romana servat ecclesia, flamen fore; ac ipsos vero baptismate baptizatos baptismati & confirmationi, secundum ritum praefatum susceptis, damnabiliter renuntiare & rebaptizari compellunt. Praeterea damnabili detestatione dicuntur asserere, eandem Romanam ecclesiam, cui univeree Christiana fidei professores subesse noscuntur, ejusque tenentur instituta servare, in plerisque aliis, quae praesentibus exprimere non curamus, a verae fidei tramite deviare.

Intelleximus etiam, quod nonnulli archiepiscopi & episcopi partium earundem sacros ordines indecenter & contra sanctorum canonum instituta conferunt, & super matrimonii contrahendis in gradibus prohibitis dis-

(g) Ana. l. 2. p. 1. ep. chr. 2. & MS. arch. Vall. de rebus Tartaror. Armenor. & Schism. p. 97.

Haereticis adversus processionem Spiritus S. damnata.

Ex uno principio & unica spiratione procedit. Eucharistia confecta in azymo conculcata a schismaticis.

Iteratus baptismus.

Aspersae Rom. ecclesiae calumniae.

Sacri ordines indigne collati.

Leges de gradibus confanguinitatis perperam soluta.

XXI.

Ad hos emendandos interuentum iussit in-cambere.

(a) Alvar. Pelag. in calyr. adversus haereses. MS. bibl. Vat. sign. n. 1139. Oppugnata ab infidelibus Smyrna. (b) To. 9. ep. fecr. p. 198.

(c) Ead. ep.

penfure contra instituta praefata propria temeritate praesumunt: quodque religiosi quamplures mendicantium ordinum, commissum sibi fore ab Apostolica sede in eisdem partibus legationis officium minus veraciter asserunt, eoque praetextu nonnulla illicita temere attentare praesumunt in suorum & aliorum animarum periculum & scandalum plurimorum.

Cupientes igitur huiusmodi ejusdem orthodoxae fidei & animarum periculis, prout ex debito praemissi tenemur officii, opportunis & efficacibus studiis obviare, ac de vestra circumspeditionis industria gerentes in his & aliis fiduciam in Domino specialem; fraternitati vestrae per apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum ad loca dictarum partium, de quibus vobis magis expedire videbitur, vos personaliter conferentes, & contra euntes, praesumptores & attentatores huiusmodi pro ecclesia sanctae Dei vos defensionis murum viriliter opponentes, praemissa schismata dissipare, sectas dissolvere, errores evellere, excessus corrigere, deformatam informare, & errantes ipsos ad veram ipsius catholicae fidei unitatem dictaeque Romanae ecclesiae ritus & mores reducere, quantum vobis inspirabit Altissimus auctoritate nostra fideliter studeatis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; contradicentes quoslibet & rebelles, cuiuscumque praesentia, status, ordinis, vel conditionis existant, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quaecumque vero in praemissis duxeritis faciendum, & quae nobis alias circa ea videantur agenda, nobis fideliter & solerter intrinsece curetis, ut super ipsis providere salubriter, auctore Domino, valeamus. Dat. Avin. kal. septembris anno x. Infestis iis erroribus non servios modo & Macedones, sed alios etiam Graecos confirmat Alvarus (a) Pelagius, qui eodem errore in Graecanicarum haeresum catalogo recenset. Ardebat pio studio Clemens Graecos, deterfa veteri caligine, orthodoxae veritatis luce collustrandi revocandique ad sinum ecclesiae: sed illud cum Cantacuzeno Imperatore ceptum colloquium obsecutas discordias consensu, vergereque in exitum res Christiana coepit. Adducta est per hoc tempus in grave periculum Smyrna (b), ne a fidei hostibus, quibus plurimo Christiano cruore erepta fuerat, expugnaretur, archiepiscopi Smyrnenfis maximo vitio, in quem Pontifex exercenda quaestione provinciam Raimundo episcopo Morinorum A. S. L. dedit (c): Licet, inquit adversus pontificali dignitate praeditos gravitas & reverentia, canonum accusationes facile non admittant; quia tamen loci & temporum conditio e-

xigit, ut cautius haec negotia disponantur, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus per te vel alium seu alios Deum timentes descendas ad locum: & si ea, quae clamor, qui de archiepiscopo ipso ad nos usque pervenit insinuatque, te in vicino positum latere non possunt, veraciter compereris, tanto studeas super hoc celerius providere, aliquem virum probum, fidelem & strenuum, prout necessitas exigit, capitaneum deputando ad eisdem custodiam civitatis, quanto perniciosi viri, si (ut praemittitur) veritas sit comes relictus, actus & opera graviora pericula Christi fidelibus illarum partium committantur. Datum Avinion. id. Januarii anno 1x.

Contenderat Raimundus legatus in orientem, ut classi sociali pro defendenda Smyrna Turcisque reprimendis praesert, sed pontificia consilia turbavit lugenda Genuensium ac Venetorum dissensio: Andreas enim Dandalus Venetiarum dux qui ad triremes numero tres egregie ad pugnam instructas mittendas se obstrinxerat, metuens ne a Genuensibus invaderentur, se de servandis promissis excusavit apud Pontificem. Qui repetitis literis ipsum urfit (d), ne praclare coeptis desisteret: se paci cum Genuensibus reintegranda operam daturum: tum quartam stipendiorum partem pro alendo Smyrnenfi praesidio suppeditaret. Qua etiam de re ad Hugonem Cypri Regem iniit in Turcas foederis socium scripsit (e) ineunte anno, rogavitque ut una cum Rhodiis equitibus triremes, de quibus constitutum erat, mitteret. Andreas porro Dandalus adduci non potuit ad triremes ex foederis legibus submittendas, quod Genuense bellum arderet, atque hostes maximas vires contraherent. Dissolutum itaque est (f) sacrum in Turcas foedus, quo Pontifex, Hugo Rex, Andreas Dandalus, & equites Rhodii illorum victorias reprefferant: de quo gravissime conquestus Pontifex infelicem casum Christianorum peccatis ascripsit. Cum itaque jurata societas, implicitis novo bello Venetis, exitu careret, equites Rhodii a triremibus instruendis in bello liberi v. r. id. septembris pronuntiat (g) sunt: tum antea idibus maii admoniti, ne ad Venetorum Genuensiumve partes inclinarent (h). Concepisse de Rhodiis Venetos adversas suspiciones, ne Genuensibus studeant, refert Bosius (i): ac Deodatum Gosonium respondisse, in neutram partem se propendere: sed cum equester ordo ex pluribus nationibus constatus esset, Ligures suorum partes tueri; neque id mirum, cum Veneti generis equites suos etiam defenderent.

Quod attinet ad exitiale Venetos inter ac Genuenses humani generis hostis Y y y affla-

Postulatus iudicio Smyrnenfis archiepiscopi.

XXII. Venetorum ac Genuensium dissensio exitialis.

(d) To. 9. ep. fecr. p. 199.

(e) Ead. To. 9. ep. fecr. p. 198.

Dissolutum armorum foedus in Turcas. (f) To. 10. ep. fecr. p. 55.

(g) Ead. pag.

(h) To. 9. ep. fecr. p. 276. (i) Bos. hist. Hospital. l. 2.

afflatu anno superiori accensum bellum, quo res Christiana conflagravit, atque innumera mala ad securas aetates emanarunt; execrabantur illud boni omnes ac prudentes viri, e quibus Petrarcha doctrine laude florentissimus in literis ad Andream Dandalum ducem Venetorum datis utrumque populum ad mutuam concordiam irasque vertendas adversus infideles ita hortabatur (a).

(c) Petrar. variar. l. 1. ep. 1. Petrarchæ hortatorie littere ad mutuam pacem.

Franciscus Petrarca Andream Dandalum Venetorum duci S.

Mortuor, vir illustris, & valde permortuor, & si proprium affectus mei nomen exigit, permortuor frementes in circuitu procellas, & quos undique cernimus rerum motus. Sed ut totius humani generis lamenta preteream, Italicus homo ad Italicam querelam venio. Surgitis nunc ad arma duo potentissimi populi, duæ florentissima urbes duo (ut dicam breviter) Italiae lumina quæ, ut mihi quidem videtur, peropportune adeo hinc illinc circum Aegæi orbis claustra distribuit natura parens, ut vobis ad arcton & ad orium solis, illis ad meridiem & ad occasum versis vobis superum, illis inferum mare frenantibus, post debilitatum, inclinatumque iam, ne dicam prostratum prorsus & extinctum, Romanum imperium ad Reginam Italiam quadripartitus orbis agnosceret. De qua re, etsi quarundam forte gentium superbia in terris litem factura videatur, in alio certe nullius imperium impudentia controversam movebit. Caterum si in vobismetipso, quod nedum spectare, sed ominari horreo, victricia nunc arma convertitis, haud dubie vestris propriis manibus faucibus perimus, vestris propriis manibus spoliati & nomen & multas questum laboribus imperium maris amittimus: ita tamen, ut quod sæpe alias matorum solamen habuimus, non perdamus: calamitatibus enim nostris gaudere poterunt hostes, sed minime gloriari. Inter cuncta nimirum, quibus angor aut terrore, nil magis quam intractabiles, & consilia juvenum pavesco. Et infra: Nemo, quæso vos fallat, cum asperrima atque invictissima, & quod tristius dico, cum Italica gente bellum geritis. Utinam inimicæ urbes vobis essent Damascus aut Susa: utinam Memphis potius aut Smyrna, quam Janua, utinam adversus Persas aut Arabes: utinam adversus Trucas aut Illyricos pugnaretis. Nunc vero quid agitis? Si quæ Latini nominis reverentia est, quos delere molimini, fratres sunt. Et, heu, non tantum apud Thebas fraternæ acies, sed per Italiam instruuntur, amicis flebile, lætam hostibus spectaculum. Quis autem belli finis? Ubi seu victores fueritis, seu victi? anceps est enim alea fortune: necesse est ut alterum e dubis Italiae luminibus extinguatur, obscureretur alterum. De tanto enim hoste incruentam sperare victoriam, vi-

De vertendis in barbaris communibus armis.

de non tam generose fiducia, quam incuriosæ demeritæ signum sit.

Sane vos videritis, viri magnanimi & præpotentes populi: quod enim uni dico, dictum ambobus intelligo, nisi quia, ut ad se potissimum hæc scripta perveniunt, & devota familiaritas, quæ mihi cum virtutibus tuis est, & ipsa locorum vicinitas causam præbuere: vos (inquam) videritis quorsum pergatis animo, quis sit irarum modus, quis terminus odiorum, quid de salute propria, quid denique, cuius non parva portio pendet ex vobis, de statu publico cogitatis. Modo ne illud excidat, quod nisi gliscentis belli ardor fonte aliquo pietatis extinguitur, de vulneribus, quæ parantur, non Numantinus aut Pœnus, sed Italicus sanguis fuerit, & eorum qui si qua repentina vis ingruat, aut si qua barbaries, quod interdum, sed nunquam gratis ausa est, fines nostros irrupat, primi vobiscum arma pro communium fortunarum defensione suscipiant, qui simul pectora sua morti atque hostilibus telis obiciant, qui & vestris tegentur, & vos clypeis & corporibus suis regent, qui profugos hostes classibus prosequantur, pariter vivent, pariter morientur, pariter pugnabunt, pariter triumphabunt. Et infra: Quanto autem cum dolore (ne quid omnino tibi subtraham) audisse me putas, recens vobis cum Aragonum Rege fœdus inicitum? Ergo ne ab Italis ad Italos evertendos barbarorum Regum postulantur auxilia? Unde infelix opea speret Italia, si parum est, quod certatim a filiis mater colenda discerpitur, nisi ad publicum parricidium alienigenæ concitentur?

Dicit aliquis, idem mali genus prius ab hoste tentatum. Jam dixi, & si unum alloquor, utramque redarguo. Quanto dignius fuerat, irarum deterfa rubigine, a qua non ullius amicitia sinceritas, non fraternus amor, non supremæ demum parentis ac natorum pietas prorsus immunis est, Venetos cum Januensibus unum fieri, quam formosum corpus Italiae lacerari; vobis occidentalium illis ut audio dextras Orientalium tyrannorum in partem furoris implorantibus? O ferales & supervicinas cautelas! O malevolentia genus ultimum, quod manu propria non possis, ad id circumspicere quod irrites, & argumentum odii præbente vicinia, vicinos scelorum subrogare! Atqui multarum hinc injuriarum fluxere primordia, dum indigno & nescio unde prodeunte perfidia nostrarum rerum, in admirationes rapimur externarum, & jam pridem consuetudine pestifera Italicam fidem barbaricæ perfidia posthabemus. Insani, qui in venalibus animis fidem quaerimus, quam in propriis fratribus desperamus. Quo effectum est, ut jure optimo in hac calamitate incidimus, quas sero jam & inefficaciter lamentamur, postquam

Triste cum eis bellum geritur, qui levis opem ferrent.

Aragoniis a Venetis in belli locum tractus.

Orientalibus a Genuensibus in fœdus allecti.

quam alpes & maria, quibus nos moenibus natura vallaverat, & interjectas obscurasque divino munere claustrorum vavos liquoris avaritiæ superbiaque clavibus aperientis duximus Cymbris, Hunnis, Pannoniis, Gallis, Teutonibus, Hispanis. Et infra.

Quæ bona ex Venetorum Genuensiumque conjunctione oritur.

Dux Venetum bellum necessitate susceptum exculat.

* ageremus * spernere mur

(b) To. 10. ep. fecr. p. 26.

Validissima classis instructa a Genuensibus.

(c) Mart. Vill. l. 2. c. 25.

(d) Eod. lib. c. 26.

Hoc unum in finem coram duorum populorum ducibus affusus & lacrymosus obsecro. Insecta manibus arma proiciite, date dextras, miscete oscula, animos animis, signis signa conjungite. Sic navigantibus oceanus, & Euxini maris ostia patebunt, nullusque Regum aut populorum, nisi venerandus, occurret. Sic vos Indus, sic Britannus, Æthiopsque permittet. Sic Taprobanem, sic Fortunatas insulas, famosamque, sed incognitam Thylem, & omnem australem atque hyperboream plagam securus vester nauta transiet: modo invicem tuti sitis, nil aliunde trepidandum est. Vale, ducum ac virorum optime. Patavii xv. kal. aprilis MCCCL. Rescriptit (a) Petrarchæ dux multisque verbis suscepti a se belli culpam amovere studuit, additis in literarum calce his sententiis: Bellum ita suscepimus, ut nihil aliud, quam pacem honorabilem patriæ, quæ vitæ nostræ nobis est charior, quaerere videamur, & quemadmodum superbe ac violenter nos * ageremus, si * spernere placatum cedentemque hostem; sic nunc cum prope contractum resistente ac tergiversante traxerimus, nulla verecundia sumus obstricti, si bella hos contra permittimus, qui pacem patimini potuerunt. Venetiis XXII. maii MCCCL.

XXIII.

Mulcere Andream Dandali animam, quem vehementi ira in Genueses percitum indicant ejus litteræ, nitentur Pontifex: ac pridie non Julias Justinopolitano episcopo ad eum transmissis, obsecravit (b) ut ad pacem conciliandam se compararet. Miserat (c) jam is in Græciam viginti triremes; cum Genueses, quos prope contractos putarat, ostentandæ suæ potentia gratia sexaginta quatuor triremium classem, præfecto Paganino Auria, adornarunt. In quo tanto apparatu id lugendum occurrit, eos qui antea repudiarent in Turcas fœdera, atque ad ulciscendas Christi domini injurias unam vel duas triremes instruere detrectarant, tantum maritimum exercitum ad suas vindicandas conlassse. Ingressi Adriaticum mare Genueses multa Venetis damna intulere: indeque flexo in orientem cursum viginti triremes Venetas sunt insectati. Territa classis Veneta impar potentia tribus in altum fuga lapsis, in Crete portum se subduxit, quam classis Genuesis ad insulam appulsa terra marique, egregie defendentibus se Venetis, obsidione cinxit (d).

Dum tanto conatu, atque armorum Ann. Eccl. Tom. XXV.

fragore a Venetis ac Genuensibus bellum geritur, proferentibus Turcis victorias, ac reliquo orbe Christiano bellis quassato, Pontifex profusus lacrymis, ut sæpe antea, orientis exitum planxit (e).

Clemens, &c. venerabili fratri Fortanerio patriarchæ Græcensi A. S. N.

Gravis inter dilectos filios nobiles viros ducem Venetiarum & gubernatorem Januensium, nec non Januensium civitatis & Venetiarum communia, procurante pacis emulo, suborta dissensio, amaricat graviter mentem nostram, pungit animum, & viscera quæque conturbat. In ea namque particularia dissidentium partium damna dissensioque deflemus: in ea communia catholicae fidei detrimenta: in ea Christiani populi, maxime partium orientis, pericula deploramus. Quis enim zelator Christiani nominis & honoris non defleat eos invicem dissidere, ac per dissensionis hujusmodi periculosa ac dispendiosa discrimina debiles effici, quos ad exaltationem & tutelam fidei & populi prædictorum gratiosos pugiles patenter aspexit? Quis non universalia detrimenta & pericula eorumdem fidei & populis defleat, in quos pagana gens, captata hinc opportunitate nocendi, velut effrenis setis immanius, furit licentius, & liberior debaccatur. (Ut a bello hos populos revocaret Clemens Fortanerium patriarcham Gradensem, quem (f) ad eam ecclesiam ex Ravennate paucis ante mensibus permissa ejusdem Ravennatis administratione (g) traduxerat, 1x. kal. novembris ad Genueses ac Venetos legavit (h), cui hæc data imperia.)

Mérito itaque ad ipsam perniciosam supputandam discordiam, & radices ipsius, ne venenosus ex ea succrescentibus surculis priora detrimenta restaret, funditus evellendas, & pacem propagatricem, & matrem bonorum omnium reformandam inducimur, & ab intimis præcordiis excitamur, ut dissidentes, idem pace mutua gaudeant, & ipsa pagana gente a persecutionis impetu refrænata, idem populus Christianus ab angustiis & pressuris eis per usum veteribus, & per augmentum novis ut cunctique respiret. Ideoque fraternitati tuæ, de qua in magnis & arduis multa experientia, & claris operum titulis approbata, plenam in Domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta mandamus, quatenus ad partes illas sub spe illius, qui concordiam in sublimibus suis parat, & ad cujus nutum stat spiritus procellarum, te personaliter conferens, studeas salutaribus monitis, & salubribus inductioibus tuis juxta datam tibi a Domino gratiam & virtutem succidere hujusmodi pestilentem omnino discordiam, ac radices illius extirpare funditus studeas, discordes ipsos ad concordiam sollicito revocare, &c. Datum

(c) To. 10. ep. fecr. p. 106.

Deplorat Pontifex funestum hoc bellum.

Patriarcha Gradensis ad illud sopiendum missus. (f) An. 10. l. 2. p. 329. (g) Eod. an. 10. l. 1. pag. 321. (h) Eod. 10. 10. ep. fecr. p. 106.

Instruitur auctoritate ad collationes dissolvendas.

(a) Eod. to. 10. ep. sec. p. 106.

XXIV. (b) Eod. to. p. 105.

rum apud Villamnovam Avinionensis diocesis xi. kalendas novembris anno decimo. Instruit quoque patriarcham auctoritate (a), ut pacem componeret, inducias promulgaret, coitiones contrarias (tractos enim in belli societatem Reges, & Imperatores visuri sumus) rescinderet, dissolveret armorum foedera, ac discordiarum incensores censuris reprimeret.

Gravissimis etiam literis Andream Dandalum Venetorum ac Joannem (b) Valentium Genuensium duces in mutuam adducere concordiam, ne ex eorum futuris cladibus trophaea infideles statuerent, anisus est.

Clemens, &c. Sic vos & dicti dux & commune optatae quietis & pacis dulcedine perfui valeatis, ut ex unitate & concordia vestra Christianus populus partium orientis, quem ex vestra & dictorum ducis & communis dissensione opportunitate captata immanis persequitur & affligit durius furor paganicae feritatis, letati respirent, & in eorum opportunitatibus ac necessitatibus multis praesidia vestra solita sentientes, persequentium dolos & machinamenta confutent ac nomen vestrum fama celebre minorationis detrimenta non sentiat: sed felicibus successibus semper adaugetum sit eidem dictarum partium orientis pulillo utique populo gloria & tutela sit, & persequentibus illos terror. Dat. apud Villamnovam Avin. diei. ix. kal. novemb. anno x.

(c) To. 10. ep. sec. p. 106.

(d) Ibid. Non auditae a Genuensibus neque a Venetis Pontificis preces.

(e) Cor. us. hist. 1. 10. c. 7.

Adhibiti praeterea Nicolaus episcopus Castellanus (c) apud Dandalum, Bertrandus archiepiscopus Genuensis (d) apud Joannem Valentem, ut pacis consilia promoverent. Utinam saluberrimis Christi vicarii monitis horum populorum principes obtemperassent: quanto felicius sibi ac nomini Christiano prospexissent?

Certior factus Andreas Dandalus de validissima Genuensium classe, de Euboea insula oppugnata, suorumque periculo, armorum foedera cum Petro Rege Aragonum infenso Genuensibus ob exagitam Sardiniam pepigit, qua de re hec in Cortusiorum historia leguntur (e): Fit societas Regis Aragonum & Venetorum contra Januam: armantur per hos nonaginta galeae: vix unquam in mari tales & tan-

tae copiae convenerunt [I]. Meminit Matthaeus Villanus (f) de instructa ab Andrea Dandalo duce maxima classe, deque aliis triremibus, quas in Cataloniam milite vacuas, exhausta ob praeteritam luem viris Veneta ditione, deduci iusserat. Quibus omnibus apud insulam Siciliae junctis mense novembri, spreis temere procellis, in orientem contendit classis funesto quidem cursu, cum septem Venetae ac duae Catalanae triremes fluctibus hauritae fuerint.

At Genuenses cum Euboeae portum frustra tentassent, ac tempus se consumere agnovissent, sollicitati ab Anna Imperatrice Sabaudi generis, ut filium Joannem Palaeologum Imperatorem, qui una cum ipsa Thessalonicae agebat, ne a Cantacuzeno invasore propagandi in filium Matthaeum imperii ambitione veneno tolleretur, Constantinopolitano imperio (quod tyrannus administrabat) restituerent, imminente classe Veneta contendere Thessaloniam, ut Palaeologum classe exciperent, atque Constantinopolim ipsi amicorum opera subicerent: quo facto & stipendia amplissima se recepturos, & amplificatos vires sperabant. At adolescens Imperator prioris consilii pertaesus, exterorum potestate se committere pertimuit, recusavitque. Quam ob rem indignati Genuenses, inveni in Tenedum insulam improviso eam adventu oppresere, praedasque ex Graecis agere coeperunt. Veneta vero classis in Turciam mense decembris ad Altumlocum & palatium contendit, iisque in portibus hyberna-

duxit. Confluxere eo aliae triremes, atque ad septuaginta recensitae sunt (g). Nullum ipsos cum Turcis iniisse foedus, ac barbaros sprevisse, refert Cantacuzenus, (h) ex quo indignatus Orchanes Januensibus socium se adjunxit: sed de his postea, ne luctus tristes ante tempus accersamus.

Quis non desinat Christianorum stuporem ac furorem tanto apparatu in mutuas caedes irruisse, & crudeles Saracenorum injurias, quo universo homini Christiano hoc ipso anno illatae sunt, diffimulasse? Praefectus Damasci opprimenda

(f) Matth. Vill. l. 2. c. 27. Fol. 17. Bizar. l. 7. & alii. Veneta & Aragonia classes junctae orientem petunt. Novem triremium naufragium. XXV. Propulsati Euboeae Genuenses.

(g) Matth. Vill. l. 2. c. 35.

(h) Cantac. l. 4. c. 6.

Christiani Damasci oppressi.

(a) Matth. Vill. l. 2. c. 53.

Viginti duo affectu martyrio.

XXVI. Aragon. Rex de perieram a le gettis veniam poscit.

(b) Extr. in lib. privil. Rom. eccl. MS. arab. Vat. to. 3. p. 122. Publice ea de re tabulat.

dae religionis, atque opum cumularum furore percitus, immane hoc anno facinus paravit. Sebici faces urbi iussit (a) in duabus regionibus, ac mox Christianos ad tormenta rapuit, quasi ejus scelestis auctores, ut Damascum in suam redigerent potestatem. Id a nonnullis ex doloris impatientia extorsit: mox omnes crucis supplicio damnat, vel ad Mahometum desicere jubet. Plurimi numerum magnitudine tyranni ferociam permulere: alii fidem Christianam infeliciter ejurarunt, viginti duo, qui superfuere, crucibus affixi. Hos an e parentum & filiorum oratione tyrannus adduci iussit, ut constantiam eorum labefactaret: sed tantum potuit divina gratia, ut pater filii lachrymas sperneret, filius patrem apostatam argueret inconstantiae, ob poenas corporis a vera religione desicivisse, vocarentque hostem, qui sibi eripere aeternitatis praemia niteretur. Suffixi in crucem tribus diebus a Christianis & Saracenis magno constantiae exemplo mortem oppetere conspecti sunt. At tyrannus brevi dignas scelestorum poenas sensit: soldani enim jussu, patrefacta Christianorum innocentia, medius dissectus est. Haecenus de orientalibus rebus: nunc ad occidentales sermonem traducimus.

Correptus superiori anno Petrus Rex Aragonum de tyrannide in Bernardum pontificum internuntium exercita, deque jure ecclesiastico violato, nec soluto Sardinico vestigali, pontificis gratiam demissis expetiit interpretibus concordiae nonnullis Cardinalibus & regii consilii sanctorum participibus viris, quos ad sedem apostolicam oratores decrevit, pollicitus sanctissime instictam a Pontifice poenam se suscepturum, censuramque Sardiniae liberalitate apostolica acceptae ergo persolurum: de quibus subjecta publica documenta (b) conscripra fuere.

Sit cunctis notum, quod in mei notarii & testium subscriptorum praesentia serenissimus ac magnificus princeps & dominus dominus Petrus, Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Majoricarum, Sardiniae, & Corsicae, comesque Barcinoniae, Rossilionis, & Ceritaniae attendens, ut dixit, quod super controversia exortae inter dominum Papam ex una parte, & ipsum dominum Regem ex altera, per nonnullos reverendos dominos Cardinales & quosdam de consilio domini Regis praedicti de voluntate dicti domini Papae & ipsius domini Regis fuisse tractata & concordata capitula, quae sequuntur. Tangitur retenta de liberatione domini nostri, quod dominus Rex Aragonum, seu ambaxiator suus ejus nomine & cum sufficienti mandato promittit quod non impediet nec impedire faciet, seu permittet in regno & terris sibi subditis jurisdictionem ecclesiasticam, ad ecclesiam de jure

vel consuetudine pertinentem, quominus libere exerceatur ibidem per iudices ecclesiasticos competentes, nec etiam collectores & officiales domini Papae. Item quod dictus Rex afferens quod illa, quae facta sunt contra collectorem in Perpiniaco, non fuerunt facta in dicti domini nostri vituperium seu contemptum, humiliter petat absolutiois beneficium, paratus recipere omnem poenitentiam imponendam eidem. De absoluteione vero & poenitentia suorum officialium & familiarium fiet quod dominus Papa duxerit ordinandum. Item quod dominus noster ad necessitates regni & terrarum ejusdem Regis, praesertim regni Sardiniae & Corsicae, quod ab ecclesia Romana tenet in feudum, gratiose concedat, quod praelati pro se & subditis suis, ac etiam alii viri ecclesiastici dictorum regni & terrarum possint eidem Regi de aliquo temporali subsidio subvenire, & ratum habeant subsidium, si quod sibi per ipsos ad certum tempus jam factum est vel concessum. Item quod super censu pro praeterito tempore debito ratione dicti regni Sardiniae & Corsicae concordatum asseritur a reverendo patre domino Tusculano: quam concordiam paratus erit Rex praedictus, facto super hoc sufficienti procuratorio, inviolabiliter observare. Per praedicta autem non intendit dominus noster, quod detrahatur iuri suo & ecclesiae Romanae, seu Regis praedicti. Supplicatur autem pro parte dicti Regis, quod pro utilitate ecclesiarum & consolatione suorum fidelium, qui propter defectum praelatorum absentium in spiritualibus incommoda innumerabilia & animarum pericula patiuntur, praetatos in curia existentes dignetur sanctitas domini nostri ad ecclesias suas remittere, & eos cogere ad faciendum in dictis suis ecclesiis residentiam personalem: quodque de praelaturis & beneficiis ecclesiasticis regni & terrarum suarum dignetur personis idoneis illarum partium, quod summe esset gratum regnicolis, providere.

Idcirco dictus dominus de fide, industria & legalitate venerabilis & religiosi fratris Hugonis abbatis monasterii Rumpulli ordinis S. Benedicti, nobilis viri B. de Capraria, & Lupi de Gorrea camerarii minoris militum, Bernardi de Ulzimillis legum doctoris thesaurarii consiliariorum suorum plene confidens, tenore hujus publici instrumenti sponte & de certa conscientia fecit, constituit, & ordinavit certos & indubitatos procuratores suos ac nuncios speciales dictos venerabilem abbatem & nobilem B. de Capraria, Lupum de Gorrea, & Bernardum de Ulzimillis, & quolibet ipsorum in solidum, ita quod occupantis conditio potior non existat, ad promittendum pro ipso domino Rege dicto domino summo Pontifici, seu cui ipse voluerit, quod idem dominus Rex non impediet, seu

NOTAE [1] Venetorum cum Aragoniis foedus jam inde ab anno superiori constitutum fuit, ut non obscure indicat Continuator Danduli Ambrosianus, tradens in ipso expeditionis hujus exordio missum a Venetis legatum cum rege Aragonum foedus in Genuenses in urbe Perpiniaco inchoasse. Praesenti vero anno foederatae illae gentes classem compararunt, triremium, non quidem nonaginta ut ex Cortusis notat Annalista, sed Venetorum XXX, qua de re Continuator Danduli, & Ferrariensis Polyhistor conveniunt, & Catalanorum VII, ut scribit Continuator vel XXXIII, ut Ferrariensis, quibus acceperunt triremes XV. Venetorum, quae insulam Euboicam defenderant, ait Continuator Ambrosianus. A quo pariter discimus hoc ipso anno missum a Venetis legatum venisse Constantinopolim, ejusque opera foedus cum Imperatore conciliatum contra Januenses; quae forte causa fuit cur Imperator Genuensium auxilio uti noluerit, qua de re in Annalibus. Nisi forte reputaverimus, Joannem quidem Palaeologum, cui iustum imperium obvenerat, Genuenses sibi socios adcoivisse; Cantacuzenum vero tyrannum, ut vim vi opponeret, Venetos sibi adjunxisse. MANST

impediri facies seu permittet in regno & terris sibi subditis jurisdictionem ecclesiasticam, ad ecclesiam de jure seu consuetudine pertinentem, quominus (ut prætangitur) libere exercentur ibidem per iudices ecclesiasticos competentes, nec etiam collectores & officiales domini summi Pontificis memorati: & etiam ad obtinendum a dicto domino summo Pontifice, vel alio quocumque ab eo potestatem habente, de & super sententia excommunicationis, si quam dictus dominus Rex aut officiales vel gentes sue ratione eorum, que facta fuerunt apud Perpignanum contra Bertrandum de Alajano collectorem dicti domini Papæ, incurrerunt, absolutionis beneficium ad cautelam: & alias etiam ad obtinendum absolutionis beneficium ab eodem domino Papa, vel alio ab eo potestatem habente, de & super sententia excommunicationis, quam dictus dominus Rex præceteru taxatarum solutionum census seu tributi, quod sancta ecclesia annis singulis dare tenetur pro dicto Sardinia & Corsica regno incurrit: nec non ad impetrandum & obtinendum a dicto domino Papa & sacro collegio Cardinalium remissionem & gratiam ejus, quod per ipsum dominum Regem debetur ex tributo jam dicto, seu ex parte ejusdem & etiam ad faciendum solutionem & solutiones dicti tributi & pro solvendo eo, quod ad solvendum restat ex eodem tributo, dictum dominum Regem & ejus bona efficaciter obligandum, & super eo pacta, promissiones, obligationes faciendum, & recipiendum ab eodem domino Papa & quibusvis aliis, ab ipso potestatem habentibus, super contentis in capitalis memoratis: & nihilominus ad supplicandum dicto domino Papæ, ut contenta in dictis capitalis cum efficacia exequatur, dando & concedendo eisdem procuratoribus suis, & cuilibet ipsorum in solidum plenariam potestatem super prædictis omnibus & singulis, eorundem promissiones, pacta, conventiones, & obligationes faciendi & recipiendi, & inde firmandi & recipiendi publica instrumenta & alia rescripta papalia & alias scripturas prædictis necessarias, seu etiam opportunas: & absolutionum beneficia obtinendi, & pro solutione dicti tributi seu partis ejusdem dictum dominum Regem & ejus bona obligandi: nec non jurandi in animam ipsius domini Regis de parendo mandatis sanctæ matris ecclesiæ ac ipsius domini Papæ vel deputandi ab eo: & subeundi super prædictis & eorum singulis cujuscumque alterius generis juramentum: nihilominus promittendi & jurandi in animam ipsius Regis, quod idem dominus Rex satisfactionem & poenitentiam faciet & complebit, quas idem dominus Papa, vel deputandus ab eo ipsi domino Regi duxerit imponendas: & omnia alia faciendi, gerendi, & explicandi in & super præ-

dictis, quæ pro obtentu prædictorum & singulorum eorundem necessaria fuerint seu etiam opportuna, etiam si talia essent que mandatum exigerent speciale: & si etiam majora essent superius expressatis. Et promisit idem dominus Rex se gratum & firmum perpetuo habiturum quocumque in prædictis & circa prædicta per dictos procuratores suos vel eorum quemlibet acta, gesta fuerint, seu etiam procurata, etiam nullo tempore revocare. Et idem dominus Rex huic instrumento publico sue majestatis sigillum in pendentem iussit apponi in testimonium præmissorum. Actum & datum * Gerunde vigesima quarta die mensis septembris anno a nativitate Domini MCCCLII. Signum Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valentia, Majoricæ, Sardinia & Corsicæ, comitisque Barchinonia, Rossilionis, & Ceritanie, qui hæc concessit & firmavit.

Præfractionem Aragonie se præbuit Joannes archiepiscopus Mediolanensis, qui Bononiam tyrannidi suæ subjecerat: quare in eum distringenda fuit iudiciorum severitas: cujus ingrati animus ac scelus summus Pontifex ira deplorat (a): Præfatus archiepiscopus, quem ecclesia ipsa de luto facis, cui dudum impudenter inbæserat, erigens magnis evexit honoribus, dignitatibus extulit, & beneficiis ampliavit; ea omnia ingrati tudinis nota præteriens, & fidelitatis debita juramentum præstitum per eum eidem ecclesiæ infidelitatis labe maculando, se violare non verens, lac quod suserat, ex ejusdem ecclesiæ matris uberibus, in ejusdem matris opprobriose admodum evomuit offensam. Cum enim ecclesiam ipsam juvare ad recuperationem civitatis debuisset ipsius, id est Bononia, & memorato rectori, scilicet Astorgio e Duroforti Amiliae præfidi, pro eadem ecclesia circa id assistere auxiliis & favoribus opportunis; adversariis & rebellibus ejus, nimirum Pepulis, patenter ad hæsit: & missa per eum dictis Jacobo & Joanni ad eorum defendendam & sustinendam rebellionem & ecclesiæ prædictæ offensam armatorum multitudine copiosa, recuperationem & reductionem civitatis & comitatus prædictorum auxilio hujusmodi & fraudulento consilio impedivit. Cumque his ad notitiam nostram deductis, archiepiscopo frequenter scripsissemus eidem, ipsum salutariis monitis & paternis exhortationibus inducendo, quod memor bonorum & beneficiorum, quibus eum eadem ecclesia fuerat, sicut præmittitur, prosecuta; & fidelitatis, qua ille juramenti interveniendo vinculo tenebatur, gentem armigeram, quam in dictorum Jacobi & Joannis auxilium miserat revocaret, & ipsis in ecclesiæ prædictæ tam grande præjudicium nullam daret auxilium, consilium, vel favorem; ipse velut aspis surda montia auribus obruratis obau-

* Gerunde

XXVII. De Jo. archiep. Mediolanensi. (a) To. 9. ep. fecer. p. 210.

Ingratus illius in ecclesiam animus.

Monitus ne clam sentiret cum hoste, palam hostem se professus est.

obaudiens, & pertinacia obstinata contemnens, non solum continuavit temerarie & impudenter incæpta, sed etiam ad deteriora suæ malitiæ telam & profanos conatus extendere non expavens, ipse qui prius fautor & adjutor fuerat rebellium ecclesiæ sepefata, postquam eidem scripsimus, patenter ipsius hostem se constituit principalem, civitatem prædictam cum ejus districtus habitis cum dictis Jacobo & Joanne illicitis commerciis, qua divisit sibi ejusdem ecclesiæ vestimentis per Galeatum de Vicecomitibus de Mediolano nepotem suum grandi stipatum exercitu tyrannice occupando: quam ad huc detinere dignoscitur occupatam.

XXVIII. Subjungit alias illius artes, quibus sedem Apostolicam delusit, misisse nimirum oratores, ut de revocanda ad Romanæ ecclesiæ ditionem Bononia consilium agerent; dumque una cum Cardinalibus, quibus ea provincia data erat, rem tractarent, ad prodicionem repente prorupisse: ac licet patrato scelere in archiepiscopum, Galearium, aliosque, ejus conjunctionis socios legum severitas exerceri possent, se Apostolica usum mansuetudine edixisse, ut dierum quadraginta flexu Bononiam aliasque comitatus urbes, oppida, ac municipia ecclesiæ Romanæ restituerent: ni parerent, anathema & alias poenas intendisse: tum archiepiscopum & Galeatum die vigesima imminentis mensis januarii nunc elapsi ad tribunal apostolicum accersisse, ut juri parerent: monuisse etiam Mediolani, Rhegii, Parmæ, Mantuæ, Novariæ, Bergomi, Placentiæ, Astæ, Albæ, Terdonæ, Cremonæ, aliarumque urbium & locorum præfectos, magistratros, ac viros auctoritate spectatissimos, ne archiepiscopo ac Galeatio in Bononiensi comitatu detinendo quoquo modo studerent: qui si imperia apostolica respuerent, censuras ecclesiasticas contraherent. Cum vero archiepiscopus & Galeatus, lapsis diebus quadraginta, occupata ecclesiæ restituerent detredarint, & archiepiscopi orator Ludovicus e Gufiano factus sit, archiepiscopi nomine Bononiam occupatam asserendi ecclesiæ juris studio, ne pravo exemplo alii inficerentur, pronuntiasse Joannem, Galeatum Vicecomitem, Jacobum ac Joannem Pepulos, & alios conjunctionis illius participes anathema, ac latas a Joanne Papa in jurium Romanæ ecclesiæ invafores poenas incurrisse. Subdit denique.

Simulata ab eodem reconciliatio, ut prodierit.

Dicta illi dies ad sedem Ap.

Promulgata in eum constituta Joannis sanctionibus poenæ.

cujuscumque status, gradus, & ordinis, dignitatis, & præminencia fuerint, qui per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, dictis archiepiscopo & Galeatio in præmissis dederunt auxilium, consilium, vel favorem; præsentem hac fidelium multitudine copiosa citamus per hujus publicæ citationis edictum, ut octava die mensis aprilis proxime futuri, quam eis pro peremptorio termino assignamus, archiepiscopus legitime, ac prædicti alii omnes & singuli personaliter compareant coram nobis, visuri, audituri, & recepturi, archiepiscopus videlicet depositionis ab archiepiscopi & quocumque alia ecclesiastica dignitate, & clerici privationis dignitatum, personatum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum aliorum; ac tam archiepiscopus & clerici quam prædicti alii aliarum poenarum infictionem, quas eis (nisi archiepiscopus & Galeatus civitatem Bononiensem eandem cum dictis ejus comitatu, territorio, & districtu, nobis & ecclesiæ Romanæ, seu rectori prædictis, aut alii vel aliis deputato, vel deputandis ab ipso nostro & ecclesiæ Romanæ nomine, libere ac realiter restituerint, & prædicti alii ab omni auxilio & favore, per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, quovis titulo, pallio, seu colore quaesito, dictis archiepiscopo & Galeatio aut quibusvis aliis eorum, aut alicujus eorum aut cujusvis alterius nomine civitatem Bononiensem, comitatum, territorium, & districtum, aut eorum aut alicujus eorum partem, quocumque modo, titulo, colore, pallio, occasione, vel causa, detinentibus occupata destiterint cum effecta) duxerimus infligendas; ac alias facturi & recepturi quod justitia suadebit, compareant coram nobis. Alioquin contra archiepiscopum & Galeatum, ac Joannem & Jacobum, & alios citatos eisdem clericos & laicos, omnes & singulos ad infictionem poenarum hujusmodi, prout justum fuerit & nobis expedire videbitur, procedemus eorum absentia, seu contumacia non obstante, &c. Actum & datum Avinione, in palatio nostro apostolico II. non. februarii anno IX.

Instaurata in eundem ac Pepulos actio judiciaria.

Intentata exauctoratio.

Additus aliarum poenarum terror.

XXIX. Vocati ad societatem armorum principes Itali. (a) Mart. ib. Vill. l. 1. c. 76. Mastini Scallig. obitus. Succedunt illi in principatu filii. (b) To. 10. ep. fecer. p. 29. & rotul. perg. arch. Vat. sign. n. 942. Pon.

(a) Mat. ib. Vill. l. 1. c. 73. (b) Ib. c. 98. (c) MS. bibl. Vat. fig. num. 2040. in Clem. VI.

(d) Leonard. A. rec. hist. Flor. l. 7. & ex eo Ant. 3. p. tit. 21. c. 8. §. 6. (e) Mat. ib. Vill. l. 2. c. 6. & 7.

(f) Ib. c. 29. & c. (g) Leonard. A. rec. l. 7.

(h) Ant. 3. p. tit. 21. c. 8. §. 7. Francischini Gambacurta oratio ad Pisanos.

(i) To. 10. ep. fecr. p. 88. Etruscorum ad Pontificem legatio.

(k) Mat. ib. Vill. l. 2. c. 52. Responsum Pont.

(l) Leonard. A. rec. l. 7. Ant. 3. p. tit. 21. c. 8. §. 10.

Pontificem studia. Contrahebat vero Joannes maximas copias, non ut Bononiam modo tueretur, sed Etruriam etiam sibi subiceret, ferendæ opis specie oppressis Pratenfibus (a) & Pistoriensibus (b), quos Florentini in suam potestatem redegerant; afferendæque libertatis fucata ostentatione parabat Etruscis jugum fer vitutis. Cujus tamen dolos conatusque evanuisse, meminit MS. Vaticanus author (c) in Clemente VI. his verbis: Hujus tempore archiepiscopus Mediolanensis tyrannus transmisit circa quinque millia barbatus, & tantumdem pedites cum consensu & adjutorio nobiliorum Gibellinorum de Tuscia ad occupandum civitatem & loca Tusciæ, quæ erant in communi: sed ultimo modicum relevavit, & dictæ communitates pacem cum dicto archiepiscopo habuerunt. Describit Leonardus Aretinus (d), cui Matthæus Villanus horum spectator consentit (e), singula eo bello gesta, ut plures Gibellini proceres in Florentinos conjurarint, consiliumque inierit hostis de Pisanis, quibus cum Florentinis pax intercedebat, concitandis (f) ad bellum. Sed dolos aperuit (g) Francischinus Gambacurta ea oratione, quam S. Antoninus affert (h), populique in concordia cum Florentinis constantia continuit: Adidit, inquit, rationem irrefragabilem. videlicet quia, si non prevaleat tyrannus, [quod impossibile non erat, cum variis sit belli eventus] perpetuos hostes habituri essent Florentinos eorum vicinos; & juste quidem fide violata. Sed & si vincat præsul, & sibi subjiciat Florentinos, nunquid ipsi postea liberi a servitute remanent, cum cupiditas & ambitio dominandi sit tyranni immensa?

Diceffere Pisis non levi indignatione perciti oratores Mediolanenses, ac Joannes archiepiscopus graves iras, cum menditata non succederent consilia, concepit. Pontifex vero datis ad Pisanos literis, eorum prudentiam ornavit (i) laudibus: delusisse illorum artes, qui ex ipsorum bellis ac dissensionibus suarum rerum amplificationem aucuparentur, magnoque ob servatum cum Florentinis fœdus gaudium se cumulatam significavit. Cujus etiam cum Florentinis tyranni metu fœdera alii finitimi populi, atque oratores ad Pontificem misere (k) ut ipsum ad armorum societatem pro retundendo hoste concitarent. Uti vero cum iis se gessit Clemens, describit ex Leonardo Aretino (l) S. Antoninus hisce verbis: Demum Rom. Pontifex Clemens VI. ab oratoribus Florentinorum & aliarum Etruriæ civitatum, quæ erant in fœdere, assidua prope flagitatione pulsatus, tria iis proposuit; videlicet societatem Romanæ ecclesiæ: transitum in Italiam Caroli ad imperium delicti: pacem cum præfule Mediolanensi. Horum trium quod mallet oratores eligerent:

sefe eorum voluntatem & electionem securum. Legati vero inter se cogitare tandem præfule æstimarunt ad arbitrium ejus totum referre. Quod cum fecissent, suscepta optione Pontifex, mitissimam innocentissimamque partem sibi placere dixit: esse vero eam pacem dare; neque enim aliud Romanum Pontificem, si optio illi detur, eligere decere: itaque daturum se operam ut pax probabilis habeatur.

Optabat Carolus in Italiam descendere, ut imperii jura a tyrannis diuturno interregno occupata recuperaret, atque imperiali diademate in Urbe de more ornaretur: miseratque ad Pontificem oratores, qui suscepta ab ipso consilia aperirent. Quibus Clemens, cum metueret, ne ejus adventus Italiam magis commoveret, graves difficultates exposuerat, ac Senenses, Florentinos, Perusinos, alioque plures populos de Caroli Regis votis, certiores factos monuerat (m), ut oratores ad sedem Apostolicam mitterent. Quo argumento hæc datæ ad Senenses litteræ (n).

Clemens, &c. dilectis filiis regimini bus, consilio, & communi civitatis Senensis.

Venientes nuper ad nostram præsentiam ambasciatores solennes charissimi in Christo filii nostri Caroli Regis Romanorum illustris, inter cætera quæ coram nobis proponere curaverunt ex ipsius parte, dixerunt quod præfatus Rex proponebat intrare Italiam, inde ad Urbem pro recipiendo Romani imperii diademate profecturus. Nos autem, propositis per ipsos plenius intellectis, attendentes, quod, licet ipsius Regis ad partes illas accessus vobis isto præsertim tempore non placeret, attamen ambasciatoribus ipsis firmam ipsius Regis, ad id assentibus voluntatem; & attendentes, quod accessum ipsum nec prohibere nec expresse dissuadere ex honestatis debito poteramus; & timentes verisimiliter, si rigide responderemus eisdem, quod idem Rex ad favorem [quod absit] hostis Dei & ecclesiæ sanctæ archiepiscopi Mediolanensis inclinari se forsitan pateretur; ambasciatoribus ipsis seriofius ostendimus, quod idem Rex grande negotium & non carens periculo, nisi aliter esset disposita materia, assumebat. Et cum dicti ambasciatores adicerent, quod ipse Rex cum civitatibus & terris Guelfis, de quibus majus dubium & verisimiliter poterat periculum imminere, juxta voluntatis nostræ arbitrium secundum inviolabiliter concordaret; nos eisdem respondimus, quod civitatibus aliis Tusciæ scriberemus, ut sine mora dispendio ad nostram præsentiam ambasciatores super his mitterent. Cum igitur dicti ambasciatores ad Regem sepefatum redierint, breviter cum pleno & sufficienti mandato super his ad Romanam curiam reversuri, honori vestro credimus con-

Etrusci optio-nem belli pacifive Pontifici permit-tunt. Pax a Clemente antelata, quamvis noxia. XXX. Italica jura Romanor. Rex recupera-re medi-tatur.

(m) To. 9. ep. fecr. p. 268. (n) End. p. 268.

Mittit oratores ad Clememtem.

Responsum Pontificis.

Itali de his admonti.

(a) Mat. ib. Vill. l. 2. c. 63. Ant. 3. p. tit. 21. c. 8. §. 10. XXXI. Caroli metu Vicecomites pacem expetunt.

(b) Ext. apud Clem. VI. an. 10. l. 3. p. 2. ep. divers. form. 713. Publicæ ea de tabulæ.

venire, quod deliberato per vos prudenter, quid in tam arduo negotio sit agendum, ambasciatores vestros, plene instructos & informatos de intentione vestra, ad Romanam curiam curetis quantocius destinare, &c. Dat. apud Villannovam Avinionensis diocesis VI. kal. aprilis anno IX: Reversum autem ex pontificia aula oratores Senensium ac Florentinorum indignati Joannem archiepiscopum Mediolanensem latius tyrannidem proferre, ad eam coerendam arcana consilia de evocando in Italiam Carolo Rege Romanorum cum imperiali serinii præfecto agitarunt (a).

Nec mora: Joannes archiepiscopus Mediolanensis nepotesque Vicecomites difficillima in ipsos constari bella suspicati, ut imminenti discrimini se subducerent, illatarum Romanæ ecclesiæ injuriam veniam poposcerunt, professi Bononiam juris esse pontificii, ac damna quæ fecerant resarcituros: oratoresque ut conciliarentur ecclesiæ, misere amplissimis mandatis fretos, ut subjecta publica monumenta (b) aliaque his omnino consentientia nepotum Joannis jussu confecta, docent.

In nomine Domini. Amen. Anno nati-vitatis ejusdem MCCCL. indictione v. die sabbati XXIV. mensis septembris reverendus in Christo pater & dominus dominus Joannes Vicecomes de Mediolano, Dei & Apostolicæ sedis gratia sanctæ Mediolanensis ecclesiæ archiepiscopus, ac ejusdem civitatis & plurium aliarum civitatum in partibus Lombardiæ gubernator generalis, suo proprio nomine fecit, creavit, constituit, & ordinavit discretos viros dominum Guillelmum de Arimondis de Parma legum doctorem, & Joannem de Silva de S. Miniate Lucane diocesis cancellarium suum, & infra, ad comparandum pro eo & ejus nomine cum omni plenitudine devotionis & reverentia coram sanctissimo patre & domino nostro domino Clemente, digna Dei providentia sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ dignissimo summo Pontifice, & coram sacro collegio reverendissimorum patrum & dominorum ejusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, & coram quibuscumque aliis dominis auditoribus, iudicibus, commissariis, & aliis, qui per præfatum dominum summum Pontificem, seu per præfatos reverendissimos dominos Cardinales super negotiis infrascriptis fuerint deputati. Et ad sponte recognoscendum & humiliter constitendum nomine quo supra, quod neminem & mixtum imperium, & omnimoda jurisdictionio temporalis in civitate Bononiæ & ejus districtu, diocesi, & comitatu, ac dominium eorundem cum omnibus juribus & pertinentiis ab antiquo pertinuerunt, & nunc pertinent, & pertinere debent in solidum ad sanctam Romanam ecclesiam & præfatum sanctissimum patrem dominum Clementem VI. & omnes Romanos Pontifices successores

suos canonicè intrantes: esse veros dominos pleno jure prædictorum civitatis Bononiæ, & suorum comitatus, territorii, & districtus. Et ad constendum & recognoscendum ore & corde contrito humiliter & devotè omnes excessus, & omnia delicta ac injurias, offensas, rebelliones, & inobedientias contra præfatos dominum summum Pontificem, dominos Cardinales, & sanctam Romanam ecclesiam, Et infra: Et ad recipiendum humiliter, & receptam realiter peragendum omnem penitentiam & pœnam, quam idem dominus Papa ipsi domino Joanni archiepiscopo pro prædictis duxerit imponendam.

Item ad libere & realiter offerendum, restituendum, & resignandum eidem sanctissimo patri & ecclesiæ memoratæ, vel cui se quibus idem sanctissimus pater mandaverit prædictam civitatem Bononiensem & suum comitatum, territorium, & districtum, per ipsum dominum archiepiscopum seu ejus nomine occupata & detenta. Et ad redintegrandum pure, simpliciter, & absolute & absque aliqua conditione præfatum dominum summum Pontificem & Romanam ecclesiam ad plenam, integram, & pacificam possessionem: & quasi prædictæ civitatis Bononiæ & suorum comitatus, territorii, & districtus: etiam in Romana curia, per assignationem & traditionem clavium civitatis prædictæ, tradendum in signum hujusmodi traditionis, restitutionis, & redintegrationis prædictæ corporalis possessionis vel quasi. Et ad promittendum solemniter & jurandum nomine & in animam prædicti domini Joannis archiepiscopi constituentis, quod præfatus dominus Joannes Vicecomes & archiepiscopus illi vel illis, quem vel quos prædictus dominus Papa nomine ipsius & Romanæ ecclesiæ deputaverit ad recipiendum reale & corporalem possessionem prædictæ civitatis Bononiæ, & suorum, comitatus, territorii, & districtus, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, pure, libere, simpliciter, & absolute, & realiter cum effectu, & absque aliqua conditione restituat, & dimittet quocumque fuerit ex parte domini Papæ vel Romanæ ecclesiæ requisitus; seu infra tempus, quod ipse dominus Papa ad hoc duxerit ordinandum.

Et ad promittendum solemniter nomine ipsius domini Joannis archiepiscopi, quod ipse dominus Joannes archiepiscopus exercitum, quem habet, vel cum ejus favore seu auxilio habeat, circa civitatem Imolæ, ad Romanam ecclesiam pleno jure spectantem, faciet realiter amoveri: & gentem armigeram in obsidione dictæ civitatis existentem faciet totaliter vocari: & si (quod absit) civitas ipsa Imolensis interim capta esset, seu alias quomodolibet occupata, seu alique conventiones vel pacta super statu dictæ civitatis facta forent, ipse dominus

Paratum se ad eam restituendam offert.

XXXII. Revocandum exercitum ab Imolæ obsidione.

Bononiæ juris esse Pontificii agnoscit Joannes.

archiepiscopus civitatem predictam Imolen- sem cum comitatu Imole, de quo multa ca- stra occupavit, & omnia & singula occu- pata per ipsum dominum archiepiscopum, vel ejus nomine & favore dicto domino Papa & Romanae ecclesiae plene & libere & integre restituet seu restitui faciet; ac possessionem, detentionem, & tenentiam di- ctorum civitatis & comitatus dimittet, seu dimitti pacifice & cum effectu faciet ecclesiae supradictae; & patris quocumque modo factis renuntiabit per omnia cum ef- fectu; & quod etiam castrum Lugii libere & expedite restituet archiepiscopo Raven- nati seu gubernatori ecclesiae Ravennatis in- fra tempus, quod idem dominus Papa du- xerit ordinandum. Et ad promittendum so- lemnius & bona fide de dando & solven- do pro satisfactione omnium expensarum factarum per dominum Papam pro recupe- randa civitate Bononiensi, nec non damno- rum & interesse, quae dominus Papa & ec- clesiae Romana occasione favorum & impe- dimentorum, occupationum, defensionum & aliarum offensarum, injuriarum, ino- bedientiarum, delictorum, & excessuum predictorum pertulerunt; ac injuriarum, offensarum, & aliorum omnium praemisso- rum emenda predicto domino Papa & ca- merae apostolicae omni exceptione remota in Romana curia, ubicumque fuerint, predicti domini archiepiscopi periculis & expensis centum millia florenorum boni auri & le- galis ponderis de Florentia in duobus ter- minis infrascriptis, videlicet medietatem dictae summae infra duos menses proxime- futuros, & aliam medietatem infra annum proxime secuturum. Et ad petendum hu- milite & reverente, ac impetrandum & obtinendum pro praefato domino Joanne ar- chiepiscopo plenam & integram absolutio- nem, cum sententiarum & excommunicati- onum, suspensionum & interdictorum, pri- vationis honorum & inhabilitatis personae & omnium sententiarum latorum & im- positarum tam per dictum dominum sum- mum Pontificem, quam per felicis recor- dationis dominum Joannem Papam XXII. & per suos praedecessores. Et infra: Et ad promittendum & jurandum in animam ip- sius domini Joannis archiepiscopi de conser- vando statum & honorem domini summi Pontificis, dominorum Cardinalium, & sanc- tae Romanae ecclesiae, & de non occupando, invadendo, seu damnificando terras sanctae Rom. ecclesiae mediate vel immediate sub- jectas, & incolas earum: & de non dan- do invadentibus, occupantibus, vel dam- nificantibus, & invadere, occupare, & damnificare volentibus ipsas terras & sub- ditos ipsius ecclesiae, consilium, auxilium, vel favorem. Et ad promittendum & se obligandum efficaciter de abstinendo ab om- nibus ipsorum domini summi Pontificis & dominorum Cardinalium & sanctae

Refun- dendos sumptus bellicos.

Obligandam in pontifici- um oble- quium fidem.

Romanae ecclesiae injuriis, damnis, mo- lestiis, & offensis. Et infra: Et ad con- sentiendum nomine ipsius domini archiepi- scopi, & pro eo quod in hujusmodi con- cordia & reconciliatione includantur pro parte ecclesiae illi de la Scala & marchio Estensis, & pro parte dicti domini archie- piscopi includantur illi de Gonzaga, de Mantua, & illi de Pepulis de Bononia, &c. Interjectis pluribus, quibus Joannes Vi- ccomes gesta ab oratoribus rata se ha- biturum spondet, publicaque documen- ta ea de re quadrimestri labente traditu- rum, loci in quo data haec mandata fu- erunt, nota apponitur: Actum Mediola- ni in curia habitationis praefati domini Jo- annis archiepiscopi Mediolanensis, &c. Ut porro Mediolanenses oratores in publico Cardinalium senatu perfecerint haec im- peria, pepigerintque pacem, proximo anno dicetur. Nunc ad res Neapolitanas fermonem convertimus.

Fluctuabat Sicilia citerior novorum ma- lorum impendentium terrore: licet enim induciae superiori anno pontificia opera inite tenebant, regia tamen Neapolita- na domesticis disensionibus laborabat (a). Ad quas componendas (b), tum ad so- lemnes ordinum regni conventus pro ex- pediendis in rebus arduis saluberrimis con- siliis cogendos (c) Clemens Joannem ar- chiepiscopum Brundisium legavit, tum Elisabetham Reginam Ungariae, ut filium a bello Neapolitano revocaret, adduxit (d). Instruebat ille interea judiciariam a- ctionem (e), uti jam ante conventum e- rat, de Joanna Regina, ut fontem dam- naret, infontemve absolveret, nec con- stituto tempore deprompta est sententia. Cumque extracta lite major invidia Jo- annae conslaretur, eam demum infontem pronuntiatam refert Matthaeus Villanus (f). Ut vero illa ecclesiae improbam, navata constando schismati atrocissimo ne- faria opera, gratiam ac demum iusta supplicia retulerit, dicitur suo loco. Ca- terum assensit pontificis decretis Ludov- icus Hungariae Rex (adeo insignis illius in Clementem observantia fuit) atque re- giae Siculae principes libertati, regnoque Neapolitano pacem a se restitutum iri est pollicitus. Cui Pontifex ob tanta amoris & studii signa gratias egit (g), ip- sumque rogavit, ut oratorem ad reliquam controversiam componendam mitteret: hortatus est ad arma in Tartaros, ut me- ditabatur vertenda, atque Ungaricas copias, quae plures urbes & arces obtine- bant, in Sicilia citeriore, ne ulla infer- rent populis damna, regiis iussis compri- mendas.

Adduci se passus est facilis Ungarus ad Siciliam dimittendam, cum multorum in barbaros bellorum moles ei incumberet: Casimirus enim Poloniae Rex, qui in regiam Un-

Neapoli- tanae res dissen- sionibus tur- bidæ.

(a) To. 9. ep. sec. p. 216. (b) Ib. p. 233. (c) Pag. 234.

(d) Pag. 197. (e) Mat- th. Vill. l. 2. c. 24.

(f) Ibid. Ungarus Neapoli- tanum regnum dimittit.

(g) To. 10. ep. sec. p. 44.

XXXIII. Excitus a Polonis Ungarus contra Tartaros.

(a) Mi- chov. l. 4. c. 19. Cromer. l. 12. in Casimiro.

(b) Id. ibid.

(c) Mi- chov. su- per c. 19. Dux ca- ptus spon- det.

Baptisma sulceptu- rum.

(d) Cro- mer. lu- per l. 12.

(e) An. 10. l. 6. p. 2. ep. diversar. form. 640.

De eorum excur- sionibus.

Ungaricam sceptrum Polonicum tranfun- dere decreverat, a Lithuanis appetitus bello Ungarorum auxilia implorabat: quippe Lithuanis, excitis Tartaris ac Rhu- tenis, late ferrum flammamque per Po- loniae provincias circumferebant (b), ac Belzensem, Waladimirensem, Chelmen- sem, & Brestensem agros Polonico im- perio eripuerant. Contractis itaque copiis propulsati hostes & in Lithuaniam signa promota sunt (a), atque in Keystutum du- cem Lithuanum dimicarum. Haec enim re- fert Michovias (c), qui rem hoc anno consignat de Casimiro Rege Poloniae: Vvaladimirensem terram, castrumque con- quirit etiam Keystutem, ducem Litua- niae in quodam particulari certamine, castis Lithuanis, cepit. Qui cum omnibus fratri- bus Lithuaniae ducibus & suis terris fidem se Christi suscepturum iurando promit- tens, a Regibus comiter & honeste deten- tus est. Sed Reges deludens nocte effugit. In eo discrepat a Michovia & Dlugosco Cromerus (d), dum non Keystutum, sed fratrem Lubartum captum ait. Cujus bel- li fremitu excitatus Pontifex ad arcen- dos Christiani imperii limitibus infideles, tum ob singularem clientelam, qua Po- lonia Romanae ecclesiae addicta est, reli- giosam militiam non in Polonia modo, ve- rum in Ungaria & Boemia promulgari, ac fideles quos ad sacra arma corripien- da propositis caelestibus praemiis alexit, crucis symbolo triumphali distingui iussit, dato sequenti anno hoc diplomate (e).

Clemens, &c. venerabilibus fratribus ar- chiepiscopo Gnesnensi & Cracoviensi & Vva- tislavienfibus episcopis. Nuper charissimus in Christo filius noster Casimirus Rex Poloniae illustris per literas & nuncios suos nostro apostolatus patefecit, quod gens perfida Tartarorum in tenebris am- bulans, carensque lumine catholice veri- tatis, profana cogitatione considerans, quod regnum Poloniae, quod a fidelibus habita- tum, est in ultimis Christianorum sinibus constitutum; quod propterea ad impugna- tionem regni praefati eidem Tartaris abs- que catholicorum principum & aliorum fi- delium obice juxta profanos conceptus ipsa- rum facilius via patet; dictum regnum & Christianos habitatores ipsius invadere praesumpserunt, ad desolationem fidelium ha- bitantium in eodem & religionem catholi- cam ibi profanandam constatis potentiae suae viribus hostiliter intendentes: propter quod praefatus Rex, attendens quod regnum est ecclesiae Romanae immediate subiectum & etiam consuale, & quod, tam ipsi, quam habitatores regni predicti sunt e- jusdem ecclesiae peculiare filii & fideles, & quod ex impugnatione ipsorum non solum dictum regnum ejusque incolae, quinimo fideles ceteri dicto regno tam proximi quam remoti proculdubio diris adversitatibus la- Ann. Eccl. Tom. XXXV.

derentur, nostrum in hac parte & per nos promptum fidelium aliorum subsidium hu- milite imploravit. Nos igitur attendentes, quod in hujusmodi defensione & tuitione non solum ditorum Regis & regni, sed a- liorum fidelium vicinorum & etiam, ut praemittitur, remotorum salubriter agitur, & securitas procuratur, & barbaricae ferita- tis audacia facilius Deo propitio in suis poterit refranari & collidi principis; quam si nullo parato resistente obice permittere- tur liberius in Christianum sanguinem de- scendere; considerantes etiam urgentem & probabilem ejusdem Regis supplicationis in- stantiam, votis ejus super praemissis eo li- bentius annuendum fore providimus, quo illa apostolici favoris fulcenda & juvanda praesidiis magis utile & expediens existi- mamus.

Praemissis igitur attentata medicatione pen- satis, supplicationem ejusdem Regis in hac parte benignius admittentes, ut idem Rex versus eosdem Tartaros, qui dudum, si- cut infanda experientia docuit, dictum re- gum & nonnullas alias terras fidelium & personas eorum per crudelis impugnationis & expugnationis excidium destruxerunt, divino (ut speramus) fretus auxilio, & aliorum fide- lium crucis Christi signaculo munitorum praesidio communitis, defensionem ejusdem regni & incolarum ipsius contra dictam barbaricam nationem potenter assumere valeat & felici- ter exercere; praedicationem crucis in Re- gis & regni praedictorum auxilium per no- stras literas duximus concedenda. Quocir- ca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos & quilibet vestrum per vos & alias personas ecclesiasticas se- culares & regulares ordinum quorumcum- que, quas ad hoc idoneas esse noveritis, in eodem Poloniae & Ungariae ac Boemia regnis contra praefatos Tartaros & quos- cumque alios infideles invadentes, seu offen- dentes praedictum Regem & Regnum Poloniae & habitatores ipsius, proponatis juxta datam vobis a Deo prudentiam verbum crucis, & venerabile signum ejus tam ejusdem Regis, quam aliorum fidelium incolarum regnorum praedictorum, illa devote suscipere volen- tium, humeris affigatis, eosdem vestris ex- hortationibus & instantiis inducentes, ut praedictum negotium contra Tartaros & infide- les praefatos ferventer assumant & vivaciter prosequantur. Et ut ipsi fideles tanto ferven- tius ac libentius prosequi praemissa stude- ant, quanto ex suis laboribus potorem gra- tiam se noverint percepturos, nos de unni- potentis Dei misericordia & beatorum Pe- tri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, &c. sacrarum indulgentiarum praemiis eos afficit, qui indicta excurrente trien- nio a Polono Rege expeditione ejus si- gna fuerint secuti. Dat. apud Villanno- vam Avinionensis diocesis idibus maii an- no x. Conscriptus est praecipue in Un- Z z z 2 ria

Indicta in eos in tribus re- gnis reli- giosa mi- litia.

In Lithu- aniam sub- iacta si- gna.

ria auxiliaris exercitus fidelium vivifica cruce insignitus, quem Ludovicus Rex ad avunculum Casimirum adduxit. Suscepto autem Lithuanico bello Ungariae Rex gravissimo alio contra Tartarorum Imperatorem hostium socium est implicitus (a).

(a) Mat. ib. Vill. l. 2. c. 72. XXXIV. Septennio vexatus ab infidelibus.

Quatiebant etiam ad septentrionem catholicam ecclesiam Rutheni infideles, qui odio in religionem nostram efferati Careleos & Ingros, qui in evangelii libertatem se afferuerant, Magnique Regis Sueciae clientelam sibi asciverant, repentina irruptione opprēssere, atque in Sueones & Gothos, qui pro neophytis defendendis excubabant, immanem carnificinam exercere: nephytos vero ad exuendam religionem compulere. In quos cum pararet expeditionem Suecus Rex, Dei vicarius fideles ad eam obeundam sacris indulgentiis excitari, & cruce insigniri iussit (b).

(b) An. 9. l. 3. p. 2. ep. divers. form. 909. Ut Carelei & Ingri fidem Christianam susceperint.

Clemens, &c. archiepiscopo Upsalensi ejusque suffraganeis.

Quia sicut charissimus in Christo filius noster Magnus Rex Sueciae illustris per suos speciales nuncios & literas intimavit, quaedam gentes, quae Kareli & Ingri nuncupantur, regno suo vicini, immo ex una parte contigui, recognito suae infidelitatis errore, dicto Rege, quem pro suscipienda fide Christiana in eorum auxilium specialiter invocant, ipsos ab insultibus & oppressio- nibus, quibus Rutheni catholicae fidei inimici eos frequentius affligebant, manu valida protegente, eandem fidem susceperant & baptismum; iidem Rutheni ex hoc ad eorum exterminium aspirantes, & post ejusdem Regis ab inde recessum ex inopinato in eos ac alios Christianos partium earundem, pro dicta novella plantationis defensione de ipsius Regis mandato inibi consistentes, crudeliter sevientis, alios eorum gladiis, alios suspensos ad arbores, alios vero canum moribus laceratos, & alios eorum incredibilibus tormentorum generibus occiderunt, & reliquos Careleos & Ingros superstites in crudelē & horrendam servitute[m] reductos redire ad erroris caecitatem pristinam compulerunt: idemque Rex propter nimiam mortalitatis pestem, quae in illis partibus his temporibus supervenit, adeo est hominibus destitutus, quod ad propulsandum eorundem inimicorum molimina non sufficit per se ipsum. Cum igitur contra hujusmodi fidei inimicos tanto efficacius sit a viris Deum timentibus insurgendum, quanto majoribus ecclesiam Dei damnis affligere cupiunt, qui fidem eandem confundere tam detestabili crudelitate nituntur; nos, ipsius Regis supplicationibus inclinati, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus viros catholicos in regno predicto & vicinis insulis positos, ut contra eosdem infideles crucis signaculum assumentes ipsos viriliter & potenter expugnent, exhortationibus salu-

A Ruthenis opprēssi sunt.

Expetitum a Magno Rege pontificium auxilium.

Indicta a Clemente cruceata expeditio.

taribus inducatis: nos enim attendentes, quod tanto gratior est defensio fidei, quanto ceteris virtutibus anima fides debet pretiosior reputari, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, illam ob id assumentibus signum crucis concedimus veniam peccatorum, & ipsos ea volumus immunitate gaudere, quam habituri essent, si in terra sancta subsidium personaliter se transferrent. Dat. Avin. II. id martii anno IX. Data eadem imperia Nidrosiensi (c) & Lundensi (d) archiepiscopis, eorumque suffraganeis episcopis, ut e Norvvegia & Dania cruce signati exercitus subsidiarii ad restituendam rem Christianam educerentur, cum Suecia ob epidemiae sevitiam viris exhausta esset.

Proposita veniae spes eam inituris.

(c) Ib. ep. 910. (d) Ib. ep. 911. Norvvegia & Dania ad jungenda arma concitatae.

Grassatam in septentrionalibus oris hoc anno pestem, refert etiam Albertus Crantzius (e), atque apud Prædicatores Lubicenses a quodam phantasmate morituro- rum virorum religiosorum numerum prædictum narrat: Annus, inquit, erat quinquagesimus primus post mille trecentos, cum grandis ubique per Germaniam sevirer epidemia. Lubicæ tum præfagium mirabile ferunt morituro- rum exitisse in conventu Prædicatorum, quod novitate sua narrationem a nobis impetravit. Audivit frater ex conversis, qui curam haberet præ ceteris coquinae, nocte una subter se, cum in strato esset, in hospitali domo strepitum & interea vocem loquentis ad fenestram coquinae: Coque para cibum abituris fratribus. Et ille deintus: Quot sunt transiuri? Tum ille: triginta sex de conventu, & duo advena cum illis profecturi. Miratus ille frater de intempesta noctis cibo, & quod illi talium rerum curam habenti nihil tale esset a priore insinuatam, cepit cum horrore cogitare esse phantasticam rem, quæ gereretur. Tum curiositate ductus, deque lecto surgens; intuetur per foramen, quod visum admittebat in domum hospitalē. Videt assidere mensa in albis numerum fratrum, quem audierat velatis frontibus, ut fieri solet jam tumulandis. Horrens de visionis forma, redit in stratum, nec erat cui rem detegeret: sed cum eventus omnia probasset, funeratis triginta sex de conventu fratribus & duobus, qui de Hamburgo venerant, jam palam edixit quæ ante vidisset.

(e) XXXV. Crantz. Joand. l. 3. c. 29. Peltis Germaniam depa- scitur.

Ostenfus prodigii morituro- rum Prædicator. numerus.

XXXVI. (f) Jo. a Leyd. l. 29. c. 20.

Admiracione etiam dignum est, quod Joannes a Leydis Carmelita refert (f) apud Delfos conspectum prodigium, ex quo commendatam hominibus Deiparæ venerationem colligitur: Eodem, inquit, anno frater Suicon Col, & alius Joannes filius Andreæ famulus cujusdam pellificis in oppido Delfensi ambulantes pariter in forti campo ejusdem oppidi, cernebant quandam pulchram ecclesiam in sublimitate aeris super locum illum, in quo nunc stat no-

Ostenfum apud Delfos.

va ecclesia in Delfti. Ista visio per triginta annos circa festum purificationis B. Mariae semper in aere apparuit. Tandem fabricata est ibidem lignea ecclesia in honorem B. Mariae virginis, & imago ejusdem B. Mariae virginis per miraculum inventa ponitur in eadem ecclesia.

(a) Eod. l. 18. Hollandi intelhis dissensionibus se laniant.

Tradit idem author (a), apud Walachiam insulam Hollandiae objacentem maritimo & cruento prælio certatum inter Margaritam comitissam Hannoniae, atque ejus filium Willelmum Hollandiae comitem, in quo filium mater delevit: adversa enim Hollandorum factiones impulerant, ut naturæ leges violarent. Instammavit ea clades victos, ut ultionem expetiturum majori furore bellum instaurarent: paulo enim post apud Mosam iterum collata signa (b), tantaque pertinacia animorum, ut mutuae maximae strages sint editae. Willelmus demum alternante victoria Margaritam matrem proffigavit, quæ in Angliam ad Philippam Reginam sororem fugam se contulit. Tantis vero Christianis sanguis in hoc funesto prælio effusus est, ut tribus diebus Mosa in aestu ac recessu cruentus fluxisset conspectus feratur. Dum vero adversæ committæ essent acies, certamen beatae Gertrudi divinitus significatum, atque ejus precibus partam Willelmo victoriam refert subjectis verbis vitæ illius author (c): Anno salutis millesimo trecentesimo quinquagesimo primo Imperatrix, nimirum Ludovici Bavari vidua, cum filio suo duce Willelmo in Mosam prælium commisit. Sentiens autem Gertrudis in Spiritu periculum, quod tum imminerebat (erat vero per id tempus cum sororibus in urbis templo) toto corpore se prosternens, hortabatur sorores, ut orarent: Jam enim, inquit, prælium ad Mosam committitur, & orandi tempus est. Paulo post, commisso prælio, ait ad Beghinas: Laudemus Dominum, sorores mee, nostris enim cessit victoria. Agunt de hoc bello præter Batavos scriptores, Albertus Argentinensis (d), Henricus Rebdorfus (e) & alii (f), e quibus Meyerus addit (g) tumultus graves Leodii concitatos civibus adversus Engelbertum episcopum principem rebellionem moventibus: sed victos prælio ad obsequium compulso.

(b) Eod. lib. c. 19.

(c) Apud Sur. to. 7. di. 6. ium.

Parta Willelmo S. Gertrudis precibus victoria.

(d) Alb. Arg. in chron.

(e) Rebdorf. in annal.

(f) Meyer. hist. Flan. l. 13. Tri- them.

(g) Spanheim & alii.

Bella in Westra- nia.

(h) Meyer. super lib.

(i) To. 10. ep. ser. p. 11.

XXXVII.

Exortum etiam grave bellum in Westavia inter Mariam ducissam Lotharingæ, & Jolandam comitissam Barrensem hujusque federatos Metenses: quod cum plures alios principes quadam contigione correpturum videretur, Pontifex ut malis imminentibus mederetur, Guillelmum Pichon Moguntinæ ecclesiae præpositum apostolicum internumtum creavit (b) & ad sopiendamque discordiam IV. non. decembris iussit incumbere.

Adhibuit etiam Christi vicarius aposto-

licos conatus ad pacem Anglos inter & Francos conciliandam. Sed dum pacis rationes omnes explorat Pontifex induciæ antea initæ ab Anglo violatæ sunt (i), Guisnarum arce dolo occupata. Ex quo nova controversia recruduit, quæ in pontificia curia agitata est.

Nec minus afferendæ in Gallis religioni, quam restituendæ paci studuit Clemens. Florebat pius mos, quem S. Ludovicus clarissimum Regum exemplar a Romano Pontifice induci curaverat, ut censores fidei ad subnascentes hæreses evellendas e Gallis excubarent. Cujus propagandi moris ergo, cum apud Andegavienfes intermissus fuisset, Clemens causarum fidei in Gallia cognitori Dominicae familiae religioso viro jus contulit, (h) ut Andegavis, quemadmodum in finitimis provinciis centuram fidei exerceret: quod diploma nobis afferendum visum est, ad obstruenda eorum ora, qui temere effu- tiunt, inquisitionis sacre tribunalia nunquam in Gallis posita fuisse.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memo- riam.

Nuper pro parte dilecti filii prioris fratrum ordinis Prædicatorum provincialis provincie fuxta morem dicti ordinis nobis exiit intimatum, quod licet prior dicti ordinis ejusdem provincie Francie, qui est pro tempore ab antiquo, potuisset (prout potest) per specialia privilegia sedis Apostolicæ ordini predicto concessa, certum numerum fratrum dicti ordinis ad exercendum in regno Francie inquisitionis officium deputare, quia tamen postmodum felicis recordationis Nicolaus Papa IV. prædecessor noster fratribus dicti ordinis inquisitionibus pravitatis ejusdem, tunc in dicto regno deputatis auctoritate apostolica & ex tunc in posterum deputandis, hujusmodi officium inquisitionis committens, comitatus & terras claræ memorie Caroli Regis Sicilia tunc viventis excepit; dilecti filii inquisitores pravitatis ejusdem per dictum priorem tunc, & qui fuerunt in posterum ad hujusmodi inquisitionis officium in dicto regno vigore privilegiorum hujusmodi deputati in Andegavia & Cenomanensi comitatibus atque terris in dicto regno consistentibus, qui tunc ejusdem Regis existere noscebantur, etiam postquam dictus Rex & ipsius in regno Sicilia heredes habere desierunt dictos comitatus & terras, præfatum inquisitionis officium dubitarunt & dubitant in dictis terris & comitatibus exercere: propter quod in eis errores & hæreses possent multipliciter pullulare.

Nos igitur, attendentes quod plurimum periculosum existeret, si hujusmodi pravitatis vesperis (quod absit) in eorum pertinacia locum refugii invenirent, dilecti filii Guillelmo militis dicti ordinis pro-

Navata opera redinte-granda Anglos inter & Gallos pace.

(i) Mat. ib. Vill. l. 2. c. 49. Frossar. hist. l. 1. Paul. X. mil. & a. llii.

(k) An. 10. l. 3. p. 2. arvesar. formar. 206.

In Gallis posita ad- versus hæreticos tribuna- lia.

fessori & in sacra theologia magistro, ac aliis fratribus dicti ordinis inquisitoribus pravitatis ejusdem in regno Francia, qui nunc sunt, & quos in posterum vigore privilegiorum hujusmodi deputari contigerit, ut praefertur, qui in dictis comitatibus atque terris dictum inquisitionis officium contra haereticos praemissis nequaquam obstantibus, servatis tamen Viennensis concilii & aliis constitutionibus apostolicis super hoc editis, exercere valeant, prout in vicinis terris, Turonia videlicet & Pictavia, per privilegium ipsius praedecessoris est fieri consuetum; plenam & liberam auctoritate apostolica tenore praesentium licentiam largimur. Nulli ergo, &c. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis VI. kal. octobris anno x. Dum viguit censorum fidei auctoritas, religionis splendor ab haereticis obscurari non potuit; at ubi politicorum vitio spargendarum haereson licentia permessa est, maduit suorum errore Gallia, innumeræque simplices animæ erroribus irretitæ quotidie tristes inferiorum exuviae prædæ fiunt. Accendat Deus pristino pietatis ardore eos, qui sacrum veterem morem in Gallias revocare, immortalisque ex eo triumphos sibi comparare possunt. Sed ad institutam historiae seriem redeamus.

Exercendæ in haereticos inquisitionis necessitas.

XXXVIII. Clemens gravi morbo tentatus.

(a) To. 10. ep. sec. p. 123.

Vergente anno Clemens correptus gravissimo morbo, parte ex maligno humore, quo suffusa facies, admodum intumuit, & in discrimen salutis adductus, ex quo tamen evasit, ut feliciter ad piam mortem se compararet, exemplo Joannis XXII. edito diplomate promulgavit, (a), a se omnia, si quæ forsitan ante adeptum pontificatum vel eo gesto non contententia cum fide catholica ex linguae præcipitis lapsu protulisset, revocari.

Clemens, &c. Ad futuram rei memoriam.

Quamvis ille pius omnium Conditor & Redemptor in se sperantium informet & dirigit actiones, & mentis nostræ tenebras luce suæ veritatis illustrans, eas ab invio præservet erroris; quia tamen quamdiu carnis hoc velamine tegimur, antiqui hostis, cum quo nobis assidua pugna est, dolos & artes sic confutare non possumus, quin interdum ex carnis fragilitate peccemus, cum infans, cujus unius diei super terram vita est, peccati labem evitare non possit: nos qui inter peccatores peccator viximus, infirmitatem nostram poenitentiae passibus metientes, si qua dudum in minoribus constituti, & postquam ad fastigium apostolicae dignitatis divina bonitas dignanter potius quam digne provexit, nos disputando, legendo, prædicando, aut alias contra caribolicam veritatem & fidem, vel bonos mores ex lapsu linguae præcipitanter forte protulimus, revocamus & volumus pro re-

Dicta sua omnia ecclesiae decretis submittit.

vocatis haberi: & ea omnia sedis Apostolicae auctoritati supponimus & submitimus corrigenda. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. VII. id. decembris anno x. Neque ex hoc obganniendi occasionem fumant novatores, Pontificem ejusdem testimonio errare posse; ut privatos enim, cum suam promunt sententiam ex imbecillitate humani intellectus eos falli posse non repugnat, ut jam dictum est; nullatenus vero errare posse, cum decretoriam fidei sententiam ab universa tenendam ecclesia proferunt, ob singulare Spiritus Sancti præsidium, quod a Christo Petro ejusque successores promissum est, de quo pluribus theologi.

Consulturus etiam tum futuri successoris electioni celebrandæ, constitutionis a Gregorio X. latæ vigorem temperavit, sanxitque (b) ad Cardinalium gratiam, ut in conclavi famulum haberent, atque eorum mensæ unum fericulum carni vel piscium apponeretur; qua de re hæc ejusdem Pontificis vitæ author: Præfatus insuper Papa laxavit, seu verius mutavit constitutionem Gregorii Papæ X. Ubi majus de elect. libro sexto editam super illis, quæ Cardinales habent observare, quando sunt inclusi in conclavi pro electione Romani Pontificis celebranda, &c. Recensere pergit author præcipua capita illius constitutionis, quam ex pontificio regesto adducimus (c).

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Licet in constitutione a felicitis recordationis Gregorio Papa X. praedecessore nostro, super electione Romani Pontificis edita in concilio Lugdunensi, inter cetera caveatur expresse, quod si eundem Pontificem in civitate, in qua cum sua curia residet, diem claudere contingat extremum, Cardinales in palatio, in quo idem Pontifex habitabat, omnes convenient, & in eo singuli singulis tantummodo (nisi illi quibus ex patienti necessitate duo permittuntur) hujusmodi contenti servientibus clericis vel laicis prout elegerint, conclavæ, nullo intermedio pariete vel alio velamine, inhabitent in communi, & quod diebus certis non facta provisione de pastore decursis, panis, vinum, & aqua tantummodo eisdem Cardinalibus, donec subsequatur provi- sio, ministrentur; quia tamen, sicut frequentanti multorum assertione, & in Cardinalatu constituti percepimus, nonnulli ex Cardinalibus ipsis in observatione constitutionis ipsius gravati alias nimium extiterunt, multique ex ipsis duos in dicto conclavi habuerunt servientes non absque scrupulo conscientiae propter ambiguitatem dictorum verborum, videlicet quibus ex patienti necessitate duo permittuntur haberi, in dicta constitutione, ut præmittitur, contentorum; nos providere super iis cupen-

XXXIX. Gregorii X. lex de conclavi temperata. (b) Gestæ Clem. VI. apud Bosq.

(c) To. 10. ep. sec. p. 124. & in MS. cevimon. Var. sig. n. 4737. in bullar. in Clem. VI. conf. 5. Quænam illa fuerit.

Mitiganda illius causa.

tes, ex his & certis aliis causis rationalibus, quæ nostrum in id animum induxerunt, rigorem constitutionis ipsius, & etiam ad fratrum nostrorum supplicationem in his providimus temperandum; auctoritate apostolica statuentes, quod Cardinales postquam conclavæ hujusmodi seu clausuram pro dicta celebranda electione intraverint, singuli duos servientes tantum clericos vel laicos, prout duxerint eligendos, ac insuper singulis diebus præter panem, vinum, & aquam in prandio unum & in cæna unum duntaxat fericulum carni unius speciei tantum, aut piscium seu ovorum cum uno potagio de carnis vel piscibus principaliter non confectis, & decentibus salisamentis habere valeant, ultra carnes salitas & herbas crudas ac caseum, fructus seu electuaria, ex quibus tamen nullum specialiter fericulum conficiatur, nisi ad condimentum ferretur vel saporem. Nullus vero eorum de alterius fericulo vesci possit. Licet etiam eis ex decencia honestatis habere in clausura hujusmodi, cum in lectis causa quiescendi vel dormiendi esse voluerint, duntaxat intermedia seu velamina simplicium solummodo cortinarum, prædicta felicitis recordationis Clementis Papæ V. praedecessoris nostri & aliis constitutionibus apostolicis contrariis, quibus per hoc in aliis derogari volumus, non obstantibus, quibuscumque. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. VIII. idus decembris anno x.

XL. Migravit in caelos hoc anno B. Conradus Placentinus, qui vitam eremiticam in nemore apud Netinam Siciliae urbem diu coluit, ubi magnis miraculis ac sanctitatis apud omnes opinione claruit: cuius gesta ad Cardinalem Baronium ex Netinae ecclesiae monumentis subiecta formae concepta transmissa sunt (a): Beatus Conradus heros Placentinus apud Netum urbem Siciliae celeberrimæ naturæ cessit undecimo martii anno a Christi natali MCCCCLI. Cujus vita a rebus gestis fuit vehementer admirabilis. Imotescere cœperunt suæ virtutis primordia, cum seipsum prodeus, innocentem virum servavit a laqueo, qui metu quæstionis incendii crimen a Conrado commissi confessus traheretur ad necem. Ut primum vero damnum passis jura persolvit, ita cum uxore egit, ut in monasterio dimissa, ceterisque rerum temporalium curis abjectis, pie peregrinationi se accinxerit. Panormum primam Siciliae urbem appulsus, auditoque Netinos multarum virtutum gloria præ ceteris commendari, apud hos sibi vivendum duxit, & in arduam eremum extra moenia ad tertium lapidem se contulit; unde raro aut Netum aut Hiblam cibi emendicandi gratia prodibat. Multos ibi annos, humi cubans, jejuniis, oratione, aliisque corporis & spiritus exercitationibus adeo profecit, ut ematritus pane caelesti non oportuerit amplius exire. Nec desuere mira-

(a) MS. bibl. Vall. B. Conradi Placentini obitus.

Pia illius exercitia.

nobilissimæ virtutis signa, & acquisita divinae gratiae effectus, dum varias daemonum tentationes, & carnis oblectamenta fortiter exuperat atque domat. Plurima longe abdita præsensit, prædixitque: morbo gravatos mirabiliter sanavit, esurientes panibus angelico ministerio formati refecit, & ab imminetibus certæ cladis periculis suos devotos subduxit. Et ubi mortali vitæ finem impendere prænovit, Neti Eucharistia desumpta, confessorium suum rogavit, ut perendie in eremum se conferret: quod ubi effectus desegit illi Conradus imminere suæ mortis horam, aperuitque funeris consiliium, futurum enim erat, ut Hiblai & Netini, intra quorum fines fuerat commoratus, de corpore apud se sepeliendo contenderent, monetque quomodo certamen ad arma progressum sua prudentia dirimeret: sequi velle asserit, ut Neti in divi Nicolai ipsius urbis patroni tumulo mandaretur.

Dum hæc colloquuntur, præsentiens horam, redit in antrum suum, & coram Crucifixi imagine totum se Deo commendat. Tum, mirabili splendore locum illustrante, animam Deo reddidit. Reterritus autem presbyter accessit, divinumque genuflexum, ac si adhuc orationi instaret, reliquo vero corpore erectum comperit, gravique lactu afflictus tanti viri jacturam deplorabat. Interim Neti & Hiblae campanæ, nullo pulsante, crebro concursu defunctum lugebant. Netinos inde ac Hiblenses, qui campanarum ex sese sonantium strepitu percitii accurrebant, & de cadaveris possessione dimicabant, nec tamen ulla sanguinis effusione leduntur Conradi precibus, ut antea prædixerat, presbyter verbo & opere sedavit. Cumque Netum gestaretur, plures agrotiam ab hernia laborantes beati viri opem implorantes pristinam recepere valetudinem: multoque majora edita sunt miracula, cum Jacobus Humana episcopus Scutarensis Leonis X. Pontificis rescripto, quo concessum est divi Conradi reliquias posse coli, & per urbem circumduci, & festum celebrari, dato Romæ xi. julii anno salutis MDXV. primum festum instituit. Nec cessat quotidie divinae virtutis operatio hujus beati membra patefacere, præsertim cum xi. kal. martii per urbem Netinam circumducitur; unde vel extra Syracusanam diocesium ejus festum, ut aliorum beatorum, quos nondum in sanctorum numerum ecclesia retulerit, posse celebrari & venerari, Paulus III. mandavit. Datum est diploma anno salutis MDXLIV. kalend. novembris. Fuit Conradus statura procerus, forma elegantissimus, aspectu magnanimus, sermone gravis & ficundus. Ejus corpus in argentea arca reconditum apud Netinos in ornatissimo tumulo & sacello conservatur, ubi quotidie divina virtutis signa experimur. Et infra: Pro veritatis certitudine & informatione illustrissimi & reverendissimi domini Casari-

Luce caelesti locus in quo moritur, circumfusus.

Claret miraculis.

vis Baroni S. R. E. Cardinalis præsens sum-
marium vite & mortis & miraculorum beati
Conradi transcribi, & urbis Neti sigillo
communiri fecimus. Datum Neti diocesis
Syracusana die xi. mensis januarii iv. in-
dicti. MDCVI. Propagata est annorum flexu
B. Conradi gloria innumeris beneficiis e-
jus ope populis ad illius reliquiarum
venerationem confluentibus collatis: quas
cum Guillelmus Syracusanus & Jacobus
Scutarensis episcopi, sepulchro reterato
ex data ipsius a Leone X. provincia,
inspexissent circumfusa cleri populique
multitudine, illius corpus corruptionis
expers inventum, atque ex eo fragran-
tissimum odorem halasse publicis documen-
tis (a) testati sunt: Cum clero, inquit,
& populo processionaliter ad capsam, in qua
corpus ipsius Conradi supra centesimum &
sexagesimum annum repositum fuerat acce-
dentes, capsam ipsam aperiri iussimus: qua
referata, tanta odoris fragrantia per totum
templum illud diffusa est, ut omnium aro-
matum odora menta ibi recondita videren-
tur. Vidimus & manibus nostris contrecta-
vimus caput & brachium unum dumtaxat
a corpore separatam [quod quidem bra-
chium theca argentea coopertum in ejus
honorem populo ostendi religiose consuere-
rat] reliquum vero corpus cum ceteris
membris suis integris ad invicem coheren-

(a) Ex-
tant apud
Wad. 10.
4. anno
1351. n.
31.
Ejus reli-
quiarum sua-
vissimum o-
dorem
spirant.

ribus & annexis carne vestitum a die de-
positionis & obitus ipsius Conradi supra
centesimum & sexagesimum annum, ut su-
perius dictum est. Has itaque beatas re-
liquias in eadem capsam iterum reconditas
cum clero & omni populo processionaliter ef-
ferri iussimus, & honorifice conduci ad tem-
plum sacratissimi Crucifixi, ubi Salvator
noster Jesus Christus miracula evidentissima
ostendere dignatus est: nam nonnullos, qui
fracturas & viscerum dissolutiones in in-
guine patiebantur, sub capsam reliquiarum
devote orantes statim sanitatum beneficia
repperunt. Nos itaque apostolica authori-
tate, qua in hac parte fungimur, tam ipsi
habitoribus prelibata civitatis Neti,
quam omnibus, quibuscumque aliis Christi
fidelibus utriusque sexus, ut eundem B.
Conradum, prout ceteros beatos confessores
nondum canonizatos venerari, illiusque fe-
stum die xix. mensis februarii, in quo die
migravit hinc ad Dominum, per nos depu-
tatum celebrare, & omnia & singula alia
in premissis & circa premissa necessaria
seu quomodolibet opportuna facere libere &
licite possint & valeant, licentiam & fa-
cultatem perpetuo concessimus: ac etiam,
quod dictum beatum corpus efferris & pro-
cessionaliter per civitatem ipsam Neti con-
duci possit, &c. Dat. Neti. xxviii. die
mensis augusti xii. indiction. MCCCCXXV.

Restituta
pluribus
aegris va-
lectudo.

Ineunte

I.
Restituta
Neapoli-
tano re-
gno pax
& quibus
legibus.

I Neunte anno a virgineo partu quin-
quagesimo secundo supra millesimum
trecentesimo quinta indictione conci-
liata est in pontificia aula Clementis
VI. studio pax inter Ludovicum & Jo-
annam conjuges Siciliae, ac Ludovicum
Ungariae Regem iis passionibus, ut Regi-
na Ungarum trecenta aureorum millia ob-
sumptus in bello factis refunderet, Un-
garus vero omnes urbes & arces, quas
etiam tum in citeriore Sicilia obtinebat,
pontificiae fidei committeret, praesidiari-
atque copias & regno evocaret: ac tam
Robertus princeps Tarentinus & Philip-
pus frater, quam Ludovicus & Rober-
tus Dyrachini in libertatem vindicaren-
tur: quae leges ratae habitae a Clemente,
atque apostolica auctoritate confirmatae.
Quibus compositis, praeter omnium expe-
ctationem Ludovicus Ungariae Rex ma-
gnifice regiam liberalitatem explicuit; il-
lius enim oratores ex arcanis imperiis re-
gio nomine sunt professi, Ungariae Re-
gem non auri cupiditate, sed iustissimae
vindictae de Andreae fratris nece petenda
voluntate ad bellum concitarum; iraque
jam placata, & bello abstinere, ac sibi
pacta trecenta aureorum millia repudia-
re: ex qua magnificentia magnum apud
omnes decus collegit. Recensentur haec
fusius ad Matthaeo Villano (a) pontificis-
que ad Ludovicum Regem ac Joannem Re-
ginam Siciliae literis kal. februarii datis
confirmantur, quibus restitutam inquie-
to regno serenitatem ac Regis Ungariae
liberalitatem, tum Bracharensem archie-
piscopum & Perrum e S. Martiale ad re-
cipiendas in pontificiam fidem arces, quas
Ungari praesidio militari occuparent, mis-
sos significavit (b).

Ungarus
pactam
auri vim
remittit.

(a) Mar-
th. Vill. l.
2. c. 65.

(b) Tom.
10. ep. 10.
pag. 151.

Clemens, &c. Ludovico Regi & Joan-
nae Reginae Siciliae illu-
stribus.

Miseratur Dominus, qui misericordias
suas etiam cum iratus fuerit continere ve-
lit, sollicitudinibus & curis innumeris, quas
inter vos & charissimum in Christo filium
nostrum Ludovicum Regem Ungariae illustrem
exorta commotio nobis indixit, & calami-
tatibus, quibus occasione commotionis huius-
modi regnum nostrum miserabiliter fluctua-
vit, hucusque terminum posuit, & ipsius
Regis Ungariae animum inclinavit ad pra-
cem, ipsumque nostris beneplacitis confir-
mavit, quod priori tractatu, cujus vobis
formam & copiam misimus, non obstante,
omnem summam pecuniam, quae vel pro par-
te sua petita vel sibi oblata fuerat, pro
nostra & Apostolica sedis reverentia repu-
diavit omnino: & per venerabilem fratrem
nostrum Joannem episcopum Vespriemensem
ac nobilem virum Vlicum de Woolford co-
Ann. Eccl. Tom. XXI.

mitem Castriferrei nuntios & procuratores
suos, quos cum sufficienti & speciali man-
dato ad infra scripta omnia peragenda ad nos
& sedem Apostolicam destinavit, promisit
nobis, quod ipse civitates, castra, fortifi-
cations, & loca qualibet alia dicti regni,
quae per ejusdem Regis stipendiariorum & gen-
tes, aut quosvis alios suo nomine inibi de-
tinentur, cum munitionibus existentibus in
eisdem in manibus nostris seu venerabilis
fratris nostri Guillelmi archiepiscopi Bra-
charense & dilecti filii nobilis viri Petri
domini de S. Martiale militis Lemovicen-
sis diocesis, quos ad hoc duximus depu-
tandos, vel alterius eorum recipientium no-
mine nostro expedire ponet ad faciendum,
disponendum, & ordinandum de illis libere
pro nostra arbitrio voluntatis: & quod
bona fide curabit & faciet cum effectu, quod
stipendiariorum Ungari & alii equites & pedi-
tes, ac gentes huiusmodi & quosvis alii in
eodem regno, praefati Regis nomine commo-
rantes, de dicto regno & qualibet ejus parte
recedent infra tres menses a data lite-
rarum nostrarum super hac consecutarum ma-
teria computandos, quodque dilectos filios
nobiles viros regalis domus vestrae, quos
ipse detinet, & quos dicti episcopus & co-
mes procuratorio nomine praefati Regis ex
tunc verbo libertatis beneficio donaverunt,
plenarie ac effectualiter pristina restituet
libertati, &c. Datum Avin. kal. februarii
anno x.

Spondet
se ex arci-
bus praefi-
dia edu-
cturum.

Adjecta ea ceteris foederis legibus fue-
rat, ut Pontifex censuras omnes dissolve-
ret, quibus Ludovicus Rex Ungariae, il-
lato bello Siciliae regno sedis Apostolicae
beneficiario contemptis pontificiis contra-
riis edictis, se irretierat; quam legem
Clemens implere non distulit; daroque
mox diplomate, omnes injurias ecclesiae
rei Siciliae causa inflatas remisit; ac tum
Ungariae Regem, tum omnes illius se-
quaces cunctarum censurarum nexu solu-
tos pristinis juribus restituit (c); addidit
que daturum se operam, ut Ludovicus
Siciliae Rex & Joanna Regina omnes in-
jurias iis remitterent, qui partes Un-
gariae Regis essent amplexi; ac vicissim
Ungarum sollicitavit, ut Ludovicum Re-
gem Siciliae ut sanguine conjunctissimum
qua par erat benevolentia, complectere-
tar (d). Tentarunt Ungari duces (e), qui
arces praesidio militari infederant, ac pro-
ceres Neapolitani regni, qui Ungaricis
partibus se addixerant, Ludovici animum
ab inito federe adducere; verum ille
pontificiis votis & monitis morem gessit,
de quo actus illi a Clemente gratiae (f),
conversaque apostolicae curae fuerunt ad
restituendum Siciliae pristinum splendorem.
Revocata in primis Pontificis edicto ad

II.
Soluti
censuris,
qui cite-
riorem
Siciliam
invale-
rant.

(c) Ib. p.
166. &
10. 11. ep.
secor. pag.
18.

(d) Ib. p.
156.
(e) To.
11. ep. 10.
pag. 32.

(f) Ib.
pag. 33.

A a a a re.

(a) To. 8. ep. fecr. p. 169.
(b) To. 11. ep. fecr. p. 111.
(c) To. 10. ep. fecr. p. 161. III.

regios apices (a) jura, quæ a Ludovico & Joanna fuerant alienata: adacti iterum sacramento in Joannæ verba regni ordinis (b); & Guillelmus archiepiscopus Bracharenfis Apostolicæ sedis internuntius solemniter Ludovicum & Joannam sacrare balsamo ac regia corona redimire jussus (c).

Ad præfocanda vero in ipso fomite, civilium bellorum semina, quæ ex ambiguis juribus oboriri possent, promulgatum ab eodem internuntio, successione hereditariæ ordinem pactioibus cum Carolo I. incipit institutum non confundendum, nullaque Ludovico ex regia inunctione, nova jura comparatum iri. Tum sanctum a Clemente, si Regiam sine liberis præmori contingeret, sceptrum ad Mariam & liberos transmittendum; exactum etiam a Ludovico, ut ante regia sacra suscepta proficeretur, nunquam a se, si quid humanitus Joannæ Reginæ accideret, Franciscæ filia, aut Mariæ, aut liberorum jura labefactum iri; ac quibus omnibus apostolicum hoc decretum editum est.

Clement, &c. Guillelmo episcopo Bracharenfi A. S. N.

Diploma pontificium de Ludovico Tarent. coronando.

In primis declaramus, quod non est intentionis nostræ, quod per concessionem tituli & denominationis regie dignitatis, ac inunctionis & coronationis obtinenda, per nos factam, & per te, frater, vel dictum archiepiscopum Beneventanum executioni mandandam, ac per obtentam & habitam per dictum Ludovicum regie dignitatis denominationem, inunctionem, & coronationem, quæ liberaliter & benigne per nos conceduntur eidem, aliquod jus sibi in regno & terris prædictis in dominio, proprietate, seu possessione aliquantulum propterea acquiratur: immo volumus & declaramus expresse, quod jus & modus succedendi in regno & terris eisdem in eadem statu, quantum ad dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Franciscam Regis & Reginæ filiam, & quosvis ex ipsa Rege & Regina liberos nascituros, quorum causam seu jura in successione regni ipsius juxta formam conventionum consisterit potiora, ipsum Regem, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mariam sororem Reginæ prædictæ, liberos suos, seu quosvis alios remaneant, & in omnibus & per omnia perseverent, in quo & sicut essent juxta pacta & conventiones inter ecclesiam & dictum Carolum Regem Siciliæ habita, ac si concessio prædictorum per nos facta minime existisset, & dictus Ludovicus inunctus & coronatus per concessionem nostram hujusmodi non fuisset.

Item ordinamus & volumus, quod si contingat supradictam Reginam sine liberis ipso Ludovico superstite decedere, & regnum & terras eadem ad prædictam Mariam, liberos suos, seu quosvis alios debere juxta

pacta & conventiones prædicta vel alias quomodolibet pervenire, dictus Ludovicus se tunc de regno Sicilia & terris prædictis directe vel indirecte per se vel alios nullatenus intronistat, nec virtute seu prætextu inunctionis & coronationis prædictæ se Regem Sicilia verbo vel literis nominet, vel faciat per alios nominari: salvis tamen eidem Ludovico juribus in terris suis, seu de jure hereditario vel alias debite & legitime acquisitis, & aliis que ipsum jussu titulis in dictis regno & terris acquirere legitime contingeret in futurum. Ferimus etiam in ipsum Ludovicum excommunicationis sententiam, & imponimus eidem penam privationis omnium, quæ habet & est habiturus infra regnum & terras prædictas, si in casu illo se de regno & terris eisdem introniserit, vel se Regem Sicilia nominaverit, vel fecerit nominari. Mandamus insuper omnibus venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, & cæteris ecclesiarum prælatis & personis ecclesiasticis, ac dilectis filiis principibus, ducibus, comitibus, & baronibus, & aliis singularibus personis sub excommunicationis, nec non universitatibus civitatum, castrorum, & aliorum locorum regni & terrarum prædictorum sub interdicti penis, quas eos & eas, qui & quæ contrarium fecerint, incurere volumus ipso facto, ut in casum illum dicto Ludovico tanquam Regi directe vel indirecte, publice vel occulte, non obediunt, pareant, vel intendant, vel eum pro Rege Sicilia facto, scripto, vel verbo habeant, teneant, vel nominent quoquo modo.

Item volumus & ordinamus, quod dictus Ludovicus, antequam inungatur & coronetur, sub publico instrumento sigillo tuo regio sigillato consteatur & recognoscat, quod ipse, qui ex benignitate nostra & sedis Apostolicæ assequitur & obtinet denominationem & titulum regie dignitatis, & inunctionem & coronationem prædictas, virtute inunctionis & coronationis hujusmodi non intendit aliquod jus sibi propterea in eisdem regno & terris acquirere: & vult quod jus successionis ipsorum regni & terrarum in illo statu, quantum ad prædictas Franciscam & liberos ex ipso & dicta Regina in posterum nascituros, & Mariam, liberos suos, & quosvis alios remaneant, & per omnia perseverent, in quo erat antequam prædicta concessa fuissent, & ipse Ludovicus inunctus & coronatus auctoritate sedis Apostolicæ existisset. Et ulterius ipse Ludovicus se obliget efficaciter, juramento præstito, ad observationem prædictorum. Et nihilominus ad perditionem omnium, quæ habet & est habiturus infra regnum & terras prædictas, sententiam excommunicationis in se recipiat, si in casum, quo eo superstite dicta Regina sine liberis decederet, & ad sequestratam Mariam, liberos suos, seu quos-

Ludovico inunctionem regiam incerto casu non profuturam decernatur.

IV. Obstrictus ad id profuturum Ludovicus.

(a) Eod. 10. 10. ep. fecr. p. 147.

V.

Ludovicus & Joanna ad constituta de limite Beneventani agri adiacentia obstricti.
(b) Eod. pag. 148.
(c) Ibid. 148.
(d) Mat. 1. 3. c. 8. Summ.
Hijl. Neap. 1. 3.
(e) Mat. 1. 3. c. 45.
(f) Ann. 10. 1. ep. car. p. 6.

VI. Retentus ab Ungaro Salernitanus principatus.

(g) To. 10. ep. fecr. p. 124.

vis alios eadem regnum & terræ secundum pacta & conventiones, ut prædicitur, facta & habita, vel alias contingeret devenire, de regno vel terris ipsi aliquantulum se intronisteret, vel se Regem Sicilia nominaret, vel ab aliis se faceret nominari, &c. Datum Avin. kalendas februarii anno decimo.

Ut horum libertati ac juribus Pontifex consultum voluit ad præfocanda bellorum semina, ita ipsius Ludovici alia jura non læsum iri sanxit; pronuntiavitque (a) Ludovicum filium Joannæ Reginæ superstitebus sine prole obeuntibus in regno successurum: Si contingat, inquit, dictam Reginam præfata Franciscæ vel alii liberi relicti te superstite tolli de medio, ipsique Franciscæ seu alii liberi sine prole legitima morerentur, successio in dictis regno & terris juxta tenorem dictorum pactorum & conventionum ad te tanquam ad proximiorum debeat pertinere. Dat. Avin. XII. kal. februarii anno x.

Nec desuit tuendis ecclesiæ juribus Pontifex: Ludovicum enim Regem ac Joannam Reginam obstrictum (b), ut in regie inunctionis celebritate sacramento sponderent, ea se servaturos, quæ ipse de limitibus Beneventi definitis uti in pactationum cum Carolo I. tabulis cautum erat, constituisset: ac Guillelmo Bracharenfi & Petro Beneventano archiepiscopis munus demandatum, ut id sacramentum exigerent (c). Perfectam porro solemniter riu regiam inunctionem Neapoli vigesimo septimo maii die, narrat Matthæus Villanus (d); ac vergente anno dimissos (e) ex Ungarico carcere principes, quod etiam Clementis successoris litteræ ostendunt (f): Fide, inquit, digna nobis insinuatio patefecit, quod charissimus in Christo filius noster Robertus Imperator Constantinopolitanus illustris, & dilecti filii nobiles viri Philippus de Tarento germani, & Ludovicus ac Robertus de Duratio consanguinei germanitui a carceralibus angustiis, quas innocentes sine causa diutius passi sunt per gratiam Dei, & interpositionem Romane ecclesiæ matris tue liberi cito in regnum tuum sunt, præstante Domino, redituri. Dat. Avin. undecimo kal. januarii anno primo.

Quod ad Ludovicum Regem Ungariæ attinet; licet superiori scedere præsentia antea in Siciliæ regnum jura quod & Carolo Martello Caroli II. majore natu filio genus traheret, dimiserit; is tamen Salernitanum principatum, & Honorem montis S. Angeli, quem avus ac pater, tum etiam ipse gesserant, retinuit: quod etiam ipse oratores sunt contestati coram Clemente Papa: qua de re diploma divulgatum est (g). Expedire autem se e Siculo bello voluit, cum arma adversus infideles & schismaticos majori emolumento

vertere, ac Dei hostes potius quam sibi conjunctissimos vexare finitimas provincias Ungariæ ditioni adjungere quam disjunctum mari ac longo terrarum tractu regnum sibi subicere, meditaretur (h). Laceraverant etiam ipsum Tartari (i), quorum conatus erant retundendi: atrox enim famies ipsos coegerat, ut refert Matthæus Villanus (k) pristinas sedes abjicere, atque in Proclaviam magno terrore bello irruerant: qui ne interiores terras penetrarent, vocatus in auxilium a Proclavo Rege infideli cliente Ungariæ regis Ludovicus, quadraginta equitum militum subsidia misit, confertoque cum barbaris prælio, adeo acriter certatum, ut in cadendis Tartaris & vires militi, & arcubus sagittæ, & acies ferro defuerint; ob innumeram tamen Tartarorum multitudinem, non sine mutua clade, abscedendum fuit, ut majores copie contraherentur. Tartari ob penuriam comæatus cæcorum carnibus sustentantur famem: cumque Reges Proclavie & Ungariæ maximo cum exercitu irruere pararent in Tartariam, illi signa reflexerunt: cujus certaminis famam Florentiæ mense aprilii hujus anni percubuisse, scribit idem Villanus. Et quidem in Tartaros bellum hoc tempore adornasse Ludovicum Ungariæ Regem, & pontificis literis colligitur: cum is a Clemente flagitavit, ut quas urbes ac provincias infidelibus eriperet, Ungarico adjiciendas imperio, apostolica autoritate confirmaret. Cujus votis Clemens annuit (l) ea lege, ut nulli principes catholici aliqua in eam ditionem, ab ipso domandam armis, jura obtinerent.

Clement, &c. charissimo in Christo filio Ludovico Regi Ungariæ illustri.

Ad ampliacionem Christianæ fidei, catholicorum principum, ex quibus trabis originem, sequens imitanda vestigia, sicut prout habet fidedignorum assertio, accendis & excitas zelum tuum, ut divina potentia fretus auxilio, ad propellendum schismaticos & infideles alios regno tuo finitimos (ex quorum præsumptuosa nequitia frequenter regnum ipsum, & habitatores ejus passi sunt detrimenta) in manu forti proponas excurgere, & ad eorum elata cornua conterenda tuam potentiam exercere. Nos igitur hujusmodi tuum laudandum in hac parte propositum multipliciter in Domino commendantes, illudque favoribus, & rependiis apostolicis prosequentes, omnia & singula provincias, civitates, castra, villas, fortalitia, & alia qualibet loca, quæ (præstante Deo) de manibus schismaticorum & infidelium eorundem potentia & manibus eripere, & potestate tue subicere, favente tibi dextera Domini, te continget, dummodo ex largitate apostolica vel alias in

(b) To. 11. ep. fecr. pag. 18.
(i) Mat. 1. 2. c. 72.
Tartari finitimas Ungariæ provinciæ as infestant.

Magna strage confusi. Cæcorum carnibus vescuntur.

(k) To. 11. ep. fecr. p. 18.

Provinciæ eripiente ecclesiæ hostibus traditæ Ungariæ.

eis non sit alicui specialiter jus quaesitum, tibi ac heredibus & successoribus tuis auctoritate apostolica concedimus & donamus. Nulli ergo &c. Dat. Avin. id. julii anno XI.

VII. Occupato ita felicioribus bellis Ungariae Rege, quievit Sicilia citerior. At Pedemontio incubabat (a) Joannes Vicecomes, Provinciamque quatiebat (b): ob Bononiam vero ereptam ecclesiae sacris effectus apostolicae gratiam ambiebat (c), ut Caroli Romanorum Regis Italica jura recuperari sociorumque Etruscorum impetus eluderet; tum invasa flagitio pactio- nis specioso titulo sibi vendicaret; de quo traduntur haec ab anonymo MS. Vaticani auctore (d): Hujus tempore, inquit, nimirum Clementis VI. dominus Lucinus de Vicecomitibus tyrannus Mediolani pene omnes civitates & terras Pedismontis occupavit: paulo post moritur. Dominus Joannes suus germanus archiepiscopus Mediolanensis efficitur dominus Mediolani & omnium terrarum occupatarum per suas tyrannides. Hic Papa ipsum archiepiscopum & nepotes excommunicavit propter occupationem factam per ipsos de civitate & comitatu Bononiensi & Pedismontis: & postea pro pecunia ipsos absolvit. Refusa Pontifici centum aureorum millia ob sumptus in bello pro recuperanda Bononia factos, tradit Matthaeus Villanus (e), quod pontificia syngrapha de iis acceptis a Clemente Joanni tradita confirmat (f), & ad stipulantur plures ejus literae (g). Subdit vero MS. Vaticanum de Clemente: Nec non concessit eis dictam civitatem pro duodecim annis futuris, dominium, & regimen nomine ecclesiae, solvendo duodecim millia florenorum in anno quolibet camera Romanae ecclesiae. De petita dimissa a Joanne archiepiscopo Mediolanensi patrati flagitii venia extant plura diplomata pontificia (h), ex quibus praecipuum illud (i) est, quo rei gestae series fuse describitur, utque orator Mediolanensis mandata omnia superiori anno a Vicecomitibus ipsi data impleverit: nimirum in publico Cardinalium senatu provolutus in genua, Joannis & nepotis illius Matthaei, Bernabonis, & Galeatii nomine de commissio in occupata Bononia, tentataque Imola crimine veniam flagitavit: exercitum ab Imolae obsidione revocare, Bononiam pontificiis praefectis tradere sponderit, inque redditae possessionis speciem claves portarum Bononiae consignavit ea ferme verborum formula, quibus concepta mandata a Joanne oratoribus data superiori anno attulimus: extantque alia Galeatii, Matthaei, & Bernabonis his omnino consentanea (k). Ea vero officiorum significatione flexus Clemens censuras, quibus Vicecomites se occupata Bononia irretierant, dissolvit: & eorum clientes & se-

(a) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. (b) Jo. r. ep. sec. p. 90. (c) Mat. ib. Vill. l. 3. c. 2. (d) Super. MS. bibl. Vat. sig. n. 2040. Mediolanensis archiep. gratiam ecclesiae flagitat. Praecipuae concordiae leges. (e) Mat. ib. Vill. l. 3. c. 4. (f) Jo. r. ep. sec. p. 4. (g) Ib. p. 227. (h) To. 9. ep. sec. p. 227. (i) An. 10. l. 1. p. 2. ep. cur. 1. Gesta ab illius oratoribus. (j) An. 10. l. 3. p. 2. ep. divers. form. 713. (k) Ext. post eand. ep. ea de re quatuor instrumenta.

quaces venia donatos sacrorum communioni restituit. Caeterum superiori diplomati haec loci & temporis nota adjecta est. Dat. Avin. v. kal. maii pontificatus nostri anno X.

Ut rite etiam patrata facinora expiaret Joannes archiepiscopus, cum ecclesiasticum ordinem attrivisset, exiissetque illius opes, quibus summo sacrorum antistiti bellum contra dignitatis suae decus & officium inferret; iussus est (l) a Clemente rapta flagitio eidem sacerdotibus restituere. Soluti ita censuris Vicecomites, oratoris opera a Clemente praefecturam Bononiensem sunt eblanditi ad annos duodecim, polliciti nummarium (m) & militare vestigal; nec non ad tunda jura ecclesiastica singulare studium & constantiam; confectaque sunt plures aliae pactioes, quas ex prolixiore diplomate pontificio de iis conscripto (n) decerpemus, cum ex his plurima lux historiae ob secuta bella conversionesque rerum aspergenda sit.

Clemens, &c. venerabili fratri Joanni archiepiscopo Mediolanensi nostro & ecclesiae Romanae in civitate Bononiensi ejusque comitatu & districtu ad eandem ecclesiam immediate spectantibus vicario, ac dilectis filiis nobilibus viris Matthaeo, Bernaboni, & Galeatio de Vicecomitibus fratribus militibus Mediolanensibus.

In primis praefato nomine nimirum Vicecomitum nobis obtulerunt & efficaciter promiserunt, ac in vestras animas ad sancta Dei evangelia manu tacta corporaliter juraverunt, quod pro vicariatu, regimine seu rectoria, & administratione, & gubernatione praedictis, si ea vobis, ut praemittitur, duxerimus committenda; ac pro emolumentis & proventibus praedictorum civitatis, comitatus, & districtus, quae ad eandem Romanam ecclesiam pertinent per te, archiepiscopo, aut illos vel illum, qui ex vobis nepotibus seu heredibus supra dictis dictum vicarium seu regimen pro tempore exercebunt per idem tempus habendis & percipiendis, tu archiepiscopo, seu iidem exercentes vel exercentis pro tempore vicariatum & regimen supra dictum, singulis annis vicariatus, regiminis, gubernationis, & administrationis hujusmodi realiter dabitur & solvetur, seu dabunt & solvent pro censu & census nomine nobis & ecclesiae Romanae praefatae ac collegio eorundem fratrum nostrorum, nec non dicta sede vacante apostolica camera & collegio praebitis duodecim millia florenorum boni auri & legalis ponderis de Florentia in Romana curia, ubicunque fuerit, singulis annis dictorum duodecim annorum tuis, archiepiscopo, seu existentis vel existentium vicariatum hujusmodi praedictorum periculis & expensis, medietatem videlicet in beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & reli-

VIII. Erepta sacerdotali ordini restitui iussa. (l) An. 10. l. 1. p. 2. ep. cur. 9. (m) Ibid. & Jo. r. ep. sec. 46. Bononiensis praefectura. expetita a Vicecomitibus. (n) An. 10. l. 3. p. 2. ep. divers. form. 715.

Pactio- num ab iis imita- rum formula.

Promissus duodecim mill. aureorum census annuus.

liquam medietatem in natiuitatis Domini festiuitatibus solvendorum. Promiserunt etiam solemniter & expresse dicti procuratores & nuncii nomine tuo, archiepiscopo, ac in tuam animam etiam juraverunt, quod cum pro tempore, quo civitatem, comitatum, & districtum Bononiensem praedictos, ut praemittitur, tenuisti & etiam pro futuro tempore, quo illos usque ad festum dictorum Apostolorum Petri & Pauli proximae secuturum tenebis, duodecim millia: & nihilominus in ipso festo Apostolorum pro prima solutione medietatis hujusmodi census primi anni illius temporis tunc futuri, pro quo vicariatum, regimen, gubernationem, & administrationem praedicta tibi, archiepiscopo, vobisque nepotibus & heredibus supra dictis duximus committenda, sex millia florenorum auri dabis & solves seu dari & solvi facies realiter cum effectu nobis, ecclesiae, & collegio, & in curia praebitis tuis, archiepiscopo, periculis & expensis.

Praeterea procuratores & nuncii praedicti praefato nomine nobis sponte obtulerunt & solemniter promiserunt, ac in vestras nihilominus animas similiter juraverunt, quod pro defensione infra scriptarum terrarum, videlicet Romandiolae, civitatis Ferrariae, marchiae Anconitanae, Masse Trabariae, ducatus Spoletani, patrimonii B. Petri in Tuscia, Romae, Campaniae, & Maritimae & comitatus Venafani, quae ad nos & praefatam Romanam ecclesiam una cum diversis aliis terris & provinciis pertinere noscuntur, ac terrarum totius etiam patrimonii ejusdem ecclesiae & ipsi ecclesiae immediate subiectarum; & pro illarum etiam recuperatione, ubi ecclesia ipsa ad hoc cum potentia armorum intenderet, & infra: dabitur & eidem ecclesiae servare debeant quatuor mensibus singulorum annorum, quibus mensibus vicariatus, regimen, & administratio hujusmodi perdurabunt. Et infra.

Rursus procuratores & nuncii praebiti dicto nomine nobis solemniter promiserunt, ac in vestras etiam animas tactis corporaliter evangeliiis juraverunt, quod contra nos, ecclesiam, & collegium praebita non eritis, sed nobiscum & cum eisdem ecclesia & collegio fideliter eritis, & nobis & ipsis ecclesiae & collegio & pro posse vestro fideliter adhaerebitis, ac statum & honorem nostrum ecclesiae & collegii praedictorum bona fide inviolabiliter curabitis conservare: quodque terras ejusdem Romanae, seu aliarum in terris ipsius Romanae consistentium ecclesiarum, seu eidem Romanae ecclesiae immediate vel mediate subiectas, & specialiter regnum Siciliae & terras citra pharum, quae ad ipsam ecclesiam jure dicti domini pertinere noscuntur, & earum incolas non invadatis, nec etiam damnificabitis, nec ipsis terras occupabitis, nec

Quibus diebus pendendus.

Pactum vestigal militare.

IX. De tutanda re ecclesiastica sponso.

illas vel illa invadere seu damnificare aut occupare attentantibus seu nitentibus quoquo modo dabitur seu praestabitur auxilium, consilium, vel favorem.

Promiserunt quoque nobis solemniter & expresse dicti procuratores & nuncii nomine praedicti, & in animas vestras similiter juraverunt, quod vos nullam conjurationem, conspirationem, seu ligam contra nos & eandem Romanam ecclesiam, nec ad nostram & ejusdem ecclesiae damnum directam vel indirectam facietis cum quibuscumque rebellibus, inobedientibus, seu inimicis nostris Romanae ecclesiae supra dictae, seu damnatis ab ea; nec eis seu eorum complicibus, sequacibus, seu fautoribus adhaerebitis, neque praestabitis auxilium, consilium, vel favorem contra nos & Romanam ecclesiam supra dictam: quodque universos haereticos, de haeresi ab eadem denotatos seu denotandos ecclesia, quamcito requisiti vel certificati fueritis de eisdem, quantum in vobis erit, bona fide exterminare studebitis posse vestro. Promiserunt etiam nobis solemniter dicti procuratores & nuncii nomine antedicto, ac in vestras animas ad sancta Dei evangelia tacta corporaliter juraverunt, quod vos libertatem ecclesiasticam pro posse vestro ubicumque poteritis fideli studio conservabitis: quodque ecclesias & personas ecclesiasticas, earumque res & bona quaecumque tam in civitate, comitatu, & districtu Bononiensi praedictis, quam in aliis civitatibus, terris, & locis, quas & quae simul vel divisim regitis seu gubernatis, & quas seu quae per vos regi vel gubernari contigerit in futurum, favorabiliter tractabitis, & tractari etiam facietis, eaque in sua libertate restituetis & etiam dimittetis, ac restitui facietis etiam & dimitti: ipsasque ecclesias & personas ecclesiasticas suis bonis & juribus gaudere libere permittetis, & eas non impedietis, nec impediri permittetis, quo minus gaudere possint privilegiis, libertatibus, beneficiis, redditibus, bonis, juribus, & proventibus eorundem; nec aliquas exactiones directe vel indirecte quovis quaesito colore eis imponetis, nec petetis vel exigetis ab eis, &c. (Nonnullis interjectis de legatis & internuntiis pontificiis honorifice Bononiae excipiendis, subditur haec conventio ob securas conversiones rerum insignis.)

Voluerunt quoque ac consenserunt expresse dicti procuratores & nuncii nomine praedicti, quod propter praemissum censum duodecim millium florenorum, vel propter hujusmodi adjutorii trecentorum equitum praestationem, vel propter aliquod praemissorum nos & Romanam ecclesiam sive collegium praedicta non teneamur nostris & ecclesiae seu collegii praedictorum sumptibus vel expensis civitatem, comitatum, & districtum Bononiensem praedictos defendere aut vobis quoad-

Nullis adversus eam motionibus constandis.

Colendo sacerdotali ordini.

Solutus Pontifex cura asserenda Vicecomitibus Bononiensis praefecturae.

quodcumque corporale adjutorium exhibere; nec teneamur vel intelligamur in eisdem in vos vel aliquem vestrum aliquod jus transferre ultra vel aliter, quam supra de vicariatu, regimine, administratione, & gubernatione predictis vobis commissis contineatur; nec vobis in aliis quomodolibet obligari, quam superius sit expressum.

Ne quem Vicecomites praeficiant, qui res novare possit.

Pactio- num ambiguitas illustranda a Pontifice.

(a) Ext. in super. ep. p. 176. (b) In ead. ep. p. 179. (c) In ead. ep. p. 182. (d) In ead. ep. p. 184.

(e) Ib. p. 231.

(f) Mart. Vill. l. 3. c. 3.

Archiepiscopi Mediolanensis perfidia. (g) Lib. II. p. 46. (h) Mart. Vill. l. 3. c. 17. (i) Cap. 34.

Præterea nuncii & procuratores præfati quo supra nomine promiserunt nobis solemniter & expresse, quod vos in civitatem, comitatum, & districtum Bononiensem præfatorum nullum principem, seu notabilis præeminentia, potentia seu potestatis personam; de quo seu qua possit verisimiliter dubitari seu præsumi mutatio status, vel occupatio civitatis, comitatus, & districtus prædictorum, recipietis sine Apostolicæ sedis licentia speciali, &c. Aditæ aliæ pactiones de restituendis patri exulibus, asserendis legibus, non imperandis acerbis vestigalibus: tum ab iisdem Vicecomitum oratoribus conventum, ut si qua in memoratarum pactionum interpretatione ambiguitas oboriretur, ea pontificio decreto solvenda esset. Quæ conventa sancita a Clemente fuerunt, præscriptaque ab eodem formula sacramenti, quod Vicecomites ob susceptam Bononiensem præfecturam nuncupaturi erant: deinde censuræ aliæque poenæ intentatæ, si promissa non servassent. Præterea documenta publica mense septembris superioris anni tum a Joanne (a), tum a Matthæo (b), tum a Bernabone (c) & a Galeatio (d) Vicecomitibus confecta, quibus oratores Mediolanenses ad superiora paciscenda amplissimis mandatis fulti fuerant, inserta sunt diplomati pontificio; quod demum hac loci & temporis nota consignatum est. Dat. a. pud Villamnovam Avin. die octis IV. kal. maii pontificatus nostri anno x.

Inita ita pax hæc fuit a Clemente, ut Regis Romanorum iuribus, quæ in Insulbriam imperii fiduciarium obtendebat, nil detractum, Carolo rescripserit (e). At discussa armorum societate, quæ Pontificem inter Cæsaremque adversus Vicecomites agitata (f) fuerat, ut quisque ab iis sua repeteret, solutus metu Joannes archiepiscopus aperte illi Pontifici: tantum enim aberat, ut fidem datam ecclesiæ colere, & elapso annorum duodecim spatio restituere Bononiam constitueret, ut confirmata potius audacia, ad reliquam ditionem ecclesiasticam sibi subiiciendam una cum nepotibus insigni perfidia aspiraret; paucis enim post mensibus in patrimonio B. Petri Urbeveterem Bictoniumque in ducatu Spoletano occupavit.

(g) Tum Perusinorum agros, immisso exercitu, vastavit (h), tentavitque Tiferinum (i). Ex quo Pontificum secutorum æquitas in vindicanda ex Bernabonis manibus Bononia nondum annis illis duodecim evolutis emitefcit. Interea Clemens

tanta injuria a Joanne archiepiscopo la- cessitus, internuntios apostolicos ad ipsum a perfidia revocandum legavit, quos etiam instruxit autoritate (k), ut Medio- lanensem archiepiscopum ac nepores si re- dirent ad officium censuris & quibus se i- terum devinxerant, exolverent.

Non profuere aliter pontificia pro re- cuperanda Urbeveteris studia, quam quod servitutis genus ea urbs mutavit: neque enim ecclesiæ reddita est, sed Joannis e Vico tyrannidi subjecta (l). Invaserat is jam ante Viterbium & Tuscanam, lati- usque injustum imperium proferebat: pa- rique scelere Ordelaflus & Manfredi pontificum principatum laniabant. Quos omnes Clemens anathemate defixit (m).

Clemens, &c. ad futuram rei memo- riam.

Cum Joannes de Vico, qui se præfectum Urbis appellat, jam dudum civitatem Vi- terbiensem, & Tuscanensem & alias terras in Patrimonio beati Petri in Tuscia exi- stentes, & ad nos & Romanam ecclesiam pleno jure spectantes, ausu temerario oc- cupaverit, & adhuc eas tyrannice deti- neat occupatas; & ob hoc sententias ex- communicationis, & universas alias, per felicis recordationis Joannem Papam XXII. prædecessorem nostrum contra occupatores & detentores terrarum ad præfatam eccle- siam Romanam spectantium generaliter la- tas, notorie incurrisse noscatur, prout in processibus ejusdem prædecessoris, per nos approbatis, confirmatis, & etiam innova- tis, ac in illis partibus publicatis, latius continetur, quas sententias per sex annos & ultra, contemnendo claves ecclesiæ, a- nimo sustinuit pertinaci; & propterea idem Joannes tanquam de fide suspectus autho- ritate nostra citatus fuerit, ut coram no- bis certa die, super causa fidei responsu- rus, personaliter compareret; qui contuma- citer comparere contempsit, & etiam mala malis accumulans, multa postea terras & loca, ad nos & eandem ecclesiam Roma- nam pleno jure spectantia, temerarie oc- cupavit, & adhuc detinet occupata; nos, ex prædictis & aliis causis præ- dictum Joannem de fide merito suspectum habentes, pridem in die cæne Domini videlicet quinta die mensis aprilis pro- xime præterito, in publico, præfente præ- latorum & aliorum fidelium multitudine copiosa, eundem Joannem peremptorie ci- tavimus, ut infra trium mensium spati- um coram nobis personaliter compareret, responsurus de fide, & aliis facturus & recepturus, quod justitia suaderet. Et quia prædictus Joannes in termino & infra terminum hujusmodi comparere contumaci- ter recusavit, nec adhuc, de gratia ex- pectatus, comparere procurat; ideo nos at- tendentes, quod contumacia in causa fidei suspicioni præsumptionem adjicit vehementer

(k) To. 12. ep. fecr. p. 46.

XI.

(l) Mart. Vill. l. 3. c. 32.

(m) To. 11. ep. fecr. p. 40.

Viterbi- um, Tu- scana, & alia loca a Joanne de Vico occupata.

Intenta- tum illi ob Ipretas censuras judicium hareleos.

tem, & expectare ulterius, salva conscien- tia non volentes, ipsam Joannem de Vico, ut præmittitur, in causa fidei personaliter citatum, & non comparentem, præfente hac fidelium multitudine copiosa, reputamus exi- gente justitia contumacem, & tamquam contu- macem in causa fidei excommunicationis sen- tentia inmodamus.

Item quia Franciscus de Ordelaflis de Forlivio civitates Forliviensem, Casena- tem, & Foropoliensem in provincia Ro- mandiola existentes, & ad nos & Roma- nam ecclesiam pleno jure spectantes, primo, & subsequenter castra insignia Bretenorii, Melulæ, & Casfricari, & nonnulla alia ejusdem provincie, ad nos & eandem ec- clesiam pertinentia, ausu temerario oc- cupavit, & detinet occupata; & quia etiam Joannes & Guillelmus filii quondam Ri- charði de Manfredis de Faventia civita- tem Faventiam, & alia loca ad dictam Romanam ecclesiam spectantia ausu simili occupaverunt, & adhuc tyrannice detinent occupata, sententias excommunicationis, per præfatum prædecessorem nostrum & nos in occupatores civitatum, castrorum, & terrarum, ad dictam Romanam ecclesiam pertinentium, ut præmittitur, latus noto- rie incurrendo: quas sententias per plures annos sustinuerunt auno pertinaci; ideo nos eisdem Franciscum, Joannem, & Guil- telmum, sic claves ecclesiæ continententes, merito de fide suspectos habentes, prædicta die cæne domini peremptorie citare cura- vimus, ut infra trium mensium spatium coram nobis responsuri de fide, & aliis fa- cturi & recepturi, quod justitia suade- ret, personaliter comparerent; & quia in termino & infra terminum hujusmodi com- parere contumaciter recusarunt, nec adhuc de gratia expectati, comparere procurant; ideo nos prædictos hæcenus expectare am- plius, salva conscientia, non volentes, cos- dem Franciscum de Ordelaflis, ac Joannem & Guillelmum de Manfredis, ut præmitti- tur, in causa fidei personaliter citatos & non comparentes, præfente hac fidelium copiosa, reputamus, exigente justitia, con- tumaces; & tamquam contumaces in causa fidei, excommunicationis sententia inmoda- mus. Nulli ergo &c. Actum & datum A- vin. in palatio nostro apostolico xix. id. ju- lii pontificatus nostri anno undecimo.

Percellit- tur anathemate.

Ordelafl- ius tyran- nus Fla- minia ur- bes occu- pat.

Manfredi Faventia incubant.

In jus vocantur.

Defixa a- nathema- te.

XII.

(a) Cor- us. hist. l. 10. c. 7.

(b) Mart. Vill. l. 2. c. 75.

Venetorum summo conatu ad bellum, incumbentem ad pacis consilia, traduce- re, misso oratore ac literis, est: cona- tus (c).

Clemens, &c. dilecto filio nobili vi- ro Andree Dandolo duci Ve- netiarum.

Cupientes irreparabilibus damnis & ja- cturis gravibus, quæ orta inter te & di- lectos filios tuum ac Januensium communi- gravis & amara discordia non solum par- tibus illis, sed universaliter toti Christia- no populo comminatur, remediabiliter obvia- re; ac sperantes, quod tu votis nostris, sicut filius benedictionis, & gratie in o- mnibus te conformans in tua & eorundem communium concordia, tanto scilicet bono fidei Christianæ, a nostris non debas be- neplacitis displicere; nobilitatem tuam at- tente rogamus, per visera misericordiæ Dei affectuosus obsecramus, quatenus antum- tuum ad pacem habilitans, aliquem nun- tium tuum ad charissimum in Christo filium nostrum Patrum Regem Aragonum illustrem, cum quo foedus diceris invisisse, transmit- tas; ut ipse tanto bono, quantum ex hujus- modi concordia speratur, auctore Domino, nasciturum velis pietatis intuitu consentire; & nos etiam mittendo per te nuntios no- stros, auctore Domino, adjungamus, ut eo præstante damnis & jacturis hujusmodi oc- curatur. Et speramus in eo, in cuius sunt manibus corda Regum, quod ipse præfati Regis animum sit disponet, quod in hac par- te nostris & communibus fidelium Christi votis per desideratam concordiam satisfiet; super quo dilectus filius nobilis vir Guillel- mus Caracii familiaris noster lator præfen- tium, cui locuti sumus, tibi nostram aperiet plenius voluntatem. Dat. Avin. IV. kal. mar- tii anno x.

(c) To. 1. ep. fecr. p. 197.

Venetos & Genu- en. concili- are niti- tur. Pont.

XIII.

Respondere Veneti propensos se quidem ad pacem animos gerere; verum, ob sanc- eicium cum Rege Aragonum armorum fœ- dus eo inconsulto de ea tractare non posse. Genuenses pariter de ea postulati, pronos ad pacem præ se tulere. Verit- itaque Clemens studia, ad Aragonum fle- ctendum ad concordiam: quantaque malo- rum moles ex eo bello orienti incumberet, exposuit (d).

Clemens, &c. charissimo in Christo fi- lio Petro Regi Aragonum illustri.

Cum apud dilectos filios Januensium & Venetorum communita instarem pro refor- matione pacis, quam inter eos, peccatis e- xigentibus, non sine gravibus periculis Christi fidelium præsertim orientalium par- tium pacis æmulus vulneravit; utramque partem satis invenimus ad beneplacita no- stra promptam. Sed dicti commune Vene- tiarum, asserentes se tibi specialis unionis fœdere junctos esse, responderunt sine te su- per hujusmodi negotio aliquid deliberare non

(d) Eod. to. 10. ep. fecr. p. 205.

Objectus exitio o- riens ex eo bello.

non posse: propter quod idem negotium (quod dolenter referimus, & ferimus displicenter) remansit & remanet in suspensio. Sed nos in tam utili & necessario fidelibus ipsis negotio sperantes, te velut Regem pacificum promptum & conformem nostris desideriis invenire, serenitatem tuam attente rogamus, per viscera misericordiae Dei ac asperionem ipsius pretiosi Sanguinis attentius obsecrantes, quatenus quantum eisdem fidelibus ipsarum praecipue orientalium partium favor decreveret, quantumque adversus eos & fidem catholicam fervor accenderetur hostilis, si (quod avertat Dominus) ipsis invicem congregantibus partibus contingeret alteram succumbere alteri, intra pietatis tuae clausura revolvens, tantis malis, quanta ex ipsa nascitura timentur amara discordia, pro divina majestatis reverentia sua consideratione salutis, ac nostrae interventionis obtentu studiosus occurras: & tanto bono, quantum ex concordia ipsa proveniet, quod ex te solum dependere noscitur, non solum consentiens favoreas; quinimmo, ut ad ipsius tuae salutis adjicias meritum, & ut fame clarioris titulis attollaris, illius te constituas promotorem. Saper quo nobis per dilectum filium Raterium Rogerii ferventem armorum & familiarem nostrum latorem praesentium, quem ad te signanter propterea mittimus, voluntatem tuam, quam cum nostra speramus & tenemus indubie affectione concurrere, velit tua rescribere celsitudo. Dat. apud Villannovam Avintonensis diocesis XII. kal. aprilis anno x.

Aragonius illud maxime alebat.

Missi interuentii apost. ad partes adversas. (a) Ib. p. 205. (b) Ead. pag. & p. 206.

(c) Ib. p. 216.

(d) Ibid.

XIV.

Verum dum Christi vicarius ac Francorum Rex pari studio, ut consulerent orienti, Venetos ac Genuenses adducere

in concordiam nitebantur (e) missi superiori anno ab iis navalium exercituum duces impatientes pugnae maximo rei Christianae damno, gaudique infidelium, nondum exacta hyeme, non procellarum veriti pericula, cruentissimo inter se praello Constantinopolim & Chalcedonem inter decertarunt. Quod breviter appendix historiae Andreae Dandali perstringit his verbis (f): Unione cum Petro Aragonum Regem inita, navale praellum apud Constantinopolim cum Januensibus committitur adeo durissimum, quod saluo utriusque partis vexillo neutra partium victoriam obtinuit: sed nonnulli probissimi viri viriliter pugnantibus strage mutua perierunt. Capitaneus tunc Venetorum erat Nicolaus Pisani.

At Genuenses historici (g) inclinasse ad ipsos victoriam tradunt. Et quidem Paganinus Auria, qui foedus cum Turcis adversus Graecos inierat, acceptis ab Orchane barbarorum Rege sexaginta navibus auxiliariis, Constantinopolim adortus est (h): destitutusque Venetorum & Catalanorum ope Cantacuzenus sexta maii die foedus cum Januensibus iis legibus percussit, ut Veneti, qui tunc versabantur Constantinopoli, salvis rebus dimitterentur, neque ipsis aut Catalanis in posterum aditus pateret; liber vero ac totus Genuensibus esset, adjecta vestigialium immunitate. Quibus perfectis Genuenses redierunt seu victores, seu victis simillimi: seu licet enim ex his Genuense nomen admodum increbesceret, maxima tamen Genuensium multitudo funesto eo bello aut ferro, aut mari, aut peste absumpta est: unde non leticia, sed planctu Genua ex cruenta & funebri victoria completa est. Agit de his Cantacuzenus (i), sed qui suos victoriam retulisse mentitur; qui tamen pugnam callide detrectarunt. Unde colligas quae fides auctori, ubi de suis rebus vel de schismate agit, adhibenda sit. Ceterum ex eo conflictu Christiana res in oriente admodum prostrata, atque ex fidelium mutuis cladibus aucta Turcica potentia.

Perlato ad apostolicam sedem miserandae cladis tristi nuntio, Clemens Papa ac Joannes Francorum Rex ad pacem inter Venetos & Ligures redintegrandam majori contentione incubuerunt: commeanibusque hinc inde apostolicis & regis interuentibus agitatum est, ut sacro B. Virginis natalitio die Regis Aragonum & ducis Venetorum oratores in aula pontificia pro agitata pace cum Genuensibus convenirent: de quibus Joannem Valentem Pontifex certiore fecit, utque paci adeo rei Christianae pernecessariae animum accommodaret, mitteretque oratores, est adhortatus (k).

(e) Ib. p. 217. 218.

(f) App. pend. Andr. Dandal. in Andr. Dandal.

(g) Folii. l. 7. Biz. zar. l. 2. de bell. Venet.

(h) Turcae se jungunt Genuensibus.

(i) Mart. ib. Vill. l. 2. c. 75. Obfessa Constantinopoli.

Funesta victoriis ipsa victoria. (i) Cantac. l. 4. c. 30.

Turcorum vires auctae.

Pro redintegrandae pace defudat Clemens.

(k) To. 11. ep. sec. p. 31.

Cle.

Clemens, &c. dilectis filiis nobili viro Joanni de Valente gubernatori, & consilio civitatis Januensis.

Quia hujusmodi negotium, damna, dispensia, & pericula gravia, quibus occasione discordiae vestrae ac Regis & ducis praedictorum subjacet populus Christianus, & praecipue orientalium partium attendentes; & memore quam graviter populum ipsum in congressu partium Dominus, peccatis exigentibus, diebus proximo praeteritis flagellavit, gerimus summo cordi; apud vos & memoratum Regem & ducem pro hujusmodi reformatione concordiae providimus de novo insistendum, sperantes quod ille, qui mari & ventis imperat, & cessare facit spiritum tempestatis, vestra & Regis & ducis praedictorum corda, gratiae suae liquore mollificans, disponet ad pacem, & ad concordiam praeparabit. Et ideo universitatem vestram monemus, requirimus, & hortamur, attente rogantes, ac per viscera misericordiae Dei & asperionem ipsius pretiosi Sanguinis attentius obsecrantes, quatenus ea, quae compendiose praemisimus, ex quibus plurima circumspicere vestra potest elicere, intra clausura vestrorum pectorum revolventes; & considerantes quam gratum praestabitis obsequium in hujusmodi concordia Deo vestro, & quam graviter offendere eandem, si [quod absit] bonum pacis occasione vestra contingeret impediri, aliquos viros probos, zelum Dei ejusque timorem habentes, cum pleno sufficienti mandato ad tractandum, ordinandum, & opportunitis firmitatibus roborandum hujusmodi concordiam super omnibus, quae occasione discordiae praestiterunt, ad nos mittere procuretis; ita quod in festo natiuitatis B. Mariae Virginis futuro proximo infallibiliter hic intersit, ut ipsis vestris ac dilectorum Regis & ducis nunciis, quos ad idem festum ad nos per speciales literas & nuncios similiter evocamus, convenientibus invicem coram nobis hujusmodi negotium, praestante pacis auctore, feliciter terminetur. Ceterum quia memoratus Rex Aragonum non solum occasione unionis & considerationis factae cum eodem duce, sed occasione occupationis factae, ut asserit, per vos de regno Corsicae & certis locis regni Sardiniae, ac alias contra vos querelam. Ann. Eccl. Tom. XXX.

Ad Genuensium ducem hortatoria litera.

deducit; velitis nunciis vestris eisdem super his omnibus concordandi cum praefato Rege dare similem potestatem, ut nulla superest occasio, quae bonum pacis valeat impedire: super quo vobis per Guillelmum de Languilla, quem ad vos signanter propterea mittimus, celeriter rescribatis. Dat. Avin. XII. id. julii anno XI. Non admittarum pontificiarum precum poenas Jo. Valentem amisso dignitatis gradu dedisse, viri sumus.

Incitatus etiam Fortanerus Gradensis patriarcha (a), ut Venetos ad oratores condita die mittendos, belloque lamentabili ponendum modum stimulare: tum Petrus Rex Aragonum (b) pluribus literis, quibus expositae atrocis hujus discordiae calamitates, rogatus ne suis partibus deesset. De misso Rogerio pontificio oratore ad Petrum Regem Aragonum pro concilianda ipsum inter ac Genuenses pace meminit Surita (c). Denique post multos adhibitos a pontifice irrito conatu labores: pax conciliari non potuit, accusatque adversarum partium arrogantiam, quam a Deo vindice atterendam Clementem praedixisse, refert subiectis verbis Cortuliorum historia (d) [1].

Anno Domini MCCCIII, mense februarii parum longe a civitate veteris Constantinopolitani validissimi exercitus pugnauerunt: fuit ex utraque parte occisorum tanta clades, quod nullus victoriam reportavit. Hoc puero Dei iudicium, qui humanum genus visitavit mortalitatis inauditis parvo tempore jam elapsa. Videns vero eos favere, nec flagellis recipere disciplinam, iratus iuste gladio voluit partium superbiam castigare. Beatus homo, qui cito recipit disciplinam, dilectus Dei est & flagella iustitiae non timebit; scriptum est enim: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis; unde conversus ad Deum quaerit pacem & iustitiam, ut sic bravium virtutum accipiat, & coronam. Coram Papa legati partium litigant, insimul conqueruntur se pariter acusantes: sed nihil potuit terminari, quia contradicebat Rex Aragonum, qui tunc pugnabat pro Venetis. Papa vero consideravit partium superbiam & ait eorum legatis: Deposuit Deus potentes de sede, & exaltavit humiles. Ite

XV. (a) Ib. p. 32. Rogatus Aragonius ut ad pacem inclinet. (b) Ib. p. 30.

(c) Surit. l. 8. c. 48.

(d) Cortul. hist. l. 10. c. 7. Crudelis ad Bosporum naumachia inter Gen. & Venetos.

Frustra apud Pontificium scilicet de pace dileptum.

B b b b nunc

NOTE [1]

Quamquam Genuenses Historici, nec ipso excepto eorum temporum aequali scriptore Joanne Stella, memorabile illud praellum cum Venetis in freto Constantinopolitano committum, secundum Genuensibus cessisse iactant, quibus fidem adstruit Author historiae Miscellae Bononiensis; adhuc tamen concursus aliorum scriptorum sententia dubio utrinque Marte pugnatum consentit. Idque satis indicat vetus Genuensium Historicus Georgius Stella, tradens Genuae nulla gaudii significatione pugnae huic cum Venetis applausum fuisse: De hoc enim triumpho non vidi per annum agi memorem, nec ex eo Januae praesidem, ut moris est, Templo alicui aequalem oblationem impendere. Pugnae diem & mensem assignat nonam Martii diem, qua in re tamen alii dissident, Februario mense gesta scribentes. Addit idem scriptor Graecorum Imperatorem cum XIV. tritremibus ad bellum instructis adfuisse, sed a pugna se continentem, tandem recessisse. MANSI

nunc & renunciate qua vidistis & audistis & secundum quod scitis facite: jam enim opus laudat artificem. Forsan creditis & speratis in vanum contra Dei justitiam & simul calcitrare; scriptum est enim; Qui se humiliat exaltabitur. Sic admoniti legati de curia redierunt.

Discussit illud de pace Venetos inter & Ligures in eunda colloquium Petrus Aragonius, cum superioris consilii tenax Genueses urgeret, ut ab affectando Sardiniae Corsicaeque imperio absterent: quare sequenti anno belli moles in Sardiniam incubuit insigni rei Genuesis clade, nec obscura Dei vindicta ob spretas ipsius vicarii preces. Pontifex vero in Sardica controversia studebat, ob aequitatem causae Aragonio: cumque antea biennales decimae Regi Petro essent concessae ea lege, ut tertii anni decumae ad ecclesiae levanda onera derivarentur; sumptuum tamen in bello Sardiniae tuendae causa collocandorum gravitatem conquerenti, media tertii anni decumarum pars donata est

Sardica lis not. cult.

(a) To. 11. ep. fecr. p. 36. 37.

(b) Ib. p. 37.

(c) To. 10. ep. fecr. p. 205.

XVI. Compositellanae ecclesiae jura tuetur Pontifex.

(d) To. 11. ep. fecr. p. 58. Ad Compositellanae principatum illi restituendam monet Castellae Regem Pont.

(a) Quibus addimus pensitatum (b) ab eodem Rege Aragonum duorum millium marcharum sterlingorum censum Romano Pontifici: In decem millibus, ut ait, (c) & trecentis triginta tribus florenis & tertia parte unius florent auri boni ponderis, qualibet marcharum ipsarum pro quinque florenis auri & duobus grossis Turonensibus argenti, & unoquoque florenorum ipsorum pro duodecim grossis Turonensibus argenti etiam computatis.

Delapsi sumus ad res Hispanicas, in quibus id praeterendum non videtur; Alfonso Castellae Regem jam ante defunctum codicillo cavisse, ut erepra ecclesiae Compositellanae in Compositellana jura restituerentur: quae mandata cum segeniter perficerentur, Pontifex asserendae illius ecclesiae dignitatis gratia Petrum novum Regem, ut patriae voluntati obsequeretur, est adhortatus (d): Licet, inquit, olim apud clarae memoriae Alfonso Regem Castellae & Legionis genitorum tuum, tunc in humanis agentem institissemus precibus, ut civitatem Compositellanam, qua dicebatur Compositellanam ecclesiam, ad quam civitas ipsa pleno jure pertinere fertur, ad suggestionem quorundam emulorum ipsius ecclesiae spoliasset, restitueret ecclesiae memoratae, ipseque Rex velut princeps catholicus nostris in hac parte precibus annuens, civitatem eandem praedictae restitui ecclesiae praecepisset; tamen, sicut accepimus, quia mandatum hujusmodi, obstantibus eiusdem emulis, a debita fuit executione suspensum, antefatus Rex in ultimis constitutus in quodam codicillo inter caetera voluit & mandavit, quod civitatem eandem plene, libere, ac effectualiter ecclesiae restitueret antefata. Et ideo quamvis credamus & teneamus indu-

bie, te ad ejusdem genitoris tui voluntatem & mandatum exequenda hujusmodi monitis & exhortationibus non egere; quia tamen te velut filium praedilectum libenter ad ea dirigimus, quae divina sunt placita voluntati, & quae te ipsumque genitorem tuum ad salutis aeternae gaudia introducant, serenitatem tuam attente rogamus, quatenus eandem civitatem ejusque dominium ecclesiae memoratae pro divina majestatis reverentia praemissorum consideratione, ac nostrae interventionis obtentu mandes, & facias libere ac effectualiter restitui & dimitti. Dat. Avin. kal. septembris anno XI.

Desudatum, pariter est a Clemente per tuenda in Anglia libertate ecclesiastica: invaserat enim Eduardus futilibus praetextibus Cardinalium atque aliorum, qui aberant, sacerdotia eorumque vechigalia in suos usus, ad furorem nimirum exercendum in Gallos derivabat. Cumque a Benedicto XII. & Clemente saepius admonitus in scelere obdureceret, in eum demum censurae districtae sunt. Quibus ille stimulis excitatus, atque ad saniora revocatus consilia, veniam postulavit, ac se ad faciendam injuriam paratum est professus. Poenitentem expanso sinu excepit Pontifex, paternaque benevolentia complexus ceptum in eum judiciorum ordinem intermisit, ac feveritatem hoc diplomate temperavit (e).

Clemens, &c. ad futuram rei memoriam.

Dudum fidedigna relatione percepto, & per diversa mundi climata communi notitia divulgato, quod charissimus in Christo filius noster Eduardus Rex Angliae illustris, transgressus terminos regiae honestatis, fructus omnium dignitatum, personatum, officiorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quae nonnulli ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ac officiales familiarisque nostri, & alii qui studiorum, seu aliis rationabilibus causis a personali residentia faciendae in ecclesiis, in quibus dignitates personatus, & officia, ac beneficia consistunt hujusmodi, excusabantur, prout etiam excusantur, in regno Angliae obtinebant, prout obtinent, per officiales & ministros suos occupaverat, & detinebat tunc temporis occupatos, Cardinales & officiales, nec non familiares & alios supradictos, seu procuratores eorum hujusmodi dignitatum, personatum, officiorum, & beneficiorum gaudere fructibus non permittens; nos de occupatione ac detentione hujusmodi tanquam notariis certiores effecti, eisdem Cardinalibus, officialibus, familiaribus, & aliis in justitia deesse nolentes, eundem Regem monuimus, hortati fuimus, & obsecravimus, sibi sub excommunicationis poena districte praecepimus, ut infra quatuor menses, ex tunc inantea numerandos, Cardinales & omnes alios, seu procuratores eorum praedi-

XVII. Anglus libertatem ecclesiasticam opprimic.

(e) Eod. to. ep. fecr. 11. p. 70.

Ut sacerdotum iustis de causis absentium vechigalia invalent.

Monitus sit, ut manus ab iis temperaret.

dictos dignitatibus, personatibus, officiis, & beneficiis hujusmodi, ac eorum fructibus & proventibus plene, pure, libere, ac pacifice bona fide gaudere faceret & permitteret, nec eis seu eorum procuratoribus in administratione libera dignitatum, personatum, officiorum, & beneficiorum praedictorum, & perceptione fructuum, reddituum, proventuum eorundem ex tunc in antea ullam violentiam, molestiam, sive injuriam, ullamque impedimentum praestaret seu per alios praestari faceret, sustineret sive permitteret, manum suam a praedictis dignitatibus, personatibus, officiis, & beneficiis, ac eorum domibus, possessionibus, fructibus, & aliis juribus realiter & effectualiter amovendo; & quamcunque prohibitionem, constitutionem & ordinationem circa occupationem, perceptionem, detentionem, seu quamcunque aliam dispositionem fructuum, & proventuum praedictorum, vel dependentia ex eisdem quomodolibet facta, totaliter revocando: & nihilominus infra hujusmodi quatuor mensium spatium de omnibus & singulis fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi per eum vel alios ejus mandato, voluntate, seu permissione, sive ratificatione, ut praemittitur, occupatis & perceptis, & qui percipi potuerunt, eisdem Cardinalibus, nec non superstitibus & heredibus ac successoribus & executoribus illorum Cardinalium, qui a tempore occupationis hujusmodi tunc usque decesserant, pro tempore, quo hujusmodi beneficia tenuerant, ac personis aliis supradictis integre & cum effectu satisfacere procuraret.

XVIII. Moniti etiam regii quaestores, ne ea invaderent.

Monuimus insuper universos, & singulos thesaurarios, collectores, commissarios, procuratores, negociorum gestores, & administratores Regis ipsius, quocumque nomine censerentur, ac alios omnes & singulos de dicto regno oriundos, & alienigenas undecumque forent, quocumque status, ordinis, vel conditionis existerent, etiam si pontificali vel quavis alta dignitate fulgerent, eis sub eadem excommunicationis poena districte mandantes, ut thesaurarii, collectores, commissarii, procuratores, negociorum gestores, & administratores praedicti per se vel alium seu alios hujusmodi beneficiorum fructus, redditus, & proventus nomine dicti Regis, vel alias potere, exigere, recipere, levare, colligere, aut occupare nequaquam praesumerent; nec alii, quicunque forent, eosdem fructus, redditus, & proventus a Rege seu thesaurariis, collectoribus, commissariis, procuratoribus, negociorum gestoribus, & administratoribus supradictis, aut aliis quibuscumque officialibus dicti Regis, quocumque nomine vocarentur, emerent, aut ad firmam recipientur seu conducere, nec eos colligerent, levarent, aut reciperent Regis nomine antefati; nec ipsi Regi in eorum occupatione, collectione, levatione, & detentione praedi-

Ann. Eccl. Tom. XXV.

starent auxilium, consilium, vel favorem. Alioquin in praefatum Regem ac thesaurarios, collectores, curatores, negociorum gestores, administratores, emptores, & conductores praedictos, ac alios quoscumque culpabiles quomodolibet in praemissis, quocumque status, ordinis, vel conditionis existerent, etiam si pontificali vel alia quacunque dignitate fulgerent, si hujusmodi nostris monitionibus & mandatis non curaverint effectualiter obedire, hujusmodi monitione praemissa, excommunicationis sententiam duximus promulgandam; eidem Regi praedictis expresse, quod si monitionibus & mandatis nostris hujusmodi obedire effectualiter non curaret, contra eum procederemus ad interdictum in dictum Regnum proferendum, & poenas alias, de quibus vobis expedire videretur, prout in literis nostris inde confectis plenius continetur.

Intentatum ipsis ni parent, anathema.

Sperantes igitur quod memoratus Rex, sicut nobis per nuncios suos, ad nos & sedem Apostolicam propterea destinatus, significare curavit, reatum suum in hac parte devote parebit; & propterea volentes mitius & gratiosius agere cum eodem, hujusmodi terminum usque ad primam diem consistorialem, festum ascensionis Domini proxime futurum immediate sequentem inclusive, apostolica auctoritate suspendimus, ac etiam prorogamus. Volumus autem, quod hujusmodi festo ascensionis elapso, nisi interim memoratus Rex monitis & mandatis nostris eidem paruerit [ut praefertur] Rex, thesaurarii, collectores, commissarii, procuratores, negociorum gestores, & administratores praedicti, & quicunque alii culpabiles in praemissis, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. Nulli ergo omnino hominum, &c. Dat. Avin. id. octobris anno XI. De exceptis Eduardi Anglorum Regis oratoribus, dimissisque honorifice extant datae xv. non. novembris literae (a) ad Eduardum qui cum etiam oratores pro agitanda pace missurus esset, Pontifex a Francorum Rege Joanne contendit (b) xv. non. octobris ut incolunicatis & liberi comitatus sacramentum iis praestaret.

XIX. Petita ab Anglo venia.

Intermissa sa iudiciorum severitas.

(a) To. 11. ep. fecr. p. 76. (b) Ib. p. 69.

De bello inter Anglos & Francos gesto narrat Matthaeus Villanus (c), Gallos Guinensis arcis interceptae ab Anglis recuperandae cupidos illam valida obsidione cinxisse: traductas autem clam ex Anglia Calerum copias noctu in Gallorum castra irruisse tanto imperu, ut territi inopino casu Galli obsidionem solverint: patefactam deinde conjurationem ab Anglo in Joannem compositam, cuius formidine is conferto satellitio regium latus munivit. Missum vero Guidonem Cardinalem ad redigendos in concordiam Reges, sed irrito exitu rediisse, meminit

(c) Mat. ib. Vill. l. 3. c. 23. Frass. l. 1. Guinæ frustra a Gallo obsessae.

(a) MS. Vat. fig. n. 3765. in Clem. VI.

(b) To. 11. ep. fecr. p. 63.

XX. Vvaldensis heresis in Ebredu-nensi diocesi repullulat.

(c) To. 10. ep. fecr. p. 198.

(d) Ead. pag. Gundifalvus heresiarcha.

(e) Eym-mer. 2. p. direct. in-quis. q. 11. Infani il-lus erro-res. Con-chenfi

nit MS. Vaticanum (a) : Anno, inquit, Domini MCCCLII. dominus Boloniensis Cardinalis mittitur legatus in Franciam: sed tunc non proficiens, & interim mortuo domino Clemente, post creationem domini Innocentii VI. Papae reversus Avinionem, factis cito iterum reversus: est pacem reformare cupiens inter Reges. Interea demandatae (b) sunt Philippo Ferrariensi & Francisco Clasio episcopis Apostolicae sedis internuntiis partes, ut Carolum delphinum Viennensem Joannis Regis Francorum filium inter atque Amedeum Sabaudiae comitem subortum bellum sopirent; cujus imminentes clades deplorat Clemens.

Repullulabat (c) in Ebredu-nensi provincia Waldensis heresis: cum Pontifex ad eam abolendam curas apostolicas deduxit, & Caroli delphini Viennensis ac Ludovici Regis & Joannae Reginae Siciliae, tum procerum plium ardorem excitavit (d), ut fidei censoribus opem ad eam luem extinguerent porrigerent. Emergisse quoque circa hunc annum observat Paganus in notis ad Nicolaum Eymericum foedissimum heresiarcham in Hispania Gundifalvum nomine, qui inter caeteras blasphemias & insanas haereses, Spiritum Sanctum carnem humanam indutum mentiebatur, novaeque legis conditorem futurum jactabat: quam haesim cum Nicolaus Calaber, in Catalonia disseminare esset ausus, a dicto Eymeric (e) fidei censore, ac vicario episcopi Barchinonensis damnatus est, cujus errores ab eodem Eymeric in directorio ita recensentur: *Primus error, quem posuit, est quod quidam Hispanus & heresiarcha magnus vocatus Gundifalvus, de episcopatu Conxensi oritur, erat Dei filius in caelis aeternaliter generatus, licet videretur patrem & matrem in terris habuisse. Secundus error quod dictus Gundifalvus nusquam moreretur, sed viveret in aeternum. Tertius error, quod Spiritus Sanctus debet futuris temporibus incarnari, & tunc ipse Gundifalvus totum mundum converteret. Quartus error, quod in die judicii Gundifalvus ille oraret pro omnibus mortuis in peccato mortali & damnatis in inferno, & ejus precibus liberarentur & salvarentur. Quintus error, quod in homine sunt tria, animam quam formavit Deus pater, corpus*

quod formavit Deus filius, & spiritus quem creavit Spiritus Sanctus, adducens illud: Formavit Deus hominem de limo terrae, & spiravit spiraculum vitae, & factus est in animam viventem. Quamplura alia posuit haereticalia, erronea, falsa, temeraria, & periculosa: propter qua ut re-lapsus traditus est brachio seculari.

Prætermittis haereticorum deliriis, consignandum historiae arbitramur quod circa ritus Romanae ecclesiae hoc anno a Clemente institutum refert veteris caeremonialis scriptor (f) : Anno, inquit, a nativitate Domini MCCCLII. in die festi cathedrae S. Petri, quae fuit prima dies quadragesima, dominus Clemens Papa VI. pontificatus sui anno x. Avinione in capella magna, quae est in palatio apostolico, ad perpetuam rei memoriam constituit & mandari fecit in sermone per illum, qui illa die sermocinabat coram dicto domino Papa, Cardinalibus, & aliis praelatis, quod quaecumque festum veniat ipsa prima die quadragesima, quod hujusmodi festum ad sequentem diem transferatur.

Vergente hoc eodem anno Clemens cum apostolicum solium annos decem, menses septem tenuisset, praecipiti morbo ex humanis ereptus est [1], ut traditur in M. S. Vaticano his verbis (g) : *Paucis temporibus languens in sermone obiit decembris die VI. anno Domini MCCCLII. pontificatus sui anno XI. in palatio apostolico Avinionensi.* Praeter alios (h), inter quos Matthaeus Villanus praenuntiatam illius mortem cometæ atri conspectu putat (i). Consentit ejusdem Pontificis vitae scriptor (k), ejusque pietatem in extremo vitae actu commendat: *Infirmus, inquit, gravatus humiliter poenitens de commissis, devotique receptis ecclesiasticis sacramentis, in veritate & sinceritate fidei, ac unitate sanctae matris ecclesiae se ipsum domino commendavit anno Domini MCCCLII. die VI. mensis decembris pontificatus sui anno XI.* Ornat Clementem pluribus elogiis idem scriptor, ex quo nonnulla illius gesta decerpemus. Occurrunt nobis primum, quae de insignibus aedificiis ab eodem Pontifice excitatis, Avinionensi nimirum palatio aucto, consistorio picturis eleganter adornato, ac monasterii Casædei sacris aedibus ab eo magnifice extructis refert his verbis: *Ipse, inquit, palatium*

(f) MS. Vat. fig. n. 4737.

XXI. Clementis obitus. Tempus sedis.

(g) MS. Vat. fig. num. 3765. in Clem. VI.

(h) aliud MS. fig. n. 2040.

(i) Cor. 1. 10. c. 8.

(j) Matth. VII. l. 3. c. 43.

(k) Gesta Clem. VI. Bosq.

NOTAE [1] Inter res Ecclesiasticas anni hujus primas sibi vendicat obitus Clementis, quem die, mensis, & anno ab Annalista notato decessisse veteres omnes scriptores conveniunt, quamquam non desunt qui die emortuali neglecto, diemque depositionis signantes, sequenti luce, VII. Decembris, sublato scribunt. Funeri tanti pontificis insigni laudum encomio parentant coevi fere omnes scriptores, quos longo ordine Annalista recenset. Memoria fuit ad miraculum felici, ut nihil eorum, quae semel legendo didicerat oblivisceretur. Eximio tamen virtutum fulgore, maculae quaedam non defuerunt. Nam & propinquo plus nimio studiosior visus est, cum inter S. R. E. Principes Cardinales fratrem, nepotes tres, & consanguineum unicum adlegerit; & magnam partem thesauri Ecclesiae distribuit in amicis suis, ait scriptor coevus Chronici

Aedificia a Clemente condita.

Consistorium sacris picturis adornatum.

Avinionis ampliavit recte de medietate parte, cum per prius per Benedictum Papam XII. praedecessorem suum licet solempne factum fuisset de duobus angulis, ipse tamen ipsam perficiendo fecit quadrangulare, totam plateam muris altis & turribus aliis primis aequalibus claudenda & circueundo. In hac autem parte licet omnia aedificata sint seu constituta admodum solempnia & aspectu valde decora: tria sunt tamen, quae reliqua valde specialiter excedunt, videlicet capella major, audientia, & terracia superiores: cum quoad id, pro quo constituta & ordinata sunt, forte non est in mundo palatium, in quo non dicam solempniores, immo nec pares existant; attenta tamen eorum contiguitate, cum de una ad aliam sine medio ascensus vel transitus facilis existat. Consistorium insuper in alia parte per dictum praedecessorem suum multum solempniter aedificatum; quia remanserat quasi tabula rasa, in qua nihil depictum erat, miris picturis decoravit, & scripturis mirabilioribus adornavit: in quo considerationem habendo, quod locus ille solum ad justitiam posendam & reddendam deditus & ordinatus extitit, in pingendo per pictorem hunc ordinem voluit, & in propria descripsit observari, videlicet quod divina majestate in supremo throno depicta, circumquaque lateraliter effigies sanctorum & sanctarum ac aliorum, qui in veteri testamento aliqua notabiliter in judicio, iure, justitia, & aequitate, aut veritate scripsisse vel dixisse leguntur, pingerentur; & sub cuiuslibet effigie seu figura, aut in rotulis, quos sui gestare

videntur in manibus, sua dicta seu scripta super praemissis, aut altero eorumdem, literis grossis & legibilibus scriberentur, libros & capitula, in quibus continentur, rubris literis designando: quae omnia videntibus & legentibus non modicum proficere, eosque allicere debent, ut ab ipsis non de-quant: sed potius ad eorum observationem intendant. Ipse praeterea monasterium Casæ Dei, in quo a principio professus extiterat, multis & magnis dotavit honoribus, & privilegiis decoravit, ac proventibus ampliavit, ejusque ecclesiam, quia vetustate consumptam ac factis ruinae proximam a solo aedificavit, tamen in multo solempniori statu quam prius. Nonnullisque interjectis de Avinione ab ipso magna auri vi empta (a), quae ad Joannam Reginam pertinebat, utque Carolus Rex Romanorum, confirmata emptione, summi in eam urbem dominatus jura in ecclesiam transfuderit, de Clementis studio in publica concordia inter Reges principesque concilianda subiicit.

Hic summus Pontifex toto tempore suo valde fuit intentus ad procurandum statum pacificum & tranquillum suorum omnium subditorum, & praesertim Regum & principum, & aliorum potentium, ex quorum discordiis inferiores habent commoveri & turbari: quod satis demonstravit in quasi assidua missione legatorum & nuntiorum suorum, de qua supra fecimus mentionem. Nec curavit se cum aliis in guerris involvere, aut aliter dissensionibus intricare, nisi in quantum conservatio juris & honoris ecclesiae sibi commissa ipsum praeci-

Monasterium Casæ Dei ab eodem restitutum ampliatumque.

(a) A. C. 1348. n. 12.

Quanta cura Patricis studia ab eodem promoti.

NOTE nici Estensis. Rer. Italic. to. XV. col. 473. cui Matthaeus Villani cap. 43. alique adstipulantur. Sed hæc, quamquam in Principe Ecclesiastico non laudo, tolerabiliora tamen fecit ingenium ejus in omnes effusum, nam in alienos aequae ac in suos, in egenos pariter ac locupletes aurum Ecclesiae effudisse notat, qui tunc in vivis agebat, Joannes Vitoduranus, liberalem fuisse virum scribens. Gravior est quorundam accusatio, qua de turpi in Venerem propensione arguitur. Eo nomine dicam illi sicut Anonymus Estensis, & eorum temporum aequalis Matthaeus Villanus cap. XLIII. qui de suspecta Pontificis cum mulieribus consuetudine multa narrat. An vera illi exprobrant, ambigo, nam eorum temporum inter multos felicitatis suae assecuratores, ocores pariter multos experti sunt pontifices: quorum utrumque hominum genus, sicut in laudando facilius, ita in obrectando paratum est; praesto etiam interdum laudes in accusationes convertere, prout privati commodi opportunitas poscit. Legendum est apud Petrum de Herental in vita Clementis vulgata a Baluzio in Vitis papar. Avenion. epigramma a vate quodam ita de industria compositum, ut si pontifex vatis ejusdem postulata concessisset, recto ordine legeretur, & insignes pontificis laudes exprimeret; secus vero retrogrado ordine lectum pontificem vituperaret. En, illud:

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Pauperibus tua das nunquam satis fiat janua clausa
Fundere res quaris, nec tua multiplicas.
Conditio tua sit stabilis non tempore parvo
Vivere te faciat hic Deus omnipotens.

Quis ergo fidem sycophantis hinc addiderit? Insuper Author prioris vitae Clementis Baluzianus qui pontificis hujus vitia aequae ac virtutes pro more scriptoris ingenui exponit, quamquam immodicum ejus studium in promovendis necessariis suis non flet, nihil tamen in moribus turpe, seu inverecundum notat; quin & Author tertiae vitae Baluzianus pontificem hunc gratum Domini & omnibus appellat; & in elogio, quo apud posteros pontificis ejusdem memoriam commendat, illum ceu modeste normam & religionis exemplar celebrat a quae sanc criminationibus Villani non coherent. MANSI

se arctarunt quandoque ad propositum, & adhuc tunc per viam justitiae processit, factum possitenuis evitando: propter quod satis quiete & pacifice vixit cum omnibus, considerata tunc temporis urgenti qualitate & ob hoc liberius vacavit, & perfectius intendit ad actus papales exercendos. In his enim multum solemniter se habuit, utpote consistoria & concilia debitis temporibus * inde faciliter tenendo, divina officia celebrando, sermones & collationes excellentissime etiam saepe faciendo: in quibus etiam si retroactis temporibus forte, quandoque habuerit sibi pares, excedentes vero raro, prout talium tenor adhuc penes plures permanens indicat manifeste.

* C. R. indefensibiliter

XXII.

Subdit author insigne mansuetudinis exemplum in veterem inimicum; a quo atrocibus injuriis olim affectus fuerat: de quo non modo vindictam exoptavit, sed beneficiis ornavit, ut non frustra Petrus cecinerit in carmine ad Joannem Cardinalem Columnam (a)

(a) Petrarch. in poem. ad Jo. Card. Col. Clementia ab eodem culta.

Inimicum, a quo olim male habitus fuerat, beneficio prosequitur.

In pauperes liberales.

Nulli major inest clementia, nomen ab ipsis Dignum rebus habet.

Fuit insuper, verba sunt vitae scriptoris, sicut nomine, ita & re Clemens, misericors, & benignus: non enim invenitur contra aliquem pro interesse proprio, quantumcumque sibi inimicus aut contrarius extiterit, aliquam ultionem exercuisse, aut exoptasse vindictam. In cujus rei exemplum est hoc notabiliter inferendum, quod unus, qui per prius eo in minoribus existenti sibi aliquas injurias irrogaverat etiam personales, qui aestimans ipsum aliis variis magnis occupatum de ipso aut injuriis non recordari, sibi quadam die supplicationem unam porrexit, in qua petit aliqua pro se ipso. Qui licet supplicationem hujusmodi benigne in propria recepit, tamen in suo secreto existens, dum eam perlegisset, super vindicta de ipso assumenda per petitionis denegationem, aut alias quodammodo tentatur, ipsam projecit ad terram pedibusque conculcavit: quam demum jam sumit, & sero primo simillime fecit & ea postremo reassumpta, sibi ipsi loquendo, audientibus tamen aliquibus suis cubiculariis ibi astantibus dixit: Vade diabole, quod hodie facere non poteris, quod me vindicem de quocumque: & hoc dicto, supplicationem praedictam illico ut petebatur signavit, nec aliam unquam molestiam intulit ipsam offerenti. Habuit praeterea hanc humanitatem, pietatem, seu benignitatem, ac liberalitatem generaliter ad omnes ad ipsum recurrentes, seu suum praesidium, seu servorem implorantes, quod nunquam vel raro aliquem a se emisit sine consolatione reali aut verbali; saepius tamen ad rem, quam ad verba intendens. Pauperum & egenorum praesertim illorum, qui alias abundaverant, & mendicare erubescabant,

necessitatibus largitus subvenit, considerans in iis omnibus, quod mites & beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur: quam pie sperandum est ipsum jam consecutum, vel consecuturum in futurum, si humana fragilitate, ipsum adhuc impellente, in eo aliquid culpabile extiterit.

Insignem rem silentio non praetermittendam de illius memoriae tenacitate narrat subiectis verbis Petrus (b): Clemens VI. egregius nunc Romulus gregis pastor, tam potentis & invicta memoria traditur, ut quidquid vel semel legerit oblivisci, etiam si cupiat, non possit. Hoc sibi & studiorum nutritrix alma Parisius & orbis universus tribuit. Ego enim, & si saepe ante pedes ejus fuerim, tamen de hac re nihil praeter famam habeo, cui facilius accedo, recolens id sibi non noviter tributum, sed ante diu, quam hoc fortuna culmen ascenderet, in quod evecti circumstrepentibus adulantium turbis verae laudis iudicium amiserunt. Illud additur miraculo, hanc tantum sibi memoriam magno quondam capitis ictu (cujus adhuc testis extat ingens supremo vertice cicatrix) pervenisse. Memorabilis casus, si modo verus: hoc enim habet inter multa clarorum admiratio: viam fabulis aperire solet. His addit Massonus (c): Fuisse excellentis memorabilisque memoriae Clementem, testatur Bernardus Dominicanus, in ejus vita, & alii annalium scriptores: id vero novum non est, talem enim fuisse simplicium libro quarto de anima tradit Augustinus. Neque praeterendum encomium insigne, quo author, qui ad Bernardum Guidonem appendicem adiecit, Clementem exornat, dum ipsum vocat (d) clementiae speculum, charitatis hospitem, misericordiae patrem, pietatis alumnus, liberalitatis ministrum, justitiae pugilem, aequitatis athletam, concordiae satorem, pacis amatorem, modesti aenormam, religionis exemplar, amicitiae fomitem, spei anchoram, fidei basim, complacentiae morem, eloquentiae florem, honorem generis, & patriae decus.

XXIII. De tenacissima ejus memoria. (b) Petrar. l. 2. rer. memorab. c. 1. de memoria.

(c) Masson. ex ipso in Clem. VI.

(d) Append. ad Bernard. Guid.

Id etiam ex Cantacuzeni (e) Graecorum Imperatoris testimonio summam laudi dandum est, ipsum abolendi Graecorum schismatis cupidissimum oecumenicam synodum in confinibus utriusque imperii, ad quam Graeci & Latini episcopi confluerent, celebrare constituisse, cum diceret Cantacuzenus, Graecos, ni id fieret, nunquam ad conjunctionem ecclesiarum adducendos, neque ceptam olim a Palaeologo conjunctionem ob illud coalescere potuisse. Postulata jam ante a Benedicto hujusmodi synodus fuerat, sed negata, ne fidei nostrae articuli in conciliis oecumenicis definiti in controversiam vocarentur: censetur vero Clemens Graecos ad disceparationem admittendos, non quod catholici de iis ambigerent, sed errantes edoceret: ob bella

XXIV. (e) Cantac. l. 4. c. 11.

Ut oecumenicam synodum ex Graecis & Latinis celebrare voluerit.

la vero Italica extracta Synodus in tempus commodius ob Clementis mortem cogi non potuit, ut ait Cantacuzenus (a): Dum, inquit, in his temporibus voluitur, Clemens Papa, vivere desinit, & cura de synodo in nihilum recidit. Agitatum quidem postea ab Innocentio cum Cantacuzeno de ecclesiarum conjunctione visurum: cumque hoc deiecit, gener Palaeologus ad Urbani obsequium accedens hujusmodi synodum, ad quam Graeci cum latinis convenirent, congregandam posceret, negavit Urbanus iisdem de causis, quibus Benedictus petita repulerat. Denique reversi iterum ad vomitum Graeci, cum ab Eugenio synodum flagitarent, is ipse secutus meditata Clementis consilia, Florentiae eam celebravit: de quibus suo loco. Nunc de Clementis exequiis addemus ea, quae MS. Vaticanus autor anonymus mandat historiae (b): Corpus portatum fuit ad ecclesiam B. Mariae Virginis cathedralem, ubi stetit usque ad aestatem; & deinde asportatum ad monasterium case Dei, ubi pridem fuit monachus, quinque Cardinalibus comitantibus ipsum, in capella ab ipso constructa depositum & tumulatum: cujus anima requiescat. Curavit autem successor illud funus erogatis anno insequenti aureorum quinque millibus, ut illius cadaver ad idem monasterium, in quo Clemens religiosa olim disciplina excultus sepeliri operaverat, transferretur. Extat (c) enim de iis acceptis ab Innocentio Hugonis tit. S. Laurentii in Damaso, Guillelmi tit. S. Mariae trans Tyberim presbyterorum, Guillelmi S. Mariae in Cosmedin, & Nicolai S. Mariae novae diaconorum Cardinalium syngrapha: mense martio anni proximi pontificatus Innocentii anno primo consignata; fueruntque hi, ut ait vitae Innocentii author,

(a) lb. c. 10.

Illius morte contentiore ea consilia.

(b) MS. bibl. Vat. sign. n. 5795. in Clem. VI.

Corpus Clementis delatum ad monasterium case Dei. (c) Innoc. to. 1. ep. Jacr. 128.

(d) Gesta Clem. VI. apud Bosq.

(e) Masson. in Clem. VI.

(d) Frater, tres nepotes, & unus consanguineus sui: quos ipse & sortio Cardinalium aggregaverat, dum vivebat. De translatio hoc funere contentientia tradit Massonus (e), additque monachos Case Dei, ut acceptorum a Clemente beneficiorum memores se esse testarentur, sex rosas suis insignibus permiscere consuevisse: violatum deinde ab haereticis Calvinianis lapsis duobus post seculis illius sepulchrum, ac religionis odio corpus flammis iniectum: Monasterium, inquit, ipsum, nimirum Case Dei Arvernorum gentis Vellaunis populis vicina, anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, cum obsideretur Anicium Vellaunorum, capitur a Moniove sororio Blasconis Allobrogis, cujus milites plura quam barbari templum diripiunt, statuam eque marmoream confringunt, sepulchrum viclant atque diruunt, ubi Clemens ipse pene formidabilis jacebat: armati enim hominis statuam exhibere videbatur, quia singula corporis partes plumbo testae erant.

Cadavera igitur nudata, nihil praeter ossa & cineres repererunt, eaque in flammis misere militari loco clamantes: An te putas, magne Pontifex, plumbeis armis caedam demonem victurum. At ea impiorum ludibria Clementis vertuntur gloriae.

Sublato porro Clemente conclave ingressi Cardinales, dum una de creando novo Pontifice vota conferrent, tantoque muneri vir insignis probitate admodum quaereretur, illatam de Joanne Birellio, qui Carthusianis praerat, ac tum magnae sanctitatis opinione florebat, ut pontificatu summo dignissimo mentionem, refert Carthusianum historia, sed Talayrandum Cardinalem, caducarum rerum amore devinctum veritum ne is luxum omnem in Cardinalibus pia asperitate, refecaret, obtulisse; at deinde, cum Birellius e vivis excessisset, ac miraculorum ingenti gloria inclaresceret, culpam suam planxisset acerbe, & Carthusianos singulari studio complexum, quibus apud Petrachorios nobile coenobium Vallis clarae magis auctum vestigalibus condidit. Demum Cardinales in aliam abiere sententiam, ut e Cardinalium coetu Pontificem deligerent: privatique comodi illecebra delinuti, ad cardinalitium augendam majestatem pontificiae detrimentum conspirarunt, plures leges (f) in sua commoda verendas pacti, quas renuntiandus ab ipsis Pontifex sacramento confirmaturus esset. Ex vero conceptae erant his verbis,

Ab haereticis polita creatum.

XXXV. Cardinales de Birellio viro sancto creando Pontifice agitant.

Talayrandum eos ab ea cogitatione revocant. Facti postea praenitens coenobium condidit. Cardinales in conclavi ad sua augenda conspirant.

(f) Ext. apud Innoc. VI. an. 1. l. 1. ep. cur. 5. XXXVI. De Cardinalium numero decernere moluntur.

Deliberatione plena habita pro bono publico concordant omnes domini Cardinales nemine discrepante. In primis quod summus Pontifex, Domino providente, creandus nullo unquam tempore ex quavis causa procedat ad creationem Cardinalium nisi secundum modum & formam inferius denotatas: videlicet quod non creet seu faciat aliquos Cardinales donec numerus Cardinalium venerit ad numerum sexdecim Cardinalium, aliis qui essent supra numerum sexdecim de medio sum sublati: & tunc assumat, si ei videbitur, tot quot ascendant ad plus usque ad numerum viginti & non ultra, praedictis sexdecim aut paucioribus, si forte tunc superessent, in viceno numero computatis. Quos quidem Cardinales, per Papam creandos, ipse creare & ordinare habeat de omnium Cardinalium tunc super-existentium seu duarum partium eorundem consilio & consensu: hoc tamen salvo, quod extante numero, qui nunc est, vel forsitan pauciore, assumat Papa, si voluerit, duos Cardinales de consilio omnium fratrum, seu majoris partis eorum. Item quod Papa non procedat ad depositionem, seu personae captionem alicujus Cardinalis sine consilio & consensu omnium fratrum nemine discrepante, nec ad excommunicationem vel aliam censuram ecclesiasticam, ad suspensionem vocis vel consistorii seu portationis capelli,

Pontificiam in Cardinalium ordinem auctoritatem imminuere tentant. nec

nec ad privationem, nec etiam ad suspensionem beneficiorum ipsorum Cardinalium sine consensu omnium fratrum aut duarum partium eorundem. Item quod Papa nullo modo ponat manum in bonis quorumcumque Cardinalium, eis viventibus vel defunctis.

Item quod Papa provincias, civitates, castra, aut terras alias ecclesie Romanæ non alienet, aut in feudum vel emphyteosim, aut sub certo consensu concedat: & ubi alienationem seu concessionem prædictas iuxta & rationabili causa fieri expediret, de consilio & consensu omnium fratrum seu duarum partium eorum ad prædicta procedat. Item, quod collegium Cardinalium percipere & habere debeat iure suo medietatem omnium fructuum, reddituum, proventuum, multarum, condemnationum, & censuum, & omnium aliorum obventionum & emolumentorum, ad ecclesiam Romanam spectantium, in quibusvis provinciis ac terris & locis Romanæ ecclesie, prout in privilegio felicis recordationis Nicolai Papæ IV. super hoc plenius continetur. Item quod tam in Romana curia, quam in terris & provinciis Romanæ ecclesie officiales in temporalitate majores de consilio & consensu Cardinalium omnium, seu majoris partis ipsorum, instituantur & destituantur, prout in dicto privilegio seu constitutione præfati domini Nicolai Papæ IV. noscitur apparere. Item quod ad officium marescalli Romanæ curie, & rectorum terrarum seu provinciarum Romanæ ecclesie nullus de consanguinitate vel affinitate Romani Pontificis assumatur.

Item quod summus Pontifex nulli Regi vel principi seu cuiusvis alii in regnis, provinciis, seu terris eorum concedat decimas, nec tertias decimarum, seu subsidia alia: nec etiam camera sua reservabit sine consilio & consensu omnium fratrum vel saltem duarum partium eorundem, & tunc casu iuxta & rationabili suadente. Item quod Papa non impediat, quin omnes & singuli Cardinales in consulendo & consentiendo liberum habeant arbitrium in agendis. Item quod omnes domini Cardinales, qui hodie supersunt, jurare habeant, quod ille ex dictis Cardinalibus, qui ad papatum præstante Domino assumetur, prædicta diligenter & inviolabiliter observabit: & nihilominus ille, qui ad papatum assumetur, sive Cardinalis sive alius assumptus fuerit & a Cardinalibus receptus, eadem die omnia & singula supradicta profiteatur fideliter observare, & ratum habeat præstitum juramentum. Item quod si aliquod dubium occurrerit vel incidit vel Papa videbitur in prædictis, dominus Papa cum consilio & consensu saltem duarum partium Cardinalium habeat declarare.

XXVII. Sanctitas has passionem se servaturos alii nullo adhibito discrimine sacramento spondere, alii hypothese, si jure nitentur, jurisjurando adjunxerunt: quas ut

Pontificii fisci mediam partem ad se devotare.

Necessitatem expediendi in agendis rebus consilii Cardinalium imponere.

Extortum sacramentum a futuro Pont.

sedis Apostolicæ dignitati adversantes convulsas anno insequenti visuri sumus. Cum vero accepissent, Joannem Francorum Regem iter Avenionem intendere, ut Pontificem sibi acceptissimum creandum curaret, tuendæ libertatis ecclesie studio, quamvis ipsi addictissimi, ut ejus adventum armataque preces anteverterent, electionem maturarunt, ut ait Matthæus Villanus (a) ac suffragiis communibus duodecimo post Clementis obitum die, nimirum XVIII. decembris (b), Stephanum Albertum Ostiensem episcopum ad apostolicum solium evexere; de quo hæc habet MS. Vatic. Innocentius VI. Stephanus nomine, & infra, electus est in Papam per Cardinales anno Domini MCCCLII. die martis XVIII. dec. hora tertiæ & coronatus die penultima dicti mensis Avenione in apostolico palatio. Ab his non discrepat alterius MS. Vat. auctor (c), gestaque ante pontificatum perstringit, cui vitæ illius scriptor apud Bosquetum consentit: Hic, inquit, prius vocatus est Stephanus Alberti doctor legum existens, judex major seneschallia Tolosana: ab inde vero promotus ad ecclesiam Nemausensem, & de ea translatus ad ecclesiam Claromontensem: demum per dictum Clementem Papam VI. assumptus in presbyterum Cardinalem, habuitque titulum SS. Joannis & Pauli. Dum eos gerebat apices, legationem ad Francorum Anglorumque Reges una cum Anibaldo Cardinale pro extinguendo funestissimo bello ipsum obiisse, jam ante vidimus (d). Pergit memoratus auctor: Postea autem fuit factus episcopus Ostiensis & Velletrensis & penitentiarius major. Postremo vero, ut præmittitur, electus in Papam. Quibus consentanea scribit Albertus Argentinensis (e), corrigendus tamen, dum die epiphaniæ sacro tiara pontificia redimitum affirmat: pariterque commendandus apud Bosquetum anonymus auctor, qui vigesima tertia eam pompam celebratam scribit. Suscepit ecclesie catholice gubernaculis Innocentius postmodum ejus diei, quo pontificatus infusus de more accepit, orbis universi archiepiscopos & episcopos de Clementis VI. obitu, ac pontificatu sibi delato certiores fecit (f): atque ubi pluribus de se demisse sentire, ac divinam opem progerendo munere perneccesariam est præfatus, illos ad eam ipsi comparandam ardentissimis precibus sollicitavit.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Rbe. mensi, ejusque suffraganeis salutem & Apost. benedictionem.

Prædicator egregius, qui vas electionis factus est a Domino, altitudinem sapientie & scientie Dei cum stupore considerans, Quam incomprehensibilia sunt, inquit, judicia ejus, & investigabiles viæ ejus

Delulæ Gallie Regis molitiones (a) Mat. lib. VIII. c. 44. Stephanus episc. Ostiensis creatus Pont. (b) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. Gesta Innoc. VI. apud Bosq. (c) MS. bibl. Vat. sig. num. 3765. in lxxv.

(d) An. G. 1345. n. II. c. 12.

(e) Alb. Arg. in ebron.

Innocentii VI. nomen accepit.

(f) To. I. ep. secr. pag. I. c. 4. an. I. h. I. ep. cur. I.

XXVIII.

ejus. Probat hoc quotidianorum eventuum successo varia: probat veram ipsa diversitatem, & accidentium casuum contrarietas manifestat, quorum ministeria mens inquit humana comprehendere, ratio investigare non sufficit, & ad contemplationem quarum obitus caligine mortalis oculus non attingit: probat hoc etiam nostræ infirmitatis humilitas, per quam, dum nullis suffragantibus meritis ad fastigium apostolicæ dignitatis evectur, quid aliud indicatur, nisi quod occulto nobis Dei judicio agitur, ut plerumque promoveatur immeritis, & quandoque assumatur indignus.

Nuper siquidem felicis recordationis Clemente Papa VI. prædecessore nostro, tela vitæ succisa, in Domino quiescente, & ipsius funeralibus exequiis cum honorificentia debita celebratis, nobisque una cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, tempore debito conventibus in eodem palatio apostolico Avenionensi, in quo idem prædecessor tempore sui obitus habitabat, pro futura electione electoribus; tandem post dies aliquot, licet paucos, ille Pontifex summi summus, qui eandem ecclesiam sponsam suam proprii cruoris aspersione fundavit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, illaque soliditate firmavit, ut nullis impulsibus quateretur, diutina vacatione ipsius ecclesie dispendia rescant, in eam sua munera contulit, in quo meritorum suffragia non inveniunt: & eorandem fratrum corda informans & dirigens fidei afflavit, ut in imbecillitatem nostram (quamquam essent plures, in quos concurrere potuissent & ut credimus, consultius & utilius) convenirent: nosque tunc episcopum Ostiensem, cujus ad tantæ dignitatis honorem & onus vires & merita nec suppetebant nec suppetunt, ad universales ecclesie fascem regimini eligere supportandum.

XXIX. Nos autem infirmitatis nostræ conscii, & imperfectionis etiam non ignari, attendentes quod nihil tam insolitum, tam prævandum, quam labor fragili, sublimitas humili, & dignitas non merenti, ad tantæ molis sarcinam suscipiendam expavimus. Sed demum qualitate nostrorum operum nequaquam pendet celestium mensura bonorum; ac sperantes, quod ille, qui est oneris actor, erit administrationis adiutor, & ne sub magnitudinis gratia succumbat infirmus, dabit virtutem qui tribuit dignitatem; & in eo fiduciam erigentes, qui omnium suarum curam licet multis pastoribus delegavit, sui tamen dilecti gregis custodiam non reliquit, quinque B. Petro Apostolorum principum fiduciam præstitit, ut in undas descenderet, & de veteram porrexit auxilium, ut dubitans non periret; colla subjecimus jugo apostolice servitutis. Ad quod gerendum utiliter orationum vestrarum suffragia implorantes, Ann. Eccl. Tom. XXX.

De concordia eisdem electione.

Fuerat antea episcopus Ostiensis.

Fuisti a clero preces pro se efflagitas.

universitatem vestram monemus, rogantibus & obsecramus in domino Jesu Christo, quatenus diligentius attendentes, quod ad tanti ponderis sarcinam supportandam pervigiles cooperatores esse vos exigit vobis in vestris gregibus sollicitudo commissa, in hujusmodi cooperationis ministerio exequendo super greges eisdem sollicitè vigiletis & debilitati nostræ devotarum orationum & placationum uberum frequentibus oblationibus assistatis; ab eo, qui nobis sarcinam eandem imposuit, seu potius forsan imponi permisit, supplicationibus devotis & sedulis implorantes, ut qui ex eisdem nostris defectibus sub illius onere premimur, ipsas munere subletemur; nobisque ipse bonorum largitor omnium scilicet illam ad sui nominis laudem & gloriam, nostram populique sui salutem portare sua pietate concedat, quod eadem mater ecclesia filios suos numero & merito nostris multiplicari temporibus gloriatur.

Ceterum effectum nobis charitative benignitatis expandimus, & sinum charitatis solite aperimus proponentes, in quibus cum Deo poterimus, honori vestro deferre ac vestra & ecclesiarum vestrarum commoda, pro quibus ad nos recurrere cum securitate poteritis, in promptitudine benevolentie promovere. Cum autem, sicut intelleximus, portatores hujusmodi literarum interdum esse consueverunt contra intentionem mittentium exactores, nunc importuna petitioni instantia, nunc etiam murmurationum furris, & detractionum & querelarum comminationibus exigendo; seire vos volumus, quod nostræ intentionis exiit, & latiori presentium expresse inhibuimus, eumque jurare fecimus, quod ad exigendum vel obtinendum aliquid præter ea, quæ pro expensis suis necessariis per alias ei sub certa forma literas, quas vobis exhiberi mandavimus, ministrari præcipimus, talibus instantiis & murmurationibus non utatur, nec recipere etiam oblata præsumat. Ideoque, ut nostris in hoc intentioni & beneplacito concurratis, hujusmodi abusibus ceterisque similibus, si forsan eis, quod non est verisimile ut præsumerent contra proprium juramentum, contemptis omnino, vos ultra præmissa sibi vestro ministranda mandato, tribuendo aliquid non gravetis, cum non per extorsiones hujusmodi, sed alia retributione congrua intendamus ipsorum laboribus respondere. Dat. Avin. II. kal. Januarii pontificatus nostri anno I. Scriptæ sunt eodem argumento literæ ad Carolum Cæsarem, aliosque Reges ac principes catholicos, ut sua cum ipso studia in tuenda religione amplificandaque conjungerent.

Postremo his addimus, statuisse hoc anno divinam justitiam insigni severitatis exemplum in episcopo Citivensi, quo doceantur præfules non lascivire, sed ad

XXX.

Latorum pontificiarum literarum licentia coercita.

XXXI.

Cccc gre-

gregis sui salutem promovendam diligen-
ter incumbere: e media enim saltatricum
chorea ad tremendum Dei tribunal abre-
ptus est, ut ex pluribus annalibus refert
Paulus Langius (a): Anno, inquit, Domi-
ni MCCCLII. & infra, Joannes episcopus
nosfer, ut in multis legitur chronicis, in
die Joannis evangelistæ ob honorem nominis
sui complures dominas speciosas & nobiles

(a) Paul.
Lang. in
chron. Ci-
tizen.

invitaverat, chorizansque inter duas me-
dius, quas ipse manibus tenebat, repente
cadens miserabili morte expiravit anno or-
dinationis suæ quinto: mortuus, inquam,
non ut episcopus, non ut sacerdos, sed ve-
lut bistrio vanus & vir seculo deditus:
mortuus, inquam, non in atrio, sed thea-
tro, non in loco sacro, sed profano, non in
ecclesia, sed chorea.

Divina in
epic. la-
icivien-
tem ultio.

I.
Præcipua
rerum hæc
anno ge-
starum
capita -

ANNO salutis millesimo trecentesimo
quingentesimo tertio indictione
sexta novus Pontifex, adductæ in gra-
vissima pericula Christianæ rei consultu-
rus, apostolica studia ad Anglos cum
Gallis conciliandos, Genuenses ac Ve-
netos ab exitiali abducendos bello, propul-
sandos Turcas, Græcos ad schisma ejuran-
dum excitandos, pacandos intestinos Castel-
læ motus, componendam aulam pontifi-
ciam, atque Romanæ ecclesiæ ditionem a
tyrannis penitus fere occupatam ex eorum
manibus vindicandam convertit. Accen-
debat tyrannorum ambitionem atque au-
daciam Pontificum Romanorum absentia:
ac si eorum consiliis successus respondi-
sent, nil aliud moliri videbantur, quam
ut vocati tam ardentibus votis Pontifices
Italia penitus excluderentur. Aspirabat
inter cæteros Joannes de Vico (a), mul-
tarum urbium ecclesiæ ereptarum domi-
natione tumidus ad Romam sibi subjicien-
dam, quem plures conjurati ad tyranni-
dem efferebant. Ad cujus frangendos co-
natus atque ecclesiasticam ditionem recu-
perandam Innocentius Ægidium Alvarum
Albornotium genere Hispanum patriam
Conchensem, quem in sacro adversus Sa-
racenos Africanos & Granatenses bello
magna cum laude versatum in Alfonsi Re-
gis castris, atque a Clemente VI. ex ar-
chiepiscopo Toletano tit. S. Clementis
presbyterum Cardinalem creatum vidimus,
amplissimæ legationis munere auctum in
Italiam misit. De quo hæc Innocentii vitæ
auctor monumentis consignat (b).

Lariata a
tyrannis
Italia.
(a) Innoc.
12. 1. ep.
secr. pag.
171.
Ægidius
Card. ad-
versum
hos mis-
sus.

(b) Gesta
Innoc. VI.
apud
Boisg.

Castellæ
Rex illum
sibi eripi
dolet.

(c) To. 1.
ep. secr. p.
162.

Tunc temporis fere omnes civitates cum
castris & locis, quæ spectabant ad jus &
propriæ Romanæ ecclesiæ, in partibus
Italiae erant extra manus suas: tenebantur
quoque, seu verius detinebantur & occupaban-
tur per tyrannos in dictæ ecclesiæ præjudi-
cium, detrimentum, & jacturam. Circa
quod volens dictus Innocentius Papa pro-
videre, dareque ordinem, ut ad dictam ec-
clesiam reducerentur, in sui regiminis prin-
cipio misit ad partes illas legatum suum de
latere Ægidium Alvari Hispanum tit. S.
Clementis presbyterum Cardinalem, ut circa
reductionem & recuperationem prædictorum
intenderet & curaret.
Tulit iniquiore animo Petrus Castellæ
Rex Ægidium Cardinalem, cujus opera
uti meditabatur, in Italiam mitti; atque
apud Pontificem precibus institit, ut ab
Italica legatione revocaret. Cui Innocen-
tius extremas ecclesiæ difficultates, qui-
bus pares alii non forent, exposuit (c):
Tantum enim, inquit, præsumpsit & præ-
sumit in eisdem partibus adversus ecclesiam
& fideles & devotos eosdem ambitio tyran-
norum, quæ jam majorem partem terrarum
Ann. Eccl. Tom. XXV.

ipsum ecclesiæ temerariis ausibus occupavit,
& ad occupandum residuas studia erigit,
intendit & curas: propter quod necessario
expedit præfati legati nedum non differre,
sed accelerare discessum. Dat. apud Villam-
novam Avinionensis diocesis xv. id. augusti
anno primo.

Meminere de eadem legatione, Ægi-
dio Cardinali imposta, plures historici
(d) hujus temporis; inter quos MS. Va-
ricani auctor (e) hæc habet; Hic ordina-
vit & transmisit anno primo suæ corona-
tionis D. Ægidium Hispanum Cardinalem
in legatum ex latere in Italia ad recupera-
ndum dictas provincias & terras & jura
ecclesiæ occupata per tyrannides: quod &
factum est manu potenti per dictum domi-
num Cardinalem infra quatuor annos cum
multis laboribus & expensis thesauri ecclesiæ.
Floruisse Ægidium antequam se clero
aggregaret, equestri gloria, tradit Nico-
lai Laurentii vitæ auctor (f). Extant In-
nocentii literæ (g), quibus arduum hoc
munus illi demandatum est, ut enascent-
es nimirum hæreses præfocaret, coerce-
ret scelerum licentiam, sacerdotalem
splendorem restitueret, instauraret divini
cultus majestatem, bella componeret, sub-
veniret miseris, animarumque salutem pro-
moveret: cujus diplomatis potiorem par-
tem subiicio.

(d) Mar-
th. Vill.
1. 3. c. 84.
Viti. Nic.
Laur. c.
18.
(e) MS.
bibl. Vat.
fig. n.
2040. &
aliud fig.
n. 3765.
II.

(f) Vita
Nic. c. 18.
(g) An. 1.
l. 1. p. 1.
ep. 1. rege-
sti legatio-
nis Ægi-
dii Card.

Innocentius, &c. dilecto filio Ægidio
tit. S. Clementis presbytero Cardi-
nali A. S. L.

Licet nos, qui quamquam immeriti vicibus
hujusmodi (nempe Christi) fungimur,
pro universo populo Christiano, cujus cu-
ram gerimus, pacis & status prosperi cogi-
tationes assidue meditari, & ad hoc (pro-
ut Altissimus nobis de sua pietate concessit)
manus operatrices apponere teneamur; ta-
men dum anxie cogitamus statum tam Lombardicæ quam Tusciæ partium, ac nonnul-
larum provinciarum & terrarum circumad-
jacentium, & præsertim ecclesiæ Romanæ
mediate & immediate subjeotarum, quas
inveterata dissensio longis, pro dolor! re-
tro continuatis temporibus plurimum lace-
ssit, & quas guerrarum turbines exposue-
runt animarum periculis, & personarum ac
rerum dispendiis infinitis; quodque prop-
ter hoc neglectus cultus divinus, ecclesiæ
rum & locorum ecclesiasticorum jura violentæ
direptione in prædam posita, libertas eccle-
siastica conculcata fuerunt, & (quod de-
stendendum est potius & dolendum) pullula-
runt sobisnata, & insurrexerunt hæreses
contra catholicæ fidei puritatem, & quod
quamvis status hujusmodi fuerit in nonnullis
locis dictarum provinciarum, partium, &
terrarum aliquantulum tranquillatus, & no-
minus tamen inter multos magnates, & no-

Pontifi-
cium de
Ægydii
legatione
diploma.

Ob quas
causas ei
fuerit de-
mandata.

biles, universitates civitatum, castrorum, villarum, & aliorum locorum, partium, provinciarum, & terrarum eandem solite dissensionis fomes & rancorum seminaria remanserunt, ex quibus noscuntur præmissa & alia gravia non facile numeranda pericula animarum & corporum, facultatum lapsus, & multa dispendia provenire; dum præmissa præsentantur nostris obtutibus, anxiamur immense, cogitationibus profundis immergimur, ac zelus nostrer velut ignis charitatis paternæ in nostris meditationibus exardescit, pro prædictarum partium, provinciarum, & terrarum, quas plenitudine dilectionis paternæ prosequimur, statu dirigendo salubriter, ac pace, concordia, & unione in eis perficte (auctore Domino) reformandis, ut incolæ partium, provinciarum, & terrarum eandem effecti unanimis & concordis, ac bono pacis, quod omnia alia bona superat, perfructes pro statu eorum dirigendo salubriter hoc honore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ defendendo insurgant tam zelo fidei, quam devotionis fervore viriliter & potenter.

Nos vero diligentius attendentes, quod propter magna & ardua, quæ nobis in partibus citramontanis incumbunt, ad partes illas, ubi mente sumus, accedere personam pro hujusmodi nostro exequendo desiderio non valeamus; & quod personam tuam gratiarum dator Altissimus scientiæ magnitudine, industriæ claritate, & aliis multis virtutibus insignivit; ad te, in cujus affectu geritur pacificare discordes & virtutum seminaria ferere, nostrum intuitum, ut fortem opere & sermone mittamus ad fortia, & tuis robustis humeris onera gravia imponamus, duximus dirigendum. Ideoque gerentes de tuis claris meritis & virtuosos operibus fiduciam in Domino specialem, quamvis nos & fratres nostri tanti viri præsentia nobis & ecclesiæ Romanæ necessaria & perutili careamus inviti; tamen propter urgentem & evidentem necessitatem partium, provinciarum, & terrarum prædictarum, quibus speramus per tuam providentiam circumspectam, illo tibi auxiliante qui potest omnia, in præmissis salubriter consuli & utiliter subveniri, te tanquam patris angelum ad dictas partes, videlicet Lombardiam, ac Aquileiensem & Gradensem patriarchatus, ac Mediolanensem, Ravennatensem, Januensem, Pisanum, Spalatensem, Ragusinum, Antibarensem, & Jadrensem archiepiscopatus eorumque provincias, ac Papiensem, Placentinam, Ferrariensem, Perusinam, Urbeveteranam, Tuderinam, Reatinam, Interamensem, Narniensem, & Castellanam civitates & dioceses; nec non Tusciam, marchiam Tervitanæ provinciam, ac terras ecclesiæ Romanæ, videlicet marchiam Anconitanam, Massam Trabariam, civitatem Urbinatam ejusque

Et in quibus provinciis.

diocesim & districtum, Romandiolam, ducatum Spoletanum, Sabiniam, patrimonium B. Petri in Tuscia, Campaniam, Maritimam & alias circumadjacentes partes & terras eidem ecclesiæ mediate, vel immediate subjectas, infra tuæ legationis terminos constitutas, excepto regno Siciliae, & Sardinia & Corsica insulas, tibi in eisdem partibus & provinciis ac terris, civitatibus & diocibus vires ac plenam legationis officium committendo; ut in eis evellas & destruas, dissipas & disperdas, ædifices, & plantas, ac statuas salubriter in nomine Domini, prout tibi gratia cælestis infusus, & tuæ etiam providentia ministrabit, de dictorum fratrum nostrorum consilio destinamus, ut in prædictis proximè nominatis partibus, provinciis, terris, civitatibus, & diocibus & insulis inter ecclesiasticas mundanasque personas, duces, principes, marchiones, comites, & nobiles, communitates, universitates, ac populos ac alios universos & singulos discordes bonum pacis fideles reformare, ac concordare in fraternæ dilectionis glutino conservare; & nihilominus agere, & tractare quæcumque ad cultum Dei & exaltationem catholice fidei, Apostolicæ sedis honorem, observantiam ecclesiasticæ sanctionis, & ad redintegrationem ecclesiasticæ libertatis, honestatis & morum cultum, relevationem ecclesiarum & locorum ecclesiasticorum & pauperum salutem, animarum tranquillitatem, corporum, ac robur status prosperi partium, provinciarum ac terrarum, civitatum, diocesum, & insularum prædictarum quomodolibet pertinebunt.

Et ut hujusmodi commissum tibi legationis officium ad nostrum & Apostolicæ sedis honorem, & commodum & tranquillitatem & pacem incolarum partium earundem, & præsertim terrarum & locorum nobis & eidem Romanæ ecclesiæ subiectorum in eisdem partibus consistentium, eo utilius & efficacius juxta cor nostrum gerere valeas, quo majoris prærogativa favoris & gratia fueris communitas, te zelatorem pacis, amatores justitiæ, ac veritatis amicum, & in arduis negotiis clara fidelitate probatum, reformatorem partium provinciarum, terrarum, civitatum, diocesum & insularum prædictarum in spiritualibus & temporalibus tenore præsentium specialiter ordinamus, &c. Amplissima instruit auctoritate, ut eos, qui contra illius tenderent Imperia, censuris percelleret, solutis omnibus prærogativis, quibus se fultos contenderent. Datum apud Villanovam Avinionensis diocesis 11. kal. julii anno 1. Tributa etiam illi est alio diplomate (a) 1. universæ ditionis ecclesiasticæ administratio: tum amplissimis prærogativis (b), ut dignitatem tueretur instructus, de quibus regestem extat; interque alia potestas illi collata ut redeuntes ad obsequium censuræ

Ejusdem legati encomia.

(a) Eod. reg. ep. 2. ext. etiam in bulla in Innoc. VI. const. 1. (b) Ibid. usque ad ep. 82. & an. 1. l. 2. ep. cur. 35. & 38.

(a) To. 1. ep. secr. p. 167.

(b) Ibid. pag. 202.

(c) Ib. p. 141. & reg. post cand. ep.

III. Maximis honoribus ubique excipitur.

(d) Ib. p. 202.

(e) Mat. th. Vill. l. 3. c. 84.

(f) Eod. c. 84.

(g) Vita Nic. Laur. c. 18.

(h) Vita Nic. Laur. cap. 18. (i) Gest. Innoc. VI. apud Bosq.

suris absolveret: pontifici enim erat consilii (a) prius mansuetudine rebelles alligere, quam ad pertinaciam obtendam armorum vim experiri. Eundem vero legatum commendavit Italiæ magnatibus (b) Joanni archiepiscopo Mediolanensi, Canigrandi Veronensi, Aldobrandino Atestino, Joanni Montisferrateni, Jacobo Taurinensi, Francisco & Jacobo Carrariis Patavinis, Andrea Dandolo Venetorum ac Joanni Valentio Genuensium ducibus, tum insignibus populis Florentinis, Pisanis, Senensibus, Perusinis, quibus eadem verborum forma concepta transmissa sunt literæ (c).

Vasere plurimum pontificiæ preces apud hos populos, ac principes: Agidius enim legationis munus ex apostolico imperio obituros, cum in Insubriam venisset, a Joanne archiepiscopo Mediolanensi magnis benevolentia significationibus exceptus est largo sumptu ac magnifico apparatu; qua in re Pontifex postea illius magnificentiam laudavit (d); quamquam ipse Joannes, ut scribit Matthæus Villanus (e), legatum Bononiam ingredi non esset passus, ne illius præsentia novas res afferret, civesque ad libertatis spes excitaret. Quocirca legatus Pisanum iter tenuit, atque undecima octobris die Florentiam pervenit: quem Florentini solenni pompa obviam effusi instructo agmine religioso ingenti populi acclamatione, festo campanarum clangore, præfatus ejus capiti prædixit umbraculo, ac nobilissimis civibus fræna equi tenentibus, honorificè in paratam ædem deduxerunt: donarunt moneribus; denique discedenti centum quinquaginta equites auxiliarios concesserunt, quæ describit Villanus (f). Contulisse illum se in patrimonium B. Petri, docet Nicolai Laurentii vitæ author (g): ad quod antequam accederet, increbescere ejus adventus fama, debilitari coepisse Joannis e Vico potentiam, ostendunt pontificiæ literæ ad legatum ipsum xiv. kal. sept. datæ: De patrimonio B. Petri in Tuscia, plures, inquit Innocentius, nobis nova felicitate referunt; ex quibus, si vera sint, verisimiliter credimus, ac speramus in B. Petro Apostolorum principe, quod ille inimicus Dei, & ecclesiæ suæ sanctæ continuus persecutor Joannes de Vico, qui se præfatum Urbis appellat, sub potenti manu ipsius ecclesiæ cito humiliatus & domitus contundetur. Suggestit etiam aliis literis 11. non. septembris exaratis eandem spes, quibus sequenti anno felices exitus confensere.

Venient in Patrimonium legato Montisfalconis, Aquæpendentis, & Volfinii arcis se dediderunt, ut refert Nicolai Laurentii gestorum author (h). A quibus non dissentit Innocentii vitæ scriptor (i), qui

tristem ditionis ecclesiasticæ ob Pontificum absentium laniatæ imaginem ita depingit: Cum ad partes prædictas pervenisset, non invenerat in omnibus terris & dominiis dictæ ecclesiæ loca sub regimine ejus consistentia, in quibus caput suum posset tute reclinare, nisi in patrimonii provincia locam & castrum Montisfalconis, & in ducatu Spoletano locum de Montefalco: sed ab inde per Dei gratiam successivis temporibus satis dilatavit sibi sicut prout ex sequentibus apparebit. Occupavit tyrannus Joannes e vico Interamnam, Ameliam, Narniam, Urbem veterem, Viterbium, Marram, & Caninum, atque etiam Perusium ad defectionem urgebat (k), cujus nefaris consiliis civium facebat dissensio. Ad quam sopiendam Innocentius Perusinos hortatus est (l), propositis ingentibus malis, quæ intestina discordia pareret, ut florentissimas urbes redegeret in cineres, utque mutua concordia civium ipsas ad magnum decus & splendorem adduxisset.

Nec Perusii modo tentandi civium discordia, verum etiam Romanæ Urbis affestandæ iniecerat Joanni e Vico occasionem Romanorum dissensio, qui in Bertoldum Ursinum comitem, ac Stephanellum Columnam, senatores concitata seditione (m) ob annonæ caritatem, quam non sine avaritiæ nota ingravescere erant passus, Bertoldum saxi oppressere mense februario. Stephanellus autem popularum furorem ex adversa ædium parte egressus, mutato cultu & capite obvoluto eludit. Exinde graviores in urbe discordiæ exorta (n), viris principibus Sabellis, Ursinis, & Columnensibus inter se digladiantibus, civiumque suorum sanguine Roma imbuta est. Nonnullos porro conjurasse in patriam, ut Joannis e Vico tyrannidi illam subicerent, docet Innocentius, qui Romanos officii monuit (o), ac pietatis in patriam, ne illi servitutis terribimæ jugum imponerent.

Innocentius, &c. dilectis filiis populo Romano.

Nobis quod post innumera exhortationes & monita, quibus eadem ecclesiæ erga filium belial publicum Dei & ipsius ecclesiæ inimicum, & hostem veserum etiam manifestum Joannem de Vico, qui se præfatum Urbis appellat, usa est studio piæ matris & quæ ipse obstinatus in malo damnabiliter omnino contempsit, etiam & contemnit. Nos, ejus ulterius dissimulare nequitiæ, nequeentes, ad radicem non solum infructuosæ, sed pestilentis arboris secarim potestatis apostolicæ duximus apponendam. Nec latere vos credimus, qualiter idem Dei & ecclesiæ prædictorum ac veser hostis & amulus, videns se sub virga non persequenti, sed castiganti ecclesiæ ratiæ proximum & vicinum; ac perire potius

Depressus ecclesiastica ditionis status.

Quæ urbes a Joanne e Vico occupatæ.

(k) Vita Nicol. Laur. super c. 18. Perusini diffidii laborant. (l) To. 1. ep. secr. p. 192.

IV. Bertoldus senator Romæ saxi obtritus. (m) Matth. Vill. l. 3. c. 5. & vita Nicol. Laur. auct. c. 18. Periculatur Roma. (n) Matth. Vill. l. 3. c. 78.

(o) To. 1. ep. secr. p. 171.

Corrupti
a Joanne
c Vico
plures
Romani

Alii ad-
versus e-
jus frau-
des præ-
muniti.

V.
Baroncel-
lus Romæ
tribuna-
tum in-
vadit.

(a) Mat-
th. VIII.
super c. 78.

(b) Eod. c.
78.
Nicolauum
Laurentium
illi opponere
decernit
Pontifex.
(c) To. 1.
ep. fecr.
p. 188.
Solvit
eum cen-
suris &
vinculis.

us eligens quam saluari, superba corvico-
ad dolosas & fraudulentas artes, quibus
ab annis teneris suam dedicavit etatem,
convertit se: ac etiam quosdam ex nobili-
bus concivibus vestris adeo concitavit, quod
ipsi beneficiorum ab eadem ecclesia perce-
ptorum immemores, patriæ, pro qua con-
civis ille vester Cato pugnandum jubet,
persecutores effecti, cum memorato Joanne
consiliis & tractatibus multis præhabitis
ad vestrum & ipsius civitatis exterminium
aspirantes, præfata civitatis usurpare
dominium tentaverunt, ut in vobis solitam
possint exercere tyrannidem, & ecclesiæ me-
moratæ negotia, quæ vestra quoque sunt
sicut specialium filiorum ipsius, & quæ per
meritum B. Petri Apostolorum principis fo-
elix principium habent & feliciorum, Deo
favente, sunt exitum habitura, possint per
excogitatas nequitas impedire. Et ideoli-
cet vos Joannes & concivium prædictorum
cognoscentes plane ac plene venena latentia
admonitione circa hoc minime indigere cre-
damus; quia tamen amor est res timoris
plena solliciti, nos ex affectu charitatis,
quam ad vos gerimus, ad cautela suffra-
gium præmuniendos esse decrevimus, &c.
Addit præces, ut improborum consilia e-
lidant, neque eorum artibus subornari
se atque in periculum conici patiatur.
Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis
VIII. kal. septembris anno I.

Dum ad reprimendam Joannis e Vico,
quam in Urbe confirmare nonnulli factiosi
annitebantur, tyrannidem Pontifex in-
cumbebat, novus tyrannus Franciscus Ba-
roncellus ex obscuro genere, arte scriba
senatus, conciliatis sibi ingentibus pro-
missis civibus, ac spe restituendæ a se ve-
teris libertatis ac dignitatis concitata,
Urbem oppressit, seque vocata concione
populi tribunalum secundum & consulem
Romæ dixit: accepit (a) pro insignibus
globum cælestem tænia oleaginea cinctum,
in qua senatus populique Romani nomi-
na descripta erant. Tum etiam plura in
pontificiam auctoritatem novavit (b).

De his certior factus Pontifex ab Hu-
gone Arpaionio apostolico internuntio,
liberandi e carcere Nicolai Laurentii, qui
pontificiæ dominationis asserendæ acerrimum
defensorem se futurum pollicebatur,
consilium inivit (c), cujus opera tyrannos
alios depressum iri sperabat, cum adhuc
illius nomen magna apud plures gratia &
laude floreret. Hæc enim ad Hugonem
ipsum scripsit: Circa hoc sollicitè remedia
exquirentes, dilectum filium nobilem virum
Nicolauum Laurentii militem Romanum ab
omnibus pœnis & sententiis, quibus erat li-
gatus, absolvi fecimus, & a vinculis li-
beram cito ad eandem Urbem, dante Do-
mino, remittimus: sperantes, quod ipse ex
vexatione intellectum susceperit, & priori-
bus suis phantasticis novitatibus omnino de-

positis, malignorum ipsorum iniquis & pra-
vis conatibus per industriam & sagacita-
tem ejus, quæ utique magna est, ac popu-
lorum & nobilium plurium dictæ Urbis quie-
tam cupientium ducere vitam ac utilitatem
publicam, toti cupiditati & inordinatæ ac
noxia affectioni quorundam præponentium,
assistentem favorem, præstante Domino, sa-
lubriter obtinuit, &c. Dat. apud Villam-
novam Avinionensis diocesis XVII. kal. octo-
bris ann. I. Adduxerat secum Ægidius Car-
dinalis legatus in Italiam Nicolaum Lau-
rentium, ut ejus opera uteretur, cum in
Italicis rebus ac Romanis præcipue versa-
tissimus esset; honestæ tamen custodiæ com-
mendatum: quem Pontifex a legato relaxari
iussit (d), ac Romanis commendavit (e):
susceptamque ab eo Romanæ rei ad-
ministrationem inferius vituri sumus. In-
terea Baroncellus ejus imitator, cum men-
sibus quatuor tyrannidem exercuisset, po-
pulari gratia in odium versa, arreptæ di-
gnitatis insignia suo cruore fœdavit. Me-
minit de Baroncello Innocentius (f) in li-
teris ad Joannem archiepiscopum Me-
diolanensem kal. januarii insequentis anni
dati.

Accessit aliis tyrannis Monsregalis de
Albarno (vulgò Morealem vocant Itali-
ci scriptores) eques Rhodius, natione
Provincialis, qui ad Ægidium Cardina-
lem legatum se conferens, adversus hos-
tes ecclesiæ signis ascriptus egregia pri-
mum bellica facinora explicuit: quem
Pontifex, id ei gratulatus, ad constanti-
am est adhortatus (g). Sed corruptis brevi-
eas spes, quas de sua virtute bellica con-
citarat: rapinis enim atque effrenatæ li-
centiæ habenas laxare assuetus, literis
plurimis sicarios, latrones, ac veteranos
milites rapto vivere assuetos scelorum im-
punitatē ac stipendiorum amplitudine pel-
lexit (h) ad sua signa; factaque in Pi-
cenum irruptione, provinciam expilare,
ac diripere cœpit: primis socialium tur-
marum, quæ postea Italiam universam &
Gallias diutissime afflixerunt, infelicissimus
ductor; quem demum divinæ justitiæ car-
nificis manu pœnas dantem visuri su-
mus. Nunc reliquas Italicas res profe-
quamur.

In Neapolitano regno Ludovicus Rex
fœdabat injustitiæ labe regium decus, ut
jura caste non administraret, sed ad stu-
dia sua justitiæ lancem inclinaret. Quem
Innocentius gravissimis sententiis ad sua
cuique jura servanda hortatus est (i): fir-
mari justitiæ Regum solia: ipsum, ea
spretâ, divinorum beneficiorum futurum
vacuum: hac una virtute abjecta, cæ-
teras omnes abjici: de his in jus vocatum
iri ad Dei tribunal; denique honorem
regium infici, ac male sustentari scepra,
si subditorum obsequiis justitiæ recta ad-
ministratio non respondeat. Tum hosce
ad

(d) Eod.
c. 1. ep.
secr. p.
186.

(e) Ib. p.
78.
Baroncel-
lus truci-
datus.

(f) To. 2.
ep. fecr.
p. 1.

Monsre-
galis gra-
fator infi-
gnis.

Sub signis
ecclesiæ
stipendia
facit.

(g) To. 1.
ep. fecr. p.
189.

Deficit ad
hostem.
Latronum
exercitum
conscribit,
Picenum
vastat.

(h) Mat-
th. VIII. l.
3. c. 81.

VI.
Ludovici
Rex a ju-
stitiâ de-
fectit.

(i) Eod.
c. 1. ep.
secr. p.
234.

ad virtutum stimulos subdidit: Considera,
filii, considera utrum hæc regiæ fama con-
veniant, utrum honorem tuum deceant, ex-
pediant. statui, congruant & saluti. Con-
sidera, quod sicut subditis tuis datus es ca-
put, sic & ipsi facti sunt membra tibi. Con-
sidera, quod sicut impossibile est ut bene
sit membris, quorum caput est languidum,
ita nimirum impossibile est ut male se ha-
bentibus membris se habeat bene caput: quia,
si hæc discussionis debita censura dijudices, e-
isdem subjectis multa patientibus compatieris
utique, ac ipsi dolentibus condolebis: sic-
que dolor & passio, quos senseris ipse cum
illis, ad providendum tibi & eis prom-
ptius excitabunt, &c. Datum Avinione
nov. decembris anno I. Infruxit pariter
Innocentius salubribus monitis Reginam
Joannam (a) atque ad humanæ vitæ in-
commoda ferenda Christiana constantia,
pluribus adductis, sacris oraculis exem-
plisque sanctorum, quorum virtutem &
patientiam adversa exercere, excita-
vit.

(a) Ib. p.
218.

Innocentius, &c. Joannæ Regine
Siciliæ.

VII.
Apostoli-
cæ ad Jo.
Reginam
literæ.

Monetur,
ut huma-
nas præ-
fatas con-
sulanter se-
rat.

Proposita
illorum
exempla
qui de
sæveris
trium-
pharunt.

Si rectæ considerationis indagine perscru-
teris cursum immundi utique mundi hujus,
& fallacis ejus statum instabilem diligen-
ter attendas, occurret tibi luculentum &
plene, charissima filia, quod mundus ipse
habitatorum suos instar pelagi fluctuantis
exagitat, & velut campus quidem certa-
minis conflictu pugne durioris exercet:
quamvis etenim illis lætorem interdum fa-
ciem mentiatur, & serenus quandoque vi-
deatur arrisor; infert tamen celata sub-
bilari vultu lugubria, & inter grata ac
placida charitatis applausus immiscet nubi-
la, & turbida subministrat, ut post præten-
sam felicitatis imaginem, & umbram pro-
speritatis oblatam, sentiat adversitatis
acrimonia succedentis amarius, & sequens
darius perferat calamitas eventuum fini-
strorum. Veruntamen id aliter seculi, a-
liter Dei suscipiunt amatores: illi nam-
que secundo applausum molles, & debiles statu
modicæ tempestatis simul cum deficiente fe-
licitate deficiunt: his autem adversa quæ-
libet exercitationem propriam existimantes,
& cum Apostolo sentientes, quod virtus in
infirmis persequitur, quo impelluntur ab
impetu incurstantis turbis gravius, eo ro-
bustius stant, eo fortius invalescunt. Sic
adolescens ille speciosus formæ, & deco-
rus aspectu, impudica semine devicta
malitia, solutus vinculis domui Pharaonis
presertim, byssina stola vestitur, & super
terram Ægypti constituitur universum. Sic
sanctus Job inter orientales locuples, & fœ-
cunditate sobolis gloriosus, nudatus rebus
omnibus, orbatus filiis, & ipsa carne in-
super flagellatus; non peccavit, nec stul-
tium quid lacutus est contra Deum: sed ip-
sius gloriosus nomini benedicens, & bona &

mala de manu ejus animo æquo suscipiens
amissa jam recipere meruit duplicata. Sic
Susanna [iniquorum & voluptuosorum senum
sententia falsa justo judicio pueri junioris,
cujus suscitavit Dominus spiritum] irritata
erectis ad cælum oculis exclamans ad Deum
impositi criminis pœnam lapidationis evasit.
Sic etiam Anastasia gloriosa Christi mar-
tyr & virgo sevitiæ sacrilegi Publii il-
lustrius ejus patrimonii abusus, cui fuerat
sociata conjugio; cujusque thorum declina-
vit infirmitate mentita, compressit. Sic e-
tiam alii, quorum multitudo quam magna
est, ejusdem mundi contemptis omnino blan-
ditis & terroribus superatis, in carne po-
siti & mundo mortui habitati sunt, & habentur
hoc in seculo memoria celebres, & vitæ
possessionem adepti feliciter gloriantur æ-
terna.

Horum, filia, & his similibus accenda.
vis exemplo, vestigiis eorum inbareas, im-
miteris actus, amplexeris & mores. Hæc
dum exacti temporis felicitas deceptrix &
fallax tentat animum, cor pulsat, titillat
& mentem, recogites: hæc ad memoriam
pertractes: & hæc ante oculos tuos ponens,
sufferentiam habeas, & accincta fortitu-
dinis robore mansuefcas, spem in eo po-
neus, qui pro mansuetis terræ arguit; &
in illo tuum faciens cogitatum, qui eos e-
rigit in salutem. Et quoniam, ut idem Job
ait, qui afflictus & humiliatus est, erit
in gloria; tu quoque cum psalmista psallas
& dicas: Bonum mihi Domine, quoniam
humiliasti me. Licet enim tribulationes ju-
storum multæ sint, tamen de omnibus eis li-
berat ipse Deus: & te etiam, & si tibi
tribulationes multas & malas ostenderit,
conversus vivificabit, ac secundum multi-
tudinem dolorum tuorum suis te latificare
consolationibus non postponet: immo mis-
erationes ejus, quæ super omnia opera ejus
sunt, super te quoque opus manuum ejus
erunt. Glorieris ergo cum eodem filia: glo-
rieris in angustiis tuis, quæ te infirmita-
tium instar exercitant, ut in te inhabitet
virtus Christi, sciens quod tribulatio pa-
tientiam operatur, patientia vero probatio-
nem, probatio autem spem: spes vero non
confundit; ut cum B. Jacobo coapostolo ejus
exultans omne gaudium existimes, cum in
tantationem incidis: quoniam qui suffert
tentationem, beatus est, quia cum probatus
fuerit coronam vitæ recipiet, quam Deus
se diligentibus repromittit. Nos quoque ad
te paternam charitatem habentes, propomus
in opportunitatibus tuis tibi apostoli-
cis adesse favoribus, & vota regia, quan-
tum cum Deo poterimus, eo præstante be-
nigna semper exauditione complere. Datum
Avin. xv. kal. decembris anno I.

Disparat Joanna regiæ Siciliæ jura
partim fœminea levitate, partim una cum
viro Ludovico acerbitate temporum ad-
ducta

Fallax
humana
felicitas.

Virtus
contrariis
expolitur.

VIII.
Siciliæ re-
giæ jura
abaliena-
ta a Joan-
na.

Rescripte
ejus do-
nationes
a Cle-
mente.

(a) An.
1. l. i. p. 1.
ep. cur. 6.

Repeti-
tum ab
Innoc.
eadem de
re decre-
tum.

ducta, ut plures liberalitatis ostentatione promissisque in asperis rebus sibi devinceret; partim etiam clientum improbitate, qui rebellionem, ni placarentur numeribus, interminati dolo & vi plura extorserant. Cum vero exinde regia potentia admodum exinanita esset, ac regni sedis Apostolicæ fiduciarum majestas desolaresceret adeo, ut ad propulandos hostes impar esset, jam ante Clemens iniquum reputans, ut privati sua commoda ex publicæ rei exitio compararent, omnia regia jura quovis prætextu alienata ad Siculam coronam revocavit, si annui vestigialis viginti uncias auri excederent. Cum vero illam Clementis VI. sanctionem variis fucis tum Ludovicus & Joanna, tum importuni homines ex regni spoliis privatas opes cumulantes elussissent, Innocentium ad retinendum Siculæ coronæ splendorem ob supremum in id regnum dominatum præsumptas a Ludovico & Joanna donationes rescidit, eisdemque intentato anathemate, si desissent officio, alienata jura recuperare jussit, subjecto edicto (a), tum etiam censuras his, qui accepta contra fas restituere detrectarent, objecit.

Innocentius, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Nos, qui in eisdem regno (nempe Sicilia) & terra directum dominium obtinemus, nolentes sicut nec velle debemus, tanta & tam evidentiæ regni & terræ prædictorum & Romanæ ecclesiæ dispendia convingentibus oculis sustinere: sed potius volentes, ut tenemur, in tantorum periculi & necessitatis articulo super his salubriter providere, revocationem, cassationem, irrationem, inhibitionem, ordinationem, decretum, præcepta seu mandata, penarum & sententiarum institutiones per dictum prædecessorem super bis (ut præmittitur) facta, & omnia in prædictis ejus contenta literis rata & grata habentes & etiam approbantes, omnes & singulas donationes, dationes, concessionem, infestationes, venditiones, obligationes, assignationes, liberationes, exemptiones, privilegia, & literas hujusmodi, & quoscumque contractus sub quocumque colore, titulo, modo, vel causa, & sub quacumque forma vel expressione verborum in præmissis vel de præmissis aut aliquo præmissorum ultra prædictam summam annui redditus viginti unciarum, quomodocumque & qualitercumque tam ante quam post revocationem prædictam quibuscumque personis tam clericis quam laicis, cujuscumque præminentie, status, vel conditionis existant, etiam si pontificali aut imperiali vel regia seu quavis alia dignitate præmineant, facta, concessa, seu habita, utpote conditionibus, conventionibus, statutis, ordinationibus, declarationibus, & consuetudinibus supradictis effectualiter obviantia, ac contra li-

bertates hominum dicti regni, & in evidentem mutilationem fendi, & manifestum ecclesiæ ac honoris regii & regni præjudicium prædictorum facta, præsertim cum ex his regnum in suis facultatibus diminutum contra hostiles incursum & alios casus, qui possunt emergere debilius & impotentius reddatur & fiat: auctoritate apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio cassamus, irritamus, tollimus, revocamus, & viribus totaliter vacuumus, ac irritos & inanes nulliusque roboris vel momenti fore decernimus & etiam declaramus. Et insuper juramenta, quælibet per dictos Ludovicum Regem & Joannam Reginam vel eorum alterum de non revocandis donationibus, dationibus, concessionibus, infestationibus, venditionibus, obligationibus, assignationibus, & quibuscumque alienationibus, absolutionibus, liberationibus, & contractibus hujusmodi, seu de non veniendo contra ea, quomodolibet præstita, nec non sacramenta fidelitatis & homagii, & infra, penitus relaxamus. Et infra.

Cæterum eisdem Ludovico Regi & Joannæ Reginæ sub excommunicationis poena quam (nisi mandatis nostris paruerint cum effectu) præter nostram & Apostolicæ sedis indignationem incurrere volumus eo ipso, tenore præsentium districte precipimus & mandamus, quatenus cassationem, irrationem, revocationem, inhibitionem, præcepta, & decreta nostra prædicta realiter & cum effectu per se & alios observent, & studeant ac faciant ab aliis observari: & infra duos menses prædictum trium mensium terminum per nos, ut præmittitur, assignatum immediate sequentes (quos quidem duos menses eisdem Regi & Reginæ ad hoc pro peremptorio termino assignamus) civitates, castra, villas, loca, insulas, merum imperium, jurisdictionem, magistratus, jurarias, bajulatus, castellanias, custodias, officia, pensiones, provisiones, servitia, proventus, & alia bona & jura prædicta, per eos vel alterum eorum (ut præmittitur) donata, data, concessa, infestata, vendita, obligata, assignata, alienata, ad se & ad eorum regni curiam revocare, dictaque privilegia, literas, instrumenta, & alia munimenta recuperare procurent. Et nihilominus eis & utrique ipsorum districtius inhibemus, ne donationes, dationes, concessionem, venditiones, obligationes, assignationes, remissiones, liberationes, exemptiones, pensiones, vel provisiones aliquas de civitatibus, castris, villis, locis, insulis, merito imperio, jurisdictione, magistratibus, jurariis, bajulatus, castellanis, custodiis, officiis, collectis, proventus, aliisque bonis & iuribus supradictis ultra summam prædictam facere aut super illis privilegia vel literas concedere, aut contractus iure quoquo modo præ-

Siciliæ Reges ob-
jecto ana-
themate
regia jura
distrahe-
re vetiti.

IX.
Enactum
a fiducia-
riis prin-
cipibus
vestigal.
(a) To. 1.
ep. fecer.
pag. 85.
(b) Ibid.
p. 205.

(c) Pag.
14.

(d) Pag.
204.
Aragoni-
us officio
deest.

(e) Pag.
84.
Corripit-
ur ab
Innocen-
tio.

præsumant, excommunicationis sententiam eo ipso, si secus fecerint, incursum, &c. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis VI. idus maii anno I.

Neque hoc loco prætereundum est Petrum Beneventanum archiepiscopum Apostolicæ sedis internum vestigal annuum a Ludovico (a) Rege & Joanna Regina aliisque fiduciarum principibus exigisse. Illata (b) etiam in ærarium pontificium ab Aldobrandino, Nicolao, Fulcone, Hugone, & Alberto fratribus marchionibus Atestinis, qui Opizoni parenti in vicaria præfectura Ferrariensi successerant, sex aureorum millia: atque alia totidem a Joanne archiepiscopo Mediolanensi (c) obtenti ex concordia legibus, ut vidimus, a Clemente Papa Bononiensis principatus ad annos duodecim nomine soluta, recurrente natalitiorum Domini die, cum par auri vis sacro principum Apostolorum die pendenda esset: de qua perfoluta extat syngrapha pontificia (d).

Defuerat Petrus Rex Aragonum sedis Apostolicæ ob Sardinie & Corsicæ regna vestigalis solvendo duarum millium marcharum argenti justi ponderis & formæ sterlingorum census: postremo evolutis duobus annis, nec perjurio modo, verum anathemate ob violatam fidem se devinxerat. Quem eo nomine Innocentius gravissimis hinc verbis officii admonuit (e): *Nosti vel nosse debes, quod juxta conventiones habitas inter eandem ecclesiam & clara memoria Jacobum Regem Sardinie & Corsicæ aquum tuum, in concessione de regno Sardinie & Corsicæ dicto avo tuo, cui tu in eodem regno succedis, per ipsam ecclesiam dudum facta, teneris pro eodem regno ecclesiæ memoratæ solvere annuatim in festo Apostolorum Petri & Pauli in Romana curia census duorum millium marcharum argenti honorum & legalium sterlingorum: nec oblivioni dedisse te credimus, quod in festo hujusmodi venturo proximo effluxerint duo anni, per quos a solutione census ipsius, non sine gravi ecclesiæ præfata gravamine, ac tue salutis & fama præjudicio, cessavisti: cum præter perjurii labem, quam contraxisti propterea, excommunicationis quoque sententia innoberis, &c. Addit monita ac preces, ut vestigal illud quantocius exolvat. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis VIII. kal. maii anno I.*

Obstrictus etiam erat Petrus Rex Aragonum intentata Sardinie & Corsicæ privatione, ea regna singulis Pontificibus Romanis apostolicum solium conscensuris, evolvente se primo pontificatus anno accepta solemniter referre ex Bonifaciana constitutione: atque ideo ut transfusa in se ab Alfonso & Jacobo jura assereret, cum jam ante Clementi VI. ut vidimus, Ann. Eccl. Tom. XXV.

præfens fiduciarum principis officia præstitisset, nunc oratores ad ea instauranda Innocentio VI. transmisit. Data ea provincia ab ipso est Lupo Gurrea & Bernardo de Cous, quos ad id munus, datis ad Pontificem subjectis literis (f) Petrus ipse Rex auctoritate instruxit.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo Patri & domino, domino Innocentio, divina providentia sacrosanctæ Romanæ & universalis ecclesiæ summo Pontifici, Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentie, Majoricarum, Sardinie, & Corsicæ, comesque Barcinonæ, Rossilonis & Ceritanie ejus humilis filius & devotus, pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestre literarum nostrarum serie patefacti, quod nos sollicite cogitantes, quæ qualiter felicis recordationis dominice Bonifacii Papa VIII. prædecessor vestre concessit & dedit illustrissimo domino Jacobo clara memorie Regi Aragonum avo nostro suisque heredibus in feudum perpetuum regnum Sardinie & Corsicæ cum juribus & pertinentiis sub certo servitio, certisque conditionibus conscriptis plenius in papali rescripto super hujusmodi concessione, & donatione confecto, tenorem, qui sequitur continentem, Bonifacius episcopus, &c. (inferuntur Bonifacii VIII. literæ de traditis jure fiduciarum Regibus Aragonum Sardinie & Corsicæ suo jam loco in annales a nobis relatæ (g), quæ repetendæ non videntur, tum his subjungit Petrus Rex, & attendentes quod nos, qui ut universalis & legitimus heres serenissimi domini Regis Alfonsi filii & successoris dicti Regis Jacobi, recordationis inclite avi nostri, in dicto Sardinie & Corsicæ regno eidem domino genitori nostro successimus, juxta formam & conditiones in rescripto dictæ donationis contentas sanctissimo in Christo patri ac domino domino Benedicto divina providentia ejusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici prædecessori vestro homagium lignum, vasallagium plenum, & fidelitatis juramentum, ut tenebamur personaliter præstitimus, & alia fecimus & complerimus, quæ juxta tenorem rescripti præinserti facere & complere tenebamur; prospicientes insuper, quod juxta formam præinserti rescripti papalis ex quo semel personaliter prædicti homagium lignum, vasallagium plenum, & fidelitatis juramentum præstitimus, alia ex tunc propter novam successionem vestram vel alterius summi Pontificis in vita nostra concurrentia possimus per procuratorem seu procuratores nostros ad prædicta legitime constitutos sanctitati vestre facere & præstare, ob quod juxta formam præinserti rescripti sanctissimo in Christo patri ac domino domino Clementi, divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici prædecessori vestro immediato, homagium li-

De clientelari
sponsione
ab eodem
præstita.

(f) Ext.
in lib. pri-
vil. Rom.
ecl. 10. 2.
p. 123. &
in arce S.
Angeli &
inter col-
licarum, lect. Plat.
IV. col-
lect. & in
NAS. bibl.
Vall. sign.
lit. B. n.
12. p. 71.
Illius ea
de re litem.
Dicitur a
Bonif.
octavo
pactiones
instaura-
tæ.

(g) An-
nal. 10. 14.
A. C.
1297. n. 1.

Missi ab
eodem o-
ratores ad
nuncian-
dum
sacri-
mentum.

gium & vasallagium plenum, ac fidelitatis juramentum per nostros speciales procuratores in nova sua creatione nos recolimus praestitisse; idcirco in nova creatione vestra volentes implere conditiones jam dictas, viso lecto, & plenarie intellecto dicto papali rescripto donationis dicti regni Sardiniae & Corsicae supra inserto, Lupum de Guerra & Bernardum de Cous milites consiliarios nostros, dilectos nuntios & procuratores nostros ad praestandum vice & nomine nostro vobis dicto domino summo Pontifici & Romanae ecclesiae homagium ligium, plenum vasallagium, & fidelitatis juramentum pro dicto regno Sardiniae & Corsicae legitime constitutos, ad pedes sanctitatis vestrae providimus destinandos.

Propterea, sanctissimo pater, has feri literas patentes bulla nostra aurea bullatas, elementiae vestrae per jam dictos procuratores nostros tradendos decrevimus, prout praesentis rescripti apostolici tenor inducit: per quas quidem nunc ac ex tunc modos, conventiones, conditiones, tenorem, & formam in dicto papali rescripto conscriptos acceptamus expresse: & per quas etiam fateamur, & recognoscimus expresse dictum regnum Sardiniae & Corsicae a dicto domino Papa Bonifacio & Romana ecclesia praefatum dominum Regem Jacobum pro se & successoribus suis heredibus recepisse in feudum sub conditionibus, conventionibus, modo, & forma, atque tenore, quae in dicto ejusdem domini Papae Bonifacii praedecessoris vestri rescripto continentur. Quos tenorem, modum, conventiones, conditiones, & formam promittimus nos inviolabiliter servaturos. Pro quorum observantia, nos & dictum regnum Sardiniae & Corsicae, jura, & bona nobis in eo competentia & competitura obligamus. Dat. Valentiae quinta die octob. an. a nativitate Domini MCCCLIII. Perfunctos suis partibus oratores, ac jurasse in Pontificis verba, acceptaque liberalitate sedis Apostolicae Sardiniae & Corsicae insulas professos, hoc nimirum extremo anno, refert Cardinalis Baronius (a) his verbis: Anno Christi MCCCLIII.

Renovata spondo de servandis conventis.

(a) Baron. in MS. notis ad hunc annum.

indictione II. Petrus Rex Aragonum filius Alfonsi homagium fecit ipsi Papa Innocentio de regno Sardiniae & Corsicae, sicut olim sui praedecessores egerant. Habetur libro privilegiorum Romanae ecclesiae sub hoc anno. Meminit etiam de oratoribus fidei sacramento Pontifici regio nomine devinctis Surita (b); ac plura de bello Genuenses inter ac Petrum Regem in Sardinia gesto addit.

Exarsit illud funesta contagione Genuensis & Veneti belli: [I] quod cum Clementis sopire anno superiori sluderet, id apostolicis adhortationibus obrinuerat (c), ut quae inter Venetos & Genuenses controversiae intercedebant, conciliatae essent: quae vero Petrum Regem inter ac Genuenses enatae, componi non potuerunt, Genuensibus propositas a Clemente leges, cum Petro Rege in Sardiniae re nimirum servandas, repudiantibus. Inter quae oppresso morte Clemente, Innocentius successor studia apostolica ad redintegrandam concordiam convertit, ac Venetos & Genuenses, ut oratores pro ea componenda mitterent (ob Clementis enim mortem discordes abscississe refert Mattheus Villanus, (d) sollicitavit, pollicitus summa se contentione in id incubiturum. At Genuenses elati ob partas in oriente de Venetis, Aragoniis, & Graecis victorias magno rei Christianae damno, nec minore suae libertatis jactura, de pace cum Venetis interprete summo Pontifice agere detrectarunt: sed, ut majus accenderent bellum, Ludovicum Pannoniae Regem infensum Venetis ob erepta ei plura in Dalmatia loca concitarunt. Misit itaque ad Venetos Ungarus (e) oratores, qui urbes ibi occupatas reposcerent & recusantibus bellum indicerent. Quibus auditis, Veneti Dalmaticae arcis milite, telis, comiteatu, & opere muniverunt (f). Tirillabat vero Genuenses ea spes, occupatis Ungarico bello Venetis, Sardiniam Regi Aragonum se erepturos, in qua Marianus Arborea regulus aperte defecerat, atque Aragonios insula depellere moliebatur (g). Sed

(b) Surit. l. 2. c. 54.

X.

(c) Eod. lib. c. 50. Aragonius Venetorum cum Genuensibus pacem distulit.

(d) Mat. th. Vill. l. 3. c. 54. Genuenses ad bellum proni. Ungarum concitant in Venetos. (e) Super c. 54.

(f) Eod. cap.

(g) Surit. l. 3. an. c. 50.

NOTE [I] Quamquam in rebus anni hujus, nihil ferme addendum succurrit iis, quae Annalista deduxit, corrigenda tamen suspicor ea quae de suspensis ab Hungaro armis, in Venetos ex condito cum Genuensibus movendis narrat. Neque enim obstrictae Genuensibus fidei desuit Hungarus, nam hoc ipso anno in Zaram Dalmaticae, quam Urbem a Venetis sibi praereptam que rebatur, expeditionem suscepit teste Anonymo scriptore Chronici Estensis, *Ret. Italic. to. XV. eorum temporum aequali, & qui illum expilavit F. Bartholomaeo della Pugliola in Historia Miscella Bononiensi rer. Italic. to. XVIII. ac denique eadem non imparibus verbis scribit F. Bartholomaeus Ferrariensis in Polyhistoro vulgato Ret. Italic. to. XXIV.*

Succedit apud Annalitam Historia memorabilis praelii inter classes Venetas, & Genuenses commissi, quod secundum prioribus, sinistrum Genuensibus accidit. Locum certaminis signant scriptores coarcti mare Sardiniae ad insulam Caliam apud Ligeriam, quae verba sunt Ferrariensis in Polyhistoro. Dies pugnae in controversia est; quamvis enim Anonymus Vaticanus, apud Raynaldum hic cum Cortulii diem XXV. Augusti signat; alii tamen alios dies praefarunt; nam Stella, qui initio sequentis saeculi Annales Genuenses scripsit, diem XXVIII. ejusdem mensis statuit; Ferrariensis diem XXVII. Author Miscellae Bononiensis diem XXVI. Illud ergo unum constare arbitror, pugnatum fuisse Augusto exeunte, die tamen incerta. MANSI

Veneti sibi Carolum Imp. conciliant. (a) Mat. th. Vill. l. 3. c. 68. Genuensium classingens.

Sed contrarii successus spes inanes eludere: Veneti enim, missis oratoribus, Carolum Regem Romanorum sollicitarunt, (a) ut Ludovicum Regem Ungariae a bello inferendo abduceret: nec dissensit Ungarus, cum iustiora illi bella adversus infideles incumbere: eaque sefellit Genuenses expectatio, promiserat enim Ungarus in Dalmatiam cum exercitu se irrupturum, ac tum classem mari imposituri erant Genuenses, qui ob armorum societatem Ungarica insignia vexillis suis adjecere (b). Concurrere (c). inter se adversae classes vigesima nona augusti die in sinu Calaritano qui pacem exoptaverant, & Christi vicario obtemperare se paratos praebuerant, ingentem ac pene incruentam vicioriam retulere. De quo haec habet MS. Vatican. in Innocentio VI. (d): Anno I. suae coronationis die XXV. aug. Januenses fuerunt debellati in Sardinia in mari per Venetos & Catalanos, in quo bello dicti Januenses XXXIII. galeas perdidit & submersa fuerunt cum hominibus. Constat hic Cortusorum historia (e) ac subiicit: Ex hoc triumpho non solum Veneti, sed Padua etiam exultavit, congaudens prosperis Venetorum. O inscia futurorum series, quid gloriaris in prosperis? Haec decipiunt: adversa insituant. Summa infimis & infima summis aequa lance disponit. Dei iudicium, quod non fallit. Aragonii cum Venetis vicioriam adepti exsecutionem fecere inlitas, ac regulum Arborea domituros bello rati qua vi, qua deditioe nonnullis capitis arcibus Arborea petiere (f): sed Marianus regulus Sardonum viribus succinctus obvius iis occurrit, victoreque ingenti praelio fudit septembri mense: ad quem mox prona omnia fuere adeo, ut excepta arce Castris univera insula Aragonios pepulerit: ac rum plures Genuenses bello capti & vinculis evafere: certatum deinde est majori animorum ardore magna utrinque caede. Haec igitur in Sardinia secuta post Genuensium cladem: qua accepta, Pontifex solum in ea Christianum cruorem planxit, redintegrandaeque pacis desiderio Petrum Thomam ordinis B. Mariae de monte Carmelo religiosum virum sanctimoniae gloria clarum ad Genuenses misit, ut ipsos ad pacem cum Venetis & Aragoniis adduceret: quos etiam, ubi pluribus magno ob acceptam cladem dolore affectum se ostendit, ad concordiae admittenda consilia his literis est hortatus (g).

(a) Mat. th. Vill. l. 3. c. 80.

Marianus regulus Aragonios profligat in Sardinia.

Pontificis pro pace redintegrandae studium.

(g) To. 1. ep. secr. p. 193.

XI.

Innocentius, &c. dilectis filiis, nobili viro Joanni de Valente gubernatori, & communi civitatis Januensis. Verebamur utique, filii, verebamur quod accidit: verebamur ex vestra & charissimi in Christo filii nostri Petri Regis Aragonum illustris, ac dilecti filii nobilitis viri... ducis Venetarum amara discordia Ann. Eccl. Tom. XXV.

Christiana gentis excidium, & effusionem cruoris timebamus humani, quae discordia ipsa felicitis recordationis Clementis Papae VI praedecessoris nostri, nostrisque deinde laboribus, quos pro illa sedanda subiimus, vacuatis effectu, intuebamur anxie imminere quasi praeforibus; & nunc, probolor! palpabiliter contigisse sentimus. Per tulit siquidem ad nos multorum nobis amara & infesta relatio, quod nuper vestris, ac Regis & ducis praedictorum gentibus navali praelio laborantibus invicem, multos profundum absorbit, multos gladias devoravit. In quo, etsi detrimenta desquamus temporaliter populi Christiani; animarum tamen pericula potius & amarum deploramus. Et quavis eisdem gentibus vestris minus dicatur prospere successisse, sperantes tamen, quod vos sicut viri prudentes & sapientes bona & mala de manu Domini, aequo suscipientes animo, se vos ad adversa & prospera praeparaveritis, ut nec confestim in illis, nec in his elevemini; universitatem vestram ex paternae ac solite charitatis affectu monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentè rogantes, quatenus prudenter considerantes quot & quanta dispendia, pericula, & mala spiritualiter & temporaliter discordia ipsa, descendit utique, intulit; & quot, & quanta probabiliter & evidenter illatura, quod avertat Dominus, timeatur consultius attendentes, bonum pacis, quod in se omnia bona continet, placide ampleximini, & ad concordiam cum Rege ac duce habendam, eisdem inclinetis animum, disponatis & mentem, &c. Datum apud Villanovam Avinionensis dioecesis. xix. kalendas octobris anno primo.

Condolet Genuensium cladem.

Iisdem consilia pacis.

XII.

Dejecti adeo sunt animis ex ea elade Genuenses, quippe qui universas vires animi certaminis alex exposuissent, ut cum antea Tyrreno mari, Aegeo, ac ponto Euxino dominarentur, & vires cum Graecorum Imperatore ac Rege Aragonum conferrent, Joannis archiepiscopi Mediolanensis servituti Liguriam subjecerint (b) paucis exceptis, monacho nimirum, Methone, ac Roccabruna, quae loca Carolus Grimaldus obtinebat. Praefectus est Genuae ab archiepiscopo Joanne Palavicinus, qui mox publicam rem capeffivie, exauthoratis Joanne Valente praetore, qui reipublicae praefuerat, atque aliis senatoribus (errat Cantacuzenus (r), qui Simonem Buccanigram collocat.) Quanto rei Genuensi, nominique Christiano tuisset consultus Dei vicarii lacrymosis precibus atque imperiis, ut pacem cum Venetis, arma in Thracis pro Christi domini tuenda gloria jungerent, obtemperasse. Ceterorum Andreas Dandalus ac Veneti, tam pulchram & spectabilem consecuti victoriam, saluberrima pacis consilia amplecti recusarunt. Ponebat ipsis ob oculos Romanorum

Jo. archiep. Mediolanensis se subieciunt.

(b) Cortus. hist. l. 10. c. 7. Cant. l. 4. c. 32.

Matth. Vill. l. 3. c. 86. Foliet. l. 7. Bizar. l. 7.

(c) Cantac. l. 4. c. 32.

Sollicitati ab Innocentio Veneti ad pacis consilia.

manus Pontifex, quam dignum esset eorum celsitudine elatos coercere spiritus, referre gloriam divino Numini, temperare bello in fideles, armaque contra Turcas convertere, ut barbaricam favitiam ac licentiam reprimerent; & ut oratores ad sedem Apostolicam pro universa sedanda discordia mitterent, hisce literis obsecrabat (a).

(a) To. 1. ep. secr. p. 194.

XIII. Moniti ne ex victoria sa-purbiantur.

Rogati ut constantibus Christi-antibus.

Mittant pacificas concordie interpretes.

XIV. (b) Ib. p. 194.

Licet gentibus ipsius Regis (nimirum Aragonum) ac suis feliciter prospereque successisse dicatur, & per consecutionem victoria cum mundo sententibus titulis di-cti Regis & suis honor videatur adhaerere; credimus tamen, quod tu, sicut vir catho-licus Deum timens, eidem Christiano popu-ulo in factura tam grati compatiaris, & quod animus tuus nulla propterea elatione tentetur, in nullo protinus intumescat: im-mo speramus, quod eo potius & promptius disponatur ad pacem, quo huiusmodi a Deo victoriam in humilitate spiritus, ut confi-dimus, recognoscis. Sub huiusmodi itaque fiducia nobilitatem tuam monemus, requi-rimus & hortamur in Domino, illam atten-te rogantes, & per viscera misericordiae Dei attentius obsecrantes, quatenus ea, quae compendiose praemisimus, pura mente reco- gitant, & attente considerans, quantum ex discordia ipsa favoris adimitur pusillo gregi dominico, populo scilicet Christiano partium orientis, quantumque illi discrimen imminet, dum persecutores ejus infideles, pagani videlicet, intuentes eos, quorum potentia & virtute ipsorum reprimi consu- vit audacia, invicem dissidere, ac per hoc eundem populum consuetis auxiliis & praesidiis destitutum captata opportunitate tem- poris, in ipsum immaniter seerviunt, & li-venter insurgunt; cum ipsi communi ja-nuensi pacem & concordiam pro divina, & nostra ac apostolica sedis reverentia, & praemissorum intuitu benignis admittas, mittens ad sedem Apostolicam circa festum beati Andreae Apostoli futurum aliquos vi-ros probos, timentes Deum, & zelum pacis habentes, nuncios tuos, cum quibus plenam potestatem habentibus, convenientibus etiam dictorum Regis & communis nunciis, quot ad dictam sedem similiter convocamus, hui-usmodi (praesente Deo) inaeatur pax, & concordia roboretur memor, quod ille verus victor est, qui pietate vincitur; & qui pietati servit, vere dominus comprobatur. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis III. kal. octobris anno primo.

nes porro archiepiscopus Mediolanensis, qui sine pugna ac periculo, Venetis mag- nis antea cladibus affectis, obrutisque Genuensibus, universi belli praemia, Ligu- riam scilicet retulerat, correpta Genuen- sium clientela, oratores misit (c) ad Ven- etos, qui pacem rogarent, ac pollice- rentur Genenses in posterum Venetis fra- trum loco futuros. His auditis Dandalus dux, vocato senatu, exitiale Christianae fidei ac rei Venetae periculosissimum consilium suscepit, scilicet non admittendae pacis, sed bellum archiepiscopo inferen- di; cui vertebat crimini, hostes Veneti nominis suo patrocinio texisse: ac mox u- niversa pene Italia & Germania ad ar- morum societatem sollicitata. Non ta- men ideo defecit animo Christi vicarius, sed praecibus & hortationibus extremo anno repetitis, egit (d) apud Joannem archiepiscopum Mediolanensem, Petrum Regem Aragonum, & Andream Danda- lum ducem Venetorum, ut oratores pro concordia tractanda circa natalitia Do- mini ad pontificiam aulam mitterent: in- eoque Innocentius sequenti anno contem- ptione magna desudavit. Eadem de re, meminit etiam Cortusorum historia his verbis (e): Joannes Vicecomes archiepis- copus Mediolani quasi dominus totius Lom- bardiae, acquisito dominio Januae, per no- biles legatos rogavit pacem a Venetis de- negatam. Hac de causa legati partium i- verunt Avenionem coram Papa in MCCCLV. mense februarii. Non respondit exitus pon- tificis votis.

Postulan- tur de pa- ce a Me- diolanea- si.

(c) Mar- th. Vill. l. 3. c. 93. Sumptua ab An- drea Dandalo exitiale consili- um.

(d) To. 1. ep. secr. p. 227. 228.

Pericu- lum dis- cutere ni- titur Pontifex. (e) Cor- tus. hist. l. 10. c. 7.

Dedit praeterea operam Innocentius in- eunte pontificatu, ut funestum aliud bel- lum extingueret, quod diuturno tempo- re Francorum & Anglorum arma exercu- erat, innumeraque rei Christianae mala pepererat: missusque est Guido Cardina- lis Portuensis episcopus, (f) ut industria sua pacis consilia promoveret, fultusque autoritate, ut pactiones foederis a Re- gibus admittas, iisdem sacramento ada- ctis, sanciret (g); adversas paci armo- rum coitiones rescinderet (h) & censuris quovis contra tendentes nullo dignitatis discrimine percelleret (i).

XV. Agitata ab eodem Gallum inter & Anglum pak.

(f) To. 1. ep. secr. p. 22. c. an. 1. ep. l. 2. cur. 29. 30. 31. (g) An. 1. l. 2. ep. cur. 29. (h) Ib. ep. cur. 30. (i) Ib. ep. cur. 31.

Innocentius, & venerabili fratri Guidoni episcopo Portuensi. Inter alia, quae ministerio apostolica ser- vitutis nobis incumbunt, illud desideramus praecipue, ut inter charissimos in Christo filios nostros Joannem Franciae & Eduar- dum Angliae Reges illustres, sublata dis- sensionis materia, pax & concordia reformentur, vigeat tranquillitas, beatitudo quietis exuberet, ac status pacificus per- severet. Attendentes igitur, quod tu, qui usipote fervidus praemissorum zelator ad partes regni Franciae de nostro beneplacito accessisti, & inibi praesentialiter commoraris, ad reformationem pacis & concordiae bu- jus-

jusmodi tuum ferventer studium interponis; desiderantes quoque ut, si eo faciente, qui salutis & pacis est auctor, tua nostra con- formis circa praemissa intentio votivum for- titum effectum, illa quae fieri contigerit solida firmitate perdurent; fraternitati tuae, de qua in his & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, confirmandi, appro- bandi, & ratificandi auctoritate apostolica tractatur & conventiones auctore huiusmodi pacis & concordiae inter Reges praedictos, nec non principes, magnates, valitores, auxilia- tores, & sequaces ipsorum ac adherentes ef- dem nihilominus, postquam huiusmodi tracta- tus & conventiones auctore Domino facti, & a Regibus ac aliis praedictis sponte re- cepti & approbati fuerint; ab eis & eorum singulis deviolabiliter observandis pacta, juramenta, & etiam submissiones recipiendi, contractorum quoque per censuram ecclesia- sticam appellatione postposita compefendi, plenam & liberam concedimus auctoritate praedicta tenore praesentium facultatem; non obstante si eidem vel quibusvis aliis com- muniter vel divisim a sede Apostolica sit in- ductum, quod interdicit, suspendi vel excom- munitari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam & de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio- nem. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis III. id. maii anno I.

(a) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040.

(b) To. 1. ep. secr. p. 219. Variis disturbata eventibus. (c) Super MS. 2040.

Plures etiam praefules pro ea pace com- ponenda, ineundisve induciis missos ab Innocentio Papa: ad utrumque Regem, refert MS. Vaticanus auctor (a). Demum post varios labores Guido Cardinalis, as- sentiente Francorum Rege, agitavit cum Henrico comite Lancastriae de ineunda concordiae ratione; & uterque convenit (b), ut constituta die Eduardi & Joan- nes Reges suos oratores ad pacificanda foedera mitterent: sed in longiora tem- pora subinde res extracta, ac postremo designata die, alterius Regis, nimirum Eduardi, oratores abfuerunt. Ac sigillat. MS. Vaticani (c) auctor Gallum Regem, qui foederis legibus Guidone interprete- initis stare decreverat: Huius, inquit, tempore D. Guido Boloniensis Cardinalis de consensu Papae & suo motu proprio ivit in Franciam suis expensis ad tractandum pa- cem cum dicto Rege & Eduardo Rege An- gliae: propter quem tractatum dux Burbo- ne pro parte Regis Franciae cum aliis am- bassiatoribus dicti Regis, dux Lancastriae cum aliis ambassiatoribus pro parte Regis Angliae venerunt Avinionem tempore Inno- centii VI. anno coronationis suae primo ad- persistentem ea, quae ordinata erant per dictum dominum Cardinalem circa dictam pacem inter dictos Reges habendam: sed ultimate concordare non potuerunt, & dis- cordes de curia dicti Regis cum eorum am- bassiatoribus ad eorum duces recesserunt:

& hoc propter defectum Regis Franciae par- tis, ut communiter dicebatur, illo tunc de- negante, ea quae erant tractata, scripta, & sigillata per ipsos, atque jurata in ma- nibus & praesentia dicti domini Cardinalis de voluntate & assensu dicti Regis Fran- ciae, & sui consilii. Quam funestas inde Joannes Rex clades sibi pepererit, non dis- pari exitu quam cum illius pater Philip- pus pactas cum Anglis oratoribus concor- diae formulas revocavit, ex quo Anglicum bellum exarsisse diximus, quo tot annis Gallia conflagravit, videbitur inferius. Ob rescissum, antequam coalesceret, huiusmodi foedus magno dolore affectus Innocentius, componendae pacis cupidif- simus, Reges eorumque proceres, sancti- oribus consiliis adhiberi solitos, iterum IV. id. julii est cohortatus (d), ut popu- lorum quos bella attriverant, misereren- tur: averterent imminetia discrimina, & supremi Regis in pace curanda imita- tores essent. Inscriptae sunt Regi Fran- corum hac forma: eae literae (e):

(d) To. 1. ep. secr. p. 129. 130. 131. 133. 134. (e) Super pag. 129.

Innocentius, &c. Joanni Regiae Fran- ciae illustri. Non sine gravi displicentia & amari- tudine intellecto, quod negotium ipsum, quod fini proximum credebamus, cujusque celere & laudabilem exitum expectaba- mus desiderii anxii, per prorogationes & terminos nocive nimium ac periculose differretur; & quod nuntii, qui in ultimo termino ac prorogationibus illius conveni- re debuerant, non convenerant; quodque trenga, tempus sic breve initae afferuntur, quod non poterit commode infra illud de pace tractari, dolenter audito; nos cupi- entes & desiderantes attentius inchoato ne- gotio prosecutionem utilem non deesse, ac sperantes, quod ille Rex pacificus, cujus in pace factus est locus, super tot tantif- que afflictionibus, quot & quantis utrius- que regnorum ipsorum populos praeteritorum temporum calamitas fatigavit, pietate mo- tus in huiusmodi tam anxiae, tamque de- siderabiliter concupitae pacis negotio no- stis & communibus eorumdem fidelium Chri- sti votis misericorditer condescendet: ser- nitatem tuam monemus, requirimus, & hor- tamur in Domino, illam attente rogantes ac per viscera misericordiae suae attentius obsecrantes, quatenus prudenter considerans quod nil pulchrius relictis in Regibus, quam ut se pacificos verbo & opere, per quod Regis omnium redemptoris sortiuntur titu- lum, imitentur & actus, patenter osten- dant; & diligenter attendens quot & quan- tis periculis obviamus, quantaque populis ipsis maxime ac aliis pluribus bona prospici- ces, si pacis bonum benignus & pius (sic- ut de gratia divina confidimus) amplexeris, animum tuum habilites ad concordiam & disponas ad pacem, &c. Addit Rai- mundum Pelegrini Apostolicae sedis inter- nun-

Plangit Pontifex moras in- necti.

Populos innume- ris malis obijci.

Monitus Joannes Rex, ut discrimen avertet- ret.

nuntium mitti, cui in his, quae pontificio nomine aperiet, fidem adhibeat. Dat. apud Villanovam Avinionensis dioecesis xv. id. julii anno i.

Violatae ab Anglis induciae.

(a) Martini VIII. l. 3. c. 66. Postea redintegrata.

(b) To. 1. ep. fecr. pag. 88.

(c) Gestis Innoc. VI. apud Bosq.

Missi a Regibus ad Pontificem oratores.

(d) To. 1. ep. fecr. p. 78.

Flandri & Brabantini dissident. Hannoneum arbitrum deligunt.

(e) Meyer. annal. Fland. l. 13.

(f) Valin. in Eduar. III.

Induciarum cum Joanne Rege specie involutum bellum gerebat Eduardus, nonnullaque in Aquitania & Britannia arces dolo subegit, ut refert Matthaeus Villanus (a): quibus Gallus laceratus Anglorum bellum mense maio indixit: sed Guido Cardinalis Bononiensis & alii praesules, inter quos apud Eduardum Simon archiepiscopus Eboracensis & Wilhelmus episcopus Norwicensis ab Innocentio Papa adhibiti (b), strenuam adeo in sopiendo bello operam navarunt, ut induciae redintegratae fuerint: atque etiam, ut Pontifex magnis votis contenderat, Henricus Lancastris ab Eduardo, a Joanne dux Borbonius missi ad sedem apostolicam accesserint, ut pontificia opera pax firmaretur: qua de re haec Innocentii vice scriptor (c): Praterea dictus Papa, desiderans pacis reformationem inter Reges Franciae & Angliae, circa ipsam tractandam & proseguendam intendere voluit in propria credens plus proficere, quam si per alios fieret. Etiam ob hoc operatus est, quod dicti Reges tunc ad ipsum hac de causa miserunt duces Borbonii & Lancastriae, qui aliquandiu super hoc secum fuerunt: sed post multa nihil factum est, quoad effectum de quo agebatur & quarebatur. Verum de his iterum anno insequenti.

Restituenda etiam Belgio publicae concordiae sollicitus Pontifex, cum inter Ludovicum Flandriae comitem & Margaretam comitissam Hannoniae gravis dissensio exarsceret, Innocentius xvi. kal. maii Petrum episcopum Cameracensem Apostolicae sedis internuntium plurima instructum autoritate transmisit (d). Mentio fit in additionibus apud Rebdorsium de controversia inter ducem Brabantiae ac Flandriae comitem exorta, ac Willelmum ducem Hollandiae comitissae Hannoniae filium delectum arbitrum: ipsumque ob insignem in ferenda sententia perjurium divinitus funesta morte affectum. Quod ad Flandriae comitem attinet; is erat Regi Francorum addictissimus, eundemque Belgas ad Joannis Regis obsequium adduxisse significat Meyerus (e); atque etiam indicat Wallinghamus (f) Anglorum Regis partes abiecit. Nondum vero illi anathematis & interdicti ecclesiastici poenis, quibus ex veteribus Clementis V. edictis ob perductionem se irretierant, erant soluti: ac se ob securas Eduardi Regis Anglorum partes, qui ad ipsos, ut vidimus alliciendos eludendaque edicta apostolica Francorum Regis nomen invaserat, perjurio devinxisse, censurasque contraxisse fateri detrectabant. Innocentius autem eorum salutis cupidissimus

Cameracensem ac Tornacensem episcopos dare operam iussit (g), ut eos ad flagitandam ecclesiae gratiam permoverent.

Patravit inter haec atrox facinus Carolus Navarrae Rex, ex quo magnis tumultibus Galliae sunt confusa: is enim Engolismensi comitatu a Francorum Rege focero donatus, ut illum contra Anglorum Regis potentiam defenderet, cum nonnisi magnis sumptibus a finitimi hostis irruptionibus vindicari posse doleret, ut suo parceret avaricio, illum Regi Joanni restituerat, quem Rex Carolo Hispani generis magistro equitum, viro fortissimo, contulit. Tum igitur Navarrae Rex odio & invidia incensus novum comitem noctu dormientem cum scariis adortus ferro confodit: ex quo aliique flagitiis Mali nomen sibi peperit, in ipsumque Joannes Rex legibus agere constituit.

Homicidae Regi Navarrae scelerebus par fuit Petrus Castellae Rex, qui adulteris & caedibus Hispanias foedavit. Is antequam Blancam Philippi ducis Borbonii filiam, regio Gallorum sanguine satam, uxorem duceret, Mariae Padilliae amoribus irretitus adeo erat, ut moleste ad conjugem adductam e Gallis accesserit: peractaque nuptiarum celebritate, Blancam deseruerit, quamquam Maria mater Regina atque Eleonora amita ipsum maxime precibus urgebant, ne tanto dedecore regium nomen inficeret, neve justa Gallorum arma in se concitaret. Sed effrenatae libidinis juvenis Rex vesania habenas laxavit, conculcatoque divini Numinis metu, ad scortum, abjecta Regina, est reversus. Cujus turpitudine audita Pontifex, regiae salutis sollicitus, Petrum officii conjugalis kal. maii admonuit (h), ne auctorem conjugii Creatorem in male habenda conjugis injuria afficeret: ac Mariam Reginam, ut filium ad frandas divinarum legum metu cupiditates percelleret, hortatus est; tum Blancam Reginam viri gratiam capere, eoque voluntatibus morem gerere iussit (i).

At Rex impudicus nec pontificiis, nec matris, nec principum suorum monitis flecti potuit: sed principes & praesules, qui sacra matrimonii jura tuenda suscipere, ferro flammaque infectatus est, indeque civili bello Castella conflagravit. Ferunt (k) injectam Petro magico carmine amentiam Judaei opera ad Mariae Padilliae preces, cum zona, qua Petrus Rex a Regina donatus fuerat, quaque ob cultus elegantiam admodum oblectabatur, in draconis speciem mutata praecinctus visus esset.

Contrariam Petro crudeli clementiae laudem tulit in Germania Carolus Romanorum ac Boemorum Rex, quem ingenti pretio liberalisse vinculis Rupertum de-

(g) To. 1. ep. fecr. p. 79. Navarrae Regis crudelitate facinus.

Mali cognomen illi inditum.

XVI.

Petrus Castellae Rex in vitia praecipuus.

(h) To. 1. ep. fecr. pag. 89.

(i) Ead. pag.

(k) Innocen. vit. auct. apud Bosq. Marian. l. 16. c. 18. & alii.

XVII.

(a) Rebdors. in annal.

Henricus olim Moguntin. archiep. subita morte sublatu. (b) Id. ib.

(c) Id. ibid.

Cuno conciliatur ecclesiae. (d) To. 1. ep. fecr. pag. 122.

Gratulantur Innocentio de adepto Pontificatu Reges. (e) Ib. pag. 18.

(f) Pag. 19.

(g) Pag. 127.

(h) Pag. sup. 19.

(i) Super pag. 122.

ducem Bavariae in marchia Brandeburgensi a duce Saxoniae captum, scribit Rebdorsius: additque (a) eundem Regem morum suavitate Germanos omnes tum proceres tum urbium cives & populos sibi devinxisse; ac publicam pacem & felicitatem, sopitis regia manu etudine discordiis, adduxisse: extincto vero mense septembri focero Rodulpho duce Bavariae plures urbes suae ditioni adiecit. Cumque Moguntiam Moguntinorum lacrymosis precibus flexus accessisset, ut desolata nimirum Moguntinae ecclesiae consulere, quam vastabat Henricus schismaticus exauctoratus, in Gerlacum archiepiscopum ira frendens idem Henricus repentina morte ad divinum tribunal raptus est: diabolica enim illius pertinacia humanae poenae pares esse non poterant. De quo haec memoratus auctor (b): Eodem anno mense decembri idem Rex Moguntiam venit, cui populus & clerus ibidem cum vexillo Crucifixi occurrebant, petentes vindictam de Henrico quondam archiepiscopo Moguntino deposto, & domino Cuno de Falkenstein ipsius procuratore, qui multis gravaminibus in personis & rebus ipsos flagellabant: & sic Rege una cum Gerlaco archiepiscopo Moguntino, a sede Apostolica proviso, cogitante de statu ecclesiae & dioecesis Moguntinensis, ipse Henricus praedictus ex improviso in vigilia natiuitatis Domini moritur. Extincto illo, Carolus Rex restituendae pacis studio Cunonem, qui tristes illius exitus, cujus scelera erat imitatus, perhorrescere poruit, brevi cum Gerlaco archiepiscopo (c) conciliavit; ut nimirum, pacata universa Germania, Italiam expeditionem feliciter conficeret. Adeo vero Cuno ad Caroli gratiam aditus captavit, ut sacerdotiis amplius auctus fuerit, ac demum expiato antea rite superiori crimine, Trevirensis archiepiscopatum vita functo proximo anno Balduino, sublaroque paulo post ejus successore, consecutus sit.

Non praetereundum de Carolo videtur, ipsum, accepto evecti ad pontificatum Innocentii nuntio, exaratis regia manu litere gratulatoriis, Pontificem cohortatum esse (d), ut gubernacula ecclesiae magna sollicitudine ac divini Numinis gloria moderaretur, animarumque salutis studeret: quod etiam officium praestitisse novo Pontifici alios Reges, ostendunt Innocentii ad Joannem Francorum (e), Carolum Navarrae (f), Ludovicum Ungariae (g) Reges, aliosque principes (h) datae literae. Quae vero Romanorum & Boemorum Regi transmissae, hac forma conceptae sunt (i).

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri salutem, &c.

Magnitudinis tuae literas, regia manu scriptas, per quas nos ad salutem gubernationem & curam universae ecclesiae mira exhortatione ac filiali studio excitasti, benignitate ac affectione plenas recipimus: & inde tibi tanto uberiores gratias agimus, quanto filialem charitatem tuam erga nos per eas cognovimus ampliores, dum absens corpore, mente praesens salutaribus consiliis nos informas. Itaque omnipotenti Deo devotus & humiles preces effundimus, ut ipse, cujus vices (licet immeriti) gerimus, sic imperfectum supplere, siquae actus nostrorum dirigere in beneplacito suo pia miseratione dignetur, quod ecclesiam ipsam, ad sui laudem & gloriam, ac salutem populi Christiani, eo praestante, regere valeamus. De salute quoque tua, & prospero imperii tui statu solliciti reddimur; & eum, per quem vivis & regnas, utinam sic utiliter sicut efficaciter, propterea exoramus. Ceterum decreveramus sublimitati tuae propria similiter manu rescribere, & prementis nos sarcinae onera stylo domestico diffusus aperire: sed impediti praesentialiter id exequi non valeamus. Datum apud Villanovam Avinionensis dioecesis xv. id. junii anno i.

Missi vero a Carolo ad Innocentium fuerunt repetiti oratores (k), inter quos episcopus Vratislaviensis fuit, de quibus meminere historici (l) Poloni: traduntque Carolum contendisse a Pontifice, ut Vratislaviensem ecclesiam Pragensi subiceret: sed Casimirum Poloniae Regem legatis ad sedem Apostolicam oratoribus obtulisse, cum ea ecclesia liberalitate Regum Polonorum vestigalibus instructa ac locupletata fuisset: quos etiam accessisse referunt, ut Innocentius Casimirum Regem in gratiam cum ecclesia, delictis venia ejus criminibus, restitueret: is enim pluribus cladibus a Lithuanis infidelibus attritus, omnes eas calamitates divino iudicio ob sacerdotem, a quo de coercendis impudicis cupiditatibus atque Adleyda Regina thoro restituenda admonitus fuerat, mersum flumine, & violatum jus ecclesiasticum tribuebat: ab eo namque tempore barbari, quos pluribus antea victoriis atriverat, aucti animis ac secundis successibus extrema omnia intrentabant: quos etiam hoc ipso anno Poloniam suis vexasse excursionibus, ac manubiis & spoliis onustos in Lithuaniam rediisse, narrat Michovias his verbis (m).

Lubardus dux Lithuaniae secreta ad civitatem Halicensem, quae per Casimirum tenebatur, septima die julii anno Domini MCCCCLIII. perveniens, induciis inter Regem Casimirum & Lithuanos iurejurando firmatis inique violatis, eam impugnavit, & mis-

Pontificum responsum ad Romanos. Regem.

XVIII. (k) Eod. 10. 1. ep. fecr. pag. 47. & 120. (l) Mich. l. 4. c. 19.

Polonus criminum veniam poscit. Acceptas a Lithuanis clades ultioni divinae tribuit. (m) Eod. c. 19.

Barbarorum excursionem in Poloniam.

& magna multitudine civium atque mercatorum occisa, civitatem succendens, cum spoliis veloci fuga in Lithuaniam rediit: praedaque in tuguriis deposita, cum majoribus copiis versus Zavidchok nona die septembris venit, & villas atque rura in quatuor milliaribus a singulis partibus confistentes spoliis, caede, & igne vastavit; & antequam milites Polonorum arma sumerent, raptam praedam in latibula Lithuanorum duxit. Haec mala propter scelera Regis Casimiri estimantur provenisse, maxime propter culpam in Christi dominos Bodzantbam episcopum Cracoviensem & Martinum Barizkam patratam. Ad quam delendam anno praecedenti, scilicet MCCCLII. Albricum cancellarium Dobrzinensem & plebanum Bochouensem Rex Casimirus ad Clementem VI. in Avinionem misit, simulque ne Vvratlaviensis ecclesia a suo Gneznenfi Metropolitano alienaretur: Carolus enim Romanorum & Boemiae Rex, missis solemnibus nunciis ad Papam, Pragensi archiepiscopo eam subijci deposcebat. Suscepitque ac sustulit, ac devote Rex Casimirus omnes conditiones penitentiae infunctas peregit.

Primum enim jus libertatis universis vilis ecclesiae Cracoviensis reddidit, ecclesiamque Vvratlaviensem quadra & polita petra sumptuoso opere, priori ecclesia humiles muros habente demolita, item ecclesiam S. Mariae Sandomiriensem, item Stobnicensem, Szidloviensem, in Zagofz, & Gargou ecclesias in satisfactionem sceleris & supplementum penitentiae pulchris muris formavit. Obtinuit etiam praefatus Albricus a summo Pontifice, ut per decimam quadriennalem universus Poloniae clerus contra subitus Lithuanorum insultus subveniret. Obtinuit etiam ne ecclesia Vvratlaviensis a corpore Gneznenfi metropolitico scinderetur, deducendo in consistorio apostolico evidentibus probationibus, a Regibus & ducibus Poloniae eam fundatam & dotatam, prout superius dictum est. Sub eo quoque tempore Casimirus Rex Poloniae, certo privilegio ecclesiae & dioecesi Cracoviensi concessit, omnes colonos & rusticos ad ducendum manipularem decimam ad loca per dominos decimarum electa perpetuo esse ascriptos decrevit. Expiatis Christiana poenitentia culpis, Casimirus vires adversus infidelium Lithuanorum potentiam collegit, eorumque contudit ferociam, ut suis locis inferius narrabimus. Nunc addimus, Pontificem sequenti anno decumis ecclesiasticis eundem Casimirum instruxisse (a), ut facilius bellicos sumptos toleraret.

Interea cum insolens in dies Turcarum barbaries ex Christianorum infans diffensionibus, Dei vicarius, ut orientalibus oris confuleret, sacras ecclesiarum oves ad fidem defendendam derivandas censuit, nonnullisque in regnis triennales decimas indixit. Extat ea de re subjectum

diploma (b), in quo, ubi nonnulla de foedere a Clemente VI. cum Venetis, Rhodiis equitibus, & Rege Cyprio in Turcas inito, deinde ad biennium extracto, est praefatus, has causas imperati ecclesiastici vectigalis adjungit.

Innocentius &c. ad futuram rei memoriam.

Licet hujusmodi negotium (scilicet Smyrnense) favente Deo, cujus est proprium, satis hucusque successus felices habuerit; tamen Turcorum ipsorum furor immanis, & hostilis persecutio compepsi a deo nequiverunt, quin fideles ipsos solitis incommodis & damnis afficiant, pressuris fatiant, lacebant injuriis, gravent molestiis, angustiis atterant, & temporaliter ac spiritualiter intolerabilibus detrimentis affligant, satagentes assidue loca partium earumdem, quae pusillus grex Domini, populus scilicet Christianus inhabitat, & praecipue civitatem Smyrnarum (pro qua de infidelium ipsorum saecis eripienda manibus, & ab ea gentilitatis errorum aboleris contagio tantum Christiani sanguinis fuit effusum) eorum tyrannica subicere potestati, ut laudantium Dominum pia exinde religione deleta, colendus ibidem inferatur abominabilis Machometus. Quae nos anxie cogitantes, & super eis compatientes ab inimicis fidelibus antefatis; & attendentes, quod ipsi adversus Turcorum eorundem effraenem audaciam, & audacem insaniam necessaria protectionis & defensionis impendenda praesidia, & quod insuper recuperationi & custodia terrarum ipsius ecclesiae, quarum magnam partem tyrannica sibi subiecit ambitio, & rursus subicere tentat, quibus deesse non possumus, prout nec intendimus, nec debemus, sufficere non possumus per nos ipsos pro eo, quod camera nostra, quae in propriis est admodum attenuata redditibus, aliorumque negotiorum emergentium undique sarcina & inevitabilium sumptuum onere praegravata; ac dignum reputantes & equum, quod eadem ecclesia in suis & eorundem fidelium necessitatibus ab ecclesiis aliis, quibus eam fundator ejus Jesus Christus in dominam praefecit & matrem, sentiat relevamen; consulta cum fratribus nostris ipsius ecclesiae Cardinalibus super hujusmodi habita deliberatione matura, de ipsorum consilio decimam omnium ecclesiarum proventuum, duximus exigendam per tres annos continuos a venerabilibus fratribus nostris Arelatensi, Aquensi, Ebrudunensi, Viennensi, Lugdunensi, Tarantasiensi, Bisuntino, Trevirensi, Duracensi, Patracensi, Cretensi, Corinthiensi, Corphiensi, Thebano, Atheniensi, Neopacensi, Neopatriensi, Nixiensi, Fisciensi, Colossensi, & Nicosensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis & aliis personis ecclesiasticis secularibus & regularibus, &c. Dat. Avin. kal. decembris pontificatus nostri anno 1.

(b) Eod. 10. 1. ep. fecr. pag. 236.

Smyrna in discrimen a Turcis conjecta.

Eorundem in Chittianos gratulatio.

Intercedit Polonus, ne Vvratlavia Gneznenfi archiep. contribuatur. Injunctam poenitentiam rite obit.

Conditae ab eo ecclesiae.

Restitutum jus sacerdotale.

Poloniae decumae in barbaros concessae. (a) To. 1. ep. fecr. pag. 217.

XIX. Imperator pro sacro in Turcas bello decumae.

Ad muniendam comaeu Smyrnam Pontifex duas naves suis ac foederatorum principum sumptibus frumento onustas, cum ad sustinandum in arce Smyrnenfi praesidiarium militem stipendia submisit (a), Andreamque Dandalum Venetorum ducem, Deodatum Gosonium Rhodiorum equitum magistrum, atque Hugonem Cypri Regem sacri in Turcas foederis socios sollicitavit, ut parem auri vim singuli conferrent (b): docuitque quanto discrimini Smyrna exposita esset, quantumve ex illius expugnatione dedecus ac damnum in Christianum nomen redundaturum esset.

Conjecti quoque in tantas a Turcis angustias erant Philadelphii Asiae populi, ut missis ad sedem Apostolicam oratoribus, Innocentio Papae Philadelphiae principatum contra Turcarum barbariem atque asfiduas irruptiones asserendum obtulerint. Excepti fuere humanissime, atque a Pontifice responsum datum, ipsorum clientelam contra effrenatos Turcarum impetus susceptum iri: sed cum multo amplius ipsorum animabus, quam corporibus esset consulendum, ad schisma dammandum ipsos provocavit (c): comparata enim divina gratia, ac restituito religionis splendore, feliciter hostem fidei propulsandum.

Clero & populo civitatis Philadelphiae veram fidem agnoscere, & agnitam custodire.

Felicis recordationis Clemente Papa VI. praedecessore nostro adhuc in humanis agente, venerunt ad sedem Apostolicam Emanuel Magala referendarius ecclesiae Philadelphiae, & nobilis vir Emmanuel Theodorucanus miles Philadelphiae, nuncii & ambassatores vestri; & hostilibus persecutionibus ac impugnationibus gravibus, quibus infidelium Turcorum nefanda crudelitas & saeva impietas vos incessanter affixerant, & inhumaniter affligebant, insinuatione provida recensitis, eidem praedecessori humiliter & lachrymabiliter supplicarunt, ut ipse ad vos pietatis suae viscera clementer aperiens, adversus eorundem Turcorum satiriam vobis opem ferre salutaris auxilii dignaretur; offerentes pro parte vestra eidem praedecessori, quod vos civitatem vestram, nec non castra, fortalitia civitatis ipsius, & alia quae possidetis, ac vos ipsos quoad temporalia subijceretis & daretis eidem praedecessori & sanctae Romanae ac universali ecclesiae in perpetuum jure domini: & quod illi vel illis, quem vel quos idem praedecessor deputaret ad id, praedecessoris & ecclesiae praedictorum nomine in hujusmodi temporalibus parerent. Idem vero praedecessor hujusmodi miserabili & calamitosa statu vestro non sine affectu multae compassionis audito, cogitabat anxie qualiter vobis non solum temporaliter, sed &

Ut se Romani Pontificis imperio subijcere vo-luerint.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

spiritualiter etiam subveniret, ut iniquis Turcorum ipsorum conatibus in virtute Domini superatis, & abdicatis erroribus, quibus antiquum schisma vos a gremio ipsius ecclesiae, extra quam nulli est gratia, nulli salus (seducente illo, qui primum schisma suscitavit in caelo) fecerat alienos, sicut temporalibus adjuti suffragiis triumpharetis de temporalibus hostibus, sic readunati spiritualiter fidelium coetus, & velut pecudum more vagantes in caulam Domini, ipsam scilicet ecclesiam congregati, aeternis cruciatus etiam nesciretis. Sed quoniam ille, qui vivificat & mortificat, quique ducit ad inferos & reducit, terminos qui praeteriri non possunt, ipsius praedecessoris vite constituens, eum de tenebris mundi hujus aeternam vocavit ad lucem, cogitatus suus, quem super hoc in Domino ipse jactaverat, effectum debitum habere nequivit.

Eodem itaque praedecessore in Domino quiescente, nos (permittente Deo) licet insufficientibus meritis, ad apicem apostolice dignitatis assumpti, hujusmodi negotio necessarium & utilem prosecutionem deesse, nolentes; attendentes, quod juxta doctrinam Domini saluarem regnum Dei primo quaerendum est, ut adiciantur omnia post haec vobis; nuncios & ambassatores ipsorum coram nobis & fratribus nostris ejusdem ecclesiae Cardinalibus personaliter accersitos interrogavimus, utram super spiritualium negotio, scilicet super abjuracione schismatis & errorum, nec non recognitione primatus ipsius ecclesiae, & regressu vestro libero, puro, simplici, & effectuali ad ipsius unitatem ecclesiae haberent aliquam potestatem: cumque ipsi dicerent, se super hoc potestatem aliquam non habere; nos attendentes, quod salus corporibus firma esse non poterat, quorum animae languoribus praegravata ac tenebrarum caligine obsita ipsum verum lumen de lumine, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, vera & irrepercuta non possunt acie intueri, cum eisdem fratribus nostris deliberationem super hoc habuimus diligentem: & demum, licet nostra & omnium fratrum nostrorum corda super tot tantisque afflictionibus vestris multa fuerunt pietate commota, & ad impendendum vobis super eis auxilium nostra & eorum vota communiter resedissent; tamen utilius, immo necessarium amplius visum fuit, ut prius negotium spiritualium hujusmodi soliditatem reciperet, quam vobis auxilium temporaliter praeretur.

Sperantes igitur, quod illius Spiritus, qui ubi vult spirat, spiramine inspirati animarum vestrarum salutem protectioni & defensionem corporum praeratis; & quod illa inspirationis vestrae principalis intentio fuerit, ut cum tuitione corporum saluationem quoque animarum salubriter peteretis; &

Agitatum sit a Clemente de ferenda iis ope.

XXI.

Interrogati sunt Philadelphii ab Innocentio, an schisma pure velent exuere.

Eccc con.

Moniti
ut prius
consulant
animæ sal-
luti.

confisi etiam, quod ille, qui vobis hunc pietatis suæ rore insudit & inspiravit affectum, vos efficacia virtutis suæ in eo constanter & solide roborabit; universitatem vestram requirimus & hortamur in Domino, illam attentius deprecantes, ac sanis vobis consiliis suadentes, quatenus attendentes, quod ille princeps cælestis exercitus, ille dux ætherei principatus, in conspectu cujus non est differentia in multis liberare vel paucis, si relictis omnium errorum & schismatum tenebris ad catholica ac indivisibilis fidei limpidam veramque lucem & unitatem ecclesiæ prædictarum patris cordibus & sinceris mentibus redeatis, paucitatem vestram adversus multitudinem Turcorum ipsorum eo fortificabit robore, eaque fortitudine roborabit, quod ipso præstante unus vestrum mille persequetur ex illis, & duo decem millia transmovebunt; prædictos, qui ad vos de nostra beneplacito revertuntur, vel alios nuncios vestros cum pleno & sufficienti mandato ad abjuratorem & recognitionem hujusmodi, pure, simpliciter, & absque omni velamine faciendas, ad nos cum omni celeritate ac festinantia remittatis, ut eis regredientibus super hoc sufficienter, ut præfertur, instruetis & opportuna potestate munitis, ad consummationem votivam & felicem & prosperam tam salutaris negotii debita prosecutio solite impendatur: sicque vobis ipsius vera fidei lumen resplendeat, & sicut spiritualiter, sic & temporaliter vobis a Domino per nostrum ministerium salus fiat. Intendimus enim eo casu ad vos, favente Deo, transmittere aliquos viros timentes Deum, & in ipsius lege plenius eruditos, quorum sana doctrina errores confutare, quæstiones, & ad veram ipsius fidei notitiam recto tramite venire possitis: & nihilominus proponimus sic vobis, quantum cum Deo poterimus, commode præstare, temporaliter auxilium & favorem, quod in virtute dexteræ ejus, qui Pharaonem Dei populum persequentem & ipsius exercitum demersit in mare, Turcorum ipsorum compefctur audacia, comprimetur furor, conteretur iniquitas, & dolosis machinationibus superatis conatus improbi elidentur: sicque vobis erit sicut animarum, sic & corporum pax & quietas. Dat. Avin. xiv. kal. februarii pontificatus nostri anno 1. Hæserunt in schismatis atque hæreticos volutabro Philadelphii atque in Turcarum terribilissimam servitutem sunt redacti (a): qua de re postea.

Philadelphii in Turcarum servitutem redacti. (a) Chalcond. de reb. Turc. l. 2. XXII. Postulata a Cantacuzeno auxilia.

Oppressus etiam tum a Turcis Cantacuzenus Græcorum Imperator, quos ille antea socios ad firmendam tyrannidem sibi asciverat, literas ad sedem Apostolicam opem flagitaturus transmisit: spondebatque se Græcam ecclesiam ad Romanæ obsequium revocaturum, quem Innocentius propositis ingentibus præmiis, que

in cælo colligeret, ad sacrum desiderium in opus perducendum hinc literis excitavit (b): seque Clementi non minus in conjungendarum ecclesiarum studio, quam in dignitate successisse significavit.

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri, gratiam in præsentem, que perducatur ad gloriam in futuro.

Affectionem, quam habere monstratis ad unionem Latinorum & Græcorum ecclesiarum, auctore Domino, faciendam adhuc in minoribus constituti nunciorum tuorum, quos ad sedem Apostolicam felicis recordationis Clementis Papæ VI. prædecessoris nostri tempore propterea destinasti, relatione cognovimus: & literæ tuæ aureæ bullæ magnitudinis tuæ appensione signata, quas eisdem prædecessori direxeris, ac nobilis viri Nicolai Sigero prætoris populi Romanæ transmissæ nobis, ad apostolatus apicem jam assumptis, recentiori quadam memoria indicaverunt: ex quo ingentis lætitiæ rore perfusi Redemptori nostro, qui hunc tibi formavit animum & insudit affectum, debitas laudes referimus, & uberes gratiarum exsolvimus actiones; sperantes, quod ipse lapis angularis de monte sine manibus, qui parietem utrumque connexuit, & qui concordiam in sublimibus suis parat, affectioni tuæ tam salutari tam utili efficacis promotionis operam dono sua gratia sociabit, & dabit promotionis instantiæ fructum anxie a Christi fidelibus concupitum. Et ideo serenitatem tuam rogamus & obsecramus in Domino, tibi in remissionem tuorum peccaminum sanis consiliis suadentes, quatenus prudenter considerans, quod probatio affectionis cujuslibet ipsa exhibitio operis est, & quod unumquodque opus ab exitu denominatur attendens: quodque currentes in stadio, nisi post consummationem instantis cursus acceptione bravii minime præmiantur, affectionem tuam hujusmodi effectu operis impleas, & ad unionis hujusmodi perfectionem votivam operarias manus, sublato præjudicio morosæ dilationis, apponas: ut eo, cujus in hac parte negotium agitur, operationibus tuis infundente gratiam & præstante virtutem, negotium ipsum ad optatæ consummationis exitum perducatur, tuque in præsentem thronum tuum sportius robores & stabilitas firmiter, ac in futuro cum universo populo tuo, cui ad æternam vitam ducatum præbes, & vebiculum præparas, ad sancta sanctorum purificatis introire mentibus merearis.

Ut miserit ad Clem. VI. oratores pro redintegrandâ ecclesiâ unionem.

De suscepto pio consilio gratulatur illi Innocentius.

XXIII. Missus a Cantacuzeno ad Pontificem orator. (c) Eod. to. 1. ep. p. 210. Joann-

(b) To. 1. ep. p. 64.

De suscepto pio consilio gratulatur illi Innocentius.

De suscepto pio consilio gratulatur illi Innocentius.

XXIII. Missus a Cantacuzeno ad Pontificem orator. (c) Eod. to. 1. ep. p. 210.

Ita suscepta mente confirmatur a Pontifice.

Additi ad præclarum facinus stimuli.

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri gratiam in præsentem, que perducatur ad gloriam in futuro.

Magnitudinis tuæ literas præsentatas nobis per dilectum filium Joannem ordinis fratrum Prædicatorum ambassiatorem & nuntium tuum latorem præsentium, & ipsum quoque ambassiatorem consideratione tua benigne recepimus; & tam eisdem literis seriose perceptis, & tam his, que præfatus ambassiator pro parte tua nobis prædenter & provide referavit, diligenter auditis, innotuit nobis desiderii fervor, & affectionis patuit plenitudo, quibus mens tua indefinenter excolescat, ut inveterati schismatis purgata rubigine, ac errorum tenebris effugatis, ad unitatem sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ, & agnitionem catholicæ fidei, quam ecclesiâ ipsa veritatis magistra & nescia falsitatis tenet, docet & prædicat; quamque redemptor omnium Christus, qui auctor est ejus, dividi non patitur, una cum populo tibi subdito revertaris: sicque tibi & eis salubriter consulens, ducatum præbeas ad salutem. Ex quo magnificavit anima nostra utique Dominum, & in Deo salutari nostro spiritus nosker in eo potius exultavit, quo verisimiliter credimus, & in eo, qui parietem utrumque connexuit, confidimus amplius & speramus, quod unionis utriusque ecclesiæ, Latinæ scilicet & Græcæ negotium, in cujus prosecutione multorum prædecessorum nostrorum pia studia quam maxime laborarunt, ad optatæ consummationis exitum perducatur: sicque temporibus nostris dominicus græcæ præstante illo, qui cum nobis pascendum regendumque commisit, antiqui hostis superatis fraudibus, uno solum pastore pascetur, uno tantummodo quiescet ovili.

Eja igitur, princeps inclyte, animum roborâ, fortifica mentem: & considerans quod, testante Veritate, inchoare non sufficit, sed perseverare expedit ad salutem; quodque nullus certantium pugilum, nisi compos. victoriæ coronatur, opus tam salutaris negotii, confisus in eo, qui imbecillia quæque roborat, & firmat infirma, instantius operare; impleboati ministerii partes, & in causam Domini, ubi nec lupi rapaces insidias pavent, nec rugitus leonis timeant devorantis, oves congrega oberantes. Fer ad aream Domini manipulorum copiam, ut inde paleis & arisis irritura & ventilabro veritatis excussis, inferatur in borrea divina frumentum; firmiter credens, & indubie tenens, quod ab eo, per quem Reges regnant & curvantur imperia, & in præsentem, quibuscunque procellarum & tempestatum adversum te commotis fluctibus nunc suæ potentis quietatis, status tui robur, & in futuro æternæ beatitudinis gaudia mercedis præmium consequeris, quodque nos, qui vices illius (licet immeritis) gerimus, tibi velut filio de regione dissimilitu- Ann. Eccl. Tom. XXV.

dinis venienti, eum ingenti lætissia apertis brachiis occurrentes, non solum spiritualibus, sed temporalibus quoque præstitis, quantum cum Deo poterimus, te quod affectu prætendis, effectu operis, ut fiducialiter credimus, excoquentem favorabiliter prosequemur.

Ceterum, quod de promotione nostra ad apicem apostolicæ dignitatis exultans, affectum tuæ circa nos indicas charitatis, debitas tibi gratias agimus: sed unde tibi oritur materia gaudii, inde nos pavor concutit, terret nos inde timor: siquidem honoris fastidium, oneris molem habet annexam; ad quam supportandam imbecilles nobis humeros intuemur, de propria virtute diffidimus & de qualitate meriti desperamus. Sed in eum, qui fuit oneris auctor, sperantes administrationis etiam adjutorem, ipsum suppliciter exoramus, ut infirmitatem nostram sic roboret, sic nosstros suppleat imperfectus, quod eo præstante, præfatam ecclesiam ad sui laudem & gloriam, ac salutem ejusdem commissi, ut præmittitur, nobis gregis utiliter regere, ac tandem cum ipso populo ad sancta sanctorum puris introire mentibus mereamur. Datum Avin. x. kal. novembris anno 1.

Hortatus etiam est gravissimis literis Innocentius Joannem Assanem, virum principem atque alterum ejusdem nominis auctoritatæ florentissimos, qui se ad Græcorum cum Latinis conjunctionem redintegrandam pio flagrare studio præ se tulerant, ut ad cœptum opus studiose incumberent: quantæve utilitates in orientale imperium essent emanaturæ, exposuit (a). Certiores etiam hujusmodi Cantacuzeni consilii catholicos principes fecit, atque inter cæteros Hugonem Cypri Regem (b), ut adversus barbaros Imperatori promovendæ speratæ conjunctionis studio auxilia explicaret.

Innocentius & C. Hugoni Regi Cypri.

Audivimus, quod Joannes Cantacuzenus Imperator Græcorum illustri desiderat admodum, relictis errorum tenebris, quibus ab unitate sanctæ Romanæ ecclesiæ inimici hominis fallens nequitia separavit eundem, redire ad hujusmodi ejusdem ecclesiæ unitatem: cujus nos laudabile votum, & acceptum Deo propositum favorabiliter prosequentes; & cupientes tuo & aliorum Christi fidelium auxiliis adjuvari, serenitatem tuam attenter rogamus, attentius in Domino obsecrantes, quatenus memorato Imperatori, in executione voti sui hujusmodi, si ad te recursum habuerit, assiduas auxilii & favoribus opportunis: ex hoc enim præter æternæ gloriæ præmia, & humanæ laudis præconia, apostolicæ quoque plenitudinem gratiæ uberius consequeris. Datum Avin. kal. aprilis anno 1. Conceptæ sunt

Sacra & humana præfida promissa.

XXIV.

(a) Eod. to. 1. ep. p. 63. Rogatus Cyprius Rex, ut Cantacuzeno succurrat. (b) Ib. ep. p. 72. Pontificis ea de re literæ.

Rhodii quoque ad id sollicitati. (a) Ead. pag.

XXV. De restituenda apud Armenos fide agitata.

(b) A. C. 1350. n. 37.

(c) An. 1. l. i. p. 1. ep. cur. 7.

De missis ad eos legatis. Scutarum.

Propositis catholico circa fidem questionibus.

hisdem sententiis alia littera (a) ad Joannem Valentem Genuesium praetorem cum nondum ob rem male gestam acceptasque a Venetis clades exauthoratus esset; atque ad Deodatum Gosonium Rhodiorum equitum summum magistrum, ut opportunis auxiliis Graecorum imperium instruerent. Abrupta demum sunt agitata de redintegranda veteris ecclesiarum conjunctionis consilia, cum Cantacuzenus imperio arrepto depulsus fuerit a Joanne Palaeologo, a quo ea postea instaurata visuri sumus.

In Armenia reflorescere coeperat orthodoxae fidei splendor, cum Armenus catholicorum caeterique praesules, damnatis erroribus, quos sedes apostolica censura notaverat, catholicum dogma coacta synodo professi essent, ac decreta Pontificum decretalesque pie suscepissent. Cum vero Clemens jam ante ad fidei veritatem magis illustrandam nonnullas quaestiones ad patriarcham Armeni litteras circa divina mysteria, apud Armenos controversa, jam ante a nobis allatas (b) proposuisset, necdum idonei interpretis penuria responsum a patriarcha esset, Innocentius Nerseni archiepiscopum Armenorum utriusque linguae peritum ad eum proficisci iussit (c). Innocentius, &c. venerabili fratri Nerseni archiepiscopo Manesguerdensi.

Dudum, sicut fraternitati tuae forsitan innotuit, felix recordationis Clemens Papa VI. praedecessor noster ad bonum Christianae fidei & animarum salutem intentis studiis elaborans, Consolatori dicto catholico Armenorum quosdam articulos pleniori corroborazione & confirmatione sui & sibi obedientiam Armenorum in fide catholica, quam sancta Romana mater ecclesia tenet, docet, & praedicat; per venerabilem fratrem nostrum Joannem archiepiscopum Pisanum tunc electum Coronensem, & bona memoriae Antonium episcopum * Satavensem, tunc legatum sedis Apostolicae, destinavit. Deinde, quia ipse Consolator ad ipsos articulos minus sufficienter & minus clare, minusque plene responderat, idem praedecessor, cupiens ipsos a ruina aeternae damnationis eripere & ad viam reducere veritatis, praesatum Consolatorem duxit suis litteris exhortandum, ut ad ipsos articulos clare & non sub involucrio aut duplicitate pallio responderet: & nihilominus venerabilibus fratribus nostris Guillelmo patriarchae Jerusalemitano, & Philippo archiepiscopo Nicocensensi ac Oudoni Paphensis, & Leodegario Nimesiensi episcopis dedit per suas litteras in mandatis, ut ipsi vel duo ex eis aliquem vel aliquos probos viros zelum Dei habentes, quos ad applicationem tanti negotii sufficientes & idoneos esse cognoscerent, cum fidei interprete ad eundem Consolatorem mittere festinarent, quodque

ab eo cum gravitate decenti prudenter & provide hujusmodi responsiones exigerent lucidas & apertas, distique patriarcha archiepiscopus & Paphensis episcopus, sicut per litteras eorundem archiepiscopi & episcopi Paphensis eidem praedecessori directas nobis innotuit, cum ipsi inibi tunc interpretem idoneum, quem ad dictum Consolatorem mitterent, invenire non possent, praefatas litteras eidem Consolatori per fidei nuntium destinaverunt, ipsum Consolatorem ad praemissa per eorum litteras seriis exhortando; quodque postmodum non solum ipse Consolator, sed charissimus in Christo filius noster Constantinus Rex Armenorum illustris ipsi per eorum litteras responderunt, quod ipsi cum eorum subditis parati erant mandatis apostolicis firmiter obedire, & omnia, quae ipsi per dictum praedecessorem injuncta fuerant, plenarie & effectualiter adimplere: sed quia ipsi sufficientem tunc interpretem non habebant, qui eis dictarum litterarum praedecessoris ejusdem intellectum plenarie declararet, non poterant responsiones ad praefatos articulos requisitas perfecte facere, prout intendebant efficere quamprimum hujusmodi eis interpretes adesset. Propter quod postmodum archiepiscopus & episcopus supradicti eidem praedecessori rescripserunt, quod ipsi adhuc in regno Cypri sufficientem interpretem, qui propter praemissa ad partes illas accederet, nequiverant nec poterant invenire, nisi te dumtaxat, qui Armenicam originariam tibi linguam perfecte noveras, & ob ipsius fidei zelum & Apostolicae sedis reverentiam ad partes illas pro executione dicti negotii, quatenus de beneplacito dictae sedis procederet, te sponte obtuleras accessurum.

Nos itaque devotionem & oblationem tuas hujusmodi dignis in Domino laudibus prosequentes, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus ab eisdem archiepiscopo & Paphensi episcopo praemissorum articulorum & litterarum ipsius praedecessoris copia, & super agendis circa praefatum negotium plena informatione receptis, cum illis, quos dicti archiepiscopus & episcopus ad hoc duxerint deputandos, in illius nomine, cujus res agitur, spontaneum tibi ac Deo nobis acceptum unum hujusmodi laetanter assumens, & ad ipsos Consolatorem & Regem te personaliter conferens, negotium petita per nos explicationis & exigendarum ab ipso Consolatore responsum hujusmodi, illo tibi inspirante ac praesente sermone, qui repente Apostolos linguarum varietatem edocuit, iuxta informationem ab eisdem archiepiscopo & episcopo, ut praemittitur, exhibendam ad laudem divini nominis, exaltationem catholicae fidei, animarumque profectum fideliter & sollicitè prosequaris; ita quod inde adeo perennis vitae, & a nobis & Apostolica sede uberioris

Interpretis fidei penuria extractum est responsum.

Manesguerdensi archiepiscopo imposita ea provincia.

XXVI. Bekardi haeretici repullulant in Germania.

(a) An. 2. lit. divers. form. ep. 167.

Ad eos reprimendos creatus fidei censor.

Praesules principesque illi auxilio non deesse iussi.

XXVII. (b) Nauc. vol. 2. Gener. 46. Bertoldus haeticus.

ris favoris & gratia praemia merearis. Dat. Avin. kal. octobris anno 1.

Ne fidei etiam majestas in occidentibus oris defloresceret sollicitus Innocentius, cum Begardos seu Beckardos repullulare in Germania accepisset, censors fidei ut in ipsos animadverterent creavit: ac praesules, principes, urbiumque magistratus mixtis precibus imperiis obstrinxit (a), ut religionis causam sua auctoritate fulcirent, carceresque in inriis haereseos rei tenerentur, commodarent.

Innocentius, &c. venerabilibus fratribus universis archiepiscopis & episcopis, ac dilectis filiis principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, civitatum ac locorum dominis, & communium rectoribus per Alemanniam constitutis.

Injuncto nobis circa gregem dominicum ex officio pastoralis solerter vigilare nos convenit, ne lupina rabies haeretica pravitatis, sub ovino vellore sponte latitans, mactet crudeliter & disperdat, quod fidei vivificat sacramentum. Cum itaque, sicut accepimus, hujusmodi pestifera rabies specialiter illorum, qui Beckardi vocantur in Alemannia partibus, procurante humani generis inimico, exarsisse dicatur: nos cupientes, quod pestis ipsa de caulis fidelium propellatur, & quod officium inquisitionis, dilecto filio Joanni dicto Schandellant ordinis fratrum Praedicatorum sacraeque theologiae professori inquisitori haereticae pravitatis auctoritate apostolica commissum vestris temporibus ad profectum fidei & animarum salutem auctore Domino prospere, universitatem vestram rogamus & hortamur attente, per apostolica vobis scripta in virtute sanctae obedientiae firmiter praecipiendo mandantes, quatenus ob reverentiam divinam & nostram, sicut Dei & Apostolicae sedis vultis effugere ultionem, ipsi inquisitori favorabiliter assistentes, & in prosecutione dicti negotii fidei consilium, auxilium, & favorem totis viribus, tota mente, omnique occasione postposita impendatis, praestantes eidem vestros carceres quibus in eisdem partibus carere dicitur officium inquisitionis hujusmodi, donec officio praedicto de certis carceribus sit provisum; preces & mandata nostra, taliter impleuri, ut causam fidei videamini ex animo assumere ac fovere, & apud Deum, & sedem Apostolicam possitis exinde merito commendari. Dat. apud Villanovanam Avinionensis diocesis id. julii anno 1.

Parere pontificis imperiis Germani: paucis enim post annis haeresarcham fidei censorum imperio rogis traditum Spira, refert Naucerus (b), qui illius errores enumerat: Post haec, inquit, tempora judicabatur Spira Begardus Bertoldus de Rorbach. Hic antea in Herbipoli quosdam articulos reclamaverat, videlicet quod Christus in passione sua sic fuerit

a Patre derelictus quod praenimio dolore dubitaverit salvare: anima sua deberet. Secundus articulus quod Christus in cruce propter nimiam passionem & dolorem maledixerit B. Mariae virgini. Tertius quod maledixerit terrae, quae suscepit ejus sanguinem de cruce. Propter praemissa fugiens, ad diocesim Spirensis venit, ubi articulos hos veros asseruit. Addidit etiam, quod homo in hac vita in tantum proficere possit, quod nec orare nec jejunare eum oporteret. Item quod laicus illuminatus possit plus proficere in docendo, & plus sit sibi credendum, quam evangelio aut doctoribus sacrae scripturae. Item quod homo devotus in perceptione cibi communis possit percipere tantam gratiam, ac si acciperet Eucharistiae sacramentum. Et quia relapsus tradebatur curiae seculari, & est incineratus.

Vigebat autem tum adeo ecclesiasticarum in haeticos legum observantia, ut licet Joannes archiepiscopus Mediolanensis regiam potentiam in Insubria aequaret, non auderet tamen Matthaei, Galeatii, Marci, ac Stephani Vicecomitum, qui haereseos nota a Joanne XXII. & Bertrando Card. legato iniusti obierant, corpora sepulturae ecclesiasticae mandare: atque apud Innocentium iudicio disceptavit, ipsos a fide catholica in morte non discessisse. Cujus potentissimi principis, qui magno dedecori vertebat, parentes & cognatos insepultos jacere, praecibus a Pontifice id datum est, ut duo Cardinales de re inquirerent: quae provincia Bertrando Sabinensi episcopo & Guillelmo tit. S. Stephani in monte Caelio presbytero Cardd. data est (c). Fulciebat, porro Joannes causam suam hoc argumento (d): Cum dicti Matthaeus, Galeatius, Marcus & Stephanus tam ante quam post incarnationem dictorum processum per justitiam ministracionem, divinarum officiorum, & sacramentorum devotionem, ac elemosynarum largitionem, & alia fidei & charitatis opera se patienter ostenderint catholicos & fideles; ac in morte vel iuxta mortem constituti verae fidei, & contritionis ac poenitentiae signa tamquam veri catholici Christiani ostenderint.

Hoc anno Innocentius pactiones iniquas sedisque apostolicae majestati averfantes, antea a Cardinalibus privati commodi illecebra delinitis in conclavi edictas, rescidit in nonnullorum Cardinalium praecipuae gravitatis, ac doctorem ceterum: cum nefas sit, collatam a Deo potestatem nullis circumscriptam finibus humana arte doloque certis limitibus definire, sitque veritum Cardinales vacuo sacrosancto solio alia de re, quam de creando Pontifice quidquam decernere (e).

Ejus errores.

Flammis perit.

XXVIII.

Agitatum de Matthaeo & aliis Vicecomitibus, an obissent in haesi.

(c) To. 1. ep. fecr. pag. 57. (d) Ibid.

XXIX. Rescissae pactiones a Cardinalibus in conclavi constatae.

(e) An. 1. l. i. p. 1. ep. cur. 3.

Innocentius, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Pontifici-
um ea de
re diplo-
ma.

Sollicitudo pastoralis officii sicut exigit ut prospiciamus, ne ecclesia in juribus suis minorationis detrimentum suscipiant, sic profecto requirit ut ecclesie Romanae, cui auctore Domino praesidemus, honores, libertates, & jura solerrioris diligentiae studio servemus a diminutione qualibet illibata. Dudum siquidem, per obitum felicitis recordationis Clementis Papae VI. praedecessoris nostri Apostolica sede vacante, venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, ad tractandum de iis, quae circa electionem Romani Pontificis incumbebant, Avinione in palatio apostolico, ubi praedecessor idem obervat, simul congregati, in scriptura quadam, cujus tenorem de verbo ad verbum praesentibus inferi fecimus, concordarunt: & inde quidam eorum simpliciter juraverunt, ac nos & quidam alii sub hac conditione juravimus, scilicet si & in quantum scriptura hujusmodi de jure procederet, quod ille ex eis, quem assumi contingeret ad papatum, omnia in eadem scriptura contenta inviolabiliter observaret; & quod eadem die, qua foret, ut praefertur, assumptus profiteretur, ea ea omnia & singula se fideliter servaturum, rataque habiturum super eis praestita juramenta.

Superiorum
rum pa-
tionum
formula
ab Innoc.
sus hypo-
thesi tan-
tum ad-
missa.
XXX.

Ut ea jure
fieri non
potuerit.

Postmodum vero nos ad officium hujusmodi, licet insufficientibus meritis, divina dispositione vocatis, praemissa omnia recensentes; & attendentes, quod licet Cardinales iidem ad ea faciendum habuerunt rectum zelum, & aliquibus etiam videretur, nos debere illa & praestita super eis, ut praemittitur, juramenta servare; quia tamen dicti Cardinales prohibentibus constitutionibus felicitis recordationis Gregorii X. & Clementis V. praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, quibus cavetur, quod Cardinales eadem sede vacante de quibuscumque negotiis praeterquam de provisione Romanae ecclesiae faciendis, certis dumtaxat exceptis casibus, de quibus tamen aliquis contentus in scriptura hujusmodi non existit, se intromittere nequeant, ad ea procedere minime potuerunt; & considerantes attente, quod scriptura ipsa in diminutionem & praedictum plenitudinis potestatis ex ore Dei collatae soli dumtaxat Romano Pontifici dignoscitur proculdubio redundare, cum per eandem scripturam praefatae sedi grande ac perpetuum praedictum imminet manifeste, dum potestas hujusmodi admittitur eidem Romano Pontifici, certisque regulis & limitibus sibi praefixis ab homine coarctatur; nec minus inveniunt, quod esset apud catholicos temerarium & insanum asserere vel sentire, quod Romanus Pontifex successor Petri & vicarius Jesu Christi, non sit vocatus & assumptus in plenitudinem potestatis, quae profe-

Collata
divinitus
authori-
tas huma-
no dolo
contrahi
non po-
tuerit.

cto apud ipsum non esset, si ex aliorum consensu, arbitrio, vel adminiculo dependeret; quodque illa juramenta non canonica, immo temeraria sunt censenda, quae non solum in Romana, quinimo in cujuslibet alterius ecclesiae praedictum laesionemque praestantur; habita super his & nonnullis aliis, quae nostrum ad id animum rationabiliter induxerunt, cum quibusdam ex eisdem etiam Cardinalibus, ac pluribus doctoribus & jurisperitis aliis deliberatione matura, ad omnem scrupulum & dubium in hac parte tollendum, auctoritate apostolica tenore praesentium declaramus, eosdem Cardinales contenta in scriptura hujusmodi facere nullatenus potuisse, ac illa & omnem eorum effectum nullius fuisse ac esse penitus roboris vel momenti; nosque vel successores nostros Romanos Pontifices seu Cardinales ipsos ad illorum & juramentorum praedictorum observantiam non fuisse, nec esse obligatos quomodolibet vel obstrictos, tenore vero dictae scripturae talis est infrascriptus: Deliberatione plena, &c. (Allatae superiori anno a nobis fuere ex pactiones suis conceptae verbis (a), quibus recensitis & abolitis adjecta est haec formula:) Nulli ergo, &c. nostrae declarationis infringere, &c. Dat. apud Villanovam Avin. dioecesis 11. kal. julii anno 1.

Nuncu-
pata in
ea re sa-
cramenta
fuerint
temera-
ria.

(a) A. C.
1352. n.
26.

Revocata etiam est Clementis constitutio (b), qua nonnullas dignitates Cardinalibus in cathedralibus, collegiatis, & regularibus ecclesiis reservat: interdictum ne majores post pontificales capefferent, nisi in apostolico diplomate expressa de ea re mentio fieret: abrogataeque (c) ecclesiarum & monasteriorum (ut vocant) commendae, exceptis iis, quae Cardinalibus conceditae fuerant; cum precibus improbis extortae essent, indeque divini cultus majestas obsolesceret.

XXXI.
(b) To. I.
ep. sect.
p. 122.

(c) An. I.
l. 2. ep.
cur. 32.

Attendentes, inquit, quod occasione commendarum & concessionum hujusmodi in commendatis & retentis eisdem, sicut experientia docuit, ut plurimum divinus cultus minuitur, animarum in eis, quibus imminet, cura negligitur; hospitalitas consueta & debita non servatur, ruinis aedificia patient, ipsorum jura in spiritualibus & temporalibus collabuntur; ac propterea hujusmodi malis occurrere, & ecclesiis & monasteriis, praelaturis, beneficiis, & aliis praedictis taliter commendatis & retentis de pastoribus & rectoribus propriis, qui eis praesse velint & valeant, providere ex praemissis & aliis certis rationabilibus causis ad hoc animum nostrum inducentibus; nonnullorum quoque praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum in hac parte vestigiis inherentes, digesta super hoc deliberatione etiam cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus praehabita, omnes & singulas commendas & concessionem hujusmodi de quibuscumque cathedralibus vel aliis ecclesiis, mo-

Commenda
abro-
gatæ.

na-

naasteriis, praelaturis, prioratibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis & beneficiis, ac locis ecclesiasticis secularibus & regularibus quorumcumque ordinum, quocumque nomine censeantur, & infra, auctoritate apostolica penitus revocamus, & omnino viribus vacuamus, &c. Dat. apud Villanovam Avin. dioecesis xv. kal. junii anno 1.

(a) MS.
bibl. Vat.
fig. n.
2040.
Castiga-
tus ab In-
noc. Car-
dinali-
um luxus.
Editæ ab
Innoc.
sanctio-
nes.
Homici-
dia redimi
verita.
XXXII.
Taxilli
prohibiti.
(b) To. I.
ep. sect. p.
137.

Gerere quidem ipsum coepisse magna cum integritatis laude pontificatum referunt MS. Vaticani auctor subjectis verbis (a): Hic fuit vir iustus, & durus in concedendo beneficia & jura ecclesiastica. Subita post suam coronationem multas reversiones servationes factas per Clementem praedecessorem suum suspendit; & constituit, praelatos & alios beneficiatos in curia tunc morantes unumquemque illas ad suam beneficium personaliter applicare, & ibi residentiam facere sub poena excommunicationis: quod & factum est. Hic diminuit expensas & familiares suos, & etiam omnium Cardinalium.

Editae etiam sunt hoc anno ab Innocentio nonnullae aliae utiles constitutiones: in primis ad submovendos scelere fundendi alieni sanguinis avidos sustulit (b) corruptelam, qua vilissimo interdum pretio innocuus cruor emebatur, cum lu-

cri illecebra absolventur a pontificii administris rei, modo cum caesorum sanguineis transfegissent. Veritus etiam est taxillorum ludus (c), cum ex praecipiti animorum motu lufores in blasphemias voces ora laxarent. Abrogatum (d) quoque meretricium vestigal, quod administris ab infelicibus mulierculis turpiter abradebant.

(c) Ibid.

(d) Ib. p.
141. & l.
papyraceo
miscellan.
p. 58.

Adjecisse (e) hoc anno Innocentium Cardinalium numero Andoinum, nepotem, refert ipsius vitae scriptor: Hic factus Papa, die xv. mensis februarii, qua fuit feria vi. quatuor temporum anno LIII. jam inchoati, fecit presbyterum Cardinalem dominum Andoinum Alberti dioecesis Lemovicensis nepotem suum ex fratre, tunc episcopum Magalonensem, cui assignavit titulum SS. Joannis & Pauli, quem prius habuerat ipse. Addit idem author de naturalibus hoc anno temporum insignibus mutationibus, de qua eclipsi solari: Anno eodem, scilicet xvii. die mensis decembris fuit eclipsis solis, & duravit quasi per duas horas, quam demum secuta est tanta hyemis asperitas, ut sturmi magni per plures dies steterint congelati: & successive tanta aquarum inundatio, quod pontes, immo & turres quamplures subvertit.

(e) Gesta
Innoc. VI.
apud
Bosq.
Contelor.
in elench.
Card. &
alii.
Andoinus
Creatus
Card.

I. Principue hoc anno gesta res.

(a) An. 2. l. 1. ep. cur. 7.

(b) Mat. th. Vill. l. 3. c. 108. Vit. Nic. Laur. c. 20.

(c) To. 2. ep. fecr. p. 73. Gratulatur legato Pontifex.

(d) Mat. th. Vill. l. 4. c. 9. Vit. Nic. Laur. c. 18. Innoc. 10. 2. ep. fecr. p. 58. Urbs vetus oblecta. (e) To. 2. ep. fecr. p. 130. (f) Mat. th. Vill. l. 4. c. 10. vita Nic. Laur. c. 18.

Nous a virgineo partu quartus & quinquagesimus supra millesimum trecentiesimum indictione septima insignis est tum felici Ludovici Ungariæ Regis in Tartaros expeditione : tum partis ab Ægidio Albornoto Cardinale Hispano Apostolicæ sedis legato adversus tyrannos, qui ditionem ecclesiasticam suæ subjecerant servituti, trophæis. Is enim in primis Joannem e Vico sacris percussum edictis (a) patrimonium B. Petri occupantem latiusque tyrannidem proferre molientem, redigere in ordinem meditatus, ex pontificio consilio primum mollibus verbis ad æquitatem revocare annisus est, ac deinde ejus perfidiam ferro domare aggressus Tuscanellam & alia loca ecclesiastico restituit imperio (b) : de quibus certior factus Pontifex a legato, his literis est ipsi gratus (c).

Innocentius, &c. dilecto filio Ægidio tituli S. Clementis presbytero Cardinali A. S. L.

Literas tuas, per quas significasti nobis successus prosperos, quos adversus abominatissimi idolum Joannem de Vico, qui se extollit adversus omne quod colitur, aut quod dicitur Deus, per intercessionem & merita beati Petri Apostolorum principis, cujus causam agis, de manu Domini suscepisti, benigne recepimus : & tanto inde majori exultavimus gaudio, tantoque ipsi omnipotenti Deo gratias egimus ampliores, quanto per ministerium tuum spei nostræ uberi partus initia uberiora succedant, quantoque illa feliciore exitu terminanda sine dubitatione tenemus. Sic ergo, fili, laboribus & sollicitudinibus tuis operam prosecutionis & solertia diligentioris adicias, quod ipse inimicus Dei & hominum in manu forti & brachio excelso ecclesiæ sanctæ Dei, favore ipso Apostolorum principe tuis operationibus, sic penitus conteratur, ut amplius non resurgat ; & nos sperate lætitiæ júbilo in restituta pace ecclesiæ memorata fidelibus, gloriamur, &c. Datum Avin. iv. id. aprilis anno secundo. Navarunt egregiam legato operam ad frangendos ad obsequium rebelles, educto ingenti exercitu, Romani (d). Promotus Viterbio ad Urbem veterem castra a legato fuere, cum Joanne e Vico in ea urbe tyrannidis sedem fixisse didicisset : quæ cum cincta fuisset obfidiione, perimuit tyrannus, ne a civibus, quorum flagrabat odiis, laniaretur; mollesque aditus ad Ægidii Cardinalis gratiam captans deditorem fecit (e). Itaque potius Urbeveterem legatus Cardinalis Viterbium, mox Martham & Caninum in ecclesiæ potestatem redegit (f); Narniam etiam atque Ameliam; excussa Joannis e

Vico tyrannide, ecclesiæ imperiis se ad dixerunt (g) quoque Eugubium a Joanne Cantucio restitutum legato (h). Tudertini denique conciliati ecclesiæ fuerunt.

Revocatis ad officium his populis, atque ecclesiæ confirmata potentia, Ægidius (i) Cardinalis majora aggressus, Picenum ex tyrannorum servitute vindicare meditatus est: dumque bellicos apparatus apud Fulginates instrueret, convenit ipsum Gentilis e Moliano, qui apud Firmanos imperium scelere corripuerat (k), seque in ecclesiæ potestate futurum est pollicitus (l). At postea iterum rebellionem fecit (m), utpote quem non divini Numinis, sed tyranni potentioris metus infidus fidei custos ad officium adduxisset. Is erat Malatesta (n), qui Firmum proferendæ tyrannidis studio antea obfederat. Ipsum atque Galeottum e Malatestis Ariminum, Anconam, Asculum, Fanum, Pisaurum, Forum Sempronium, Humanam, Senogalliam, Auximum, Reclinetum, atque alias plures urbes & oppida in Æmia & Piceno fœda servitute opprimentes, Innocentius in jus vocatos (o), cum subire judicium decima octobris die peremptoria constituta, atque partes flagitio principatus ecclesiæ restituere detrectarent, anathemate percussit (p) pridie id. decembris: atque Ægidio Cardinali partes dedit (q), ut apostolicam in eosdem tyrannos sententiam divulgaret. Equarat hos ambitione Bernardinus Polentanus, qui Ravennam, Cerviam aliæque in exarchatu loca ecclesiæ eriperat (r). Cum vero accessit in judicium ad causam dicendam ad pontificia subfella se non contulisset, sed missis oratoribus ac literis plures obtruderet excusationes, Innocentius meritam anathematis poenam ex clementia apostolica illi infligere distulit (s). Excitarent etiam in ecclesiæ ruinis novos principatus Clemente VI. Pontifice Joannes & Guillelmus Manfredianæ stirpis spurii Faventini, ac patriam & circumjuncta loca in suam servitutem redegerant: qui iudicio postulati (t), cum leges censurasque ecclesiasticas haberent ludibrio, ob spretam pontificiam auctoritatem hæreseos infamia notati fuere. His faverat ad audendum scelus Franciscus Ordellaffus (u) una cum Pepulo Bononiensi, ut ex Matthæo Villano vidimus vorisque nefariis potius Forolivii, Cæsene, ac Foropopillii arreptæ tyrannidi Brittenorum, Meldulam, aliæque loca adjunxerat (y). In cum itaque legibus actum est ab Innocentio, ac publicis edictis denunciatum, ut eas urbes ecclesiastico imperio restitueret. Contempnit Ordellaffus dicta die legibus se subii-

(g) Nic. Laur. vita auct. sup. c. 18. II. (h) Mat. th. Vill. l. 4. c. 13. Loca illius tyrannidi erepta. Legati in Picenum expeditione. Gentilis e Moliano illi parat. (i) Vit. Nic. Laur. c. 18. (k) Inn. an. 2. l. 1. ep. cur. 12. (l) Mat. th. Vill. l. 4. c. 33. Mox defensionem molitur. Malatestæ præpotentes tyranni. (m) To. 1. ep. fecr. p. 24. (n) Mat. th. Vill. l. 4. c. 33. (o) Inn. an. 2. l. 1. ep. cur. 13. MS. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. p. 334. (p) To. 2. ep. fecr. p. 205. (q) l. 6. p. 236. (r) l. 6. p. 193. (s) To. 2. ep. fecr. p. 237. (t) Pag. 40. (u) l. 1. an. 2. ep. cur. 6. (v) Pag. 202. (y) Pag. 40. (z) Pag. 39. l. 1. an. 2. ep. cur. 5.

Alli... (a) To. 2. ep. fecr. p. 205. Vita Nic. Laur. c. 18.

Nic. Lau. Urbis gubernacula recipit.

(b) Ib. ep. fecr. pag. 44. (c) Pag. 174. (d) Ead. pag.

III. Innocentii gratulatur ad eum literis.

ere: atque ideo Innocentius, severitatem coactus distingere, anathemate atque hæreseos nota illum defixit (a). [I] Occuparant hi omnes ditionis ecclesiasticæ invasores tyrannidis corripiendæ occasionem tum ex Romanorum Pontificum in Galliis secessu tum ex imperii atque ecclesiæ dissensionibus; atque ad confirmandam potentiam earum urbium præfecturas a Ludovico Bavaro acceperant: iique tristes erant exitus e bellis imperium inter & ecclesiæ exortis ut tum imperium tum ecclesiæ Rom. suis juribus, quibus tyranni incubabant, pari jactura spoliarentur. Cæteros vero tyrannos scelerere vicisse Franciscum Ordellaffum, notat Vitæ Laurentii author, dum ait, illum pontificia damnatum sententia, effuisse non minus quam ante delicatos & exquisitissimos cibos ad gustum sapere: sed brevi divinam expertum severitatem atque legati Cardinalis arma narrat idem author. De Nicolao vero Laurentio pluribus differit, ut Ægidium Cardinalem in expeditione Tusciæ stiparit, & ab eo creatus Romæ senator avidè, a populo Romano triumphantis more exceptus publicæ rei administrationem suscepit; jussu nimirum Innocentii, qui Ægidio legato v. id. septembris dedit imperia (b), ut ipsum in eo munere confirmaret (c): ac Nicolao de adepto honoris fastigio est gratulatus, eamque ad gratum animum in Deum, a quo ex humili conditione ad summam dignitatem (d) fuerat excitatus, hortatus est, ne se inani gloria efferrî sineret, justitiæ vero lancem æquis ponderibus libraret. Innocentius, &c. dilecto filio nobili viro Nicolao Laurentii militi, senatori Urbis. Habes, fili, si absque ingratitude tempora jam exacta recenses, & præsentium instantiam disertas diligenter, unde Creatori tuo devotior semper existas, unde illi ad humiles grates assurgas, unde que per solvas laudationum debita vota sibi. Ipse namque te multis dotavit abunde virtutibus: ipse te humili loco natum multis præesse majoribus, benigne concessit: ipse quod debes estimare per amplius, cum honorum fascibus sublimatus, & ob hoc ipsum, quasi notitiam tui perdens, extrametipsum inanis gloriæ, qua incautus multum surrexit, vento raptus ad aliqua il-

licita prorupisses, castigans castigavit te ac flagello ejus diutius flagellatum, a morte præservans, tandem præter spem fero omnium, & contra vota multorum, sub alis Romane ecclesiæ matris tuæ ad status pristini culmen evexit. Tu ergo hæc omnia & alia plura, quæ ex paucis, quæ scribimus, potes colligere, ante oculos tuos ponens; Deum timeas, ipsam honores ecclesiæ: superioribus reverens, affabilis paribus, benignus inferioribus, pupillo & orphano sis adjutor: divitem & pauperem pari loco recipias, & æquo judicio causas diffinas eorundem, ne personarum, quod abisti, noteris acceptor. Sentiant te justis favorabilem, misericordem, egeni propitium, placatum humiles, mansuetum mites, austerum superbi, rigidum contumaces, & injusti, clementia temperante, severum: Ad executionem justitiæ postus iuste regas, justitia etenim, si eam ipse diligens custos observas, custodiet te, & ab insidiantium tibi faucibus præservabit illesum, ac tandem adicietur tibi hæc omnia, scum beato Augustino Deum, ut ipsum & te noveris, supplex ores. Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis xii. kal. septembris anno ii. Præfectus Romanæ rei Nicolaus Laurentius severitatem in potentiores exercere coepit, eorumque licentiam reprimere. Statuit etiam justitiæ exemplum insigne in Monteregali Provinciali Hospitalario equite, vel potius apostata, ac latronum principe, qui superiori anno collectis sicariarum ac stipendiariarum militum turmis plurimis, barbarico furore Picenum vastarat, sique ingentem terrorem universæ Italiæ incusserat. Agit de his pluribus Matthæus Villanus (e). Cum vero Romam se contulisset Nicolaus Laurentius, impacto seu vero seu falso prodicionis crimine, ipsum capi jussit & torqueri; ac rapinas, incendia, cædes, latrocinia, aliæque immania crimina factum capitis sententia damnavit: ita Montregalis carnificis manu extremo augusto periiit (f), qui moriturus opes, quas tantis sceleribus pepererat, mortem sibi attulisse querebatur. Tot vero ille tantaque flagitiorum & crudelitatis exempla ediderat, ut iis Holofernem & Torilam æquasse vel vicisse in literis ad Raimundum abbatem S. Nicolai Apostolicæ sedis

Instituitur monitis.

IV. Mons regalis latronum princeps.

(e) Mat. th. Vill. l. 4. c. 14. 15. 16. Cortus. hist. l. 9. c. 12. Justas poenas luit. (f) Vita Nic. Lau. c. 22.

NOTE [I] Per hos annos infesta ille Guelforum, & Gibellinorum factiones, funesta Italiam nomina cadere ceperunt. Cum imperium & Sacerdotium ad hæc usque tempora mutuas inter se similitates jam inde a Frederici I. ætate exercissent, ac nunc primum in Carolo IV. amica tandem societate coivissent; hinc etiam factum est, ut duæ illæ factiones, quarum una pro Ecclesiâ, hæc vero pro imperio dicebantur, cessantibus illis dissidiarum causis, vel ipsæ pariter convenire cogerentur, vel alias tumultuandi occasiones aucuparentur. Neque enim quod Gibellini & Guelphi sibi, ideo res Italice quieverunt, cum publicis causis cessantibus, singularum tamen urbium tyranni privato commodo substituerentur, ex quibus factum est, ut in singulis pene urbibus frequens concursus fieret ad arma, quemadmodum ex Anagnina intelligimus. MANST

(a) To. 1. ep. fecr. pag. 125. De ejus sceleribus.

internuntium apud Venetos Pontifex firmet (a). Non potest, inquit, latere te, cum longe sit lateque notorium, qualiter infelix ille quondam Monsregalis de Albarno hospitalis S. Joannis Jerosolymitani, desertor observantia regularis, se totum sceleribus precipitanter immergens, congregatis equitibus & peditibus, quos par in sceleribus & in flagitiis similis voluntas & affectio inquinabat, in multitudine copiosa, diu per multas partes Italia, sed precipue per terras ecclesie Romanae immediate subiectas, velut leo rugiens & rapiens omnia devorare quaerens, distinxit hostiliter: & quasi alter Holofernes, immo illo crudelior nulli parcens hos peremit gladio, hos carcere maceravit, hos afflixit incendio, hos rapina vexavit & spoliis, hos depopulatione vastavit, hos in exilium egit, hos orbatu filii, hos patribus matribusque privavit; viduavit nuptas, virgines rapuit, conjugatas abduxit, & tot viduas, pupillos & orphanos, clericos, religiosos, & laicos calamitatibus & pressuris attrivit & lacestravit injuriis, & ipsum Romanam ac alias ecclesias in bonis & juribus ac rebus earum damnis affecit, ut impium illum & flagellum Dei Totilam, in Christiano populo debacchantem impietate ac sevitia superarit, &c. Subdit se miserorum pietate motum statuisse ad reficienda inflicta ab improbissimo viro damna, bona illius omnia in id convertenda: atque ideo provinciam illi dat, ut sexaginta aureorum millia apud Patavinos trapezitas exhiberi jubeat. Dat. Avin. XIII. kal. nov. pontificatus nostri anno II. Magnam aliarum opum partem, quas Monsregalis vel in Urbe depoverat, vel attulerat secum, quae in levanda egentium inopia erant collocandae ad centum aureorum millia (b), diripuit Nicolaus Laurentius (c): quocirca cupiditate exercuisse justitiam creditus. Cum vero innoxium etiam cruorem, securi, feriri jussu Pandulpho Pandulphucci magnae existimationis viro, fudisset ac nova vestigalia Romano populo imponeret ut milites conduceret, firmaretque adversus Sabellos & Columenenses potentiam, tantum sui odium concitavit, ut facile adversarii in ipsum plebem commoverint: a qua gladiis confossus (d), tractus, suspensus, ac demum a Judaeis exustus redactusque in cineres fuerit. Urbanae porro rei sollicitus Innocentius Aegidio Cardinali A. S. L. munus injunxit III. id novembris (e) ut senatorem, & ductorem agminum atque alios magistratus in Urbe renuntiaret. Praeterea ei commendavit (f) ut Carolum Romanorum Regem Romam accessurum officiis prosequeretur.

(b) Cortus. hist. l. 9. c. 12. (c) Matt. Vill. l. 4. c. 23. Nicolai Laurentii funesta mors.

(d) Manth. Vill. l. 4. c. 26. vita Nic. Lau. auct. c. ult. Cortu. hist. l. 9. c. 12. Albert. Arg. in chron. (e) To. 2. ep. fecr. p. 87. (f) Ib. p. 215. V.

Comparabat tum ille se ad augustalia ornamenta solempni pompa accipienda;

cujus varia per Germaniam itinera describit Albertus Argentiniensis his verbis (g): Venit Rex ad civitatem Metensem, ubi honorifice receptus multis ibi diebus permansit, faciens ibi ex comitatu Lutsemburgensi ducatum, & ex comitatu Barensi marchionatum; non tamen eum receperunt tanquam Regem, dicentes se soli Imperatori ad plura jura teneri. Deinde in hebdomada sancta Reifersberg. Alsatia reversus, ibi pascha peregit, & venit in monasterium Hobenberg quinto non. maji, & tumbam B. Otiliae una cum Joanne episcopo Argentiniensi paulisper aperuit, tollens ex integro corpore ibi reperto partem brachii dexteri, fideliter ipsum recludens. Contulit se inde in Helvetios (h) cum exercitu, ut Tigurinos, Sutzenses, eorumque foederatos ad Alberti ducis obsequium revocaret: sed irrito exitu susceptus labor. Felicius Herbipolenses, quos episcopus obsidione cinxerat, mense julio ei conciliavit (i).

Pacare Germanicas res studebat, ut Italianam expeditionem ea cura solutus conficeret: compositisque demum cum Ludovico Bavariae duce rebus, recentis tantum stipatus equitibus Aquilejam, indeque Utinum decima quarta octobris die pervenit (k): cum prius ab Apostolica federatorum suorum opera ingredienda Italiae potestatem impetrasset, ut refert Matthaeus Villanus (l). Adjunxit se Carolo socium illius frater patriarcha Aquilejensis (m) cum quo magnis itineribus Patavium contendit: exceptusque quarta novembris die perhonorifice, confirmata Carrariensis Patavina praefectura, Mantuam iter est profectus, Scaligeris illum intra Vicentiae aut Veronae moenia admittere recusantibus ac metuentibus ne ab ipso exathorarentur.

Ingressus Italianam Carolus, Theodoricum episcopum Mindensem oratorem ad Innocentium misit, qui iusta ei de suscipiendis Romae imperiali diademate vota exponeret, & legatos Cardinales ad id munus mitti deposceret: quo Pontifex honorifice excepto, Carolo de fausto adventu est gratulatus (n), seque ob rerum molem ad conferenda illi ornamenta imperialia Romam adire non posse excusavit: verum legatis regii honoris cupidissimis eam provinciam a se demandatum iri.

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri.

Licet fama praenuncia, quae venerabilis fratris nostri Theodorici episcopi Mindensis adventum, & literarum tuarum praesentationem anticipans, optabilem nobis tum in Italiam transitum per dies aliquot divulgaret, animum nostrum vehementer ad gaudium excitasset, & continuus incrementis adhaerens sic fidem astrueret, ut de rei non deberet ambigi veritate; tamen...

(g) Alb. Arg. in chron. Gesta Innoc. VI. apud Bosg. De B. Otiliae reliquiis.

(h) Alb. Arg. in chron.

(i) Rehdorf. in anal. Caroli in Italiam iter.

(k) Cortus. hist. l. 11. c. 1. MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. Manth. Vill. l. 4. c. 27. Rehdorf. in anal.

(l) Alb. Arg. in chron. & alii.

(m) Matth. Vill. l. 3. c. 103. (n) Lib. 4. super c. 27. VI.

Postulat a Pont. ut legatos ad coronam illi imponendam mittat. (n) To. 2. ep. fecr. p. 213.

Grata Pontifici res fuit.

VII.

Decreti ab Innocentio Cardinalis.

Qui fuerint ii.

quia hoc humana cupiditatis inest affectui, hoc habet communiter proprium, quod in desideratis quibusque rebus moras non patitur, immo celeritatem ipsam quasi reputat tarditatem, suspendebat & augebat in nobis quodammodo considerationibus alterius conceptam letitiam tuarum expectatio literarum. Cumque in re hujusmodi mens avida, variis opinionibus astuaret, & nunc his rationibus victa consentiret famae relationibus, nunc vero considerationibus motu contrariis in ambiguo declinaret; tandem supervenit idem episcopus, qui nos de ipso tuo transitu quem Deus faciat esse felicem, literarum tuarum [quas & eundem episcopum letanter admodum placideque suscepimus] ac viva vocis attestazione certificans, & ad unctionis, consecrationis, & coronationis tuae in basilica Principis Apostolorum de Urbe [auctore Deo] feliciter, juxta imitandas antiquorum traditiones celebranda solemnia concedi magnitudini tuae Cardinales aliquos, modesto, sollicito, ac prudenter exposcens; velut bonus de longinqua terra nuncius, animum nostrum, successus prosperos amantissimi filii, ac patris & defensoris ecclesiae concupita praesidia stientem, quodam quasi potu aquae frigidae, tui scilicet desiderati cunctis gentibus recenter venientis occursum dulcissimo recreavit: tantoque nos ampliori gaudio, & copiosiori exultatione persuasit uberius, tantoque petitionis hujusmodi favorabilibus & promptius exauditionis impetravit effectum, quanto hinc universorum generalia commoda, largiente Deo, nasciura probabiliratione confidimus, & particularia ecclesiae memorata compendia, quae nihilominus communem utilitatem respiciunt, ipso propitio proventura sine dubitatione speramus.

Post gratias igitur in humilitate spiritus devote redditas, & laudationum vota debita per soluta ei, per quem Reges regnant, principes imperant, & a quo omnis potestas est, quique te ad imperii Romani culmen evehit, quod praestante ipso dies nobis desideratus, dies qui expectationibus nostris terminum posuit, serenus illuxit, quosdam ex fratribus nostris sanctae Romanae ecclesiae Cardinalibus, quos honoris & status tui & tuorum experientia multa palpasti sinceris & fervidos zelatores, ad hujusmodi unctionis, consecrationis, & coronationis, auspice Deo, celebritatem agenda, feliciter duximus statuendos; ut quod, urgentibus negotiis variis praepediti, nequimus contra desiderii nostri vota personaliter exequi, hoc ministerio eorum, agentium nostri vices officii suppleatur: & nihilominus dilecto filio nostro Aegidio tituli S. Clementis presbytero Cardinali Apostolice sedis legato per alias nostras literas, quas tibi defert idem episcopus, efficaciter scribimus, & mandamus eidem, ut efficacibus tibi adit auxiliis, opportunis assistat...

Ann. Eccl. Tom. XXV.

favoribus, praesidiis faveat, & consiliis te salutaribus dirigat, & informet. Extant ea ad Aegidium Cardinalem commendatitiae literae in regesto pontificio, quarum haec praecipua sententia (a) est: Cum, sicut ad te pervenisse jam credimus, clarissimus in Christo filius noster Carolus Rex Romanorum illustris in Italiam Deo dirigente descenderit, & pro coronationis, consecrationis, & unctionis suae celebritate more Caesarum Romae, auctore Deo, solemnizanda feliciter, Deo propitio, sit venturus; volumus ut eum sicut opus manuum Rom. ecclesiae, consiliis informes & dirigas, auxiliis foveas, ac favoribus ei efficacibus & opportunis assistas. Dat. Avin. XI. kal. decembris anno IX. Favit Carolo Aegidius in corona imperiali suscipienda: ac vicissim Carolus Aegidium ad perduelles ecclesiae edomandos magnis auxiliis instruxit, ut sequenti anno visuri sumus. Regredimur nunc ad literas Innocentii, qui ipsum his verbis ad ornandum virtutibus imperiale fastigium, amplificandam fidem, tuendam ecclesiam, reprimendos improbos, haereticos excidendos, obtridendos rebelles, orphanos, viduas, inopes regis. studiis prosequendos est adhortatus (b).

Deum itaque bonorum operum directorem suppliciter exoramus & petimus, ut ipsi in adjutorium tuum propitius dignetur intendere, & ad tanti ponderis sarcinam ad laudem ejus, ipsius honorem ecclesiae, ac prosperum statum Christiani populi portandam utiliter, humeris potentiae tuae robor adjiciat, mentis tuae oculos gratia sua visitationis illustret, te in viam dirigat prosperitatis & pacis: angelum suum, qui comitatus est Tobiae filium, tibi comitem tribuat: cuncta tibi adversa summoveat, concedat prospera, aspera convertat in plana, ante te contumacium cervicem humiliter, conterat elata cornua superbiorum, subjiciat jugo tuo colla rebellium: in manu tua, qua bella volunt, dissipet gentes: subdarias tibi faciat omnes ipsius nationes imperii, augeat fidem, perfidiam tollat, cunctis mundum purget erroribus: diesque tuos & longaevo faciat, & in optata mentis & corporis pace disponat.

Eja ergo, inclite princeps, excita caesarei throni potentiam in manu forti, & excelso brachio: conculcatam erigere ecclesiasticam libertatem: Romanae ac aliarum ecclesiarum jura custodi: personis earum pro reverentia illius, cujus ministri sunt, honorem impende, & jura earum eripe de manibus direptorum, ut proberis charitate filius, patronus effectibus, & operibus nomen impleas defensoris. Resarcire lacerata ejusdem imperii latera satage: rumpe vincula tyrannicae potestatis: leva in nationibus signum virtutis tuae, virgam emitte: fac populum tuum saluum, & protege plebem, ut ipsi potentiae tuae salutari praesidio...

(a) Ead. 10. 2. ep. fecr. pag. 215.

Aegidius Caesari non deesse jussus.

(b) Super ep. pag. 213.

Faustos successus Carolo Pontifex comprecatur.

VIII.

F fff 2 de

Piis præceptis informat.

de jugo inveterata servitutis erepti, & consecuti quasi novæ beneficium libertatis ac pacis, lætentur coram te corde perfecto, & non sit timor alterius in sensibus eorumdem. Deduc in semitam mandatorum Domini gressus tuos, & in ipsius, qui sanctus permanet in seculum seculi, timore persistentis, esto in justitia administratione sollicitus: esto pietatis amicus: esto, qua ibronus regis roboratur, clementiæ custos: esto misericordiæ observator: esto adjutor orphano & pupillo: indigentibus subveni, succurre egenis, oppressos releva, gravatos allevia, afflictos compatere, refove debiles, miseros consolare; & considerans, quod ad bonorum laudem, malefactorumque vindictam, gladium a Domino suscepisti, adjuva bonos auxiliis, prosequere favoribus justos, adesto præsidii mansuetis; ac in facinorosos & reprobos, temperante clementia, zelum tuæ accendas & acuas ultionis, ut juvante Deo sic terreni regni gubernaculis præsidere possis utiliter, quod post hujus occidæ vitæ cursum exceptus Abrabæ suæ interesse choris angelicis, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, ac præsentem majestatis divinæ intueri faciem, in quo summa consistit nostræ beatitudinis, meritis. Ceterum ad bonoris & status tui promovenda iugiter paternis studiis incrementa ex affectu charitatis intime promptiores eidem episcopo commissimus aliqua magnitudini tuæ vocis ministerio exponenda, rogantes ut ipse episcopi, pro parte nostra relutibus adhibeas plenam fidem. Datum Avinioni. XI. kal. decembris anno II.

IX. Objectæ Carolo in suscipienda Mediolani corona difficultates.

(a) Eod. to. 2. ep. fecr. p. 214.

De tribus coronis, quibus cinguntur Cæsares.

Consulturus etiam regis honoribus Innocentius, cum Carolus antequam aurea corona Romæ ornaretur, ferrea in Insulubria cingendus esset in ecclesia B. Joannis Modoetiæ ab archiepiscopo Mediolanensi, atque in ea re aliquæ occurrerent difficultates; Pontifex, utpote ad quem pro temporum ratione veteris moris immutandi jus spectat, Carolo permisit, ut tres patriarchas Constantinopolitanum, Aquilejensem, & Gradensem in ea celebritate adhiberet: de quo etiam patriarchis ipsis imperia dedit (a), ut a Carolo de ea re postulati ferreæ coronæ apices illi conferrent. Cavet tamen Mediolanensis ecclesiæ juribus ac dignitati, ne quid detrahi ipsi inde censeretur.

Innocentius, &c. venerabilibus fratribus Constantinopolitano & Aquilejensi & Gradenfi patriarchis.

Antiquorum servavit posteris imitanda traditio, quod Romanorum Rex in Imperatorem postmodum promovendus, antequam imperiale suscipiat diadema, corona duplici mystice insignitur, quarum primam, argenteam videlicet, in ecclesia B. Mariæ de Aquiligrani Leodiensis diocesis per manus archiepiscopi Colonienfis, qui est pro

tempore suscipit: alteram vero scilicet ferream, in ecclesia B. Joannis de Modoetiæ Mediolanensis diocesis cæsareo capiti Mediolanensis antistes imponit. Ac deinde, bis peractis prisco more solemnibus, Rex idem Romam diadema hujusmodi materialiter aureum de manibus Romani Pontificis, vel alterius, cui Pontifex idem ad id committendum duxerit, in basilica Principis Apostolorum suscepturas accedit, ut hac triplici varietate decorus, & sub triplicis figura mysterii sanctæ ac individue trinitatis signaculo insignitus & adjutus auxilio, triplicata mundo pretiosa munera conferens, eloquentia & sapientia, quam signat vitor argenteus, insanam hereticorum reprimat & confutet audaciam; & malleo fortitudinis, quam ferri duritia denotat, conterat cornua elata rebellium; & præsidio potentia, quam falvor metalli aurei præfiguratur, libertatem ecclesiasticam tueatur.

Mystica carum interpretatio.

Ad hæc sane munera, bis maxime opportuna temporibus, largiente Domino, conferenda salubriter, & copiosius eroganda, charissimus in Christo filius noster Carolus Rex Romanorum illustris, prout sibi speciale decus principum fides (quam ex genere derivat) indicit, sinceræ mentis confirmat integritas, ac virtutum amor & studia persuadent, accendens Christianissimi animi sui zelum, velut princeps catholicus se accingit: & post susceptam per eum hujusmodi coronam argenteam inuravit jam potenter Italiam, ut corona ferrea & diademate (hujusmodi ordine servato) susceptis, ac unctionis & consecrationis suæ solemnibus, auspice Deo, rite ac feliciter celebratis, ad deformati reformationem imperii & ruinas, quas in eo multiplicavit exacti malitia temporis, reparandas sicut necessitas exigit sub assidue dextera Domini se impendat utiliter, & Romane ecclesiæ matri suæ filialis dilectionis affectum exhibeat, patrocini debiti præstet officium, & defensionis optata præsidia devotus impendat.

Sed quoniam coronæ ferreæ traditionem & impositionem hujusmodi alibi, quam in dicta ecclesia S. Joannis, & ab alio, quam Mediolanensi archiepiscopo celebrandam posset forsitan dilecti filii Roberti electi Mediolanensis voluntas (quod absit) vel impotentia suadere; nos, cupientes favere memorati Regis in hac parte commoditatibus in quibus utilitatis publicæ incrementa spe fertili considimus promovere, fraternitati vestræ per apostolica scripta committimus & mandamus quatenus, si præfatus electus requisitus requiverit aut noluerit officii sui debitum in traditione ac impositione coronæ forsan exolvere memoratæ, vos vel duo aut unus vestrum, qui super hoc ab eodem Rege fueritis requisiti seu etiam requisitus, prædictam coronam ferream in

X. Ad quem ferreæ coronæ imponendæ jus spectat.

Subrogati impedito Mediolanensi tres patriarchæ.

XI. Joannis archiepiscopi Mediolanensis mors.

(a) Matth. Vill. l. 4. c. 25. Corr. hist. l. 10. c. 7.

(b) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040.

(c) Matth. Vill. l. 4. c. 38. (d) To. 2. ep. fecr. p. 192.

(e) Matth. Vill. l. 4. c. 38. Pisanus se illi subiiciunt.

eadem S. Joannis vel alia ecclesia, sicut rerum & temporum commoditate ac opportunitate provida consideratione pensatis, expedire videritis, auctoritate nostra (servatis alias solemnitatibus, quæ consueverunt in tanta celebritate servari) tradere ac imponere (sudeatis. Per hoc autem archiepiscopo Mediolanensi, qui pro tempore fuerit, aut alii, qui se in ipsius impositione ac traditione coronæ jus habere prætenderent, ac præfata ecclesia S. Joannis, quoad hujusmodi coronam per Reges Romanorum, qui pro tempore fuerint, ab eisdem archiepiscopo vel aliis & in prædicta ecclesia S. Joannis, prout ad eos pertinet, suscipiendam suis temporibus, nullum volumus alias præjudicium generari. Datum Avin. X. kal. decembris anno II.

Excefferat paulo ante xv. octobris e vis Joannes archiepiscopus Mediolanensis, cui Robertus successor erat datus, morte repentina abreptus, qua interdum justum Numen insignes improbitate homines afficere, docet annalium series: cuius mortis genus describit Matthæus Villanus (a), enato nimirum in fronte carbunculo, quem cum parum curasset, jusseritque ferro excindi, repente eo amputato exanimem concidisse, neque animæ suæ salutem consulere, aut rite procurari sacramentis potuisse, illumque ingentibus vitis notat, fuisse luxu ac delirii discoloratum, tumidum superbia, proferendæ tyrannidis cupiditate ecclesiam oppressisse, quod in Bononiæ invasione vidimus. Meminit MS. Vaticanus auctor (b) insculptum sepulchrali marmoris insigne epitaphium, quo singula ejus gesta recensita, & urbes, quibus imperavit, enumeratæ: ac demum in hos versus, quibus humanæ felicitatis ludibrium detegitur desinere.

Quid mihi divitiæ, quid lata palatia profunt. Cum mihi sufficiat quod parvo marmore claudor?

Ut vero is tyrannus successerat, ita tyranni qui ipsum vicere sceleribus, ei successere, Matthæus, Bernabo, & Galeati nepotes, quos pronepotes ex Stephano nepote vocat Matthæus Villanus (c). Ad eos vero Pontifex consolatorias literas dedit (d), ipsosque salubribus præceptis instruxit, ut divinum timorem amoremque infererent animis, atque ad confirmandam dignitatem concordiam cum Carolo Rege Romanorum inirent. Sancita pax est, quam augustali indignam fastigio fuisse Villanus ait (e). Antequam Mantua discessum ob eam celebritatem ornaret, Gambacurta præfecti Pisarum veriti, ne concitata seditione a populo cæsareo nominis studio exauthorarentur,

missis oratoribus (f), se suaque Carolo (g) subjecere ea lege, ut publicæ rei gubernaculis non pellerentur, triginta aureorum millia in apparatus conferendi imperialis insignis, totidemque alia pro asserendo sibi Lucæ dominatu polliciti.

Agitavit (g) etiam Carolus Romanorum Rex, dum Mantuæ substitit, inter Venetos ac Vicecomes, partisque utriusque fœderatos concordia negotium, quod antea Pontifex Avenione, excitis Venetorum ac Genuensium oratoribus, promovere studuerat: sed novæ subortæ res illud dirimere. Adducit in crimen Villanus (h) Genuenses, qui elati ex parva victoria, de qua dicitur inferius, immutarint conventa: induciæ vero confectæ a Carolo Rege ad mensum majum insequentis anni, quo excurrente eo tempore imperialis inunctionis pompæ celebrandæ vacaret. Consuluisse feliciter Andreas Dandalus Veneti nominis dignitati, si flexisset ad pacem animum: quo illum tempore Petrarcha, qui pro ea extinguenda discordia oratoris etiam munus obiit (i), his gravissimis sententiis ad funestum bellum sopiendum stimulabat (k).

Andræa Dandula Venatorum duci.

Cum jam his acie decertatum, jam Hellespontiacum æquor atque Fyrrbennum geminis cladibus nostris infectum, & jam semillimum veri esset, inarum flammæ longo cruoris imbre lentescere, ab hoc nuper Italorum maximo, fidelis heu, sed inefficax tractator pacis ad te civisque tuos missus, quibus nec dux usquam consultior, nec genus ulla tranquillior, quanta præsens in consilio, cui præsidet, quanta tecum solus in thalamo verba feci, puto propter vicinitatem adhuc (ut ita dixerim) in auribus tuis sonet. Nequidquam tamen, nam & procerum tuorum, & quod mirum in modum stupeo, peccus etiam tuum salubribus montis, precibusque justissimis belli fervor atque armorum fragor obstruxerat. Et infra: Accesserat ab aquilone quædam novarum rerum aurapertentis, quæ licet adversus id, quod intendebant flaret, perfeceritque quod timui (pace sit dictum tua) tantam tamen gravitatem avertere ac saniora dissipare consilia non debebat. Quousque enim miseri in jugulos patriæ, & in publicam necem barbarica circumspiciemus auxilia? quousque qui nos stranguleut pretio conducemus? Et infra.

Nosti expertus quid pax, quid bellum secum ferat. Vidisti faciem utramque fortune. Victi fuisti, & vicisti: quamvis ut est mens hominum indomita vincendique præcupida, primum forte negaveris, non contendo: ut viceritis semper computa, quanto quid tibi, quid republicæ victoriis accesserit. Minus profecto auri, minus est sanguinis, & quod pessimum est, plus scelerum ac malorum. Quæ si victoribus ac-

XII (g) Matth. Vill. l. 4. c. 29. Agitata frustra inter Venetos ac Genuenses pax. (h) lb. c. 38.

Petrarcha pro ea concilianda oratorem agit. (i) Andr. Dand. apud Petrarch. var. l. n. 3. (k) Petrarch. lib. var. ep.

Illius ad Venetum ducem adhortatio.

eidunt, quid sperare debent victi? Incipe jam, precor, in hanc rem oculos aperire, quos vigilantissimos ac lynceos habes in ceteris, si damni quam lucri plus, si plus mali quam boni, plus flagitii quam virtutis, si boni, si lucri nihil in bello est, si contrariorum infinita congeries, desine oro jam tandem; & tibi etiam, cui ex parte Trojanus est sanguis, ab illo duce Dardanio dictum puta.

Proiice tela manu sanguis meus.

Pax utilis est ambobus, immo cunctis necessaria, nisi illis, qui rapto vivunt, & exiguum censum multo mercantur sanguine: immane genus hominum, si tamen homines sunt, quibus humani nihil est præter effigiem. Hi sunt, qui infami stipendio calamitosam & miseram vitam trahunt: jure itaque pacem, & in pace famem metuunt, bellum amant, & lupi velut ac vultures strage hominum ac cadaveribus delectantur. Hisne tu belvis morem geres? Neque carnem & caesorum exuvias esuriunt: æque sanguinem sitiunt atque aurum. Et infra.

Quid expectas igitur? Ad cor redi, & si externi displiceant, tuos ama: siquid autem forte in animo rubiginis, si quid odii est, amore patriæ & malorum communium miseratione deterge. Nec tibi persuadeas, perente Italia, Venetiam salvam fore: est enim pars illius, & natura partis ea est, ut sequatur sui totius vel subsistentiam, vel ruinam. Hoc tecum sæpe recogitans noli, dux optime, rerum summam in extremum adducere, ubi & vinci miserum est, & vincere sceleratum, eoque ipso miserius est, quam vinci. Melius in nostros hostes, quibus utinam cureremus, quam in normetiplos hæc tela verterentur. Melius hæc divitiæ vel necessariorum præstidia bellorum, vel pacis fuerint ornamenta, quam voluntaria instrumenta sævitiae, &c. Vale v. kal. junii MCCCCLIV. Hæc Petrarcha.

XIII.

(a) Apud Petrarch. lib. var. lib. ep. 3. Detrectata pax a Venetis.

(b) Petrarch. var. ep. 18.

At illi dux Venetorum parva jam in Calaritano sinu superiori anno victoria respondit in hæc verba (a): Ad explicandam cum Januensibus causam nostram justitiam non nimis invidiamur, quam ipsa ex se veritas satis nota & prosperorum successuum cælitus nobis accumulata felicitas abundanti- us sunt professæ. Faverat quidem Deus superiori anno Venetis, cum Genuenses cælestes iras, rejecta pace concitassent: sed eorum calamitatis non edocti Veneti, deceptique fugientis felicitatis umbra, poenas gravissimas ob non amplexa pacis consilia luerunt; de quo hæc habet Petrarcha (b): Bello cum Januensibus suscepto dicam an detecto, latens enim bellum defuisse nunquam puto, intra breve tempus primum victi, mox victores rursus majore prælio victi sunt. Et infra: Utinam dux Andreas, qui rerum summæ tunc præerat, hodie viveret: exagiturum eum li-

teris, & omnes aculeos incuterem, ac tota uterer libertate. Et infra: Ut enim fortuna testimonio solebat, nec dubitare, quin sicut illa prosperior videretur, sic justior causa sua esset. Et infra: Seu morbo corporis seu animi præventus, quod per eos dies, contra suam atque omnium spem animosissime ad litus Venetum ipsa eadem, quam penitus victam atque exterritam existimabat Januensium classis accessit. Huic tumultui dux ipse præter morem armatus interfuit: nec post eum diem fere aliquid gessit, quasi festinans impendentibus caput malis matura morte subducere. Et infra: Post quæstatim apud Achaia insulam, cui Sapientiae nomen est, Veneti ab eadem illa vaga classe Januensium deprebent, ingentique prælio suffunt; eum honorem duci optimo deferente fortuna ut, sicut dixi, delatam patriæ suæ cladem in carne positus non videret. Certe ubi potissimum vinceretur divinitus evenisset crediderim, quo scilicet vocabulo loci saltem reliqui duces admonerentur, ut sapientiam quam fortunam sequi mallent, & a ratione abeuntibus rerum elicerent argumenta. Consentiant Petrarchæ Cantacuzenus (c), Matthæus Villanus (d), & alii, qui fufius cladem illam Venetorum describunt: adduntque (e) datum corvorum inter se concurrentium, suoque cruore aspergentium Venetam classem, triste præfagium. Reversus Genuam Paganinus Auria Ligusticæ classis præfectus non diu victoriæ gloria frui licuit, paulo enim post ejus amplitudo in titulum sepulchri abiit.

Nec modo Aurie mors, verum etiam adversæ in Sardinia res effusam Genuensium lætitiæ temperavit (f): insigni enim militari dolo usus Petrus Rex Aragonum, cum amissa maxima insulæ parte a mense julio ad novembrem arcem, cui Loiera nomen erat, pressisset obfidione, certior factus de Genuensium in oriente victoria, mox famam sparsit contrariam, deletos mari Genuenses; atque ingenti lætitiæ effusæ apparatu hostem delulit; qui metu consternatus defectionis a Genuensibus consilia iniiit. Rex vero recepta Loiera, adactio in sua verba Arboreæ regulo, atque arcibus milite, telis, & comœatu egregie munitis victor abscessit. Favet in ea expeditione Pontifex Aragonio, ut Sardiniam & Corsicam liberalitate sedi Apostolicæ acceptas ex Genuensium manibus vindicaret, dimidiam enim decumarum ecclesiasticarum, in iis regnis triennio colligendarum partem attribuit (g). Derulerant paulo ante solemnî ritu Christi vicario clientelarem sponsonem Perri oratores, veteresque passionis, a Bonifacio VIII Jacobo Regi dictas, sacramento sanxerant, de quibus monumentum hoc extare voluit Innocentius (h)

(c) Cantac. l. 4. c. 32.

(d) Matth. Vill. l. 4. c. 32.

(e) Bizzar. de bello Veneto l. 2. Foliet. 17.

(f) Andrea Dandali responsum.

XIV.

(a) To. 2. ep. fecr. pag. 78.

(f) Matth. Vill. l. 4. c. 21. & 34.

Aragoni- us sparfo fallo rumore Sardos subiicit.

(g) Lib. 2. miscell. p. 121.

(h) An. 2. l. 2. lit. divers. form. ep. 29.

Innocentius, &c. Petro Regi Aragonum illustri.

Ejus oratores lolemni ritu Sardiniam & Corsicam Pontifici acceptas referunt.

Confirmant veteres passiones.

XV. (a) To. 2. ep. fecr. pag. 78.

(b) Matth. Vill. l. 4. c. 2. & 3.

Insula Siciliae Aragonium jugum excutit.

(c) To. 2. ep. fecr. pag. 93.

(d) An. 2. l. 2. lit. divers. for. ep. 332.

Significamus tibi, quod dilecti filii nobiles viri Lupus de Gurrea & Bernardus de T'ous, milites Osensis & Vicensis diocesis, procuratores & nuntii tui, habentes a te ad infra scripta omnia plenum, sufficiens, & speciale mandatum per patentes literas tuas sigillo tuo regio in pendentibus sigillatas, & publica manu scriptas, ut prima facie apparebat, in nostra & fratrum nostrorum præsentia personaliter constituti, obtulerant se paratos nomine tuo nobis pro regno Sardinie & Corsicæ, quod a nobis & ecclesia Romana tenes in feudum, & pro quo noster & ipsius ecclesie ligius vassallus existis, facere ligium homagium, & prestare fidelitatis debita juramentum juxta formam conventionum habitaram inter eandem ecclesiam & claræ memoria Jacobum Regem Aragonum avum tuum in concessione de ipso regno memorato Jacobo Regi per eandem ecclesiam dudum facta; & quod nos hujusmodi oblatione ipsorum procuratorum tuorum audita benigne, ac subsequenter de mandato nostro lectis conventionibus ipsi coram dictis procuratoribus seriose, ipsique illas quo supra nomine se offerentibus servaturos; nos ab eis hujusmodi homagium & juramentum juxta hujusmodi formam conventionum recepimus prædictarum, in testimonium receptionis hujusmodi magnitudinis tue præsentibus literas concedentes. Dat. Avin. 11. kal. februaris anno 11.

Monuit eundem Regem Innocentius (a), ne ad principum Aragoniorum, qui Trinacriæ contra fas insidebant, gratiam Joannam Reginam bello lacefferet: maxima enim insulæ Siciliae parte positus erat Ludovicus Rex Neapolitanus (b), redeuntibus ultro ad illius obsequium proceribus ac populis, qui ferro domari non potuerant. De quo felici successu Pontifex ipsi est gratulatus (c) pollicitusque facrorum usum, quo privata fuerat ob perduellionem insula restitutum iri; qua de re extant subjectæ literæ (d).

Innocentius, &c. venerabili fratri archiepiscopo Neapolitano.

Dudum tam per felicis recordationis Joannem XXII. primo, quam subsequenter per pia memoria Benedictum XII. Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac bona memoria Gotium tit. S. Priscæ presbyterum, Cardinalem, tunc patriarcham Constantinopolitanum, & Raterium episcopum Vastonensem Apost. sedis nuntios auctoritate literarum dicti prædecessoris Benedicti adversus detentores & habitatores insulæ Siciliae & aliarum eidem insulæ coherentium insularum, ad nos & ecclesiam eandem sponsonem, propter detentionem insularum, ipsarum, ac rebelliones & inobedientias per

detentores & habitatores eisdem contra dictos prædecessores & ecclesiam commissas, diversi processus, diversas excommunicationum in singulares personas & interdictionum in easdem insulas promulgatas poenas & sententias continentes, successive habitati extiterunt. Cum autem, sicut per literas & nuntios charissimorum in Christo filiorum nostrorum Ludovici Regis & Joannæ Reginae Siciliae illustrium nobis nuper innotuit, nonnulli comites, barones, nobiles, & milites, nec non quarundam civitatum communia, & quamplurimum terrarum & castrorum & aliorum locorum universitates, ac singulares persona tam clerici quam laici de insulis supradictis, quæ a nobis & ecclesia Romana sub homagio ligio tenentur in feudum, divina inspirante gratia pedes suos ab invio retrahentes erroris, juniorique ducti consilio ad nostram & ecclesiam, ac Regis (utpote ejusdem Reginae viri) & Reginae prædictorum obedientiam & mandata redierint, & reliqui annuente Domino, sperentur de proximo redituri, nos admodum de hujusmodi eorum conversione gaudentes, ac valentes eis more patris benevoli apostolica pietatis januam referare & de circumspessione tua gerentes in his & aliis in Domino fiduciam specialem; ipsorum etiam Regis ac Reginae in hac parte supplicationibus inclinatis, omnes hujusmodi & quoscumque alios processus, & infra, suspendi auctoritate nostra usque ad unum annum a data præsentium computandum (quoad ipsos duntaxat, qui jam ad dictam obedientiam redierunt, & alios, qui etiam infra dictum annum redierint) plenam & liberam fraternitati tue concedimus tenore præsentium facultatem, &c. Datum Avinion. x. kal. decembris anno 11.

Consuluit Ludovico Regi Pontifex (e) ut in Calabriam se conferret, quo ad recuperandum avitum regnum fortius incumberet. Verum hoc secundos successus nonnulli adversi confuderunt: submissæ enim ab eo ad inferendum Panormo commeatum naves ab hoste captæ (f) ac novæ turbae a foederatis latronum turmis, quæ proditorum arte ad prædam illectæ sunt, concitatae (g). Male autem meritis est de Pontifice Ludovicus (h), intermissa annui census pensitatione: cui anathema aliisque poenas graviores, ni illum solveret, Innocentius objecit (i). Ut vero ea irretitus noxa magis calamitatibus involutus sit, moxque pontificiam misericordiam exoraverit, inferius dicetur.

Interea restitui in ecclesie gratiam exoptavit Alberrus Bavarie dux, Ludovicus antea cæsareo apice exauthorati filius ac paterna scelera damnavit: quem sacro ritu, descripto in subjecto diplomate, conciliari Innocentio iussit. (k)

Sacrorum usus illi restitutus.

(e) To. 2. ep. fecr. pag. 103.

(f) Matth. Vill. l. 4. c. 30.

(g) Ib. c. 31. & 38.

Objectæ Ludovico censuræ ob non solum censuram.

(h) To. 2. ep. fecr. p. 142.

(i) Ib. p. 131. & lib. miscell. p. 118.

XVI.

(k) An. 2. l. 2. lit. divers. for. ep. 127.

Innocentius, &c. venerabilibus fratribus Herbipolensi & Spirensi Episcopis.

Nuper pro parte nobilis viri Alberti ducis Bavarie nobis fuit expostum, quod licet ipse tempore obitus quondam Ludovici de Bavarria genitoris sui adhuc esset impubes; nihilominus tamen pro eo, quod post & contra processum per sedem Apostolicam adversus & contra dictum Ludovicum de herefi & schismate condemnatum, ejusque complices & fautores, ac adherentes eidem, & cum ipso etiam participantes, habitos eidem Ludovico adhaesit & obsecutus fuit, & participavit etiam cum eodem, excommunicationis sententiam, per processum eisdem contra talia praesumentes generaliter promulgatam, praeter poenas alias, quibus occasione ipsius Ludovici tam de jure, quam per processum eisdem subjacere dignoscitur, se dubitat incurrisse: quare pro parte ipsius Alberti, qui pubes factus existit, fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum ipse cupiat esse & persistere in obedientia & devotione sanctae matris ecclesiae, sibi tam de absolutionis ab omnibus sententiis atque poenis, quas propter praemissa quomodolibet incurrisset; quam aliis circa praemissa oportunitis et beneficiis providere de benignitate sedis Apostolicae misericorditer dignaremur. Nos igitur, qui vices illius in terris [quamvis immeriti] gerimus, qui omnes quaerit salvos fieri, & neminem vult perire, volentes in eundem Albertum praemissis conditionibus & nonnullis aliis honestis considerationibus attente pensatis, apostolicae benignitatis clementiam exercere; charissimi quoque in Christo filii nostri Caroli Romanorum & Boemiae Regis illustris nobis super hoc humiliter supplicantis, ac ipsius Alberti in hac parte supplicationibus inclinati; & de circumspicione vestra in his & aliis specialem in Domino fiduciam obtinentes, absolvendi hac vice auctoritate nostra juxta formam ecclesiae Albertum praedictum ab omnibus sententiis atque poenis, quas occasione praemissorum quomodolibet incurrisset, si hujusmodi absolutionem humiliter petierit, & prius in forma subscripta confessionem & recognitionem fecerit, & corporale juramentum per seipsum praestiterit, ac imponendi sibi pro modo culpa super iis, in quibus eum invenentis deliquisse, poenitentiam salutarem; ipsumque Albertum ac ejus liberos & postereros ad statum & famam & alia quaelibet plenarie habilitandi, plenam vobis & cuilibet vestrum, per vos duntaxat seu vestrum alterum exercendam, auctoritate apostolica concedimus tenore praesentium facultatem.

Voluntus autem, quod si dictus Albertus postquam per vos absolutus & habilitatus fuerit, ut praefertur, contra ea vel aliquod eorum, quae promittit vel jurabit, venerit,

eo ipso in easdem poenas & sententias relabatur. Ac etiam volumus, quod confessio & recognitio, juramenti praestatio & absolutio ejusdem Alberti supra dicti in vestra vel alterius vestrum praesentia & clericorum & laicorum multitudine copiosa solemniter & publice fiant: & quod de ipsis confessione, recognitione, juramento, & absolutione confici faciatis per bonos & authenticos notarios publica instrumenta, quae vestris sigillis munitis nobis per fideles nuntios destinare curetis. Forma autem confessionis & recognitionis faciendae, ac juramenti praestandi per Albertum praesatum talis est.

Ego Albertus dux Bavarria natus quondam domini Ludovici de Bavarria, olim pro Romano Imperatore se gerentis, per iudicium tamen sanctae Romanae ecclesiae reprobati, desiderans & requirens humiliter a poenis & sententiis, quas propter praemissa incurri, absolvi & univati sanctae matris ecclesiae reconciliari misericorditer, & ad ejus ovile reduci; juro ad sancta Dei evangelia stare & obedire mandatis sanctae matris ecclesiae supra dictae, & domini mei domini Innocentii, Dei providentia Papae VI. seu alterius, quem ipse ad hoc duxerit deputandum: & insuper omne schisma abjuro, & promitto, me in vera obedientia praefatae ecclesiae, & praefati domini mei Papae, & successorum suorum canonice intrantium, sine fictione qualibet perpetuo permanurum. Confiteor etiam, me tenere & credere, quod credit, tenet, & docet sancta Romana mater ecclesia. Illam quoque detestor damnatam asserionem, quae damnavit Imperatorem Romanum, posse Romanum Pontificem deponere, & sibi alium subrogare. Dat. Avinion. 11. kal. aprilis anno 11.

Damnatum etiam a Ludovico marchione Brandeburgensi hujus fratre natu majore Ludovici Bavari schisma, dicitur inferius. Addimus nunc ex Alberto Argentinensi (a), illum Carolo Romanorum Regi lanceam, clavos, partem crucis Christi, & alia insignia, quae imperii dicuntur, a patre accepta restituisse, cum ab eo adversus fictitium Waldemarum marchionatus invasorem principatui assertus fuisset: has vero sacras reliquias Pragani delatas ingenti Boemorum gratulatione exceptas. Extant Innocentii litterae hoc anno ad Carolum datae (b), quibus sacra illa dominicae passionis monumenta in altari venerationi fidelium, quorum pietas sacris etiam indulgentiis aucta est, exponendi solemniter die recurrente potestatem contulit (c). Decretum autem ad Carolum preces ab Innocentio festum diem ad recolenda sacra illa pignora, meminit Henricus Rebdorfius (d): Hic Pipa, inquit, ad supplicationem Regis Caroli speciale festum in honorem instrumentorum dominicae pas-

XVII. Sacramenti ab eo nuncupandi formula.

XVIII. Recuperata a Rege Carolo imperii insignia. (a) Alb. Arg. in chron. De lancea clavo & parte crucis. (b) An. 2. l. 2. ep. ep. divers. form. 116. (c) Ibid. ep. 117. (d) Rebdorf. in annal. Alb. Arg. in chron. Vit. Innoc. ant. apud Bosq.

Admitti in ecclesia gratiam effugiat.

Auditae ejus preces.

passionis, videlicet hastae, clavorum, & aliorum in partibus Alamanniae & Boemiae solemniter celebrandum indixit feria VI. post octavam * orationis dominicae: & super hoc indulgentias dedit. Actum id indicat auctor Gallorum pio exemplo, qui coronae spiniae Jesu Christi, quam magna religione custodiunt, festum diem celebrant. Confirmantur Rebdorfii dicta Innocentii diplomata (a), quod ob rei dignitatem submicimus.

(a) An. 2. l. 2. lit. divers. for. ep. 135. Diploma de festo die iis decreto.

Innocentius, &c. ad perpetuam rei memoriam.

In Redemptoris nostri domini Jesu Christi, per quem salvati & liberati sumus, sacratissima passione sic nos gloriari oportet, ut ipsius passionis cuncta mysteria divinum salutarium instrumentis & fructibus gloriemur, inter quae illud celeberrime memorandum est, quod ipse Salvator emissio in cruce jam spiritu, sustinuit perferari lancea latus suum, ut inde sanguinis & aquae profluentibus undis, formaretur unica & immaculata, ac virgo sancta mater ecclesiae sponsa sua. O beatissima ipsius sacrata lateris apertura, unde nobis tot & tanta divinae pietatis dona fluxerunt: hinc si quidem nostra redemptionis pretium: hinc ablutionis & regenerationis lavacrum; hinc ipsius ecclesiae sacramenta suscepimus. O felix lancea, quae tot bona nobis effecit, & ad tanti triumphi gloriam super additam hoc latus ipsum aperiendo sanctissimum, januas nobis regni caelestis aperuit. Hac vulnerando jam mortuum, vulnera nostra sanavit, vitamque nobis reddidit & salutem. Hac innoxium transfigendo, illius sanguine culpas nostras abstergit, & demum eisdem undis sacratissimis irrigata coecitatis nostrae tenebras sustulit, & nos ipsius divinae pietatis fluxus inundavit. Illique etiam dulces clavi, cum quibus ipse Salvator eidem cruci fuit affixus, quae non solum ejus immaculato respersi sanguine, sed & nos etiam per ipsorum salutiferas plagas dulcedinem tantam ipsius divinae charitatis accepimus, ut manus nostrae a peccati soluta nexibus, pedesque nostri a mortis laqueo fuerint liberati, sunt devotissime recolendi. Quid enim vulnere ac plagis hujusmodi sanctius, quid eis salubrius, ex quibus salus nostra processit, & in quibus assidue curare se possunt animae devotorum? Licet igitur lancea & clavi praedicti aliquo ipsius passionis salutifera instrumenta sint a cunctis Christianis devotione in eadem ecclesia solemniter annis singulis officia celebrantur & fiant; dignum tamen & convenienter reputamus, si de ipsius passionis specialibus instrumentis, & praefertim in partibus, in quibus instrumenta ipsa dicuntur haberi, solenne ac specia-

le festum celebretur & fiat: nosque illos Christi fideles, qui aliqua ex instrumentis ipsius habere se gaudent, in eorum devotione divinis officiis atque muneribus specialiter fovemus.

Sane oblata nuper nobis pro parte clarissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum & Boemiae Regis illustris petitio continebat, quod ipse inter sacras reliquias, quae imperiales vulgari nuncupantur, quaeque tamquam pretiosissimum imperii Romani thesaurus consueverunt per Romanorum Regem seu Imperatorem, qui est pro tempore, conservari ac reverentissime etiam honorari, habet in sua custodia praedictam sacratissimam lanceam, nec non unum ex clavis praedictis, prout praedecessores sui clarae memoriae catholici Romanorum Reges seu Imperatores etiam habuerunt: & quod ad ipsas reliquias habetur in illis partibus magna devotio & concursus etiam populorum, quare dictus Rex velut princeps catholicus zelo devotionis accensus nobis humiliter supplicavit, ut de ipsis lancea & clavis tam pro eorum veneratione majori, quam pro Romani imperii favore & honore praecipuo, festum in Alamannia & Boemia partibus perpetuo celebrari statuere ac praecipere dignaremur.

Nos itaque cupientes, quod ipsi lancea atque clavi in partibus maxime, in quibus habentur & etiam conservantur, tanto ab ipsis Christianis devotius venerentur, quanto pro ipsis celebriorem altissimo cultum viderint exhiberi; devotis quoque ejusdem Regis supplicationibus inclinati, apostolica auctoritate statuimus & etiam ordinamus, quod ad ipsius Salvatoris nostri laudem & gloriam, dictaque passionis suae reverentiam gloriosam de praemissa lancea & clavis & sub eorum vocabulo proprium festum cum speciali officio, per aliquos praefatos catholicos & alios paginae divinae peritos, quos idem Rex ad eos eligendos duxerit ordinando, sexta feria post octavam resurrectionis dominicae annis singulis a Christianis fidelibus in eisdem Alamannia & Boemia partibus perpetuo solemniter celebretur. Et ut fideles ipsi ad venerationem ipsorum lanceae & clavorum ferventius animentur, eoque ad ecclesiam vel capellam, in qua fuerint, & ad celebrationem festi & officii praedictorum libentius confluant, quo ibidem uberius dono caelestis gratiae contempserint se reffectos; de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui in die festi hujusmodi ipsam ecclesiam vel capellam, in qua tunc lancea & clavis ipsi fuerint, ut praefertur, devote visitaverint annuatim, tres annos & tres quadragenas, singulis videlicet ipsius festi diebus, quibus ecclesiam vel capellam ipsam visitaverint; eis

Datum id pietati caesareae.

Instituta sacrae preces.

G g g g ve.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

Indulgentia eas reliquias venerabilis proposita.

vero, qui eadem die in missa & singulis horis canonicis ubicumque in provincia dicti Regis & successorum suorum catholicorum Romanorum Regum seu Imperatorum, qui pro tempore fuerint, divinis intererunt iam in missa, quam in singulis horis eisdem, centum dies, in qualibet videlicet missa & singulis horis eisdem, quibus in presentia Regis vel successorum suorum predictorum divinis ipsi intererunt, ut praefertur, de injunctis eis poenitentis misericorditer relaxamus. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. id. februarii anno II. Extant de eo ad Magdeburgensem, Pragensem, Coloniensem, Trevirensis, Moguntinum, Salisburgensem, Bremensem, Rigensem archiepiscopos, eorumque suffraganeos encyclicae literae (a). Quae de lancea qua Christi latus in cruce tranverberatum est, retulit Innocentius, haec ex Caroli Imperatoris relatione repetit. Fuisse autem illam lanceam, quae in thesauro augustali servabatur, ex aliqua parte clavorum deminorum conjuncto alio ferro eleganti opere elaboratam, & a Sampone Italiae comite Rodulpho Burgundionum Regi dono traditam, & ab hoc Henricum Regem Othonis Saxonum ducis filium eandem minis extorsisse, ostendit Cardinalis Baronius (b). Verum autem ferrum lanceae, quo Christus in cruce transfusus est, in basilica Vaticana a populo Christiano inter alia dominicae passionis sanctissima monumenta colitur. Qua autem ratione delatum fuerit, in Innocentio VIII. Deo dante, dicemus. Nunc ad Carolum IV. Imperatorem, a quo digressa est oratio, redimus.

Ornavit quoque Pragae Carolus Rex pluribus aliis sacris reliquiis (c), quas ex variis partibus ad conciliandam sibi multorum sanctorum clientelam ac pietatem Boemorum augendam cumularat, quas Innocentius in pontificio diplomate recenset (d). Haec non praetermittenda visa, quo advertant Boemi, tum Boemiam, cum pietate floreret, ad summum splendorem effloruisse: deinde vero, ubi haeresi se infici passa est, una illius dignitatem obsolevisse. Nunc ad Francorum res sermonem traducimus.

In Gallis suspensi fuere omnium animi expectatione concordiae, quae pontificia

NOTE [1] Hoc anno turbatae res domesticae in Gallia; obortae inter Carolum Navarrae, & Joannem Gallorum regem simultates. Causam odii praebuit crudele facinus Caroli Navarrae, qui ex ignota quadam causa in Carolum de Hispania magnum Franciae comitem stabuli furens, inermem & incautum a sicariis apprehendi atque necari se praesente curavit. Joannes Rex, quamquam ejusdem Caroli Navarrae socius, id ferens indigne, actionem judicalem in illum instituit. Res ulterius processisset, nisi interventu Guidonis Cardinalis, & Joannae viduae relictae Caroli, olim Galliae Regis, reductis animis, pax tandem conciliata fuisset. Haec pacem coaluisse negat Annalista, re ipsa tamen conciliatam asserit Continuator Nangii: Pacem ejus imbricaverunt. . . . quae quidem reconciliatio multum placuit toti regno. Quamquam non diu post odia iterum exarsisse notat: Sed pro dolor! non diu stetit. MANST

(a) Reg. post eand. ep. & ep. 411. & 412.

Verum ferrum lanceae dominicae in Vaticana basilica servatur. (b) Baron. anal. 10. 10. A. C. 929. n. 2. & 3.

(c) Gest. Innoc. VI. apud Bosg.

(d) Eod. l. 2. lit. divers. for. ep. 117.

XIX.

Navata a Pont. ad eum Gallo conciliandum opera.

sua qualibet domus & regni cujuslibet, attestante Domino, periculosa sit, utpote quae desolationem & casum [quos a tuis semper faciat Deus alienos] compendii comminatur, domui tamen & regno tuis [quod advertat ipse Dominus] eo temporibus his periculosior esse posset, quo dicti regni tui prosperitas plures contra se hostes & emulos, peccatis exigentibus, per invidiam concitavit; ac sperantes, quod tu, sicut princeps providus & pietatis amicus, conceptam adversus eundem Regem indignationem & iram temperabis clementia, & mansuetudine superabis, serenitatem tuam attente requirimus & attentius deprecamur, per viscera misericordiae Dei affectuosius obsecramus, quatenus prudenter considerans, quod ab eo es Rex in gentibus constitutus, qui misericordiarum pater es, & cujus miserationes super omnia opera ejus incessanter abundant, quique provocatus quantumlibet, aperis pius humilitatis peccatoribus misericordiae januam, & veniam supplicibus benignus indulget; ac intuens, quod si ex more quemvis officem conservatio sui operis afficit, te quoque praefati Regis, quem propriam filiam ei dando in conjugem filium effecisti, debet conservatio animare; & quod hac etiam & aliis considerationibus pluribus, sciendo in eum, in te servare quodammodo censeris, eundem Gaugerium pro divina majestatis reverentia, publica utilitatis intuitu, & nostra intercessionis obtentu benigne recipias, clementer audias, & humilia dicti Regis verba, quae pro ipsum militem magnitudini tuae suppliciter offert, a separata ac expediti gratia non repellas. Dat. Avin. xv. kal. Januarii anno secundo. Conciliari concordia inter generum & socerum Reges non potuit (a): Carolus enim excepti potius capitalis iudicii ob magistrum equitum regiae Hispaniae principem insidiis Engolismae casum, quam vitae condonatae memor, consilia cum Anglo in rei Gallicae exitium clandestina, agitavit: ad quem Joanni conciliandum Joanna & Blancha Reginae viduae, ut incumbere, rogatae (b); Catalaunensisque episcopus adhibitus (c): sequenti vero anno ab Innocentio, Elmensis episcopum & abbatem Cluniacensem missos visari fumus.

(a) Frof. sar. hist. Gall. l. 2. Paul. E. mil. in Joan.

(b) To. 2. ep. fecr. pag. 220. (c) Ead. pag. XX.

Castellae res vitio Regis turbidae. (d) Mar. ib. Vill. 4. c. 18.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

lenocinia ac formam Petrus Rex coeperat: atque illa vel scelerys horrore perfusa, vel ob regium contemptum, repudium dare mundo, seque religiosa domo includere decreverat (e), in qua, ut ad Pontificem scripserat, antea vitae maculas deleret lacrymis, piique consilii factus particeps Castellae Rex, flagitavit literis ab Innocentio, ut condendi monasterii ordinis S. Clarae, in quo Maria Padilla una cum sanctimonialibus operam rebus divinis daret, potestatem permetteret. Cui Innocentius ex utriusque conversione, quam praese ferebat, recreatus annuit (f); ac Petrum gravissimis sententiis ad iniiciendum cupiditatis frenum, est adhortatus (g).

Innocentius, &c. Petro Regi Castellae & Legionis illustri. Age fili, & sicut ipsius mulieris (nimirum Mariae Padillae) faviisti desiderio, precibus sic ad hujusmodi operis, quod est Dei, cujus perfecta sunt opera, perfectio nis operam solenter impende, ut omnis in te aboleatur infamia, & omne fiat a te periculum alienum: mulierum etenim forma deceptrix, & demulcens persuasio, multis fuit praecipitii causa, & multorum gloriam offuscavit. Nam paradisi colonum de possessione sua mulier expulit, & Samson fortis & validus, qui leonem suffocavit, dissolvit hostium vincula, & alienas messes incendit, quoniam amorem suffocare non potuit, & cupiditatum suarum nexum explicare nequivit. Dalila accensus igniculo virtutis suae messem indecenter amisit. David quoque Rex de post foras acceptus, quamquam polletet spiritu prophetiae, quia in Bersabee concupiscentiam exarsescens, amoris illiciti facies neglexit exstringere, in innocentiis Uriae necem immuniter deservit. Salomon praeterea, qui velut quoddam luminare magnum praeceteris Regibus sapientiae luce resplenduit, & usque ad senium in semitam mandatorum Domini ambulavit, etate jam frigidus, sed flammis amoris incensus, ad adorandum Astartem & Achamos & Moloch Sidoniorum & Moabitaram ac Ammonitarum suada & muta simulacra, oblitus gloriae praepotentis Domini, genua incurvavit: propter quod regnum ejus scidit & divisi Dominus indignatus, & duodecimam tantum ejus, quae remansit, regnanti post eum filio suo Roboam. Multi & multi etiam alii, quorum nomina & casus describere longum esset, & plures, quorum nec celebris memoria est, per effraenis voluptatis abrupta vagantes praecipites corruerunt. Haec tibi licet pauca libenter exempla descripsimus, ut in eis quasi quodam in speculo intuearis, quot & quantis discrimibus subjacent sectantes improvide impudicitiam mulierum.

Ad hujus praefatae Mariae, proculdubio

Infelicia eorum qui se iis deditere, exempla proposita.

Ad hujus praefatae Mariae, proculdubio

Ann. Eccl. Tom. XXV. G g g 2 ne-

(e) Ann. 2. l. 2. lit. divers. for. ep. 213. & 320. Illius a dultera respicientia consistit. (f) Ibid. (g) To. 2. ep. fecr. p. 67.

Monitus Castellani, ut voluptates coercescat.

Tum vi-
tae incon-
stantia.

*necessariam tibi & ei consummationem de-
siderii nullas moras temporis patiaris, ne
præoccupatus die mortis spatium poeniten-
tiæ quæras, & nequeas invenire: frequen-
ter enim expectans tempus temporis con-
secutione fraudatur, & quod ire non in-
telligit, demum sentit necessitate cogente,
ultimum transisse ac immutabilis sententi-
am mortis excepit sepe juvenis ante senem.
Et quoniam properant cuilibet ad salutem
non sufficit a se mala quæque præcindere,
nisi studeat bonis operibus insudare, opor-
tet inelyte princeps, & magnitudini tuæ
necessario expedit, ut charissimam in Chri-
sto filiam nostram Blancham Reginam Cas-
telle & Legionis illustrem uxorem tuam,
quam antefata mulieris demulcentibus ille-
ctus & deceptus blanditiis, non sine gra-
vi Creatoris tui contumelia, salutis ac sa-
ma dispendio, regnorum tuorum periculo,
& exemplo detestabili, contempsisse & con-
temptam dimisisse diceris, omnino recipias,
& receptam sicut eam, quam divine dis-
pensationis munere sortitus es, uxorem &
sociam; & quæ tecum divine legis indis-
solubili sententia facta est una caro, prout
debet tanti sanguinis principissam, & tan-
to principi matrimonio copulatam, sic ama-
biliter tractes, & honorificentia debita
prosequaris, quod ipse Rex regum, per
quem tibi regnare concessum est, & quem
ejus præcepta contemnens, in ipsius uxoris
tuæ dimissione offendisti & offendis gravi-
ter, sufficienti satisfactione pacatus, & pro-
pitius tibi factus, te ac eandem Reginam
de solio suo sancto respiciens, tollat de do-
mo tua, in qua velut unicum lumen irra-
dias, sterilitatis opprobrium; & populorum
tuorum expectantiam de fœmore tuo ducem
& principem, qui (te tuis dormiente cum
paribus) eos regat, fœcunditate numero-
se prolis benigne concessa desiderii annuat,
roboret thronum, & stabiliat scepra tua:
tuque hereditatem tuam vertendam ad alie-
nos non metues; quinimmo lateris te il-
lum propriis heredibus relicturum, &c.
Datum Avinione VIII. id. aprilis an-
no II.*

In dimis-
sa uxore
Numen
offendi.

Placand-
um, ut
det scepri
hæredem.

XXI.
Nova a-
dulteria
specie
conjugii
intra.
(a) *Mari-
ann. l. 16.
c. 18.*
Vocati in
jus leno-
nes epi-
scopi.

(b) *To. 2.
ep. fecr.
p. 79. 83.
88.*

legibus & iure judiciario ageret: subje-
ctasque gravissimas literas (c) Regi porri-
gere jussit (d).

Innocentius &c. charissimo in Christo fi-
lio Petro Regi Castelle & Legionis illu-
stri.

*Ecce jam quasi orbis scelerum tuorum ru-
moribus perstrepat. Ecce peccatorum fama
vulgata auribus fere omnium insonat, qui-
bus absorbetur salus, obtenebratur claritas,
obscuratur gloria, denigratur dignitas, sic
honor inglorius, & fama regia, ante sui
ortus primordia suffocata, vulgi labiis la-
ceratur. Porro dum tu, qui quadam tua
pellectus a pellice, quam ad amplexus ne-
farios & illicitam copulam, charissima in
Christo filia nostra Blancha Regina Cas-
telle & Legionis illustris uxoris tuæ pæ-
dico thoro impudicis moribus diutius dere-
lictæ, in campum quasi publicæ voluptatis
egressus, patenter admiseras, credereris
quod, ad cor rediens & spiritum compun-
ctionis assumens, mentemque tuam in illi-
us virtute corroborans, qui te ipsamque
Reginam indissolubili vinculo, matrimonii
scilicet fœdere copulavit, eandem pellicem
prorsus abiceres, & velut viperam tuo-
rum corporis & anime corrodentem latera
abhorreres, ac præfatam Reginam, quæ
dicitur verecundia gravis, faceta mori-
bus, honestate matura, & conversatione
laudabilis, & sicut illustri sanguinis ful-
gore prævixit, sic virtutum omnium mo-
nibus adornatur, ad thalamum regium
revocares, ac tractares honorificentia di-
gna & affectione debita revocatam; sub-
ito quasi actus in rationis exilium, eadem
non dimissa pellice, sed retenta, dictaque
Regina non solum non admissa, sed abje-
cta turpius, & majori confusione contem-
pta, quamdam aliam superinduxisti pecca-
tor adulteram, cum qua ad pallium præ-
sumpti facinoris, ac iniquitatis attentatæ
velamen, extortis prius a præfata Regina
per vim & metum, qui nedum in fragi-
litate femineæ sexus, sed in cujusque vi-
ri constantiam cecidissent, quibusdam re-
cognitionibus & confessionibus frivolis, ac
insuper quadam tua nugatoria, quam ta-
men licet nullam contrariis subsequenter o-
peribus irritasti, protestatione confecta, in
gravem tui Creatoris contumeliam, confu-
sionis tuæ cumulum, & opprobrium omni-
um, quos dignitatis regie splendor illu-
strat, matrimonium immo contubernium de
facto contrahere præsumpsisti: non advertens
quod tantam vim habet, tantæque virtutis
est matrimonii sacramentum a Domino in-
stitutum, ut ejus nullus rumpere vincula,
nullus nodos valeat explicare.*

(c) *Ib. p.
94.
(d) *Ib. p.
81.**

Monitus
iterum
Petrus, ut
vitam e-
mendet.

Ut per
vim &
metum
falla ab
uxore ex-
torserit.

Exposi-
tus scele-
ris horror.

*portare concessum est, innocenti muliercule
convertis in metum. O scelus, o nefas!
Rex populos, quos dirigendos susceperas,
trabis in devium, & rectas justitiæ vias
obliquitate corrumpens, non in cuspibus
hominis, sed in alterius proprii corporis tui
partis injuriam præcepit ruis. Revertere
itaque, revertere de regione dissimilitudi-
nis: solve vincula peccatorum, & de ju-
go Egyptiaca potestatis egrediens, ad ter-
ram libertatis & salutis accede. Asperge
contritionis cinere caput tuum: expurga
illud impinguante oleo peccatorum. Ablus
conscientiæ sordes compunctionis lacrymis,
& maculas mentis abstergens aqua poeni-
tentiae salutaris, timorem Domini reassu-
me, quoniam beatus vir, qui metuit Do-
minum, & potens in terra semen erit quæ-
sus, ne si (quod absit) in peccato quasi
soporatus, obdormias. Deus zelotes adver-
sum te ad ultionem excitans zelum suum,
quasi umbram, cum declinat, te auferat.
& de terra memoriam tuam perdat.*

XXII.

Cupidi-
tates casto
thoro
coerceat.

*Sperantes igitur quod ea, quæ præmissi-
mus sic benigne recipies, sique in filiali
tua mente dulcescent emanantia ex pater-
ne dulcedine charitatis, quod aurore Deo
fructus afferent expectator; magnitudinem
tuam monemus, requirimus, & hortamur
in Domino, illam attente rogantes, tibi-
que tuæ salutis & honoris intuitu expres-
sus injungentes, quatenus priorem & se-
cundam adulteras ipsas omnino abicias &
repellis, dictamque Reginam, ad quam
tot expletam contumeliis, totaque opprobriis
saturatam etiam humanitatis gratia pia-
debes compassione moveri, ad te reversus
admittas, honorificentia, quæ tantæ prin-
cipissæ tantæque principi matrimonio copu-
late conveniat, prosequaris: & hucusque
reperentem ad eam excites zelum tuum:
sicque tu & ipsa invicem juncti sicut ma-
trimonio, sic etiam charitate maneat in
Deo, & in vobis etiam Deus manens, con-
cedat vobis longævæ ac felicitis vitæ spatia
& prolem, per quam culmen regium, trans-
lationis ad externos vitatis omnino periculis
stabile maneat, largiatur.*

NOTE

[1] **H**oc anno in Hispania concilium provinciale celebravit Blasius archiepiscopus Tolétanus, Hispaniarum primas & regni Castellæ cancellarius, Tolétum indictum, die prima mensis octobris desit. Nulli episcopi, sed tantum a suffraganeis missi procuratores adfuerunt, communique assensu statuerunt ut constitutiones provinciales præcedentium conciliorum, & quæ in futurum condenda obvenirent, nisi aliter expresse fuerit ordinatum, ad penam quidem, non ad culpam obtinere censerentur. Id vero præsertim caveat de constitutionibus Guillelmi Sabiniensis episcopi, & A. S. L. latis in concilio Vallemoleti diocesis Valentini, anno 1322. quas Concilium provinciale Tolétanum anni 1324. una cum aliis nonnullis a se adjectis servari mandaverat. Has ergo leges, quæ præceptum in se non continent, non ideo ad culpam obligare, quia in concilio eodem Tolétano anni 1324. earum obedientia injungitur, concilii Tolétani anni præsentis patres declarant. An vero alii præter geminos hosce canones concilium hoc dederit, cum nulli alii apud Labb. to. XV. nov. edit. pag. 782. legantur, ignoro. Quamquam & suspicor utramque constitutionem aliunde quam ex ipsis concilii actis editores accepisse; nam Vicarios suffraganeorum affuisse concilio legitur in præfatione ad eandem constitutionem, e quibus tamen ne unus quidem legitur eisdem constitutionibus subscriptus; sed ea solum testium nomina appareant, qui solemniter eorum constitutionum promulgationi adfuerunt. MANSI

Pareat in-
ternuntii
dictis.

XXIII.
Abdala
Rex de
fide susci-
pienda
deliberat.

A Castel-
lano po-
fide auxi-
lia.
(a) *Ib. p.
45.*

ven-

vendam se non defuturum est pollicitus. Abdalam vero, propositis religionis Christianae sanctitate, ac divinis premiis, ad excutiendam superstitionis Mahumeticae fervitutum, ac baptismalia sacra suscipienda est adhortatus (a).

(a) Eod. 10.2. ep. secr. pag. 46.

Pontificis ad Abdalam litterae.

Ut cum Alfonso conceptum sit colloquium.

Abdala Regi Montium clarorum illustri gratiam in praesenti, quae perducatur ad gloriam in futuro. Ex charissimi in Christo filii nostri Petri Regis Castellae & Legionis illustris, & tuis literis praesentatis nobis per dilectum filium Didacum Garzia socium ecclesiae Hispanensis & nuntium regni ipsius, quas benigne grateque recepimus, & ejusdem nuntii relatione placida nobis innotuit, quod olim tu vera lucis, quae omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, splendore lustratus, pagana coecitatis abjurare tenebras & erroribus abrenunciare satanae omnino proponens, ac desiderans, ut renatus fonte baptismatis & rudimentis catholicae fidei informatus, tibi & subditis tuis populis ductum praeberes, favente Domino, ad salutem cum clarae memoriae Alfonso Regis Castellae & Legionis, tunc in humanis aegente certor tractatur habuisti, per quos sperabas hujusmodi negotium felicem exitum habiturum: quodque memorato Alfonso Rege, tela vitae succisa, in Domino quiescente; ac propter hoc ipsius tam salutaris negotii prosecutione suspensa, tu ab ipso Patre luminum, a quo omne datum optimum & omne donum perfectum est, roboratus ac Sancti Spiritus inspiratus gratia, & rore perfusus in bono proposito persistens firmus & constans, charissimum in Christo filium nostrum Petrum Regem Castellae & Legionis illustrem ipsius Alfonso Regis natum, ut habitis per te cum eodem Alfonso Rege tractatibus hujusmodi operam prosecutionis adiceret cum instantia requisisti. De quo anima nostra tanto potius laudat & magnificat Dominum, tanto spiritus noster in eo exultat amplius, & in jubilo letitiae majoris erumpit, quanto speramus certius & credimus firmitus, quod omnipotens Deus, cujus perfecta sunt opera, cujusque dona imperfectionis detrimenta non norunt, perficiet benignus in te, quod tuis precordiis misericors inspiravit.

Additi barbaro pui stimuli.

Eja igitur, princeps inclyte, accinge fortitudine mentem tuam: arma constantia, ut animum invictae firmitatis virtute corroborata, & intuens, quod non sufficit inchoare, quinimmo continuare usque in finem, expedit ad salutem, conceptum pium atque laudabilem, salutarem producas in partem, ut te rectore, te duce populus gentium, qui in tenebris ambulat & in umbra mortis sedet, lucem magnam, lucem, inquam, aeterna & immarcescibilis vitae inspicere, & in viam pacis Domini quae omnem sensum exuperat, pedes suos dirigere (praesente illo sine quo nullus regit aut regitur, nullus ducit vel ducitur) mereatur.

Sane quia firmiter credimus, & sine dubitatione tenemus, quod sicut ex more quemvis opificem conservatio sui operis aspicit, sic magnitudo tua etiam ad consummationem ejusdem inchoati negotii animatur; apud te propterea non exhortationibus multis insistimus, sed retributionis meritum & coronam gloriae, quae ab eo, cui nunquam sine remuneratione servitur, immo qui fidelibus suis, quorum merita excedit & vota, multo majora retribuit, quam ipsi promereri valeant, percepturus es ex ipsius exitu & consummatione felicitis negotii, pollicemur. Nam sicut in mundana republica, qui salutem suam tuetur ab hostibus, commendatur & recipit pro labore mercedem, & qui seipsum ac patriam periculis eripit, praeter clarioris fame titulos, uberioris collatione rependit praemium; sic in illa magna republica, quae sursum est, omnis miles, qui Christianae religionis armis adversus latentis hostis fallaciam intrepidus dimicans ipsius impugnationibus, quae multa sunt, non succumbit, recipitur: & is qui suam multorumque salutem procurat, & custodit strenuus, altiori gradu & munere insignitur.

XXIV.

Proposita divina, quae illum mancant, praemia.

Quanta igitur erunt gloriae tuae, quanta rependia, quantaque insignia & fasces honorum si tot millia personarum, per abrupta vitiorum & devia peccatorum pecudum more vagantium, a frementium bestiarum incursums liberes, subducas moribus & in caulam Domini reinducas? Profecto nec oculus vidit, nec auris audivit, nec humana lingua posset ministerio enarrari. Exultata igitur & letare, princeps magnifice, tantorum fiducia praemiorum: gaude ac jubila, quoniam & terreni regni clarificabis solium, roborabis & sceptrum, & Aeterni sinu potentissimo exceptus, indeficientibus operibus & delitiis poteris. Dat. Avin. VIII. kal. aprilis anno II. Qui ad Abdalam ad Christum adducendum expeditionem sacram ornare, atque in bello sanguinem pro religione amplificanda fundere paratum se praetulerat Petrus Castellae Rex, Saracenicis mores in effusa libidinum licentia imitatus, bello intestino se implicuit.

Dispersa sacra ea consilia.

Majori gloria ac felicitate Ludovicum Ungariae Regem una cum Poloniae & Proclaviae Regibus magno stipatum exercitu ad proferendos Christiani imperii fines irrupisse in Tartariam, refert Matthaeus Villanus (b), ac barbarum ad sacrorum rituum amplectendorum sponsonem adessisse. Revocasse porro Casimirum Regem Poloniae Plocensem principatum ad regiam Polonicam duce Casimiro sine liberis extincto, scribit Cromerus (c); quem etiam a Lithuanis fatigatum bello, ac sacerdotiorum decumis ad eos reprimendos instructum, ostendunt Innocentii ad eum litterae (d): tum etiam aliae, quibus Poloni pra-

XXV.

(b) Matth. Vill. l. 4. c. 5. Plocensis principatus ad junctus Poloniae. (c) Crom. l. 12. in Casim. (d) To. 2. ep. secr. p. 211.

praesules Gnesnensis, archiepiscopus, & Cracoviensis ac Vratislaviensis episcopi, ad religiosam militiam fideles, proposita veniae spe, quam sedes Apostolica pia arma correpturis pollicebatur, concitare crucisque simbolo insignire iussi sunt, ad retundendos eorum barbarorum impetus, cum Rex Casimirus pontificiam opem flagitasset, ut testatur Innocentius his verbis: Nuper charissimus in Christo filius noster Casimirus Rex Poloniae illustris per literas & nuntios suos nostro apostolatus patefecit, quod gentes perfida Tartarorum & Lituanorum in tenebris ambulantes, caerentesque lumine catholicae veritatis, profana cogitatione putantes, pro eo quod regnum Poloniae, quod a fidelibus habitatur, est in ultimis Christianorum finibus constitutum, propterea ad impugnationem regni praesatis ejusdem Tartaris & Lithuanis absque catholicorum principum & aliorum fidelium *... juxta profanos conceptus ipsorum facilius via patet; dictum regnum & Christianos habitatores ipsius jam per tres annos elapsos invaserant, & invadere ac impugnare continue noliuntur, ad desolationem fidelium habitantium in eodem, & religionem catholicam inibi profanandam, constanter potentia sua viribus, hostiliter intendentes: propter quod praesatus Rex, qui ex hoc per dictum triennium, & praesertim anno proximo praeterito tam in gentibus suis, ex quibus, proh dolor! nonnullis seiva infidelium eorumdem impietas peremii gladio, & alios in miseram servitutem abduxit, quam in thesauro & aliis bonis suis inestimabilia damna sustinuit, attendens quod regnum praesatum est ecclesiae Romanae immediate subiectum & etiam censuale; & quod tam ipsi, quam habitatores praedicti sunt ejusdem ecclesiae pecuniarum filii, & fideles; & quod ex impugnatione ipsorum non solum dictum regnum ejusque incolae, quinimmo fideles ceteri dicto regno tam proximi, quam remoti proculdubio diris adversitatibus lederentur, nostra in hac parte & per nos prompta fidelium & aliorum subsidia humiliter imploravit, &c. Dat. Avin. xv. idus novembris anno II. Ferociebant adeo Lithuani, ut in Prussiam cum magno exercitu hoc anno penetrarint, & obvia quaeque ferro, flamma, rapinis scedarint. In quos cum Vinrichus Kniprodenis equitum cruciferorum magister ad retardandos hostiles progressus copias contraxisset ob eorum potentiam acie decernere non est ausus; atque ita ii spolia & manubia fidelium in Lithuaniam retulerunt. Hos vero praeferos adeo populos divina gratia ad mansuetudinem Christianam revocatos, & ex acerbissimis hostibus, in strenuissimos fidei defensores mutatos, visuri sumus suis locis.

Crucifigata militia indicta in Lithuanos.

* ope eorum in Poloniae excursiones.

Prussia a Lithuanis direpta.

XXVI.

Interea Stephanus Rasciae Rex ejurandi Graecorum schismatis speciem praestulit:

missisque oratoribus se redintegrande veteris cum Romana ecclesia conjunctionis cupidissimum significavit: repressisse schismaticorum licentiam qui sacerdotes & praesules catholicos dignitatibus deturbabant, atque in eam proruperant vesaniam, ut baptismi & confirmatione ritu Latino initiatos consecratos Christo negarent, ac ritu Graeco, repetitis iis sacramentis, contaminarent. Neque iis haeresibus modo, verum aliis laborabant schismatici Rasciani. Ad quos evellendos Innocentius Bartholomaeum Tragurientem & Petrum Paensensem episcopos Apostolicae sedis internuntios iussit incumbere, serpentesque in Rascia, Albania, & Sclavonia errores his verbis descripsit (a): Falso & pertinaciter asserunt, Spiritum Sanctum non a Filio, sed a solo Patre procedere; non attendentes, quod sicut sacrosancta Romana, catholica, & apostolica ecclesia mater fidelium omnium & magistratenaet & docet, ac orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter & Graecorum habet incommutabilis & vera sententia, sacrique concilii declarat auctoritas, idem Spiritus Sanctus aeternaliter ex Patre & Filio tanquam ex uno principio unica inspiratione procedit. Item mendaciter asserunt contra ea, quae praesata Romana tenet & docet ecclesia, Corpus Christi non in azymo, sed in fermentato pane confici debere: & quod in azymo confectum est, esse donum Corpus Christi, illudque in sua damnationis cumulum blasphemis inclamare, deturpare manibus, & quod sceleratius est, conculcare pedibus non verentur. Dicunt etiam formam baptismatis & confirmationis juxta ritum, quem praesata servat ecclesia, fallam esse; ac juxta formam hujusmodi baptizatos & confirmatos baptismati & confirmationi sic susceptis damnabiliter renunciare, & rebaptizari & reconfirmari compellunt. Praeterea damnabiliter detestatione dicuntur asserere, eandem ecclesiam, cui universi Christiana fidei professores subesse noscuntur, ejusque tenentur instituta servare, in plerisque aliis, quae praesentibus exprimere non curimus, a vera fidei tramite deviare. Dat. Avin. VI. kal. Januarii anno II.

Stephanus Rasciae Rex de repetendo ecclesiae gremio constitutum agit.

Missi in Rasciam internuntii. (a) Eod. 10.2. ep. secr. p. 227. Errores in Rascia & Albania graefantes.

Instruxit nuntios apostolicos Innocentius pluribus privilegiis, ut munus demandatum strenue obirent: divinis operarentur in locis, quibus sacrorum usus esset interdictus (b); centum dierum indulgentiam, sacras ipsorum conciones auditis, vel divina celebraturis, adstantibus imperirentur (c): canonicas leges de quarto affinitatis consanguinitative gradu ad quorumvis gratiam solverent; sacerdotes (d), qui secundas nuptias inituros sacra prece iustrassent ab irregularitate expiarent (e); censuris ob violatos sacros canones irretitos conciliarent (f):

XXVII. Coll. re internuntii praerogative. (b) lb. p. 227. (c) Pag. 228. (d) Ead. pag. (e) Ead. pag. (f) Ead. pag. de.

(a) Ead. pag.

(b) Pag. 229. 230. (c) Pag. 228.

(d) Ead. pag.

serviæ patriarcha ad ecclesiarum conjunctionem redintegranda sollicitatus.

(e) Pag. 225.

devinctos anathemate ob sacerdotes affectos verberibus in gratiam restituerent (a): Dummodo, inquit, mors vel membri mutilatio, seu debilitatio secuta, & alias excessus difficilis vel enormis, ac in episcopum vel alium prælatum propriam violentiam manus injectæ non fuerint. Commendavit vero eisdem internuntios Innocentius in Rasciam profecturos omnibus catholicis præsulibus (b), & Ludovico Ungariæ Regi (c) ac Venetorum duci (d). Tum Joannichem Serviæ patriarcham ad ecclesiæ Romanæ obsequium pellicere annisus est, (e) utque internuntios pontificis, quos Rasciæ Rex a sede Apostolica expetisset in excindendis erroribus & schismate dissolvendo studia explicare hortatus, incorruptam fidei integritatem in ecclesia Romana semper servatam, gravissimis hisce sententiis edidit.

Mediator Dei & hominum Christus Jesus in Petri petra, Romana videlicet & catholica & apostolica ecclesia, omnium fidelium Christi matre, quam solus ipse fundavit & rexit ac regit, & quæ super cunctas alias orbis ecclesias obtinet divina dispositione primatum fidei, cujus idem ipse Christus auctor est, sic solide fundamenta locavit, sicque illam insolubili vinculo & inseparabili unione copulavit eidem, quod licet multos ab ipsius ecclesiæ corpore, fallente diabolo, vel contagiosus hæresis morbus abjecerit, vel scissura damnati schismatis separavit: ipsius tamen fidei immaculata sinceritas, apud eandem ecclesiam inseparabiliter permanens, velut granum vitæ, quod per abscessum palæa purgati- nis remanet, & lux fulgentis sideris, quæ apparet clarior, per excussionem offuscantium nebularum, semper purior elucescit. Et infra.

Ideoque discretionem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentius deprecantes, tibi que in remissionem tuorum peccaminum injungentes, quatenus prudenter considerans, quod sicut fides, quæ non nisi una est & in nullo potest sui esse dissimilis, apud eandem ecclesiam inseparabiliter (sicut præmittitur) permanet, sic qui extra ipsius ecclesiæ communionem fuerit, est proculdubio extra fidem, & qui extra fidem manserit, divine gratiæ particeps esse non poterit, nec adoptionem recipiet filiorum; ac intuens quod specialiter tibi, qui in grege Domini, ipsa videlicet multitudine, pastoris geris officium (quamquam illicite, cum non per ostium, id est per ipsam ecclesiam in ovile ovium, sed aliunde intraveris) incumbit ex debito, ut prius viam veritatis intelligas, & custodias intellectam, & sic per illam incedens puris & rectis gressibus eidem regi vitam, moribus, & doctrinam ducatum præbeas ad salutem: sicque illam ad æternam vitam passus introdu-

cas, &c. Datum Avin. ix. id. januarii anno II.

Excitati (f) etiam ad Servios cum Romana ecclesia conjungendos plures Serviæ principes: tum Albanæ, Sclavoniæque proceres, denique Stephanus (g) Rasciæ Rex ac Regina Helena (h), eorumque filius Orosius (i) ad consilia de schismate abolendo suscepta perducenda incitati: ac promissa Regi Stephano, qui duce ab ecclesia Romana Christiani in Turcas exercitus creati flagitarat auxilia, cum se una cum Rasciis ecclesiæ Romanæ aggregasset.

Innocentius &c. Stephano Regi Rasciæ illustri gratiam in præsentis, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

Per dilectos (k) filios nobiles viros Bosfidarium judicem generalem & Nestegium Cephaliam Geren. ac Damianum de Catara civem Catarem apocristianos & procuratores magnitudinis tuæ, ad nos & sedem Apostolicam diebus non longe præteritis destinatos, & præsentatas nobis per apocristianos ipsos literas regias aurea tua bulla munitas, nostro apostolatu intimasti, quod audito, quod quidam ecclesiarum & monasteriorum prælati regni tui fideles ejusdem ecclesiæ erant ecclesiis & monasteriis, in quibus canonicè instituti fuerant, per quosdam abominationis filios contra justitiam destituti; & quod alii quidam ac aliis fidelibus S. R. E. catholicæ & apostolicæ in eodem regno morantibus injurias & contumelias irrogarent, & quosdam ex fidelibus ipsis ad reiterandum baptismatis & confirmationis per eos rite suscepta irreiterabilia sacramenta invitos coegerant, non sine gravi offensa Dei & læsione fidei Christianæ; tu velut sincerus ipsius fidei zelator & cultor id moleste ferens, ac gerens (prout debueras) admodum displicenter, & cupiens pro reverentia Redemptoris tui, qui ejusdem auctor est fidei, & pro salutis tuæ merito, tantis malis provisionis tuæ studio salubriter obviare, sub indignationis tuæ pœnæ districtè præceperas, prælatos destitutos eisdem ad ecclesias & monasteria ipsa, quibus fuerunt (sicut præmittitur) destituti, restitui cum effectu; sex monasteriis tunc expressis dumtaxat exceptis, quibus de propriis abbatibus ad evitanda scandala & pericula imminencia tunc restitutio non poterat fieri, & quæ postmodum temporis opportunitate captata illis restitui procurasti: quodque publice ac patenter & sub formidabilibus pœnis edixeris, quod nulla ecclesiastica secularisve persona Latinorum vel alios fideles ejusdem ecclesiæ, secundum verum & catholicum ritum ejus baptizatos & confirmatos, rebaptizare seu reconfirmare, aut eisdem fidelibus injuriam seu molestiam irrogare, siue ipsos persequi vel molestare præsumeret quoquo modo: & quod omnes episcopi, abbates, & alii ecclesiarum & mo-

XXVIII. Ad eam principes provocati. (f) Ead. to. 2. ep. secr. pag. 227. (g) Pag. 154. & 222. (h) Pag. 224. (i) Ead. pag.

(k) Super. pag. 222. Pontificis ad Steph. Reg. literæ.

Quæ fuerit Rasciæ legatio.

Ut anabaptitas represserit.

Agno- verit pri- matum Romani Pontificis.

Cupiat bellum sacrum ad pellendos Turcas gerere.

nastrorum prælati, presbyteri, & clerici seculares & regulares fideles ipsius ecclesiæ, ubicumque & quomodocumque in regno de- tenti prædicto restituerentur debita libertati, & ad ecclesias, monasteria, & ecclesiastica beneficia sua qualibet libere ac sine impedimento redirent, divina in eis celebrarentur officia, & prout alias ad eas pertineret, ministrarent eisdem, ac aliis Christianis fidelibus juxta ecclesiæ præfata consuetudinem rectam & observantiam salutarem ecclesiastica sacramenta: & quod licitum esset omnibus in dicto regno morantibus fidem, quam ipsa ecclesia tenet, docet, & prædicat, tenere libere, ac prout eis competeret illam docere voce libera, & publice prædicare: & quod ut sinceriores & probares verioribus argumentis ipsius catholice fidei amatorem, eos qui secundum hujusmodi ritum & formam ecclesiæ prædictæ baptismatis & confirmationis susceperant sacramenta, & vel vi metue coacti, sicut prædicatur, vel forsitan errore devii hujusmodi sacramenta juxta usum, immo abulum verius, & abominationem aliam, damnabiliter iterarent, arbitrio eorum libertati que relinquens, ipsis ab hujusmodi reatu beneficium absolutum impendi, eosque reaggregari unitati ejusdem ecclesiæ devota mente petieras ac pio studio procuraras, ac tandem ecclesiam ipsam dominam & magistram Christianorum omnium, ac Romanum Pontificem universalem Christianorum ipsorum patrem, & verum ipsius Christi vicarium, ac B. Petri Apostolorum principis successorem firmiter asserens, simpliciter consensens, & humiliter recognoscens; devota instantia supplicasti, ut tibi apostolica benedictionis munus per Apostolicas literas mittere, & nihilominus destinare ad regnum ipsum aliquos viros probos, timentes Deum, & in lege ipsius plenius eruditos, qui venerabilis fratris nostri Bartholomæi episcopi Tragarientis dudum in partibus illis Apostolicæ sedis internuntii feliciter, favente Deo, inchoatis operibus prosecutionis adicerent studium, per quod ad optatum perducerentur exitum, dignaremur. Idemque Tragarientis episcopus, cujus re- lationibus addidisti fidem per easdem literas petisti, nobis exposuit, quod tu populo Christiano partium orientis super afflictionibus & persecutionibus duris, quibus eos Turcarum furor immanis indefinenter augerat, viscera pietatis regiæ ad compassionem aperiens, & ad opprobria exprobrantium nomini Christiano tollenda & auferendam perfidam gentem credentium de finibus potentiam regni dignitatis, desiderantem ab eadem ecclesia matre tua contra Turcas ipsos capitaneos ordinari, ut ipsius ecclesiæ spirituali adjutus auxilio & directus consilio in virtute Altissimi, qui piis favet libenter operibus, gregem Domini ip-

sum, velut populum de luporum eorumdem, scilicet Turcarum, faucibus potenter erueres & subactam jugo miserabilis servitutis Christianam absolveres libertatem.

Quibus omnibus intellectis, exultavit cor nostrum in Domino, lætatus est spiritus, & mens ipsa in jubulum gaudii prioris erupit: ac eadem ecclesia mater tua Et, qui ubi vult spirat, & corda Regum in manu sua continet potestatis, quique hunc tibi formavit animum & insudit affectum, suppliciter agens humiles gratias, & laudationum debita vota persolvens, ipsam oravit & orat assidue, ut te in hac zeli reverentia, in hoc fervore spiritus, in hac puritate fidei, in hac devotionis sinceritate conservet, diesque tuos longævus faciat, & post bella Domini, ad quæ robur tue potentie animose ac strenue obtulisti, feliciter consummata, in sua pace disponat, sicque tibi te, ac subditas tibi nationes regere & gubernare concedat, quod post hujusmodi labilis peregrinationis excursus una cum eis ad sancta sanctorum puris introire mentibus merearis, &c. Pluribus interjectis, quibus rogat, ut internuntios apostolicos in erroribus atque hæresibus discutiendis, & schismaticis in sinum ecclesiæ adducendis regio studio ac potentia fulciat, quo pristinus religionis plenior efflorescat in Rascia, subdit.

Quapropter serenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentè rogantes, tibi que in remissionem tuorum peccaminum suadentes, quatenus eisdem episcopos pro nostra & Apostolicæ sedis reverentia benigne recipias, & favorabiliter prosequaris, ipsorumque salutari- bus monitis & doctrinæ devotius acquiescas: ac intuens, quod Dei nostri perfecta sunt opera, & quod juxta evangelicam veritatem non qui incipit, sed qui perseveraverit salvus erit, ipsius Redemptoris nostri actiones pro viribus imiteris, ac in bono constanter opere perseverans, ad ipsius feliciter inchoati negotii votivam consummationem sic velut diligens operator solerter intendas, quod in eo præstante, Domino & tuo cooperante ministerio studio nostro & communium fidelium Christi votis & expectationibus satisfiat: ipseque retributor omnium bonorum Deus, cujus est idem negotium proprie proprium, & cui nunquam sine remuneratione servitur, ejusdem regni tui terminos amplecti, dilatet fines, thronum corroboret, & scripta confirmet: ac tandem te subjectos quoque tibi populos celestis regni faciat coheredes, nosque non solum in hujusmodi captivitate officio, sed in quibuscumque aliis honestis & licitis votis tua, quantum cum Deo poterimus, apostolico favore prosequamur. Dat. Avin. ix. kal. januarii anno II. Descivit a suscepto ejurandi schismatis consilio Stephanus Rasciæ Rex, retardat-

XXIX. Gratulatur illi de susceptis piis consiliis Innocentius.

Subjecti ad ea implenda facri aculei.

Rascii Regis defectio.

H h h h to

(a) A.C. 1347. n. 30.
(b) Philipp. Mar. in vita B. Petri Thom.
(c) A.C. 1354. n. 26.
XXX.

(d) Mart. Vill. l. 3. c. 105.
Turcae Graecos depa-
scent.

Tentata a barbaris Constantinopolis.

Cantacuzenus filius adlegit in locum imperii.
(e) Cantac. l. 4. c. 37. & 38.

(f) Calcond. de reb. Tur.

XXXI.

(g) An. 2. l. 1. ep. cur. 23.

to iterum, ut antea in Clem. VI. meminimus, (a) bello Ungarico, de quo etiam acta B. Petri Thomae Carmelitae episcopi Paestensis (b) supra memorati (c). Quocirca impietatis odio a Ludovico Ungariae Rege ingenti bello peritum Rascium visuri sumus: tum a Turcis affligi quos facile delere poterat nondum confirmata in Europa eorum tyrannide, si cruceata signa, auctore belli sacri Pontifice, in barbaros extulisset.

Hoc porro anno vere ineunte Turcas inopino casu usos Graecis schismaticis maximas clades intulisse, refert Matthaeus Villanus (d): cum enim kalend. martii concussis ingenti terrae motu in Graecia, urbibus & oppidis adeo, ut eorum moenia magna ex parte concidissent, Turcae Graecos pavore consternatos invadere, ac per ruinas ingressi res diripere, hominesque abduxerunt in servitatem, ac refectis moenibus validis plures arces praesidiis muniverunt: excurrere etiam ad Constantinopolim, eamque obsidione tentasse cum gemina Cantacuzeni & Palaeologi factione fluctuaret; sed iis vires in communem hostem conjungentibus, ablesisset. Ac tum quidem temporis, quo is terrae motus contigit, Cantacuzenum ad firmendam suam potentiam, quae nutabat, de Matthaeo filio insignibus imperialibus ornando egisse ipse narrat (e); & detestantem ejusdem votis assentiri patriarcham Callistum sede depulisse, ac subrogasse Philotheum Heracleae episcopum, qui Matthaeum diademate cinxit. De eodem porro terrae motu agere videtur Calchondilas (f), dum ait Turcas ex Europa in Asiam redire paratos, subito motu terrae impeditos: quos cum urbium moenia diruta vidissent, haesisse in Europa, eamque magno furore excurrere, ut ex Villano vidimus. Quem sane tristem casum, qui meminerit Graecos in eum furorem versos, ut Eucharistiam ritu Latino consecratam discerperent manibus, ac pedibus calcarent, divine omnino justitiae ascribet, quae carnifices ad reorum supplicium Europa abire non sit passa, ultroque arces schismaticorum, ut facile expugnarentur, subruerit.

Inficere orientem etiam moliebatur superstitio Fraticellorum, qui sanctitatis fallaci cultu haereseos virus simplicibus afflabant, & eversam ecclesiae Romanae sanctitatem, fidemque apud ipsos tantum superstitem florere effutiebant: in quos Pontifex Cassensem episcopum animadvertere iussit, atque ad fideles ab eorum invidiis muniendos incumbere; nec non memoratorum haereticorum impietatem hinc verbis descripsit (g): *Rumor infellus nostrum noviter turbavit auditum, quod in tuis civitate & dioecesi nonnulli superstitiosi viri Fraticelli vulgariter nuncupati, & etiam*

*alii per planam viam veritatis & justitiae nescientes dirigere gressus suos, nec instituta canonica observare curantes; sed lupinam rapacitatem ferentes interius ut alios per indirecta & invidia in damnationis praecipitium secum trahant, in ovium venient vestimentis temeritate propria officium sibi praedicationis usurpant, & contra ipsius catholicae fidei veritatem novas inducunt sectas, variosque errores damnabiliter seminant, edocent, & observant: per quos multos simplices simulate humilitatis habitu, fletisque sermonibus decipiunt & seducunt, aliaque plura, animarum pericula parientia, sub quodam velamine sanctitatis faciunt & committunt in divinae majestatis offensam, praefata fidei & Apostolicae sedis contemptum, & scandalum plurimorum. Hi sunt siquidem pseudoprophetae seu prophetae, a quibus Veritas ipsa praecipit attendendum. Hi sunt quos doctor gentium caute vitandos admonuit, dicens: Nemo vos seducat inanibus verbis. Hi sunt qui juxta psalmistae vaticinium nescierunt, neque intellexerunt, & ambulantes in tenebris erraverunt, &c. Dat. Avin. XII. kal. januarii anno XI. Distringi iussa in occidente in eisdem haereticos judiciorum acerbitas: transmissa sunt enim iisdem ferme verbis conceptae litterae (h) ad Aegidium Cardinalem tit. S. Clementis A. S. L. ut censores fidei in Urbe circumpositisque locis in eisdem constitueret: ad Neapolitanum (i), Capuanum (k), & Beneventanum (l) archiepiscopos, ut regnum Neapolitanum hujusmodi Fraticellorum contagione liberarent: & ad Pisianum archiepiscopum, (m) ut quos in carcerem compegerat Fraticellos, legum severitati subiceret. Similiter inhæserat eadem lues Galliae Narbonensi, ad quam purgandam in similes hypocritas, cum ad saniolem mentem reduci non possent, flammæ adhibite, ut narratur in MS. bibliothecae Vaticanae his verbis (n): *Hujus anno secundo duo fratres ordinis Minorum propter haereseos de paupertate, & alia, quae male senserunt, Avinione combusti sunt feria tertia post pentecostem. Consentiant vitæ Innocentii typis impressæ auctor (o), atque Henricus Rebdorfius (p), qui etiam eorum haereseos refert: Anno, inquit, secundo ejusdem Papae multi de ordine Minorum fratres inceperunt dogmatizare, & disputare de proprio & paupertate Christi & Apostolorum contra distinctionem & determinationem Joannis Papae XXII. assentes, quod Papa non potuit revocare constitutionem Nicolai Papae III. quae incipit: *Exit qui seminat, de haeresi lib. VI. & de verborum significationibus. Item quod Papa ex quacumque causa non possit delere ordinem fratrum Minorum. Unde duo apostatae praedicti ordinis capti sunt in monte Pessulano, unus sacerdos, alter conversus. De iis ad sedem Apostolicam***

Fraticelli orientem inficiunt.

(h) An. 2. l. 3. p. 1. ep. cur. 4.

(i) Ib. ep. 7.

(k) Ep. 5. & 10. 2. ep. fecr. p. 5.

(l) An. 2. l. 3. p. 1. ep. cur. 6.

(m) Ibid. ep. 9.

(n) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Innoc. VI.

(o) Gest. Innoc. VI. apud Bosq.

(p) Rebdorf. 14. annal.

(a) An. 2. l. 1. ep. cur. 2.

(b) Ep. 9.

Horum blasphemia in pontificatum Rom. eccel.

* sacerdotio Flammas castigata eorum amentia.

licam perducendis extant ad clerum Gallicanum litterae (a), tum Amedeo de Lingonis ordinis Praedicatorum (b), fidei censorum in Francia regno apostolica auctoritate exercenti data imperia, ut tabellionibus reos ducturis ex aere ecclesiastico collatis stipendia numeraret: Cum, inquit, nuper mandaverimus, quod Joannes de Castellione, & Franciscus ad Arquatam ordinis fratrum Minorum haereticus, sicut accepimus, labe respergit in civitate Carcassonensi detenti, ad Romanam curiam, ubi de ipsis volumus ministrari justitiam, adducantur. Paritum est apostolice imperio, quisve judiciorum fuerit exitus, docere pergit Rebdorfius.

Ducti Avinionem, & de mandato ejusdem Papae examinati, confessionem suam in quodam longo libello, multos circa praemisfa articulos continente, legerunt. Immo publice affirmabant, quod Papa Joannes praenominatus, & omnes successores sui, ac etiam ipse Papa Innocentius, contrarium assertioni eorum affirmantes, fuerint & essent haeretici & perverfi, & ad quacumque dignitatem, vel beneficium ecclesiasticum, titulum nullum haberent. Propter quod iidem Minores degradati * sacerdotio, in praesentia domini Papae traditi sunt curiae seculari, & cremati infra octavam Pentecostes: & dum irent ad supplicium, alta voce clamabant: *Gloria in excelsis Deo. Et dicebatur publice, quod plures professi ordinis illius fuerint traditi curiae seculari, & cremati in Vasconia & in Italia, propter praemissos articulos, quos praemissi duo dicebant veros martyres. Immo etiam dicebatur, quod quamplures essent, etiam literate personae, ordinis praefati, qui praedictam questionem de proprio & paupertate Christi & Apostolorum defendebant. Dum vero adversus haereticos in Gallis legum distringebatur severitas, plures ex Ebreundenii provincia in Calabriam diffugere, quos inquiri ac capi ad supplicium Pontificis, datis ad Ludovicum Regem Siciliae litteris, iussit (c). Disseminatos quoque, ac deinde revocatos nonnullos errores a Guidone ex ordine Eremitarum S. Augustini in Parisiensi academia, refertur in bibliotheca Patrum (d), inter quos insignis haec haeresis, Charitas, quae semel labitur vel deperditur, nunquam fuit vera charitas; a suo auctore impietatis damnata est; tum ab eo additum: *Si quae vero auctoritates Augustini vel aliorum videantur ad oppositum, intelligenda sunt de charitate finali, quae manet in patria, de qua loquitur Apostolus Cor. 13. Charitas nunquam excidit: vel intelligendum est de charitate secundum efficaciam, ut Magister met videtur glossare. Revocata etiam ab eodem aliae propositiones obscuris involutae verbis impietatem vel falsitatem subolentes (e). Superiorem porro haeresim, a nonnullis jam ante temere effusam damnatamque avidè hauserunt novatores.**

(c) Fo. 2. ep. fecr. p. 9. & 10.

Guidonis Augustiniani haereticis. (d) Biblioth. Patrum. 10. 4. col. 1331.

(e) Eod. 10. col. 1320. A Lutero una cum aliis redintegrata.

I.

IGNIGNUS est annus humanæ salutis millesimus trecentessimus quinquagesimus quintus indictione octava, solemniter novi Imperatoris pontificio jussu imperialibus insignibus exornati celebritate Romæ perfecta; in qua antequam aurea corona a legato Cardinale cingeretur, ferream apud Infubres die epiphaniæ sacro accepit (a), pactus antea cum Vicecomitibus foedus, de quo hæc narrat Cortusiorum historia; (b) *Ei occurrerunt nobiles Mediolani, & fere totius Lombardiæ. Qui per Cremonam & alias civitates & loca Mediolani transiens, summo honore receptus, die IV. Januarii intravit Mediolanum. Eodem mense & die epiphaniæ in ecclesiâ B. Ambrosii de licentia summi Pontificis per archiepiscopum Mediolani corona ferrea honorifice coronatur.* Iniisse ipsos antea foedus cum Carolo, atque ab eo ob Matthæi Vicecomitis in Henricum avum officia in præfecturâ Mediolanensis munere confirmatos, tradunt iidem authores (c), additque Albertus Argentinensis (d) illos, vestigal annuum Cæsareo ærario illatos se spondidisse. Confirmat hæc MS. Vaticanum (e) ac subiungit, ut univêrsa Etruria venientis cervicis placide submisit: Carolus, inquit, anno Domini MCCCCLIV. intravit Italiam, & se concordavit cum tyrannis Lombardiæ meliori modo quo potuit; & assumpsit coronam ferream apud Mediolanum. Et deinde recessit, & ivit in Tusciam & Pisani, Senenses, Lucani, Volterrani, Sanctiminianienses, Montipolitiani se totaliter tanquam in verum dominum naturalem in suis manibus & dominio submiserunt; quos ipse gratiose recepit: sed ipsi & ipsorum cuilibet malum statim successit paulo post. Florentini vero cum ipsorum aliis residuis de Tuscia alligatis concordaverunt se cum dicto Carolo cum conditionibus & pactis habitis inter ipsos, & pecunia mediante. Pacti sunt illi aureorum, ut refert Matthæus Villanus (f), centum millia multæque nomine ob præteritam in Henricum avum perduellionem persolvere, promissis annuis quatuor millibus vestigalis nomine. Jurejurando quidem Carolus Pontifici se devinxerat, ut videremus, antequam Romanorum Rex crearetur, Florentinis injurias ac multas pecuniarias remissurum: sed diploma pontificium transmissum serius, addit author (g). Et quidem in regeſto pontificio Innocentii ad Carolum Regem (h) de propaganda lata in Florentinos ab Henrico avo Imperatore sententia, tum ad Petrum episcopum Ostiensem (i) cui illius imperiali diademate cingendi data erat provincia, ut ad id ipsum permoveret, tum ad Florentinos (k), quibus certiores de

(a) MS. bibl. Vat. sign. n. 2040. Math. Vill. l. 4. c. 39. Rehb. in anal. Alb. Arg. in chron. & alii. Carolus ferrea corona Mediolani redimitus. (b) Cortus. hist. l. II. c. 2. (c) Eod. cap. (d) Arg. in chron.

(e) MS. bibl. Vat. fig. num. 2040. p. 53.

Submissa illi Etruria. (f) Math. Vill. l. 4. c. 73. Florentinis veteres condonatae injuria. (g) Eod. c. 73. (h) To. 3. ep. fecr. p. 36. (i) Ib. p. 37. Eod. pag.

iis poenis remittendis fecit, extant litteræ.

Tentarunt Gibellini (l) Caroli animum in Guelfos concitare. Sed ipse eorum petita insigni prudentia retudit: Gibellinos, qui sua in imperium officia commemorabant, non imperii decus affectare, sed comoda sua etiam cum illius dedecore venari: atque avum Henricum eorum consilia secutum maximo exito se objecisse. Favisse autem ecclesiæ Carolum dicitur inferius. Superioribus consentanea de Caroli prudentia in pertractandis Guelfis, antea ab imperio alienis, subjectis verbis Leonardus Aretinus refert: *Ad hunc Senis existentem, in eam urbem, cujus administrationem, exautoratis veteribus magistratibus, suscepit die Verbo in Visceribus Virginis incarnato sacra, magnacivium gratulatione venisse, refert Matthæus Villanus (m), Florentini pecuniis ex fide missis contra spem ac vota inimicorum præcipua benevolentia in suum ejus irrepsero, ut nemini uni populo per Italiam magis fidere videretur: non enim antiqua partium levitate, sed præsentis commodo res æstimabat. Itaque plus ab una civitate per amicitiam adjutus est, quam a cæteris simul omnibus Italici generis: quod si inimicitia, ut avus quondam ejus certare voluisset, magnæ difficultates erant illi subeunda: nunc autem & militibus & pecunia a civitate adjutus, nemine penitus repugnante, Romam prævenit, solemnibusque peractis, tranquillissime coronatus est. Hæc facta sunt in principio anni subsequenti, qui fuit quinquagesimus quintus supra mille trecentos.*

Gibellini-norum repudiata consilia. (l) Math. Vill. l. 4. c. 15. c. 21.

(m) Eod. l. 4. c. 80. c. 81. Culta Guelphorum amicitia.

Data fuit provincia, absente Pontifice, imperialibus sacris initiandi Caroli Cardinali episcopo Ostiensi, ut scribit Matthæus Villanus (n), cui vitæ Innocentii author consentit his verbis (o): *Eodem tempore Carolus Rex Romanorum in Imperatorem electus de voluntate & consensu dicti Papæ intravit Italiam, Romam proficiscens, coronam imperialem ibidem recepturus: pro qua sibi imponenda fuit missus per eundem Papam Petrus Bertrandi junior episcopus Ostiensis Cardinalis. Ei vero adjunctus est collega Ægidius tit. S. Clementis presbyter Cardinalis, qui ea tempestate Italica legatione fungebatur; datis ntriq;ue imperiis, ut alter, altero impedimento etiam fortuito districto, Carolum sacra inunctione in basilica S. Petri solemniter liniret, Ægidium autem Piceno bello contra tyrannos implicatum, ad Urbem se conferre iussit (p): Negotium inquit, coronationis & inunctionis charissimè in Christo filii nostri Caroli Regis Romanorum illustris tibi & venerabili fra-*

II. Decreti duo Cardinales pro Carolo corona cingendo. (n) Eod. lib. 4. c. 71. & Gesta Innoc. VI. apud Bosq. (o) Gesta Innoc. VI. apud Bosq.

(p) To. 3. ep. fecr. p. 23.

tri nostro Petro Ostiensi Apostolica sedis nuntio, & cuilibet vestrum per alias nostras literas duximus committendum. Et indeo volumus, ut pro hujusmodi negotii solemnitate, authore Domino, celebranda festine ad Urbem (si tamen absque præjudicio negotiorum, quorum promotioni deputatus es, poteris) studeas te conferre; ita quod die, quam præfatus Rex ad hoc duxerit eligendam, ibi una cum eodem episcopo, qui propter hoc ducit se personaliter conferendum, præstante Deo, valeas interesse. Dat. Avin. IV. id februarii anno III. Extant eæ Innocentii litteræ ad hos Cardinales de Carolo insignibus imperialibus exornando, quibus singuli sacri ritus in tanta celebritate servandi ex perversto Romanæ ecclesiæ tabulario petiti præscribuntur, insertæ in aliis publicis Caroli Regis Romanorum literis inferius afferendis.

Lustratæ a Carolo Urbis ecclesiæ.

(a) Math. Vill. l. 4. c. 93. (b) To. 3. ep. fecr. p. 26.

Sacra resurrectionis dominicæ dies delecta ad eam peragendam celebrata.

III. (c) MS. bibl. Vat. sign. num. 3765. Math. Vill. l. 5. c. 2. Cortus. hist. l. 4. Alb. Arg. in chron.

Rehdorf. in anal. Gesta Innoc. VI. apud Bosq. & alii. (d) Math. Vill. l. 4. c. 56.

Petrus Ostiensis eo munere functus. (e) MS. bibl. Vat. sign. num. 2040.

(f) Gesta Innoc. VI. apud Bosq. (g) Baron. in not. MS. ad hunc ann.

Anna uxore, quæ & Germania Pisas ad eum venerat (d), sacraus est a Petro Cardinale Ostiensi, ut vetus MS. Vaticanum (e) vitæque Innocentii author (f) testantur: servato nimirum eo ritu, qui in pontificis literis describitur erat. Quæ ex veteribus monumentis confirmat Cardinalis Baronius (g): *Anno, inquit, Christi MCCCCLV. indictione VIII. Carolus IV. Imperator coronatur Romæ in basilica Vaticana die paschatis a Petro episcopo Cardinale Ostiensi legato Romani Pontificis: & confirmat hoc anno omnia quæ olim an-*

te coronationem pollicitus fuerat Clementi Papæ. Habetur ipsum diploma aureo sigillo signatum libro privilegiorum Romanae ecclesiæ. Habentur literæ ipsius Innocentii Papæ in dicto libro privilegiorum, ubi late de omnibus ceremoniis servatis, in coronatione ejusdem Caroli faciendis: nam absente Papa fuit coronatus. Ex his refellas mendacium a Matthæo Vill. traditum historiæ (b), nimirum Joannem e. VI. præfectum Urbis coronam imperatoriam Carolo imposuisse, atque ab eodem Carolo Imperatricem diademate redimitam, qui enim horum testis major esse possit, quam ipse Carolus, qui cum honores Christo domino, in ejus vicario veteri more & instituto præstandos a Cæsaribus non abolere, sed potius confirmare cuperet, subjectis promulgavit literis, (i) ex Pontificis absentia nil illius dignitati detractum iri; nec secuturos Imperatores a Pontificibus augustali insigni exornandos, quæ essent in hac celebritate ab apostolico legato prætermittenda, utpote soli præsentem exhibenda Pontifici, in exemplum adducturos.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Innocentio, digna Dei providentia sacrosanctæ Romanæ ac univêrsalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Boemiæ Rex cum reverentia debita, ac devota, pedum oscula beatorum.

Sanctissime pater & domine reverendissime literas sanctitatis vestre de manibus reverendi in Christo patris domini Petri Ostiensis episcopi Apostolicæ sedis nuntii, amici nostri charissimi, cum reverentia debita & honore congruo devotè suscepimus, quorum tenor sequitur in hæc verba.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Petro episcopo Ostiensi A. S. N. salutem & apostolicam benedictionem.

Speciosus forma præ filiis hominum Jesus Christus militantem ecclesiam sponsam suam sicut potestatis plenitudine ad salutare orbis regimen communiavit, sic etiam, ut decore gloriæ sponso juncta pulchrior appareret, honorum fascibus & schemate dignitatum quasi quibusdam renitentibus margaritis ornavit. Sed illud ei concessi gloriæ potioris insignie, quod ipsa sublimioribus quibusque potestatibus, quibus idem ipse Christus eam prætulit univêrsaliter omnibus, velut sol copiosus proprii luminis erogator ad ornatum adiciens, quo largius de plenitudine bonorum suorum communicat aliis, eo resurget amplius, eo respundet potius, eo est honoratior in se ipsa. Dudum siquidem post electionem de charissimo in Christo filio nostro Carolo Rege Romanorum illustri celebratam concorditer per principes regni Alemanniæ, in electione Regis Romanorum vocem habentes,

(b) Math. Vill. l. 5. c. 2.

Servati veteres ritus.

(i) Ext. in Arce S. Ang. & lib. priv. Rom. eod. 10. 1. p. 68. inter coll. Plat. jus. su. l. 10. 3. edita 10. 3. p. 118. & in MS. Vall. 434. & in sign. lit. B. n. 12. pag. 267. 434. & D. 1. p. 55.

Caroli Imp. litteræ.

Insertæ his aliæ Innocentii.

De superiori electione Regis Rom.

cum

Confir-
matione
illius pa-
pae a Cle-
mente.

Promisso
imperiali
insigni.

IV.

Ut petiti
sint ad ri-
vandos
Cardina-
les.

cum imminet & pro tempore facienda, felicitatis recordationis Clementis Papae VI. praedecessori nostro per solemnem dicti Regis ambassatores & nuntios, ad ipsius praedecessoris praesentiam destinatos, electionis ejusdem praesentato decreto; ac tam super ipsius electionis forma, quam super idoneitate personae dicti Regis informatione habita diligenti per quosdam ex fratribus praedecessoris ipsius, de quorum numero tunc eramus, quibus idem praedecessor informationem hujusmodi duxerat committendam; ac per commissarios hujusmodi facta praedecessori memorato in praesentia dictorum fratrum de informatione habita super his relatione facti; dictus praedecessor de fratrum consilio praedictorum ad devotae ac humilis supplicationis instantiam, per dictos ambassatores & nuntios eidem praedecessori frequenter effusam, praesentem Regem in specialem filium suum & ecclesiae memorata suscepit, sibi suos favorem & gratiam benigne concedens; ac ipsius Regis persona idonea reputata, eum nominavit, assumpsit & declaravit Regem Romanorum; & approbans personam ipsius, cum sufficientem & habilem declaravit ad suscipiendum imperialis celsitudinis dignitatem; decernens unctionem, consecrationem, & coronationem imperiales per manus suas eidem Regi opportunis loco & tempore impendendas, ac suppletis ex certa scientia & de plenitudine apostolicae potestatis omnem defectum, si quis aut ratione formae, aut ratione Regis praedicti, aut electorum suorum personarum, seu ex quavis alia ratione vel causa in hujusmodi electione intervenerat quovis modo: ac praecipiens omnibus fidelibus & vassallis imperii, ut praefato Regi sicut Regi Romanorum, in Imperatorem promovendo, intenderent efficaciter & parerent.

Postmodum vero praedecessore ipso, sicut Domino, placuit, naturae debitum exolvente, nobisque (licet immeritis) ad fastigium apostolicae dignitatis assumptis, praefatus Rex per venerabilem fratrem nostrum Theodoricum episcopum Mindensem nuntium & ambassatorem, ac literas ejus nobis intimare curavit, quod ipse Italiae partes eidem imperio subjectas intraverat, & ab incolis & habitatoribus civitatum aliorumque locorum Lombardiae honorifice pacificeque receptus, unctionem & diadematis imperialis instantia in basilica principis Apostolorum de Urbe, Deo propitio, suscipere in proximo disponebat. Et intuens, sicut princeps discretionis & circumspectionis virtute conspicuus, quod nobis in partibus cismontanis multorum gravium & urgentium negotiorum involucro praepeditis, hujusmodi unctionis & coronationis insignia per manus nostras non possent ei in basilica memorata concedi; per dictos episcopum & literas nobis humiliter supplicavit, ut per aliquos de fratribus nostris hujusmodi un-

ctionis & coronationis aliaque insignia in dicta impendi ei basilica facere dignavemur. Nos autem, qui ad ipsius Regis honoris & status incrementa ex paternae charitatis instinctu affectionem gerimus promptiorem, hujusmodi antefati Regis literarum serie, & qua idem episcopus verbo subjunxit, diligentius intellectis, attendentes quod, sicut idem quoque Rex consideravit prudenter & provide, sic hujusmodi negotiorum pondere premitur, & eorum nobis implicitis implicamur, quod coronationis & unctionis, & aliis solemnibus peragendis eidem non possemus nostram praesentiam exhibere; & cupientes in executione solemniorum ipsorum, quibus mente aderimus per ministros, quos tanti negotii celebritas exigit, suppleri corporalis absentiae nostrae vires; ad te ac dilectum filium nostrum Aegidium tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem A.S.L. quos virtutum grandium splendor illustrat, quosque in magnis & arduis operariis utilis multa experientia comprobavit, considerationis nostrae direximus oculos; & sperantes, quod industria tua & legati praefati, qua in quibuscumque semper operibus emicuit clarior, hoc etiam insigne opus ad Dei laudem & gloriam, ac honorem & decus ipsius ecclesiae sponse suae, ipso praestante qui bonarum director est actionum, laudabiliter exequetur, memorati Regis devotis supplicationibus inclinatus, te dictumque legatum ad celebritatem hujusmodi honorabiliter peragendam ministerii deputamus.

Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus ad eandem Urbem te personaliter conferens, ac ibidem die, quam idem Rex ad hoc duxerit eligendam, cum legato convenienter memorato, tu in dicta basilica missam celebres, & Regem inungas eundem: & tu dictusque legatus Regi praefato & charissime in Christo filiae nostrae Annae Reginae Romanorum illustri uxori suae mitras & diademata imperii, ac eidem Regi sceptrum, pomum, & gladium ac alia solemnia, prout infra patentius clariusque distinguitur, tribuatis; ipsorumque inclitos vertices insigniis eorundem, adhibitis vetustae consuetudinis solemnitatibus, decoratis. Et ne quis in hujusmodi peragendis solemnibus error possit intervenire, quod absit, modum & formam agenda fuerint, particulariter & distincte duximus praesentibus inserenda, prout in archivio ipsius ecclesiae ac pontificali ordinario continetur, quorum forma (a) talis est.

Cum Rex in Imperatorem electus pervenerit ad portam Collinam, qua est juxta castellum Crescentii, recipiatur honorifice a clero urbis cum crucibus & iburibus; & processionaliter deducatur usque ad gradus basilicae S. Petri, cantantibus universis: Ecce mitto angelum meum, &c. came-

V.

Decreti
Ostiensis
episc. &
Aegidii
Cardina-
lis.

VI.

Descripti
singuli ri-
tus ser-
vandi.
Ut Im-
perator
excipien-
dus sit.
Spargen-
da ab eo
munera.
(a) Ext.
etiam in
cerimoni-
al. MS.
bibl. Vat.
fig. num.
4727. P.
90. item
apud Gol-
dast. in
collect.
const. im-
perial.

varii

Ut Ponti-
ficis, si
praesens
fuerit,
pedes o-
sculari
debet, il-
lique au-
rum offer-
re.

Et spon-
dere, si
futurum
se ecclesiae
defensorem.

VII.
Sacra-
menti for-
mula a
Caroli
ratoribus
Clementi
nuncupa-
ti.

varii ejus missilia spargentibus ante ipsum & praefecto urbis gladium praefere. Cum autem pervenerit ante basilicum in platea qua cortina vocatur, dextrandus est a senatoribus usque ad gradus praedictos, ubi eo descendente, tradendus est equus, cui Rex insederat, illis. Interim autem summus Pontifex cum omnibus ordinibus suis preparat se in secretario tanquam celebraturus divina, & processionaliter exiens usque ad suggestum arcae superioris, quae est in capite graduum, super faldistorium ibi sedeat, confederibus super gradus a parte dextra episcopis & presbyteris, a sinistra vero diaconis Cardinalibus, & in proximiori gradu subdiaconis & acolytis, primicerio & cantoribus astantibus circa illos cum magnatibus & nobilibus, officialibus & ministerialibus aulae papalis. Tum Rex cum archiepiscopis & episcopis, principibus & magnatibus suis, ascendens ad summum Pontificem, reverenter osculetur pedes ipsius: & offerens ei aurum quantum sibi placuerit, benigne recipiatur ab eo ad osculum & amplexum: quo demum surgente, Rex ipse a parte dextra & prior diaconorum a parte sinistra deducant eum usque in ecclesiam S. Mariae in turribus: ubi ante altare subdiacono evangelii textum tenente, Rex super illum corporaliter praestat hujusmodi juramentum: Ego Carolus Rex Romanorum futurus, annuente Domino, Imperator promitto, pondeo, & polliceor coram Deo & B. Petro, me de cetero protectorem & defensorem fore summi Pontificis & sanctae Romanae ecclesiae in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis custodiendo & conservando possessiones, honores, & jura ejus, quantum divino fultus adjutorio fuero secundum scire ac posse meum recta & pura fide. Sic me Deus adjuvet & hac sancta Dei evangelia. Forma autem juramenti praestiti in Avenione per procuratores & nuncios praedicti Regis Romanorum tempore suae coronationis renovandi talis est.

Vobis sanctissimo patri & domino domino Clementi, divina providente clementia Papae VI. nos Arnulfus archiepiscopus Praegensis, Ademarus comes Valentiniensis, Henricus comes de Salinis, Gerardus de grandiprato de Eufalissa, Ginterus de Montilio, & Joannes de Asperomonte, Geraldus de Magnaco archidiaconus de Baltheffo in ecclesia Constantiensis, Rodulphus dictus Loy officialis Treverensis, Joannes de Pistorio decanus ecclesiae S. Salvatoris Trajectensis, & Nicolaus de Luxemburgo praepositus ecclesiae Sanctensis Praegensis successi nuncios & procuratores serenissimi principis domini Caroli Romanorum Regis, benedicti ad omnia infra scripta plenam & generalem ac liberam potestatem, & speciale mandatum ab eodem, prout constat per praedictas patentes literas, & per aliud pu-

blicum instrumentum quorum tenores superius continentur: ipsius vice & nomine domini nostri Regis praedicti, & in animam ipsius promittimus & juramus per Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & per haec sancta Dei evangelia, & per hoc lignum vivifica crucis, & per has reliquias sanctorum, quod nunquam vitam, aut membra, aut ipsius honorem quem habetis, sua voluntate, aut suo consensu, aut suo consilio, aut sua exhortatione perdetis: & in Roma nullum placitum aut ordinationem faciet de omnibus, quae ad vos pertinent, aut ad Romanos sine vestro consilio aut consensu: & quidquid de terra Romanae ecclesiae pervenit ad ipsum aut perveniet, vobis reddet quam citius poterit. Et quantum in Lombardiam aut Tusciam aliquid mittet pro terris aut juribus suis gubernandis, quoties mittet, faciet jurare eum, ut adjutor vester sit ad defendendum terram Romanae ecclesiae & Romanam ecclesiam secundum suum posse: & si, permittente Deo, dictus dominus noster Rex Romam venerit; sanctam Romanam ecclesiam & vos rectorem ipsius & successores vestros exaltabit secundum suum posse: & cum Romae vel alibi per vos in Imperatorem fuerit coronatus dominus noster Rex praedictus, dictum juramentum & alia fieri consueta ad requisitionem vestram tempore coronationis suae personaliter renovabit.

Deinde summus Pontifex cum ordinibus suis ad altare procedit, & facta ibi oratione, ad sedem ascendit, Rege cum suis tribus episcopis, videlicet Ostiensis & Portuensis & Albanensis in ecclesia S. Mariae in turribus remanente, ubi a canonicis S. Petri receptus in fratrem imperialibus induatur insigniis, dato ipsius pallio camerario domini Papae. Qui, praecedentibus illum canonicis & cantantibus, Petre amas me! &c. cum ad ostium basilicae Principis Apostolorum pervenerit, quae porta argentea nuncupatur, deducentibus eum hinc inde comite Lateranensis palatii, & primicerio judicum Romanorum, Albanensis episcopus ante seipsam portam argenteam hanc super eum benedictionem effundat: Deus in cuius manu corda sunt Regum, &c. (a) Cum autem intra ecclesiam in medio rotae pervenerit, Portuensis episcopus hanc orationem super eum decantet: Deus inenarrabilis auctor mundi, &c. (b)

Qui, cum ad confessionem B. Petri pervenerit, prosternat se pronus in terram, & prior diaconorum super eum faciat letaniam. Qua finita, prior presbyterorum dicat orationem dominicam cum capitulis istis: Salvum sic servum tuum Domine. Mitte ei auxilium de sancto. Domine salvum sic Regem. Ac deinde dicat orationem istam. Actiones nostras quaesumus Domine, &c. Post haec procedant ad altare S. Mauritii, ubi

Quae preces ab episc. Albanensi fundenda pro Caesare cum ecclesiam ingrediuntur. Alia oratio intra ecclesiam. (a) Ext. annal. 10. 13. ann. 1209. n. 18. (b) Ext. ibid. Ad aram B. Petri repetenda litania. Ostiensis episcopi partes sunt. Caesarem inungere.

ubi Ostiensis episcopus ungit ei de oleo exorcizato brachium dexterum & inter scapulas hanc orationem dicendo.

Domine Deus omnipotens, cui est omnis potestas, &c. (a)
Item aliam orationem: Deus Dei filius Jesus Christus, &c. (b)

(a) Ext. ib. n. 19.
(b) Ibid. VIII. Ut Cæsar admittendus ad osculum instar diaconi.
His ita peractis, ascendat Rex ad altare S. Petri: ubi summus Pontifex, facta confessione, recipiat eum ad osculum sicut unum ex diaconis, ipseque procedat ad pulpitum vel ambonem, ubi thalamus constructus de lignis, & ornatus de palliis debet ei esse paratus, & cum suis archiepiscopis & episcopis, principibus & magnatibus secundum capacitatem loci constitat. Primitivius autem & schola cantorum in choro ante altare decantent introitum: & post, Kyrie eleison, & hymnum angelicum decantata summus Pontifex dicit orationem, quæ competit illi diet, & hanc orationem pro ipso Imperatore: Deus regnum omnium. (Extant harum precum formulæ in vetusto pontificio cerimoniali (c), ex quo ipsas describere visum est).

(c) Cerem. MS. bibl. Vat. sig. num. 4737. P. 90.
Deus regnorum omnium, & Christiani maxime protector imperii, da sermo tuo N. Imperatori nostro triumphum virtutis tue scienter excolere; ut qui tua constitutione est princeps, tuo semper munere sit potens. Per, &c. Item aliam orationem: Suscipe Domine preces & hostias ecclesie tue pro salute famuli tui N. supplicantis, & protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare miracula, ut superatis pacis inimicis, secura sibi serviat Christiana libertas.

Item aliam orationem: Deus qui ad prædicandum æterni regni evangelium Romanum imperium præparasti, prætere famulo tuo Imperatori nostro N. arma celestia, ut pax ecclesiastica nulla turbetur tempestate bellorum.

IX. Coronæ imponendæ ritus.
Cum lecta fuerit epistola, & graduale decantatum, Imperator ascendat processionaliter ad altare, ubi summus Pontifex imponit ei mitram clericalem in capite, ac supra mitram imperatorum diadema, dicens: Accipe signum gloriæ, diadema regni, coronam imperii, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti & ut spreto antiquo buste, spreteque contagiis vitiorum omnium sic justitiam, misericordiam, & iudicium diligas, & ita iuste, misericorditer, & pie vivas, ut ab ipso domino nostro Jesu Christo in consortio sanctorum æterni regni coronam percipias. Qui cum Patre, &c.

Deinde sceptrum & pomum aureum tradat ei, & post cætera gladium, ita dicens: Accipe (d) gladium de super beati Petri Apostoli corpus sumptum per nostras manus, licet indignas, vice tamen & auctoritate beatorum Apostolorum consecratas, imperially tibi concessum, nostræque bene & di-

(d) Pag. 93.

ctonis officio in defensionem sanctæ matris ecclesie divinitus ordinatum ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; & memor esto de quo psalmista prophetavit, dicens: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime; ut in hoc vim equitatis per eundem exerceas, molem iniquitatis potenter destruas, & sanctam Dei ecclesiam, ejusque fideles propugnes ac protegas: nec minus sub fide falsos, quam Christiani nominis hostes exerces ac dispergas: viduas & pupillos clementer adjuves, ac defendas, desolata restaures, restaurata conserves, ulciscaris injusta, confirmes bene disposita; quatenus in hoc agendo virtutum triumpho gloriosus justitie cultor egregius cum mundi Salvatore, cujus tyrum geris in nomine, sine fine regnare merearis. Qui cum Deo, &c. Qui coronatus incedens portet in dextra manu pomum, in sinistra sceptrum, & sic ad thalamum redeat; ipsoque ibi cum principibus suis consistente, prior subdiaconorum cum subdiaconis Romana curiæ & capellanis aula imperialis ad pectorale dextrum ante Crucifixum argenteum laudem Imperatori alta voce decantent hoc modo: Exaudi Christe. Scrinarii vero urbis sericis cappis induti, ante pectorale consistentes in choro, respondeant: Domino Carolo invictissimo Imperatori Romanorum & semper Augusto salus & victoria. Qua laude tertio repetita, prior subdiaconorum cum suis tribus vicibus dicat: Salvator mundi. Et scrinarii vicissim respondeant: Tu illum adjuva. Deinde iste cum suis duabus vicibus dicat: S. Maria. Et illi vicissim respondeant: Tu illum adjuva. Et sic deinceps. S. Michael. S. Gabriel. S. Raphael. S. Joannes Baptistæ. S. Petre. S. Paulæ. S. Agnes. S. Cæcilia, &c. Quibus finitis, isti bis dicant: Kyrie eleison. Et illi vicissim respondeant: Christe eleison. Ac deinde simul omnes; kyrie eleison. Post hoc, evangelio decantato, Imperator corona & manto depositis accedat ad summum Pontificem, & offerat ad pedes ejus aurum quantum sibi placuerit: ipsoque Pontifice descendente, pro perficiendis missarum mysteriis ad altare, Imperator more subdiaconi offerat ei calicem & ampullam, & stet ibi, donec Pontifex ad sedem reversus communicet, sacramque communionem de manu ejus suscipiat cum osculo pacis; & sic ad thalamum rediens in ambone resumat mantum pariter & coronam, missaque finita pontificalem benedictionem reverenter accipiat. Et statim procedat ad locum, ubi debet summus Pontifex equitare: & cum ipse Pontifex equum ascenderit, teneat stapedium sella ejus, & arrepto freno aliquantulum ipsum adextret, moxque suum equum ascendens procedat juxta summum Pontificem, usque ad ecclesiam S. Mariæ in * Transpadina, ubi dato sibi osculo ad invicem una corde, sed corpore separentur.

Faultæ acclamationes coronato Imperatori dandæ.

De auro a Cæsare offerendo Pontifici. Ut illi sacris operanti mitrare debeat.

De stapede tenendo ab Imperatore.

* Transpadina

X. Ritus in corona Regine conferenda.
Si vero Regina coronanda fuerit, debet saperlectorium ex opposito thalamus præparari, ubi cum duabus: ad minus puellis & aliquibus ex principibus imperii tam ecclesiasticis quam mundanis resideat. Et post coronationem Imperatoris deducatur ad altare ante summum Pontificem amicta regalibus indumentis: cui summus Pontifex mitram imponat, ita quod cornua mitræ sint a dextris & a sinistris, & super mitram imponat coronam, ita dicendo: Accipe coronam imperialis excellentiæ, &c. Fundi prius nonnullas preces in ipso ingressu ecclesie, describit cerimoniale pontificium (a): tum etiam in ea lustranda sacra prece, nec non oleo perlinenda, denique corona illi imponenda, plura recententur accuratissime, quæ delibanda ex ipso, & jucunda fore lectori visa sunt. In benedictione Regina vel Imperatricis ad ingressum ecclesie sic oratur.

(a) MS. bibl. Vat. sig. num. 4737.

Precum formulæ.

Omnipotens sempiternæ Deus fons & origo totius bonitatis, quæ femineæ sexus fragilitatem nequaquam reprobando avertis, sed dignanter comprobando potius eligis, & qui infirma mundi eligendo, fortia quæcumque confundere decrevisti; quique etiam gloriæ virtutisque tuæ triumphum in manu femine Judæica olim plebi de hoste sævissimo resignare voluisti, respice quasumus ad preces humilitatis nostræ, ut super hanc famulam tuam N. quam supplicis devotione in Reginam vel Imperatricem elegimus, bene & dictionum tuarum dona multiplica, camque dextera tua potentia semper & ubique circumda, & ut dono tui muniminis undique firmiter protecta visibilis seu invisibilis hostis nequitias triumphaliter expugnare valeat, & una cum Sara atque Rebecca, Lia atque Rachel beatis reverendisque feminis fructu uteri sui fecundari seu gratulari mereatur ad decorem totius regni, vel imperii, statamque sanctæ Dei ecclesie regendi, nec non protegendi. Per Christum dominum nostrum, qui ex intemerata B. Mariæ virginis alvo natus, visitare, ac revocare hanc dignatus est mundum: qui tecum vivit & gloriatur Deus in unitate Spiritus Sancti per immortalia secula. Et post coronationem Imperatoris deducatur ad altare ante summum Pontificem amicta regalibus indumentis, & summus Pontifex det hanc benedictionem dicens.

Qua prece lustranda a Pont.

Deus qui solus habes immortalitatem, lucemque habitas inaccessibleem, cujus providentia in sua dispositione non fallitur, qui fecisti ea, quæ futura sunt, & vocas ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, qui superbos equo moderamine de principatu devictis, atque humiles dignanter in sublime provehis, ineffabilem misericordiam tuam. Ann. Eccl. Tom. XXV.

Oratio.

Oratio.

supplices exoramus, ut sicut Esther Reginam Israeliticam casu salutis de captivitate suæ compede solutam ad Regis Assueri thalamum regni sui consortium transfere fecisti, hanc famulam N. humilitatis nostræ benedi & cione Christianæ plebis salutis gratia ad dignam sublimemque Regis vel Imperatoris nostri copulam, & regni vel imperii sui participium misericorditer transfere concedas: & ut imperialis, vel regalis, fœdere conjugii semper permanens pudica, proximam virginitati palmam continere queat, tibi que Deo vivo & vero in omnibus & super omnia jugiter placere desideret, & te inspirante, quæ tibi placita sunt, toto corde perficiat. Per Christum, &c. In sacri olei unctione.

Spiritus Sancti gratia nostro humilitatis officio in te copiosa descendat, ut sicut manibus nostris, licet indignis, oleo materiali oblita pinguefcis exterior, ita ejus invisibili unguine delibata impinguari merearis, & jusque spirituali unctione perfectissime, semper imbuta, & illicita declinare tota mente & spernere discas & valeas, & utilia animæ tuæ jugiter optare, atque operari queas & opereris, auxiliante domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto, &c.

Deinde summus Pontifex ei mitram imponat, ita quod cornua mitræ sint a dextris & sinistris. Tum coronam imponat, dicendo: Officio nostræ indignitatis in Reginam, vel Imperatricem solemniter benedicta, accipe coronam regalis, vel imperialis excellentiæ, quæ licet ab indignis, episcopalibus tamen manibus capiti tuo imponitur: unde sicut auro & gemmis redimita nites, ita & interius auro sapientiæ virtutumque gemmis decorari concedas, quatenus post occasum hujus seculi cum prudentibus virginibus sponso perenni domino Jesu Christo digne & laudabiliter occurrens Regina, celestis aulæ merearis ingredi januam, auxiliante eodem domino Jesu Christo, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat per infinita secula seculorum. Amen. Hactenus ceremoniale pontificium. Reliquos ritus Innocentii Papæ littere ita describunt.

Coronata vero Regina deducatur ad thalamum, & post evangelium deducatur ad oblationem summo Pontifici exhibendam, stetque in gradibus juxta * absidiam versus altare S. Leonis, donec de manu summi Pontificis post Imperatorem sacram communionem accipiat: & tunc ad thalamum rediit, & tunc ad thalamum rediit, & tunc ad thalamum rediit. Consiuevit autem Imperator larga presbyteria omnibus ordinibus exhibere, quibus ea, cum coronatur summus Pontifex elargitur; videlicet episcopis, presbyteris, & diaconis, Cardinalibus, primitivis & cantoribus, subdiaconis basilicariis & regionariis, universitati cleri Romani, capellanis, & cæ-

Alia cum limitur sacro balsamo.

* absidiam

Munera a Cæsare elargienda.

reus officialibus & ministerialibus curie; prefesto Urbis, senatoribus, iudicibus, advocatis, & seriniariis, ac prefectis navalium. Consuevit etiam Rex, quando descendit de monte Gandii, & venit ad ponticellum, prestare hoc juramentum Romanis: Ego Carolus Rex futurus Imperator juro, me servaturum Romanis bonas consuetudines suas. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia, &c.

Quia vero propter nostram absentiam nonnulla solemnia ex predictis, personam nostram tangentia, expedit intermitteri; volumus atque decernimus, quod non obstantibus his, quæ superius describuntur, in gradibus scolarum dicte basilicæ Principis Apostolorum idem Rex Romanorum solemnitate & honorificentia debitis recipiatur ad osculum per te ac legatum eundem, stantes in ordinibus vestris, induti tamen omnes pluvialibus processionaliter obviantes eidem cum subdiaconis & acolythis, primicerio & cantoribus, assistentibus circa te dictumque legatum magnatibus, nobilibus, officialibus, & ministerialibus aulae nostræ. Aurum vero quod Rex in eisdem gradibus Apostolico consuevit offerre post genuflexionem & deosulationem pedum, omittis illis, quas nec tibi nec dicto legato faciet idem Rex, quia soli Romano Pontifici competunt & debentur, in eodem loco per eundem Regem tibi & dicto legato humiliter offeratur, ita dicentem: Si sanctissimus pater dominus noster dominus Innocentius summus Pontifex esset hic presens, sibi offerrem aurum istud presentialiter: sed propter eius absentiam offero sibi aurum istud vobis dominis episcopo & legato recipientibus illud, vice ac nomine domini nostri Papæ. Quo facto idem Rex, existens in medio tui & dicti legati, veniat cum utraque vestrum ad altare S. Mariæ in turribus: & cum ibidem fuerit, publice in presentia tui & dicti legati, recipientium nostro & ipsius ecclesie Romanæ nomine, prestet idem Rex sacramentum suo expresso proprio nomine de verbo ad verbum, prout superius continetur. Renovet etiam sacramentum, per procuratores suos prestitum suæ approbationis tempore coram nobis secundum tenorem supra descriptum. Et si in adventu suo in gradibus, ubi eidem tu & legatus obviabitis antefatus, renovationem predictam facere prælegeret, contentamur.

Tu vero, ut præmittitur, missam celebres & Regem predictum inungas, prout in ordinario continetur. Letanias dicat diaconus, qui tibi celebranti in missarum solemnibus ministrabit. Orationem autem, quam dicere debet prior presbyterorum Cardinalium, dicat idem legatus. Prestito autem in capella S. Mariæ de turribus juramento, predictus legatus cum Rege remaneat memorato. Orationem vero, quæ dicenda competit episcopo Albanensi, tu dicas loco

& tempore debitis: sed rationem quam deberet dicere Partuensis episcopus, si adesset, dicat presatus legatus. Receptio autem ad osculum inter diaconos Cardinales post confessionem in altari S. Petri factam, quia soli Romano Pontifici competit, & concurrat cum osculo pectoris, omittatur. Tu autem & predictus legatus imponatis mitras suo modo Reos suæque Regine predictis, prout in dicto ordinario de summo Pontifice continetur, & diademata Regi & Regine predictis. Verba vero dicenda in impositione diadematum, scilicet: Accipe signum gloriæ, quo ad Regem, item, Accipe coronam imperialis excellentiæ, quoad Reginam, dicat idem legatus alte atque sonore, ita quod ab assistentibus audiantur: licet enim ratione prioratus hoc eisdem legato non competat; quia tamen ipse in legatione nostram representat personam, hoc per eum volumus adimpleri; & tu verba eadem voce submissa dicas sic, ut nequaquam audiri possint, sicut in consecrationibus prælatorum fieri consuevit per co-assistentes principaliter consecranti. Verba autem competentia in assignatione gladii pasciptrum & pomum aureum ipsamque gladium, per te & legatum eundem tradita, scilicet, Accipe gladium ad vindictam malefactorum, tu idem alta & sonora voce dicas & proferas, predicto legato submissa voce eadem verba dicente, prout in verbis impositionum mitrarum & diadematum superius est expressum.

Decantato autem evangelio, Rex coronandus offerat aurum, quod ad pedes Romani Pontificis consuevit offerri, ad pedem majoris altaris, quod tu & legatus idem nostro recipientis nomine. Cætera vero solemnia peragantur cum omni solemnitate & honorificentia, prout in ordinario continentur. Oblatio vero calicis & ampullæ per Imperatorem jam coronatum, decantato evangelio, corona & manto depositis, more subdiaconi Romano facienda Pontifici, & assistenti eidem facienda per Imperatorem donec Romanus Pontifex ad sedem propriam revertatur, quia soli Romano Pontifici competunt, omittantur. Idem tamen Imperator, si voluerit, sacram communionem de manu recipiat celebrantis; osculo tamen omisso. Quibus peractis, ad thalamum rediens, in ambone resumat mantum pariter & coronam. Processus autem hujusmodi Imperatoris ad locum, ubi summus Pontifex equitare deberet, & detentio stapedii sella ejus, & arrepto freno equi, cui Romanus Pontifex insideret, adextratio officique stratoris exhibitio, quia soli Romano Pontifici competunt, & presentiam ipsius exigunt corporalem, omittantur omnino: reliqua autem solemnia, prout exprimuntur in ordinario, solemniter & honorifice compleantur.

Quia autem, ut ex predictis apparet, multa observantia, multa que solemnia, multa

Jusjurandum Romanis nuncupandum ab Imp.

XI. Absente Pontifice plura o-mittenda.

Præscripta obligationis faciendæ ratio.

Sacramentum a procuratoribus datum renovari iustum.

Agidino Cardinali ob legationis dignitatem imponendam diadematis portiores partes daret.

XII.

Qui ritus soli Pontifici exhibendi.

XIII.

que reverentia & honorificentia Romano Pontifici competentia propter nostram absentiam omittuntur, protestamur & volumus, & apostolica auctoritate decernimus, quod nullum ex hoc juris vel facti Romanæ ecclesie ac nobis nostrisque successoribus præjudicium generetur, quin cum casus Regis Romanorum in Imperatorem coronandi occurreret, omnia exhibeantur & fiant per coronandos Reges Romanis Pontificibus, sicut in forma, quæ in archivio ecclesie & pontificali ordinario continetur eidem superius descripta, seriofus est expressum. Ad eisdem autem ecclesie Romanæ, nostram, & successorum nostrorum conservationem, juris atque cautelam volumus, per te ac dictum legatum ab eodem tam Rege coronando, quam Imperatore coronato, expresse his nostris protestationi & decreto consentiente, recipi patentes literas quadruplicatas de verbo ad verbum, tenorem præsentem continentibus, suo regali primo sigillo, & postmodum sua imperiali bulla aurea communitas: quas tu & idem legatus, aut alter vestrum nobis aut cameræ nostræ fideliter assignetis. Quod si te vel dictum legatum, cui similes literas mutatis mutandis dirigimus, contigerit forsitan impediri, ille vestrum, qui executioni præmissorum vacare potuerit, ea omnia exequatur. Dat. Avin. II. kal. februarii, pontificatus nostri anno III. Repetitis his Innocentii literis, subijcit Carolus.

Cum igitur, sanctissime pater & domine, reverentissime propter vestre sanctitatis absentiam circa imperialis coronationis nostre solemnia nonnullas observantias, & multa solemnia, variisque reverentia & honorificentia, quæ Romano Pontifici competere, ut ex eisdem sanctitatis vestre literis reverendo in Christo patri domino Petro Ostiensis episcopo Cardinali Apostolica sedis nuntio amico nostro charissimo directis colligitur, contingat omitti; & ob hoc fuerit in eisdem apostolicis literis protestati, volueritis quoque, & auctoritate apostolica duxeritis decernendum, quod ex hoc nullum Romanæ ecclesie, vobis, & vestris successoribus juris vel facti præjudicium generetur; quin occurrente casu, quo Rex Romanorum in Imperatorem fuerit coronandus, omnia exhibeantur & fiant per coronandos Reges Romanis Pontificibus, sicut in forma superius descripta, quæ in archivio ecclesie & pontificali ordinario continetur, clarius, ut præmittitur, est expressum; nos qui supra Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Boemiarum Rex supradictis protestationi & decreto sanctitatis vestre predictis contenta tactis sacrosanctis evangelis in manibus predicti domini Cardinalis Ostiensis nomine Romanæ ecclesie, sedis Apostolicæ, at-

que vestro, & de mandato vestro recipientis, juravimus & juramus, præstitimus & præstamus, promittimus & spondemus: de qua receptione tam per nostras presentes, quam ipsius domini Cardinalis recipientis literas plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesie, ac sedis Apostolicæ, & Romanorum Pontificum securitatem, juris conservationem, atque cautelam presentes literas quadruplicatas tenore predictarum literarum sanctitatis vestre eis de verbo ad verbum inserto scriptas, & regie majestatis vestre sigillo munitas eidem sanctitati vestre concessimus, & ear etiam per eundem dominum Ostiensem Cardinalem duximus transmittendas; promittentes & obligantes nos cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis coronationem susceptam predicta omnia ratificabimus, jurabimus, & renovabimus, & de his omnibus nostras patentes dabimus literas quadruplicatas, de verbo ad verbum predictarum literarum vestrarum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem, juris conservationem, & cautelam vestram, successorum vestrorum, sanctæ Romanæ ecclesie, & sedis Apostolicæ imperialis majestatis typario communitas. Datum Romæ ante susceptionem imperialis nostre coronæ anno Domini MCCCXLV. indictione VIII. non. aprilis, regnorum nostrorum anno IX. Ego Joannes Dei & Apostolicæ sedis gratia Luthomusensis episcopus, aula regie cancellarius, vice reverendi in Christo patris domini Gallelmi Colonienfis archiepiscopi sacri imperii per Italiam archicancellarii recognovi, & manu propria subscripsi.

Extant alie (a) eadem verborum formula conceptæ post susceptum insignem augustale datæ, iisque ad calcem hæc adjecta, quibus superiora corroborat: Nos qui supra Carolus IV. divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemiarum Rex supradictis protestationi & decreto, sicut ante coronationem nostram imperialem consensimus, ita de novo sanctitati vestre consentimus expresse; nec non omnia & singula juramenta, in literis sanctitatis vestre predictis contenta, ante dictam coronationem per nos præstita, & consensum predictum renovamus, & de novo juramus, tactis sacrosanctis evangelis, in manibus predicti domini Cardinalis Ostiensis, nomine Romanæ ecclesie, sedis Apostolicæ atque vestro, & de mandato vestro recipientis: de qua receptione jam per nostras presentes, quam ipsius domini Cardinalis recipientis literas plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesie, ac sedis Apostolicæ, & Romanorum Pontificum securitatem, juris conservationem, atque cautelam presentes lite-

Cautum ab Innocentio juribus pontificiis.

XIV. Firmat ea Carolus Imp.

Omnia exhibitum in a successuris Cesaribus presenti Pontifici sancti.

Data hæc de re ante susceptum insignem imperiale literæ.

XV. Et post susceptum. (a) Ext. in eod. ceteron. MS. bibl. Vat. sign. n. 4737. p. 266.

Confirmatæ a Carolo pactioes antea juratæ. (a) Ext. in arce S. Ang. & in lib. priv. vil. Rom. eccl. 10.3. p.108. 128. 156. & inter collect. Plat. 10.3. p.103. & MS. bibl. Vall. sig. li. B. n. 12. p.356. & li. D. n.1. p.55. Illius ea de re literæ.

Innocentii lit. quibus id poscit.

tas quadruplicatas, tenore presentium literarum sanctitatis vestre eis de verbo ad verbum inserto, imperialis majestatis tyario communitas eidem sanctitati vestre concessimus, & eas per eundem dominum Ostiensem Cardinalem duximus transmittendas: Dat. Romæ post susceptionem imperialis nostre coronæ anno Domini MCCCXLV. indictione VIII. non. aprilis regnorum nostrorum anno IX. imperii vero primo. Confirmavit etiam (a) singulas pactioes, quas antea cum Clemente VI. iniverat.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Innocentio, digna Dei providentia sacrosanctæ Romanæ & universalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus IV. divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Boemiæ Rex, cum reverentia debita pedum oscula beatorum. Sanctissime pater & domine reverendissime, literis sanctitatis vestre, quas clementia vestra nobis curavit transmittere, de manibus reverendi in Christo patris domini Petri Ostiensis episcopi A. S. N. amici nostri charissimi in civitate nostra Senarum in imperiali palatio cum reverentia debita & honore congruo devote suscepimus quarum tenor sequitur in hæc verba.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri salutem, &c.

Sicut filius benedictionis & gratiæ, humilitatis a Domino virtute præventus, devotionis & fidei tue zelum Romanæ ecclesiæ matri tue olim offerens, reverenter juramentum, quod series infra scriptarum literarum, tuo pendenti manitarum sigillo, continet seriose, dudum in manibus bonæ memoriæ Geraldii episcopi Tridentini, tunc archidiaconi de Balibefio in ecclesia Constantiensis capellani sedis Apostolicæ, de mandato per felicis recordationis Clementem Papam VI. prædecessorem nostrum eidem Geraldo factæ, prædecessoris & ecclesiæ prædictarum ac Apostolicæ sedis nomine recipiens, tactis per te sacrosanctis evangelis, sicut per easdem literas plene constat, corporaliter præstitisti, promittens teque firmiter obligans cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis a te coronationem susceptam omnia in juramento & literis contenta prædictis ratificares, confirmares, recognosceres, faceres, servares, & jurares, ac de prædictis omnibus infra VIII. dies tuas parentes literas daret quadruplicatas prædictarum literarum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem & cautelam dicti prædecessoris & successorum ipsius, ac Romanæ ecclesiæ & sedis Apostolicæ prædictarum imperialis majestatis tyario communitat. Quare magnificentiæ regiam paterno rogamus & hortamur affectu, quatenus ut devotionis & fidei ac reverentiæ fervore hu-

jusmodi cum tua promotionis & exaltationis augmento per clara tue celsitudinis gesta erga nos & præfatam ecclesiam crevisse demonstres, in manibus dilecti filii Egidii tit. S. Clementis presbyteri Cardinalis legati, venerabilis fratris nostri Petri Ostiensis nuncii sedis Apostolicæ, vel alterius eorumdem, quos ad tuam presentiam duximus destinandos, quibusve & cuilibet eorumdem in solidum juramenti & aliorum prædictorum omnium & singulorum receptionem per nostras literas speciales commisimus, post susceptam per te, ut præmittitur, ipsius imperii diadema omnia in juramento & literis contenta prædictis ratifices, confirmes, recognoscas, facias, ac præstes de novo simile juramentum, nobisque super his omnibus & singulis juxta tuam promissionem & obligationem eandem prædictas literas quadruplicatas, ejusdem imperialis majestatis tyario communitas, in eis tenore prædictarum tuarum literarum inserto concedas, illasque nobis per eisdem vel alterum eorumdem transmittas. Tenorem autem prædictarum literarum tuarum, ut de ipsis plenam certitudinem habeas, de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, qui talis est.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Clementi, sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Boemiæ Rex cum reverentiâ debita ac devota pedum oscula beatorum. Summis & ferventibus desideriis in spiritu humili cupientes sanctitatis vestre pedibus & Apostolicæ sedi toto corde & animo zelum nostræ reverentiæ, fidei, & devotionis offerre, &c. Repetuntur literæ Caroli jam antea a nobis allatæ (b), quibus Romanæ ecclesiæ jura, cum pontificum decretum, quo regia electio rata habita est, ab intertuntio Apostolico illi traditum est, confirmavit, atque hac temporis nota consignatæ sunt: Dat. Tridenti v. kal. maii anno D. MCCCXLVII. regnorum vero nostrorum anno I. Quibus subicit Carolus.

Tanto itaque ferventius ad sanctitatem vestram, Romanam ecclesiam, & Apostolicam sedem zelo fidei & devotionis accensi, quanto sumus amplius per susceptionem imperialis diadematis divine gratiæ munere sublimati; omnia in juramento & literis contenta prædictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, & ea servabimus, & etiam faciemus; ac similia juramenta, prout in eisdem continetur literis, de novo præstamus, facimus, & renovamus: ac prædicta omnia & singula inviolabiliter observare & observari facere, & nullo unquam tempore contravenire denuo juramus ad sacrosanctam Dei evangelia, corporaliter tacto libero, in manibus prædicti reverendi in Christo patris domini Petri Ostiensis episcopi A. S. N. amici nostri charissimi, nomine Romanæ

Qui ad illud sacramentum exigendum designati.

(b) A. C. 1347. n. 1. &c.

Coram Ostiensi episcopo superiora confirmata.

ne ecclesiæ ejusdem, sedis Apostolicæ, ac vestro & de mandato vestro speciali recipientis: de qua receptione tam per nostras presentes, quam ipsius recipientis literas plene constat. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac sedis Apostolicæ & Romanorum Pontificum securitatem atque cautelam presentes literas quadruplicatas tenore prædictarum literarum nostrarum eis inserto, imperialis majestatis tyario communitas, juxta promissionem & obligationem nostras prædictas sanctitati vestre concessimus, & eas etiam per eundem dominum Ostiensem episcopum duximus transmittendas. Datum Romæ post susceptionem imperialis nostre coronæ anno Domini MCCCXLV. indictione VIII. non. aprilis, regnorum nostrorum anno IX. imperii vero anno I. Ego Joannes, Dei & Apostolicæ sedis gratia Lubomulensis episcopus sacra imperialis aule cancellarius vice reverendissimi in Christo patris domini Guillelmi Colonienfis archiepiscopi sacri imperii per Italiam archicancellarii recognovi, & manu propria subscripsi.

XVII.

Afferitis ita mox a correpto augustali insigni Romanæ ecclesiæ juribus, novus Imperator basilica Principis Apostolorum egressus conscendit aurea corona conspicuus generosum equum gestans dextra aureum sceptrum, sinistra orbem, in quo crux ex auro eminebat, stipantibus Romanis principibus, atque Imperatrice proxime sequente ad Lateranensem magnâ pompa perrexit (a), tanto apparatu & concursu, ut Germanorum ad quinque, Italorum ad decem equitum millia & eo amplius illam ornarent. Post solemnes vero epulas venatus specie ex Urbe se subduxit (b) ad S. Laurentii basilicam extra Urbis ejusdem moenia, ut Pontifici obsequeretur, ne qui a Romanis novarum rerum cupidus tumultus concitarentur; qua de re hæc MS. Vaticanum (c): Eodem anno, nempe MCCCXLV. dominus Carolus Rex prædictus descendens in Italiam coronam imperialem suscepit, & uxor ejus cum eo in basilica sancti Petri in die sancto Pasche, statim Romam exiens eo die. Commendat quidem Dubravius (d) Caroli in Pontificem fidem, qui Romanos summam reipublicæ sibi deferentes representit: Instant, inquit, Romani, ut Augustus Urbem augustam tamquam hereditatem suam jure invadat, aut Romanos in antiquum statum restituat. Deliberatarum se ille respondet, Urbeque per aenandi simulationem egressus in castra tendit, serventissimum inde mandatum dans, ut finem tandem Romani mutantis innovandisque dominis imponant, memores sacramenti apud Romanum Pontificem semel depositi.

XVIII.

Digressus Roma Senas, eam urbem Nicolao fratri patriarchæ Aquilejensi tra-

didit (e): sed brevi illius jugum Senenses excussere (f), gravissimeque inter se de urbis principatu. dissentere (g). Nec pacatæ fuere Pisæ, insidiis enim Carolus appetitus (h), ac primum palatii incendio deinde aperta seditione mota, tentata ejus vita: sed a Marquardo episcopo Augustensi factiosi repressi, & præcipui conjugationis authores capite truncati. Discussa ea proditorum factione, Italici peræsus soli marchionem Montisferrati pro regem cæsareum creavit in Italia (i), & Marquardum episcopum Augustensem Pisane urbi præfecit: Forjan, inquit Cortusii (k), Italia formidans insidias, omisit Lombardorum infestationibus & querelis dominus Imperator cogitavit redire Boemiam. Sic eodem anno mense junii, transitum faciens per Lombardiam, intravit vallem Valcamonica, qui per Alemanniam Pragam est reversus. Quid Deus sit facturus per ipsum, ipse novit, cui honor & gloria in secula seculorum. Hæc de Caroli reditu (l) conjungenda visa sunt, ne eadem subinde repetere cogemur. Nunc de auxiliis ab ipso ecclesiæ, ut mutuo officiis cum ipsa certaret, pro revocandis ad Apostolicæ sedis obsequia perduellibus præstitis sermonem instituamus.

Gerebat cum tyrannis, qui ditionem pontificiam discerperant, bellum Egidius Cardinalis legatus, spesque ingens affulserat ex Caroli in Italiam adventu felices successus non defuturos. Quam expectationem de eo conceptam Pontifex exaratis iv. idus februarii literis Carolo exposuit (m): Legatus, conductis armigeris gentibus, equitibus & peditibus in numero copioso, circa recuperationem hujusmodi a magno tempore citra solerter ac vigilanter intendens, per gratiam Dei & merita B. Petri Apostolorum principis, cuius prosequitur in hac parte negotium, multum profecit, & profuturus amplius, postquam Deus te in Italiam descendere sua benignitate concessit, nemine dubitante speratur. Premebantur bello Malatestæ opera Gentilis e Moliano, qui firmum ecclesiæ restituerat: cum Ordelaffus metuens Malatestis dejectis, belli molem in se versum iri, Gentilem subornavit (n), ut Firmanam tyrannidem iterum corripere, sua ac Malatestarum auxilia pollicitus. Is etiam Gibellinæ factionis significus, ut imperialis nominis afferendi specie Ludovici Bavari nomine tyrannidem corripuerat, ita Carolum, dum Pisas agebat, vindicandæ in suum splendorem imperialis dignitatis colore facile se corrupturum ratus, ipsiusque patrocinium eblanditurum Pisas contendit. Sed ne in conspectum quidem ipsum, utpote defixum pontificio anathemate, admittere Carolus voluit (o). Neque etiam Malatestis favit: cum enim Egidius Cardina-

(e) Matth. Vill. l. 5. c. 20. Conflata Pisis in Carolum conjuratio.

(f) EoJ. lib. c. 46. (g) Cap. 55.

(h) Cap. 37. MS. bibl. Vat. sign. n. 2040.

(i) Alb. Arg. in chron. Gesta Innoc. VI. apud Bosq. Cort. hist. l. 1. c. 5. Rebd. in anal. Dubr. l. 22.

Marquardus a Car. præfectus Italiae.

(k) MS. bibl. Vat. sign. n. 3765.

(l) Cort. hist. l. 11. c. 5. Redditus Caroli in Germ.

(m) Matth. Vill. l. 5. c. 40.

Leon. Aretin. l. 8. hist. Flor. Anr. 3. p. 11. c. 9.

(n) To. 3. ep. Secr. p. 38.

(o) Matth. Vill. l. 4. c. 52.

(o) Eod. l. 4. c. 43.

Profite-
tur affu-
rum se
Pontifici
pro recu-
peranda
illiusdi-
tione.

(a) To. 5.
ep. secr.
p. 23.

lis adversus eos auxilia ab ipso flagitaret, ac
suaderent aliqui, ut rem extraheret, Caro-
lus qui politicæ Gibellinæ artes perspectas
habebat, respondit non modo submissurum
se copias ad perduelles edomandos, sed
bellicos quoque labores ad ecclesiasticam
ditionem Pontifici restituendam, eripien-
damque ex inavorum manibus in castris
subiturum. Quas egregias voces ab ipso
prænotiatis cum audisset Innocentius,
gratias illi hisce literis egit (a).

Innocentius, &c. charissimo in Christo
filio Caroli Regi Romano-
rum illustri.

Dilectus filius noster Egidius tit. S. Cle-
mentis presbyter Cardinalis A. S. L. per
suas literas scripsit nobis, quod cum ipse
ad magnitudinem tuam pro auxilio recu-
perando circa recuperationem terrarum eccle-
siæ Romanæ matris tuæ, quas Malatestæ
& Galeotti de Malatestis militum Ariminen-
sum, & quorundam aliorum rebellium &
proditorum ipsius ecclesiæ tyrannica occupa-
vit ambitio, recursum fiducialiter habuisset,
tu filialis devotionis ardore succensus erga
ecclesiæ antefatam, licet consiliatorum tuo-
rum deliberatio responsionem super hoc dis-
ferendam in diem aliam suaderet, in res-
pondendo moram non patiens, & consilium
non expectans, post grates redditas de re-
cursu habito, & multa verba, quæ de ar-
mario pectoris tui educebat sincera devotio,
& qua te filium gratitudinis, filium uti-
que benedictionis & gratiæ indicabant, res-
pondisti gratanter & placide, quod cum ne-
gotia ipsius ecclesiæ tua propria reputares,
intendebas illa non solum gentium tuarum
destinando præsidio dirigenda suscipere, sed
potentiæ tuæ virtute in persona propria pro-
movere: & patientius explicans catholici
animi tui zelum adiecasti, quod in iis &
quibuslibet aliis necessitatibus ipsius ecclesiæ
sic adesse propitius, sicque favorabiliter as-
sistere proponebas eidem, quod etiam tua
differres promovenda negotia, ut eidem ec-
clesiæ incumbentibus quibuscunque promotio-
nis operam adhiberes. Hæc sane, Christi-
anissime princeps, quanta sit tuæ sinceritas de-
votionis ad Deum parenter insinuant: hæc
quanto ad eadem ecclesiæ affectu charitati-
tis attendere manifestant: hæc in nobis
multiplicant gaudia, lætitiæ augent, &
ad laudes Creatori nostro, qui hanc tibi men-
tem formavit, exhibendas indefinenter accen-
dunt, &c. Dat. Avin. III. id februarii
anno III.

Actæ illi
ab Inno-
centio
gratiæ.

Solicita-
tur, ut
in susce-
pta men-
te perlet.

XX.
Monetur,
ne a Ma-
lategis se
subornari
sinat.

(b) To. 3.
ep. secr.
p. 1.

Præmonerat Carolum Pontifex III.
non. januaris, ne se Malatestarum ille-
cebris ac dolis irretiri sineret; ipsosque
Joannis XXII. & Clem. VI. edictis in-
cussas pœnas contraxisse, & in eos, ut
hæreseos nota inustus iudicario jure ani-
madversum iri significarat. De spreta vero
ab iisdem tyrannis apostolica mansuetu-
tine, hæc habet (b): Mansuetudine ip-

sus ecclesiæ abutentes in superbia & con-
temptu, non solum civitates, nimirum Ari-
minensem, & loca ipsa per eos, ut præ-
mittitur occupata, in Flaminia scilicet,
dimittere non curarunt, prout nec curant:
immo ad civitates & alia loca residua ip-
sus ecclesiæ occupanda injicientes cupidos
oculos, erigentes avaros animos, & manus
avidas extendentes, civitates & terras ac
loca fere omnia marchie Anconitanæ, quæ
ad ipsam ecclesiæ nullo medio pertinent,
occuparunt & detinuerunt per annos pluri-
mos, prout detinent, occupata in anima-
rum suarum periculum, & scandalum plu-
rimorum, &c. Dat. Avin. III. non. januarii
anno III.

Instructus legatus Caroli Germanico e-
quitatu, magnisque fociorum auxiliis,
(c) Malatestas ad officium revocavit, re-
cuperatum (d) est Firmum, excutienti-
bus ultro Gentilis e Moliano, quem Pon-
tiffex ob prodicionem iudicio postularat,
(e) jugum civibus, Recinetum liberatum
obsidione, & Galeottus Malatesta repe-
tita clade deletus captusque (f): quo fra-
terno casu confertatus tyrannidis focius,
cum Ludovicus Siciliæ Rex Accaiolu-
m pro eo ecclesiæ conciliando misisset
(g), clementiam potius pontificiam, quam
severitatem expectari Malatesta decrevit;
de quo Pontiffex ad Egidium Cardina-
lem gratulatorias literas dedit (h). Ad-
missus in gratiam est Malatesta, tradi-
taque illi ad decennium prefectura Ari-
mini, Pisauri, Fani, ac Forisempronii,
sex millium aureorum censu imperato
(i), Anconam vero, quam ab iis ereptam
ecclesiæ vidimus, restitutam ait author
vitæ Nicolai Laurentii, ac duabus archi-
bus firmissimis a legato munitam: præfe-
ctos etiam eosdem exercitui ecclesiastico
adversus Franciscum Ordellaffum tyrannum
Foroliviensem, quem perfidum canem,
Patarenum, ecclesiæque perduellem ap-
pellat, annis jam triginta anathematis ne-
xibus devinctum; tum adversus Manfredi-
anos spurios, qui Faventiam servitutis
jugo oppresserant, ejus pertinacia imita-
tos, quos populorum, quorum incum-
bebant cervicibus, sanguinem exfluxisse,
describit Pontiffex in literis ad Ludovicum
Ungariæ Regem datis (k).

Ad edomandam porro ipsorum pervica-
ciam Innocentius sacram expeditionem in-
dixit, fidelesque propositis indulgentiarum
præmiis, veluti in hostes religionis con-
citandos censuit; qua de re ad Venetos,
Florentinos aliosque Italiæ populos &
magnates hæc scripsit (l): Habita cum fra-
tribus nostris deliberatione matura, contra
ipsum, Ordellaffum scilicet & Manfredia-
nos, præter carnem de humanitate nihil
habentes, verbum crucis cum indulgentiis
& remissionibus consuevis per Italiam &
æreas partes alias mandavimus prædica-

De ho-
rum in
ecclesiæ
grassatio-
nibus.

Firmum
receptum
(c) lb. p.
35. 36.
(d) Mat-
th. VII. l.
5. c. 57.
Recine-
tum liber-
atum.
(e) To. 3.
ep. secr. p.
24. & 125.
Malatesta
gratiam
ecclesiæ
ambit.

(f) Mat-
th. VII. l.
5. c. 18. &
vita Nic.
Laur. c.
18.

Voti
compos-
sit.
(g) Matth.
VIII. l. 4.
c. 92.
In Fran-
ciscum
Ordellaf-
sum ver-
sa arma.

(h) To. 3.
ep. secr.
p. 108.
(i) Ibid.
p. 123. &
p. 153.
(k) lb. p.
232.
XXI.

(l) Ibid.
ep. secr.
p. 249.
250.
In eum
& Man-
fredianos
religiola
indicta
militia.

(a) Vita
Nic. Laur.
c. 18.
Ejusdem
in sacer-
dotes im-
manitas
Ludibria
in Pont.
& Cardi-
nales.

Crudeli-
tas in fi-
lios.

(b) To. 3.
ep. secr.
p. 218.

Ut hi ty-
ranni a-
busi sint
clementia
Pontifi-
cum.

Ut infide-
libus ne-
quiores
cruce ex-
pugnandi.

Polenta-
ni cum
Pontifice
in grati-
am resti-
tuti.
(c) To. 3.
ep. secr.
p. 17.

(d) Rub.
hist. Ra-
ven. l. 6.

ri. Non sine causa hos tyrannos nil præ-
ter carnem habuisse humanitatis queritur
Pontiffex, cum referat Vitæ Nicolai Lau-
rentii author (a), Ordellaffum septem sacer-
dotes, qui ecclesiasticum interdictum
violare recufabant, laqueo præfocari, ac
septem alios nudari cute iussisse, ut hor-
rendo illo martyrii genere cæteros terre-
ret, cumque se percussum censuris au-
disset, Pontifficis & Cardinalium effigies,
rogo excitato, concremasse: jactasse Pon-
tificum anathemata ciborum exquisitissi-
morum sapores non mutare, neque cor-
pora ullo mali genere offendere. Et qui
impius in Pontiffices, ac religionis con-
temptor erat, tygride ferocior filios, dum
ipsum cum lacrymis rogabant, ne se
manifesto exitio exponeret, necavit, ut
videbitur inferius. Superiora porro flagi-
tia, quamvis non referat Pontiffex, im-
mania tamen patrasse indicat, dum de-
scribit indicti sacri hujus belli causas in
literis scriptis (b) ad Egidium Cardinalem
A. S. L. cui illius gerendi cura erat de-
mandata, superius designatas, nimirum
Forum Livii, Cæsenam, & Forum Popi-
lii, Castrum Carum, Meldulam, Britte-
norium ab Ordellaffo, Faventiam a Guil-
telmo & Joanne in servitutum redacta: tri-
um Pontifficum Joannis, Clementis, & In-
nocentii censuras contemptas, atque eccle-
siæ clementiam habitam ludibrio:
O damnationis & ire filii. O perditionis
& calamitatis alumni. O semen Chanaan,
semen nequam. Quid ultra potuit eis ca-
dem ecclesiæ facere & non fecit, de contin-
gentibus nil omittens. De throno Dei ju-
dicium prodeat, & cunctorum fidelium o-
culi videant equitatem. Et infra: Exur-
gant, qui peregrinas lustrantes provincias,
maria transeuntes, novos advenas populos,
& regiones extraneas peragrantes, pro fi-
dei dilatatione præfatæ, idololatras & in-
fideles alios in remotis expugnant: & hos
pulos viperæ, immo ipsis pestilentiores pe-
riculosioresque viperis, matris ecclesiæ la-
tera corrodescentes, in ipsius ecclesiæ utero,
eorundem scilicet fidelium coetu grassari ul-
terius non permittant, &c. Dat. Avin. XVI.
kal. januarii anno III.

Non tantam ac Franciscus Ordellaffus
& Manfrediani pertinaciam in defenden-
da tyrannide prætulere Bernardinus &
Guido Polentani (c) Ravennates, qui Ra-
vennam & Cerviam, aliaque nonnulla
oppida & arces occupabant, atque in sce-
lere Eustachio Polentano inavatori suc-
cesserant. Quamvis vero hi censuras a Jo-
anne XXII. ecclesiasticam ditionem occu-
pantibus incussas, atque a Benedicto XII.
& Clemente VI. renovatas contraxissent,
ac spretis iis hæreseos nota potuissent inu-
ri; in jus tamen vocati (d) comparuere
apud pontificia sebellia, ecclesiæque im-
perii parituros se sponderunt. In quos

Innocentius clementiam explicandam ratus,
censuras omnes, quibus exant devincti, pu-
blico diplomate dissolvit (e). Describit plu-
ribus Hieronymus Rubeus (f) quo ritu Ra-
vennates postea ecclesiæ conciliati, ac pœ-
nis, quibus legibus superiorum Pontifficum
de perduellionibus tenebantur, exempti
fuerint.

Hoc anno Innocentius ad supremi in
Siciliam imperii jura asserenda, Joannam
Reginam Siciliæ, clientelarem sponsonem
solemni ritu exhibere subterfugientem, cus post-
nec solventem annuum vestigal, anathe-
mate percussit, Siciliamque citeriorem Sa-
ceris interdixit: tum Ludovicum Regem
negligentiæ in procuranda ejusdem cen-
sus solutione reum sacrorum communio-
ne submovit: qua de re edicta Innocentius
prolixiora postea Urbanus Quintus ejus
successor brevi hac narratione collegit (g).

Urbanus, &c. ad perpetuam rei me-
mortam.

Dudum felicis recordationis Innocentius
Papa VI. prædecessor noster pontificatus sui
anno III. attendens, quod in concessione
facta claræ memoriæ Carolo I. Regi Sici-
liæ de regno Sicilia & terra citra sba-
num per ecclesiæ Romanam, que in dictis
regno & terra majus dominium obtinet, in-
ter alia continetur, quod pro toto generali
censu ipsorum regni & terræ octo millia
unciarum auri ad pondus ipsius regni in
festo B. Petri Apostolorum principis, ubi-
cumque Romanus Pontiffex foret, ipsis Ro-
mano Pontiffici & ecclesiæ annis singulis
solverentur; & quod, si heredes Regis ip-
sius in eodem regno quocumque termino non
solverent integre censum ipsum & expe-
ctati per duos menses dictum terminum im-
mediate sequentes non satisfacerent plene,
de illo, eo ipso essent excommunicationis
vinculo innodati; quodque, si secundo ter-
mino infra duos menses proximos per ple-
nam satisfactionem ejusdem census heredes
idem sibi non ducerent consulendum,
ita quod transacto eodem termino, & duo-
bus proximis subsequentibus mensibus, non
esset de hujusmodi octo millibus unciarum
ipsius primi termini eidem ecclesiæ integre
satisfactum, ab eisdem regno & terra ip-
sorumque jure caderent ex toto, ac ipsa
regnum & terra integre & libere rever-
terentur ad ecclesiæ antefatam, & insu-
per dicti heredes ipsius Caroli homagium
ligium facere, & juramentum fidelitatis præ-
stare secundum formam in dicta concessione
contentam, si Romanus Pontiffex in Italia
foret, infra sex menses, si vero cum extra
Italiam esse contingeret, infra annum, post-
quam dicti heredes regni præfati domini-
um adepti forent, Romano Pontiffici & ec-
clesiæ Romanæ tenerentur, & singulis Ro-
manis Pontifficibus ac eidem Romanæ ec-
clesiæ innovarent tam ipsum homagium,
quam hujusmodi juramentum, & quod in
optio.

(e) Lib.
miscell.
papyr.
pag. 137.
(f) Rub.
hist. Ra-
ven. l. 6.
XXII.

Joanna &
Ludovi-
cus post-
nec solu-
entem an-
nuum vesti-
gal, anathe-
mate percussit,
Siciliamque
citeriorem Sa-
ceris interdixit:
tum Ludovicum
Regem negli-
gentiæ in pro-
curanda ejus-
dem census
solutione reum
sacrorum commu-
nione submovit:
qua de re edicta
Innocentius
prolixiora postea
Urbanus Quintus
ejus successor
brevis hac narra-
tione collegit (g).

(g) Urb. V.
an. 1. ep.
com. 195.

Literæ
Urbani
V.

Expofite
pactiones
initæ cum
Carolo.

Ut Joanna solvens cenfui præftandæque clientelari fponfioni defuefit.

De regno ad ecclefiam reuocando actum.

Ut Ludovicus promiffa non impleverit.

optione & beneplacito effiet Romana ecclefia hæredes ipfos vocare ad præftandum personaliter iuramentum fidelitatis, & faciendum ligium homagium Romano Pontifici & eidem ecclefie, vel aliquem Cardinalem ipfius ecclefie aut alium, qui vice Romani Pontificis iuramentum juxta eandem formam & homagium reciperent, deftinare; quodque Chariffima in Chrifto filia noftra Joanna Regina Sicilie illuftris, quæ in dictis regno & terra juxta formam concessionis ipfius memorato Carolo Regi successit, hæc inconfulte præteritis, nec hujusmodi cenfum in tribus continuis & pluribus ulterioribus terminis foluere, nec biennio tunc elapfo ligium homagium facere, nec fidelitatis iuramentum præftare, prout personaliter tenebatur, ipfis prædeceffori & ecclefie pro regno & terra prædictis curaverat, immo negligentem ac contemptibilem (quamquam fuper hæc fæpius requifita fuiffet) prætermifferat, propter quod ipfa hujusmodi excommunicationis fententia innodata, & regnum & terra prædicta interdico ecclefiaftico fubjecta fore, ipfamque Reginam a jure dictorum regni & terræ eo ipfo ex toto cecidiffe, dictaque regnum & terram ad ecclefiam ipfam integre & libere reuerfa fore nofcabantur; idem prædeceffor dictam Reginam excommunicationis vinculo innodatam, ac regnum & terram prædicta interdico ecclefiaftico fupposita fore, prout erant, auctoritate apoftolica declaravit. Et nihilominus ipfam Reginam, volens cum ea benignius agere in hac parte, auctoritate prædicta peremptorie citavit per publicæ citationis edictum, ut nonagrefima die poft citationem hujusmodi, fi confortium efferet, alioquin fequenti ex tunc immediate proxima die, qua confortium foret, hora confortiali, quem terminum fibi pro peremptorio termino assignavit, compareret personaliter coram eo, auditura fententiam declarationis fuper commiffione facta eidem de dictis regno & terra per eundem prædecefforem, prout de jure exifteret, procedendum. Et etiam quia clara memoria Ludovicus Rex Sicilie poft contractum per eum matrimonium cum eadem Joanna Regina, & fufceptam per eum ab eadem Regina & una cum ipfa Regina administrationem regni & terræ prædictorum, quam fufceptionem fedes Apoftolica approbavit, non fecerat nec curaverat, quod dicta Regina folveret, nec ipfe etiam tempore geftæ administrationis hujusmodi folverat cenfum, prout per folemnes promiffiones & obligationes etiam vinculo proprii iuramenti & excommunicationis pena fe aftrinxerat quamquam etiam fuper hoc fuiffet per dicti prædecefforis literas legitime monitus; eundem Ludovicum declaravit fore excommunicationis vinculo innodatam; & nihilominus fuper præmiſſis & occaſione præmiſſorum nonnullos proceſſus alios contra

eandem Reginam & Regem fecit, prout in diverſis ejuſdem prædecefforis literis inde confectis plenius continetur &c. Dat. Avin. vi. idus februarii anno i. Interdicto facris regno mox fociales prædonum turmæ funt excitæ a Dyrrachino duce & comite Pipino, quaſi juffu pontificio in perduellum Ludovicum ſignati extuliffent. Quo caſu Joanna & Ludovicus attoniti folvendo tum cenſui non defuere (a), atque Innocentius populos monuit (b) ne a Ludovico deſicerent, temporumque uſum regno reſtituit, tranſmiſitque ad Regem ecclefie vexillum (c), ut ſub illius tutela & auſpiciis hoſtem debellaret. Sicut famæ reſert, & te quoque inſinuante, percepimus, quidam ex inuaforibus regni Sicilia, quod eſt Apoftolorum Principis peculiaris hereditas, in inuafione hujusmodi præterant nomen & titulum, & inſuper ſignum ferunt Romana ecclefie matris tue. Nos diſſeminantium & tentantium hæc ſigmenta deſtruere, præſumptionemque damnandam elidere cupientes, vexillum arma exprimens ejuſdem ecclefie, claves ſcilicet, quæ illarum clauium typum gerunt, quibus aperitur ad ſalutem fidelibus, quibusque ſalutis janua infidelibus clauditur, deſtinamus ut ſub vexilli ejuſdem umbraculo expugnet impugnantes, &c. Dat. Avin. non. junii anno III. Repetitit literis eundem hiſce monitis, ut victoriam referret, inſtruxit: Age, inquit (d), & Dei amorem ad te charitate reciproca recompensans, dilige dominum Deum tuum ex toto corde: & in ipſius ſemper timore perſiſtens, accinge fortitudine mentem, cor magnanimitate corroborata, & ad exterminium gentium nefandarum, quas in ſocietatem unam congregavit impietas, quaſque aduerſum te inuidia & ambitio & ex eis cauſatum odium excitarunt. Exime gladium, quem ad vindictam malorum, laudem vero honorum a Domino ſuſcepisti, ut ſubditos tibi populos defendas & protegas, &c. Datam Avin. xiv. kal. julii anno III. Diſtrinxit etiam Innocentius (e) in prædatrix turmas, earumque duces ſeveritatem ecclefiafticam; ac diſſolvit fœdera omnia, quæ a quibusvis magnatibus cum iis percuffa eſſent, vel ſacramento firmata. Tum Cæſarem urſit (f) ut Siculum regnum ab inuaforum graſſationibus vindicaret, necnon Italos conjungere fœdere annifus (g) eſt. Repreſſit demum hoſtes Ludovicus Rex, ac Joannem Pipinum turmarum ſociarum duces, qui Apulia Regis nomen affectabat, captum merito affectu ſupplicio: quod Nicolai Laurentii vitæ author (h) accurate deſcribit, circumductum nimirum, antequam traderetur neci, corona papyracea redimitum, in qua geſtorum ab illo honorum tituli erant exarati: deinde laqueo e patibulo ſuſpenſum ac præ-

(a) Urb. an. i. ſup. ep. com. 195. (b) To. 3. ep. ſecr. p. 4. Mat. th. VII. l. 1. c. 79. (c) To. 3. ep. ſecr. p. 115. Transmiſſum a Pont. ad Lud. ecclefie vexillum. (d) Ibid. p. 122. Pont. ad Lud. monita. (e) Ib. p. 47. Lata in prædones ſententia Pontificia. (f) Ib. p. 56. 91. & 107. (g) Ib. p. 56. 90. Parta ab eo victoria. (h) Vita Nic. Laur. c. 16. Joannis Pipini ſupplicium.

(a) To. 3. ep. ſecr. p. 179.

(b) Ibid. p. 181.

XXIII. (c) Fazet. poſt dec. l. 9. Ludovicus Trinacrius amiſſa recuperat.

Tentatum fruſtra ab eo Panormum. (d) Id. ib. Adductus in ſuſpicionem. Aragonius ne Trinacriæ retinendæ det operam. Procura-tores ab eo ad curiam Pontificis tranſmiſſi.

(e) Ext. in ep. ſecr. Innoc. VI. to. 1. p. 296.

præfocatum. Neque illum triftes preces, ut minore ignominia vita orbaretur juuere: qui ſi apoſtolica monita demiffet in animum, ex impendenti exitio evaſiſſet. Sopitum etiam eſt inteſtinum bellum, a principe Dyrrachino concitatum. Excitavit vero Ludovicum Pontifex (a) ac Joannam Reginam, ut ad temperandum probe regnum juſtitiam magna integritate adminiſtrarent: Juſtitiam, inquit, que pacem parit & nutrit, ac omnia bona multiplicat, diligatis & miniſtris indiſſerenter ſine perſonarum qualibet acceptione ſubjectis. Timeatis Deum, Eccleſias & perſonas eccleſiaſticas pro reuerentia Dei, cujus perſona ipſæ miniſtri ſunt, honoratis. Sitis vidua, pupillo, & orphano adjuvatores. Bonis præmia, pœnas reprobis tribuatis. Sentiant vos juſti mites, placabiles, humiles: injuſti rigidos: & ſuperbi, Clementia temperate, ſeveros. Sequamini ſana conſilia, & acquieſcatis eiſdem: & conſiliarios malos, qui multum principum ſurſerpunt puritati, velut peſtem a veſtro latere repellatis. Dat. apud Villanovam Avinionenſis diœceſis XVI. kal. octob. anno III. Qui vero & quibus virtutibus ornati ſanctioribus conſiliis adhibendi eſſent deſcriptur, ne juvenes, adulatores, aut muneribus corrupendos ſibi alciceſcent, qui ſua vitia facile in ipſos transfunderent. Fluctuabat (c) tum inſula Sicilia, ac pars in ipſius Ludovici Neapolitani Regis poteſtatem conceſſerat, pars in alterius Ludovici Aragonii obſequio hærebat. Uſi vero Catalani inteſtini Siciliae citerioris belli quod, ut dixi, nonnulli principes ac turmæ ſocæ invexerant, occaſione, Catania una cum Ludovico movere exercitum, ac finitimas terras in priorum ſervitutem redegerunt. Tentarunt etiam Panormum urbem regiam: ſed cum valida claſſe non pollerent, propulſati fuere: ſuccellit tamen iis conjuratio, quam Syracuſis ſunt moliti (d). Inter hæc Innocentius cum gravi ſuſpicionem angeretur, ne Rex Aragonius, qui Sardiniam & Corficam a ſede Apoftolica beneficio acceperat ea lege, ut Trinacriam Regibus Siculis Gallici generis reſtituendam curaret, Ludovico Trinacrio Aragoniæ ſtirpis principi ad tranſfulam a majoribus tyrannidem tuendam auxilia ſubmitteret, ipſum ſacramento adigi voluit, nec Ludovico Trinacrio, nec Friderico hujus fratris ſtudia in eo regno retinendo impendendum. Aſſenſit Pontifici Petrus Rex, ne Sardiniam amitteret, atque oratores hiſce literis (e) inſtruxit auctoritate, ut ea religione ſe devincirent. Pareat univerſis, quod nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum, Valentia, Majoricarum, Sardinia & Corſica, comeſque Ann. Eccl. Tom. XXXV.

Barcinonia, Roſſilionis, & Ceritanie, tenore præſentis publici iſtrumenti facimus, conſtituimus, & ordinamus certos & ſpeciales procuratores noſtros vos dilectos conſiliarios noſtros Bernardum de Tbous militem, & Jaſpertum de Tragurano promotorem noſrorum negotiorum ad jurandum in animam noſtram in manu & poſſe ſanctiſſimi in Chrifto patris & domini domini Innocentii, divina providentia ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis eccleſiæ ſummi Pontificis; & dicti iuramenti virtute ac religione noſtro nomine ac pro nobis promittendum, quod nos per nos, vel alium, ſeu alios illuſtrem Ludovicum Trinacriæ Regem, nec Fredericum fratrem ſuum, vel ſucceſſorem aut ſucceſſores ſuos non juvabimus in detentione inſulæ Siciliae, nec eiſdem præſtabimus in detentione ejuſdem inſulæ auxilium vel favorem, quamdiu contra ipſum domini ſummi Pontificis ſeu Romanæ eccleſiæ voluntatem præſatam inſulam detinebunt: dantes & concedentes vobis dictis procuratoribus noſtris plenam & liberam poteſtatem, dictum iuramentum præſtandi, & promiſſionem præmiſſam, prout continetur ſuperius, faciendi & inde firmandi publicum iſtrumentum: quoniam nos iuramentum præſtandum, & promiſſionem dicto domino ſummo Pontifici ſendam ſuper prædictis ratam & firmam habere promittimus ſub honorum noſrorum omnium obligatione. In cujus rei teſtimonium præſens iſtrumentum fieri juſſimus noſtræ majeſtatis ſigillo munitum. Dat. & actum in quadam camera palatii papalis Avinionis die vigefima octava decembris anno a natiuitate Domini MCCCLV. Adjecta ſunt teſtium nomina, atque a Matthæo Adri-regii ſigilli præſecto conſignata, & geſta ab oratoribus Regis Aragonum pontificia auctoritate confirmata ſunt. Ereptus jam tum erat e vivis (f) decimo ſexto octobris die Ludovicus, qui Trinacriam ſceptum injuria geſſerat, ac fratri Friderico Neopatriæ & Athenarum duci tranſmiſit: cum vero Aragonii oratores ſacramento ſponſiſſent, nullis auxiliis Trinacrios principes a Petro Rege ſuſtentatum iri, ut injuſtam coronam detinerent; Innocentius publico diplomate ſequenti ineunte anno rem vulgavit (g), ut de perſidia conſtaret, ſi vires adverſus Ludovicum & Joannem Reginam, ne recuperarent Trinacriam, communicarent. Parum juvit pontificia ſollicitudo, cum Aragonii Reges ita rem geſſerint, ut poſt obtentam Sardiniam etiam Siciliam in ſum redegerint poteſtatem. Cum vero deſuiſſet (h) Petrus Rex inferendis hoc anno duobus millibus marcharum argenti veſtigialis nomine ob acceptam jure fiducia Sardiniam, Innocentius ne eccleſiæ Romanæ jura obſoleſcere ſineret, illum officii admonuit. K k k k Quem

Sacramento ſpondent Trinacriis opem non datum iri.

(f) Matth. Vil. l. 5. c. 87. Fazet. poſt. dec. l. 9. Marian. l. 16. c. 20.

(g) Super. pag. 296.

(h) To. 3. ep. ſecr. pag. 244.

XXIV. Quem quidem extremo anno ad sedem Apostolicam accessisse, & clientis officia Sardinie & Corsicæ pontificia liberalitate acceptarum ergo Innocentio solemniter retulisse, describit subjectis verbis vitæ Innocentii scriptor (a): Eodem anno Petrus Rex Aragonum venit Avinionem ad dictum Papam, fuitque secum in festo natalis Domini: in cujus nocte in matutinis certos nobiles suos, qui secum venerunt, in præsentia dicti Papæ militavit. Fecit insuper homagium eidem, & in forma debita de regno Sardinie, quod in feudum tenet a Romana ecclesia.

(a) Gesta Innoc. VI. apud Bosq. XXV. Monitus Petrus Rex ut mittat oratores pro pace Liguitica. (b) To. 3. ep. secr. pag. 72. & 73. (c) Ib. pag. 73. (d) Cortus. hist. l. 10. c. 7. Ducis Veneti in patrios conjuratio.

(e) Matth. Vill. l. 5. c. 13. (f) Petr. var. lib. 18.

NOTÆ

[1] Quod quidem de rebus Genuesibus hic apud Annaliam sermo inducitur, addere quædam libet, quæ inclita nationis decus augeant, & ab historia ecclesiastica studioso non negligerentur. Igitur primo omnium adnotandum est ipsa die Kal. Juniarum pacem coaluisse inter Genueses & Venetos, quam, renuntiati utrinque arbitri, Vicecomites principes Mediolani sanxerunt, teste Georgio Stella in Annalibus Genues. Rer. Italic. to. XVII. Hoc ipso pariter anno Genuesium triremes XV. Philippo de Auria classis præfecto Tripolim barbarorum præliando cepervit, ait idem Stella, cujus insignis, & ingenti spoliarum copia divitis victoriæ diem festam B. Georgii XXIV. Aprilis signat. Quæ insuper ad hunc annum notat Stella prætercunda minime duco. Kalojoannes Imperator Gæcorum, auxilio nobilis viri Francisci Gataluxi, civis Januæ, præceptoris, & patroni galeo unius, quemdam nominatum Catacoxino, (Cantacuzenum imperii invalorem) qui sibi imperium occupabat, expulit, in consuetum dominium rediens. Ipse autem imperator ex causa ipsi Francisco in uxorem dedit sororem suam, & insulam quæ Lesbos seu Metelinum (Mytilenes ab urbe metropoli) vocatur: Imperium insulæ apud inclitam hanc Genuesium familiam mansit usque ad A. 1462. quo Mahometi II. armis cessit. Hanc historiam in dubium revocat P. Jacobus Pontanus in notis ad lib. II. cap. XXIX. Cantacuzeni, silentium ejusdem Cantacuzeni in eam rem expendens, ratus præferendum illud esse authoritati Bizari, Genuesis historici, quem ex Ænea Sylvio id accepisse suspicatur. Sed veritatis hujus fides nec ab Ænea Sylvio, nec a Bizaro, historicis recentioribus, sed a Georgio Stella & Matthæo Villani lib. IV. cap. XLVI. pendet, quibus, utpote coævis scriptoribus, fides addicenda est. Ipse pariter Cantacuzenus hist. lib. IV. cap. XXXIX. quamquam Genuesis nomen hæud exprimit, satis tamen historiam hanc de ope allata Palæologo a quopiam unius triremis præfecto indicat cum scribit, Palæologum una quam habebat triremi instructa, & aliquot conquistis Tenædo derefente ignavis omnibus, Bizantium versus cusum instituisse. Quamam vero fuerit soror illa Palæologi, quæ Genuesi nupsit, historia silente, arduum est definire. Quæ enim e Græca historia innotescunt Anna, & Theodora Palæologi sorores, illa quidem

Ea patefacta, capite plectitur.

(g) Append. And. Dand. Diarium Venet. & alii. (h) To. 3. ep. secr. p. 204.

(i) Cortus. hist. l. 10. c. 7.

Bononiam Joannes Olegianus sibi arrogat. (k) Matth. Vill. l. 5. c. 12. Impura Matth. Vicecomitis vita.

Et mors infelix. is, expugnata vi nobilium matronarum pudicitia, Mediolanenses ad seditionem prope ageret; nullisque ecclesiæ sacramentis procuratus noctu e lecto ad divinum tribunal raptus est familiari Vicecomitum exemplo, qui cum crudelem in sacerdotibus sacramenta morituri non percipere. [1]

(a) To. 3. ep. secr. pag. 55.

(b) Matth. Vill. l. 5. c. 66.

(c) Petr. var. lib. 18. Italicæ servilis status.

Friguanus Veronam occupat.

(d) Cortus. hist. l. 10. c. 10. (e) Matth. Vill. l. 3. c. 99. ad 102.

Scaligerum Mantuano seditionis auctori ac scædistrago bellum movisse. His excitati tumultus in Pedemontio, in quo marchio Montisferrati plura Galeatio eripuit loca (f), possent adjungi: sed de Italicis tumultibus hæc suffecerint. Gallicos nunc aggrediamur.

Accesserant (g) superiori anno ad sedem Apostolicam missi ab Gallo Angloque Regibus viri principes Borbonius & Lanclastrius duces: sed cum pertinacissime Regis sui jura dignitatemque singuliter tuerentur, ad concordiam adduci non potuerunt. Queritur Matthæus Villanus (h) de non adhibita ab Innocentio apostolica auctoritate in controversiis eorum dirimendis, & arcano judicio divino pacem non coaluisse ait. Cæterum nullas diligentissimi concordie interpretis partes ab Innocentio prætermittas, ostendunt ejus literæ, (i) cum ad eam redintegrandam Joannem episcopum Elnensem & Andronicum abbatem Cluniacensem ad Reges miserit, ut difficultates, quæ Eduardo graviora postulante, negante Joanne intercesserant, removerent. Data etiam ipsam est provincia (k), ut gravissimam diffensionem inter Cavolum Navarræ & Joannem Francorum Reges, erupturam (l) in atrox incendium, sopirent. Extant plures ad Joannem Regem Francorum Innocentii hortatorie literæ (m), ut cum genero Carolo controversias exortas componeret: Sæpiusque Navarræ proposuit (n), quanti sua interesset regie Gallicæ dignitatem sustentare, ex qua genus duxisset, arque illius ruinis & calamitatibus ipsum pariter involvendum obruendumque fore: quem demum, simulata amicitia pristinae redintegratione ob suspectas insidias Rex focer in Rothomagensi arce interceptit.

(f) Lib. 6. c. 3. Frustra Gallos inter & Anglos tentata pax. XXVI. (g) Matth. Vill. l. 4. c. 36. (h) Walfr. in Epod. Neust. & in Eduar. III. (i) Vill. eod. c. 36. (j) To. 3. ep. secr. pag. 51. (k) Ib. p. 11. (l) Prof. Paul. Æmil. in Joan. Gauguin. in eod. Mass. in eod. (m) To. 3. ep. secr. p. 84. (n) Ib. p. 85. & 86. 102. III.

K k k k 2 Quod

NOTÆ

dem Moesorum regi nupta, vivo adhuc Michaeli parente obiit; hæc vero Nicephori Arcarnanias despota: uxor, eo defuncto, Michaeli Moesorum Regi sociata fuit. Neutra ergo Francisco Catalaxio junctæ. Cæterum hæc semel epocha liberati a Palæologo imperii constituta, facile deducimus quousque scripta a Cantacuzeno historia producta sit. Nam hoc ipso, quo exauctoratus fuit, anno Cantacuzenus monachum induit, ut ex ejus historia facile intelligimus. Ea vero, quæ sub hæc narratur ab illo usque ad Matthæum debellatum, & deinceps usque ad demandatum summum Ecclesiæ C. P. sacerdotium Callisto patriarchæ (in legatione quadam factis sancto Philotheo) annorum septem periodum referunt; quare cum anno 1362. Cantacuzenus historiam suam, coeptam ab anno 1321. claudat. Hæc plane annorum periodus confirmatur ex annis XII. patriarchatus Callisti, quot illi assignantur in vetustis catalogis apud Bandurium in Comment. ad antiquæ. C. P. lib. VIII. pag. 687. edit. Venet. Coepti enim anni illi ex anno 1350. Gregora teste, annum reddunt 1362. Fallus est ergo Jacobus Pontanus, qui in præfatione ad Cantacuzenum ex mera conjectura finem historiam hujus cum anno 1359. componit. MANST

[1]

Uamquam hoc anno die XXIX. Aprilis Joannes ab Olegio e Vicecomitibus Mediolanensibus principatum urbis Bononiæ, excluso Matthæo Vicecomite, invasit, qui subinde Matthæus frustra redigere illum in ordinem valido collecto exercitu tentavit; hoc ipso tamen anno, cum Matthæus die XXVI. Septembris vita jam cessisset, ejusque tetrarchia Bernaboo Vicecomiti obtigisset, pacem cum eodem ab Olegio composuit, ea conditione, ut Joanni dominium Bononiæ ad vitam maneret, Bernaboo vero integrum esset suum Bononiæ prætorum, (Potestà) constitueret. Pax ista, ab utroque signata, promulgata fuit Bononiæ die IV. Decembris. Hæc omnia ex chronico Miscello Bononiensi F. Bartholomæi della Pugliola, Rer. Italic. to. XV. deduxi. MANST

(a) *Qualis in Prod. Neustr. Accensi gravioris belli inter Anglum Gallumque causetur.*

(b) *To. 3. ep. secr. p. 213.*

XXVII.

Ad paratas in mutuum necem acies proficisci iussit.

Provincia in Gallis infestata ab Anglis.

(c) *Fros. l. i. Gaquin. in Joan. & alii.*

(d) *Matth. Vill. l. 5. c. 84. & 85.*

(e) *To. 3. ep. secr. p. 54.*

Anglia a Scotis vicissim vastata. Warvicum captum.

(f) *Matth. Vill. super c. 85.*

(g) *Cap. 86.*

Quod ad redintegratum in Gallis ab Anglo bellum attinet; hanc refert illius causam Walsinghamus (a), additum fuisse a Joanne Caroli Regis majori natu filio Aquitanie ducatum, cum Anglus fiducia- rium se regie Gallicae profiteri recusaret. Hoc vero audito, Eduardum Anglie Re- gem adeo in iras exarsisse, ut vocato filio Eduardo Wallie principe, in ipsum cor- am proceribus Aquitanie ducatum trans- fuderit, contractisque copiis transfretare iusserit, ut principatum novum defende- ret amplificareve. Cujus appulsum cum audisset Pontifex Joannem archiepisc. Ca- puano & Petro episc. Tirasonensem Apo- stolicæ sedis internuntios ad Reges misit (b), ut ipsos a bello avocaret.

Innocentius, &c. Joanni archiepiscopo Capuano & Petro episcopo Tirasonen. Apostolica sedis nunciis.

Dum expectaremus anxie, quod ille Rex pacificus, cujus in pace factus est locus, & qui concordiam in sublimibus suis pa- rat, calamitatibus & angustiis, quas in discordia charissimorum in Christo filiorum nostrorum Joannis Francorum & Eduardi Anglie Regum illustrium perpressus est Chri- stianus populus, miseratus discordiæ hujus- modi finem pius imponere dignaretur, in- sonuit auribus nostris rumor implacitus, quod dilectus filius nobilis vir Eduardus primogenitus dicti Regis Anglie princeps Wallie cum magno gentis armigeræ nu- mero in Vasconiam bellicis vacaturus ne- gotiis declinavit; & quod pro parte dicti Regis Francorum ad obviam principis ejusdem processibus & conatus elidendum i- bus, armorum multitudine congregata, de congressu inter utrarumque gentium exerci- tus incundo, & per consequens gravi Chri- stianæ gentis excidio probabiliter formida- tur. Cupientes igitur hujusmodi & aliis periculis multis & grandibus, quæ hujus- modi amara discordia, peccatis exigentibus, illatura timetur, Deo propitio salubriter obviare, fraternitati vestræ, quæ in ma- gnis & arduis comprobata virtuosior sem- per enituit, per apostolica scripta manda- mus, quatenus ad partes illas, ubi gentes ipsæ sunt, vos personaliter conferentes, eas- dem ad pacem & concordiam salutaribus monitis & exhortationibus solcite induca- ris, &c. Instruit internuntios ipsos ea auctoritate, ut coitiones omnes paci con- trarias possint dissolvere, censurisque belli incentores coercere. Dat. Avin. non. no- vembrii anno III.

Flagrabant (c) bello multiplici Gallie: ad distrahendas enim Regis Francorum vi- res Anglus plures provincias simul bello infestabat (d), atque Henricus Lancastris Britannie, cujus ducem Carolum tenebat in vinculis (e), graviora damna infligit (f). Eduardus junior Testofages ferro flam- maque vexabat (g); senior vero Rex Cale-

tum adventans, Picardiam ad Ambibanum usque furore hostili omnia populatus, cum Regem Francorum imminere cum flore Gallicæ nobilitatis audiret, ad Calerum se recepit (b): quam etiam Scoti Fran- corum foederati, qui eruperant in Angliam, ac Warvicum urbem prænobilem cepe- rant, redire in regnum coegerunt (i). Peperere hæc bella ingentia rei Christiane damna, cum redeunte ad sinum ecclesiæ Constantinopolitano Imperatore Anglo- rum & Francorum arma in Turcas con- vertenda fuissent.

Inter hos bellorum fragores pullulabant in Anglia hæreses, nonnullique novato- res adversus merita bonorum operum, & circa originale peccatum nefaria dog- mata in Eboracensi archiepiscopatu spar- serunt: quos errores mox Innocentius apostolica censura damnavit, atque ar- chiepiscopo Eboracensi dedit imperia (k), ut illos pastorali diligentia excinderet.

Innocentius, &c. venerabili fratri ar- chiepiscopo Eboracensi.

Ad nostrum, non sine gravi mentis per- turbatione, pervenit auditum, quod inimico humani generis procurante, nonnulli in tuis civitate & diocesi Eboracensi diabolica fraude decepti varios & diversos contra fidei puritatem asserere & firmiter tenere sua doctrina sacrilega, hæretica, & per- versa non verentur errores. Quidam enim ex eis asserunt, quod per quemcumque ope- ra, quantumlibet virtuosa & bona, etiam per gratiam informata seu ex gratia pro- cedentia, nullus potuit, potest, seu poterit vitam æternam mereri. Alii vero paten- ter affirmant, quod pœna damni, quæ est carentia visionis divinæ, non est alicui de- bita pro peccato originali: & quod, ori- ginali macula in parvulis deleta, visio di- vina non est eis debita: quodque primus parens fuisset de facto corporaliter mortuus, etiam si nunquam peccasset: & insuper quod peccatum originale non est culpa, & quod pro ipso nullus est culpandus: & multa alia similia asserunt & tenent, quæ sanæ doctrinæ fidei catholice plurimum adversan- tur: & quod verisimiliter formidatur, quod plerique talibus pestiferis doctrinis in posterum seducentur, nisi super hoc provi- deatur de remedio opportuno. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta præ- cipimus & mandamus, quatenus prout etiam ad officium tuum pertinere dignoscitur, ad extirpandum de tuis civitate & diocesi supradictis hæreticæ pravitatei zizaniam, tanto studiosius in charitate Dei, omni ti- more & favore prorsus abjellis, viriliter consurgens, quanto perniciosius negligeres eandem in messum catholicæ fidei perva- gari, contra hujusmodi viros pestiferos & hæretica labe respersos, ipsorumque fauto- res, receptores, & defensores procedas, juxta canonicas sanctiones, &c. Dat. apud

(b) *Cap. 75.*

(i) *Valsing. in Eduar. III.*

XXVIII. Hæreses in Anglia exortæ.

(k) *An. 3. l. 2. p. 1. ep. cur. 29.*

Adversus merita bonorum operum.

Circa peccatum originale. Et peccatum Adami.

Excindi iusti i erro- res.

XXIX.

(a) *An. 3. l. 1. p. 1. ep. cur. 55. Castellæ Rex monitus, ut casto thoro se contineret.*

Una cum Padilla & Caltria anathe- mate per- cussus.

Castella sacris in- terdicta.

Villanovam Avinionensis diocesis xv. kal. septembris anno III. Prefocata tum fuit illa hæresis adversus merita bonorum o- perum, quam recentiores novatores ite- rum ab inferis revocarunt: sed eorum præ- terminatus deliria, properatque ad res Castellanas narratio.

Luxit sacrorum privata solatio Castella, cum Bertrandus episcopus Senecensis Apost. sedis internuntius pontificio iussu ob Petri Regis adulteria conjugii specie pattata, ac Reginam Blancham contra- fas repudiatam, illum & concubinas ana- themate, ejusque ditionem interdicto ec- clesiastico percussisset, ut narrat Innocen- tius his verbis (a): Idem episcopus ex quam- plurimorum hominum relatione fide dignorum, fama publica etiam super hoc existente, pro- vero comperit & percepit, quod ipse Rex, dicta Blancha Regina uxore sua minime re- cepta, ad amplexus illicitos Mirie de Pa- della redierat, & per multos dies secum fuerat, conversando & habitando cum ea. Eapropter episcopus præfatus Regem ac Jo- annam de Castro superinductam & Mariam de Padella prædictos simul & successive monuit primo, secundo, tertio peremptorie, ut infra certum peremptorium competentem terminum, quem eis & eorum cuilibet duxit peremptorie assignandum; videlicet dictum Regem quod dictam Blancham uxorem suam legitimam reciperet & maritali affectione tractaret, alius mulieribus cum effectu di- missis, & a se & suo consortio penitus se- paratis: præfatus vero Joannam de Ca- stro & Mariam de Padella & quantilibet earum per se, ut a dicto Rege & ab ejus consortio recederent, & deinceps sibi non adhererent; nec darent seu daret facerent per se, vel alium, seu alios consilium, auxilium, vel favorem, quo minus ipse Rex dictam Blancham Reginam ejus uxorem reciperet, & maritali affectione tra- ctaret. Alioquin, si præmissa ipsi Rex & mu- lieres infra dictum terminum adimplere non curarent cum effectu, in Regem & Jo- annam ac Mariam prædictas & eorum quem- libet, irina & canonica monitione præmissa, ex tunc excommunicationis sententiam pro- mulgavit in scriptis, regnaque & terras ip- sius Regis, exceptis certis locis & terris expressis in suis processibus, ecclesiastico sup- posuit interdicto: aliosque processibus super præmissis fecit, monitiones, pœnas, & sen- tentias continentes, quos publicavit & pu- blicari mandavit taliter, quod ad Regis & Joannæ ac Mariæ prædictarum quampluri- morumque aliorum notitiam pervenisse di- cuntur. Sicut autem asseritur, pacis amu- lo procurante, iidem Rex ac Maria moni- tionibus & mandatis hujusmodi minime pa- ruerunt, ea penitus contemnendo: propter quæ dictas sententias incurrisse dicuntur, &c. Datum Avinion. VIII. kal. Junii an- no III.

Corripuisse principes Castellanos arma ad sanandam Petri Regis vesaniam, at- que etiam Mariam Reginam filii flagi- tia averlatam una cum Glore Alieno- ra Regina Petri amita ac Toletanis, quos Blasius archiepiscopus pio studio fulciebat, matrimonii sacra & humana jura defen- denda ferro suscepisse, Joannes Mariana (b) refert: quod pontificiæ confirmant li- teræ (c). Ad componendos vero hosce mo- tus, ac restituendum Castellæ ecclesiasti- cæ disciplinæ splendorem, nec non susten- tandam labantem Christianam rem Inno- centius Guillelmum S. Mariæ in Cosme- din diaconum Cardinalem legatum in Ca- stellam & Legionem decrevit: hac enim causa per morum se refert in literis ad Petrum Regem, quibus squalidam Ca- stellæ faciem ita depingit (d): Dum, inquit, anxie cogitamus, qualiter pacis hostis, quietis impatiens, & invidus cha- ritaratis, dolorum machinamenta conglutinans, & fomenta discordiæ clandestinis interse- rens supplantator, statui Castellæ & Le- gionis ac aliorum regnorum & terrarum, tuae ditioni subditorum vulnera dolenda cor- ruptionis infligit; illumque per tempestuo- sos guerrarum fluctus & turbines, dissen- sionibus multiplicibus suscitatis & scanda- lis, nititur deformare; majoris perferimus doloris in animo punctiones fidelium cau- sas propterea perditioni lugentes expositas, & corpora discriminibus periclitari continuis, multiplicatis facultatum dispendiis deplo- rantes. Dolemus, inquam, quod in eisdem regnis & terris cultus divinus neglectus reperitur, ecclesiarum & personarum eccle- siasticarum jura, dum in eisdem regnis & terris receditur a justitiæ cultu, depereunt, & bona violentis prædationibus exponantur; & (quod nos acerbiore turbatione molestat) fidelium regnorum & terrarum prædictorum animi demittuntur, & redduntur adver- sus persecutores Christiani nominis signio- res, ipsorumque persecutorum impietas ra- bidiori furore in fidelium eorumdem extin- ctionem accenditur, & crudelius in eosdem, opportunitate captata, per truculentam in- natam eis rabiem detæpitur, &c. Instru- ctus est Legatus (e) ut disciplinam Chri- stianam in pristinum statum assereret, am- plissimis mandatis, interque alia iussus est, Petrum ejusque pellices, si flagitii veniam poscerent, ritu ecclesiastico absolvere (f), interdictionemque dissolvere.

Respicere demum, explorata suorum defectione, visus est Petrus Rex: utque ad obsequium principes ac populos revo- caret, de restituenda regio thoro Blanca per interpretes pacis pactus est: ac mox Castellani, illius ad meliorem frugem o- stentata conversione recreati, arma ab- jecere. Toleri igitur, quæ urbs defectio- nis exemplum ceteris præbuerat, hono- rificentissime exceptus Reginam in aulam revo-

XXX.

(b) *Marian. l. 16. c. 20. Guill. Card. le- gatus in Castellam.*

(c) *To. 3. ep. secr. p. 10. 11. 98. 108.*

(d) *Dum, inquit, anxie cogitamus, qualiter pacis hostis, quietis impatiens, & invidus charitaratis, dolorum machinamenta conglutinans, & fomenta discordiæ clandestinis interse- rens supplantator, statui Castellæ & Le- gionis ac aliorum regnorum & terrarum, tuae ditioni subditorum vulnera dolenda cor- ruptionis infligit; illumque per tempestuo- sos guerrarum fluctus & turbines, dissen- sionibus multiplicibus suscitatis & scanda- lis, nititur deformare; majoris perferimus doloris in animo punctiones fidelium cau- sas propterea perditioni lugentes expositas, & corpora discriminibus periclitari continuis, multiplicatis facultatum dispendiis deplo- rantes. Dolemus, inquam, quod in eisdem regnis & terris cultus divinus neglectus reperitur, ecclesiarum & personarum eccle- siasticarum jura, dum in eisdem regnis & terris receditur a justitiæ cultu, depereunt, & bona violentis prædationibus exponantur; & (quod nos acerbiore turbatione molestat) fidelium regnorum & terrarum prædictorum animi demittuntur, & redduntur adver- sus persecutores Christiani nominis signio- res, ipsorumque persecutorum impietas ra- bidiori furore in fidelium eorumdem extin- ctionem accenditur, & crudelius in eosdem, opportunitate captata, per truculentam in- natam eis rabiem detæpitur, &c. Instru- ctus est Legatus (e) ut disciplinam Chri- stianam in pristinum statum assereret, am- plissimis mandatis, interque alia iussus est, Petrum ejusque pellices, si flagitii veniam poscerent, ritu ecclesiastico absolvere (f), interdictionemque dissolvere.*

(e) *An. 3. l. 2. p. 1. ep. cur. 56.*

Ecce Castellana- rum rerum facies.

(f) *Ib. ab ep. 11. ad 59. Si respici- scatur Rex censuris solvi ius- sus.*

(g) *Ib. ep. 55. XXXI. Regio thoro re- stituitur Blanca.*

Petrus Rex de pace certior Pont. fa- cit.

(a) *Mari-*
an. l. 16.
c. 20. &
Math.
Vill. l. 4.
c. 18.
(b) *To. 3.*
ep. fecr.
p. 131.

revocavit (a) : ac mox Innocentio Papæ totius rei seriem literis significavit. Quibus acceptis Pontifex, acis Deo gratias, Petrum ut uxorem quo par erat amore prosequeretur, est adhortatus (b), quo ex ea Castellani sceptri relinqueret successores, firmaret solum, atque ad Saracenos expugnandos vires colligeret.

Innocentius, &c. Petro Regi Castellæ & Legionis illustri.

Literas tuas, per quas ingressum tuum in civitatem Toletanam, & charissimam in Christo filie nostræ Blanche Regine Castellæ & Legionis illustris uxoris tuæ revocationem ad te, ac decentem honestamque tractationem ipsius nobis diffusis intimasti, benigne recepimus. Et infra. Tu ergo, fili charissime, tui Creatoris erga te dona considerans, & intuens quod eo te in conspectu ejus humiliare decet per amplius, eoque in semitam mandatorum ipsius rectius incedere te oportet, quo ejus ad te gratia & beneficia plus abundant; Reginam ipsam, quæ divina lege tecum facta est una caro, sic amabiliter tractes, sicque honorifice prosequaris, quod verbis facta respondeant, & præceptum Apostoli, cuius per os Dominus loquebatur, implevisse proberis: sicque te ipse Dominus, per quem Reges regnant, te numerosa prolis fecunditate latificet, stabilitat sceptrum, soliumque tuum roboret & confirmet; & ipsa regna tua perpetua sint pace quietata: tuque reddaris expeditior atque liberior ad infidelium Saracenorum hostium crucis & nominis Christiani elata cornua conterenda, &c. Datum Avinion. VIII. idus Junii anno III. Cæterum memorata Petri cum Regina reconciliatio brevi rescissa: iterumque dæmon prioribus laqueis devinctum Regem ad Padiliam rapuit; quam paulo post & partus doloribus extinctam voluptatis vitæ luisse supplicium, narrant auctores. Addit Mariana, Petrum Regem furentem vindictæ cupiditate in eos, qui Reginæ partes defenderant, sævitiam exercere, belloque infectari cœpisse: hos vero fuga salutem redemisse, ac partim ad crudelitatem illius & tyrannidem avertendam arma expeditivisse. Ex quo intestina bella, malaque innumera fluxerunt: captum quidem sub his initiis Petrum episcopum Seguntinum regio jussu, ac vinculis mancipatum, ostendunt pontificiæ literæ pridie kal. augusti ad Regem datæ quibus illum liberati restitui jubet (c).

Petrus
Rex in
suos cru-
delitatem
exercet.

(c) *To. 3.*
ep. fecr.
p. 139.

XXXII.
(a) *Mar-*
th. Vill.
l. 4. c. 46.

(c) *Can-*
tac. l. 4. c.
32.

Hoc anno restitutus est Constantinopolitano imperio Joannes Palæologus (d), ad quem licet sceptrum jure hereditario spectaret, Cantacuzenus tamen focer non contentus una cum ipso imperium gerere, nisi tyrannidem in filium Matthæum transfunderet, ita illud inrer filium generumque erat partitus (e), ut ipse quidem

Constantinopoli rerum summam moderaretur, Matthæum Adrianopoli, Thessalonice Joannem Palæologum teneret, ne cœpta inter eos dissensio invalesceret. At Joannes cum se in Thessalonicensi regno velut in exilio detineri indignaretur, certior ab amicis factus, Cantacuzenum facile tyrannide depulsum iri, si Constantinopolim ingrederetur, Francisci Catalufii Genuensis prædicitis opera Constantinopolim occulte accessit: sollicitatque ad res novas amicis, imperiale solium communibus procerum & populi studiis recuperavit. Cantacuzenus vero parva sceleris tyrannide pulsus monasticis institutis se addixit: quam abdicationem imperii non coactam, sed spontaneam, diuque ante meditatam ipse ostentare nititur (f). Monachus itaque, ut vitam redimeret, effectus Joseph, uxor vero Irene monachali pariter induta habitu atque imperatorio exuta Eugenia appellari voluere. Cæterum Palæologus accepti beneficii memor Catalufio sororem suam matrimonio conjunxit, & Lesbos Ægei maris insulam, quæ etiam Mytilene, vulgè Metellinum a præcipua insule urbe ejus nominis dicta est, ipsi ac successoribus jure fiduciario tribuit. Hæc pluribus laudat Villanus (g) rerumque Genuensium scriptores (h), & alii.

Ubi liberam imperii habenas Joannes Palæologus capessivit, cum hinc premeretur a Turcis, hinc a Matthæo Cantacuzeni filio æmulo, qui Adrianopolim atque alia finitima loca a patre acceperat, agitata antea una cum Cantacuzeno consilia de conjungenda cum Romana ecclesia orientali perducere in animum induxit: ac vocato Paulo archiepiscopo Smyrensi Apostolicæ sedis internumtio, inmento se devinxit, Romano Pontifici catholicorum Imperatorum & Regum more obsequentem futurum: profecturum debitis honoribus legatos Apostolicos; daturumque operam revocandis ad Romanæ ecclesiæ obsequium, ac fidem orthodoxam Græcis. Pactus præterea est, se filium Manuelem heredem imperii ad aulam apostolicam missurum obsidem, ut auxiliares copias a Pontifice ad Turcas & perduelles Græcos, qui nimirum Matthæo adhærebant, edomandos. Spopondit etiam a se legato apostolico palatium Constantinopoli attributum iri, ac dignitates ecclesiasticas illius arbitrio Græcis doctrina & morum probitate præditis conferendas. Quæ promissa ubi multis cautionibus firmavit, a Pontifice exegit, ut exercitum adversus infideles submitteret, cuius ducem & vexilliferum ecclesiæ ipsum crearet. Hæc inter Palæologum, qui maternum genus ex Sabaudia principibus catholicis ducebat, atque Apostolicæ sedis nuntium extremo anno conventa in

Jo. Palæologus restitutus imperio Constantinopolitano.

Cantacuzenus in monachum attonsus.

(f) *Ib.*
cod. l. c.
15. 39. 40.
41.

Lesbos Gatalufio Genuensi data.

(g) *Matth.*
ib. Vill.
super c. 46.
(h) *Bizar.*
l. 6. Fol.
liet 17.
& alii.
XXXIII.

Palæologus fœdus pacificum cum Romana ecclesia.

Illius leges præcipuæ.

(a) *Bar-*
on. in
MS. not.
ad hunc
ann.

(b) *Ext.*
lib. priv.
Rom. eccl.
10. 3. p.
233. & in
Arce S.
Ann. &
inter col-
lect. Plat.
juſſu Sixt.
IV. edita
10. 3. p.
126.

(c) *MS.*
Var. lig.
lit. B. n.
12. p. 273.
XXXIV.
Joannis
Imp. lite-
ra.

publicas tabulas redacta ad Pontificem transmissa sunt, de quibus Cardinalis Baronus hæc in schedis suis adnotavit (b): Quo anno item Joannes Palæologus Imperator Constantinopolitanus juravit obedientiam ipsi Romano Pontifici. Extant literæ in libro privilegiorum Romanæ ecclesiæ. Pollicitus item dare Constantinopoli palatium magnum legato apostolico, illic commoranti. Quæ publica documenta (b) ob rei gravitatem ex eodem libro privilegiorum, quem una cum aliis pene innumeris singulari Innocentii X. Pontificis beneficentia evolendum per otium habui, atque ex MSS. (b) Cardinalis Baronii nobilissimis congregationi nostræ jure hereditario relictis decerpendas adducendasque duximus.

(d) *Baron.*
op. cit.
l. 1. c. 15.
39. 40.
41.

Ego Joannes in Deo Christo fidelis Imperator & moderator Romanorum Palæologus juro ad sancta Dei evangelia, tactis sacrosanctis scripturis, & per sanctam Trinitatem Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, unum Deum verum & tres personas, & per Jesum Christum Deum nostrum & salvatorem, & per virginem Mariam Dei genitricem, & per sanctam & vivificam crucem Christi, & per sanctos Apostolos & omnes alios sanctos, quod absque dolo, fraude, & defectu, toto meo posse, omnibus viribus meis, & cuncto conatu observabo firmiter & integre, & adimplebo ego ipse, & per alios faciam adimpleri & observari omnia ista & singula, quæ sequuntur: quæ promissi reverendissimo in Christo patri archiepiscopo Smyrensi domino Paulo, nomine & vice sanctissimi in Christo patris & domini domini Innocentii divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ Papæ VI. & ita Deus & omnes sancti ejus me adjuvent, sicut ego observabo & adimplebo, & faciam per alios observari & adimpleri omnia & singula, quæ sequuntur. In primis quod ero fidelis, obediens, reverens, & devotus beatissimo patri & domino domino Innocentio sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ, & digna Dei providentia summo Pontifici, & ejus successoribus: & observabo & complebo debitam obedientiam & reverentiam ad ipsum sanctissimum dominum Papam & ejus successoribus, & recipiam legatos & nuncios suos cum omni reverentia & devotione.

Pollicetur Innocentio demissum obsequium.

Revocaturum se Græcos a schismate.

Item quod faciam toto posse meo & toto conatu, quod omnes populi sub nostro imperio constituti, & nostræ jurisdictioni subiecti, sive sint laici sive clerici, cujuscumque conditionis & status aut dignitatis existant, erunt fideles, obediens, reverentes, & devoti eidem domino nostro & summo Pontifici, & ejus successoribus. Et quia diuturnitas temporis induravit & aggravavit animos populorum, & vix possent a consuetis retrahi, & per viam no-

vam incedere, nisi cum modo sapientia & moderatione prudentia; istum modum, qui sequitur, deliberavi, tractavi, & ordinavi cum eodem venerabili patre archiepiscopo Smyrensi, & cum dilecto familiari megateriarca imperii nostri domino Nicolao Sigeros, per quos me facturum, observaturum, & completurum prædicta promisi & spopondi: videlicet, quod sanctissimus prædictus dominus pater remittat eundem archiepiscopum Smyrensem & prædictum familiarem nostrum cum galeis tribus: & quando ipsi venerint in Constantinopolim, per jurandum, quod feci, promitto dare filium meum gloriosissimum ac felicissimum despotam dominum Manuelem Palæologum præfato domino archiepiscopo Smyrensi ad prædictum dominum nostrum Papam cum una galea, & dimitter mihi duas galeas, & alias duas armabit in partibus istis, & dimitter eas sub nostro præcepto ad defensionem istarum partium.

Item dominus noster Papa sub celeritate, qua poterit, postquam filium meum habuerit in manibus suis, mittet mihi usceria quindecim cum equitibus quadringentis, & alios centum equites cum navibus, & mille pedites; ita quod erit exercitus totus usceria quindecim, galeas subtiles quinque, equites quingenti, & pedites mille. Quando dictus exercitus applicuerit in Constantinopolim per Dei gratiam, erit ad nostram præceptum, pugnando contra Turcos, & Græcos inimicos nostros usque ad menses sex; in quo tempore legatus domini nostri Papæ dabit beneficia & dignitates ecclesiasticas personis sufficientibus Græcis, qui ad unionem & obedientiam ecclesiæ sponte redibunt, secundum quod sibi & nobis melius videbitur. Ubi vero infra sex menses postquam exercitus Constantinopolim applicuerit per benignitatem & gratias vestras Græci sponte ad obedientiam ecclesiæ noluerint redire, quod non credimus, promittimus ex nunc pro tunc, quod faciemus cum consilio & liberatione legati domini nostri Papæ, quod omnino erunt obediens.

Item dabimus legato domini nostri Papæ palatium magnum, in quo ipse cum suis habitabit: & sic per consequens dictum palatium erit domini nostri Papæ & legatarum ipsius in perpetuum. Item dabimus sibi pulchram & venerabilem ecclesiam, in qua dictus legatus & alii, qui postea venient a domino nostro Papa tanquam in propria ecclesia celebrabunt divina officia & ecclesiastica sacramenta. Item dabo filio meo primogenito unum magistrum Latinum, qui docebit cum literas & linguam Latinam de consilio & voluntate dicti legati. Item dabo hospitaria magna, in quibus tenebuntur scholarum Latinarum, & ego dabo operam, efficacem & favorem cum corde sincero, quod filii magnatum & potentum Græcorum ibunt addiscere literas Latinas.

Filium obsidem offert.

XXXV.

Copiarum auxiliares petitur in Turcam.

Spondet sacerdotia a legato collatum iri.

Dandum illi palatium.

Scholæ Latinas a partum iri.

In casu, ubi predicta omnia & singula non observarem (quod absit & Deus avertat a me tantum malum) ex nunc pro tunc judico auctoritate imperiali me indignum imperio, & privo memetipsum jure imperii, & transero, do, cedo jus & potestatem imperii & imperandi in predictum filium meum: & ex nunc pro tunc constituo, facio, creo, & ordino ipsum in Imperatorem & moderatorem Græcorum. Item in predicto casu, quem Deus avertat, ex nunc pro tunc do, cedo, transero jus patriæ potestatis in predictum dominum nostrum summum Pontificem super dictum filium meum, quem ex nunc pro tunc ejus potestati subicio, ipsum eidem in adoptionem tribuens & concedens omni modo & forma, quibus melius de jure possum. Item do, concedo, & trado potestatem & auctoritatem eidem domino summo Pontifici, quod possit acquirere, petere, & capere imperium nostrum pro dicto filio nostro tanquam pro vero & legitimo Imperatore, & dare eidem filio meo uxorem, bajulos, tutores, & curatores usque ad præfinitum tempus a jure: & possit de predicto imperio ordinare & disponere tanquam de imperio sibi de jure debito vice & nomine predicti filii nostri, quem ex nunc pro tunc a nostra propria & patriâ potestate eximimus & liberamus, & in patriam potestatem per adoptionem eidem domino Papæ subicimus & donamus; renuntiantes omnibus exceptionibus, quas possemus contra predicta obicere, & omni juri & legi, quibus contra predicta non observanda & complenda possemus nos aliquo modo defendere & tueri.

Quibus poenis se subiciat, si promissis defuerit.

XXXVI. Si non detur obsequium filius, refundere sumptus promittit.

Petit exercitum in Turcas.

Item quod dominus noster Papa provideat nobis de expensis fructibus & de stipendiis erogandis pro aliqua parte exercitus, cum imperium nostrum pro presenti non posset expensas sustinere. Item quod ego sim principalis capitaneus, & signifer & vexillarius sanctæ matris ecclesiæ cum mero & mixto imperio, & plenaria potestate supra omnem exercitum Christianorum, qui ad partes citramarinas transferent, vel stipendiati per ecclesiam vel per alios ex mandato & indulgentia ecclesiæ, vel qui sponte venerint pro salute animarum suarum. Item in casu, ubi ego omnia supradicta compleverem, dominus noster Papa remittet mihi filium meum cum honore & apparatu convenienti. Et est intelligendum, quod si forte supradicta omnia & singula non compleverem pro eo, quod potentia & non voluntas deficeret, & ego personaliter accederem ad ipsum dominum nostrum Papam, in illo casu dominus noster Papa teneatur defendere & adjuvare me ad recuperandum imperium meum sicut pro filio meo fecisset, me ad ipsius præsentiam personaliter non accedente, & non videar in aliquam pœnam incidisse, vel contraxisse, si necessitate impotentia, & non voluntate supradicta omnia non compleverem. Ad quorum omnium securitatem & evidentiam plenioris præsentis sacramentale privilegium, aurea bulla munitum fieri iussit imperium nostrum literis rubris manu nostra propria more solito subscriptum, & aurea bulla imperii nostri inferius appensum. Actum in urbe magna Constantinopoli in nostro sacro palatio Blachernarum anno a constitutione mundi sex millesimo octavo centesimo sexagesimo quarto, a nativitate autem Domini MCCCLV. die xv. decembris.

xxxvii. Creari se vexilliferum Rom. ecclesiæ.

xxxviii.

Proferebant late in Europa tyrannidem Turcæ, cum superiori anno plures urbes terræmotu dirutas refecerunt. Ad quos reprimendos, cum Pontifex varia consilia exquireret, præter triennales sacerdotiorum decumas indidas, de quibus ad Tarantasiensem archiepiscopum extant litteræ (a), nullum melius occurrit, quam quod antea Joannes XXII. Benedictus XII. & Clemens VI. laudarent, ut nimirum Hospitaliariorum equitum ordo ex Rhodo insula in Turciam sedem transferret (b): ex quo plures affulgebant utilitates, defixo in continente eorum domicilio non modo barbaros ab invadenda Europa repressum iri contrariis equitum excursionibus, verum latius Christi imperium amplificare posse; in insula vero positi nullum ingens facinus adversus fidei hostes edere poterant: ita censebant Pontifices. At equites ea in re parere detestantur: Rhodio enim regno contenti, ac voluptatibus indulgere assueti, cum se in insula munitissima facile adversus barbarorum impetus defensuros ac tuto de-

(a) To. 3. ep. secr. p. 254.

(b) To. miscell. papyr. p. 167.

litiis

Rhodii e-
Turciam
suas sedes
transferre
iussit.

(a) Ead. pag.

Arguuntur inertiæ a Pont.

Vacare tantum delictis.

Detre-
stasse, ar-
ma in
Turcas
stringere.

litiis potiores putarent, continuis bellis laboribus barbarorumque insultibus in continente exponere pertimuerunt. Quos Innocentius prædecessorum exemplo ad eradicandas in Turciam vires sedesque extimulare contendit hinc literis ad Petrum Conilhanium supremum magistrum, qui in ea dignitate Gofonio successerat, datis (c).
Innocentius, &c. dilectis filiis Petro de Comilbano magistro & conventui hospitalis S. Joannis Ierosolymitani.
Dudum intellecto, quod dilecti filii Joannes Ferdinandi de Redia castellanus Empoia, ac prior Castella & Legionis, nec non Raimundus Berengarii castri Saraceni, ac Petrus Comilbani Vallispugeti vestri hospitalis domorum præceptores ad vestram erant præsentiam accessuri, eis exposuimus quæ de vestris & aliorum fratrum hospitalis præfati perniciosis negligentis & intractabilibus desideris intra nostra præcordia, non sine multa amaritudinis acrimonia, versabantur; injungentes eidem, ut vobis exonerentur ex parte nostra, quod nobis & fratribus vestris S. R. E. Cardinalibus non erat ignotum, qualiter vos & prædecessores vestri, neglecta jam diu Christi milita, quæ olim, vigens in vobis contra hostes sacre fidei, vos Deo reddebat amabiles & in ipsius ecclesiæ gloriosos, modernis temporibus corporalibus assuebatis delictis, quas ex honestate omittimus præsentibus explicare; nec ex vobis apparebat opus laudabile, quod fructum produceret Christi fidelibus juvenum: & quod propterea vobis ex parte nostra mandarent, ut circa prædictorum correctionem & emendationem realem providere realiter curaretis, quod vobis cederet ad meritum & honorem, & Apostolica sedes passeret exinde merito contentari: alioquin quod nos tale intendebamus in hac parte adhibere remedium, quod cederet ad Dei laudem & gloriam, dictæ sedis honorem, & totius Christianitatis consolationis augmentum. Præfatusque castellano, quem noscebamus redimitum domino prudentia; ac nobis & Apostolica sedi præcipua sinceritate devotum, & boni status ejusdem hospitalis præcipuum zelatorem, specialis fiducia aperuimus infra scripta: videlicet quod nobis certa informatione constabat, quod felicitis recordationis Joannes & Benedictus & Clemens Romani Pontifices immediati prædecessores nostri, non sine multa deliberatione, pro evidenti utilitate, & instanti necessitate fidei Christianæ, vos seu prædecessores vestros tam verbotenus, quam per apostolicas literas duxerant admonendos, quod vires & virtutes vestras contra abominabilem Turcorum perfidiam extendere satagentes, terram quam illi in injuriam Crucifixi & Christianitatis opprobrium, ac formidabile periculum, irruentia rabie tyrannizant, invadere ten-

eratis, & in ea vestrum transferretis & stabiliretis conventum; ibidem de cetero permansuri: quod quomodo sit executioni mandatum, immo etiam inchoatum, vos nobis; & cum sit quasi toti mundo notorium, sedes eadem non ignorat.
Et propterea nos, præcipuis desideris cupientes, ac firmiter intendentes auctore Deo, cujus negotium agitur, quique vobis prosecutionem realem præfati negotii reseruisse noscitur, in actum deduci vestris temporibus quod præfati prædecessores tam provide tamque salubriter mandaverunt; ac considerantes, quod tam grandia bona temporalia, quæ gratiosa concessione ipsius ecclesiæ & pia largitione fidelium possidentur non ut rodantur in Rhodo, ejusque muri inutiliter incolantur, sed ad exercendam contra eosdem nefarios hostes laboriosam Christi militiam sunt concessa; quodque exinde nostri ultramarini populi contra vos clamitant & debita remedia provisionis exposcunt; & quod principes ac populi cismarini, videntes vos infructuosos esse palmitem in vinea Domini Sabaotb, non solum de vestra religionis devotione exposcunt, sed contra vos de tanta perditione bonorum quasi univrsaliter obloquentes, adversus tantam negligentiam flagitant per dictam sedem salubriter provideri; eidem Joanni præcepimus, ut vobis ex parte nostra districto mandaret, quod hujusmodi translationem conventus penitus facere curaretis: alioquin quod tantum Dei negotium nolentes (sicut nec debemus) dissimulatione ulterius præterire, aut de bonis, quæ fuerunt domus templi, eidem hospitali concessit alium crearem ordinem, qui sicut novella plantatio, cœlestis gratiæ imbribus irriganda, sperata perfectionis incrementa susciperet, & fructus copiosos & amabiliores produceret: aut super domibus & bonis, quæ dictæ domus templi fuerunt, alium cum debitis ordinationibus crearem & præficeremus magistrum, qui templum Domini, quod est Christianus populus, ab ipsius impugnatoribus potenter & viruose protegeret, ipsosque viriliter impugnet: & quod vos nihilominus intendebamus cogere ad transferendum conventum vestrum in Turciam, ibidem cum gratiæ divina * suo acquisituros & recuperaturos terram, quam Turcorum impietas detinet occupatam, ut altera religio alterius provocata exemplo, prout antiquis contingebat temporibus, eo felicitius quo animosus in Christi exercitu militaret.
Demum idem Joannes ad dictam sedem revertens præsentibus quibusdam ex eisdem nostris fratribus & dicto Raimundo Berengarii nobis ex parte vestra humiliter retulit, quod vos hujusmodi nostra mandata cum multæ humilitatis & devotionis affectibus recepistis: & quod ad providendum super his efficaciter, cum per vos ipsos sine consilio & auxilio priorum &

XXXIX.

Frustra Rhodi sacras opes rodi.

De alio religioso ordine condendo agitatum.

* auxilio

LIII

fra-

fratrum dicti hospitalis tantum promovere negotium non possitis, mandastis de ipsis prioribus & fratribus cismarinarum partium generalem congregationem de proximo celebrari, quam nos in civitate Ne-mausensi vel in Montepessulano præcepimus fieri in principio mensis januarii proxime secuturi.

XL.

Nuper autem fidedigna relatione percepimus, quod quidam dicti hospitalis vestris affectibus quam nostræ intentioni & veritati, non sine adulationis specie, placere querentes, quædam nostra verba, quæ ex ore nostro audivisse se afferant, in diversum, immo adversum prædictis intellectum, conati sunt minus veraciter, quinimo temerarie retorquere, vobis scribendo, quod prædicta eidem Joanni non imposueramus vobis, ut prædicatur, exponenda: & quod de nostra indignatione minime dubitantes, curaretis in sola quiete manere. Ex quibus, si vera sint, cum ex eis super iis, quæ nostra hujusmodi mandata cordibus vestris suggererunt, possitis forsitan (quod absit) repetere, hujusmodi relatis per dictum Castellum ex parte nostra fidem minus credulam adhibendo, nostræ viscera non immerito sunt turbata.

Collapsa eorum disciplina.

XLI.

Piget siquidem referre, sed æstuante mente interius non possumus ulterius retinere, quod ex adipe vestrarum, immo pauperum & dictæ militiæ Jesu Christi divitiarum iniquis verbis saltem negligentia, ut ad presens taceamus de reliquis, videtur egressa, de qua culpabiles supernus iudex in extremo judicio districtius objurgabit, & (quod est formidabilius) condemnabit, nam dum minoribus abundaretis opibus: in subventionem pauperum eadem militia & religionis observantia virtuosius agebatis. Sunt ne ista lucra, quæ de receptis talentis, quæ abscondisse videmini, Domino reportatis? Suntne digna rependia quæ sibi de rot habitis gratis exhibetis? Pugnastis quidem in umbra delictarum, & ecce quod sequens religio, videlicet B. Mariæ Theotonicorum, quæ non longe lapsis temporibus erat absque comparatione in omnibus minor vestra, quæ laborare non desistit, vos dormitantes eximitis meritis, devotionis abun-

Propositum Theotonicorum equitum exemplum.

dantia, felicibus successibus, ac gloriofis acquisitionibus antecedit: & quanta ista illi cedunt ad gloriam, tanto vobis ad ignominiam & pudorem. Ideoque ut exposita, vobis per castellanum & præceptores eisdem cognoscatis esse verissima, & ut sentiatis hujusmodi nostrum propositum inconcussum manere, ea sub indubitabili testimonio nostræ bullæ, ne excusationem in hac parte possitis præterdere, presentium serie decrevimus repetenda, non intendentes de cætero vobis, cum factis sit opus, insistere; sed circa prædicta efficaciter apponere, auxiliante Domino, manum nostram. Datum. Avin. II. id. octobris pontificatus nostri anno III.

Posthabita sunt æque Innocentii atque antecessorum Pontificum imperia de transferenda in Asiam pro reprimendis Turcis ordinis sede. Verum qui magna sua culpa Turcarum augeri potentiam permittente, ab iis postea, arcano Dei iudicio Rhodo depulsi sunt.

Monuit præterea eisdem Rhodios equites Hugonemque (a) Cyprium Regem Innocentius (b) ut pro defendenda Smyrna navires in portu instructas tenerent. Deferuerat (c) porro Cyprii Regis ac Rhodiorum equitum in bello adversus Turcas gerendo ardor, ex quo, inter Venetos & Genueses exorto bello, Veneti promissa auxilia conferre detrectarant: cumque exinde periclitaretur Smyrna, Innocentius datis ad Carolum Romanorum Imperatorem literis, in quibus sacri illius adversum Turcas fœderis inter sedem Apostolicam, Venetos, Cyprios, & Rhodios initi leges & causas aperuit, ipsum paulo post suscepta imperialia insignia rogavit, ut pro tuenda Smyrna, ne jam Christiano cultui addicta Mahumetana spurcicia contaminaretur, ac pro potentia Turcica frænanda auxilia suppeditaret: tum Nicolaum patriarcham Aquilejensem illius fratrem, Ernestum Pragensem archiepiscopum, Joannem Olomucentem, Marquardum Augustensem episcopos, & Joannem Marchionem Montisferrati, qui plurimum apud ipsum gratia & autoritate poterant, hortatus (d) est, ut Carolum ad id incitarent.

XLII.

(a) Ead.

pag.

(b) To. 3.

ep. sec. p.

209.

(c) Pag.

92.

Rogatus

etiam Car-

olus Im-

perator.

(d) Ead.

pag.

I N D E X

IN TOMO VIGESIMUM QUINTUM

ANNALIUM ECCLESIASTICORUM.

A



Abal Rex Clarorum montium, sive Tremisenus exuenda superstitionis mahumeticæ consilium molitur, 1354. XXIII. & seq. Quæ pollicetur ei Pontifex, *ibid.*

Abomelicus Regis Garporum filius irrupit in Hispanias, 1339. LXXI. Casus in acie, LXXVI. XXVII. Ad ejus ulciscendam eadem parens Albohacenus irrupit in Hispanias, 1340. XL.

Academia Pragensis a Clemente VI. ad Carolum IV. Romanorum & Bœmiæ Regis gratiam instituta, 1347. XI.

Acyndinus Græcus catholici dogmatis defensor egregie scribit contra Palamam hereticum, 1347. XXVI. Damnatus in Constantinopolitana pseudosynodo, XXV.

Ademarus Roberti creatus Cardinalis a Clemente VI. 1342. XXIX.

Adolphus episcopus. Leodiensis Machliniam comiti Flandriæ vendit, 1334. XIV. Orta inde inter Brabantium & Flandrum bella, *ibid.*

Ægidius Albornotius Archiep. Toletanus egregiam contra Mauros operam navat, 1340. L. Supplicationes annuas de partu de Mauris triumpho decernit, LI. Creatus Cardinalis a Clemente VI. 1350. XLVII. Legatur in Italiam ad ditionem ecclesiasticam e tyrannorum manibus vindicandam, 1343. I. II. Datum ad ipsum diploma, II. Maximis honoribus ab Italis exceptus, III. Nicolaum Laurentium secum adducit, V. Joannis e Vicomide tyrannidem reprimi, 1354. I. Plures ditionis ecclesiasticæ urbes recuperat, *ibid.* & II. Commendat illi Carolum Romanorum.

Regem Innocentius VI. ut Italiam ingresso fluideat, IV. Imposita illi Caroli inungendi provincia, VII. Ægidio ipso implicito Piceno bello, data Petro Card. episc. Officium Caroli diademate augustali cingendi provincia, 1355. II. strenue tyrannos debellat, XIX. Ei Carolus Imperator præbet auxilia, *ibid.* Malactas ad officium cogit, XXVI. In Franciscum Orde-laffum & Manfredios religiosam militiam confert, XXI. Polentanos Ravennamque ad Pontificium obsequium adigit, *ibid.*

Ægidius Rigaudus Abbas S. Dionysii creatus Cardinalis a Clemente VI. 1350. XLVII. Transmissus illi pileus rubeus, *ibid.*

Africa. Contendit Castellæ Rex comparandi illius imperii jus ad ipsum spectare, 1344. L.

Albani principes ex Tartarica aula principem ad se mitti deposcunt, 1338. LXXIV. Pontificiæ ad eos literæ, LXXVII. Transmissa eisdem fidei formula, LXXVIII.

Albanenses Græcorum erroribus infecti, 1354. XXVI. Ad eos instruendos fide Orthodoxa missi ab Innocentio VI. Internuntii, *ib.*

Albertus Dux austriæ interpretem agit, ut Ludovicum Bavarum, retento imperio, in gratiam Ecclesiæ admittatur, 1334. XIX. Repellitur a Pontifice, *ibid.* Sermonum Interpretis pro conciliando Bavaro adhibitus, 1335. I.

Ann. Eccl. Tom. XXV.

Consulit Pontificem de nonnullis hostiis conceptis, an consecratæ sint nec ne, deque motu in Judæos populari tumultu, 1338. XXVIII. Apud Clementem VI. pro reconciliando Ludovico interpretem agit, 1346. I. Responsum ipsi, Ludovicum inconstantem esse & promissis resillisse, *ib.* Patriarcham Aquilejensem invadit, 1350. XX.

Albertus Episcopus Pataviensis adhibitus pro revocando ad Ecclesiam Ludovico Bavaro, 1334. XIX.

Albertus Scaliger Patavii imperio dejectus, mancipatusque carceri a Carraria, 1337. XXVI.

Albertus Argentinensis scriptor mendax in schismaticorum figmentis tradendis historia, 1338. VIII. Refellit, 1341. XIV. & 1344. XXIII. Convictus impostura, 1346. II.

Albertus Dux Baviaræ Ludovici Bavari patris flagitia execratur, 1354. XVI. Conciliatur Ecclesiæ, *ibid.* Sacramenti ab eo præstiti formula, XVII.

Alboacenus Rex Marrochitanus irrupit in Hispanias, 1340. XL. Christianam classem profigat, XLIV. Ad sexcenta millia Afrorum secum trahit, L. Maxima strage profigatur, LI. Fugit in Africam, LII. Ejus signa transmissa Pontifici, 1341. II. Iterum vincitur apud Algeziram, 1343. XXXVII.

Aldebrandus Parochus Clementi VI. pontificatum prædicat, 1342. VI. A Clemente ob accepti beneficii memoriam Archiepiscopatu Toletano donatus, *ibid.*

Alexius Megaducas ad conjunctionem cum Romana ecclesia propensus, 1343. XIII.

Alfonso Rex Castellæ, ut exciudendis e clerico virtus operam daret, admonitus, 1335. LXV. Solicitatus, ut pacem cum Aragono pacificatur, 1336. LI. Ob uxorem indigne habitam a Lusitano petitis bello, 1337. XXV. Arguitur a Pontifice commissi sceleris, 1338. LI. Ad bellum in Mauros gerendum commovetur, LII. Pacem cum Lusitano conficit, 1339. LXXI. Gundisalvi Ducis opera insignem refert victoriam, LXXVI. Arguitur eundem opprimere, LXXVII. Et de occupatis Ecclesiæ opibus, LXXIX. Parat se contra Afros Abomelici necem ulcisci molientes, 1340. XL. Oratores pro flagitanda ope decernit ad Pontificem, *ibid.* Indicta pro ferenda illi ope cruce signata militia, XLI. Multis passionibus pontifici pro augenda Christiana re se obstringit, XLII. Decumque illi attribuit, XLIII. Ejus classis ab Afris dissipata, XLIV. Genueses ad ferendam illi operam sollicitati, *ibid.* Informatur monitis a Pontifice, XLV. Ut expiet præterita crimina, XLVI. Futurum poenitenti divinum Numen propitium, *ibid.* Classem instaurat, XLVIII. Cum Rege Lusitano firmat fœdus, *ibid.* Sacramentis se munit ad pugnam iturus contra impios, L. De innumerabilibus barbarorum copiis triumphum refert, LI. Gratulariæ ad eum Pontificis literæ, LII. Sœlia hostium ad Pontificem mittit, 1341. I. Gratulariæ ad eum alie lit. II. Irruit

in Mauros, VI. Ad coepta urgenda concitatur a Pontifice, VII. Gallos & Anglos ad belli societatem provocat, VIII. Eos conciliare nititur, *ibid.* Contundit Afros, 1342. XXIV. Algehiram obidet, XXV. Illi Navarrae Rex & plures Galli Anglique proceres auxilia ferunt, 1343. XXXVI. De Mauris triumphat, XXXVII. Algezira potitur, *ibid.* Contendit expugnandarum insularum Fortunatarum jus ad se spectare, 1344. L. Observantiae ergo juri renuntiat, *ibid.* Algeziram Mauris eripit, LI. Mahumeticam in ea superstitionem abolet, LII. Gratulatoriae ad eum Clementis VI. litterae, *ibid.* Paciscitur cum Mauritano inducias, LIII. Ejus signa sequuntur in Mauros datæ indulgentiae, *ibid.* Praemunitur pontificis monitis adversus susurriones, jus ecclesiasticum labefactare molientes, LIV. Ipsi attributa ad instruendum bellum in Mauros decumæ, 1346. LXI. Queritur externos Episcopos praefici a Pontifice Ecclesiae sui regni, 1348. XIV. Confutatae ejus querelae, *ibid.* Redintegrat in Mauros sacrum bellum, 1349. XXVII. Anglos Galloque inter se conciliare annuitur, XXVII. Solicitati Genuenses, ut subsidiariam classem illi submittant, XXVII. In Heracleae obsidione peste corripitur, *ibid.* Vincitur nau-machia ab Eduardo Rege Anglo, 1350. XL. Peste extinctus, XLI. Ejus elogium, XLII. Ipsi succedit Petrus filius dictus crudelis, *ibid.* Testamento cavet, ut Compostellanæ Ecclesiae sua in Compostellam jura restituantur, 1352. XVI. Monet Petrum filium Clemens Papa, ut paternam voluntatem mandet operi, *ibid.*

Alfonso Rex Aragonum sollicitus de fœdere ineundo cum Genuensibus, 1335. XXXVIII. De Sardinia & Corsica liberalitate pontificia acceptis pacatione instaurat, XXXIX. Ejus litterae ad Benedictum XII. *ibid.* & seqq. Illius orator ad nuncupandum sacramentum admittitur, XL. Factum id ex indulgentia, XLI. De eo Benedicti litterae, *ibid.* Censum Sardinicum pendit Romanae Ecclesiae, XLII. Arguitur, ipsum submittere auxilia Friderico Trinacrio adversus Robertum Regem, LIII. Obiectum illi ab ipso initum fœdus violari, LIV. Nullum ipsi injectum obicem ad comparandam Sardiniam, LV. Illius mors, 1336. XLVII. Succedit ipsi filius Petrus, *ibid.*

Alfonso Rex Lusitaniae ab Alexandro III. regia dignitate auctus, 1338. XXVII. Vectigalem Ecclesiae Lusitaniam duarum marchiarum censu imposito constituit, *ibid.* Censu a Benedicto XII. exactus, *ibid.*

Alfonso Lusitaniae Rex pacem cum Alfonso Castellano redintegrat, 1340. XLVIII. Cum eo victoriam admirandam de Mauris refert, LI. &c. Gratulatoriae ad ipsum Benedicti XII. litterae, IV. Ut Maurorum munera respuerit, *ibid.* Indicta ad ejus gratiam cruceata expeditio, attributaque decumæ, V. Queritur, detrahi suo juri, dato insularum Fortunatarum regno Ludovico Hispano, 1344. XLIV. Eo tamen cedit, *ibid.* Regia hac de re lit. *ibid.* Attributa illi decumæ subsidiariae adversus Mauritaniae Regem, LIII. De violato jure ecclesiastico increpitus, 1350. XLIV.

Algezira Mauris erepta, 1343. XXXVII. Et 1344. LI. Episcopalis sedes in ea instituta, *ibidem.*

Altare. Quomodo animæ martyrum dicantur esse sub altare Dei, 1335. XXVI.

Ambitio. Iusta ambitioforum supplicia in Pipino Minerbino comite, Apuliae Regem se nuncupante, corona papyracea redimito, 1355. XXII.

Amor in consanguineos divino amore victus. Benedictus XII. a suorum amore divulsus,

1338. LXXXII. Et 1342. III. IV. Insignis ea de re ipsius sententia, *ibid.* B. Bertrandus Patriarcha Aquilejensis opes ecclesiasticas non consanguineis, sed inopibus tradit, 1350. XXVIII. Anabaptistae apud Armenios, 1341. LIX. Zelotae apud Graecos Anabaptistae, 1346. LXV. Repressi in Rascia 1354. XXVIII.

Andoinus Innocentii VI. nepos creatus Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli, 1355. XXXII. Andreas Card. tit. S. Sufanæ, ad Aragonem & Balearem conciliandos missus, 1342. XXVI. Ut creatus fuerit Card. a Clem. VI. XXIX. In legatione obit, 2343. XXVI.

Andreas Dandalus Venetorum Dux fit certior a Clemente VI. de Smyrna capta federatorum armis, 1343. III. Solicitatus ad pacem cum Genuensibus conciliendam, 1347. XXII. Ad conjungendas navales vires cum Armenis contra Saracenos, *ibid.* Inimicitias exercet cum Genuensibus, 1349. IX. Data ad ipsum ea de re ad Pontificem litterae, *ib.* Paciscitur cum Pontifice & aliis armorum Societatem in Turcas, 1350. XXXIII. Bello se cum Genuensibus implicat, XXXV. Implicitus eodem bello sociale in Turcas bellum dissolvit, 1351. XXII. Petrarchæ ad eum hortatoriae ad pacem litterae, *ib.* Fortaneri Patriarcha Gradensis ad ipsum pro sopiendo bello missus, XXXIII. Pontificiae ad Dandalum litterae, XXIV. Regem Aragonum belli socium in Genuenses sibi asciscit, *ibid.* Ducum opera Genuenses in Sardinico mari delet, 1353. X. Monitus ne ex victoria superbiat, utque pacem inerat, XIII. Mediolanensi, Genuenses in clientelam accipienti, bellum infert, XIV. Alia Petrarchæ ad eum hortatoriae litterae ad pacem, 1354. XII. Dandali sibi adulantis responsum, XIII. Moritur antequam patriæ calamitatem videret, *ibid.*

Andreas Ungariae Regis filius Joannæ Reginae Neapolitanae vir regio nomine donatus a Clemente VI. 1344. XVI. Sancitur ut regia inunctione liniretur, *ibid.* Cum eo Joanna similitates exercet, XXXII. Monita Joanna a Pont. ut viro sit obnoxia, *ibid.* Ejus odio Joanna inunctionem regiam differt, 1345. XXIV. Monetur, ut Andream sibi conciliet, *ibid.* Decretum pontificium quibus legibus inungendus sit, *ibid.* Enecat, XXVII. & XXVIII. Massilienses poscunt vindictam ejus necis, XXX. Clementis Papae in illius interfectores sententia, 1346. XLIV. Sumptum de iis supplicium, LI. Vocata in crimen Joanna *ibid.* Ejus necem frater Rex Ungariae ulcisci parat, *ibid.* De ea purgat se Clemens, LVIII. Andreae filius posthumus Carolus Martellus Neapolitani sceptri heres agnitus, 1347. IX. Sumptum de Andreae interfectoribus supplicium, *ibid.* Qua ratione Joanna ab illata illi necis crimine absoluta, 1351. XXXII.

Andronicus imp. Constantinopolitanus arma in Rhodios equites suspectos convertit, 1335. XXIX. De orientali ecclesia ad conjunctionem cum Romana Ecclesia revocanda agit, 1337. XXXI. & 1339. XXXVII. Benedicti XII. ad eum litterae, 1337. XXXI. Robertum Regem Siciliae concordiae interpretem adhibet, XXXII. Dissolutus ob bella occidentalium tractatus, XXXIV. Zachariam Ligurum proditione capit, *ibid.* Chium occupat, *ibidem.* Barlaamum & Dandalum oratores mittit ad Pontificem, & Gallum Siculumque Reges ad poscendam in Turcas opem, 1339. XIX. & seq. Quid a Pontifice responsum, *ibid.* Praesidet pseudosynodo Constantinopolitanæ, 1341. LXXXII. Haereticum de Thaborio lumine increato confirmat, *ibid.* Ex inutili labore moritur, LXXXI. Filio Joanni sceptrum relinquit, *ibid.*

Andronicus junior ad perficiendam conjunctionem

nem cum Rom. eccl. a Pontifice urgetur, 1334. I. Eiusdem ad Andronicum litterae, II. Et ad Joannem Imperatricem, *ibid.* Quid actum fuerit, IV. Solicitatur Andronicus a Gallo Rege ad crucem adversus infideles induendam, V.

Angeli ut sint inferiores Christi humanitate, 1336. XV. Eidem subjecti, XVI. Angelos malos in primo instanti creationis malos fuisse, damnatur erroris, 1340. LXXII. Armeniorum ineptiae de casu Angelorum per foramen caeli empyrei, 1341. LIII.

Anibaldus Tusculanus Episc. creatus legatus ad Anglos Galloque conciliandos, 1342. IX. & seq. & 1345. XI. & seq. Pacificiter inter eos inducias, 1343. XXIV. In Italiam legatus, 1348. XII. & seq. Praeficitur ditioni ecclesiasticae, XIII. Jubetur judicio urgere Nicolaum Laurentium, *ibid.* Ab eo petitur insidias, 1350. IV. Eundem in Germaniam aufugere cogit, *ibid.* Neapolitana legatio illi demandata, 1350. XXII. & seq. Veneno sublatus, XXV. Pia ejus opera, *ibid.*

Animæ. Calumnias sibi in quaestione de visione animarum obiectas refellit Joannes XXII. 1334. XXVII. Ut puram in ea controversia velle sectari veritatem professus sit, *ibid.* Falsum est a Joanne XXII. missum Geraldum Minoritarum praefectum Parisios, ut contrariam opinionem doceret, *ibid.* Profiteatur Joannes in extremo vitae flexu, se eam sententiam, quæ divinam essentiam ante judicium a Sanctis animabus videri asserit, amplexi, XXXVI. Sanctorum animæ ante judicium divina visione perscrutantur, 1335. X. Animæ reproborum igne ante judicium torquentur, XIII. XVII. Decretum Benedicti XII. de ea controversia, 1336. II. Benedictus ad hujus probationem librum edit, IV. &c. Animæ martyrum quomodo dicantur esse sub altare Dei, 1335. XXVI. Animæ damnatorum mox post mortem inferno adducuntur, 1339. XIII. Animas beatas ante resurrectionem caelo non excipi & gratiam, & gloriam dari de necessitate secundum bonitatem naturæ, damnatur erroris, 1349. LXXXII. Armeniorum error de animabus purorum, 1341. LI. Et de animarum statu, *ibid.* Eorum fabula de animabus paganorum mortuorum, LIV. Animæ immortalitas negatur ab aliquibus Armenis, 1341. LXIX. Circa statum animarum quaestiones propositae a Clemente VI. Armeniorum catholico, 1351. VI. & seq.

Anterados insula dicta Tortosa; apud eam multi Christiani capti, 1344. LXIX.

Antonius Episcopus Hierapolitanus, legationem obit ad occidentales ad eos concitandos ad facrum in Saracenos bellum, 1348. XXIX.

Antonius Episcopus Cajetanus missus ad Armenos pro excindenda haeresi, 1346. LXVII. Legatus ad Graecos, 1350. XXXII. Et ad Armenos, XXXVII. & 1351. II.

S. Antonius de Padua. Ejus reliquiae solemniter translatae, 1350. XIV. Caelestes virtutes edite ad ejus sepulchrum, *ibid.* Divina ultio in illudentem B. Antonium, XV. Ille ejusdem sancti precibus pristinae sanitati restitutus, *ibid.*

Apetzo Episcopus Lybecensis confirmanda curat a Clem. VI. acta Posoniensis synodi a Gentile Cardinale celebrata, 1346. LXXII.

Apostoli fuere subjecti S. Petro, 1351. III.

Apostoli vocati a nonnullis haereticis magistri haereticos in Boemia, 1340. LXXXII.

Aqua non miscetur vino in sacrificio ab Armeniis errantibus, 1341. LXIX. In conciliabulo Maneguentensi id decretum, *ibid.*

Aragonia regno Balearico a Petro aucta, 1342. XXXI.

Archiepiscopus instituit. *Vis.* Episc.

Arminum a Malatestis ereptum ecclesiae, 1335. XXVII. & 1340. LXI. Illud recuperare nititur Benedictus XII. *ibid.*

Armandus Aquensis Archiep. ad Balearem, & Aragonem conciliandos missus, 1342. XXV. & 1343. XXXV.

Armenia & Armenii. A Soldano Babylonio oppressi Armenii, 1335. XXXII. Solicitatus Francorum Rex, ut ipsis succurrat, sed frustra, *ibid.* Condolet iis Benedictus XII. 1336. XL. Submissus iisdem subsidiarius commectus, *ibid.* Fideles ad ferendam ipsi opem propositis indulgentiis concitati, XLI. Ad iniquas pacationes a Soldano adacti, 1337. XXIV. Variis infecta haeresibus Armenia, 1341. XLV. Insectata a Saracenis, *ibid.* Benedicti XII. pro iis excindendis ad Leonem Regem litterae, *ibid.* Et ad Patriarcham, XLVI. Alia ad Guidonem Regem, 1344. VII. Armeniorum errores, 1341. XLVIII. usque ad LXX. Ut ad eos evellendos synodum celebrarint, & decretales Pontificum promulgarint, *ibid.* A Saracenis oppressi poscunt auxilia, 1343. XX. Missi in Armeniam pontificii internuntii ad excindendas errorum reliquias, 1346. LXVII. In celeberrima synodo primatum Romanae Ecclesiae agnoscunt, 1346. LXVIII. Decretum Pontificum, & Decretales admittunt, *ibid.* De his pontificiae ad catholicum litterae, *ibid.* Ajacium a Saracenis eripere nituntur, 1347. XXVIII. Missi iterum ad eos internuntii apostolici ad excindendas errorum reliquias, 1350. XXXVII. Gallos Anglosque orant, ut ferum in Saracenos vertant, XXXVIII. Armeniorum catholicum a Clemente sollicitus, ut nitide fidei confessionem edat, 1351. II. Propositae illi circa Primatum Romani Pontificis quaestiones, *ibid.* Circa Apostolorum Thadæi, & Bartholomæi scripta, III. Circa processionem Spiritus Sancti, *ibid.* Circa distinctionem naturarum in Christo, IV. Circa originale peccatum, V. Circa visionem divinitatis, VI. Circa purgatorium ignem, VIII. Circa Baptismum, *ibid.* Circa Matrimonium, IX. Circa Eucharistiam, XI. Circa Confirmationem, XII. Pisces, & oleum diebus jejunii non comedunt, X. Diofcorus, Eripharus, Jacobus, & Rastus haereticæ apud Armenos, XIII. Articuli fidei apud eos controversi, ad quos non responderat catholicum, XV. Promissa Romanae Ecclesiae a Patriarchis Armeniis non servata, XVII. Missus ad Constantinum Regem, & catholicum internuntius ab Innocentio VI. ut eaderet in controversis fidei articulis confessionem, 1353. XXV.

Arnaldus e Verdala missus a Benedicto XII. nuntius ad Ludovicum Bavarum in gratiam cum Ecclesia restituendum, 1338. XVI.

Arnaldus, alias Pontius Apamiarum Episc. creatus Cardinalis a Clemente VI. 1350. XLVII.

Arnestus Episcopus Pragensis. Data illi facultas cingendi Boemica corona Caroli principis, 1341. XVI. Moguntini Archiepiscopi imperio & auctoritate solvitur, XVII. Creatur Archiepiscopus Pragensis, 1344. LXIV. Quibus diebus pallio uti debeat, *ibid.*

Artevelde Belgarum tyrannus caesus a suis, 1345. XI.

Ascensio Christi. Armeniorum fabula circa illum, 1341. LVIII.

Affanes praefectus Constantinopolitanus ad promovendam Ecclesiarum conjunctionem excitatus, 1350. XXVIII.

Asta Roberto Siciliae Regi erepta a marchione Montisferrati, 1330. LXIX.

Athorgius Clementis VI. nepos Flaminiae praefectus,

dum agit in Gallis; tyrannis Ecclesie spolianda occasione prebet, 1350. VI. Prohibetur a Joanne Mediolanensi ne Bononiam reciperet, *ibid.*
 Ateffini Mutinam sibi subiciunt, 1335. XXVII.
 Attributa Dei quomodo ab essentia distinguantur, 1347. XXV. & *seq.* Palamæ circa ea errores, *ibid.*
 Avenio a Joanna Sicilia Regina Pontifici vendita, 1348. XII.
 Aymerius tit. S. Martini in montibus Card. legatus in Italiam missus, 1342. XXII. Quibus de causis, *ibid.* Creatus pacis servator, *ibid.* Ut creatus sit Card. a Clem. VI. XXIX. Factus administrator regni Siculi, 1343. LXXXI. Jussus clientelarem sponsonem a Joanna exigere, *ibid.* Animadvertere in hæreticos dictos Neophytos, 1344. IX. In administratione regni Sicilia obtemperatum ei verbo, non opere, 1344. XVII. Ipsi clientelarem sponsonem Joanna Regina exhibet, XVIII. Revocatur a Neapolitani regni administratione XXX. & 1345. XXIII.
 Aymo Dux Sabaudia provocatus a Pontifice ut ad Græcos in sinum Ecclesie restituendos incumbat, 1337. XXXIII.
 Azo Placentiam & Laudam occupat, 1335. XXVII.
 Azymus panis. Consecratio in azymo in primitiva Ecclesia usurpata, 1341. LXXVIII. Ostenditur, Christum azymo pane usum esse in consecranda Eucharistia, *ibid.* LXXXVIII. Apostolos non distinxisse de azymo, vel fermentato, *ibid.*

B

Baldoinus Lucemburgensis designatus Archiep. Treverensis perentatur a pseudominoritis, ut adversus Joannem XXII. conjuret, 1334. XXXI. & XXXIV. Philippum Gallorum Regem sermonum ministrum adhibet, ut Archiepiscopatum Moguntinum sibi asserat, 1336. LVII. Pontificiis voluntatibus se submittit, LIX. Ipsi ea de re literæ, *ibid.* Ut cedere postulatione ad Moguntinum Archiepiscopatum coactus sit, 1345. LXI. & *seq.* Amissam Ecclesie gratiam reciperat, LXIX. Solvitur censuris, 1346. XXXI.
 Baleares conspirant cum Petro Rege Aragonum adversus Jacobum ipsorum Regem, 1343. XXVI. Fusi prælio desiciunt ad Aragonem. Jacobi tyrannide fessi, XXX. Balcaricum regnum adjunctum Aragonio, 1343. XXXI.
 Baptismus. Baptizare. Baptizate a magis imagines ad mortem Joanni XXII. inferendam, 1337. XXX. Baptismus apud Armenios ex livore repetitus, 1341. LIX. & LXV. Negant alios verum habere Baptismum, *ibid.* Error ipsorum circa illum, LX. Incerta ejus forma apud eosdem Armenios, LXVII. Error circa ministrum Baptismi, LXVIII. Latinorum Baptismum damnant, LXIX. & *seq.* Baptizatos contumelios officiant, *ibid.* Arrogantia, & livor Armeniorum damnantium. Baptismum Latinorum, *ibid.* Vetitum Judæos ad Baptismum cogere, 1348. XXXIII. Baptismus iteratus a Schismaticis, 1351. VIII. Proposita a Clemente VI. catholico Armenorum circa Baptismum questiones, *ibid.* Baptismus Latinorum damnatus ab aliquibus schismaticis Græcis, 1351. XX. & 1354. XXVI.
 Barlaam Abbas ab Andronico Græcorum Imp. ad Benedictum XII. pro roganda ope in Turcas, & instauranda Ecclesiarum conjunctione missus, 1339. IX. Habita ab eo oratio, *ibid.*

Et proposita valida argumenta pro celebrando œcumenico Concilio, XXVIII. Spondet navaturum se operam pro Græcis reconciliandis, XXXI. Edit commentarium de primatu Romanæ Ecclesie, XXXVIII. Ostendit Romanam Ecclesiam in processione Spiritus Sancti patrum Græcorum, & Latinorum consensum secutam, XLII. Pseudomonachos Græcos exagitat, 1341. LXXI. Hæresim de Thaborio lumine increato insectatur, *ibid.* Perperam in pseudosynodo damnatur, LXXII. Ad Latinos se confert, LXXIII. Græcos ad obsequium Romanæ Ecclesie hortatur, *ibid.* Illius primatum demonstrat, LXXIV. & c. Processionem Spiritus Sancti a Patre Filioque prædicatam ostendit, LXXVIII. Item in azymo posse confici Eucharistiam, LXXIX. Refellit Græcorum objectiones, *ibid.* Et LXXX. Contra Palamam, plures inducentem deitates & male divinas operationes ab essentia divina distinguens, certat, 1347. XXV. Acyndinus egregius theologus pro ipso scribit, XXVI.

Barnabos Parmensis Smyrnæ præfectus magna clade Turcas cædit, obsidionemque cogit solvere, 1348. XXVII. Gratulatoriæ Pontificis literæ, XXVIII.

Barnabos Vicecomes. *Vid.* Barnabos.

Baroncellus tribuniciam tyrannidem Romæ invadit, 1352. V. A Romanis trucidatur, *ibid.* Bartholomæus Episc. Veronenis cæsus a Scaligeris, 1339. LXVII. Quæ poena ecclesiastica iis imposita fuerit, LXVIII.

Bartholomæus Episcopus Tragiensis ad Rascios a Schismate abduccendos missus, 1354. XXVI.

Bavarus. *Vid.* Ludovicus Bavarus.

Beatitudo. Sanctorum morientium felicitas, 1336.

XI. Et 1338. LXXIX. Questiones propositæ circa beatitudinem a Clemente VI. Armeniorum catholico, 1351. VII. *Vid.* Visio Beatifica. Et mors iustorum.

Begardi grassantur in Germania, 1353. XXVI. Ad eos excindendos constitutus hinc censor, *ibid.* Præsules ac principes, ut illi non desint admoniti, *ibid.* Bertoldus Begardus Spiræ exultus, XXVII.

Belgæ. *Vid.* Flandri.

Beltraminus Cumanus Episc. ad Bononienfes censuris solvendos, restituendoque ecclesiastico imperio missus, 1340. LX. Re bene gesta transfertur ad Bononiensem sedem, *ibid.* Ad Belgas Gallo Regi conciliandos missus, 1342. XII.

Belunentes a Bavarico schismate ad ecclesie gratiam redeunt, 1340. LXXI.

Benedictus XII. prius dictus Jacobus Novellus sive Furnerius presbyter Card. tit. S. Priscæ insignis ejus eruditio; & quæ scripta ediderit, 1334. I. Et ejusdem primitiæ, *ibid.* & II. Centum aureorum millia dat Cardinalibus, *ibid.* Ut tyara solemnè ritu redimitus fuerit, *ibid.* Encyclicæ ejus de parto pontificatu literæ, III. Ludovicum Bavarum lenitate ad officium revocare perentat, 1335. I. Rupertum Ducem Austria ministrum sermonum adhibet, *ibid.* Et Albertum, *ibid.* Mittit ad Ludovicum internuntios, II. Oratores ab eodem excipit, & formulam reconciliationis præscribit, *ibid.* Urgetur a Romanis, ut sedem urbi restituat, & annuit, III. Retardatur a Gallo Rege, ne Romam se conferat, neve Bavarum conciliet, V. Novos oratores amplioribus fretos mandatis a Ludovico recipit, IX. Plures Reges Ludovicum absolvere meditantem adversatur, VII. Philippum admonet, illum necessario, si poeniteat, rite absolvendum, *ibid.* Extrahit in aliud tempus reconciliationem Ludovici, *ibid.*

Con-

Controversiam de visione beatifica discutit. VIII. Docet sanctos ea perfrui ante iudicium, *ibid.* De ea librum ingentem compositum theologis discutendum tradit, VIII. Partitio illius operis, IX. & *seq.* Reddit rationem suæ fidei, XXIII. Persuadetur a Gallis, ut ob turbatas Italicas res palatium ad constabulendam Sedem Avenione construat, XXVII. Iniquas passionem pro conficienda expeditione Syriaca proponentem Philippum repellit, *ibid.* Salubribus eundem monitis instruit, XXVIII. Sicilia Regem in belli Turcici societatem trahere molitur, XXIX. Asiaticæ expeditionis apparatus urget, *ibid.* Pendi decumanum aurum & fideles symbolo crucis distingui jubet, *ibid.* & XXX. Philippum admonet, ut oppressæ Armenia ferat opem, XXXIII. Petenti thesaurum Ecclesie eidem Philippo datum iri, ubi mare conscenderit, respondet Pontifex, XXXIV. Laudat Cyprios prudentiæ, si a sacra promulganda militia supercedant, dum Gallus classem adornet, XXXV. Nuntios mittit ad pacandas Angliæ, & Scotiæ turbas, XXXVI. Edwardum admonet, ut pacis, & affinitatis fœdera cum Davide Scoto colat, *ibid.* Et Philippum, ne auxiliares comas contra Edwardum mittat, XXXVII. Exoritur mala, si eo bello se implicet, proponit, *ibid.* Genuenses & Aragonis ad pacem redigere nititur, XXXVIII. Alfonso Rex Aragonum oratorem professorem Sardinia & Corsicæ regnum pontificia liberalitate acceptum regio nomine, ad eum mittit, XXXIX. Aragoni ea de re ad Benedictum literæ, *ibid.* Ut is ex indulgentia regium oratorem ad ronevandum Sacramentum admiserit, XLI. Robertum Regem Sicilia aedeunde Sedis Apostolicæ labore liberat, XLIII. Apostolicos nuntios decernit ad eum, in verba pontificia adigendum, XLV. Transmittit ad ipsum Robertus publica de re gesta documenta, XLVI. & c. Urgenti eidem Roberto, ut Fridericum Trinacrium judiciaria severitate percellat, respondet, tentandum prius clementiam ejus animum, XLIX. Eiusdem ad Fridericum, quem officii admonet, literæ, LI. Patratæ ab eo facinora exprobrat, *ibid.* Ni emendet, Legum ei acerbitatem intentat, LIII. Aragonum submittentem auxilia Friderico arguit, LIII. Caroli Regi Ungariæ de infidelibus triumphantibus gratulatur, LVI. Exorientes in Hibernia hæreses excindendas fatagit, LIX. Boemiæ Regem ad tuendam fidem adversus hæreticos excitat, LXI. Censores fidei in Boemia instituit, *ibid.* & LXII. Fraticellos insectatur, *ibid.* Castellani clerum vitionum cœno oblitum ad eluendas fordes excitat, LXIV. & *seq.* Penitentiariorum corruptelas emendat, LXVI. Commendas abrogat, LXVII. Urbis Ecclesias refarcit, *ibid.* Monasticam disciplinam apud Benedictinos, Augustinianos, Cluniacenses instaurat, LXVIII. Cleri obsoletos mores perpoliendos suscipit, *ibid.* Quantam Solitudinem locaris in discutenda controversia de visione beatifica, 1336. I. Prolatum ab eodem decretum, II. Ad illius probationem librum edit, IV. Scripta sua de veris Ecclesie subjicit, *ibid.* Ad oratores pro recuperanda Ecclesie gratia mittit ad Benedictum Bavarum, XVII. & *seq.* Ac literas, *ibid.* & *seq.* Quæ & quanta ei sponpuderit Ludovicus, *ibid.* Consulitur. Pontifex a Gallo, an cum Ludovico fœdus jungere debeat, XXXIX. Respondet non jungendum, antequam conciliatus sit Ecclesie, XXXIX. Exigendos interea, ut nullum fœdus cum hostibus Gallici nominis ineat, *ibid.* Oppressis a Soldano Armenis condolet, XL. Com-

meatus iis submittit, *ibid.* Ad crucesignatam expeditionem Siculos, Rhodios, Cyprios, & alios orientales pro Armenia tuenda comitat, XLI. Sacram expeditionem in Soldanum indictam differendam decernit, XLIII. Monet Philippum, ne propterea se voto solutum putet, sed apparatus instruat, *ibid.* Hortatur, ne bello Scotico se implicet, *ibid.* Mittit internuntios pro exoriente bello sopiendo, *ibid.* Incumbit ad Genuensium discordias sedandas, XLVII. Petri Regis Aragonum literæ de Sardinia & Corsica illius liberalitati referendis, XLVIII. Turbas Aragonias sedare studet, XLIX. Petrum e Luna Archiep. Casaraugustanum de moto bello arguit, L. Regnam Alieonoram ad pacem sollicitat, *ibid.* Mittit internuntios ad extinguendum exorientis bellum inter Castellani, & Aragonium, *ibid.* Petrum Regem monitis informat, LI. Exortum inter Castellani, & Navarrum bellum repellit, LII. Florentinis ob partam de Scaligero victoriam gratulatur, LIII. Aquilejensem Patriarcham, ut Venetis adversus sciligerum faveat, admonet, *ibid.* Bononienfes ad officium revocare studet, LV. Philippo Regi Francorum preces pro Treverensi Archiepiscopo porrectas respuit, LVII. Sua eidem Treverensi jura permittit, LIX. Internuntios legat pro asserendo Henrico Archiepiscopatui Moguntino, LX. Pacis formulam cum Ungariæ & Boemiæ Regibus a Polono initam damnat, LXI. Fraticellos inter Minoritas agentes, legibus coacti jubet, LXIII. Ad restituendam Minoritarum religionem disciplinam plures leges sancit, LXII. & c. Gallorum Regem Ludovici reconciliationem retardare anitentem repellit, 1337. II. Proponit quæ sequantur inde mala, *ibid.* Illi & Roberto consultum fore respondet, *ibid.* Bavarum, ut cum Gallo pacificatur fœdus, horatur, III. Henricum ducem, inferioris Baviaræ in gratiam cum Ecclesia restituit, V. & *seq.* Eduardo Regi Angliæ coeundi cum Ludovico Bavaro fœderis potestatem negat, VII. & *seq.* Gallum præmonet, quas in eum Germani coitiones cum Anglo consent, XI. Consultit, ut cum Anglo pacem instaurat, XIV. Duos Cardinales Legatos ad pacem promovendam decernit, XV. Eisdem ad imperandas inducias, auctoritate instruit, XVI. Et ad restituendam ordinis ecclesiastici libertatem in Gallis, & Anglia, XVII. & c. Describit singulas injurias contra ecclesiasticam dignitatem illatas, *ibid.* & XVIII. Edwardum admonet, ut sacerdotalem dignitatem tueatur, XX. Duos Archiepiscopos ad extinguendas primas belli faces mittit, XXI. Indictionem decumarum revocat, *ibid.* Exactas jam restitui sacerdotibus jubet, *ibid.* Philippum postulante, ut Gallicæ decumæ avertantur in belli Anglici sumptus, repellit, XXII. Datum Philippo insigne responsum, *ibid.* Admonet illum jurisjurandi præstiti, *ibid.* Ne illudat orbi Christiano, *ibid.* Nefaria pacta a Leone Rege Armenia inita cum Soldano rescindit, XXIV. Internuntios ad Lusitanum & Castellani conciliandos mittit, XXV. Ordinum conventus in Aragonia pro turbis sedandis celebrandos curat, *ibid.* Petro Regi de susceptis consiliis gratulatur, *ibid.* Judicium edictum fert in Bononienfes ob motam in legatum perductionem, XXVII. Iis pœnas graves intentat, XXIX. Magos legibus persequitur, XXX. In lapsis Minoritis conciliandis Ecclesie clementiam explicat, *ibid.* Ad Bosniam ab hæresi exputandam incumbit, *ibid.* Et ad traducendos in sinum Ecclesie Græcos, XXXI. Illius ea de re ad Andronicum Imp. literæ, *ibid.* Spirensis conventus præsulum ini-

quas

quas preces reiecit, 1338. III. Exponit, Ecclesiam non desuisse Ludovico, IV. Abruptum ab eo tractatum concordie, *ibid.* Paratum ad eum instaurandum sedem Apostolicam, *ibid.* Calumnias sparsas a schismaticis confutat, *ibid.* Nil tentatum contra imperium ostendit, VI. Ut pax conciliatur Germanos inter & Gallos postulat, *ibid.* Gallum præmonet, corruptos Anglico auro Germanos, IX. Habita a Ludovico tria comitia, *ibid.* Parari ab eo in Gallos bellum, *ibid.* Nefaria decreta ab eodem Bavaro in pontificiam dignitatem edita, X. Michael, Ochamus, & alii pseudominoritarum a Benedicto catholicam fidem defendere ut ab hæretico provocant ad concilium, XV. Internuntium mittit ad Bavaram, XVI. Ipsum monet, ut divinum timorem animo inferat, *ibid.* Suas lites cum Gallo & Siculo componat, XVII. Consultitur ab Austriaco de hostia in oppido Polka reperta cruentata, XX. Dat Patavienfi Episcopo provinciam, ut ea de re inquirat, XXI. Confugiunt ad eum Præsules Ungari ob immunitatem ecclesiasticam a Carolo Rege Ungariæ oppressam, XXII. Ungarum admonet, ut a cleri injuriis sibi temperet, XXIII. *¶ seq.* Duarum marcharum censum a Lusitano Rege exigit, XXVII. Et ab Aragono duo millia marcharum Sardinia, & Corsica causa, XXVIII. Vetera Romanæ Ecclesie insignia monumenta describenda curat, *ibid.* Aquilejensi Patriarche recuperandi Cenedensis comitatus provinciam dat, XXIX. Bononienfes ad illius obsequium reversi, XXX. Internuntium legat ad recuperandam Bononiæ possessionem, XXXI. Petro Trinacrio, insulam Sicilie apostolicam liberalitate sibi conferri flagitant, censumque pollicenti, repulsam dat, XXXIV. *¶ seq.* Roberto Regi ejus operam imploranti favet, decernitque internuntius, ut insulam recuperet, XXXV. Promulgari jubet ab internuntius, insulam contra fas a Petro Jeteri, XLVI. Imperat, ut restituantur, *ibid.* Solvit Sacramento fidei eos, qui in Petri verba juraverant, XLVII. Et Petro, & sequacibus, ni pareant, censuras obicit, *ibid.* Traducere ad Roberti partes Trinacrios nititur, XLVIII. Aragonium admonet, ne Roberto Regi bellum inferat, *ibid.* Rogat ut Baleari tempus ad clientelare officium præstandum ob Afrorum bellum proroget, XLIX. Bernardi Episcopi Ruthenensis opera inducias inter Castellam, & Lusitanum pangit, *ibid.* Alfonso Castellæ Regi proponit, quantam noxam ex inducâ pellice suscipiat, LI. Hortatur ut in Mauros strenue se accingat, LII. Pacem Anglos inter & Gallos legatorum opera revocare annititur, LIV. Gallum præceptis saluberrimis in rebus asperis præmonet, LV. *¶ seq.* Pacis arbitrum fore se pollicetur Regibus, *ibid.* Proponit concordie rationes, LVIII. Corripit Eduardum Anglum, legati cesareï nomen a Ludovico Bavaro accepisse, LIX. Proponit Joannis XXII. edicta in Bavari studiosos, *ib.* Vetat nondum conciliato adhærescere, LXI. &c. Contraxisse statutas Joannis edictis pœnas admonet, LXV. Solicitat, ut paci se accommodet, LXVII. Leodienses ad constantiam adversus Bavaram confirmare nititur, LXIX. Cyprio Regi partem de Turcis victoriam gratulatur, LXXII. Insignem Imperatoris Tartarorum legationem excipit, LXXIII. Eiusdem Imperatoris literæ ad Benedictum, LXXIV. Rogatur ut præfulem mittat in Tartariam, *ibid.* Commendat Tartaro Christianos, LXXV. Orat, ut ecclesiarum condendarum potestatem faciat, *ibid.* Christianis in Tartarica aula agentibus fidei orthodoxæ formulam transmittit, LXXVIII. Usbeckum Tartarorum aquilona-

rium Imperatorem, & alios principes ad fovendos Christianos hortatur, LXXX. Decernit legatos Minoritas ad fidem amplificandam apud Tartaros, *ibid.* Coercet nonnullos Armenos hæreticos, *ibid.* Collegium Cardinalium auget, LXXXI. Suos non promovet, LXXXII. Eiusdem eo argumento sententia insignis, *ibid.* Ludovicum Bavaram ad redintegrandam cum Ecclesia concordiam excitat, 1339. II. &c. Illi Aragonum Rex armorum vim adversus Ludovicum offert, VI. Eiusdem in Ludovicum clementia, VII. Gallum & Siculum Reges sollicitat, ut lites suas cum Ludovico componant, VIII. Bavaram admonet, ut a Gallo, & ecclesiis opprimendis abstat, *ibid.* Rescindit edicta Eduardi Angli adversus Cameracenses, IX. Eundem admonet, ne Bavari susceptis partibus, constitutas edictis pontificiis pœnas contrahat, *ibid.* *¶ seq.* Gallum revocat, ne irrumpat in Germaniam adversus Ludovicum, 1339. XIII. Admonet, ne certaminis alex res suas exponat, XIV. Ineunde inter Reges concordie rationem proponit, XV. Eduardi ad eum literæ de correptis Gallicis insignibus, XVII. Illustri ad Benedictum Græcorum legato, XIX. Petium ab iis concilium œcumenicum, XX. Postulati ad Græcos erudendos doctores, XXIV. Quid a Benedicto responsum, XXV. Propositus ab eo unionis faciendæ modus, XXVII. Gallorum Regem de gestis cum Græcis oratoribus certiorum, facit, XXXII. Gratulatur Roberto Regi de Lipari ab ipso hostibus erepta, 1339. LIX. Petrus Rex Aragonum Benedicto clientelare obsequium præfens desert pro Sardinia, & Corsica, 1339. LX. Luchinum Vicecomitem, vacuo imperiali solio, vicarium Mediolani creat, imperato decem millium aureorum, censu, 1339. LXI. Et Scaligeros Veronæ vicarios, *ibid.* Publica de hac re monumenta, *ibid.* *¶ seq.* Pœnitentiam publicam ob casum Episcopum Veronensem ipsis imponit, LXVII. Cogentes ad clientelam pontificiam se conferunt, LXVIII. Ob data Afris contra Christianos a nonnullis subsidia increpat Benedictus Genuenses, LXX. Rogantur, ut se Castellanis conjungant, *ibid.* Castellam & Lusitanum sollicitat ad jungendam mutuo federe arma contra Afris, LXXI. Hortatorias literas ad Alfonso Castellam mittit, *ibid.* Petrum Aragonem ad concordiam cum Baleari sollicitat, LXXIII. Balearum admonet, ut sponsonem clientelarem præstet Aragonio, LXXIV. Viribus imparem succubiturum sub Aragono, LXXV. De parta contra Marrochitanos victoria gratulatur Alfonso, LXXVII. Illi Gundifalvum commendat, LXXVIII. Corripit ob ecclesiasticas opes occupatas, LXXIX. Polonum laudat ob egregia studia in Ecclesiam, LXXX. Votum de precibus nimis fundendis commutat ad Ungari Regis gratiam, LXXXII. Pœnitenti Magno Regi Sueciæ ut Scania ipsi confirmet, possitque Daniam subicere, respondet id sine juris ordine fieri non posse LXXXIV. *¶ seq.* Belgas hortatur, ut ad Galli Regis obsequium redeant, 1340. I. *¶ seq.* Et Eduardum Regem Anglorum, ut Gallica insignia abiciat, IV. Proponit feminas Gallico scepro excludi, *ib.* Eum numquam illud vi occupaturum, *ib.* Corripit ob acceptum a Ludovico Bav. vicariam præfecturam, VIII. Arbitrum se pro pace pangenda futurum pollicetur, *ib.* Argumenta suæ causæ exposita ei ab Eduardo, IX. Ob Anglicum Oratorem captum Galliam interdico subicit Benedictus, XVI. Authores flagitii supplicio afficit, XVIII. Biennales decumas Philippo attribuit, *ibid.* Ejus

petita

petita de advertendis ad Bellum Anglicum. coactis pro sacro bello decumis repellit, XXI. Jurisjurandi religionem exponit, XXII. Secuturas clades ascribendas perjurio, XXIV. Preces inclat pro sopiendo bello Anglico, XXVI. Solicitat iterum Reges ad pacem, XXVII. &c. Monita ab eo data Eduardo, XXX. Eduardi ad ipsum literæ de sanctis induciis, XXXIII. Expositæ ab eodem adversus Philippum querelæ, XXXIV. Eiusdem literæ de Aquitania compromittentis, XXXVIII. Cum Rege Castellæ de sacro in Afris bello gerendo pacificatur, XL. Crucis fideles signari jubet, XLI. Decumas attribuit, *ibid.* De extruendis ecclesiis cultuque divino amplificando transigit, XLII. In rebus asperis Castellam solvat, XLV. Monitis inquit, *ibid.* & XLVI. Genuenses de locata Afris opera increpat, XLVII. Publicas preces pro comparanda de Afris victoria indicit, XLIX. Victori Castellano gratulatur, & Deo laudes perfolvit, LII. Eduardum Hispanorum Regum exemplo ad vertendam in Saracenos arma concitare nititur, LV. Aragonem admonet, ut Judæos, & Saracenos comprimat, LVI. Ne fiat Mahometis nomen proclamari, *ibid.* Præsules in id jubet incumbere, LVII. Sardinicum, & Siculum vestigal exigit, *ibid.* Procumbunt ad illius obsequium Bononienfes, LIX. Beltraminum Episcopum ad ineundam Bononiæ possessionem internuntium decernit, LX. Consultit Romanorum egestati, LXII. Petrum Trinacrie detentorem censuris desigat, LXIII. Philippo Balearis de condendo novo Franciscano sodalicio postulata respicit, LXV. Init cum Italis federa ad intercludendos Ludovico Bavaro aditus, LXVII. Significat Ludovico, si rite illum pœniteat, in gratiam a se admittum iri, LXVII. Objurgat de catholicis vexatis, *ibid.* Papienses ad Ecclesie gratiam redeuntis conciliat, LXIX. Et Vercellenses, Novocomenses, Novarienses, Feltrenses, & Belunenses, LXXI. Censores fidei ad hæreticos in Boemia coercentes instituit, LXXII. Bosniæ principis ad heresim excidendam favet, LXXIII. Ungarum ad ferendam illi operam sollicitat, *ibid.* Curat Tartaricam Ecclesiam, LXXIV. Usbeckum Imp. sollicitat ut fidei propagationi favet, LXXV. Solicitat ad Christi cultum, *ibid.* Ad propulsandos Polonia Tartaros crucifigatam militiam indicit, LXXVII. Parta de Marrochitanis victoria, vexilla transmittit ad illum Castellæ Rex, 1341. I. Gratulatoria ad eum Benedicti literæ, II. Gratulatur Lusitano Regi de triumpho cum Castellano genero societate, III. Crucifigatam militiam contra Afris indicit ad Lusitanos preces, V. Decumas biennales attribuit, *ibid.* Ad cepturizanda Castellam urget, VII. Castellæ Regis literæ ad Benedictum pro Gallo Anglico conciliandis, IX. Belgas provocat, ut in Galli Regis obsequium redeant, X. Ludovicus Bavarus Gallo sermonum ministro gratiam Benedicti exambit, XII. Ludovico Brandeburgensi ob ductam alterius uxorem. censuras intentat Pontifex, XIV. Caroli Moravia Principis vivo patre Boemica corona cingendi jus confert, XV. *¶ seq.* Pragensem Archiep. Moguntini imperio liberat, XVII. Brabantini principis ad Benedictum. legato, XVIII. Mediolanenses a Bavarico Schismate ad Ecclesie gratiam redeunt, XIX. Oraz pœnitentia iis a Benedicto irrogata, XXVI. Flores alie Insulæ urbes conciliatur ab ipso Ecclesie, XXVIII. Judicaria acta in Gibellinos confecta a Joanne XXII. Pontifici

Ann. Eccl. Tom. XXXV.

fice an juri consentiant, jubet discuti, XXVIII. Vicecomites in Romanæ Ecclesie fidem adigit, XXIX. Quibus legibus vacuo augustali solio iis præfecturam imperialem tradidit, *ibid.* &c. Pacem inter Italos principes imperat, XXXIV. Genuenses Roberto Neapolitano conciliare nititur, XXXV. *¶ seq.* Aragonium, ob non persolutum Sardinia censum devinctum anathemate, censuris solvit, XXXVII. Romanæ Ecclesie jura in Delphinatu tueri contra Delphinum, XXXVIII. Polonia Regi de præpagato Christiano in Russiam imperio gratulatur, XL. Cracoviensis Ecclesie privilegia confirmat, XLII. *¶ seq.* Cyprii regni dissensiones pacare nititur, XLIV. Ad pollutantes in Armenia errores excidendos incitabit, XLV. Adhortatur præfules Armenos, ut eos aboleant, XLVI. Celebrent synodum, XLVII. Decretales in ea promulgat, *ibid.* Collapsos Castellani cleri mores restituere in pristinum sanctitatis splendorem conatur, 1342. I. Summa in conferendis dignitatibus ejus integritas, III. Propinquos sua forte contentos esse jubet, IV. Constantem rem divinam promovet, V. Tempus ipsius sedis, *ibid.* Claret miraculis, *ibid.* Insignes elocubraciones edidit, VII. Succedit illi in Pontificatu Clemens VI. *ibid.* Beneficium probe collocatum suo tempore gratiam refert, 1342. VI. Beneficia; hoc est sacerdotia. *Vide* Sacerdotia.

Beneventum ditionis Ecclesiasticæ urbs, 1350. XXII. Eius ager suis limitibus a Clemente definitus, *ibid.* *¶ seq.*

Bernabos Bononiam juris esse pontificiæ profiteatur, 1352. VII. Ob eam occupatam censuris solutus, *ibid.* Quibus legibus illius præfectura ipsi, & aliis Vicecomitibus permittitur, VIII. Neque ab eo neque ab aliis servata fides, X. Bernabos una cum Matthæo, & Galeatio Mediolanensem principatum capessit, 1354. XI.

Bernardus Episc. Ruthenensis creatus Cardinalis a Benedicto XII. 1338. LXXXII.

Bernardus de Turre creatus Cardinalis a Clemente VI. 1342. XXIX.

Bernardus tit. S. Cyriaci Card. legatus in Aragoniam, 1343. XXVII.

Bernardus conditor Sodalitii Montis Olivetani interveniendo suis sodalibus peste correptus moritur, 1348. XXXV.

Bertoldus Episc. Argentinenfis veniam de secuto Bavaro poscit, 1345. XIX. Eius literæ, *ib.* Quæ poena ei irrogata, XXI.

Bertoldus Rorbacensis hæreticus Begardus Spiræ exultus, 1353. XXVII. Eius hæreses, *ibidem.*

Bertoldus Ursinus Senator Romæ faxis obrutus, 1353. IV.

Bertrandus Cardinalis Ebretonensis decernitur nuntius ad Robertum Sicilia Regem in pontificia verba adigendum, 1335. XLV. Et ad Fridericum Regem Trinacrie ad officium redigendum, LII. Ad Bononienfes flectendos ad officium jussus incumbere, 1336. LV. Creatus Cardinalis, 1338. LXXXII.

Bertrandus Patriarcha Aquilejensis admonitus, ut arma cum Veneris jugat, 1336. LIII. Comitatum Cenedensem Romanæ Ecclesie nomine recuperare jussus, 1338. XXXIX. Et eodem nomine Cogenfis oppidi possessionem inire, 1339. LXVIII. Solicitatur de ineundo federe adversus Ludovicum Bavaram cum Tyrolis comite, & Italis, 1340. LXVII. Patavinæ Synodo interest, 1350. XIV. E. translationi reliquiarum S. Antonii, *ib.* In reditu cæsus ab Ecclesia Aquilejensis directoribus, XVI. Eius patria virtutesque, *ibid.* Ut pro tuendis ecclesie juribus

M m m m r i b u s

ribus bella susceperit, XVII. Illius in sacris administrandis pietas, *ibid.* Liberalitas in religiosis ordinibus, XVIII. Opes ecclesiasticas non contanguineis, Sed inopibus tradit, *ibid.* Ipse victorie contra hostes, XIX. In certaminis ardore Deo fundebat preces, *ibid.* Ejus corpus expers corruptionis manet, XX. Ad ejus sepulchrum caelestes editae virtutes, *ibidem.* Suffectus illi in Patriarchatu Nicolaus de interfectis poenas repetit, *ibid.*

Bertrandus S. Mariae in Aquiro Diaconus Card. decernitur Legatus pro Gallo Angloque Regibus ad pacem revocandis, 1337. XV. Orta ex bello mala Regibus exponere iussus, *ibid.* Instruitur auctoritate ad indicendas utriusque Regi inducias, XVI. Ordinis ecclesiastici immunitatem pessumdatam in utroque regno instaurare jubetur, XVII. *¶ seq.*

Bertrandus Cardinalis Episc. Othensis A. S. L. ut a Bononiensibus populari seditione pulsus sit, 1337. XXVII. Latum in Bononienses ob id iudicium edictum, *ibidem.* Ad Aragonem & Balearem Reges conciliandos missus, 1344. XXXV. Mittitur in Italiam legatus, 1346. XLIV. & LX. In Neapolitano regno legationem gerit, 1347. XII. Jubetur de Andrea Regis interfectis supplicium sumere, *ib.* Nicolaum Laurentium comprimere, XVI. Eundem monet officii, XIX. Contumacem tribunatu deturbat, XXI. Damnat Sententia haereses, *ibidem.* Percellit anathemate in publico ordinum coetu, 1348. XIII.

Bertrandus e Baucio creatus Dux auxiliaris exercitus Smyrnarum profectus, 1345. II. De Andrea interfectis supplicium sumit, 1347. X.

Bertrandus Episc. Senecensis Regem Castellae admonet ut casto thoro se contineat, 1355. XXIX. Illum una cum Padilia, & Castris percutit anathemate, *ibid.*

Bertutius Dux Venetorum junctus armorum fovere in Turcas, 1343. VII.

Birellius Carthusianorum Praepositus ob sanctitatem a Cardinalibus vocatus ad pontificatum, 1352. XXV. Disturbata a Talayrando Card. ejus electio, *ibid.* Post mortem claret miraculis, *ibid.* Pœnitens facti Talayrandus Carthusiano ordini monasterium condit, *ib.*

S. Birgitta praedicit magno Regi paranti expeditionem in Russos imminens discrimen, ni solo pietatis studio bellum gerat, 1348. XXIV.

Boemia infestata haeresi pseudoapostolorum, 1340. LXXII.

Boleslaus Dux Rossiae catholicus a Russis necatus, 1340. LXXVII.

Boleslaus Dux Cracoviae, & Sandomiriae Cracoviensem Ecclesiam magnis privilegiis donavit, 1341. XLII.

Boleslaus Dux Suidnicensium petitus bello a Boemo Rege, 1345. XVI.

Bonagrata pseudominorita commentarium nomine Treverensis Archiep. cudit in Pontificem, 1334. XXXI.

Bonifacius VIII. ut jure S. Caesitini acta revocaret, 1341. LXXXIV.

Bononia. Bononienses pulso Bertrando legato rebelant in Pontificem, 1334. XVII. Ob contumaciam objugati, 1336. LV. Latum in eos iudicium edictum, 1337. XXVII. Recensita in legatum rebellionis facinora, *ib.* Obiectae iis poenae, XXIX. Pro venia petenda oratorem mittunt, 1338. XXX. Profitentur Bononiam juris esse pontificii, *ibid.* Pristina Ecclesiae jura restituant, *ib.* Missus internuntius ad incendam Ecclesiae nomine urbis possessionem, XXXI. Fidei Sacramentum nuncupant, *ibidem.* Ad officium revocati, 1340. LIX. & c. Decreti ab his oratores, *ibid.* Iterum profitentur Bononiam

juris esse pontificii, *ibid.* Praecipuae leges propositae, *ibid.* Enatis difficultatibus extracta, reconciliatio, *ibid.* Demum perfecta, *ibidem.* Annum centum octo millium aureorum paciscuntur, *ibid.* Solvuntur censuris, LX. Beltraminus ad sedem Bononiensem traductus, LXI. Bononia ad Mediolanensem tyranni tutelam translata, 1350. VI. Eam juris esse pontificii profitentur Vicecomites, 1351. XXXI. Bononiensis praefectura iis tributa a Clemente VI. Vicecomitibus, 1352. VII. & c. Quibus legibus, *ibid.* Eam sibi arrogat Joannes Olegianus, 1355. XXV.

Bosnia infesta haeresi, 1337. XXX. Ad excindendam ex ea haeresim Banus incumbit, 1340. LXXIII.

Bradalis Seditionis in Legatum Cardinalem auctor, Bononia pulsus, 1337. XXIX.

Brandeburgensis Marchio, ad eum spectat scriptum imperiale, tenere dum coronatur Caesar, 1349. XIV.

C

Caelestinus V. Papa. De ejus rescriptis subreptis, 1341. LXXXIV. Ut vir sanctus male gesta revocare voluerit, *ibid.* Bonifacii VIII. de his diploma instauratum, *ibid.*

Cassa obfessa a Tartaris, 1343. XXII.

Calicis usus concessus a Clem. VI. Duci Normanniae, 1344. LXII. Et ejus uxori, *ibid.* Et Philippo Regi Reginae Franc. *ibid.* Duci Burgundiae, 1345. XXXII.

Callistus Patriarcha Mattheum Cantacuzeni filium corona cingere detrectat, 1354. XXX. Pellitur a Cantacuzeno, *ibid.* Subrogatus illi Philotheus, *ibid.*

Calo Joannes Imperator. *Vide,* Joannes Palaeologus.

Calvinus. Ejus impudentia in mendaciis de Joanne XXII. confingendis, 1334. XXXVIII.

Cameracenses bello periti ab Anglo, 1338. LXXXI. Quis praetextus accessus, 1339. IX. Ut recessus sit a Pontifice, *ibid.*

Canonizatio sanctorum. Qui ritus servari soliti in tribuendis cuiuspiam sanctorum honoribus, 1347. XXXIV. & c. Ut peragenda primum inquisitio, *ibid.* Illius acta publicamittenda Pontifici, *ibid.* Horum examen tribus Cardinalibus committendum, XXXV. Ut excipiantur dicta testium, *ibid.* Vocentur in consilium praeterati, XXXVI. Designentur qui eo argumento conciones habeant, *ibid.* Deligantur Cardinales, qui ecclesiasticum officium instituant, XXXVII. De coetu celebrando, *ib.* Supplice oratione habenda ad Pontificem, *ib.* Danda indulgentia, XXXVIII. Ornanda solemnium pompa, *ib.* Indicendis precibus, *ib.* Decantando hymno, *Veni Creator,* XXXIX. Formula decernendi cuiuspiam sanctorum honores, *ib.* Concinnanda postea Deo laudes, *ibid.* Inter sacra fit mentio ejusdem sancti, *ibid.* Ad solum Pontificem spectat cuiuspiam sanctorum cultum decernere, 1351. XVI.

Cantacuzenus. *Vid.* Joannes Cantacuzenus, Captivi. Veniae spes ad eos redimendos stipem erogaturis proposita, 1344. LXIX.

Cardinales creati a Benedicto XII. 1338. LXXXI. Qui ritus in creatione Cardinalium servari soliti, XXVII. Consultitur sacer senatus de creandis novis Cardinalibus, LXXXIII. Deque eorum numero, *ibid.* Privatim quoque expendantur singulorum consilia, *ibid.* Exponuntur creandorum nomina, & merita, *ibid.* De imponendo iis silentio, LXXXV. Ritus in dando pileo, *ibid.* De apertione oris, LXXXVI. Quando dentur tituli, & annuli, *ibid.* Formula committenda Ecclesiae, LXXXVII.

LXXXVII. Cardinalium creatio facta a Clemente VI 1342. XXIX. Ludovici Bavari ad Cardinales literae, 1344. II. Secunda creatio Cardinalium facta ab eodem Clemente VI. 1344. LXVIII. Pontificiae ad Atrebatensem de collato ei sacrae purpuree iure datae lit. *ibid.* Tertia creatio, 1348. XXXVI. Quarta Cardinalium creatio, 1350. XLVII. Uni eorum rubens pileus missus, XLVIII. Cardinales in conclavi iniquas leges ad commoda sua aucupanda, contrahendamque pontificiam auctoritatem condunt, 1352. XXV. Ex postea ab Innocentio VI. rescissae, 1353. XXIX. *¶ seq.* Castigatus ab eodem Innocentio Cardinalium luxus, XXXI. Cardinales vacuo sacrosancto solio Apostolico de Romano tantum Pontifice creando agere possunt, *ibid.* Cardinales ab eo creati, 1353. XXXII.

Carelei neophyti a Ruthenis ob fidem susceptam dirissime vexati, 1351. XXXIV. Ad eos tuendos indicta crucifignata expeditio, *ibid.*

Caro humana. Caforum carnibus vescuntur Tartari, 1352. VI.

Carolus Rex Ungariae. Cadenti in acie adversus infideles indulgentiae propositae in gratiam Caroli Regis Ungariae, 1334. XXVI. Item Ungaris eum securis, *ibid.* Gloriosum de infidelibus triumphum refert, 1335. LVI. Gratulatur ipsi Pontifex, *ibid.* Pacem inter Boemum & Polonum Reges conciliat, *ibid.* Queruntur de eo praefules Ungari apud Benedictum XII. Immunitatem ordinis Ecclesiastici labefactari, 1338. XXII. Monetur a Pontifice, ne ingratum se in Deum, a quo tot ornatu est Victoriis, exhibeat, XXIV. Ejus filius Ludovicus a Polono Rege heres renuntiat, 1339. LXXXI. Tribus Filiis tria regna destinat, *ibid.* De insigni ejus pietate in Deiparam, LXXXII. Ut in rebus asperis divinitus adiutus sit, *ibid.* Ejus votum commutatum, *ibidem.* Commendatae illi Ecclesiae, LXXXIII. Secutus eum & dimicatur contra impios propositae indulgentiae, 1339. LXXXIII. Solicitatur ad ferendam. Bano opem pro excindenda e Bosnia haeresi, 1340. LXXXIII. Illius mors, & elogium, 1342. XXVIII. Succedit ei Filius Ludovicus, *ibid.*

Carolus Dyrrachinus Princeps praefectus exercitui in Trinacriam a Roberto Rege immisso, 1338. XLVIII. Res parum prospere ab eo gesta, *ibid.* Mariam Joannae Reginae sororem sibi fraude thoro junxit, 1343. LXXXIII. Exivium inde sibi parit, *ibid.* Ludovico Regi Ungariae se subicit, 1348. I. Ferro caditur, *ibid.* Queritur Pontifex inique casum, *ibid.* & 1349. IV.

Carolus IV. Imperator prius Marchio Moraviae. De eo Boemica corona cingendo pater de liberat, 1341. XVI. Una cum patre ad Sedem Apostolicam accedit, 1346. XVIII. Permittit controversias cum Polono, Ungaro, & Neapolitano Regibus arbitrio Pontificis, *ibid.* Varias pactiones init pro comparando imperio, XIX. Illius sacramentum, *ibid.* Instaurat pollicitationes ab Henrico avo praestitas, *ibid.* Spondet acta Ludovici Bavari se rescissurum. XX. Non occupaturum ditionem ecclesiasticam, *ibid.* Siciliam Sardiniamve non affectaturum, *ibid.* Non ambiturum urbis imperium, *ibid.* Nec ditionem ecclesiasticam, *ibidem.* Abiturum urbe eadem die, qua coronam acceperit, XXI. Abrogaturum iniquas Henrici sententias, XXII. Non administraturum Italiam, nisi postquam Caesar confirmatus fuerit, *ibid.* Una cum patre illaturum Ludovico bellum, XXVI. Pontificia in eum edicta mandatorum operi, *ibid.* Illius & parentis literae aliae, XXVIII. Si

bellum non successerit, belli sumptus non repetiturum, *ibid.* Promissum ex arcano illi a Clemente VI. imperium, XXIX. Rogat Pontifex Principes electores, ut Carolum evehant ad imperium, XXX. Eligitur Rex Romanorum, XXXI. Gratulatoriae ad eum Clementis literae, XXXII. Monetur, ut Italos ad suas partes pelliciat, XXXIII. Bannae in agro Coloniensi corona Germanica redimitur, *ibid.* Confirmatur a Clemente, XXXIV. Exactum ab ejus oratoribus sacramentum, XXXVI. Imbuatur praecipuis optimis a Pontifice, XXXVII. Missus ad eum internuntius pro superioribus sponsonibus instaurandis & exigendis, *ibid.* Apud Leodium fufus, XXXVIII. E Cresciaca pugna evadit, XLII. De patre casto ipsum solator Pontifex, *ibid.* Rata habet inita cum Clemente conventa, 1347. III. Edicta in Ludovicum Bavaram confirmat, *ibid.* Pontificiam ditionem se non affectaturum spondet, *ibid.* Nec Siciliam, Sardiniam vel Corsicam, *ibid.* Non ditionis ecclesiasticae urbes, Romamve, IV. Egressurum ex ea eadem die, qua imperialia insignia acceperit, V. Convellit Henrici sententias, *ibid.* Opem Pontificis rebus promittit, intrusosque ejecturum, *ibid.* Provinciam & Pedemontio consulit, VI. Condonat Pontifici Guelphorum injurias, *ibid.* Veterum Imperatorum sponsones firmatas cum Ecclesia instaurat, 1347. I. In Pontificia verba jurat, *ibid.* & II. Bellum gerit cum Ludovico Bavari filio, VIII. Ejus res Ludovici Bavari morte confirmatae auctaque X. Sequaces Ludovici, proposita venia, ad obsequium Caroli provocati, *ibid.* Solicitatur a Pontifice, ut in Italiam descendat, *ibid.* Academiam Pragae excitandam curat, XI. Vocatur in iudicium a Nicolao Laurentio, XVIII. Germaniam suae ditioni subiicit, 1348. XV. Qua forma Germani in illius obsequium adacti, *ibid.* Eduardum illi opponere tentant, nonnulli, XVI. Eduardo abeunte, deseritur tyrannis Frederico Misnensi, XX. Carolus eum sibi pactione devincti, *ibid.* Pseudominorita Carolo infensi, XXI. Ducit expeditionem in Ludovici Bavari haereses, *ibid.* Gancherus Schwarzburchensis illi opponitur ab adversariis, 1349. XII. Eundem & adversarios principes sine sanguine fuso in suam potestatem redigit, XIII. Ganchero nonnulla oppida attribuit, XIV. Insignia imperialia a Ludovico Brandeburgensi accipit, XIV. Caroli adversarii qua formula ab Ecclesia conciliati, XV. Nicolaum Laurentium carceri mancipat, 1350. V. Rogatus a Clemente VI. vincitum illum transmittit Avinionem, *ibid.* Italiam ad recuperanda jura caesarea ingredi meditatatur, 1351. XXX. De eo in Vicecomites concitando agitatum, *ibid.* Illius metu Joannes Vicecomes ad pontificium obsequium redit, XXXI. Germanos morum suavitate, & beneficiis sibi devincti, 1353. XVII. Innocentium VI. ad Ecclesiam feliciter regendam hortatus, vicissim ad imperium pie gerendum excitatur, *ibid.* Poscit, ut Wratislaviensis Ecclesia Pragensi subiciatur, sed repulsam patitur, XVIII. Ad imperiale insigne suscipiendum se comparat, 1354. V. Varia ejus itinera, *ibid.* Lutemburgensem comitem duicali apice insignit & Barensem comitatum marchionali fastigio exornat, *ibid.* B. Otilia reliquiarum partem ab Argentiniensi Episcopo accipit, *ibid.* Componit Germanicas res, *ibid.* Italiam ingressus a principibus imperii honorifice excipitur, *ibid.* Missis oratoribus, legatos Cardinales ad conferendum illi augustale insigne decerni flagitat, VI. Annuit ejus petitis Innocentius

Papa, VII. Solicitatur, ut cœleste imperium exarbiat, VIII. Tres patriarchæ decreti ad ferream coronam illi imponendam si Mediolanensis Archiepiscopus muneri deesset, IX. Pacem init cum Vicecomitibus, 1354. XI. Pisani se illi subiciunt, *ibid.* Mantuæ de Venetis cum Genuensibus ad pacem redigendis agitatur, XII. Ab Innocentio impetrat, ut festus dies de cruce, clavo, & lancea instituantur, XVIII. Ut eas sacras reliquias Pragæ detulerit, *ibid.* Et plura alia sanctorum Iplana, *ibid.* in Ecclesia S. Ambrosii corona ferrea redimitur, 1355. I. Etruria se illi subicit, *ibid.* Gibellinorum ipsum adversus Gaelpios asperare molientium consilia repellit, *ibid.* Lustrat urbis ecclesias, II. A Petro Episcopo Othienis imperialibus ornamentis insignitur, III. Pontificiæ literæ de ritibus in augustali inunctione servandis, V. usque ad XIV. Spondet prætermissa in illius pompa ob Pontificis absentiam in Pontificiæ dignitatis damnum non verum iri, XIV. Confirmat omnia promissa antea facta, XVI. Eadem die qua coronatus urbe digreditur, XVII. Urgetur a Romanis ut urbis imperium corripit, *ibid.* Sacramenti religionem commodo suo præfert, *ibid.* Senas fratri Nicolao Aquilejensi Patriarchæ tradit, XVIII. Insuper ab aliquo coniuuratis appetitur, *ibid.* Insidiatoribus affectis supplicio, ab it, *ibid.* Marquardum Episcopum Augustensem Pisis præficit, *ibid.* Marchionem Montisferrati Italici regni proregem dicit, *ibid.* Repetit Germaniam, *ibid.* Ut auxilia pontificiæ legato ad Romanæ Ecclesiæ jura repetenda a tyrannis submisserit, XIX. Professus sit, se pro Ecclesia bellicos labores subiturum, *ibid.* Actæ illi ab Innocentio VI. gratiæ, *ibid.* Ungariæ Regem Venetis conciliat, XXIV.

Carolus Martellus Andree occisi posthumus. Principes Neapolitani solemniter ritu sceptri hæredem agnoscunt, 1347. XII. Transmittitur in Ungariam, 1348. V.

Carolus Rex Navarræ cognomento Malus Joannæ matri in regno succedit, 1349. XXVI. Carolum regis Castellane principem, immisissis scariis, ex invidia interficit, 1353. XV. Ab Innoc. IV. monetur officii, ut Socii Regis Francorum gratiam sibi conciliet, 1354. XIX. Cum Anglo adversus foceram exitalia consilia agitatur, *ibid.*

Carolus Castellane regis princeps a Rege Navarræ ex insidiis cæsus, 1353. XV.

Carraria Patavium sibi subicit, 1337. XXVI.

Casimirus Rex Poloniæ. Inita ab eo concordie formula cum Boemiæ & Ungariæ Regibus a Benedicto XII. damnata, 1336. LXI. Commendatus ipsi ordo Ecclesiasticus, LXII. Russiam debellat, 1340. LXXVII. A Russis in eum exciti Tartari, *ibid.* Indicta a Benedicto cruce signata militia pro fulciendo Casimiro contra Tartaros, *ibid.* Propulsat Tartaros, LXXVIII. De Pomerania iterum litem movet, 1341. XXXIX. De adiuncta Poloniæ Russiæ superiore gratulatur illi Pontifex, 1341. XL. Transigit cum cruciferis de controversiis terris, 1343. XXXIX. Pomeraniam iis permittit, Cujavia, & Dobrina receptis, *ibid.* Monitus ne Cracoviensem Ecclesiam opprimat, 1344. LXVI. Tartaros Russiæ propulsat, 1344. LXVII. Bellum gerit cum Boemo, 1345. XIV. Ad eum conciliandum internuntius pontificiis missus imperatque induciæ, *ibid.* Inclinat ad Ecclesiæ hostes, seque excusat, XV. Ad concordiam cum Boemo revocatus, XVI. Templum in eo loco excitat, in quem Eucharistia abjecta cælesti luce fulserat, 1347. XXXI. Prosperam in

Russiam expeditionem init, 1349. XXIV. Lithuanos ad tractatum de amplectenda fide Christiana adducit, *ibid.* Gratulatoriæ ad eum Pontificis literæ, XXV. Habenas impudicitie laxat, *ibid.* Monitus officii a Sacerdote mergi illum flumine jubet, *ibidem.* Versa inde in calamitatem illius felicitas, *ibid.* A Tartaris vexatus Ludovicum Regem Ungariæ evocat, 1351. XXXIII. Lithuaniam obterit, capitque ducem Keistutum, *ib.* Obsistit, ne Wratislaviensis Ecclesia Pragensi subiciatur, 1353. XVIII. De Baricka Sacerdote necato, & adulteriis veniam supplex poscit, *ibid.* Ut multis calamitatibus ob hæc flagitia fuerit implicatus, *ibid.* Amplissimis juribus plures ecclesias locupletat, *ibid.* Placato Divino Numine ad pristinam felicitatem efflorescit, *ib.* Adversus Tartaros & Lithuanos bellum Sacrum indici ab Innocentio VI. poscit, 1354. XXV. Plocensem principatum adiungit Poloniæ, *ibid.* Ad Ungaro conciliatur cum Boemo, & quibus legibus, 1355. LVI. Illum inter & cruciferos exortæ novæ discordiæ, *ib.* De egregio in Ecclesiæ studio commendatur, 1339. LXXX. Regis Ungariæ filium Ludovicum sceptri Polonici heredem decernit, 1339. LXXXI.

Catalana societas conciliata Ecclesiæ, 1341. LXXXII.

Catholicos Armenorum. Benedicti XII. ad eum literæ de excindendis erroribus, 1341. XLVI. Transmissus ad ipsum libellus continens Armeniorum errores, XLVIII. Cujusdam Catholici errores, & factus, 1341. LXIX. &c. Catholici eligendi ritus inductus a Sapore idololatra, 1341. LXIX. Confirmationem ab Rege petit, *ibid.* Vestigal eidem pendit, *ibid.* Ab eodem exautoratur, *ibid.* Idem creat vel deponit Episcopos pro pecunia, *ibid.* Vide Armenii.

Cenecensis comitatus vestigalis Romanæ Ecclesiæ a Bertrando Patriarchæ Aquilejensi recuperare justus, 1338. XXIX.

Censores fidei instituti in Galliis, 1351. XXXVII.

Censuræ Ecclesiasticæ sprete ab Armeniis hæreticis, 1341. LXIII. Contra censuram ecclesiasticarum contemptores decretum, 1346. LXXIX. Judicio hæreses postulari iusti, *ibid.* Chalabi Turcarum Princeps annuas cum Clemente VI. inducias pacifertur, 1349. XXX.

Chalcedonense concilium reprobatur ab Armeniis, 1341. L.

Charitas non evacuatur, sed augetur in beatis, fide, & spe desinentibus, 1336. VII. Negavit Guido Augustinianus eam, si vera sit, deperdi posse, 1354. Damnares ejusmodi errorem cogitur, *ibid.*

Chius ab imperatore Constantinop. occupata, 1337. XXXIV. Erepta Græcis a Genuensibus, 1346. LXIII.

Chorea. Divina ultio in Episcopum choream agentem, 1352. XXXI.

Christma. Modus consuecendi christmatis apud Armenios, 1341. LXVI. Non potest per simplicem sacerdotem rite & debite consecrari, 1351. XII.

Christophorus Rex Daniæ a suis pulsus, 1339. LXXXIV. Scania, eo assentiente, conjuncta Sueciæ, LXXXV.

Christus. Ut angeli sint inferiores humanitate Christi, 1336. XV. Eidem subjecti, *ibid.* Armeniorum error circa distinctionem naturarum in Christo, 1341. L. Fabulantur circa ejus descensum ad inferos, LIII. Euty-chis errorem sequuntur de humanitate indeitatem conversa, LV. Negatur in eo nonnulli humanam animam, LVI. Blasphemia de mortua in eo divinitate, LVII. In una sola persona Christi sunt duæ naturæ, 1351. IV.

IV. Hæretici sunt, qui unicam naturam in eo constitunt, *ibid.* Macarius hæretiarca unam voluntatem, & operationem altrubeat in Christo, *ibid.* Vartan hæretiarca Armenius blasphemavit, Christum secundum humanitatem esse æqualem Deo Patri, *ibid.* In fine abest secundum humanitatem a perfectione, quam habet secundum divinitatem, VIII. De modo unionis naturæ Verbi ad naturam humanam quæstio, IX.

Christi corporis festum. De eo ab Urbano IV. instituto &c. 1344. LXIII. Propositæ illud celebratur indulgentiæ, *ibid.* Audæ a Clemente VI. *ibid.*

Christi passionis meditatio. Vide, Passionis Christi meditatio.

Circumcisio. Circumcisionem negant in Christo Armenii, 1341. LXIX.

Clavus. In clavi, lanceæ, & crucis honorem festus dies institutus, 1354. XVIII.

Clemens VI. prius Archiep. Rothomagensis missus a Benedicto XII. ad extinguendum bellum inter Francorum & Anglorum Reges exortum, 1337. XXI. In summis rebus adhibitus a Francorum Rege, 1338. LXXXI. Creatur Cardinalis, *ibid.* Benedicti Papæ ea de re literæ ad ipsum datæ, *ibid.* Ante pontificatum dictus Petrus Rogerus presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei succedit Benedicto XII. 1342. VI. Ut prædictus joco illi fuerit pontificatus, *ibid.* Encyclicæ ejus literæ, VII. Duos Cardinales legatos pro Anglis Gallicis conciliandis mittit, IX. Imperandarum induciarum potestatem dat, XII. Belgas ad Gallorum Regis obsequium adducere nititur, XIII. &c. Libertatem Ecclesiasticam collapsam in Angliâ restituere molitur, XV. Guillelmum Cardinalem legatum ad componendas res Italicas mittit, XVI. Et ad jungendos federe Italos principes contra Ludovicum Bavarum, *ibid.* & XVII. Solicitatur a Petrarcha, ut sedem Apostolicam urbi restitueret, XXI. Aymericum Cardinalem legatum decernit in Neapolitanum Regnum, XXII. Obortam inter Balearum, & Aragonium dissolutionem sopire studet, XXV. Eo mittit Andream Cardinalem tit. S. Sufannæ, XXVI. Senatuum Cardinalium auget, XXIX. Crucesignatam expeditionem in Turcas indicit, 1343. I. Pontificiæ de ea literæ, II. Venetum, Cyprium, & Rhodium sibi federe conjungit, IV. Rhodios equites ad instaurandam disciplinam militarem hortatur, V. Quæ classis ab eo comparata in Turcas, V. VI. Martinum Zachariam navibus pontificiis præficit, IX. Regnam Siciliæ sollicitatur, ut jungat arma in Turcas, *ibid.* Urget etiam alios principes, *ibid.* Henricum Patriarcham Constantinopolitanum in exercitu legatum creat, X. Indicit ad belli sacri sumptus decimas, XI. Græcos ad redeundum in sinum Ecclesiæ sollicitatur, XII. Promittit auxilia in Turcas, si damnet schisma, *ibid.* Alexium Megaducem ad Ecclesiæ conjunctionem hortatur, XIII. Et Demetrium despota, XIV. Græcis principibus & populis proponit collapsas ex schismate eorum res, XV. Ejusdem ad Patriarcham literæ, XVII. Redintegrandæ ecclesiæ conjunctionis necessitas illi exposita, XVIII. Adhortatio ejusdem ad Monachos, XIX. Guidonis Armeniæ Regis oratores excipit, XX. Eisdem ad Gallias, & Angliæ Reges dimittit, *ibid.* Religionem apud Tartaros amplificandam curat, XXI. Janibechum Imp. ad eam amplectendam hortatur, *ibid.* Christianorum dissidia studet componere, XXIII. Genuenses a Cypriis invadendis retardat, *ibid.* Gallos inter & Anglos inducias conciliat, missis legatis, XXIV. A-

ragonem, & Balearum reducere in concordiam studet, XXV. Cardinalem tit. S. Sufannæ eo legat, *ibid.* Defuncto Bernardum tit. S. Cyriaci in thermis presb. Cardinalem subrogat, XXVI. Ejus ad Aragonem literæ, ut a Balearibus invadendis abstineat, XXIX. Apud eum Aragonius Rex de Balearibus expugnatis se excusat, XXXI. Bernardo Cardinali legato Armandum Archiepiscopum adiungit, XXXIV. Denarium S. Petri exigit in Silesia, XL. Informat monitis Magnum Sueciæ Regem, XLI. In Ludovicum Bavarum judicariam fert sententiam, XLII. Eam a præsulibus promulgari jubet, LVIII. *o seg.* De creando Rege Romanorum agitatur, LIX. Missi ad eum oratores a Bavaro, LX. Postulat judicio Archiep. Moguntinum, LXI. Ejusdem in eum edictum, *ibid.* Decernit Siciliæ regni administrationem, pupillo Rege, ad Sedem Apostolicam spectare, LXXV. Censum illi Mediolani principes pendunt, LXXXVII. Edicto vetat, ne libelli projiciantur ad Pontificem, *ibid.* Angliæ Regis ad eum literæ, conquirentis data nonnullis Cardinalibus Anglicana sacerdotia, XC. Colendam S. Martialis Aquitanie apostoli memoriam duplici festo decernit, XCII. Insulæ B. Venturini opera ad induenda in Turcas arma concitat, 1344. I. Vetat invadi Græcos, II. Smyrna in Asia ejus auspiciis capta, III. De ea victoria ad Ducem Venetum dat literas, III. Eduardum Regem Angliæ, ut arma vertat in Turcas sollicitatur, IV. &c. Guidonem Regem Armeniæ commonet, ut hæreses in Armenia excindat, VII. Fraticellos errantes in oriente comprimendos curat, VIII. Waldenses supplicio jubet affici IX. Ludovici Bavarici supplices literæ ad eum datæ, X. Ad ipsum Bavarum Ecclesiæ conciliandum paratum se esse profertur, XII. Italicas discordias sopire studet, XIV. *o seg.* Andream Neapolitani Regis nomine insigniendum decernit, XVI. Siculi Regni administrationem Aymerico Legato tradit, XVII. Obicit anathema contra tendentes, *ibid.* Clientelæ sponso a Joanna Clementis legato delata, XVIII. Ad Gallorum Regis preces regni procuracionem legato admittit, XXX. Joannam præceptis ad gerendum optime regnum instruit, XXXI. Joannam admonet, ut viro morem gerat, XXXII. Soadet, ut cum Trinacriis inducias ineat, XXXIII. Ad Aragonem, & Balearum in concordiam adducendos incumbit, XXXIV. Aragonem ad Clementiam in Balearum explicandam sollicitatur, XXXVII. Fortunatarum insularum Principem creat Ludovicum Hispanum, XXXIX. &c. Ludovicus illius beneficiarium se profertur, XLV. Lusitanus Rex ad Clementis gratiam jure in eas Insulas cedit, XLVIII. Cedit etiam Castellanus, L. Algezira episcopatum instituit, LI. Angliæ Regem ob jus pontificium in sacerdotiorum collatione oppugnatum corripit, LV. De pace inter Scorum, & Anglum agitatur, LX. Et inter Anglum ac Gallum LXI. Concedit usum calicis Duci Normanniæ, LXII. Festum diem corporis Christi instaurat, LXIII. Pragæ Archiepiscopatum instituit, LXIV. Pragensi Archiepiscopo inungendi Regis Boemiæ jus confert, LXV. Vetat ecclesiasticos ad certamen singulare evocari, LXVI. Auget Cardinalium senatum, LXVIII. Daturis stipem pro captivis Saracenicis servitute liberandis indulgentias impertitur, LXIX. Novum Legatum, novisque duces in cesorum Smyrnæ locum subrogat, 1345. II. Gallum Regem conquirentem, Gallos in Turcicum bellum averti arguit, III. Franciscum Archiep. Cretensem vicelegatum creat, V. Nepotem ex sorore sub-

submittit adversus Turcas, VI. Præficit expeditioni Delphinum Viennensem, *ibid.* Caffæ obfessæ supplicias ferre jubet, VII. Delphinum Viennensem in Galli Regis primogenitum transfusum confirmat, VIII. Italos ad Turcicam expeditionem commovet, *ibid.* Eduardum admonet, ut trophæa de Turcis potius, quam de Gallis statuatur, IX. Ad pacem cum Philippo ineundam sollicitat, X. Duos Card. Legatos ad illos in concordiam redigendos mittit, XI. Præmittit his Hugonem Archiep. Bifantinum, XII. Apud ipsum Balearis de crepto regno conqueritur, XIII. Monet Aragonium, ut clementer agat cum fororibus, *ibid.* Guillelmum interuentium ad Boemiam, & Poloniae Reges conciliandos mittit, XIV. Imperat inter eos inducias, *ibid.* Polonium præmonet, ne cum Ludovico Bavaro fœdus jungat, XV. Et Ungarum, XVII. Gallum pro Bavaro conciliando preces repertentem edocet, Bavaram ipsum promissis resistisse, XVIII. Argentinensem Episcopum a Ludovico Bavaro discedentem in gratiam admittit, XXI. Quam illi poenitentiam imposuerit, *ibid.* Genuenses inter se conciliari nititur, XXII. Ad Galli Regis preces Joannæ pupillæ administrationem Regni Neapolitani permittit, XXIII. Rescindit profusas ejus donationes, *ibid.* Joannam admonet, ut viro se conciliet, neve coronationem differat, XXIV. Leges quibus Andreas corona cingendus sit, præscribit, *ibid.* Illius necem luget, XXIX. Joannam ad secundas nuptias inconspicua Sede Apostolica transire vetat, *ibid.* Rogatur a Massiliensibus, ut de Andreae interfectores supplicium sumat, XXX. Duci Burgundie communionem sub utraque specie permittit, XXXII. Indicit publicas preces ad avertendas publicas calamitates, XXXIII. Ludovicum Bavaram damnatum anathemate promulgari jubet, 1346. I. Illius inconstantiam, ac fraudes exponit Austriaco, *ibid.* Promotam sincere ejus reconciliationem profitetur, II. Fert in eundem decretoriam sententiam, III. Principes electores novum creare Cæsarem jubet, IX. Brandeburgensem electionis jure excludit, XI. Henricum Archiepiscopatu Moguntino deturbat, XII. &c. Subrogat in ejus locum Gerlacum, XVII. Reditorum ad Ecclesie obsequium formulam præscribit, *ibid.* Boemum ac Polonium Reges ad concordiam revocare nititur, XVIII. Cum Joanne Rege Boemiarum pro transferendo in ejus filium imperio pacificatur, XIX. Gallo oranti, ut reconciliaret Bavaram cum Ecclesia, illum inconstantem fuisse respondet, XXIX. Principes electores rogat, ut Carolum evahant ad imperium, XXX. Renuntiato Cæsari illud ipsi confirmat, XXXIV. Internuntium mittit ad eundem, ut sacramentum fidei ab eo exigat, XXXVII. Gallum Regem de oppressis ecclesiasticis arguit, XXXIX. Belgis ob violatam pacem censuras infligi jubet, XLIII. In Andreae Regis Siciliae interfectores fert sententiam, XLV. Poscentem Ludovicum Ungarum, ut in fratrem Stephanum Siciliae Regnum transmitteretur, reicit, LII. Non exuendam Joannam antequam convicta sit, LIV. Talayrandum Cardinalem a calumnia vindicat, LVI. Purgat se de Andreae necel LVIII. Imperat inducias inter Infubres, LIX. Bertrandum Cardin. ad abruptendos Ludovico Bavaro in Italiam aditus legatum mittit, LX. Castellano biennales decumas concedit, LXI. Tractat cum Græcorum Imperatrice de submittendis auxiliis, LXIV. Negat tractandum cum Cantacuzeno, *ibid.* Nova contra Turcas submittit auxilia, LXV. Pe-

tunt Turca a Clemente inducias, LXVI. In Armeniam ad restituendam religionem mittit internuntios, LXVII. Armeniorum Catholicorum ob professum orthodoxum dogma gratulatur, LXVIII. Inter infideles amplificationem fidei curat, LXX. Archiepiscopum Seleucia ob hæresim circa paupertatem Christi sparsam in oriente judicio postulat, *ibidem.* Franciscanos arguit negligentiae in puniendis Fraticellis, *ibid.* Acta synodi Posonienfis celebrata a Gentile olim Cardinale confirmat, LXXII. Carolus Romanorum Rex sacramento fidei in illius verba adactus, 1347. II. Nicolaum Laurentium multa in Urbe novantem comprimentum suscipit, VII. Sollicitat Carolum, ut in Italiam descendat, *ibid.* Ad ejusdem gratiam Pragæ academiæ instituit, VIII. De interfectorebus Andreae Regis supplicium sumi jubet, X. Joannam admonet, ut sapientum, non juvenum sequatur consilia, *ibid.* Imminente Ungaro Neapolitani Regni administrationem deserit, & cur, XI. Mutuo fœdere Neapolitanæ Regiæ principes adversus Ungarum conjungendos consulit, *ibid.* De Pace inter Joannam & Aragonios Trinacriæ detentores agit, XII. Ditionis Ecclesiasticæ arces adversus Nicolaum Laurentium milite muniri jubet, XV. Et illum a Legato Cardinale coerceri, XVI. Romanos ab ejusdem Nicolai partibus divellere nititur, XVII. Enumerat illius facinorosa, *ibidem.* &c. Exoritur inter Genuenses, & Venetos bellum extinguere studet, XXII. Eduardum a bello Gallico ad Sacrum traducere nititur, XXIII. Venetos ad conjungendas vires cum Armeniis contra Babylonios hortatur, XXVIII. Constantinum Regem Armeniæ ad excidendos errores hortatur, XXIX. Stephano Regi Rasciæ ad Ecclesie gremium redire meditati paternum suum explicat, XXX. Ivonem sanctorum catalogo adicit, XXXII. &c. Quos servavit ritus, XXXIV. &c. Translationem S. Ivonis celebraturis indulgentias impertitur, XL. Postulata Ludovici Regis Ungariæ contententis pontificia autoritate sibi Neapolitanum regnum tradi, reicit, 1348. III. Cardinales constituit ad cognoscendam Joannæ causam, IV. Mulcere Ludovicum nititur, V. Dyrrachinum Ducem culpa procuratæ Andreae necis liberat, VI. Talayrandum Cardinalem ab imposito crimine excusat, VII. Ungarum monet, ne favet Nicolao Laurentio, X. Varias concordie pactiones Ludovico proponi jubet, XI. Avenionem a Joana precio emit, XII. Nicolaum Laurentium tribunitiæ potestati Urbis inhiantem comprimit, XIII. Urgeri judicio jubet ab Anibaldo Card. A. S. L. *ibid.* Ad fugam ex Italia adigit, *ibid.* Castellæ Regi ostendit, posse externos episcopatus in ipsius regno præfici, XIV. Præscribit formulam ejurandi Bavariæ schismatis, XV. In Henricum Moguntinum exautoratum legum severitatem distringit, XVI. Arguit Minoritas, ipsos Bavariæ schismati favere, XXI. Ludovici filios non nisi expiato crimine recipiendos in gratiam contendit, XXI. Mitti Minoritas in Cumaniam jubet ad evangelium propagandum, XXIV. Cantacuzeni Imperatoris orientis legationem de conciliandis ecclesiis excipit, XXV. Socias in Turcas vires spondet, *ibid.* Mittit Legatos ad Cantacuzenum pro adducendis ad Ecclesie finem Græcis, XXVI. Retinendam adversus Turcas Smyrnæm constituit, XXVII. Præfecto Smyrnenfi de Turcis debellatis gratulatur, XXVIII. Asiaticorum legationem de Syria liberanda excipit, XXIX. Fideles ad conficiendam sacram expeditionem sollicitat, *ibid.* Plurimo igne

igne adversus lucem utitur, XXXII. Percussis peste sacramentariis recepturis indulgentias proponit, *ibid.* Vetat Judæos ad Baptismum cogi, XXXIII. Viros religiosos fundendis precibus vacare jubet, XXXIV. Petrum Rogerium nepotem, qui postea in pontificatu Gregorii XI. nomen tulit, Cardinalem creat, XXXVI. Guidonem Cardinalem legatum in Ungariam mittit pro Rege Ludovico placando, 1349. I. Ad pœta, & querelas Ludovici respondet, III. Gur Joannam & principes pontificio judicio reservat, *ibid.* Queritur Carolum Dyrrachinum Ducem injuria casum, IV. Excusat se de Joana recepta, V. Negat conferre Ungaro Neapolitanum regnum jure beneficiario, VI. Alias concordie rationes cum Ungaro agit, VII. Restituit Trinacriæ ad tempus sacrorum usum, IX. Pacem inter Vicecomites & Genuenses conciliat, X. Oborientes inter Genuenses & Venetos lites sedare nititur, *ibid.* Jubileum recurrente quinquagesimo quoque anno celebrandum constituit, XI. Carolo Regi Romanorum de parta victoria gratulatur, XIII. Sacramentum exigat a Germanis, Cæsarem ipsos non nisi a sede Apostolica confirmatum agnituros, XV. Guillelmo Ochaonio poenitenti ejurandi erroris formulam proponit, XVI. Flagellantium sectam damnat, XIX. &c. Censuras religiosis sectam illam ineuntibus obicit, XII. Eam factionem dissipat, *ibid.* In Lithuaniam Polonos concionatores mittit, XXIII. Keisturam Ducem Lithuanie ad fidem amplectendam sollicitat, XXIV. Regem Poloniæ admonet, ut vitam impudicam emendet, XXV. Internuntios ad Anglos, Gallosque conciliandos mittit, XXVI. Eduardum orat, ne populi reliquias, quæ pestem evasere, cadibus obiciat, *ibid.* Indulgentias impertitur iis, qui peste correptis inserviunt, vel sacramenta subministrant, *ibid.* Italos rogat, ut maritimas vires ad ferendam opem Castellæ Regi instruant, XXVII. Monet a Rege Cyprio, mitti sicarios a soldano Babylonio ad interficiendos Reges Christianos, XXXIX. Ob occidentalium disensiones cum Turcis pacificatur inducias, XXX. Ab Imperatoribus Constantinopolitanis sollicitatur de instaurando in eos bello, XXXI. In liberationem adducit, an indulgentia anni jubilei iis conferenda, qui Romam accedere non potuerant, 1350. II. Quibus legibus eam impertierit, *ibid.* Nicolai Laurentii, Urbis tyrannidem affectantis, conatus infringit, IV. Eum a Cæsare captum ad se transmitti jubet, V. Judicio hæreses eundem urget, *ibid.* Detinet in Avenionensi carcere, *ibidem.* Maximam ditionis ecclesiasticæ partem amittit ob non restitutam Italiam sedem, VI. Joannem Archiep. Mediolanensem ob invalam Bononiam edicto percellit, VII. Et Pepulos, XII. Italos principes ad fœdus in tyrannum sollicitat, *ibid.* Mantuanos ad Ecclesie obsequium reverts excipit, XIII. Quam iis poenam imposuerit, *ibid.* Guidonem Card. Defuncto Anibaldo Cardinali Guidonem in Neapolitana legatione substituit, XXV. Initas ab Ungaro concordie pactiones servatum iri, spondet, XXVI. Internuntios Constantinopolim mittit, XXIX. Petenti Cantacuzeno synodum universalem annuit, XXXII. Cantacuzeni oratores excipit, *ibid.* Armorum fœdus contra Turca redintegrat, XXXIII. Raimundum Episc. Morinensem legatum creat, XXXIV. Genuenses sollicitat, ut vires facient

in barbaros, *ibid.* Rogat, ut dissidii cum Venetis causas præcidant, *ibid.* Queritur Armenios omnes suos errores nondum posuisse, XXXVII. Subsidiarium aurum contra Sacracenos dat, *ibid.* Urget occidentales principes, ut Constantio Regi Armeniæ ferant opem, XXXVIII. Conciliare ipsos annuitur, *ibid.* Joannem Regem Francorum de parentis morte consolatur, XXXIX. Delphino Viennensi uno die subdiaconatum, Diaconatum, & Sacerdotium confert, XL. Alfonso Regis Castellæ invicti Ecclesie pugilis mortem luget, XLII. Illius filium successorem ad regias virtutes hortatur, XLIII. Lusitanum Regem de læso jure ecclesiastico corripit, XLIV. Arguit Aragonem tyrannidem barbaram exercentem in apostolicum internuntium, XLIV. &c. Ad abolendos veteres Armeniorum errores incumbit, 1351. I. Conqueritur, missos internuntios nitida responsa in controversis fidei articulis non elucisse ab Armeniis, II. Pluribus interrogationibus a Patriarcha Armeniorum exprimere veritatem, eamque constabilire nititur, III. &c. Constantinum Regem sollicitat, ut catholicam ad fidem nitide exponendam adigat, XVIII. Rhodios equites laboranti Armeniæ opem ferre jubet, XIX. Græcorum errores e Serbia, Dalmatia, & Macedonia excindere annuitur, XX. Smyrnensem Archiep. ob conjectam in periculum Smyrnæm judicio postulat, XXI. Plangit Venetorum ac Genuensium dissidiis sacrum in Turcas bellum dissolvi, XXII. Patriarcham Gradensem ad Venetos, & Genuenses conciliandos mittit, XXIII. Eisdem ad mutuam pacem, propositis malis inde emersuris, hortatur, XXIV. Ab eo postulat veniam Rex Aragonum de non soluto sardico censu, XXVI. Eiusdem literæ, *ibid.* Judicarium edictum in Mediolanensem, Bononiensem occupantem, edit, XXVII. &c. Ad societatem armorum principes Italicos vocat, XXIX. Quid Etruscis de Mediolanensi responderit, *ibid.* De Germano Cæsare in Italiam vocando eisdem consulit, XXX. Tyrannus Mediolanensis ad eum oratorem mittit pro impetranda pace faciendisque injuriis, XXXI. Siciliae Reginam Joannam absolvit, XXXII. Crucisignatam expeditionem in Poloniam adversus Tartaros promulgari jubet, XXXIII. Et in Suecia adversus Ruthenos XXXIV. Anglos conciliare Gallis nititur, XXXVII. Censuram fidei in Gallis creat, *ibid.* Correptus morbo profertur si quid ex linguæ præcipitis lapsu contra fidem dixisset, id a se revocari, XXXVIII. Gregorii constitutionem de conclavi temperat, XXXIX. Pacem inter Ungariæ Regem, & Neapolitanum initam confirmat, 1352. I. Remittit Ungaro acceptam in occupato regno Siciliae injuriam, II. Guillelmum Bracharensem Archiep. mittit ad Ludovicum Sicula corona cingendum, III. Præscribit leges Ludovico in regia dignitate dotali jure suscipienda, III. Decernit, moriente sine liberis Joana, regnum ad Mariam & liberos devolutum iri, IV. Et si filio ex Joana extincta suscepto superstes sit Ludovicus, ipsum regno potiturum, V. Provincias ex Tartaris ferro comparandas Ungaro adjudicat, VI. De occupata Bononia veniam ab eo postulant Vicecomites Mediolanenses, VII. Ut erepta ecclesie restituros sponderint, *ibid.* Bononiensem præfecturam imposito duodecim millium aureorum vectigale tradit, VIII. Sponsones alie Clementi a Vicecomitibus præstitæ, IX. Abusi illius clementia Vicecomites tyrannidem proferunt in ditionem ecclesiasticam, X. Tyrannos Joannem e Vico, Franciscum Ordellaffum & Man-

- Manfredios designt anathemate, XI. Venetos & Genuenses inter se conciliare studet, XII. Aragonum Regem paci adversantem flectere tentat, XIII. Internuntios ea de causa mittit, *ibid.* Collocat ab eo post secutas clades curæ, XIV. Illius ad adversarum partium oratores responsum, XV. Castellanos admonet, ut Compostellæ principatum Archiepiscopo restituat, XVI. Anglum, jus ecclesiasticum labefactantem, officio admo-ner, XVII. Erga eum veniam deprecantem judiciorum severitatem temperat, XIX. Guidone Cardinalem pro conciliando Anglo Gal- lis mittit, *ibid.* Insectatur hæreticos, XX. Rite procuratus sacramentis pie moritur, XXI. Edificia a Clemente condita, *ibid.* Quanta cura pacis studia promoverit, *ibid.* Inimicum, a quo olim fuerat male affectus, be- neficio prosequutus sit, XXII. De tenacissima ejus memoria, XXIII. Ut Synodum œcume- nicam cum Græcis celebrare decrevisset, XXIV. Ejus corpus ad monasterium Casadei trans- latum, *ibid.* Ab hæreticis superioribus se- culis exultum, *ibid.* Succedit illi in pontifi- catu Innocentius VI. XXVII.
- Cœmeterium Callixti, 1342. XXI.
- Cogienfes Romanæ Ecclesiæ se dedunt, 1339. LXVIII.
- Colonnenfes ad urbis portas a Nicolao Lau- rentio cæsi, 1347. XXI.
- Commendæ a Benedicto XII. abrogatæ, 1335. LXVII. Tum ab Innocentio VI. Et quæ de causa, 1352. XXXII.
- Communio. *Vid.* Calicis usus. Eucharistia.
- Compostella. Archiepiscopi Compostellani im- perio obnoxia, 1352. XVI. Alfonso Rex te- stamento cavet, illius jura restituenda, *ibid.* Monitus Petrus filius a Clemente VI. ut id operi mandet, *ibid.*
- Conciliabulum Constantinopolitanum. In eo er- ror de Thaborio lumine increato stabilitus, 1341. LXXI. *Vid.* Pseudosynodus.
- Concilium. Provocatione ad Concilium adver- sus Pontificem, defendentem orthodoxam fi- dem, ut adversus hæreticum abusi pseudomi- noritæ, 1338. XV. Concilium œcumenicum postulant Græci ad dirimendas controversias, 1339. XIX. Concilium Lugdunense sine alio Concilio non exceptum iri, proponunt, XXI. Proposta valida argumenta de cele- brandi concilii œcumenici necessitate, XXVIII.
- Iterum concilium œcumenicum ex latinis Græcisque pro instauranda ecclesiarum con- junctione petitur a Cantacuzeno, 1350. XXXI. Cur ante a Benedicto XII. repulsa hujusmodi postulatis data, postea admiserit ea Clemens VI. XXXII. & 1352. XXIV.
- Concilium Posonense. Ejus acta a Clem. VI. confirmata, 1346. LXXII. Quæ fuerint illa, *ibid.*
- Concilium Patavinum a Guidone Card. celebra- tum, 1350. XIII.
- Conclave. Gregorii XI. lex de conclavi a Clemente VI. ad Cardinalium gratiam mit- tigata, 1351. XXXIX. Cardinales in conclavi de viro sancto extra eorum collegium cre- ando Pontifice agunt, 1352. XXV.
- Concubinarii. Decretum in concubinarios ma- xime clericos, 1346. LXXVII.
- Conellanenses, *Vid.* Cogienfes.
- Confessionis sacramentum comprimi jussi infidi exhomologeseon interpretes, 1335. LXVI. Lapsus poenitentiae sacramentum datum, 1338. LXXIX. Depravatum ab Armeniis, 1341. LX. Corruptela in propalando confessionis sa- cramento, LXIII. Alii circa remissionem peccatorum errores, *ibid.* Armenii raro con- fiteantur secreto & singillatim, 1341. LXIX. Formula absolutionis apud eos incerta, *ibid.*
- De potestate solvendi & ligandi male sen- tiunt, *ibid.* Si errores & alii in synodo ab ipsis damnati, LXX. Ut sacramentum po- nitentiae profanarint Flagellatores hæretici, 1340. XIX.
- Confirmatio obsolevit apud Armenios, 1341. LXVIII. Confirmandi potestas conferri pres- bytero potest a solo Romano Pontifice, 1351. XII. Latinorum confirmatio ab aliquibus Græ- cis damnata, XX. & 1354. XXVI.
- B. Conradus. Ejus mors apud Neros, 1351. XL. Locus, in quo moriebatur, luce cir- cumfusis, *ibid.* Claruit miraculis, *ibid.* E- jus reliquiae centesimo sexagesimo post anno suavissimum odorem spirarunt, *ibid.* Resti- tuta pluribus ægris valetudo, *ibid.*
- Consanguineorum amor neglectus, *Vid.* Amor in consanguineos divino amore victus.
- Consolator Armenius ad edendam fidei confes- sionem in controversis fidei articulis paratum se offert, 1353. XXV. Ad eum Nerfes Ar-chiepiscopus missus, *ibid.*
- Constantia Regina Armeniae illatas a Soldano clades Benedicto XII. exponit, & opem de- precatur, 1336. XI.
- Constantinopolis occupata a Cantacuzeno, 1347. XXV. Obsessa a Genuensibus, 1352. XIV.
- Constantinopolitanum Imperium. Constantino- politanus Imperator in Synodo præsidere au- det, 1341. LXXII. Patriarcharum creatio- nem sibi arrogat, LXXXI. *Vid.* Græci.
- Constantinus Armeniae Rex ad excidendas er- rorum reliquias sollicitus, 1346. LXVII.
- Ajaciæ de Saraceno manibus recuperare nititur, 1347. XXVIII. Opem illi sub- mittere cogitur Pontifex, *ibid.* A Gallia & Angliæ Regibus frustra auxilium postulat, *ibid.* Urgetur ad excidendos errores, *ibid.* Opem adversus Saracenos exposcit, 1350. XXXVII. Ad eum missi internuntii pro excidendis Armeniorum erroribus, *ibidem.* Gallos Anglosque urget, ut illis ferant opem, XXXVIII. Solicitatur, ut catholicos ad fi- dem nitide exponendam adigat, 1351. XVIII.
- Contemplari. Contemplandi ratio insana, & diabolica inventa a Simeone Abbate, 1347. XXV. *Vid.* Passiois Christi meditatio.
- Corona. De tribus coronis, quibus cinguntur Cæsares, 1354. IX. & X.
- Corporis Christi festum. *Vid.* Christi Corporis festum.
- Corfica a Genuensibus occupata, 1347. XXII.
- Cracoviensis Ecclesia. Ejus privilegia confir- mata, 1341. XLII. XLIII.
- Cruceata sive Crucesignata expeditio. Benedicti XII. studia pro expeditione Asiatica urgenda, 1335. XXX. XXXI. XXXII. & 1340. XLI. Irrito exitu promulgata assert Armeniis in- gentes clades, 1335. XXXII. Sumptum a Cypriis prudens consilium in extrahenda ejus promulgatione, XXXV. Indicta contra Afros irrupentes in Hispaniam, 1340. XLI. In- dicta a Benedicto Pontifice in Mauros, 1341. V. In Turcas a Clemente VI. 1343. II. III. & 1344. I. & c. Et 1345. VIII. In Tartaros, 1351. XXXIII. In Ruthenos, XXXIV. In- Lithuanos ab Innocen. VI. 1354. XXV.
- Cruciferi ab Ungariæ Rege Carolo conciliati Casimiro Regi Poloniae, & quibus legibus, 1335. LVII. Subortæ dein novæ lites, *ibid.* & 1341. XXXIX. Tragunt cum Casimiro, 1343. XXXIX. Lithuanos magna clade fun- dunt, 1340. XXIII.
- Crudelitas. Navarrae Regis crudele facinus, 1353. XV. Francisci Ordclassi savitia in sacer- dotes, 1355. XXI. Et in filios, *ibid.*
- Crux. Particula sacri ligni apud Imperatorem asservari solita, 1354. XVIII.
- Cumani Fidem Christianam amplectuntur, 1348. XXIV.

E

XXIV. Ad eos erudiendos missi Minoritæ, *ibid.*

Cuno Falkensteinus Henrico Moguntino exau- thorato se conjungit, 1346. XVII. Conci- liatus Gerlaco Archiepiscopo Moguntino, 1353. XVII. Treverensi Archiepiscopatu po- nitur, *ibid.*

S. Cuthers prædicit Davidi Regi Scotiae cla- dem, ni suorum sacrilegia coereret, 1346. XLIII.

D

Dæmones. De eorum statu, an in aere ver- sentur & torqueantur, variae sententiæ, 1335. XIV. Dæmon specie amassit illudit scem- inæ, illique funestam mortem assert, LVIII. Dæmones docent miseros Christum in Eu- charistia sacramentum non existere, LIX. Hor- ridam concitant tempestatem, 1343. LXXXV. Eorum impetus coercent sancti, *ibid.*

Dalmatæ erroribus Græcorum inquinati, 1354. XXVI. Ad eos ad Ecclesiæ catholicæ finem revocandos missi ab Innocentio VI. inter- nuntii, *ibid.*

Damnati. Animæ impiorum post mortem in infernum projectæ, 1336. XIII. Probatur ex Christi oraculo, *ibid.* Damnati post judicium acerbis cruciandi, 1336. XV. Eos a Christo liberatos fabulantur Armenii, 1341. LIV. *Vid.* Infernus.

David Rex Scotiae plenas officiorum literas scri- bit ad Clementem VI. 1344. LX. Pontifi- cia ad illum monita, *ibid.* In Angliam ir- rumpit, & prælio sulcus capitur, 1346. XLIII. Includitur carcere, *ibid.* Ejus clades sacrile- giis ascripta, *ibid.* S. Niniani ope curatur, *ibid.*

Decretales. Eas in Armenia promulgari jubet Benedictus XII. 1341. XLVII. Parent Armenii præfules, LXX. David pseudomonachus fingit, divinam essentiam a beatis videri non posse, sed quandam lucem ab ea manantem, 1347. XXVI.

Delphinatus ab Humberto Delphino in Gal- liarum Regis primogenitum translatus, 1344. LXII.

Demetrius Græciæ despota ad conjunctionem cum Romana Ecclesia inclinat, 1343. XIV.

Denarius. Accipientium denarium evangelica- interpretatio, 1336. XIII.

Denarius S. Petri. *Vid.* S. Petri denarius.

Deodatus e Gozono Rhodiorum equitum ma- gister sociale in Turcas bellum gerit, 1346. LXV. Ad ferendam Cantacuzeno contra Tur- cas opem sollicitus ab Innocentio VI. 1353. XXIV.

Deus. Veritates fuisse ab æterno, quæ non- sint ipse Deus, damnatur erroris, 1340. LXXII. Armeniorum error quod videri nec ab Angelo, nec ab homine beato possit, 1341. LI. De distinctione inter ejus essen- tiam & attributa sive operationes concertant Græci, 1347. XXV. & *seq.* Divinitatem corpoream esse fingit Palamas, XXV. Fin- gunt pseudomonachi, divinam essentiam a- beatis videri non posse, XXVI.

Dei visio. *Vid.* Visio beatifica. Beatitudo.

Dionysius Rex Lusitanie. Ut Lusitanos ad ar- tis nauticæ gloriam instructa classe in Mau- ros evexerit, 1341. IV.

Dispensatio canonica. Solvendi leges canonica- cas jus arrogat sibi Ludovicus Bavarus, 1341. XV.

Divinitas. *Vid.* Deus.

Doellum. *Vid.* Singularis pugna.

Dulcinus. Ejus hæretis repullulat, 1335. LXII.

Ecclesia. Quatuor signis veram Ecclesiam notat Barlaamus, 1341. LXXIII. Ejus unitas demonstratur, 1343. XVII.

Ecclesiæ immunitas seu libertas. Afferenda im- munitati ordinis ecclesiastici navata opera a Benedicto XII. 1337. XVI. & c. Læsa in Un- garia, 1338. XXII. Pontificium pro ea affe- renda studium, XXIII. & c. Cautum a Bene- dicto libertati ecclesiasticæ, 1340. XLIII. Plu- ra ab Anglo Rege contra jus ecclesiasticum pertentata, 1343. XC. Conquisiti ab eo fu- ci ad colorandum facinus, XC. & *seq.* Mo- liuntur aliqui jus ecclesiasticum opprimere in Castella, 1344. LIV. Monetur Rex a Pon- tifice adversus horum furculos, *ibid.* Novat Anglus adversus jus ecclesiasticum, *ibid.* Res- ponsum pontificium, LVI. & c. Monitus Ungariæ Rex, ne jus ecclesiasticum labefa- ciat, 1344. LXVI. Decretum contra inva- sores juris ecclesiastici, 1346. LXXVI. Poenæ in eos statuat, *ibid.* Jus ecclesiasticum in Lu- sitania labefactatum, 1350. XLIV. Monitus Alfonso Rex, ut illud suo splendori restitua- ret, *ibid.* Rex Aragonum graviter jus eccle- siasticum lædit, XLV. Eiusdem in internun- tium apostolicum atrox facinus, *ibid.* Mone- tur a Pontifice, ut respiscat, XLVI. Eduar- dus Anglorum Rex libertatem ecclesiasticam opprimit, 1352. XVII. Monitus a Pontifice ut ab iis temperet, *ibid.* Petita ab eo venia, XIX.

Ecclesiarum Pastores. *Vid.* Præfules

Ecclesiarum res. In eas invadentes divina ultio. *Vid.* Peccata punit Deus.

Ecclesia Romana. *Vid.* Romana Ecclesia.

Ecclesiastici ad certamen singulare vocari ve- titi, 1343. XVII. *Vid.* supra Ecclesiæ immu- nitas.

Eduardus Baliolus Angliæ Regis auxilio fretus Scoticum sceptrum affectat, 1335. XXXVI. Davidem regno pellit, XXXVIII.

Eduardus e Bellojoco egregia facinora in Smyr- næ expugnatione edit, 1344. VI.

Eduardus III. Rex Angliæ adversus Davidem fororium Eduardo Baliolo favet, 1335. XXXVI. Monetur a Pontifice, ut affinitatis jura colat, *ibid.* Irrumpit in Scotiam, & pulso Davide Baliolum inducit, XXXVIII. Petitur bello a Francorum Rege, *ibid.* Monetur a Bene- dicto XII. ut invalescentem in Hibernia super- sitionem comprimat, LX. Quæ fuerint illius cum Philippo discordiarum semina, 1336. XLI. Lites suas pontificio arbitrio committit, XLII. Monitus Philippus ut cum eo foedus ineat, XLII. Rogatus Eduardus a Pontifice, ut vicissim pacem jungat cum Philippo, *ibid.* Mittit ad Gallum oratores, *ibid.* Pollicetur se expeditionis orientalis futurum socium, *ibid.* Ob rescissum a Philippo foedus in eum inardescit, *ibid.* Missi a Benedicto Papa pro eo placando internuntii, *ibid.* Agitant Ger- mani de eo creando Cæsare, 1337. VI. Po- scit coeundi cum Ludovico foederis potesta- tem, repulsaque ei data, VII. Additæ causæ, VIII. Germani de imperiali præfectura in Germania inferiore illi deferenda agitant, XI. Decreti duo Cardinales legati ad eum in con- cordiam cum Philippo revocandum, XV. Ab eo & regis administris jus ecclesiasticum gra- vissime violatum, XIX. Monetur, ut eas in- jurias sarcindas curet, XX. Flandriam bello tentat, XXI. Negatæ Gallo a Pontifice decumæ sacræ in Eduardum avertendæ, XXII. Cum Ludovico Bavaro conjurat in Philippum Regem, LIV. In Belgium applicat, *ibid.* Be- nedictus Papa se pacis arbitrum inter illum, & Gal-

& Gallum futurum pollicetur, LVII. Præfecti caesarei nomen a Ludovico Bavaro accipit, LVIII. Corripitur a Pontifice, *ibidem*. Propositum ipsi plura a Joanne XXII. in Ludovicum lata edicta, LIX. Illum hæresi maculatum, *ibid.* Et schismate, LX. Nefarias leges tulisse, *ibid.* Nondum respuisse, *ibid.* Prohibetur Ludovico nondum conciliato ad hæresim, LXI. Arguitur læsisse ecclesiam, LXIII. *¶* seg. Contraxisse poenas Joannis edictis latas, LXV. Solicitatur, ut paci se accommodet, LXVII. Ne regium decus alterius tituli adjectione contaminet, *ibid.* De ejus in Germaniam accessu, LXVIII. Quem fucum obtenderit, *ibid.* Vires in Cameracenses convertit, LXXI. Ut caesareæ præfecturæ colorem obtenderit, 1339. IX. Rescissus a Pontifice confectus ad Eduardo juris ordo, *ibid.* Ut Cameracum obsederit, X. Admonitus, ne Ludovici Bavari partes sequeretur, *ibid.* Ne propositas Joannis edictis poenas suscipiat, XII. Ad illam a Gallo deviciunt Belgæ, XVII. Insignia Gallica suscipit, *ibid.* Concordiam respuit, XVII. Quanam illius argumenta pro consecranda Gallica corona fuerint, *ibid.* In irum cum Bavaro fœdus excusat, XVIII. Hæresim vocat negare supremam Pontificis auctoritatem, *ibidem*. Arteveldæ consilio Gallica insignia corripit, 1340. III. Flandros fidei Sacramento adigit, *ibidem*. Contendit apud Pontificem, jure se illa insignia accepisse, IV. Monetur, ut ea abiciat, *ibid.* Propositum, feminas in Regno non succedere, *ibid.* In fide non fidendum, V. Philippum annis pluribus possessione positum, VI. Corripitur ob vicariam præfecturam Ludovici nomine susceptam, VIII. De eo censuris percellendo deliberatum, *ibid.* Arbitrum concordie se futurum pollicetur Benedictus, *ibid.* Eidem Pontifici argumenta suæ causæ exponit Eduardus, IX. Primum ex sanguinis proximitate, qua Carolus IV. contingebat, petitur, *ibid.* Respondet ad objectiones de præstata clientelari sponsione, X. Non succedere feminam concedit, natum autem e femina masculum posse succedere contendit, *ibid.* Obtrahit sibi vim illatam in extorquendo dominio, XII. Negat umquam se jurasse in verba Philippi, *ibid.* Ad præjudicia respondet, XV. Præcipuum Gallorum argumentum dissimulat, *ibid.* Illatam ejus oratori injuriam ulciscitur Pontifex, XVI. Insignem victoriam navalem de Gallis refert, XXV. Conjuncto sibi Germanico exercitu Tornacum obsidet, *ibid.* Solicitatur ad pacem, XXIX. Pontificia ad eum monita, *ibid.* Læta exordia tristi exitu corrumpi posse, *ibid.* Infidos esse Belgas, *ibid.* Injuria Gallicum sceptrum deposci, *ibid.* Vel Normanniam ob præscriptionem, *ibid.* Transigendum de Ducatu Aquitano, XXX. Propositum scelus ex Bavari fœdere, *ibid.* Init ad Tornacum cum Philippo inducias, XXXII. Eduardi de iis ad Pont. literæ, XXXIII. Ut oratorum opera, gravissimas in Philippum querelas moverit, XXXIV. Illatum sibi ab eo bellum, *ibid.* Oblatam affinitatem repudiatam, *ib.* Juri se accommodare detrectasse, *ibidem*. Anglicum sceptrum affectasse, *ibid.* Non Aquitaniam modo sine clientelari onere, sed etiam Normanniam expetit, XXXVII. Monitus, ut petitis modum ponat, *ibid.* Mittit acturos de pace ad Sedem Apostolicam oratores, XXXIX. Urgent Galli ut prius Eduardus Gallica insignia abiciat, sed frustra, *ibid.* Solicitatur, ut exemplo Regum Hispaniarum arma vertat in Saracenos, LV. Rogatus ab Alfonso Rege Castellæ ut ferrum stringat in Mauros, 1341. VIII. Pacem ineat cum Gallo, IX. Inducias ex-

trahit, X. Ab ejus fœdere discedit Ludov. Bavarus, XII. Ad eum cum Francorum Rege conciliandum missi a Clemente VI. duo Cardinales legati, 1342. IX. Monitus ne libertatem Ecclesiasticam opprimat, XV. Paciscitur inducias cum Gallo, 1343. XXIV. Ad bellum redintegrandum incumbit, *ibid.* Lædit jus ecclesiasticum, LXXXIX. Querelæ ejus literæ adversus reservationes pontificias, *ibid.* Postulatus judicio demum paruit, XCI. Solicitatur a Pontifice, ut arma vertat in Turcas, quibus Smyrna erepta est, 1344. IV. Plura novat adversus jus ecclesiasticum, LIV. Queritur Norvicensem Episcopatum collationi Apostolicæ reservatum, LV. Clementis ad eum responsum, *ibid.* LVI. Queritur Eduardus, violatas a Philippo inducias, LXI. Contrarium Philippus concedit, *ibid.* Eduardum iterum sollicitat Clemens, ut paci assentiat ad vertenda arma in Turcas, qui Christianos apud Smyrnâ deleverat, 1345. II. Monetur ad sacrum id bellum Christianos divinis prodigiis vocari, IX. Triplici exercitu invadit Gallias, XI. Filium Flandriæ ducem præficere nititur, sed Artevelde tum cæsus est, *ibid.* Missi duos Cardinales legati ad eum Gallo conciliandum, *ibid.* & XII. Monetur, ne jus ecclesiasticum opprimat, XII. Expilat sacras opes, ut eas in Gallico bello dissipet, 1346. XXXIX. Solicitatur ad pacis consilia, XXX. Missi ea de causa Cardinales Legati ad ipsum, *ibid.* Irrumpit in Normanniam, XLI. Eam vastat, *ibid.* Excurrit per Gallias, *ibid.* Insignem de Philippo, & fœderatis Regibus victoriam in agro Cresciaco refert, *ibid.* Caletum obsidet, XLII. Aliam eodem tempore de Scoris suorum opera victoriam reportat, XLII. Item alia prælia secunda gesta in Aquitania ab ejus Ducibus, XLIII. Solicitatur a Clemente VI. ut arma vertat in Turcas, 1347. XXIII. Expositus illi orientis miser status, *ibid.* Præfert ambitionem religioni, XXIV. Sacerdotum opes invadit, *ibid.* Inducias respuit, ni Caletum deditione accipiat, *ibid.* Fugat Gallicam classem, *ibid.* Ea tandem urbe potitur, *ib.* Ejus victorie Anglis funestæ, *ibid.* Componit cum Gallo inducias, *ibid.* In reditu periclitatur, *ibid.* Salutatur Rex Romanorum a nonnullis, 1348. XVI. Respuit fallacem honorem, *ibid.* Monetur a Clemente ne reliquias populi, qui ex peste evasit, cadibus obiciat, 1349. XXVI. Rogatur ut arma vertat contra Saracenos, 1350. XXXVIII. Ejus opem implorant Armenii, *ibid.* Paciscitur inducias, *ibid.* Hispanos cruenta nauvachia vincit, XL. Monitus, ut manus ab ecclesiasticis, veltigalibus temperet, 1352. XVII. Intentatum illi & ministris anathema, *ibid.* Petit veniam, XIX. Frustra illum inter & Gallum tentata concordia, *ibid.* Interprete Guidone Card. cum eo de pace agit, 1353. XV. Electores imperii alium Ludovico Bavaro Cæsarem subrogare jussi, 1346. IX. &c. Parent Pontifici, XXXI. Decernunt, Bavarum jure a Pontifice exautoratum, *ibid.* Si quis censuris devinctus, ut rite eligat Romanorum Regem, absolvendus, *ibid.* Vid. Imperator & Imperium. Eleemosyna. Villaco hiante terra abortio, sola viri eleemosynarii domus stetit, 1348. XXXV. Elias de Nablano Minorita creatus a Clemente VI. Cardinalis, 1342. XXIX. Elias Ungarus fidem amplificat apud Tartaros, 1343. XXII. Elionora Regina Aragonum Alfonsi Regis vidua petita bello a privigno Rege, 1336. L. Pro eo sopiendo missi internuntii Apostolici, *ibid.* S. Eli-

S. Elisabetha Regina Lusitanæ. Pia ejus mors, 1336. LXX. In calicum catalogo ab Urbano VIII. reposita, *ibid.* Episcopalis ordo. Vid. Ordinis sacramentum. Episcopus Algezira conditus, 1334. LI. Episcopatum reservationes pontificio arbitrio stat, LVII. Excitatus Luthomullensis in Boemia, 1344. LXIV. Pragenfis & Halicenfis Archiepiscopali apice insigniti, 1344. LXIV. Episcopi ad alias sedes non transferendi, nisi gravi de causa, 1336. LXII. Episcopo venatori inflicta divinitus poena, 1343. LXXXIX. Episcopos externos præfici posse demonstrat Clemens VI. Regi Castellæ, 1348. XIV. Episcopus choream agens divina vindicta percussus, 1352. XXXI. Vid. Præfules. Ericus dux inferioris Saxonie Ecclesiæ adversus Bavarum favet, 1334. XXIII. Ethom Rex Armenos ad Romanam Ecclesiam traduxit, 1341. LXIX. Evangelium a Cæsare districto gladio lectum, 1348. XV. Eucharistia. Dæmones docent miseros, quibus illuserant, Christum in Eucharistia non existere, 1335. LIX. *¶* seg. Hostia cruore tincta reperta, 1338. XVIII. Dubitatum, an flagitio constata Judæis invidia, *ibid.* Consulutus in eo dubio Pontifex, XIX. Ejus responsum, XX. De transubstantiatione in Eucharistia, 1338. LXXXIX. Abusus Armeniorum in ea pueris danda, 1341. LXVI. Et error circa formam in consecratione Eucharistie, LXVIII. Aliqui apud eos negarunt Christi præsentiam in ea, LXIX. Negant illi vim conferendæ gratiæ, *ibid.* Aquam non miscent vino, *ibid.* Quibus diebus communicent, *ibid.* Superstitiose terram pro Eucharistia accipiunt, *ibid.* II. errores in Synodo ab illis habita damnati, LXX. Inflauratum a Clemente VI. festum Corporis Christi, 1344. LXIII. Eucharistia in meliis ignibus illa fulget, 1345. XXXII. Concessus aliquibus principibus calicis usus, *ibid.* & 1344. LXII. Eucharistia in paludem abjecta caelesti luce circumfulget, 1347. XXXI. Eo in loco conditum postea templum, *ibid.* Propositæ circa Eucharistiam quaestiones Armeniorum catholicorum, XI. Græcorum aliquorum scelus, negantium Eucharistiam in azymo posse confici, consecratamque a Latinis conculantium, 1351. XX. & 1354. XXVI. Vid. Hostia. Viaticum. Eutyches & Eutychiani. Cum iis sentiunt Armenii, 1341. L. LV. LIX. & LX. Excommunicatio. In ea infligenda Armeniorum corruptela, 1341. LXII. Extremæ Unctionis Sacramentum. Armeniorum error circa illud, 1341. LXVIII. Semel in eadem infirmitate conferendum, 1351. XII.

F

Fames. Italia fame laborat, 1340. LXII. Consultit egestati Romanorum Pontifex, *ibid.* Felrenses a Bavarico schismate ad Ecclesiæ gratiam redeunt, 1340. LXXI. Festum. Cathedræ S. Petri festum decernit Clemens VI. transferendum in secundam diem quadragesimæ, cum in primam inciderit, 1352. XX. Fides evacuat in beatis, 1335. XI. Illius reddenda ratio, XXXIV. 1336. II. VI. Pendente apud sedem Apost. fidei controversia, quidquam definire vetitum, 1336. LXVII. In controversiam non vocanda, 1339. XXV. Fidei orthodoxæ formula transmissa ad Tartaros a Bened. An. Eccl. Tom. XXV.

XII. 1340. LXXIV. De illius apud Tartaros amplificatione, XXI. Pro propaganda fide infidelium regnum datum principi catholico, 1344. XXXIX. Christiani XXII. apud Damalcum ob fidem constanter martyrium subeunt, 2351. XXV. Fidei censores instituti in Gallis, XXXVII. Exercendæ inquisitionis fidei necessitas, *ibid.* Vid. Censores fidei. Firmani reconciliati Ecclesiæ, 1340. LXI. Flagellantes seu Flagellatores. Pia eorum initia, 1349. XVIII. Ipsorum ritus, *ibid.* Conficta ab ipsis fabula, *ibid.* Varios sectantur errores, XIX. Absolvunt a peccatis sine potestate, *ibid.* Jactant se pellere dæmones, *ibid.* Multa mala perpetrant, *ibid.* Eorum secta anathemate damnata a Clemente VI. XX. Ad eos coercendos excitati principes, XXII. Flandri moniti a Benedicto XII. ut ad Gallorum Regis obsequium redeant, 1339. I. II. Eduardi Regis Gallica insignia corripientes partes sequuntur, III. Censuris devincti, *ibid.* Beltraminus Apostolicus internuntius ad eos Ecclesiæ conciliandos missus, 1342. XII. Admissum rebellionis crimen fateri detrectant, XIV. Objurgati a Clemente VI. ob violatam pacem, incussaque ipsis censura, 1346. XLIII. In Ludovici comitis obsequium redeunt, *ibid.* Ad Galli Regis obsequia revocati, 1353. XV. Ad eos censuris liberandos internuntii Apostolici missi, *ibid.* Florentini copias Mastini Scaligeri fundunt, 1336. LIII. Pellunt Gualterum Brenensem urbis principatu, 1343. LXXXVI. Pistorium Pratumque occupant, 1351. XXIX. Perunt bello a Joanne Vicecomite, *ibid.* Cum Etruscis & Pontifice arma jungunt, *ibid.* De Carolo in Italiam evocando adversus Vicecomites agitant, *ibid.* Auro Caroli gratiam emunt, 1353. I. Illum multis prædiis fulciunt, *ibid.* Fœminæ non succedunt scepro Gallico, 1340. IV. Confirmatur id exemplis, *ibid.* Respondet Eduardus si non succedat fœmina, mascululum e fœmina natum posse succedere, X. Fontes tres S. Pauli extra Urbem, 1342. XXI. Fornicatio. Effutiant Armenii fornicationem apostasia graviores, 1341. LXX. Fortanerus Patriarcha Gradenfis missus a Clemente VI. ad Genuenses, & Venetos inter se conciliandos, 1351. XXIII. & 1352. XV. Fortunatæ insula. Datus iis princeps a Clemente VI. 1344. XXXIX. &c. Forumlivium a Francisco Ordellafo occupatum, 1335. XXVII. S. Franciscus e morte ad vitam revocat Episcopum Civitatensem, 1343. LXXXVIII. Franciscus primus Volsprensis Episcopus. Quid egerit Constantinopoli, 1334. IV. Franciscus Ordellafo Forumlivium occupat, 1335. XXVII. Et Casenam, 1340. LXI. Indictum illi bellum a Benedicto XII. *ibid.* Ob plures Flaminie urbes occupatas percussus anathemate, 1352. XI. Atrocia ejus flagitia, 1355. XXI. Indicta in ipsum sacra expeditio, *ibid.* Franciscus e Pistorio ob impiam de paupertate opinionem flammis exustus, 1337. XXX. Franciscus Asculanus pseudominorita ad sinum Ecclesiæ redit, 1344. XIV. Qua formula damnarit hæresim, *ibid.* Franciscus Archiep. Cretensis creatus in cruce signato orientis exercitu vicelegatus, 1345. V. In oriente legatus Armeniis opem ferre cum classe pontificia jussus, 1347. XXVIII. Franciscus de Arquata Pseudominorita exustus Avenione ob hæresicos crimen, 1354. XXX. Franciscus Catalusius Joannem Palæologum Imp. Constantinopoli restituit oppresso Cantacuzeno, 1355. XXXII. Lesbon insulam beneficii ergo accipit, *ibid.*

Fracelli sive Pseudominorita a Benedicto repressi legibus, 1335. LXIII. Inter Minoritas se se ingerunt, 1336. LXIII. Oblatrant contra constitutiones pontificias, *ibid.* Coerceri jubentur, *ibid.* & LXIV. & LXVII. Ex iis Franciscus e Pistorio ob propugnatam mordicus hæresim flammis exustus, 1337. XXX. Provocant ad concilium adversus Pontificem defendentem decreta fidei a Joanne XXII. edita ut adversus hæreticum, 1338. XVI. In oriente effusum, Pontificum auctoritatem in ipsos transfusam, 1344. VIII. A Clemente VI. jubentur reprimi, *ibid.* Tolerati a fidei censoribus Franciscanis, 1346. LXX. Pontifici ea de re querelæ, *ibid.* Eos in oriente & occidente judiciaria acerbitate infestatur Innocentius VI. 1354. XXXI. Eorum hypocrisis, *ibid.* Hæresis & blasphemia in Rom. Pontificem, *ibid.* Duo Avenione exusti, *ibid.*

Fredericus Rex Trinacriæ petitur bello a Roberto Rege Neapolitano, 1335. XLIII. Tentatur clementia a Benedicto XII. L. Monitoria ad eum literæ, LI. Arguitur violasse fœdus, *ibid.* Intulisse bellum Calabriæ intermissisq; census solutionem, *ibid.* Intentata illi judiciorum acerbitas, LII. Contra fœdera Petrum filium sceptri heredem relinquit, 1337. XXVI. Ad repetendam ab ejus filio Trinacriam missi interunt, 1338. XXXVI. Ut fœdus cum Carolo II. invenir, *ibid.* Sponderit Trinacriam restitutum iri, *ibid.* Perolutorum se censum ecclesiæ *ibid.* Eosdem hostes, & amicos habiturum, XXXVIII. Ea pactione confirmatum sit fœdus, ut insula ad Caroli hæredes rediret, XXXIX. Multiplici se involverit perjurio, XLII. Invaserit Calabriam, *ibid.* Ludovico Bavaro se conjunxerit, XLIII. Exciderit Trinacriæ usufructus jure, *ibid.* Contra conventa filium Petrum corona cinxerit, XLV. Ipsum scripsit contra fas testamentum heredem, *ibid.* Fredericus Misinensis creatur Cæsar a Carolo IV. æmulis, 1348. XXVI. Tyrannidem pactione deponit, *ibid.* & 1349. XII.

G

Galhardus e carceribus ad Polonos cum cruciferis conciliandos missus, 1334. XXIV. Gaspertus Rex Baleari bellum inferit, 1338. XLIX. Et Castellano, 1339. LXXVI. Ejus filius in acie cæsus, LXXXVII. Gaspertus Episc. Cenetensis ad Græcos in Ecclesiæ obsequium revocandos missus, 1350. XXXVIII. Gentilitii ritus inducti a dæmonibus in Hiberniam, 1335. LX. Genuenses in Ægei mari cum Venetis cruento prælio certant, 1337. XXXIV. Inde lustruosi belli accensa fax, *ibid.* Admoniti, ut comprimant dantes opem Afris contra Christianos, 1339. LXX. Solicitati, ut Hispano se conjungant, *ib.* Arguuntur, Messanensibus obsessis a Roberto Rege commeatu intulisse, 1341. XXXV. Docentur de juribus Roberti, XXXVI. Afros obrerunt, 1342. XXIV. Parant bellum in Cyprios, & retardantur a Pontifice, 1343. XXXIII. Civili discordia impliciti, 1344. XV. Clemens VI. eos inter se conciliare nititur, *ibid.* & 1345. XXII. Cum Venetis exercent inimicitias, 1347. XXII. Ad eas sopiendas incumbit Clemens, *ibid.* Corsicam sibi subjiciunt, *ibid.* Invadunt Sardiniam, *ibid.* Rogati de submittenda classe subsidaria Regi Castellæ adversus Mauros, 1349. XXVII. Ad sociandas vires cum Venetis in Turcas sollicitati, 1350. XXXIV. Rogati, ut dissidii cum Venetis causas præci-

dant, XXXV. Sacrum in Turcas bellum disturbant, 1351. XXII. Gradenis Patriarcha ad eos conciliandos missus, XXIII. Pontifici ad pacem hortatoria lit. XXIV. In belli societatem adversum eos Rex Aragonum accitus, *ibid.* Euboeam oppugnant, *ibid.* Tenedum Græcis eripiunt, *ibid.* Orchanem Turcarum Imperatorem adversus Venetos belli socium sibi adjungunt, *ibid.* Certant contra Venetos prope Constantinopolim cruenta, & ancipiti victoria, 1352. XIV. Rogati a Clemente Papa & Rege Francorum de instauranda pace cum Venetis, *ibid.* Constantinopolim obsident, *ibid.* Cantacuzenum a Venetorum fœdere divellunt, *ibid.* Maxima clade deleti apud Sardinia oram a Venetis & Aragonis, 1353. X. Moniti ab Innocentio VI. ne in adversis concidant animis, pacemque amplectantur, *ib.* Mediolanensem principis clientelæ se addicunt, XII. Carolo Cæsare interprete de pace agitant cum Venetis, 1354. XII. Ob felices successus conventa immutant, *ib.* Parta ab iis de Venetis apud Cenusas insulas insignis victoria, XIII. Venetias terrore complent, *ibid.* Sardinia partem magnam amittunt, XIV. Pacem ineunt cum Venetis, 1355. XXIV. Mediolanense jugum excutiunt, XXV.

Georgius Hervvartus. Inepta ejus defensio pro Ludovico Bavaro, 1343. LIX.

Geraldus Orho Minoritarum Generalis Præpositus perverfis interpretationibus Franciscanæ paupertatis disciplinam laxare nititur, 1334. XLI. Illi resistit Joannes XXII. *ibid.*

Geraldus Minoritarum Magister excidentis e Bosnia hæresi dat operam, 1340. LXXIII.

Geraldus e Guardia creatus Cardinalis a Clem. VI. 1342. XXIX.

Gerlacus Nassoivius in locum Henrici Moguntini exauctorati suffectus, 1347. XVII. Tradita illi formula pro reconciliandis Ludovicis sequacibus, *ibid.* & 1349. XV.

S. Gertrudes divinitus Christi stigmata accipit, 1340. LXXIX. Ad ejusdem preces ob populi concursum clausa, *ibid.* Partam a Willemo comite Hollandiæ victoriam prædicat, 1351. XXXVI.

Gibellini Carolum Cæsarem subornare tentant, sed perverfa consilia repulsa, 1355. I. X.

Gonzaga Mantuam sibi subjiciunt, 1335. XXVII. Gonzalvus Archiep. Bracharensis duarum marcharum censum Romanæ Ecclesiæ nomine a Lusitano Rege exigere jussus, 1338. XXVII.

Gorius Patriarcha Constantinopolitanus a Benedicto XII. missus ad Trinacriam objectis censibus in obsequium Roberti Registrandam, 1338. XXXV. Creatus Cardinalis, 1338. LXXXII. Judiciaria acta instituit adversus Petrum insulæ Siciliae detentorem, 1339. XLIV.

Gotofredus Haricuriæ comes pellicit in Normanniam Anglum, 1346. XLI.

Græca Sanctimonialis visis cælestibus prædita, 1339. XLIII.

Græci. Turcæ in Græcos incurrunt, 1334. I. Joannis Papæ pro Græcis ad Ecclesiæ gratiam revocandis studium, *ibid.* Pontifici ea de re literæ, II. Sumpta a Pontifice ex illatis claudibus convertendi Græcos occasio, III. Decreti ab eo apostolici internuntii, IV. Quid ii egerint, *ibid.* Græcorum sacerdotum infestia, *ibid.* Schismaticorum insana pertinacia, V. Proposita ex Ecclesiarum conjunctione bona, *ib.* De redintegranda cum occidentali orientalis Ecclesiæ conjunctione Andronico imperante, Græci agitant, 1337. XXXI. & 1339. XXXVII. Insignem legationem ad sedem Apostolicam mittunt, 1339. XIX. Qui ea functi, *ibid.* Poscunt consilium, *ibid.* Et auxilia contra Tur-

cas,

cas, *ibid.* Qui modi ad Græcos ad Latino-ram conjunctionem revocandos fingi possunt, XX. Cur non sequatur unio ex missis in occidentem Græcis, XX. & XXI. Justino & Palæologo Imperatoribus processionem Spiritus Sancti ex Patre Filioque professi, XXV. Proposita iis a Benedicto XII. conjunctionis redintegranda ratio, XXVII. Petunt ab eodem Pontifice oecumenicum concilium, eorumque argumenta, XXVIII. Negata Græcis, ni prius redirent ad conjunctionem Ecclesiæ, auxilia, XXXVI. Barlaam Græcorum orator edit commentarium de primatu Romanæ Ecclesiæ, XXXVIII. Idem ostendit, Romanam Ecclesiam secutam consensum patrum Græcorum, & Latino-ram circa processionem Spiritus Sancti, XLII. & 1341. LXIX. Et Eucharistiam in azymo posse confici, LXXIX. Græcorum objectiones refutata, *ib.* & LXXX. Fingunt Græci aliqui lumen Thaborum fuisse increatum, 1341. LXXI. Eorum monachi prædignis pro pietatis studio sectati, *ibid.* Hæresim de Thaborio lumine increato in pseudosynodo asserunt, LXXII. In eorum synodis Imperatores præsidere patiuntur, LXXII. Eos ad conjunctionem cum Ecclesia Romana hortatur Barlaam, LXXIII. Docet ipsos Romanam Ecclesiam vere primatem esse, *ibid.* Ut in Græcia nullus sit verus antistes, LXXVI. De umbratili eorum auctoritate, & infelici servitute, *ibid.* Et impotentia ad celebrandum concilium, *ibid.* De lapsu continuo Græcorum in extremam perniciem, LXXVII. De defectione ad Mahometem, *ibid.* Schismatis Græcorum causæ discutuntur, LXXVIII. Si justæ sunt, debuerant longe ante schisma cœpisse, *ibid.* Concluditur, non datam a Romana Ecclesia causam constandi schismatis, LXXX. Græca Ecclesia redacta in servitutem Imperatorum tyrannide, LXXXI. Ob schisma dejecti & gravissimo Turcarum jugo pressi, 1343. XII. & seq. A Clemente VI. ad Romanæ Ecclesiæ obsequium sollicitati, *ibid.* Promissa iis in Turcas auxilia, *ib.* Proposita ingentia e schismate oborta mala, XV. Pontifici ad eorum Patriarcham literæ, XVII. Primatus Romanæ Ecclesiæ demonstratur, *ibid.* Ut floruerint dum vixere catholici, & emaruerint post schisma eorum gloria, XVI. Missi religiosi viri pro urgendo Ecclesiæ fœdere, XIX. In ipsos verti arma, vetat Clemens, 1344. II. Græcorum extrema infelicitas, 1346. LXV. A Pontifice defenduntur contra Turcas, *ibid.* Cantacuzeni odio Anabaptistæ apud Græcos factionis odio exorti, *ibid.* Græci monachi diabolicis prædignis delusi in eorum contemplationibus, 1347. II. Inficiuntur ab hæresiarum Palama, inducente multas Deitates, 1347. XXV. & seq. Perperam operationem ab essentia divina distinguunt, *ibid.* Et damnant dogmata orthodoxa, *ibid.* Quidam pseudomonachi variis erroribus inquinantur, *ibid.* Polytheiam inducunt, *ibid.* Rescindunt matrimonia, *ibid.* Fingunt Deum a beatis videri non posse, *ibid.* Mutuis dissensionibus in prædam Turcis expositi, *ibid.* De fœdere cum Ecclesia Romana agunt, XXVI. Imperante Joanne Cantacuzeno, instaurata de Ecclesiarum conjunctione actio, 1348. XXV. Missi Constantinopolim ea de causa legati, XXVI. De missa a Clem. VI. ad Græcos legatione, 1350. XXVIII. & c. II ad Ecclesiæ conjunctionem incitati, *ibid.* Ut legati a Græcis excepti fuerint, XXX. Eorum ad Græcos oratio, XXXI. De instaurando ecclesiarum fœdere agunt, *ibid.* Concilium Oecumenicum ex Latinis & Græcis a Cantacuzeno pœtium, XXXI. Promissum a Clemente VI. XXXII. Et 1352. XXIV. Antonius Episcopus Gaje-

tanus ab eodem Pontifice pro revocandis a schismate Græcis missus, XXXII. Ex iis nonnulli baptismum Latino-ram damnant, 1351. XX. Et 1354. XXVI. Data extinguendis Græcorum hæresibus opera, 1351. XX. Græcorum errores, 1354. XXVI. Joannes Palæologus Imp. ad gremium Ecclesiæ reversus de iis ad Romanæ obsequium revocandis agit cum Innocentio VI. 1355. XXXII. & c.

Granatenfes Afros in belli societatem trahunt adversus Castellanos, 1339. LXXVI. Visi magna clade, LXXVII.

Gratia justificans negata ab Armeniis, 1341. LXI.

Gregorius XI. vocatus ante pontificatum Petrus Rogerius, & creatus Cardinalis a Clemente VI. patruo, 1348. XLVI. Ejus ætas & virtutes, *ibid.*

Gualterus Brenensis Florentiæ Dux creatus, 1342. XXII. Pulsus seditione a Florentinis, 1343. LXXXVI.

Gualterus pseudominorita arcana conjurationis in Joannem XXII. administrat, 1334. XXXI. & XXXII.

Guichardus Combornius nepos Clementis V. contra Turcas missus, 1345. VI.

Guido e Bologna creatus a Clemente VI. Cardinalis tit. S. Cæciliæ, 1342. XXIX. In Ungariam legatus missus, 1349. I. Instruitur a Clemente, quid in Neapolitana re acturus sit cum Ludovico, II. & c. usque ad IX. Pavonii synodum celebrat, 1350. XIII. In ea multa ad restituendam ecclesiasticam disciplinam decernit, XIV. Translationem reliquiarum B. Antonii celebrat, *ibid.* Controversias inter Patriarcham Aquilejensem & Ducez Goritiæ componere annitur, XVI. Legationem ad Ungarum detrectat, XXII. Extincto Anbaldo legato, eam cum Guilhelmo Card. suscipit, XXVI. Concordiam inter Ungarum ac Joannam Reginam pacificatur, *ibid.* Legatione functus frustra inter Anglum Gallumque concordiam tentat, 1352. XIX. Ad Gallos, & Anglos conciliandos ab Innocentio VI. missus, 1353. XV. Jussus pacem inter Tarenti Principem & Ducem Andriæ conciliare, XVI.

Guido Rex Armeniae poscit auxilia contra Saracenos, 1343. XX. Data a Pontifice legato orientis imperia, ut cum classe illi succurrat, 1344. VII. Solicitatur ad excidendas errorum reliquias ex Armenia, *ibid.*

Guido e Calma internuntius Pontificis missus a Clemente VI. pro conciliando Ludovico Bavaro, 1344. IX.

Guido Augustinianus effudit, charitatem veram deperdi non posse, 1354. XXXI. Revocat errorem, *ibid.*

Guillelmus Goderius ordinis Prædicatorum Card. Episc. Sabinensis pietate & doctrina insensis, 1336. LXVIII. Tria tetrapla excitavit, *ibid.*

Guillelmus Episc. Albiensis creatus Cardinalis a Benedicto XII. tit. S. Stephani in Monte Cælio, 1338. LXXXII. Legatur in Poloniam, 1341. XXXIX.

Guillelmus de Aura creatus Cardinalis, 1338. LXXXII.

Guillelmus Episcopus Cameracensis peritus bello ab Eduardo Anglo, 1339. IX. Eduardi edicta a Pontifice rescissa, *ibid.*

Guillelmus Episc. Parisiensis congregato Doctorum cœtu, plures errores damnat, 1340. LXXXII. Qui fuerint ii, *ibid.*

Guillelmus tit. SS. IV. Coronatorum Presbyt. Card. ad pacandam Italiam legatus missus, 1342. XVI. Item ad vertenda Italorum arma in Turcas, XVII. Et ad intercludendum Bavaro in Italiam aditum, *ibid.* Ut inducias inter Insubres conciliaret, XIX, 1346. LIX. Guil-

Guillelmus Judicis creatus Cardinalis tit. S. Mariæ in Cosmedin a Clemente VI. 1342. XXIX.
 Guillelmus Card. S. Mariæ in Cosmedin ad Ungarum Joannamque Reginam conciliandos legatus missus, 1350. XXVI. Et in Castellam ad civiles motus componendos, & Regem ab adulterio revocandum, 1355. XXX.
 Guillelmus de Agrifolio electus Cæsar Augustanus creatus Card. a Clemente VI. 1350. XLVII.
 Guillelmus Episc. Chiffimensis missus Constantinopolim ad Græcos in Ecclesiæ suam revocandos, 1350. XXVIII.
 Guncherus Schuvarthiburgensis creatus Cæsar a Carolo IV. adversarius, 1349. XII. Sancit impie, Pontificem secundum omnia jura divina & humana debere subesse imperio, *ibid.* A suis deseritur, *ibidem*. In Caroli potestatem cum filio, & nepote Ludovici Bavari redigitur, XIII. Paucis post mensibus obiit, XIV.
 Gundisalvus Alcantaræ magister insignem de Afris refert victoriam, 1339. LXXXVI. Circumvenitur invidiorum iniuriis, *ibid.* Pro eo tuendo scribit Pontifex, LXXXVII. Flammas traditur, LXXXVIII.
 Gundisalvus hæresiarcha ejus errores, 1352. XX.

H

Hæreses & Hæretici. Novi pullulant hæretici, 1335. LIX. &c. Ad hæreticos excidendos Boemiæ Rex excitatur, LXI. Grafantur in Germania, LXII. Vocant hæretici in Boemia magistros erroris apostolos, 1340. LXXII. In hos instituti censesores, *ibidem*. Hæreses damnatæ Parisiis, *ibidem*. Hæresibus & Bosnia excidendis data opera, LXXIII. Pullulant in Armenia, 1341. XLV. &c. Quamnam ex fuerint, XLIX. ad LXX. Pontificium in iis excidendis studium, *ibid.* Hæresis de Thaborio lumine increato orta apud Græcos, LXXI. Ob adhesionem cum hæretico principe exautoratus Henricus Moguntinus Archiep. 1343. LXI. Fraticelli in oriente effluunt, Pontificum Romanorum auctoritatem in eos transfusam, 1344. VIII. Hæretici dicti Neophyti in Sicilia repressi iusti, IX. Acerbe actum in Insabria contra suspectos de hæresi, *ibidem*. Nicolaus Laurentius male sentit de primatu Romanæ Ecclesiæ, 1347. XIX. Romanam Ecclesiam, & civitatem Romanam idem esse contendit, *ibid.* Palamas, male distinguens divina attributa a divina essentia, multas divinitates committitur, 1347. XXV. *Œ seq.* Hæresis, peccati auctorem Deum fingens, damnata, 1347. XXV. Onphaloplychorum hæresis, *ibid.* Palamas hæresim Massalianam instaurat, *ibid.* Divinitatem corpoream fingit, *ibid.* Et Thaborium lumen increatum, *ib.* Item plures deitates supereminentes & demissas, *ibid.* Creatur a Schismaticis Archiep. Theſsalonicensis, *ibid.* Nuptiæ a pseudomonachis dissolutæ, *ib.* Flagellatorum hæresis sine potestate a peccatis absolvit, 1339. XIX. *Œ.* Flagellatores. Hæreses confictæ a Vartam hæresiarcha Armenio, 1351. IV. Hæresis Macarii, voluntatem unam & operationem in Christo attruentis, *ib.* Falſo jactant novatores, cum ipsis sensisse Armenios, XVIII. Posita in Gallis adversus hæreticos tribunalia *Œ.* Censesores Fidei. Hæreses Græcorum, XX. & 1354. XXVI. Gundisalvi Hispani, 1352. XX. & Bertoldi Rorbacensis, 1353. XXVII. Pseudomonitorum sive Fraticellorum, XXX. Guidonis Augustiniani, 1354. XXXI. Hæreses in Macedonia & Ralicia, 1354. XXVI. Novæ hæreses in Anglia adversus merita bonorum operum, 1355. XXVIII. Et circa

peccatum originale, *ibid.* Et circa mortem ex peccato enatam, *ibid.*
 Helena Rasiorum Regina ad repetendum Ecclesiæ gremium sollicita, 1354. XXVIII.
 Helionus e Villanova magister Rhodiorum equitum in Turcas junctus armorum fœdere, 1343. V.
 Hemminghus Archiep. Upsalensis declarat in Synodo, Scaniae Sueciæ conjunctam, 1339. LXXXV.
 Henricus VII. Imp. Eius sententiæ in Robertum Siciliæ Regem ac Florentinos a Carolo IV. convulsæ, 1347. V. VI.
 Henricus Archiep. Moguntinus Moguntino Archiepiscopatu a Benedicto XI. asserit, 1336. LVII. Balduinus Treverensis demum controversis juribus cedit, LIX. Decreti pro Henrico constabiliendi internuntii Apostolici, LX. Postea firmato principatu versus in hostem, *ibidem*. Cupiditatibus Ludovici Bavari obsecundat, 1338. I. Conventus iniquos celebrat Spire, *ibid.* Eiusdem perfidia, VII. Adhæret Bavaro, 1341. XVII. Pragensis Ecclesiæ ab ejus imperio libera renuntiatur, *ibid.* Lata in eum a Clem. VI. judiciaria sententia, 1343. LXI. Ingratus ejus animus, LXII. Ut proſpicio in in hæresim Ludovico adhæserit, *ibid.* Clientelarem illi sponſionem addidit, LXIV. Lata in eum alia decretoria sententia, 1346. XII. Exautoratur, XVI. Subrogatus in ejus locum Gerlacus Nassovius, XVII. Canonem Falkensteinium sibi conjungit, *ibid.* Eduardum evehere nititur ad imperium, 1348. XVI. Postulatur judicio a Clemente ob contumaciam, *ibid.* &c. Eduardo admittit imperium abnuente, tyrannidem deserit Frederico Misnensi, XX. Dein Gunchero Wartsburgensi, 1349. XII. Cum eo in Caroli potestatem redigitur, XIII. In schismate repentina morte extinctus, 1353. XVII.
 Henricus Dux inferioris Bavariæ ad Ecclesiæ gremium redit, 1337. V. & VI. Quæ sponſiones ab eo præstitæ, *ibid.*
 Henricus Patriarcha Constantinopolitanus Latinus Catalanam societatem conciliat Ecclesiæ, 1341. LXXXII. Creatus Legatus Sedis Apostolicæ in oriente adversus Turcas, 1344. II. Consultat Pontificem, an in Chium vertenda sint arma, *ibid.* Smyrnam impetu capit, III. Gratulatur illi Pontifex, VI. Jubetur ferre opem laboranti Armenia, VII. Apud Smyrnam casus, 1345. I.
 Henricus Dufemer cruciferorum magister insignem de Lithuanis victoriam refert, 1346. LXIII.
 Hervvarthus. *Œ.* Georgius Hervvartus.
 Hierosolymitana loca sacra. *Œ.* Hierosolymitana.
 Hierosolymitani equites. *Œ.* paulo post Hospitalarii equites.
 Homicidium redimi auro vetitum ab Innocentio VI. 1353. XXXII.
 Hospitalarii equites petiti bello ab Imperatore Constantinop. 1335. XXIX. In Torciam sedes transferre jussi ab Innocentio XI. 1355. XXXVIII. Inertæ reprehensi, *ibidem*. Frustra Rhodi sacras opes rodi, XXXIX. De alio religioso ordine condendo agitatum, *ibid.*
 Hostia in ospido Pulka reperta cruore tincta, 1338. XVIII. Versus exinde in Judæos popularis furor, *ibid.* Dubitatum an miraculo res contigisset an flagitio ad creandum Judæis odium sanguine perita esset, *ibid.* Ut aliquando scelere res hujusmodi præsumpta fuerit, XIX. Consultus ab Aulriaco Pontifex Pataviensi Episcopo præcipit, ut ea de re inquirat, XX. &c. *Œ.* Eucharistia.
 Hugo Rex Cypri Turcas magna clade fundit, 1338. LXXXII. Junctus armorum fœdere in Tur-

cas, 1343. IX. & 1344. I. Smyrna a ejus & alius fœderatis ducibus capta, III. Monet Clementem VI. mitti a soldano sicari, ad Reges Christianos interficiendos, 1349. XXXIX. Sacro anni jubilæi beneficio affici a Clemente postular, 1350. II. De paranda adversus Turcas auxiliari classe monitus, XXXIII. Monitus etiam ut Petrum comitem Tripolitani sibi conciliet, *ibid.* Astæ illi a Clemente de missis muneribus gratiæ, *ibid.* Ad auxilia Cantacuzeno submittenda contra Turcas sollicitatus, 1353. XXIV.
 Hugo Rogerii creatus Card. a Clemente VI. 1342. XXIX.
 Humanitas Christi angelis superior, 1336. XV. Angeli sunt illi subiecti, *ibid.* *Œ.* Christus.
 Humbertus Delphinus Viennensis principatum in primogenitum Regis Galliarum transfundit, 1344. LXII. & 1345. VIII. Crucesignati exercitus in Turcas profecturi dux creatus, 1345. VI. Demandata ei Cassie liberandæ obſidione provincia, VII. Jubetur Cantacuzenum repellere, & cum Joanna Augusta fœdus sancire, si voluerit orientalem Ecclesiam cum Romana conjungere, 1346. LXIV. Et vertere arma in Turcas, LXV. Ordini Prædicatorum se addicit, 1350. XI. Uno die a Clemente VI. subdiaconus, diaconus, & presbyter creatus, *ibid.* Fit Patriarcha Alexandrinus, Ecclesiæque Rhemensis administrationem accipit, *ibid.*

I

Iacobus Rex Balearis a Garporum Rege lactestus, 1338. XLVIII. Prorogata ei dies ad præstandum Aragoni clientelare officium, XLIX. Monetur a Pontifice ut illud præſtet 1339. LXXXIV. Non pares esse ipsius vires ferendo Aragonum impetui, LXXV. Fiduciarium se Aragonis profectur, *ibid.* Contemptum se arbitratur abalienatur ab Aragonæ, *ibid.* Ob negata clientis officia principatus Montispessulani jure deturbatur, 1441. VIII. Cum Rege Aragonie exercet discordiam, 1342. XXV. Ad eum conciliandum legatus Cardinalis missus, XXVI. Imposta illi ab Aragonio crimina, *ibid.* Uregetur legibus ab eodem Aragonie, 1343. XXV. In eum Baleares cum hoite conspirant, *ibid.* Missi a Pontifice ad ejus gratiam Cardinales legati, *ibid.* & XXVI. Victus prælio Pontiam se recipit, XXX. Insula aufugere coactus, XXXI. Tyrannis illi peperit exitium, *ibid.* Ad eum Ruffinone & Ceritania spoliandum incumbit Aragonie, XXXIV. Sero se submittit Regi Aragonie, *ibid.* Leves ei date induciæ, *ibid.* *Œ.* ordine in sacerdotalem oppresserit, XXXV. Pro eo Aragoni conciliando missus Bertrandus Presbyter Cardinalis, 1344. XXXV. Ditione exiit, XXXVI. Veniæ spe delatus se dedit, *ibid.* Pontifex pro impetranda ipsi venia preces apud Aragonem frustra adhibet, XXXVII. Ad privatam fortunam redigitur, XXXVIII. Confugit ad Clementem VI. 1345. XIII. Orat, ut ejus clientelam suscipiat, *ibid.* Montepessulanum Gallo dividit, *ibid.* & 1349. XXVIII. Publicam penitentiam ob virum nobilem inique casum agit, 1345. XIII. Illius patri vitæ necisque potestatem in regium caput dat, *ibid.* Dum Balearum insulam recuperare nititur, in prælio occumbit, 1349. XXVIII.
 Iacobus Carraria principatum Patavinum Marsiheti cæde auspiciatur, 1345. XXII. In convivio casus, 1350. XXI.
 Iacobus Carraria deſertus Patavino principatu a Francisco nepote, 1355. XXV.

Iacobus Pepulus Bononiam ad Vicecomitis tyranni tutelam transmittit, 1350. VI.
 Iacobus Balearis junior Joannæ Regi næ Siciliæ connubio junctus, 1352. X. & XI. Quas pactiones cum ipsa iniverit, *ibid.*
 Jandunus. *Œ.* Marſilius.
 Jejunium. Armeniorum circa illud superstitio, 1341. LXII. Idem jejunii observantia rigidiſſimi, 1351. X.
 Jerosolymitana loca Sacra Roberti Siciliæ Regis opera de Soldani potestate redempta, 1342. XXXIII.
 Jerosolymitani equites. *Œ.* Hospitalarii equites. Ignis. Clemens VI. multis ignibus adversus pestilentiam se tueret, 1348. XXXII. *Œ.* Incendium.
 Ildebrandinus Episc. Patavinus ad componendas Italiæ turbas a Clemente VI. missus, 1344. XLIV. & 1345. XXXI.
 Imagines Sacræ sublatae ab Armeniis, 1341. LXIX.
 Immunitas Ecclesiæ. *Œ.* Ecclesiæ immunitas.
 Imola a Lippo tyranno occupata, 1340. LXI.
 Imperator. Imperium. Jurant Mediolanenses, Imperatorem se non agnituos nisi confirmatum a Sede Apostolica, 1335. II. Contendit Ludovicus, Cæsarem pontificia approbatione non egere, 1338. X. Argumentum ejus præcipuum, XI. Refellitur, *ibid.* Non exinde Cæsar inferior aliis Regibus, *ibid.* Confutatur figmentum, non translatum a Pontifice Romano imperium, XII. Cæsarem ea de re testimonia, *ibid.* An imperialis dignitas sit a solo Deo, XIII. Veteri more confirmanda a Pont. Cæsaris electio, *ibid.* Imperio vacante, præſeturæ Mediolani & Veronæ date Vicecomitibus & Scaligeris, 1339. LXI. Papienses jurant, Cæsarem se non agnituos, nisi ab Ecclesia confirmatum, 1340. LXX. Item Vercellenses, Novarienses, Felrenses, Belunenses & alii, *ibid.* Ut Mediolanenses sint professi, non excepturos se Cæsarem, nisi confirmatum a sede Apostolica, 1341. XXXIII. Idem professi Bergomenses, Papienses, Novarienses, Cremonenses, Vercellenses, alique, *ibid.* Vicecomites & Scaligeri Clementi VI. ut imperii suo principe vacui administratori censum pendunt, 1344. XIV. Exautoratur Cæsareo apice a Clemente Ludovicus, 1346. VIII. Jussi electores novum Cæsarem designare, IX. Parent, XXXI. Caroli sacramentum pro impetrando imperio, 1346. XIX. &c. Promittit, se eadem die ex Urbe discessurum, qua coronam acceperit, XXI. Non administratum Italiani antequam Cæsar confirmatus sit, XXII. Superius Sacramentum post creationem repetitum, 1347. II. Vide in Clemente VI. Pontifice, & Carolo IV. Imp. jurant Germani se Cæsarem non agnituos, nisi a Pontifice, confirmatum, 1347. VII. & 1348. XV. & 1349. XV. Mantuanorum de eadem re publicum documentum, 1350. XIII. Idem profitentur vacantis totius imperii administrationem spectare ad Sedem Apostolicam, *ibid.* Guncherus tyrannus sancit, Papam debere subesse imperio, 1349. XII. Mox divinitus pleſtitur, *ibid.* De tribus coronis, quibus cinguntur Cæsares, 1354. IX. Imperialis dignitatis pignora sunt clavus, lancea, & pars Crucis Christi, XVIII. Institutus festus dies in eorum honorem, *ibid.* Qui ritus in Imperatore corona aurea insigniendo adhiberi soliti, 1355. III. ad XV. Absente Pontifice plura omittenda, XI. &c.
 Imperatrix. Ritus in corona Augustæ imponenda servari solitus, 1355. X.
 Incendium. Ob necatum fidei censesorem Vraſlaviam divinitus incensa, 1342. XXVII. Incendium Mechliniæ arte diabolica, occulto Dei judicio excitatum, *ibid.* In-

Infernus. De poenis inferni, 1336. III. XIV. XV. Et 1338. LXXIX. Figmentum Armeniorum circa illum, 1341. LII. Fabulantur, Christum prædicasse damnatis, LIII. Ipsorum error de liberandis damnatis, LIV. Et de inferno destructo, LV. Error quod impiorum animæ non patiuntur infernum post iudicium universale, LVI.

Infideles. Eorum habitacula a fidelium ædibus segregari iussa, 1340. LVII.

Ingrī Sueco Regi obnoxii ob fidem susceptam, a Ruthenis dirissime vexati, 1351. XXXIV. Indicta in eos sacra expeditio, *ibid.*

Inimicorum dilectio. Inimicum a quo planè male habitus fuerat, beneficio profectur Clemens VI. 1352. XXII.

Innocentius VI. ante pontificatum dictus Stephanus Alberti. *Id.* Stephanus Alberti. Clementi VI. defuncto subrogatus, 1352. XXVII. Illius patria & primitiæ, *ibid.* Encyclicæ ejusdem de adeptio pontificatu literæ, XXVIII. Egidium Cardinalem legatum in Italiam mittit ad ditionem ecclesiasticam e tyrannorum manibus vindicandam, 1353. I. Datum ea de re diploma, II. Romanos adversus Joannem et Vico insidias præmunit, IV. Nicolaum Laurentium adversus Baroncellum tribunum solvit e vinculis, V. Ludovicum Regem Siciliæ de non administrata probe iustitia corripit, VI. Joannam Reginam ad ferenda adversa constanter instruit, VII. Siculæ regis dissipata jura ad regiam coronam revocat, VIII. Aragonem de non soluto censu Sardico corripit, IX. Missis oratoribus Aragonum Rex Sardiniam & Corsicam apostolico beneficio acceptas profectur, *ibid.* Genuenses ad instaurandum cum Venetis fœdus sollicitat, XI. Venetos admonet, ut pacis consiliis assentiant, XIII. Guidonem Cardinalem ad Francorum Anglorumque Reges conciliandos mittit, XV. Joannem Regem ad avertenda mala ex bello nascitura admonet, *ibid.* Et Regem Castellæ ut uxorem recipiat, XVI. Defendendæ Smyrnæ Turcarumque grassationibus coercedendis dat operam, XIX. Philadelphie principatum illi offerunt Græci, XX. Eos interrogat Pontifex, an pure schisma velint exuere, XXI. Admonet, ut prius animæ salutem consulant, *ibid.* Cantacuzenum ad conjunctionem cum Romana Ecclesia sollicitat, XXII. *Id.* Auxilia in Turcas spondet, *ibid.* Mittit Archiep. Manfredensem ad Armeniorum catholicorum ad exigendum circa fidei controversias responsum, XXV. Censorem fidei in Germania instituit adversus Begardos, XXVI. Pactiones Cardinalium in conclavi editas contra pontificiam majestatem rescindit, XXIX. Ejus constitutio, *ibid.* Decernit collatam divinitus auctoritatem humano dolo contrahi non posse, XXX. Nuncupata ea de re sacramenta fuisse temeraria, *ibid.* Commendas abrogat, XXXI. Electionum jus liberum permittit, *ibid.* Præfules ad commissas ipsi Ecclesias jubet profecti, *ibid.* Cardinales luxum castigare jubet, *ibid.* Taxillorum ludos tollit ob blasphemias voces a latoribus jactari solitas, XXXII. Meretricium vectigal administratorum avaritia inductum abrogat, *ibid.* Ut parcat humano cruori homicidia redimi vetat, XXXII. Androinum nepotem creat Cardinalem, *ibid.* Gratulatur Egidio Card. legato ipsum Joannis e Vico tyrannidem repressisse, 1354. I. Plures illius opera ditionis ecclesiasticæ urbes recuperat, II. Nicolaum Laurentium prætorum Romanæ Urbis adeptum monet, ut recte magistratum gerat, III. Partes latrocinis a Monreale opes in usus pios convertendas decernit, IV. Egidio Cardinali legato dat

imperiam, ut venienti Carolo Romanorum Regi studeat, *ibid.* Poscit ab eo Carolus, ut legatos Cardinales ad conferendum ipsi augustale insignæ decernat, VI. Annuit ejus petitis Innocentius, VII. Ad cælestis imperii ambitum ipsum cohortatur, VIII. Tres Patriarchas coronam ferream Carolo jubet imponere, si Mediolanensis Archiep. officio desit, IX. Regi Aragonum favet pro repetenda a Genuensibus Sardiniam, XIV. Promulgat, Aragonios oratores Sardiniam & Corsicam pontificiæ liberalitati acceptas retulisse, *ibid.* Admonet Petrum Arag. Regem, ne Joannam Reginam bello vexet, XV. Redemptibus ad Joannæ obsequium insularis Siculis sacrorum usum restituit, *ibid.* Anathemate aliisque gravioribus pœnis Ludovicum Regem Siciliæ ob non solutum censum percussit, *ibid.* Albertum Ducem Bavariz, de secuta Ludovici patris factione veniam flagitantem, Ecclesiæ conciliat, XVI. Sacramenti formulam illi præscribit, XVII. Festum diem de clavo, lancea & parte crucis ad Caroli Regis Romanorum petitionem precepsque instituit, XVIII. Veniz spem eas veneraturis pollicetur, *ibid.* Guidonem Cardinalem e Gallicana legatione ad curiam pontificiam revocat, XIX. Navarræ Regem officii admonet, *ibid.* Et Joannem Regem Francorum, ut generum in gratiam recipiat, *ibid.* Castellæ Regem salubribus monitis instruit, ut vitæ antea sordes expiet, 1354. XX. Indicit cruceatam expeditionem, ut Abdalam Regem Clarorum montium juvet ad exuendam Mahumeticam superstitionem, XXIII. Abdalæ ad sacrum consilium in opus provocandum stimulos addit, *ibid.* & XXIV. Sacrum bellum contra Tartaros & Lithuanos, ad Casimiri Regis preces indicit, XXV. Cum Stephano Rege Rasciæ de Rasciana Ecclesia cum Romana coniungenda agit, XXVI. Ad Græcorum errores excidendos in Rascia, Macedonia, & Dalmatia decernit legatos, *ibid.* Amplissimis eos prærogativis instruit, XXVII. Joannicem Serviorum Patriarcham ad repetendum Ecclesiæ Romanæ sinum sollicitat, *ibid.* Ejusdem ad Stephanum Regem hortatoriz literæ, XXVIII. Gratulatur ei, agnitum ab ipso primatum Romanæ Ecclesiæ, *ibid.* Expeditionem in Turcas meditari, *ibid.* Fraticellos comprimit, XXXI. Pseudominoritas duos ob hæresim flammis exuri jubet, *ibid.* Egidio Cardinale legato bellis Picenis implicito, Petrum Ostiensem Episc. Carolo diadema imposturum decernit, 1355. II. Literæ ejusdem de ritibus in solemnem regiam inunctionem servandis, III. Exigit, ut Carolus prætermissam ob pontificiam absentiam in Ecclesiæ damnum non versum iri, polliceatur, XIII. & XV. Ut Romanæ Ecclesiæ jura, antea confirmata, rata profectur, XVI. Malastas alioque Piceni tyrannos Egidii Cardinalis opera ad officium redigit, XX. Indicit sacram adversum illos expeditionem, XXI. Polentanos, & Ravennates ad obsequium Ecclesiæ cogit, *ibid.* Ludovico Regi Siciliæ ob non solutum censum actionem judicariam intendit, XXII. Insurgentibus in illum fœderatis prædonibus, populos in ejus obsequium confirmat, *ibid.* Ludovicum ad regias virtutes sectandas hortatur, *ibid.* Hostium dolos discutit, *ibid.* Aragonum Regem sacramento adigit, ipsum Trinacriæ invaloribus Aragonis nulla auxilia submissurum, XXV. Ad eum accedit idem Rex, ac fidem Sacramento addicit Sardiniz & Corsicæ apostolica liberalitate acceptarum ergo, *ibid.* Internuntios ad Gallum, & Anglum ad pacem revocandos mittit, 1355. XXVI. & XXVII.

Jubet enascentes in Anglia hæreses excindi, XXVIII. Ac Petrum Regem Castellæ ejusque concubinas anathemate perculli, XXIX. Guillelmum S. Mariæ in Cosmedin, in Castellam Legatum mittit, XXX. Regem significat, censuris solvi jubet, *ibid.* Poenitentiam præferentem salubribus monitis instruit, ut regnum constabliat, XXXI. Joannes Palæologus Imp. Constantinopolitanus pollicetur Innocentio demissum obsequium, XXXIV. Poscit auxilia, ac filium obsidem offert, *ibid.* Creari in Turcas vexilliferum Romanæ Ecclesiæ postulat, XXXVII. Jubet Pontifex Rhodios equites in Turciam suas sedes transferre, XXXVIII. Arguit eos inertiz & luxus, *ibid.* Frustra Rhodi sacras opes rodi, XXXIX. Agitari de alio religioso ordine condendo, *ibid.* Inquirentes fidei, *Id.* Censores fidei.

Joanna Imperatrix Constantinopolitana Sabauda stirpe fata sollicitatur a Benedicto XII. ut virum ad conjunctionem cum Romana Ecclesia adducat, 1334. III. Ad Andronicum, & Græcos in sinum Romanæ Ecclesiæ revocandos incumbit, 1337. XXXIII. Ad egreium opus provocatur a Pontifice, *ibid.* In ejus filium Cantacuzenum rebellat, 1346. LXIV. Si Græcos ad Ecclesiæ Romanæ gremium velit adducere, cum ea Pontifici exercitum præfectum pacisci iussus, *ibid.* In ipsam a Cantacuzeno armati Turcas, LXXV.

Joanna Valesta sanctimonialis inducias inter Gallum & Anglum conciliat, 1340. XXXII.

Joanna Regina Siciliæ succedit Roberto avo in Neapolitano Regno, 1343. LXXI. Genuenses illi bellum intentant, LXXIII. Inferunt etiam arma Pedemontio principes Mediolanenses, *ibid.* Illius tutelam, & regni procuratorem capefit Pontifex, LXXV. Rescissum Roberti de ea decretum, *ibid.* Datus illi Americus legatus tutor & regni administrator, LXXXI. Jubetur clientelarem pensionem legato Cardinali præstare, *ibid.* Dissipat thesaurum avitum, LXXXII. Ludovicus Trinacrius pacem cum ea efflagitat, *ibid.* De tempestate horrida, quæ Joannæ tempore obigit, LXXXV. Petita bello in Pedemontio, 1344. XIV. Ejus vir regio nomine donatus, XVI. Solemni ritu clientelarem sponsonem legato exhibet, XVII. Tabulæ publicæ contentiones illius formulam, *ibid.* & c. Legatum a regis procuratore revocari studet, XXX. Præceptis instrui a legato iussa, XXXI. Andree viro invidet, XXXII. Monet, ut illi obnoxia sit, *ibid.* Iterum postulat de pace a Ludovico Aragonio, *ibid.* Consultit Clemens VI. ut cum eo paciscatur inducias, *ibid.* Ad illius gratiam soluta perperam lex de pupillis, traditaque ipsi regni administratio, 1345. XXXIII. Illius donationes rescissæ, *ibid.* Odio viri regiam inunctionem differt, XXIV. Monet a Pontifice, ut redeat in viri gratiam, *ibid.* Is infeliciter necatus, XXVII. *Id.* Simulat flere viri necem, XXXIX. Ad secundas nuptias transvolare meditatur, *ibid.* Monet, ne inconsulta sede Apostolica id agat, *ibid.* In eam concitatz graves turbæ, 1346. XLIV. Clementis edictum adversus Andree Regis interfectores, *ibid.* Vocatur in orimen ab Ungaro Rege, qui ulcisci scelus parat, *ibid.* Contendit Siciliam in Stephanum Transilvanum transfundendam, LII. Respondet Clemens, Joannam, antequam convicta sit, regno non exuendam, LIV. Præsumptionibus solis in eam non agendum, LVII. Urget bello a Trinacriis, *ibid.* Et a Vicecomitibus in Pedemontio, *ibid.* In eam inquiri iussum a Clemente Papa, sed ipsa non permittit, 1347. XII. Corripitur, ipsamet petulantium juvenum consilia sequi, *ibid.* Ob

prætermissam in eam inquisitionem Ludovicus Ungarus signa attollit, *ibid.* Joanna regni parte exiit, *ibid.* Pacem cum Trinacriis pacificatur iniquam, & inconsulto Pontifice, *ibid.* Ab omnibus desertis fugit in Provinciam, 1348. I. Expostulat Ungarus, eam reorum testimoniis convinci, II. Queritur Clemens, ipsam sine iudicio spoliaram, restituique petit, III. Urget Ungarus, ut comprehendatur, IV. Constituti Cardinales illius iudicant, *ibid.* Diffugiis se tuetur, *ibid.* Traditur custodia, & liberatur, XI. Solutis consanguinitatis impedimentis, Ludovicum Tarentinum, ex quo prægnans erat, virum ducit, *ibid.* Juris exceptione iudicium eludit, *ibid.* Avenionem Pontifici vendit, XII. Neapolitanum Regnum recuperat, *ibid.* Postulatur ad supplicium a Ludovico Ungaro, 1349. II. Quid a Clemente responsum sit, III. De ejusdem iuribus in Neapolitanum regnum, *ibid.* Excusatio Clementis, cur eam receperit, V. Ut adversus Ludovicum Ungarum ob vim sibi illatam, in iudicio exceperit, VII. Sollicitatur, ut quas tenet arces, pontificiæ fidei committat, VIII. Pacificatur inducias cum Ungaris, IX. Impetrat a Clemente, ut sacrorum usus Trinacriæ restituantur, *ibid.* Perita bello a Ludovico Ungariæ Rege, 1350. XXVI. Cum Ungaro Cardinalium opera ea lege concordiam init, ut si rea fuerit, pontificia damnetur sententia, sed si insons, regno quiete frui permittatur, XXVII. Absolvitur Romanæ curiæ sententia, 1351. XXXIII. Ab ea vexanda absistit Ungarus, *ibid.* Remittit illi idem Ungariæ Rex pactam auri vim, 1352. I. Arces eidem restituit, *ibid.* Proceres iterum in ejus verba adacti, II. Quibus legibus vir illius corona redimitus, III. Solemni ritu una cum viro iterum inungitur, *ibid.* Excitatur ab Innocentio VI. ut animum contra adversa confirmet, 1353. VII. Abalienata ab ea jura ad coronam Siculam revocata, VIII. Maximam insulæ Siciliæ partem recuperat, 1354. XV. Dat operam, ut sacrorum usus ipsius partes sequentibus restituantur, *ibid.* Innocentii in eam sententia ob non solutum censum, 1355. Et reperita ab Urbano VI. *ibid.* Censuris Joannæ liberata, *ibid.* Adactus sacramento Rex Aragonum Trinacriæ, invaloribus nulla auxilia se submissurum, 1355. XXIII.

Joanna Regina Navarræ pestilentia moritur, 1349. XXVI. Successorem relinquit. Carolum filium, *ibid.*

Joannes XXII. ad revocandos ad obsequium Ecclesiæ Græcos incumbit, 1334. I. Hortatoriz ea de re ad Andronicum scriptæ literæ, II. Et ad Imperatricem, III. Sollicitat Gallum, ut ea de causa Constantinopolim oratores mittat, *ibid.* De bello Turcis inferendo plura constituit, VII. Robertum Siciliæ Regem, ad jungenda in Turcas arma urget, XI. Armeniæ Regem auxilii spe sustentat, XII. Ad sopiendum bellum Brabantinum internuntios mittit, XIV. Et ad Sabaudum Delphinumque conciliandos, XVII. Et ad Italos proceres ad concordiam redigendos, *ibid.* Rebelat in eum Bononia, *ibid.* Infectatur Fraticellos, XVIII. Petentem veniam Bavatum ea lege, ut retineret imperium, respuit, XIX. Eundem ad amplectendam poenitentiam hortatur, XX. Polonos & cruciferos ad pacem redigere annititur, XXIV. Ungaro Regi eumque secuturis adversus infideles indulgentias proponit, XXVI. Quæstionem de visione in utramque partem agit, XXVII. Si quid in ea agitanda contra veritatem dixerit revocare se id velle profectur, XXVIII. Scripta assertivam sententiam propugnantium legi in

Senatu jubet, XXIX. Refellit eorum calumnias, qui ipsum Minorum supremum præfectum ad disseminandam opinionem erroneam misisse ajebant, XXX. Pseudominoritas illi calumniatur, XXXI. In eundem Neapoleo Card. Ursinus conjurat, *ibid.* Agitatum de cogendo in ipsum conciliabulo, *ibid.* & XXXII. Parata hærefeos calumnia ob dicta in quaestione de visione, XXXIII. Professio fidei ab eo edita in extremo vitæ flexu, XXXVI. Moritur, XXXVIII. Calvinus in eum calumniatur, *ibid.* Confutatur hujus impudentia, *ibid.* Ut Sacramenta rite receperit, XXX. Sedis tempus, *ibid.* Oriens in Joannis obitu gravissimam jacturam passus, XL. De ingenti illius thesauro, *ibid.* Calumnie ipsi asperse refelluntur, *ibid.* Singulis noctibus ad divinas laudes repetendas surgebat, *ibid.* Perperam nonnullis Minoritis in invidiam vocatur, XLI. Optimè de eorum ordine meritis, repressis factionibus in eo exortis *ibid.* Veros minoritas auxit honoribus, *ibid.* Paupertatem Franciscanam tutatus est adversus Minoritas aliquos nefarias interpretationibus infutura S. Francisci depravantes, XLII. Pio tudente fidei, & ordinis Franciscani ab erroribus vindicandi studio pseudominoritas est infestatus, XLIV. Pontificio officio ad id fuit obstrictus, *ibid.* Cur plures in Minoritarum libris constitutiones ediderit, *ibid.* Joannis elogium, *ibid.* Sententiam affirmantem, Sanctos ante judicium divina visione perfrui, est ante mortem amplexus, 1335. XXII.

Joannes Archiep. Neapolitanus ad Robertum sacramento fidei in Pontificis verba adigendum nuntius constituitur, 1335. XLV.

Joannes Rex Boemiarum ab Ungaro conciliatus Polono, & quibus legibus, 1335. LVII. Solicitatur ad coercentes hæreticos, LXI. Pofcit facultatem a Pontifice, ut ejus filius Carolus coronetur Rex, 1341. XVI. Obtinet a Clemente VI. ut Pragensis ecclesie Archiepiscopali dignitate insigniretur, 1344. LXIV. Ut insolenti voce Nankeri Episcopi in Cracovienfis ad rem promovendam fuerit concitatus, LXV. Bellum gerit cum Polono, 1345. XIV. Monitus, ut inducias ineat, *ibid.* Filii ad imperium evehendi spe concordiam facit, XVI. Una cum filio Carolo ad Sedem Apostolicam se confert, 1346. XVIII. Controversiam cum Polono arbitrio pontificio committit, *ibid.* Promissa a Carolo filio pro comparando illi imperio confirmat, XXV. Aliæ ejus pactiones de movendo in Ludovicum Bavarum bello, XXVI. Si bellum non successerit belli sumptus a Pontifice non repetiturum pacifcitur, XXVIII. Una cum filio Carolo a Leodiensibus fufus, XXXVIII. Fert suppetias Gallo Regi adversus Anglum, & cæditur in acie, XLI. Illius elogium, XLII.

Joannes Archiep. Rhenensis pacem Navarraeos inter & Castellanos conciliat, 1336. LII.

Joannes Dux Brabantie ob ecclesiasticum ordinem oppressum increpitus, 1336. LVI. Honorificam legationem ad Benedictum XII. mittit, 1341. XVIII.

Joannes Episc. Cracoviensis Regnam Polonie obfidet, 1338. XXVI. Objurgatus a Pontifice, *ib.* Cracoviensis ecclesie privilegia confirmanda curat, 1341. XLII. XLIII.

Joannes de Amelio Archidiaconus Forojulienfis missus a Benedicto XII. ad describenda vetera Romanæ ecclesie monumenta in thesauro Assisinate condita, 1338. XXVIII.

Joannes comes Tirolensis. Ejus uxorem Margaram Ludovicus Bavarus tradit filio Ludovico, 1341. XIV.

Joannes Vicecomes Arch. Mediolanensis Mediolani aliarumque urbium præfectura illi a Pon-

tifice tradita, & quibus legibus, 1341. XXIX. &c. Inter eum & alios proceres imperatæ induciæ, XXXIV. Bononiam eripit ecclesie, 1350. VI. Edicto pontificio percellitur, VII. &c. Aliud pontificium edictum in ipsum latum, 1351. XXVII. Ingratus illius in ecclesiam animus, *ibid.* Monitus, ne clam sentiret cum hoste palam se hostem professus est, *ibid.* Simulata ab eo reconciliatio, ut proderet, XXVIII. Promulgata in eum constituta Joannis XXII. legibus poenæ, *ibid.* Intentata ecclesiastici gradus eversio, *ibid.* Vocati ad belli societatem adversus ipsum Itali principes, XXIX. Exercitum ad subjiciendam sibi Etruriam immittit, *ibid.* De Carolo Cæfare in eum concitando agitatum, *ibid.* XXX. Eo metu exterritus oratore decernit ad placandum Pontificem, XXXI. Bononiam & alia loca erepta ecclesie restitutum se pollicetur, *ibid.* Centum millia aureorum ob sumptus bellicos numeraturum Pontifici, *ib.* Sanctitæe concordie leges, 1352. VII. Solvitur census, *ib.* Præfecturam Bononiensem ad duodecim annos, promissa vespigali nummario & militari accipit, VIII. Ecclesiam se non vexaturum spondet, *ibid.* Erepta sacerdotibus jubetur restituere, *ibid.* Insignis ejus perfidia in occupanda ditione ecclesiastica, X. Contendit Matthæum, Galeatum, Marcum, & Stephanum Vicecomes hæreticos non fuisse, 1353. XXVIII. Disceptata ea lis, ut eorum corpora ecclesiasticæ sepulture traderentur, *ibidem.* Ad comprimendam illius tyrannidem Egidius Cardinalis A. S. L. missus, 1353. III. Ut plures urbes suæ tyrannidi subjecerit, *ibid.* Ad Romam occupandam annisus sit, IV. Enato in fronte carbunculo extinguitur, 1354. XI. Matthæus Bernabos, & Galeatus in principatu succedunt, *ibid.*

Joannes Cantacuzenus Imp. Constantinopolitanus tyrannidem affectat, 1341. LXXXI. Postulat de fœdere ducem pontifici exercitus, 1346. LXIV. Vetitum ei a Clemente VI. cum Cantacuzeno pacisci, *ibid.* Armis Turcas in Græcorum exitium, LXV. Orchani Mahometano filiam prostruit, *ibid.* Constantinopolim prodicione poritur, 1347. XXV. Cum Palæologo partitur imperium, *ibid.* Palam hærefibus favet, *ibid.* Cum Turcis affinitatem jungit, XXVII. Horum auxilia excipit, infidemque Græcos diripiendos objicit, *ibid.* Legationem ad Clementem decernit, XXV. De conjunctione Ecclesiarum agit, fœdasque in Turcas vires spondet, *ibid.* Et 1349. XXXI. Pontificios oratores honorifice excipit, XXX. Synodum œcumenicam ex Latinis & Græcis cogi postulat, XXXI. Annuit illi Clemens Papa, *ibid.* Ad fœdus cum Venetis dissolvendum adactus, 1352. XIV. Auxilia in Turcas pofcit, 1353. XXII. *Op. seq.* De instauranda Græcorum conjunctione cum Romana ecclesia agit, *ibid.* Ad Græcos sinu excipiendos paratum se offert Innocentius VI. *ibid.* Promittit, auxilia, *ibid.* Hugonem Cypri Regem sollicitat ad ea ipsi submittenda, XXIV. Et Rhodios, *ibid.* Matthæum filium ad imperium evehere molitur, 1354. XXX. Callistum Patriarcham redimere diademate detrectante, *ibid.* Philotheum subrogat, *ib.* In Matthæum filium transfertit tyrannidem, 1355. XXXII. Opprimitur Constantinopoli a Jo. Palæologo Imp. *ibid.* Attondetur in monachum & Josephi nomen accipit ad vitam redimendam, *ibid.*

Joannes Palæologus Constantinopolitanus patri Andronico succedit in imperio, 1341. LXXXI. Cantacuzenus tutor sceptrum illi eripere tentat, *ibid.* & LXXII. Agit cum Clemente VI. de instauranda conjunctione orientalis

lis ecclesie, 1343. XII. Promissa illi auxilia in Turcas, si eam perferret, *ibid.* In illum verti crucegnatorum arma prohibet Pontifex, 1344. II. Illi Cantacuzenus bellum movet, 1346. LXIV. Prodicione amittit Constantinopolim, 1347. XXV. Partiri imperium cum Cantacuzeno, ejusque filiam conjugem accipere cogitur, *ibid.* In Cantacuzeni potestatem incidit, XXVII. De fœdere in Turcas, deque conjunctione Ecclesiarum agit cum Clemente, XXXI. Si ad gremium ecclesie redire velit, promissa pontificia auxilia, *ibid.* Thessalonica metu Cantacuzeni, se continet, 1351. XXV. Genuensium classi pro recuperanda Constantinopoli se credere non audeat, *ibid.* Ipsum Cantacuzenus depellere imperio nititur Matthæo filio in Socium imperii ascito, 1354. XXX. Joannes Palæologus Francisci Catalusi ope Constantinopoli potitur, 1355. XXXII. Cantacuzenum, mortis metu, ad monasticam vitam adigit, *ibid.* Catalusio Lisbon tradit, *ibid.* Fœdus pacifcitur cum Romana ecclesia, *ibid.* Pollicetur Innocentio VI. obsequium, XXXIV. Se revocaturum Græcos a schismate, *ibid.* Filium obfidem offert, *ibid.* Auxiliarem exercitum petit in Turcas, XXXV. Sacerdotia a Legato collatum iri spondet, *ibid.* Dandum illi palatium, *ibid.* Scholas Latinas Constantinopoli apertum iri, *ibid.* Creari expetit vexilliferum Romanæ ecclesie, XXXVII.

Joannes Comnenus Imp. Trapezuntinus necatus veneno ab uxore adultera, 1341. LXXXIII.

Joannes Rex Francorum primogenitus Philippi Regis Dux Normannie, Delphinatu donatus ab Humberto, 1344. LXII. & 1345. VIII. Concessus illi calicis usus, *ibid.* Philippo patri in Regno Francorum, succedit, 1350. XXXIX. Clementis V. ad eum de parentis morte literæ consolatorie, *ibid.* Cum Clemente coniungit studia ad Venetos & Genuenses inter se conciliandos, 1352. XIV. Ad eum Guido Cardinalis pro concilianda pace cum Anglo missus, 1354. XV. De pace colloquium agit, deinde revocat promissa, *ibidem.* Proposita illi mala et bello obortura, *ibidem.* Frustra inter illum & Eduardum agitata a Guidone Card. concordia, XIX. Guinarum arcem frustra tentat, *ibid.*

Joannes electus Coronensis Episc. missus a Clemente VI. ad Armenios pro excindenda hæresi, 1346. LXVII.

Joannes Patriarcha Constantinopolitanus damnat Palam, plures divinitatis atruentis, errores, 1347. XXV. Male perstringit Barlaamum, negantem lumen Thaborium fuisse increatum, *ibid.*

Joannes e Mercuria fingens Deum peccati auctorem damnatur, 1347. XXV.

Joannes River multa secunda prælia gerit adversus Soldanum, 1348. XXIX. Implorat occidentalium opem ad Syriam liberandam, sed frustra, *ibid.*

Joannes e Murta Genuensium prætor exercet inimicitias cum Venetis, 1349. X. Illis conciliandis data a Pontifice opera, *ibid.* Rogatus ut vires maritimas conjugat cum Castellano adversus Mauros, 1349. XXVII.

Joannes Episc. Coronensis a Clemente VI. ad Græcos missus, 1350. XXXI.

Joannes e Vico tyrannus Viterbium, aliasque urbes ecclesie eripit, 1350. VI. Item Urbem veterem, 1352. XI. Percellitur anathemate, *ibid.*

Joannes Pepulus captus, 1350. VI.

Joannes e Molendino Ord. Præd. Magister creatus Card. a Clemente VI. 1350. XLVII.

Joannes e Caramanno creatus Card. a Clemente VI. 1350. XLVII.

Joannes e Cepeyo Belvacensis præfectus a Gallo Rege classi in Turcas, 1334. X. Victoriam refert una cum sociis, XI.

Joannes Dux Brabantie de Maclinia certat cum Flandro, 1334. XIV.

Joannes Archiep. Pisanus ad Armenios missus, ad excindendos eorum errores, 1351. II.

Joannes e Valente Genuensium Dux implicitus bello cum Venetis sacrum in Turcas bellum turbat, 1351. XXII. Fortanerius Patriarcha Gradenfis ad eum placandum missus, XXIII. Pontificis ad eundem hortatorie ad pacem literæ, XXIV. A Clemente VI. sollicitatus, ut pacem cum Venetis percutiat, 1352. XIV.

Joannes Archiep. Brundusinus missus a Clemente VI. ad cogendos Neapolitani regni ordines, 1351. XXXII.

Joannes Episc. Citizensis in ipsa chorea morte divinitus percussus, 1352. XXXI.

Joannes e Castellione pseudominorita exustus Avenione, 1354. XXXI. Joannem XXII. & alios pontifices, ob decretum de paupertate, papali jure, & autoritate a Deo privatos effutibat, *ibid.*

Joannes Pipinus adjunctis sibi fœderatis prædonibus, Neapolitanum regnum vastat, 1355. XXII. Apulia Regem se dicit, *ibid.* Captus corona papyracea redimitur præfocatur, *ibid.* Joannes Gradenicus Venetæ reipublicæ gubernacula capessit, 1355. XXIV. Pacem cum Genuensibus conficit, *ibid.*

Joannes Olegianus Bononiæ principatum sibi arrogat, 1355. XXV.

Joanniches Patriarcha Serviorum ad conjunctionem cum Romana ecclesia sollicitatus, 1354. XXVII.

Jolanda Despoena Aragonum concitare nititur in Robertum Regem, 1338. XLVIII.

Isidorus Bouchiras hæreticus ad patriarchatum Constantinopolitanum a Cantacuzeno evehctus, 1347. XXV.

Italia ob interregnum a Pontifice administrata, 1344. XV.

Jubileus annus ad recurrentem quinquagesimum redactus a Clemente, 1349. XI. Magno concursu celebratur, 1350. I. Anni jubilei indulgentia quibus legibus collata iis, qui Romam accedere non potuerant, II. Collata a Fidelibus multæ oblationes nummarie, III. Judæi in Germania populari tumultu trucidati, 1338. XVIII. Commoti in eos populi ob nonnullas hostias repertas cruore tinctas, *ibid.* Revocatum in dubium, an miraculo, an prophano cruore ab impiis clericis imbutæ fuissent, *ib.* Consultus ea de re ab Austriaco Pontifex, XIX. Creatum Judæis flagitio odium aliquando, impactaque calumnia, *ibid.* Judæi calumnia procuratæ pestis circumventi, 1348. XXXIII. Verat Clemens eos injuria ladi, *ibid.* Passim cæduntur, *ibid.*

Juliacensis Marchio. Ad eum spectat cæsareum sceptrum tenere cum fiduciarii principatus a Cæsare conferuntur, 1349. XIV.

S. Ivo solemnè ritu sanctorum catalogo appointus, 1347. XXXII. *Op. seq.* Qui ritus servati, XXXIV. Indulgentiæ ejus translationem cohonestaturis propositæ, XL.

Justitia Divina in Episcopum choream agitantem, 1352. XXXII. Casimirus Poloniæ Rex ob flagitia multis calamitatibus pressus, 1353. XVIII. Placato divino Numine pristinam felicitatem recuperat, *ibid.* Vide Peccata punit Deus.

Justorum mors. *Vid.* Mors justorum.

Juzephus Rex Granatæ Marrochitanum Regem commovet in Castellanos, 1340. L. Magna clade victus, *ibid.*

K

K Eistutus Lithuanorum Dux devictus a Casimiro Poloniae Rege, 1349. XXIV. Fidem Christianam amplexurum praefert, *ibid.* Gratulatoriae ad eum Pontificis literae, *ibid.* A Polono & Ungaro crucesignatis obteritur, 1351. XXXIII. Captus promittit se suscepturum fidem, & clam fugit, *ibid.*

L

L Ancea Christi inter imperialia insignia servata, 1354. XV. Landa ab Azone Vicecomite debellata, 1335. XXVII.

Legati Apostolicae sedis. De honore ipsis defendendo, 1346. LXXXI.

Leo Rex Armeniae in extremum discrimen coniectus a soldano Babylonio, 1335. XXXII. Decernitur classis a Pontifice & Gallo Rege pro tutanda Armenia, 1334. XII. Solicitatus Gallus, ut illi succurrat, 1335. XXXII. Consolatoriae Benedicti XII. ad ejus uxorem Constantiam literae, 1336. XL. Concitati ad ferendam operam Armeniis fideles, propositis indulgentiis, XII. Adigitur a Soldano ad iniquas pactioes, 1337. XXIV. Rescissum illud sacramentum a Benedicto, *ibid.* Solicitatur ad excindendas haereses, 1341. XLV. Fert graviter regnum suum infamia haereseos laborare, XVIII. Curat, ut habita synodo designati a Pontifice errores damnentur, LXX. Decreta & decretales admittantur, *ibid.* A suis necatur, 1344. VII. Succedit illi Guido, *ibid.*

Leodienfes gravi bello a Ludovico Bavaro & Anglo Rege, ob defensam causam Ecclesiae, petiti, 1338. LXVIII. Confirmantur ad constantiam a Pontifice, *ibid.* In rebus asperis Romanae Ecclesiae adversus rebelles Caesares conjunctissimi, 1343. LXIX. Carolum Regem Romanorum ejusque patrem Regem Boemiae fundunt, 1346. XXXVIII.

Libelli supplices. Sublatus mos de proiciendis sedenti Pontifici, vel obsequiant, libellis supplicibus, 1343. LXXXVII.

Libertas. Armeniorum error circa eam, 1341. LXI. Libertas Ecclesiastica. De ea violata ab Ungaro Rege queruntur apud Pontificem praesules, 1338. XXII. *Vid.* Ecclesiae immunitas.

Libido. Divina in Episcopum libidinosum ultio, 1343. LXXXVIII. In alium, 1352. XXXI. Liparis insula a Roberto Siciliae Rege bello parata, 1339. LIX.

Lithuani vastant Livoniam, 1343. XXXVIII. Clade maxima a Christianis affecti, 1346. LXIII. Fusi a cruciferis, 1349. XXIII. Domiti a Casimiro Rege Poloniae, XXIV. Christiana sacra amplexuros praesferunt, *ibid.* Gratulatoriae ad eos Pontificis literae, *ibid.* Casimirum, gentilium impudicitiam emulantem, gravissimis cladibus afficiunt, XXV. In eos Polonus & Ungarus Reges sacram expeditionem obeunt, 1351. XXXII. Captus Keistutus respondet, Christianam fidem se suscepturum, *ibid.* Lithuani Prussiam evasant, 1354. XXV.

Livonia vastata a Lithuanis, 1343. XXXVIII. Luca, & Lucenses. Dedita Luca Mastino Scalligero, 1335. XXVII. Lucani soluti censuris, 1341. XXVIII. De Luca Pisani & Florentini disceptant, XXXIV. A Pisaniis parata, 1342. XXII.

Luchinus Vicecomes Mediolani praefecturam accipit a Benedicto XII. 1341. XXIX. Pisanos bello petit, 1343. LXXXIV. Censum perolvit Pontifici, LXXXVII.

Ludovicus Bavarus. Albertus Dux Austriae rogat Joannem, ut Ludovicum retento imperio in gratiam recipiat, sed repellitur, 1334. XIX. Decernit Bavarus pro obtinenda Ecclesiae gratia, cedere imperio, XX. Gallus & Boemus Reges de eo Pontificem certiores faciunt, *ibid.* Data a Joanne ad illum ea de re literae, *ibid.* Missi apostolici ad ipsum internumuntii, XXIII. Agitatum de imperio in Henricum Ducem Bavariae tradendo, *ibid.* Suorum consiliis resistit ab eo consilio, *ibid.* Henricum ducem insequitur, *ibid.* Intrudit praesules schismaticos, *ibid.* Jussa in eum edicta pontificia urgeri, *ibid.* Subornat Neapolionem Ursinum Cardinalem pro cogendo conciliabulo in Pontificem, XXXI. Affectat Neapolitanum regnum subicere imperio, XXXII. Dissipata ea consilia, *ibid.* Pro eo conciliando Ecclesiae Austriaci principes sermonum ministros se exhibent, 1335. Benedictus ingens ea de re conceptum a se desiderium significat, *ibid.* Missis internuntiiis, ut redeat ad officium hortatur, II. Parer, & mittit solemnes oratores pro imploranda venia, *ibid.* Data iis formula dammandi erroris, *ibid.* Alios oratores ad Benedictum mittit mandatis fretos pro re perficienda, VI. Opponunt se Ludovico plures Reges, ne a Benedicto in gratiam cum Ecclesia restituatur, VII. Expositae a Benedicto Pontifice causa Philippo Francorum Regi, cur Ludovicum conciliandum conducatur, *ibid.* Extracta in aliud tempus a Benedicto Ludovici reconciliatio, *ibid.* Exposita causa de controversiae circa visionem beatificam decisione maturanda, *ibid.* Ludovicus post illius decisionem insitat pro recuperanda Ecclesiae gratia, 1336. XVIII. Ejusdem literae, *ibid.* Gestorum in Joannem se poenitere profitetur, *ibid.* Rescindit sententiam capitalem in Robertum latam, *ibid.* Et in Florentinos, *ibid.* Promissa ab Henrico VII. instaurat, XX. Cavet Ecclesiae iuribus, XXI. Accepta imperiali corona, eadem die ex Urbe se discessurum spondet, XXII. Non ingressurum Italiam, antequam Rex confirmatus fuerit, XXIII. Promissa non labefacturum sacramento sancit, XXVI. Intrusus ejectionem, *ibid.* Cum Siciliae Rege, pontificio arbitrio, lites compositurum, *ibid.* Eundem legatum renuntiatum in Etruria, *ibid.* Confecta a Caesaribus exigi sacramenta nuncupaturum, XXVII. Spondet ceptum ab oratoribus colloquium se non abrupturum, XXVI. I. Rupertus & Rodolphus palatini Rheni ad ejus gratiam Pontifici preces porrigunt, *ibid.* Resistit a ceptis Ludovicus, & adversus Gallum cum Anglo coitiones init, XXIX. Pro redintegrando de concordia colloquio ad eum redeunt oratores, *ibid.* Pontificiae ad ipsum literae, ne in Gallum conjurer, *ibid.* Pariturum praesert, & oratores amplissimos decernit pro obtinenda Ecclesiae gratia, XXX. XXXI. Ejusdem literae, *ibid.* De constato schismate veniam poseit, *ibid.* Ultionis libidine id actum fatetur, *ibid.* Papam a Caesare exauthorari non posse profiteatur, *ibid.* De impensa Galeatio opera se excusat, *ibid.* Deque acceptis in clientelam pseudominoritis, *ibid.* Profitetur credere circa paupertatem Christi, quae credit Ecclesia, *ibid.* Insertae diplomati regio haereseos culpam in scribarium comicit, XXXIII. De Marsilio & Janduni haereticorum accepto patrocinio excusat se se, *ibid.* Quinque eorum haereseos expresse execratur, XXXIV. Veniam flagitat de profanatis sacris, XXXV. Fatetur male imperialia ornamenta Romae accepisse, *ibid.* Imperiale nomen, Romae acceptum, ponit, *ibid.* Spondet sacra exomologesi superno-

riora scelera se expiaturum, *ibid.* Deprecatur, ut pristinis restituatur iuribus, XXXVI. Spondet se insectaturum haereticos, quos fovit nisi respiciant, *ibid.* Pro expiando scelere expeditionem in Palaestynam pollicetur, *ibid.* Rogat, ut juri regio restituatur, XXVII. Oratores, nisi re perfecta, se non revocaturum promittit, XXXVIII. Superiora sacramento confirmat, *ibid.* Tertias literas pro urgenda reconciliatioe mittit, *ib.* Philippum Francorum Regem de foedere affinitateque postulat, XXXIX. Consulenti Gallo responsum a Pont. conciliandum prius illum Ecclesiae quam sanciretur id foedus, *ibid.* Exactum interea a Ludovico ne cum hostibus Gallici nominis coitiones faceret, *ib.* A cepto colloquio mera culpa sua resistit Ludov. *ib.* Redintegrat concordiam tractatum, 1337. I. Nova illi obijcere impedimenta nititur Francorum Rex, sed frustra, II. Mittente oratores pro perficienda se Philippo, III. De eo queritur Benedictus, *ibid.* Ludovici culpa discussus omnis tractatus, V. Henricus dux Bavariae a Ludovici factione, ad Ecclesiae partes tractatus, VI. Negata Eduardo Regi Angliae inveniendi cum Ludovico foederis potestas, causaeque additae, VII. *Op. seq.* Quid a Bavaro obiectum sit Gallo Regi, XII. Plura adversus dignitatem Pontificiam molitur, 1338. I. Henricus Archiep. Moguntinus ejus cupiditatibus obsecundat, *ibid.* Celebrati ab eo Spirae conventus, *ibid.* In iis nonnulli Germani praesules poscunt ut Pontifex Ludovici & Ecclesiae causam ipsis permittat II. Rejetti, *ibid.* Ea de re literae ad Archiep. Coloniensem, III. Ut Ecclesia non defuerit conciliando Ludovico, VI. Abruptum sit ab ipso Ludovico concordiae colloquium, *ib.* Adhibita ab Ecclesia, pro eo redintegrando curae, *ibid.* Expetiti ad illi Ludovici & principum Germanorum oratores, *ibid.* Bavari causam tantum apud Sedem Apostolicam agendam contendit Pontifex, VI. Albertus Argentinensis plura falsa ad ejus gratiam scribit, VIII. Habita ab eo tria comitia, IX. Paratum ab eodem in Gallos bellum, *ibid.* Illata dolo pacis mentio, *ibid.* nefariis scriptis creat invidiam Romanis Pontificibus, X. Contendit electum Caesarem non confirmandum a Pontifice, *ibid.* Argumentorum ejus vis praecipua infringitur, XI. Non exinde Caesar inferior est illi Regibus, quod confirmanda sit ejus electio, *ibid.* Anathematismi eodem die in Ludovicum promulgati, quo ab eo lata adversus Romani Pontificis dignitatem decreta, XIII. Permixta ejusdem edictis haeresis, XIV. Michael Caesenas, & alii pseudominoritis, ejus fulti clientela, a Benedicto XII. ob defensam fidem ut ab haeretico provocant ad concilium, XV. Catholicus clerus a Bavaro divexatus, *ibid.* Ut ejusdem Bavari culpa steterit, ne in gratiam cum ecclesia fuerit restitutus, XVI. Admonitus, ut cum Gallo & Siculo suas lites componeret, XVII. Populares tumultus in Judaeos concitatos sedat, XXI. Cum Anglo in Gallum Regem conspirat, LIV. Creat Eduardum vicarium suum in inferiore Germania, LVIII. Quae obiecta sint ea de causa Eduardo, utque recentia Ludovici facinora, *ibid.* usque ad LXV. Concordiae colloquium cum Ecclesia redintegrat, 1339. I. Queritur apud eum Benedictus, Pontificiae clementiae illum illustrasse, II. Germaniam ab Ecclesia divellere tentasse, III. Injustam praefecturam contulisse Eduardo, IV. Fovere suo patrocinio haereticas, *ib.* Monetur, ut animae salutis prospiciat, V. Quoniam ab eo concordiae pactioes propositae fuerint, VI. Flester Ludovicum clementia nititur Benedictus, VII. Admonet ut a Gallo & Ecclesiis opprimendis

abstinet, *ibid.* Corripitur Eduardus de suscepto a Ludovico vicaria praefectura, 1340. VIII. Deliberatum de censuris ob id Eduardo incutiendis, *ibid.* Conjungit cum Eduardo copias in Gallum, XXV. Irrumpere in Italiam molitur, 1340. LXVI. Inita a Pontifice ad intercludendos illi aditus foedera, LXVII. Agitat iterum de sua reconciliatione, *ibid.* Data a Benedicto Papa ad eum literae, *ib.* Ut Sedes Apostolica ad ipsum excipiendum parata sit, *ib.* Papientes de impenso illi studio veniam ab ea flagitant, LXX. *Op. seq.* Item Novarienses, Vercellenses, & alii populi, *ibid.* LXXI. & 1341. XXVIII. Cum eo inconsulta Ecclesia, Gallus Rex foedus pacificatur, 1341. XII. Discedit ab Anglico foedere, *ibid.* Pro eo conciliando Ecclesiae Gallus interpretem agit, *ibid.* Benedicti ad Gallum responsum, XIII. Resistit Ludovicus, & filio alienam uxorem tradit, XIV. Solvendi leges canonicas de conjugis sibi jus arrogat, XV. Illi Henricus Archiep. Moguntinus adheret, XVII. Irruptionem molitur in Italiam, 1342. XVII. Missus Cardinalis legatus ad jungendos contra illum Italos principes, *ibid.* Non audeat Italiam ingredi, XVIII. Albertum Ducem Austriae adhibet deprecatorum, ut Ecclesiae gremio restituatur, 1343. XII. Resistit a ceptis, III. Lata in eum a Clemente VI. judiciaria sententia, 1343. XLII. &c. Jussi praesules eam divulgare, LVIII. Ut misericordia Sedis Apostolicae abusus sit, *ibid.* In eum & sequaces anathema promulgatum, LIX. De creando Rege Romanor. adversus illum agitur, *ibid.* Praesert rediturum ad finem Ecclesiae, LX. Mittit oratores, *ibid.* Dein a ceptis resistit, *ibid.* Henricus Archiep. Moguntinus ob Bavari in haereseis lapsi adhaesione in jus vocatus, 1343. LXI. Ludovici ad Clementem Papam literae, quibus se illi submittit, 1344. X. Alia ad Cardd. XI. Illius oratores spondent, ipsam rediturum ad Ecclesiam, XII. Clemens ad eum excipiendum paratum se exhibet, *ibid.* Exiit pristina mentem Ludovicus, XIII. Criminum praetorium rite veniam poscere abnuat, *ibid.* Polonus ad ineundum cum eo foedus inclinatur, sed revocatur a Pontifice, 1345. XV. Ungarus cum eo affinitatem tractans deterritur a Pontifice, XVII. Oranti Gallo pro Ludovico conciliando Ecclesiae respondetur, illum promissa servare detrectasse, XVIII. De securis ejus partibus veniam poscit Episc. Argentin. XIX. Jussu Clementis promulgatur Ludovicus anathemate defixus, 1346. I. Concordiae interpretem Austriacum adhibet, *ibid.* Respondetur illum inconstantem esse, nec promissis stare, *ibid.* Gallo pro eo orante, culpa in Ludovicum rejecta, II. Haereticas habuisse in pretio, *ibid.* Lata a Clemente in eundem decretoria sententia, III. Quae scelera illi obiecta, *ibid.* &c. Diris comminationibus defigitur, VII. Sancitum in ejus locum alium. Caesarem subrogandum, VIII. Jussi electores alium diligere, IX. Rescissa sacramenta Ludovico data, XI. Henricus Archiep. Moguntinus ob adhaesione Bavari exautoratus, XII. Formula Ludovici Bavari sequacibus ad Ecclesiae gremium redeuntibus proposita, XVII. Carolus Boemus Ludovici acta rescissurum se spondet, XX. Una cum parente illaturum. bellum Ludovico, XXVI. Eorum lit. *ibid.* De mandandis operi pontificiis edictis, *ibid.* Gallos Rex iterum pro Ludovico pacis interpretem agit, XXIX. Repellitur, *ibid.* Decernunt principes electores jussu Ludovicum a Pontifice exautoratum, XXXI. Subrogant in ejus locum Carolum Boemum, *ibid.* Confirmatur a Clemente Carolus adjecta causa, cur Lu-

Ludovicus exauctoratus, XXXIV. Missus legatus Card. in Italiam ad abrumpendos illi aditus, LX. Pontificia in Ludovicum Bavaram edicta confirmata a Carolo IV. 1347. III. Eadem mandatum iri operi promittit, VII. Non initurum se cum eo foedus, *ibid.* Siciliam non affectaturum spondet idem Carolus, 1347. III. In Italiam irrumpere molitur Bavarus, VIII. Meditatur Neapolitanum Regnum sibi subicere, *ibidem.* Repentina morte opprimitur, *ibidem.* Ut a Joanne XXII. & Benedicto XII. fuerit pramonitus, ut divinam iram caveret, XXIX. Non irrita ceciderit in eum ecclesiastica execratio, *ibid.* Quo genere mortis perierit, *ibid.* Ejus sequaces ad Ecclesiae & Caroli Regis gratiam revocati, X. Nicolaus Laurentius de subiciendo uni ex ejus filiis Neapolitano Regno consilium agitavit, XIV. De ejus sequacibus Ecclesiae conciliandis, 1349. XV. Ipsius filii facinora paterna solemniter damnant, 1354. XVII.

Ludovicus Nivernensis junior Macliniam a Leodiensi Episcopo emit, 1334. XIV. Ortum inde bellum cum Joanne duce Brabantiae, *ibidem.*

Ludovicus Comes Claromontanus praeficitur clausi a Pontifice & Gallo Rege mittendae contra Aegyptios, 1334. XII.

Ludovicus Trinacrius sexfennis defuncto Parenti Petro in Trinacria detentione succedit, 1340. LXIII. Joannes patruus regiae procurator illi datus, *ibid.* In illius subsidium Genuenses commeatus inferunt Messanae a Roberto Siciliae Rege obsessae, 1341. XXXV. Increpiti a Pontifice, & Ludovicum iure non niti, ostenditur, XXXVI. Pontificem Ludovicum de pace postulat, 1343. LXXXII. Cur censuris devincti Trinacrii, LXXXIII. A Joana Regina Neapolitana pacem orat, 1344. XXXVIII. Consulit Joannae Clemens, ut cum eo ineat inducias, *ibid.* Mylas Joannae eripit, 1346. LVIII. Pacifici cum Ungaro foedus nititur, *ibidem.* Cum Joana utiles sibi concordiae pacationes inquit, 1347. XII. Agit cum Clemente VI. de Trinacria a Neapolitano Regno divellenda, 1348. XII. Obtinet Trinacriae sacrorum usum restitui, 1349. XI.

Ludovicus Bavarus junior marchio Brandeburgensis alienam uxorem ducit, 1341. XIV. Intentatae illi censurae, *ib.* Exclusus a Clemente VI. eligendi Caesaris jure, 1346. XI. Petitor bello a Carolo Rege Romanorum, 1347. III. Eduardo Regi Angliae, dein Friderico Milnensi, demum Gunchero tyrannidem desert, 1349. XII. Cum eo in Caroli potestatem redigitur, XIII. Cum Juliacensi Marchione de tenendi caesarei sceptri gradu disceptat, 1349. XIII. In Caroli Caesaris gratiam admittitur, XIV. Imperialia illi insignia restituit, *ibid.*

Ludovicus Rex Ungariae a Casimiro avunculo sceptri Polonici haeres decernitur, 1339. LXXXI. In Ungariae Regno, parenti Carolo succedit, 1342. XXVIII. Avunculum Casimirum auxiliis instruit contra Boemum, 1345. XVI. Bellum gerit cum Venetis de Jaderae imperio, XVII. Meditantes inire foedus cum Bavao Pontifex ab eo consilio revocat, 1345. XVII. Andreae fratris necem ulcisci parat, *ibid.* & 1346. LI. Vocat in crimen Joannam Reginam, *ibid.* Graves querelas fundit in plures alios, quibus responsum a Clemente VI. LI. Contendit Siciliam jure primogeniturae sibi debitam, *ibidem.* Respondetur, Joannam Reginam, antequam convicta sit, regno non exuendam, LIV. Trinacriorum foedera respuit, LVIII. Fert graviter in Joannam non inquisitum esse, 1347. XII. Ducum

opera Neapolitani Regni partem sibi subicit, *ibid.* Ab iis excitus ad certam triumpho spem provolat, *ibid.* Victoris Siciliam citeriorem peragrata, 1348. I. Joannam fugat in Provinciam, *ibidem.* Ducem Dyrrachinum interfecti jubet in eo loco, in quo Andreas fuerat caesus, *ibid.* Principes, consanguineos addicit custodiae, *ibidem.* Neapoli potitur, II. Joannam graviter accusat, *ibid.* Trinacriam sibi subicere meditatur, *ibid.* Gestis excusat apud Sedem Apostolicam, *ibid.* Poscit sibi apostolica autoritate coronam Siciliam conferri, III. Quid responsum a Pontifice, *ibid.* Urget Ludovicum, ut Joana comprehendatur, IV. Arguitur, injuria ipsum obruncasse Carolum Dyrrachinum, VI. Negat Clemens regnum illi conferri posse, VIII. Monet ne tribunal Romanorum fovat, X. Expostulat de Cladibus ab eo Neapolitano Regno illatis, *ib.* Varias concordiae rationes illi propositae, XI. Metu pestis Neapolitanum Regnum abjicit, fugitque in Ungariam, *ibid.* Illud amittit, quod a Joana recuperatur, XII. Decreta ad eum a Pontifice & Philippo Gallorum Rege legatio, 1349. I. Varia ejus petita, & quid a Clemente responsum II. &c. Negata illi a Clemente Papa Neapolitani regni donatio VI. Propositae ei aliae concordiae leges, VII. Ut Joana in judicio adversus illius delationes ob vim sibi illatam sine judicio exceperit, *ibid.* Rogatur, ut captas arces pontificiae fidei committat, VIII. Alia ejus in Neapolitanum Regnum irruptio, 1350. XXII. Aversa potitur ad Neapolim castra promovet, XXVI. Neapolitanos pronos ad obsequium asperis verbis ita efferat, ut ab iis propulsi sit, *ibid.* Concordiam facit cum Joana ea lege, ut si rea fuerit, pontificia damnetur sententia, sibi vero Neapolitanum regnum tradatur: si absolvatur, regnum Joannae permittat, XXVII. Pactus inducias, lustratis Apostolorum liminibus, in Regnum revertitur, *ib.* Libertati restituere pollicetur Dyrrachinos Tarentinosque principes, *ibid.* Absoluta Joana, ipse a vexando Neapolitano Regno abstitit, 1351. XXXII. Implorata a Polono adversus Tartaros illius auxilia, XXXIII. Lithuanos obtinuit, *ibid.* Ducem Keistutum capit, *ibid.* Contra Tartarorum Imperatorem bellum suscipit, *ibid.* Pactam auri vim Joannae remittit, 1352. I. Arces Neapolitani regni restituit, *ibid.* Condonatae illi ob invasam Siciliam injuriam, II. Emittit e carcere principes Tarentinos & Dyrrachinos, V. Retinet sibi Salernitanum Principatum & Honorem montis S. Angeli, VI. In Tartaros signa attollit, *ibid.* Provinciae infidelium & Schismaticorum illi ab Ecclesia traditae, ut eas sibi subjiciat, *ibid.* Expeditionem ducit in Tartaros, 1354. XXV. Terrore armorum Serviae Regem ad Schisma Graecorum damnandum adigit, XXVI. Genuensibus socium se adjungit adversus Venetos, 1355. XXV. Jaderam & Istriam repetit, *ibid.*

Ludovicus Hispana stirpe satus principatu insularum Fortunatarum donatus a Clemente VI. & quibus legibus, 1344. XXXIX. Clientelarem sponcionem eidem Pontifici praestat, XLV. Eiusdem eade re literat, *ibid.*

Ludovicus Tarentinus Rex Siciliae fugatur a Ludovico Ungariae Rege una cum Joana in Provinciam, 1348. I. Eam solvis impedimentis consanguinitatis, ducit uxorem jam pregnantem, XI. Juris exceptione se tuetur in judicio, ut prius regno restitatur, *ibid.* Neapolitanum regnum, captata Ungari absentia, recuperat, XII. Warnerum Germanum sibi conciliat, *ibid.* De remissa illi ab Ungaro Rege ingenti auri vi, 1352. I. Restitutae arces, *ibid.* Quibus legibus corona fuerit redi-

mitus, III. Filiis e Joana susceptis posse succedere pronuntiat, V. Ejus fratres ex Ungarico carcere dimissi, *ibid.* Monet ab Innocentio VI. ne a Justitia recto tramite deflectat, 1353. VI. Insulae Sicilia partem maximam recuperat, 1354. XV. Consulunt illi, ut in Calabriam accederet, *ibid.* A foederatis latronibus vexatur, *ibid.* Anathemate ob non solutum censum irretitus, *ibid.* Vocatur in judicium ab Innocentio ob non solutum censum, 1355. XXII. Oppugnatur a foederatis praedonibus, *ibid.* Ad regias virtutes sectandis excitatur, *ibid.* Joannem Pipinum Apuliae Regem se dicentem capit, *ibid.* Corona papyracea redimitum praefocari jubet, *ibid.*

Ludovicus Gonzaga Mantuam ad Ecclesiae obsequium revocat, 1350. XIII.

Ludovicus Flandriae comes cum Margareta Hannoniae comitissa certat, 1353. XV. Petrus Cameracensis Episc. missus ad pacem componendam, *ibid.*

Ludus Taxillorum ludus vetitus ab Innocentio VI. 1353. XXXII.

Lusitania Romano Pontifici duas marchas annuas pendit, 1338. XXVII. *Vid.* Alfonso Lusitaniae Rex.

Luxuria. *Vid.* Libido.

M

Macarius haeresiarcha unam voluntatem & operationem astruebat in Christo, 1351. IV.

Maclinia ab Adolpho Leodiensi Episc. comiti Flandriae dividita, 1334. XIV. Orta inde, inter Flandrum & Brabantium bella, *ibid.*

Magi. Imagines ad inferendam mortem cuiusdam baptizanti ritu diabolo, 1337. XXX. Judicio postulati, *ibid.* Magorum commercio se contaminat Nicolaus Laurentius, 1347. XV.

Magnus Rex Sueciae. Scania se illi dedit, abjecto Dano, 1339. LXXXIV. Poscit a Pontifice, ut ea ipsi confirmetur, *ibid.* Quid a Benedicto XII. responsum, LXXXV. Declaratur in Synodo Scaniae conjuncta, *ibid.* Optimis praecipis informatur a Clemente VI. 1343. XLI. Moscovitas schismaticos bello urget, 1348. XXIV. Monet a S. Birgitta, ut milites pietatis studio militiam exercituros tantum ducat, *ibid.* Praedictum illi, si secus agat disfermen, *ibid.* Concessit dictis exiis, *ibid.* Poscit opem a Clemente Papa ad Ruthenos a Carelia & Ingria propulandos, 1351. XXXIV. Indicta, a Pontifice sacra expeditio, Magno Duce, *ibid.*

Mahometus. Ejus nomen a Saracenis in locis, Christianorum degenibus proclamari vetitum, 1340. LVII.

Mahometani. *Vid.* Saraceni. Turcae Majorica. *Vid.* Baleares.

Malatestae Ariminum Ecclesiae eripiunt, 1335. XXVII. Indictum iis bellum a Benedicto XII. 1340. LXI. Piceni partem Ecclesiae eripiunt, 1350. VI. Redacti ad officium ab Aegidio Card. A. S. L. 1355. XX.

Manesguerdense conciliabulum, 1341. LXI. Congregatum a quodam nepote Mahometi, LXXXV.

Manfredi Faventiam aliasque urbes occupant, 1350. VI.

Mantua. Mantuani. In Gonzagarum potestatem concidit Mantua, 1335. XXVII. De Passarini partibus defensis veniam poscant Mantuani, 1350. XIII. Prostantem vacantis imperii admi-

nistrationem ad Papam spectare, *ib.* Non admittuntur Caesaris imperia, nisi confirmatus sit a Sede Apostolica, *ibid.*

Marbassanus Christianos ad Smyrnas cedit, 1345. I. Iterum eam urbem oppugnat, sed propulsatur, *ibid.* In Smyrnenis oppugnatione caesus, 1348. XXVII.

Marcha valet quinque Florenos auri, & duos grossos Turonenses argenteos, 1352. XV.

S. Margareta. Ejus reliquiae multa edunt miracula, 1339. XLIII.

B. Maria Virgo Deipara. Ostensum prodigio caelesti templum apud Delphos construendum, 1351. XXXVI.

Maria Regina Castellae. Consolatoria ad eam de Alfonso Regis morte literae, 1350. XLII.

Maria Padilia Petri Regis Castellae adultera, monastica instituta amplexuram praefert, 1354. XX. *Vid.* Petrus Rex Castellae.

Marianus regulus Arborea Aragonios in Sardinia vincit, 1353. X.

Marinus Falerius Dux Venetorum in rempublicam conjurat, 1355. XXV. Capite truncatur, *ibid.*

Marquardus Episc. Augustensis Pisanos factiosos reprimit, 1355. XVIII. Abeunte in Germaniam Carolo Pisis praeficitur, *ibid.*

Marsilius & Jandunus haeresiarchae. Excusat se Ludovicus Bavarus de accepto ipsorum patrocinio, 1336. XXXIII. Quinque eorum haereses execratione desigit, XXXIV. Synodus adversus Marsilium, & Jandunum, 1343. XLVIII.

S. Martialis Aquitanorum Apostolus. Duplici officio recolitur a Clemente VI. ejus memoria, 1343. XCII.

Martinus Zacharias Genuensis praefectus pontificis tremibus, 1343. IX. *Vid.* Zacharias Martinus Baricka pius sacerdos ob data Casimiro monita meritis humine, 1340. XXV.

Martyres. Eorum animae quomodo dicantur esse sub altare Dei, 1335. XXVI.

Massiliana haeresi instaurata a Palama Graeco, 1347. XXV.

Massilienses expetunt a Clemente VI. ultionem de Andreae Regis nece, 1345. XXX.

Mastinus Scaliger Parmam & Lucam sibi subicit, 1335. XXVII. Pisas pertentat, *ibid.* Affectat Etruriam, 1336. LIII. Propulsatur a Florentinis, *ibid.* Patriarcha Aquilejensis rogatus, ut una cum Venetis ipsi resistat, LIV.

Matrimonium. Armeniorum haeresis, dicentium actum matrimonii peccatum esse, 1341. LIV. & LXII. Trigamiam damnant, LXII. Conjugatos ad sacerdotium promovent, LXIX. Sine consensu partium matrimonia celebrant, *ibid.* Ea perperam dissolvunt, *ibid.* Plures uxores aliqui tenent, *ibid.* Sensit male de matrimonii sacramento Ludovicus Bavarus, 1343. XLVIII. Fideles mulieres jungi cum haereticis, vel schismaticis vetitae, 1346. LXXX. Matrimonia rescissa a pseudomonachis, 1347. XXV. Matrimonialis actus, si congruo modo fiat, est meritorius, 1351. IX. Propositum illud a Clemente XI. Armeniorum catholico adversus contrariam haeresim, *ibid.* De indissolubilitate matrimonii, *ibid.* Bigamia, & Trigamia licitae, *ibid.*

Matthaeus Joannis Cantacuzeni Imperatoris filius. Ad eum a schismate abducendum missi internuntii, 1350. XXXII.

Mauri maxima clade ab Alfonso Castellae Rege caesi, 1340. LI.

Mechitariz haeresiarcha apud Armenios, 1341. L. Mediolanenses censuris, quibus a Joanne devincti erant, solvi postulant a Benedicto XII. 1341. XIX. Diploma Pontificium ea de re, XXI. Ut pollicenti sint, se non excepturos Caesarem, nisi confirmatum a Sede Apostolica

lica, XXIII. Quæ pœna iis imposta ob vicecomitum & Ludovici Bavari defensas partes, XXVI. Mediolanensium præfectura, suo principe vacuo imperio, a Pontifice tradita Vicecomitibus, 1341. XXXI.
Meditatio. *Vid.* Contemplari & Passionis Christi meditatio.
Memoria. Illius tenacitatis rarum in Clemente VI. exemplum, 1352. XXIII.
Meretricium vechigal abrogatum ab Innocentio VI. 1353. XXXII.
Merita bonorum operum negata a novatoribus in Anglia, 1355. XXVI. Dammati sunt ab Innocentio VI. *ibid.*
Michael Casenas hæresiarca supremus Minoritarum præfectus. Occulta ejus conjuratio ad conciliabulum adversus Joannem cogendum constata, 1334. XXXI. Una cum Ochamo & aliis a Benedicto XII. ob defensionem ut ab hæretico provocat ad concilium, 1338. XV. In extremo vitæ actu poenituisse fertur, 1344. XIII.
Minoritæ. Perperam vocatus in invidiam Joannes XXII. a nonnullis Minoritis, 1334. XLI. Ipse optime meritis de Minoritis in reprimendis eorum factionibus, *ibid.* Veros Minoritas auxit honoribus, *ibid.* Paupertatem Franciscanam tutatus est, XLII. Obstiruit, ne Geraldus Otho suis interpretationibus disciplinam solveret, *ibid.* Fidei & Franciscani ordinis studio permotus pseudominoritas est infectatus, XLIII. Ad restituendam eorum disciplinam plures leges a Bened. XII. sancitæ, 1336. LXV. *Œ Jeqq.* Instructi auctoritate ad lapsos in hæresim sodales absolvendos, 1337. XXX. Excepti factionis signiferi, *ibid.* Missi ad Tartaros, 1338. LXXX. Nonnulli arguuntur a Clemente VI. favere schismaticis, 1348. XXI. Jussi Cumanos fide Christiana instruere, XXIV.
Missa. Ornatus Carolus Rex Ungariæ sacro beneficio, cum rei Divinæ, recurrentibus solemnibus mysteriorum fidei Christianæ diebus, interesset, 1334. XXVI. Nankerus Episc. Cracoviensis omnes missas, in qua aderat Ecclesia audire solitas, 1341. XLIII. Ejus anima in cœlum ferri visa, *ibid.* Armeniorum fictio circa mixtionem aquæ in sacrificio, LVIII. Eorundem abusus in celebranda missa, LXVIII. Sanctum impie in ipsorum conciliabulo, ne aqua in Sacrificio misceatur vino, LXIX. Eorum superstitio circa dies celebrandæ missæ, *ibid.* Consecratio in azymo in primitiva Ecclesia usurpata, LXXVIII.
Mitra Patriarchæ Constantinopolitani, 1341. LXXXI.
Monomachia *Vid.* Singulares Pugnæ.
Monspessulanus a Jacobo Baleari Rege, Regi Francorum divenditus, 1345. XIII. & 1349. XXVIII.
Monfregalis grassator insignis Latronum exercitum conficit, 1353. V. Picenum vastat, *ibid.* A Nicolao Laurentio extremo supplicio affectus, 1354. IV. Partæ latrocinii opes in pios usus converti jussæ, *ibid.*
Mors. Moriturorum Prædicatorum numerus prodigio ostensus, 1351. XXXV.
Mors iustorum. Pœnitens femina tantum dolorem ob antea vitæ scelera concepit, ut illius magnitudine oppressa feliciter animam exhalarit, 1335. LVIII. Morientium sanctorum felicitas, 1336. XI. S. Elizabethæ Lusitanæ pia mors, LXX. Et Naukeri Episc. Wratislaviensis, 1341. XLIII. Locus, in quo B. Conradus moritur, cælesti luce circumfus, 1351. XL.
Mors peccatorum. Eorum morientium terror, 1336. XIII. Quomodo in nocte ab impiis anima repetatur, *ibidem.* *Vid.* Peccata punit Deus.

Moschovita. Schismatici Moschovita a Magno Rege Sueciæ bello petiti, 1348. XXIV.
Mutina ab Ateftinis subacta, 1335. XXVII.
Mytilene ad Catalos devoluta, 1355. XXXII.

N

N Ankerus Episc. Wratislaviensis. Ejus anima in cœlum ab Angelis ferri visa, 1341. XLIII. Illius pietas, *ibid.*
Narfes hæresiarca apud Armenios, 1341. LXIX.
Natura. Bonitas nature non est mensura gratiæ & gloriæ, 1340. LXXII.
Neapoleo Cardinalis Ursinus subornatus a Ludovico Bavaro de conciliabulo adversus Joannem cogendum agitatur, 1334. XXXI. Idem Ludovico author est, ne cedat imperio, XXXII. Detrectavit Joannis XXII. exequis interesse, XL. Benedicto XII. pontificalem coronam imponit, 1334. XLVI.
Neapolitanum Regnum. *Vid.* Sicilia.
Neophyti hæretici reprimi jussi in Sicilia, 1344. IX.
Nerles Archiep. Manesguerdensis ad Armeniorum catholicorum, pro exprimenda in controversis fidei articulis confessione missus, 1353. XXV.
Nicolaus Laurentius missus orator cum Petrarca a Romanis, ut Clementem VI. ad restituendam Urbi sedem exoret, 1342. XX. Eius dotes, 1347. XIII. Artes ad conciliandum populare studium, *ibid.* Ut, assentiente Clemente, Urbis administrationem corripuerit, *ibid.* Ut tribunitiam potestatem sibi arrogarit, *ibid.* Eius impudentia in Pontifice, Cardinalibus, & æmulis Cæsaris citandis, *ibid.* Arrogantia in splendidis titulis sibi asciscendis, *ibid.* Orbem universum sibi subjectum mimico ludo jactat, XIV. Lauream tribunitiam accipit, *ibid.* Pontificiam ditionem sibi subjicere nititur, *ibid.* Indicit publicos Italorum conventus, *ibid.* Septem coronas sibi conferendas curat, XV. Auctus adeo ejus splendor, ut de scedere eum postularint Reges, *ibid.* De subjiciendo Ludovico Bavaro Neapolitano regno consilium iniiit, *ibid.* Magorum commercio se contaminat, *ibid.* Cajetani illi se offerunt, *ibid.* Eum repimere jubetur Bertrandus legatus Cardinalis, XVI. Romani admoniti, ut ab illius dolis caveant, neve Urbem exponant excidio, XVII. usque ad XX. Ut Carolo Cæsari diem dixerit Nicolaus & Bavaro, XVI. Nonnullis Italicis urbibus jus creandi Cæsaris contulerit, *ibid.* Cæsarem apicem exambiverit, *ibid.* Donationes a tempore conditæ Urbis factas novandi spe revocavit, *ibid.* Impium dogma de Ecclesiæ principatu fuderit, XIX. Siciliam uni ex Ludovici filijs obtulerit, *ibid.* Monitus a legato obduravit in perfidia, XX. Columenles ad Urbis portas cædit, XXI. Conflata in eum conjuratione, fugam ignave carpit, *ibid.* Damnatur sententia hæresicos a legato, *ibid.* Novas movere turbas nititur, 1348. XIII. Postulatus judicio a Bertrando Card. A. S. L. *ibid.* Percussus anathemate, *ibid.* Anibaldus legatus a Clemente Papa jussus ea edicta in eum urgere, *ibid.* Petit insidiis eundem Anibaldum Cardinalem, 1350. IV. Sibi plures Romanos devincit, *ibid.* Fugit in Boemiam, & carceri mancipatur, *ibid.* Perductus Avenionem diu manet in vinculis, V. Emittitur e carcere ab Innocentio VI. ut tyrannus insurgentibus se opponat, 1353. V. Ab Ægidio Cardinale A. S. L. adducitur in Italiam, *ibid.* A Romanis avide exceptus publicæ rei administrationem cepit, 1354. II. Pluribus salubribus monitis instruitur ab Innocentio, *ibid.* Monrealem latronum federatorum principem ex-

extremo supplicio afficit, IV. Partas ab eo latrocinii opes invadit, *ibid.* Dum nova imperat vechigalia, a furente populo lanatur, *ibid.*
Nicolaus Bessia electus Lemovicensis creatus Cardinalis a Clemente VI. 1344. LXVIII.
Nicolaus Patriarcha Aquilejensis Bertrandi prædecessoris corpus corruptionis expers populorum venerationi exponit, 1350. XX. Tentatur veneno ab hostibus, *ibid.* De prædecessoris interfectioibus pœnas repetit, *ibid.* Ei a fratre Carolo Imp. Senarum impemum datum, 1355. XVIII. Brevi excussum illius jugum, *ibid.*
Nicolaus Capocia Episc. Urgellensis creatur Cardinalis a Clemente VI. 1350. XLVII.
S. Ninianus divinitus curat ex vulnere Davidem Regem Scotiæ, 1346. XLIII.
Novarienses a Bavarico Schismate ad Ecclesiæ gratiam redeunt, 1340. LXXI.
Novatores falso jactant Armenios cum ipsis sentire, 1351. XVIII.
Novocomenes a Bavarico schismate ad Ecclesiæ gratiam redeunt, 1340. LXXI.
Nuptiæ. *Vid.* Matrimonium.

O

O Chamus una cum Michaele Casenate hæresiarca a Benedicto XII. provocat ad concilium, 1338. XV. Ab errore respiscit, 1349. XVI. Damnatu eroris illi præscripta formula, *ibid.* Quæ fuerit ejus hæresis, XVII. Creata Ludovico Bavaro ob illius clientelam gravis invidia, *ibid.*
Odo Dux Burgundiæ. Concessus ei calicis usus, 1345. XXXII.
Oleum sanctum. *Vid.* Chrisma
Olgerdus Dux Lithuanæ a Christianis ingenti strage victus, 1346. LXIII.
Olomucensis Ecclesia Pragensis Archiepiscopatus suffraganea instituta, 1344. LXIV.
Ompholophyschi. Eorum infania & præstigiæ, 1341. LXXI.
Opera bona. Hæresis nova in Anglia adversus merita bonorum operum, 1355. XXVIII.
Operatio Dei quomodo distinguatur a divina essentia, 1347. XXV. XXVI. Palamæ circa eam errores, *ibid.*
Orchanes Turcorum Imp. Græcos atterit, 1334. I. Sumpta inde urgendi Græcos occasio, ut ad conjunctionem cum Romana Ecclesia redeant, *ibid.* In Orchanem Pontifex, Gallus, Siculus, Venetus, Cyprius, Rhodius, Græcorum armorum societatem incunt, VII. Eundem magna clade afficiunt, XI. Illius collega in imperio Morbassan apud Smyrnæm Christianos delet, 1345. I. Deinde ab iis deletur, 1348. XXVII. Socium se adjungit Genuensibus adversus Venetos, 1351. XXV.
Ordellastus. *Vid.* Franciscus Ordellastus.
Ordinis sacramentum venale apud Armenios, 1341. LXIX. Tres tantum ordines habent, *ibidem.* Episcopalis ordo a solo catholico confertur, & in veste profana, *ibid.* Deficiunt in ritibus conferendi ordinis, *ibid.* Datum presbytero, ut ordinet diaconum, *ibid.* Error circa modum conferendi ordinis Episcopalis, *ibid.* Tres ordines sacri eodem die suscepti a Delphinio Viennensi, 1350. XL. Sacros ordines indigne a nonnullis colatos queritur Pontifex, 1351. XX.
Originale peccatum. Ut de eo male sentiant Armenii, 1341. L. LIII. LIV. & LXVIII. Aliqui illud negant, LXVIII. Dammati ab Armeniis ipsis ii errores, LXX. Questiones circa illos propositæ Armeniorum catholico, 1351. V. Navorum in Anglia hæreticorum *Ann. Eccl. Tom. XXV.*

circa peccatum originale errores, 1355. XXVIII.
Orosius Serviorum Regis filius ad conjunctionem cum Romana Ecclesia sollicitatus, 1354. XXVIII.
B. Otilia. Ejus reliquiæ, 1354. V.

P

P Alamas pseudomonachorum causam tuetur adversus Barlaamum, 1341. LXXIII. Vincit in pseudosynodo, præside Andronico Imp. *ibid.* Ejus hæresis de Thaborio lumine increato refellitur, *ibid.* Male distinguens divinitates comminiscitur, 1347. XXV. *Œ Jeqq.* Eius sequaces Matrimonium iusta dissolvunt, *ibid.* Fingunt, Deum a beatis videri non posse, sed quandam lucem, *ibid.*
Palici Messanæ ad Roberti partes revocant, sed tarde iis missa auxilia, 1342. XXIII.
Pallium transfusum novo Archiep. Pragensi, 1344. LXIV. Quibus diebus eo usus sit, *ibidem.*
Paradisus, quid sit, & quid ejus voce intelligatur, 1336. XIII.
Paradisus terrestris. Circa illum Armeniorum signum, 1341. LII. Aliud, LV.
Pascere. *Vid.* Inimicorum dilectio
Parma Mastino Scaligero dedita, 1335. XXVII.
Passio Christi. In ea recolenda, S. Gertrudes signata accipit, 1340. LXXIX. Institutus festus dies in honorem monumentorum passionis Christi, 1354. XVIII.
Pastor Archiep. Ebrundenensis creatur Cardinalis a Clemente VI. 1350. XLVII.
Patavium Alberto Scaligero ereptum, 1337. XXVI. Carrariæ subjectum imperio, *ibid.*
S. Paulus. Tres fontes S. Pauli extra Urbem, 1342. XXI.
Paulus Archiep. Smyrnæ, dein Patriarcha Constantinopolitanus cum Jo. Palæologo Imp. Constantinopolitano de Græcorum ad Romanæ Ecclesiæ obsequium reditu pacificatur, 1355. XXXIII. &c.
Paupertas. Fingunt Fraticelli Joannem XXII. & alios Pontifices ob decretum circa paupertatem Christi & Apostolorum papali jure & potestate a Deo privatos, 1354. XXX. Duo ex his exuli, *ibid.*
Peccata. Error Armeniorum negantium aliqua peccata remitti posse, 1341. LXIII. Joannes Mercuria Deum peccati auctorem fingens damnatus, 1347. XXV. Dammati, qui affirmarunt Adamum moriturum, etiam non peccasset, 1355. XXVIII.
Peccata punit Deus. Propter peccata principis quandoque punitur populus, 1340. XLVI. Ob necatum fidei censorem Wratislavia divinitus incensa, 1342. XXVII. Divina in Episcopum libidinolum ultio, 1343. LXXXVIII. Succus Rex ob peccata victus a Moseis, 1348. XXIV. A scripta divina in peccatores iræ pestilentia, XXXI. Ob sacerdotem flumine merium plexus a Deo Casimirus Poloniæ Rex, 1349. XXV. Divina ultio in illudentem B. Antonio, 1350. XV. In Episcopum lascivientem, 1352. XXXI. Divinæ ultionis exemplum in perjurio comite, 1353. XV. Casimirus Poloniæ Rex ob flagitia multis calamitatibus pressus, XVIII. Placato divino Numine pristina felicitatem recuperat, *ibid.* Joannis Vicecomitis tyranni Archiepiscopi Mediolanensis infelix mors, 1354. XI.
Peccatum originale. *Vid.* Originale peccatum Peloponnesus ad Græcos deficit, 1341. LXXXII. Peregrinatio hominis. Qua ratione peregrinatus a Domino, 1336. VIII.

Perjurium. Divina ultionis exemplum in Wilhelmo Comite Hannonie perituro, 1353. XV. Pessulanus mons. *Vid.* Montepessulanus. Pestilentia orbem depascitur, 1348. XXX. &c. Terramotus illius prænuntius, *ibid.* Varia percussorum peste symptomata, *ib.* Territi fideles ad Deum perfugiunt, *ibid.* A scripta divina in peccatores ira, XXXI. Pontifex plurimo igne adversus pestem utitur, XXXII. Indulgentia ad pereuntium solatium concessa, *ibid.* In ea pueri jubilando mori visi, & peccatores scelere acerbissime punire, XXXII. Septemtrionem depascit, 1349. XVII. Indulgentia ad solatium peste laborantium, *ibid.* Grassatur iterum pestilentia in septentrionalibus oris, 1351. XXXV. Offensus prodigiis moriturosum Prædicatorum numerus, *ibid.*

Petrarcha missus a Romanis ad Clementem VI. orator, ut illum ad restituendam Urbi sedem flecteret, 1342. XX. Egregium illius eade re poema, XXI. Eiusdem ad Andream Dandalum literæ pro sopiendi exitiali bello, 1351. XXII.

S. Petrus Apostolus. Ejus primatus demonstratur, 1343. XVII.

S. Petri jubare. Plurima munera a fidelibus anno jubæ ei illata, 1350. III. De eorum partitione decretum Innocentii VI. *ibid.*

S. Petri Basilica in urbe. *Vid.* Vaticana Basilica.

S. Petri denarius a Polonis debitus Sedi Apostolicæ, 1336. LXI. Exactus in Silesia, 1343. LX. *Vid.* etiam Romana ecclesia. Collectus in pluribus regnis, 1344. XXXVIII.

Petrus Rex Aragonum Alfonso parenti succedit, 1336. XLVII. Oratores mittit ad Sardinia & Corsicæ regna pontificiæ liberalitati accepta referenda, XLVIII. Discordias cum principibus regis Aragoniæ exercet, XLIX. Monet, ne novercam pupilloque insectetur, LI. Ad pacis consilia revocatur pontificiæ opera, 1337. XXV. Monetur ne Trinacriam adversus Robertum Regem Siciliæ juvet, *ibidem.* Exactus ab eo Sardinia & Corsicæ causa, census, 1338. XXVIII. Vires regis contra Ludovicum Bavarum offert Pontifici, 1339. VI. Ad Sedem Apostolicam accedit, præsentique clientelare obsequium desert, LX. Monetur a Pontifice, ne acerbiora jura sua a Baleari repetat, 1339. LXXIII. Deterretur ab inferendo bello, *ibid.* Summa juris acerbitate a Baleari clientelare officium exigit, LXXV. Arguitur de nimia licentia Judæis & Saracenis permissa, 1340. LVI. Pendit censum Sardiniam, LVIII. & 1341. XXXVII. Censuris solvitur, *ibid.* Aqueus Archiep. ad eum Jacobo Baleari conciliandum missus a Clemente VI. 1342. XXV. Ille plura Baleari imponit crimina, *ibid.* Andreas Card. tit. S. Sufanæ pro eo ad pacem revocando legatus, XXVI. Purgat se apud Clementem de iniuria Balearica expeditione, XXXI. Inexorabilem se præbet, *ibid.* Tentatus iterum frustra a Clemente, XXXIII. Ruffione & Ceritania Balearem spoliare nititur XXXIV. Init leves inducias, *ibid.* Missus ad eum Bertrandus Cardinalis legatus, 1344. XXXV. Eadem preces repetitæ, XXXVI. Balearem ad deditionem cogit, *ibid.* Solicitatur a Pontifice ad Clementiam, XXXVII. Redigit Balearem ad privatam fortunam, XXXVIII. De eo apud Clementem Papam conqueritur Balearis, 1345. XIII. Monetur ab eodem Pontifice, ut Jacobo regnum restituat, *ibidem.* Sublitas vestigalibus atterit, 1349. XXVIII. Monitus, ut solum firmet clementia, *ibidem.* Barbaricam tyrannidem in pontificium internuntium exercet, 1350. XLIV. Intentatæ

illi caelestes ira, XLVI. Venetis adversus Genuenses se conjungit, 1351. XXV. Veniam flagitat de violato jure ecclesiastico, nec soluto censu Sardico, XXVI. Ejus literæ, *ibid.* Monitus a Clemente, ne conciliandæ Venetos inter & Genuenses paci obstitat, 1352. XIII. & XV. Ob Sardiniam cum Genuensibus litem colloquium discutit, *ibid.* Sardinicum censum Clementi pendit, 1352. XVI. Monetur ab Innocentio VI. ut intermissum annuum Sardinicum censum sibi pendat, 1353. IX. Pactiones a Bonifacio VIII. constitutas instaurat, *ibid.* Mittit oratores, qui sacramentum fidei exhibeant, *ibid.* Illius hac de re literæ, *ibid.* Venetorum cum Genuensibus pacem disturbat, X. Una cum Venetis Genuenses ad Sardiniam oram delet, *ibid.* Ab Arboreæ regulo in Sardinia profugatus, *ibid.* Sardos subigit, spatio falso rumore, Genuenses mari victos, 1354. XIV. Arboreæ regulum in sua verba adigit, *ibid.* Monetur, ne Joannam Reginam Siciliæ bello lacessat ob recuperatam Trinacriæ partem, XV. Publicis monumentis proficitur, nulla se Aragonis principibus Trinacriæ invasoribus daturum auxilia, 1355. XXIII. Fides ab eo non servata, *ibid.* Ad Pontificem accedit Avinionem, *ibid.* Sardiniam, & Corsicam acceptas pontificiæ beneficentia refert, *ibid.* Eo inconsulto pax inita a Venetis cum Genuensibus, 1355. XXIV. Rogatur a Venetis, ut paci se accommodet, *ibidem.*

Petrus e Luna Archiep. Casaragustanus increpitus ob turbas in regia Aragonia motas, 1336. XLIX. Promoti a Pontifice adversus illum, ordinum conventus, *ibid.* Accersitus in judicium apud sedem Apostolicam, 1337. XXV.

Petrus tit. S. Prædix presbyter Cardinalis creatus legatus pro Gallo & Anglo Regibus in concordiam redigendis, 1337. XV. & 1339. XV. Quæ regibus exponere jussus sit, 1337. XV. Instruitur auctoritate ad imperandas utrique Regi inducias, XVI. Jus ecclesiasticum, in utroque oppressum regno instaurare jubetur, XVII.

Petrus Archiep. Rothomagensis, postea dictus Clemens VI. *Vid.* Clemens VI.

Petrus Fridenci Regis filius a patre contra fraterem vetera sceptri heres relicto, 1337. XXXVI. Mollitur cum Robertus Siciliæ Rex, veniente Pontifice, insula imperio depellere, *ibidem.* Comes Vintimiliensis, dum Roberto favet, oppressus, *ib.* Oratorem eum heres decernit ad Benedictum XII. 1338. XXXIII. Poscit Trinacriam Apostolica liberalitate conferri, XXXIII. Censum annuum pollicetur, XXXIV. Solvi censuris flagitat, *ibid.* Repulsam passus, *ibid.* Nuntiorum pontificiorum in eum aëta judicaria, 1339. XLIV. &c. Censuris defigitur, 1340. LXIII. Mylas amittit, *ibid.* Ex castrensi labore moritur, *ibid.* Successorem principatus inique detenti filium Ludovicum relinquit, *ibid.*

Petrus Lundenis Archiep. declarat in synodo, Scania Sueciæ conjunctam, 1339. LXXXV.

Petrus et Pratis Episc. Prænestinus ad Anglos Gallosque conciliandos missus, 1342. IX. &c. Petrus Moncada Aragonio Majoricam subicit, 1343. XXXI.

Petrus Zenus Venetæ classis præfectus una cum fœderatis Smyrnæ capit, 1344. II. & III.

Petrus Bertrandi Episc. Atrabatenis creatus presbyter Card. a Clemente VI. 1344. LXVIII.

Petrus e Padua cum copiis Smyrnæ submissus a Pontifice, 1345. I.

Petrus Dias Episcopus Civitatis e morte ad vitam revocatus, 1345. LXXXVIII.

Pe.

Petrus Minobritæ ab hæreticis martyrio affectus, 1346. LXX.

Petrus Rogerius Clementis nepos in pontificatu dictus Gregorius XI. creatus Cardinalis, 1348. XXXVI. Ejus ætas & virtutes, *ibid.* *Vid.* Gregorius XI.

Petrus Rex Castellæ Alfonso patri succedit, 1350. XLIII. Regnum a crudelitate auspiciatur, *ibid.* Abjecta uxore Blanche, adulterii se contaminat, 1353. XVI. Procères, qui Blanchæ Reginæ causam susceperant, persequitur, XVI. Respicere ab adulterio visus, 1354. XX. Ab Innocentio VI. salubribus præceptis informatur, ut vitæ sordes eluat, *ibid.* Nova adulteria conjugii specie in, XXI. Corripitur a Pontifice, *ibid.* Falsa per vim & metum extorquet, *ibid.* Expositus illi sceleris horro, *ibid.* Abbas Rex Clarorum monium, seu Tremisicorum, ad exuendam superstitutionem Mahomedicam ejus arma impiorat, XXIII. Ad Petri preces crucisignata militia indicta ab Innocentio, *ibid.* & XXIV. Monitus de casto thoro se continent, 1355. XXIX. Una cum Padilia & Castria percussus anathemate, *ibid.* In eum procères confurgunt, XXX. Guillelmus Card. ad eum censuris absolvendum, si flagitium eum poeniteret, missus, *ibid.* Respicere visus est, & Blancham Reginam recipit, XXXI. Salubribus a Pontifice monitis informatur, *ibid.* Iterum ad Padiliam adulteram accedit, *ibid.* In procères exercet tyrannidem, *ibid.*

Petrus e Grossio Episc. Antiochenensis creatur Cardinalis a Clemente VI. 1350. XLVII. Petrus Episc. Cameracensis ad Ludovicum Flandriæ comitem cum Margareta Hannoniæ comitissa conciliandum missus, 1353. XV.

B. Petrus Thomas Carmelita Episc. Pædensis, postea Patriarcha Constantinop. A. S. L. missus ad Stephanum Regem Raciæ ad eum ac populum illum ad Ecclesiæ Romanæ conjunctionem traducendos, 1354. XXVI. & XXXIX. Re infecta, a schismatico dimittitur, *ibid.* Legatus ad Venetos cum Ludovico Ungariæ Rege conciliandos, XXXIX.

Petrus Episc. Card. Otienensis solemniter Carolum IV. die sacro paschatis, imperialibus insignibus redimit, 1355. III. Qui ritus in ea celebritate servati, *ibid.* usque ad XIII.

Philadelphii a Turcis oppressi, missi oratoribus, Innocentium VI. rogant, ut eorum principatum tutelamque suscipiat adversus Turcas, 1355. XX. Interrogantur, num damnata schismate ad Ecclesiam redire velint, XXI. Moniti, ut prius consulant animæ salutem, *ib.* Hærent in schismate, & a Turcis opprimuntur, *ibid.*

Philippus Rex Francorum solicitatur a Pontifice, ut mittat oratores Constantinopolim ad Græcos a schismate abducendos, 1334. III. Et ad stimulandum Imperatorem ad crucem adversus infideles induendam, *ibid.* Claudit in Turcas Joannem et Cepeyo præficit, X. Parta est a fœderatis de Turcis victoria, *ibid.* Ludovicum Borbonium classis mittendæ contra Soldanum Ægyptium præficit, XII. Consultit Pontificem, an cum Tartaris adversus Saracenos sit fœdus conjuncturus, XIII. Ad sopiendum exorients inter Flandrum & Brabantium bellum operam adhibet, XVI. Urget Pontificem, ut Ligures cum Catalanis & Balearibus conciliet, *ibid.* Significat Pontifici, Ludovicum Bavarum pro impetranda Ecclesiæ gratia cedere imperio velle, XX. Annuitur una cum Rege Boemiæ ut Henricus Dux Bavarie consequatur imperium, *ibid.* Consultit ejus rationibus Pontifex, dum Ludovicum absolvere deliberat, 1335. III. Communicat illi Benedictus XII. consilium restituendæ Urbi

Ann. Eccl. Tom. XXV.

Sedis Apostolicæ, *ibid.* Retardat illum Philippus, V. Contendit, perpetuo in Gallis designandam Sedem, *ib.* Ob retardatam Ludovici reconciliationem culpæ non est expertus, *ibid.* & VII. Quis ejus prætextus fuerit, *ib.* Graves sibi inde clades accersit, *ibid.* Ostentata ab eo ingentia promissa, propostaque importuna postulata pro obeunda expeditione jurata, 1335. XXVII. Salubribus a Pontifice monitis informatur, XXVIII. Fideles ad sequenda ejus signa concitati, XXX. Distincti crucis Symbolo fideles exactæque ob id decumæ, XXXI. XXXII. Ob ejus iustitiam oppressi Babyloniorum armis Armenii, XXXII. Solicitatus Philippus, ut iis succurrat, sed frustra, *ibid.* Petit thesaurum Ecclesiæ, sed quid ipsi responsum sit, XXXIV. Monetur a Pontifice, ne Scoticum Bello se implicet, bellumve Anglo moveat, intermissio bello Syriaco, XXXVII. Spreto nuncupato voto, auxiliarem contra Anglum submitit exercitum in Scoticam, XXXVIII. Consultit Pontificem, an fœdus & affinitatem contrahere debeat cum Ludovico Bavano, 1336. XXXIX. Responsum illi, prius Bavarum conciliandum Ecclesiæ, *ib.* Oblingendum interea Ludovicum, ne cum hostibus Gallici nominis pacificetur, *ib.* Ea lex spreta a Ludovico, *ibid.* Vastatæ a Soldano Armeniæ annonam subsidiariam submittit, XLI. Quæ fuerint inter Philippum & Eduardum bellorum semina, 1336. XLI. Fit certior Philippus, Anglum suas controversas pontificio arbitrio committere, XLII. Ut eundem sibi conciliaret, sollicitatus, *ib.* Pacificetur cum Angli oratoribus, & mox pactiones rescindit, *ib.* Conceptæ inde atroces ab Anglo iræ, *ib.* Expeditionem in aliud differri tempus postulara Benedicto, XLIII. Decretum pontificium hæc de re, *ib.* & seq. Monetur a Benedicto ne Scoticum bello se implicet, XLIII. Spreto apostolicis monitis Anglicum bellum movet, & Aquitaniam invadit, XLVI. Missi ad eum & Anglum pro sopiendâ discordia interuntii, *ib.* Pro Balduino Treverensi apud Benedictum Papam interpretem agit, ut Moguntinam Archiepiscopatum obtineat, LVII. Rejctæ ejus preces, *ibid.* Ludovici Bavarie reconciliationem retardare nititur, 1337. II. Repulsæ ejus preces, & causa addita, *ibid.* Oratores mittit Philippus, sed a cœptis Bavarus resistit, III. Germani adversus Philippum cæsaream præfecturam in Germania inferiore decernunt, XI. Qua ex causa in eum concitati, XII. Admonitus, ut eum Anglo pacem inerat, XIV. Decreti Cardinales legati ad eam promovendam, XVI. Jus ecclesiasticum infringit, XVII. Descriptæ singulæ injuriæ ab eo, & administris illarum, emendandæque, *ibid.* Ligures conducit adversus Anglum, XXI. Aquitaniam Angliamque infestat, XXI. Possit a Benedicto, ut sacras decumas in Anglum avertat, *ibid.* Repulsam patitur, XXII. Datum ipsi a Benedicto responsum, *ibid.* Monetur nuncupati sacramenti, *ibid.* Orbi Christiano non illudendum, XXIII. Sparsi in Germania falsi rumores, disturbatam a Gallo Rege Ludovici reconciliationem, 1338. VIII. Monetur a Benedicto, corruptos Anglico auro Getranos, IX. Habita a Bavaro tria comitia, *ibid.* Parrari in Gallos bellum, *ibid.* Illatam dolo pacis mentionem, *ibid.* In eum Bavarus cum Anglo conspirat, LIV. Eduardo in Belgium incurrente, monitis salubribus informatur, *ibid.* Ob invasas sacras opes corripitur, LVII. Pontifex intrer illum & Eduardum se pacis arbitrum offert, *ibid.* Cameracum exercitu munit adversus Eduardum, 1338. LXXI. Parat irrumperere in Germaniam adversus Ludovicum Bavarum, 1339. XIII. Revocatur ab

P p p p 2

eo

eo consilio a Pontifice, *ibid.* Viginti quatuor millia equitum educit, *ibid.* Anglo commeatu intercludit, *ibid.* Admonitus, ut certamen detrectet, XIV. Ab eo Belgæ deficiunt, XVI. Anglus Gallica corripit insignia, *ibid.* Objectum illi ab Eduardo perjurium, XVII. Ad eum ab Andronico Imperatore pro flagitanda in Turcas ope missa legatio, XIX. De gestis apud Sedem Apostolicam, propositifque a Græcis sit certior, XXXII. Ab eo Flandri ad Eduardum deficiunt, 1340. I. &c. In Eduardi Gallica insignia corripientis, verba jurant, III. Contendit Eduardus, jure a se eadem insignia correpta, IV. Quænam fuerint illius causæ argumenta, IX. Quid ad Philippi objectiones responderit, X. &c. Excusat se Philippus de capto apud Avenionem Angliæ Regis Oratore, XVI. Interdictum solvi rogat, *ibidem.* Poscit, ut sibi liceat, facras ad Bellum Syriacum decimas in Anglum avertere, XIX. Adulatorum consilia proponit, *ibid.* Nuncupati Sacramenti de iis non derivandis in alios usus religionæ solvi, XX. Poscit veniam perjurii, quo teneri dicitur, *ibid.* Repulsa a pontifice ejus postulata, XXI. Proposita illi jurisjurandi Sanctitas, XXII. Inverenda ejus nomini labe, XXIII. Obortura populorum scandala, *ibid.* Insultasse jam Anglum de intermissa expeditione, XXIV. Imminentes clades ejus peccatis ascribendas, *ib.* Philippi classis maxima clade dissipata, XXV. Conjungunt in eum cum Eduardo arma Germani, *ib.* Data illi a pontifice monita, ut pacem sectetur, XXVII. Tornaco obfesso suppetias affert, XXX. Inducias init, XXXII. Graves in Philippum querelas apud Pontificem exponit Eduardus, XXXIV. Motum sibi a Philippo bellum, *ibid.* Illum oblatam affinitatem repulisse, *ibid.* Detrectasse juri se accommodare, *ibid.* Anglicum sceptrum affectasse, *ibid.* Non Aquitania modo sine clientelari onere, sed & Normannia expetitur, XXXVII. Philippus tantum de Aquitania compromittit apud Pontificem, XXXVIII. Monetur ne exercitum exponat certaminis alæ, XXXIX. Fit certior de parto ab Hispanis Regibus triumpho de Mauris, *ibid.* Solicitatur, ut arma in Saracenos vertat, 1341. VIII. Jacobum Balearem Montispefulani principatu deturbat, ob negata clientis officia, *ibid.* Ejus literæ, ut ad pacem cum Anglo in eundem paratum se exhibeat, IX. De Belgis in ejus obsequium revocandis actum, *ibid.* Queritur apud Benedictum Papam de pellendis Cameraco Gallicis prædiis agi, XI. Inconfulta Ecclesia, cum Ludovico Bavaro foedus sancit, XII. Pro eo conciliando Ecclesiæ Sermonum ministrum agit, XII. Benedicti ad illum responsum, *ib.* Pacificatur Philippus inducias cum Anglo, 1343. XXV. Ad eum Clemens VI. nuntium mittit, ut de conciliando Ludovico Bavaro agitet, 1344. XI. Contendit cum Eduardo apud Pontificem de violatis induciis, LXI. Pro eo & Eduardo in concordiam redigendis defudatum, *ibid.* In ipsius primogenitum Delphinus principatum transfert, LXII. Concessus illi calicis usus, *ibid.* Conqueritur suos in Turcicum bellum averti, 1345. III. Obstat, ne Raymundus Episc. Morinensis proficiscatur in Turcas, *ibid.* Quid ipsi a Pontifice responsum, *ibid.* Triplici exercitu ab Eduardo invaditur, 1345. XI. Ad eum conciliandum Anglo missi duo Cardinales legati, *ibid.* Monetur ne sacerdotum ordinem expilet, XII. Montepesulanum a Balæari emit, XIII. & 1349. XXVIII. Oranti, ut Ludovicus Bavarus conciliaretur Ecclesiæ responsetur, illum promissa servare detrectasse, 1345. XVIII. Pro Ludovico reconciliando rursus o-

ranti, objecta illius inconstantia, 1346. II. Iterum Pontificem pro eo orat, repulsamque patitur, XXIX. Expilat Philippus sacras opes, XXXIX. Monetur, ut ab his abstinere pendere a Christo victoriam, *ibid.* Per illius regnum circumlata ab Eduardo vastitas, XLI. Cruento prælio in agro Cresciaco cæditur cum foederatis Regibus, *ibid.* Grastrat in Ecclesiasticos, 1347. XXIV. Ejus classis ab Anglo profligata, *ibid.* Amittit Caletum, *ibid.* In nit cum Eduardo inducias, *ibid.* Fit certior de Sanctorum honoribus decretis B. Ivoni, 1347. XXXIII. Constantinus Rex Armeniæ, ejus opem implorat, 1350. XXXVIII. Pacificatur cum Anglo inducias, *ibid.* Moriens Joannem relinquit sceptri successorem, XXXIX. Illius elogium, *ibid.* Philippus regis Balæaricæ Princeps religiosæ familiæ Franciscanæ condenda potestatem flagitat, 1340. LXIV. Repulsam patitur, & cur, *ibid.* Arguitur, ipsum Begumis fuisse, *ibid.* Philippus Rex Navarræ Alfonso Regi Castellæ contra Mauros fert auxilia, 1343. XXXVI. Morbo extinguitur, *ibid.* Consolatorie Pontificis ad Joannam ejus uxorem literæ, *ibid.* Philotheus Heracleæ Episc. a Cantacuzeno in Callixti Patriarchæ locum subrogatus, 1354. XXX. Matthæum diademate cingit, *ibid.* Pistavius Episc. Albanensis creatus Card. a Clemente VI, 1350. XLVII. Pisani Luca positi, 1342. XXII. Solicitati a Joanne Mediolanensi adversus Florentinos statuunt Mediolanensem propulandum, ne Florentinis victis, a victore opprimantur, 1351. XXIX. Placentia occupata ab Azone Vicecomite, 1335. XXVII. Pœnitentia. Insigne illius exemplum in femina, quæ ex concepto criminum dolore animam efflavit, 1335. LVIII. Petrus Diaz e morte ad vitam revocatus, ut pœnitentiam ageret, 1343. LXXXVIII. Pœnitentiæ sacramentum. *Vid.* Confessio. Pœnitentia publica imposita Sciligeris ob excessum Episcopum, 1339. & *seq.* Mediolanensibus ad officium redeuntibus, 1341. XIX. & XXVI. Pœnitentia Wratislaviensium ob pulsam Episcopum, 1342. XXVII. Mantuanis imposita, 1350. XII. Et Casimiro Poloniæ Regi, 1353. XVIII. Pœnitentiarii linguarum septentrionalium periti expetiti, 1335. LXVI. 1353. XXXI. Polentani Ravennates tyranni ad obsequium Romani Pontificis adacti, 1355. XXI. Polonia ad pendendum denarium S. Petri obstricta, 1336. LXI. Pomerania Romani Pontificis fiduciaria, 1334. XXIV. De ea a Casimiro Poloniæ Rege cum cruciferis controversum, 1341. XXXIX. Permissa iis a Casimiro ex foedere, 1343. XXXIX. Pontifex Romanus. Pomerania Romani Pontificis vestigalis, 1334. XXIV. A Pontifice Casarem electum non confirmandum, contendit Ludovicus Bavarus, 1338. X. Refellit, XI. Translatum a Rom. Pontifice imperium, adversus calumniatores principum Cæsariumque testimonio comprobatur, XII. Ab eo ad concilium hæresiarcha provocare ausus, XV. Lusitania Pontifici censum pendit, XXVII. Pendit Aragonius ob Sardiniam & Corsicam pontificis liberalitate acceptas, XXVIII. Scuria Pontificis beneficiaria, *ibid.* Cenentensis comitatus ejusdem vestigalis, XXIX. Bononienses profitentur Bononiam juris esse Pontificii, XXX. Petrus Trinacriæ detentor petit a Pontifice, Trinacriam sibi apostolica liberalitate conferri, censumque pollicetur, XXXIV. Pontificis supremam negare auctoritatem Eduard-

duardus hæresim vocat, 1339. XVIII. Editus a Barlaamo Græco de primatu Romani Pontificis egregius commentarius, XXXVIII. Ut collatus a Christo sit Petro & successoribus Ecclesiæ principatus, *ibid.* & XXXIX. Ut hunc principatum Romani Pontifices exerceant, XL. Cultum illum fuisse a conciliis, *ibid.* Et a Patriarchis Constantinopolitanis, *ibid.* Vacuo imperiali solio, Mediolani Vicecomitibus & Verona Scaligeris præfecturam dat, 1339. LXXI. Papienses jurant, Casarem se non agnitos, nisi a Romano Pontifice approbatum, 1340. LXX. Item Vercellenses & alii populi, *ibid.* & 1341. XXIII. Ut Armenii in conciliabulo plura contra Pontificis Romani primatum sanxerint, 1341. LXIX. Observantia in Summum Pontificem unum ex quatuor signis, quibus Barlaamus veram Ecclesiam notat, LXXV. Potest Pontifex sine generali concilio fidei controversias dirimere, LXXX. Clementis VI. ad Patriarcham Græcorum literæ de primatu Romanæ Ecclesiæ, 1343. XVII. Fraticelli contendunt, Romanorum Pontificum auctoritatem in ipsos transfusam, 1344. VII. Ludovicus Bavarus se suæque Pontificis imperiis submittit, X. Vicecomites & Scaligeri illi, ut imperii administratori, se suæque supponunt, XIV. Italia ob interregnum a Pontifice administrata, 1344. XV. Clientelarem sponsonem Regina Sicilia illius legato exhibet, XVIII. &c. Dat Clemens VI. jure fiduciario infularum Fortunatarum principatum Ludovico Hispano, 1344. XXXIX. &c. Deturbat idem Pontifex casareo apice Ludovicum, 1346. VIII. Electores monet, ut alium creent Casarem ac si defuerit, alium se subrogatum denuntiat, *ibid.* & *seq.* Obtemperatum a septemviris Pontifici, X. Brandenburgensem Marchionem electionis jure excludit, XI. Exauctorat Henricum Archiep. Moguntinum, XII. Pontificis auctoritatem ad civitatem Romanam contrahit Nicolaus Laurentius, 1337. XIX. A Clemente urgetur jure, *ibid.* Germani sacramento adacti, non agnitos se Casarem, nisi a Pontifice confirmatum, 1349. XV. Ditio ecclesiastica ob Romani Pontificis absentiam occupata a tyrannis, 1350. VI. Proposita Armeniorum catholico. circa primatum Romani Pontificis, 1351. III. Nullus sine fide, quam tenet Romana Ecclesia salutem adipiscitur, *ibid.* Judam Thaddæum, & alios Apostolos fuisse subjectos S. Petro, *ib.* Eandem habere Pontificem, quam habuit B. Petrus, auctoritatem, *ibid.* De omnibus Christianis judicare posse, *ibidem.* A nemino posse judicari, *ibidem.* Patriarchas transferre, & exauctorare posse, *ibidem.* Canones condere, & crimina gratuito condonare, *ibid.* Possesse, salvis essentialibus, varias ritus in sacramentis permittere, *ibid.* Solum dubia in fide dirimere posse, *ibid.* Subditi quibusvis. Patriarchis a Papa ordines possunt suscipere, X. Papæ potius, quam Patriarchis, tenentur obedire, *ib.* Solus Romanus Pontifex potest conferre Presbytero confirmandi potestatem, XII. Propositum Armeniorum catholico, ut illud credat, *ibid.* Ad solum Romanum Pontificem spectat, cuiusque sanctorum cultum decernere, XVI. Guancherus tyrannus sancit, Pontificem debere subesse imperio secundum humanam, & Divinam iura, 1349. XII. Divinitus plectitur, *ibid.* Infidelium & Schismaticorum terras principi catholico tradit, 1352. VI. Exemplum in Ludovico Ungariæ Rege, *ibid.* Romani Pontificis auctoritas humano dolo contrahi non potest, 1353. XXX. Pacta contraria a Cardinalibus in conclavi sacramento

firmata rescissa ab Innocentio VI, 1352. XXX. Fracelli fingunt, Joannem XXII. & alios successores ob decretum circa paupertatem Christi papali jure & auctoritate a Deo privatos, 1354. XXX. Pontius Archiep. Seleuciæ Fraticellorum errores in oriente disseminat, 1346. LXX. Vocatur in iudicium, *ibid.* Pontius Apamiarum Episc. alias Arnaldus creatus Cardinalis a Clemente VI, 1350. XLVII. Portus Veneris consumptus incendio, 1340. XLVII. Poseniensis Synodus confirmata a Clemente VI, 1346. LXXII. &c. Prædestinatio. Ejus arcana latent sanctos ante iudicium, 1336. XIV. Præsules. De cultu præsulibus debito, 1346. Pœnæ eos offendentibus statutz, *ibid.* Praga. Ecclesia Pragensis Archiepiscopali dignitate insignita, 1344. LXIV. Pragensis academia a Clemente VI. condita, 1347. XI. Preces publicæ indictæ a Pontifice, 1344. XXXIII. Concessæ indulgentiæ eas repetituris, *ibid.* Primatus Romanæ Ecclesiæ. *Vid.* Romanæ Ecclesiæ primatus. Principes. Christianæ virtutes firmissima principum munimenta, quibus ipsi fulti hostes omnes facile prosternunt, 1335. XXVII. & *seq.* Propter peccata principum quandoque punitur populus, 1340. XLVI. Principibus dissidentibus data monita a Romanis Pontificibus, 1334. XV. A Benedicto XII. Philippo Francorum Regi, 1335. XXVIII. Petro Aragonum Regi, 1336. LI. Joanni Duci Brabantie, LVI. Alfonso Castellæ Regi, 1338. LI. Philippo Regi Francorum, LV. & *seq.* Alfonso Regi Castellæ, 1340. XLV. XLVI. LIV. A Clemente VI. Philippo Francorum Regi, 1342. VIII. Eduardo Anglorum Regi, XV. Magno Regi Sueciæ, 1343. XLI. Joannæ Reginæ Sicilia, 1344. XXXI. Carolo IV. Cæsari, 1346. XXXVII. Joanni Francorum Regi, XXXIX. Ab Innocentio VI. Joannæ Sicilia Reginæ, 1353. VII. Carolo IV. Cæsari, 1354. VIII. Processiones. *Vid.* Supplicationes solemnes. Psallendi modus præscriptus Minoritis a Benedicto XII, 1336. LXVI. Pseudominorita calumniandi Pontificis occasionem avidè arripiunt. Neapoli, 1334. XXXI. & *seq.* Fidei & ordinis Franciscani studio ductus Joannes XXII. Pseudominoritas est insectatus, XLIII. Pseudominoritas duo exusti Avenione, 1354. XXXI. Horum hæreses de abrogato papatu, *ibid.* *Vid.* Fraticelli. Pseudosynodus Constantinopolitana, 1341. LXXI. &c. In ea Imperator præsidere audeat, LXXII. Pseudosynodus alia Constantinopolitana adversus Barlaamum, & Acyadinum, 1347. XXV. Ptolemæus Lucensis. Finis ejus historiæ, 1335. LXVII. Pugna singularis. *Vid.* Singulares pugnæ. Purgatorium. Male de eo sentiunt Armenii, 1341. LIV. & LXI. Propositum Armeniorum catholico, quid circa illud credendum, 1351. VIII.

R

Raymundus e Parala Trinacriis adversus Robertum fert opem, 1337. XXV. Raymundus Episc. Morinensis creatus in oriente legatus pro ferendis Smyrnæ auxiliis, 1345. II. Conquerente Gallo Rege suos averti in Turcicum bellum, id consilium extraxit, III. Iterum creatus A. S. L. adversum Turcas, 1350. XXXIV. & 1351. XXII. Raymundus Archiep. Tolosanus creatus Cardi-

nalus a Clemente VI. 1350. XLVII.
 Rascis infecti Græcorum erroribus, 1354. XXVI.
 Raterius Episc. Vafionensis missus internuntius
 a Benedicto XII. ad censuras detentoribus
 Trinacriae incutiendas, 1338. XXXV.
 Ravenna ab Eustachio Polentano occupata,
 1340. LXI. Eam recuperare nititur Benedi-
 ctus XII. *ibid.*
 Raynaldus Ursinus creatus Cardinalis a Cle-
 mente VI. 1350. XLVII.
 Reges. Pragensis Archiep. sacrandi Regis Boe-
 miae jure insignitus a Pontifice, 1344. LXV.
 Reges Apostolicæ sedis jussu regali corona
 redimiti. *Quare* in singulis Romanis Pontifi-
 cibus. Andreas Joannæ Reginae Siciliae mari-
 ritus regio nominis donatus a Clemente VI.
 1344. XVI.
 Reliquiæ. S. Margaretae reliquiæ plura edunt
 miracula, 1339. XLIII. Urbis reliquiæ in
 poemate ad Clementem VI. a Petrarcha de-
 scriptæ, 1342. XXI.
 Reservationes Episcopatum & sacerdotiorum
 pontificio stare arbitrio, scribit Clemens VI.
 ad Eduardum Angliæ Regem, 1344. XLVII.
 Residentia præsulum. *Vid.* Præfules.
 Resurrectio. Error circa tempus resurrectionis
 Christi, 1341. LVII. Resurrectionis corpori-
 bus sexum negant Armenii, 1341. LXIX.
 Mortuus ad vitam revocatus, 1343. LXXXVIII.
 Rhodii Equites. *Vid.* Hospitalarii Equites.
 Richardus Anglicus. Patriarcha Constantino-
 politanus, disceptare cum eo non ausus,
 Nicephorum Gregoriam immittit, 1334. IV.
 Quis rei exitus, *ibid.*
 Robertus Rex Siciliae infensus Ludovico Bava-
 ro, ne in gratiam Ecclesiæ admittatur, 1335.
 VII. Monetur a Benedicto XII. ut socia-
 arma jungat in Turcas, XXIX. Trinacria
 bellum infert, XLIII. Liberatur labore ad-
 eundæ Sedis Apostolicæ pro referendo acce-
 pro pontificæ liberalitati regno, XLIV. De-
 creti internuntii apostolici, qui sacramentum
 fidei ab eo exigant, *ibid.* Plura monimen-
 ta de clientela addicta Pontifici transmittit
 posteritati, XLVI. *Et seqq.* Urget Benedi-
 ctum, ut iudiciorum severitate Trinacria
 percellat, XLIX. Respondetur ipsi tentan-
 dam prius clementiam, *ibid.* Rescindit Lu-
 dovicius latam in eum capitalem sententiam,
 1336. XVIII. Et compositurum se cum eo-
 dem hinc pontificio arbitrio spondet, XXII.
 Eundemque legatum imperii in Etruria se
 renuntiaturum, *ibid.* Monetur Robertus,
 ut Fraticellos agentes Neapoli inter Mino-
 ritas coerceat, LXIII. Initum cum eo fœ-
 dus violatum ab Aragoniis, 1337. XXV.
 Friderico Trinacria extincto, pollicetur illi
 opem Benedictus ad recuperandam Siciliae
 insulam, XXVI. Adhibitus Robertus ab An-
 dronico Imp. pro pacificando Græcorum cum
 Romana Ecclesiâ fœdere, sermonum inter-
 pres, 1337. XXXI. Solicitatus, ut rem a-
 pud sedem Apostolicam promovendam curet,
ibid. Admonitus Ludovicus Bavarus, ut cum
 Roberto lites suas componat, 1338. XVII.
 Poscit opem a Benedicto Papa, ad retinen-
 dam Trinacria a Petro detentore, XXXV.
 Decreti ad ejus gratiam internuntii Apostoli-
 ci, *ibid.* Promulgatum, contra fas insulam
 a Petro detineri, XLVI. Illi & sequacibus
 obiectæ censura, *ibid.* Tentati a Pontifice
 Trinacriae litere, ut ad Roberti obsequium
 redeant, XLVIII. Præficit expeditioni in
 Trinacria Carolum Dyrrachinum, *ibidem.*
 Res non prospere gesta a Roberti ducibus,
ibid. Monitus Aragonius, ne Roberto bel-
 lum inferret, *ibid.* Certior fit de gestis cum
 Andronico Imp. legatis, qui de reconcilia-
 tione cum Romana Ecclesiâ egerant, 1339.

XXXVII. Internuntii pontificii ad ejus gra-
 tiam judiciaria acta in Petrum insulæ Sici-
 liae detentorem edunt, XLIV. Pronuntiant
 nullum Petro in insulam jure potiri, XLV.
 Robertum verum illius principem esse, XLVI.
 Exercitum ad recuperandam insulam Siciliae
 mittit Robertus, LIX. Liparim in suam
 redigit potestatem, *ibid.* Id ipsi gratulatur
 Pontifex, *ibid.* Ejus classis lanata ventis,
 LX. Asta illi erepta a Marchione Montis-
 ferrati, 1339. LXIX. Ludovicus Bavarus illi
 bellum movere molitur, 1340. LXII. Tri-
 nacria bello tentat, LXIII. Mylas capit,
ibid. Poscit a Pontifice, ut Philippo Baleari
 novam religiosam familiam condere liceat,
 LXIV. Repulsam patitur, *ibid.* Etruriæ de-
 cumas postulat, sed non obtinet, LXVI. In
 Pedemontio distrabitur bello, 1341. XXXV.
 Dum Messanam obsidet, Genuenses inferunt
 urbi comæatus, *ibid.* Arguuntur a Bene-
 dicto XII. *ibid.* Favent ei Palicii, *ibid.* Ju-
 betur Aymerico Cardinali legato sponsonem
 clientelarem exhibere, 1342. XXII. Tarde
 ad Messanam retinendam submitit auxilia,
 XXIII. Sacra Jerosolymitana loca a Soldano
 redimit, *ibid.* Illius mors, 1343. LXX. E-
 jus uxor Sanctia monialibus se adjungit, *i-
 bid.* Succedit sceptro neptis Joannæ, LXXI.
 Regni procuratio ab eo constituta rescissa a
 Pontifice, LXXV.

Robertus Achajæ Princeps postea Imperatoris
 Constantinopolitani titulos gerens, monitus
 ut arma societ in Turcas, 1343. IX. Ludovico
 Ungaro se dedit, 1348. I. Addicitur cus-
 todiæ, *ibid.* De eo restituendo libertati agi-
 tatur, XXVII. Ejus principatus in clientelam
 apostolicam acceptus, *ibid.* Ex Ungarico
 carcere dimittitur, *ibid.*

Roma. Romani. Urgent hi Benedictum XII.
 ut sedem Apostolicam Urbi restituat, 1335.
 III. Assentitur Pontifex, sed communicato
 consilio Regi Gallo, ab eo retardatur, *ibid.*
 Clementem VI. orant ut Sedem in Urbem
 traducat, 1342. XX. Eam ob causam Petrar-
 cham & Nicolaum Laurentium Avenionem
 mittunt, *ibid.* Carolus IV. non affectaturum
 se Romæ imperium, sacramento spondet,
 1347. IV. Roma egressurum eadem die, qua
 diadema imperiale susceperit, V. Moniti ab
 Innoc. VI. ne Joannis e Vico tyrannidi se
 subiciant, 1343. IV. Baroncello tribunitiam
 potestatem deferunt, V. Eam obtruncant,
ibid. Similia ab illis antea gesta cum Nico-
 lao Laurentio. *Vid.* Nicolaus Laurentius.

Romanus Pontifex. *Vid.* Pontifex Romanus.
 Romana Ecclesia. Pomeriana Romanæ Eccle-
 siæ vestigialis, 1334. XXIV. A Polonico di-
 vulla imperio conluetum censum soluturam se
 spondet, *ibid.* Cruciferorum ea de re spon-
 sio, *ibid.* Pontificio assensu confirmata, *ibid.*
 Promissus census, XXV. *Vid.* Apostolica Sedes
 & Pontifex Romanus. Censum Romanæ
 Ecclesiæ pendendi a pluribus regnis, 1335.
 LVII. De supremo Ecclesiæ in Sardiniam iure,
 1336. XLVIII. Lusitania Ecclesiæ Rom-
 anæ vestigialis, 1338. XXVII. Exactum
 Sardinia & Corsicæ vestigial, XXVIII. Ne
 Rom. Ecclesiæ jura in plura Regna aliaque
 loca obsolescerent, Benedictus XII. vetera
 Ecclesiæ monumenta describi jubet, *ibid.* Scu-
 ria Ecclesiæ beneficiaria, *ib.* Cenetenfis comi-
 tatus ejusdem Ecclesiæ vestigialis, XXVIII.
 Bononienses profitentur, Bononiam juris esse
 Pontificii, 1338. XXX. Ad Romanam Eccle-
 siam in omnibus causis ecclesiasticis provo-
 cari potest, LXXIX. Certissimum signum,
 quo Romanam Ecclesiam veram esse demon-
 stretur, 1339. XLII. Cosentenses in ditionem
 Ecclesiæ accepti, LXVIII. Solutus Sardinicus

cent-

census, 1347. LVIII. & 1341. XXXVII.
 Scaligeri Veronenses vestigial Pontifici pen-
 dunt, 1340. LVIII. Romani Viennensis dice-
 cesis urbs vestigialis Rom. Ecclesiæ, 1341.
 XXXVIII. Solutus Ecclesiæ census pro Nea-
 politano Regno, 1343. LXXXI. Clientelaris
 sponso a Joannæ Siciliae Regina præstita, 1344.
 XVII. &c. Ludovicus Hispanus insularum
 Fortunatarum princeps fit Sedis Apostolicæ
 vestigialis, XXXIX. usque ad LI. Impera-
 tus census, XLII. Exactum a fiduciariis ec-
 clesiæ principibus vestigial, 1353. IX. De cli-
 entelari sponso a Rege Aragonum Innoc.
 VI. præstita, 1354. XIV.
 Romana Ecclesiæ primatus, 1338. LXXIX.
 Barlaamus docet Græcos, primatum Rom.
 Ecclesiæ agnoscendum, 1339. XXXVIII. Plu-
 ra argumenta ad illum asserendum affert, *ibid.*
 &c. Hæresis contra Romanæ Ecclesiæ prima-
 tum, 1343. XLVIII. Proposita a Clemente
 VI. Regi Anglorum dignitas primatus Rom.
 Ecclesiæ, 1344. LVIII. Nicolaus Laurentius
 male sentit de primatu Rom. Ecclesiæ, 1347.
 VII.
 Rupertus Dux Austriae operam, pro concilian-
 do Bavao Pontifici, deserit, 1335. I.
 Decernitur orator ad sedem Apostol. a Lu-
 dovico, 1336. XXIX.
 Russi a Casimiro Rege Poloniae debellati, 1340.
 LXXVII. Evocant Tartaros contra Casimi-
 rum, *ibid.* & 1341. XXXIX.
 Rutheni Careolis & Ingres ob fidem susceptam
 proterunt, 1351. XXXIV. In eos cruceata
 expeditio, Duce Magno Rege Sueciæ indi-
 cta, *ibid.*

S

Sabellius. Ipsius error instauratus ab Arme-
 niis, 1341. LX.
 Sacerdotes. Amitti sacerdotium peccato fingunt
 Armenii, 1341. LXIX. Conjugati ad illud
 promoventur, *ibid.*
 Sacerdotia. Benedicti XII. in iis conferendis in-
 tegrata, 1335. LXVII. & 1342. III. A lai-
 cis non accipienda, 1346. LXXXV.
 Sacramenta venalia apud Armenios, 1341. LXIX.
 Sacrificia. Armeniorum superstitione in sacrificio
 animalium usurpando, 1341. LXI. LXVIII.
 LXIX.
 Sacrilegium. Deletus ob sacrilegia Scoticus ex-
 ercitus, 1346. XLIII.
 Sancia Regina Siciliae defuncto Roberto viro,
 se adjungit sanctimonialibus, 1343. LXX.
 Sancti. Qui ritus serventur in consecran-
 eorum memoria. *Vid.* Canonizatio Sanctorum.
 Saraceni. Ipsorum in Christianos sævitia, 1335.
 XXXIII. Ad eorum sepulchra demonum spe-
 tra frequenter visa, 1341. LIV. Filios ba-
 ptismo interdum lustrari jubent ad ludibria
 demonum effuganda, LIV.
 Sardinia. De supremo Ecclesiæ in illam jure,
 1336. XLVIII. Spondet Carolus IV. Imp.
 eam se non occupaturum, 1346. XX. Divisa
 ferro, a Genuensibus & Aragoniis, 1347-
 XXII.
 Scaligeri a Florentinis & Venetis attriti, 1338.
 XXXII. Data iis a senatu Veneto pacis leges,
ibid. Quenam fuerint eorum exordia,
ibid. Malinus & Albinus Scaligeri, creati
 vicarii, vacante imperiali solo, a Pontifice,
 1339. LXI. Poenitentiam agunt de casto Bar-
 tholomæo Episcopo Veronensi, LXVII.
 Scania Sueco Regi se dedit, abjecto Danicæ im-
 perio, 1339. LXXXIV. Poscit Magnus Rex
 confirmari id diplomate pontificio, *ibid.* Quid
 responsum a Benedicto XII. LXXXV. A præ-
 sulibus in publica synodo conjuncta Sueciæ
 declaratur, *ibid.*

Schisma a Ludovico Bavao constitutum, 1343.
 XLVIII.
 Sclavones. *Vid.* Dalmatae.
 Scuria Ecclesiæ Romanæ Beneficiaria, 1338.
 XXVIII.
 Scurra reliquis S. Antonii Minoritæ detrahens
 divina ultione percussus, 1350. XV.
 Sedes Apostolica. *Vid.* Pontifex Romanus &
 Romana Ecclesia.
 Sicilia citerior. Siculi Regis Reginae impube-
 ris administratio spectat ad sedem Apostoli-
 cam, 1343. LXXIV. LXXV. & LXXXVI. &
 1344. XIX. Ut decretum Roberti dantis tu-
 tores nepti, rescissum fuerit, 1343. LXXV.
 Defixa censuris & cur, 1343. LXXXIII. In
 ea Clemens VI. Sacerdotiorum collationem
 sedi Apostolicæ agnoscendam, *ibid.* Tabulæ publi-
 cæ, quibus Joannæ Regina clientelarem spon-
 sionem præstitit, 1344. XVIII. Carolus IV.
 jurejurando se obstringit, eam non affecta-
 turum, 1346. XX. Occupata a Ludovico Un-
 garia Rege, 1347. XII.
 Simeon Abbas Ophthalpiorum magister, 1341.
 LXXI. & 1347. XXV.
 Simeon Buccanigra Genuensium Dux rogatus,
 ut expeditionem in Cyprios intermitteret, 1343.
 XXIII.
 Smyrna capta impetu a cruce signatis, 1344.
 III. Gerendi in Turcas belli arx designata,
 V. Dum ea crumpunt Christiani, casti, 1345.
 I. Iterum oppugnata, a Marbassano, *ibid.*
 Frustra a Turcis oppugnata, 1348. XXVII.
 In ejus obsidione caesus Marbassanus, *ibid.*
 Gratulatoriæ de ea victoria Pontificis literæ,
 XXVII. Adducta in periculum Smyrnenfis
 Archiepiscopi vitio, 1351. XXI. Innoc. VI.
 auxilia illi submitte curat, 1355. XLII.
 Singulares pugnae vitæ, 1344. LXVI.
 Sodomia ab aliquibus hæreticis Armeniis non-
 datur vitio, 1341. LXIII.
 Soldanus Babylonius ob indictam religiosam
 militiam Armenios opprimit, 1335. XXXII.
 Somnium. Prædicta per somnium Davidi Regi
 Scotiae clades, 1346. XLII.
 Species Sacramentales. Dimnatus. error, quod
 Corpus Christi desinat esse sub iis, antequam
 ea consumptæ sint, 1351. XI. Nec desinit
 etiam species desiciantur in turpem locum,
 aut ventrem animalis, aut peccatoris, *ibid.*
 Spes evacuat in beatis, 1336. IV. & VI.
 Comparatio spei cum anchora, VI.
 Spinea Corona Domini. Festus dies in hono-
 rem ejus celebratus, 1354. XVIII.
 Spiritus Sanctus. Ejus processio ex Patre, &
 Filio a Græcis, Justino, & Palæologo Im-
 peratoribus culta, 1339. XXV. Ut Romana
 Ecclesia consensum Græcorum & Latinorum
 patrum in ea adoranda secuta sit, XLII. Spi-
 ritus Sancti processionem a Patre Filioque
 tamquam unico spiratore oppugnans error da-
 mnatus, 1340. LXXII. Armeniorum error
 contra processionem Spiritus Sancti, 1341.
 XLIX. Processionem Spiritus Sancti non la-
 tina modo, sed Græci quoque patres docue-
 runt, LXXVIII. Propositum a Clemente VI.
 Armeniorum catholico, lesse de necessitate sa-
 lutis fateri, Spiritum Sanctum non a solo
 Patre, sed etiam a Filio procedere, 1351.
 III. Esse unum Deum cum Patre & Filio,
ibid. Circa id aliquorum Græcorum error,
 1351. XX. & 1354. XXVI. Ex uno prin-
 cipio unicaque spiratione procedit, 1351. XX.
 Stephanus. Dandalus missus orator ad Pontifi-
 cem, & Gallum ac Siculum Reges, ab An-
 dronico Imp. 1339. XIX. & XXII.
 Stephanus Alberti, postea Innocentius VI. ut
 creatus fit Cardinalis, 1342. XXIX. Missus
 legatus ad componendum bellum Anglicum,
 XI. & XII. *Vid.* Innocentius VI.

Sce-

Stephanus Rex Rasciæ ad conjunctionem Rom. Ecclesiæ redire meditatur, 1347. XXX. Gratulatur id illi Pontifex, *ibid.* Abiicendi Græcanici schismatis consilium agitatur, 1354. XXVIII. Oratores ad Pontificem mittit, *ibid.* Rebaptizantes in Ecclesia Latina baptizatos se repressisse profitetur, *ibid.* Fovisse catholicos, *ibid.* Agnovisse primatum Rom. Pontificis, *ibid.* Contra Turcas arma se converturum spondet, *ibid.* Solicitatur ab Innocentio VI. ad pia consilia operi mandanda, XXIX. Deficit ab egregie ceptis, *ibid.* Stigmata divinitus impressa S. Gertrudi, 1340. LXXIX. Sudarium Domini. *Id.* Veronica. Supplicationes solemnes indictæ a Benedicto XII. 1340. XLVIII. & XLIX. Synodus. *Id.* Concilium.

T

Talayrandus Cardinalis excusatur a Clemente VI. si Andreæ inunctionem retardarit, 1346. LVI. Purgatur a crimine illius necis, 1348. VIII. Impedit, ne Birelius Carthusianus creetur Pontifex, 1352. XXV. Visus ab eo defuncto editis miraculis monasterium Carthusiano ordini condit, 1352. XXV. Tartari. Eorum Imperator celebrem ad Pontificem legationem mittit, 1338. LXXIII. Eiusdem honorificæ literæ, LXXIV. Plures principes Christiani, in illius aula agentes, præfulem ad se mittit poscunt, *ibid.* Pontificis ad eundem literæ, LXXV. Missi ad Tartaros præcones evangelici, LXXX. Apud eos fides amplificata, 1340. LXXIV. LXXV. Usbechus eorum Imperator sollicitatus ad fidem amplectendam, *ibid.* Ad repellendos Polonia Tartaros indicta sacra expeditio, 1340. LXXVII. Propulsati, LXXVIII. De progressibus fidei apud Tartaros, 1343. XXI. Literæ ad Janibechum Imp. ut Christianos foveat, *ibid.* Tartari Tanæ ad Saracenorum gratiam Christianos male excipiunt, *ibid.* Obsident Cassam, *ibid.* Russia propulsati, 1344. LXVII. Poloniam infestant, 1351. XXXII. In eos indicta cruce signata militia, *ibid.* Profligati a Ludovico Rege Ungariæ, VI. Taxillorum ludus vetitus ab Innocentio VI. 1353. XXXII. Tempestas horrida in Regno Neapolitano, 1343. LXXXIV. Illius descriptio. *ibid.* Publica comploratio, LXXXV. Concitata a demonibus in supero mari procella, *ibid.* Tempia. Excitari jubet Pontifex a Rege Hispaniarum templa in locis Mahometanis eripiendis, 1340. XLII. *Id.* Vaticana Basilica & S. Mariæ Majoris Ecclesia. Tenedos insula occupatur a Genuensibus, 1351. XXV. Terras sancta. Orientalium Christianorum ad Clementem, & principes occidentales legatio pro liberanda a Saracenorum armis Syria, 1348. XXIX. Obsurdescunt ad eorum preces occidentales, *ibid.* *Id.* in singulis Romanis Pontificibus, & Cruce signata militia. Thaddæus Pepulus ad triennium Bononiæ administrationem suscipit, 1340. LX. B. Thomas Carmelita, *Id.* B. Petrus Thomas. Thomasuccius tertiarius profetiæ dono clarus, 1355. XVIII. Ardentes prunas sine noxa in veste gestat, *ibid.* Tornacum obsessum, 1340. XXXI. Soluta obsidione, recedit Anglus, *ibid.* Tortosa insula objacens Syriæ, alias dicta Anterados. Apud eam plures Christiani capti, 1344. LXVIII.

Translatio reliquiarum B. Antonii, 1350. XIV. Et S. Thomæ Herefordensis, XL. Translatio Episcoporum. *Id.* Episcopi. Turcæ. Sumpta a Pont. ex Turcarum grassationibus urgendæ conjunctionis ecclesiæ Græcæ cum Romana occasio, 1334. II. & seq. Ad belli societatem contra Turcas adductus Andronicus Imperator, VI. VII. Quæ classis apparata in Turcas, VII. & VIII. Fracti magna clade Turcæ, XI. Ab Hugone Rege Cyprio fusi, 1338. LXXII. Ad flagrandam opem adversus Turcas insignem legationem mittit Andronicus Imp. 1339. XIX. & XXII. Grassantur in Christianos, 1343. I. Indicta in eos a Clemente VI. cruce signata expeditio, II. Qui principes in eos juncti armorum fodere, IV. Quæ classis instructa, VI. Concitati in eos Itali, X. Smyrna illis erepta, 1344. III. Cædunt Christianos, 1345. I. De eorum ingravescente sevitia, nisi illatum ipsis bellum fuisset, IV. Promota divinis miraculis in eos expeditio sacra, VIII. & seq. A Cantacuzeno in Græcorum exitium vocati, 1347. XXVII. De induciis cum Pontifice agunt, & quibus legibus, *ibid.* Smyrnam oppugnant, & in illius obsidione cæsi, *ibid.* Pacificuntur annuus inducias cum Clemente VI. 1349. XXX. Adversum eos instauratum ab eodem Pontifice armorum foedus, 1350. XXXII. Venetis & Genuensibus in mutuas strages confluentibus, discussum, XXXV. & seq. Et 1351. XXII. Turcæ Sociati Genuensibus in Græcos & Venetos, 1351. XXV. Ex mutuis Genuensium, & Venetorum cladibus augentur viribus, 1352. XIV. Smyrnam in periculum adducunt, 1353. XIX. Comparata ad eos reprimendos præsidia, *ibid.* Philadelphios opprimunt, XX. Poscit Stephanus Serviz Rex Christiani exercitus dux a Rom. Ecclesia creari adversus Turcas, 1354. XXVIII. Turcæ Græcos depascunt, *ibid.* Tentant Constantinopolim, *ibid.* Dirutis terræ motu Græcarum urbium mœnibus, Turcæ eas invadunt, *ibid.* Hospitalarii equites in Turciam sedes transferre iussi, 1355. XXXVIII. Tyranni. Nomina tyrannorum, qui Ecclesiæ paritronium Clementi VI. eripuerunt, 1350. VI. Ob tyrannidem Jacobus Balearis regnopolitus, 1343. XXXI.

V

Artan hæresiarcha apud Armenios, 1341. LXIX. Eius errores, 1351. IV. Vaticana Basilica. De muneribus altari S. Petri impositis anno jubilei, 1350. III. Veneti cruento prælio a Genuensibus in Aegeo mari victi, 1337. XXXIV. Inde luctuoso bello injecta fax, *ibid.* Sancti tutelares Venetas tempestatis horridæ periculo liberant, 1343. LXXXV. Implicant se bello Veneti cum Genuensibus, 1351. XXII. Dissolvunt socialem in Turcas expeditionem, *ibid.* Rogati a Pontifice, de reintegrando cum Genuensibus foedere, XII. Certant cum Genuensibus in mari prope Constantinopolim, XIV. Deient magna clade apud Sardiniam Genuenses, 1353. X. Moniti, ne superbiant ex victoria, pacique assentiantur, XIII. Mediolanensi principi ob acceptos in clientelam Genuenses bellum inferunt, XIV. Plures principes in Mediolanensem concitant, *ibid.* Carolo Cæsare interprete, de pace agitant cum Genuensibus, 1354. XII. Vincuntur ab iisdem Genuensibus, XIII. In rempublicam Venetam conjurat Marinus Falerius dux, 1355. XXIV. Capite truncatur, *ibid.* B. Venturinus Bergomas magnos pietatis motus in animis Insulbrum concitat, 1334. XVIII. Re-

Religioso apparatu multitudinem ingentem ad limina Apostolorum iustranda ducit, XVIII. A Pontifice acerbè accipitur, *ibid.* Smyrnapie moritur, 1346. LXXI. De ejus sanctitate & miraculis, *ibid.* Vercellenses a Bavarico schismate ad Ecclesiæ gratiam redeunt, 1340. LXX. Jurant Imperatorem se non agnituros, nisi approbatum ab Ecclesia, *ibid.* Veronica, sive sudarium, in quo expressa est divinitus Christi effigies singulis factis ostensa in Basilica Vaticana anno jubileo, 1350. I. Insigne munus pro ea oblatum a nonnullis Venetis, *ibid.* Viaticum tardius petitur ab Armeniis, 1341. LXIX. Victoria. Parta de Turcis victoria, 1334. XI. Divinitus relata de barbaris ab Hispanis, 1349. I. LI. & LII. & 1341. I. II. III. Mauricæ victoriæ spolia missa Romano Pontifici, 1341. I. II. Alia Hispanorum similiter de Mauris victoria, 1344. LI. & c. Caroli IV. Cæsaris de Gunchero tyranno, 1349. XII. & c. Insignes Bertrandi Patriarchæ Aquilejensis in hostes Ecclesiæ victoriæ, 1350. XIX. Parta B. Gertrudis precibus victoria, 1351. XXXVI. Villacum terræ motu eversum, 1348. XXXV. Viri elemosynarii sola domus herit, *ibid.* B. Virgo. *Id.* B. Maria Deipara. Visio beatifica. Proficitur Joannes XXII. in morte, se amplecti eam partem, quæ teneat animas ante judicium cælesti beatitudine frui, 1334. XXVIII. Opinati sunt nonnulli erronee, animas ante judicium divinæ essentia gloria non perfrui, 1335. IX. & XVI. Agitarum, an post judicium visio intensior sit futura, XI. Fides & spes in iis desinunt, *ibid.* Ignorantur aliqua a sanctis, quæ scientur post judicium, *ibid.* Definita a Benedicto de visione animarum controversia, 1336. II. Videtur ab iis immediate divina essentia, nulla creatura mediante, quæ habeat se per modum objecti, *ibid.* Visio intuitiva divinæ essentia probata ex Apostolo, 1336. IX. Et ex Bernardo, *ibid.* Ex edicto Christi, *ibid.* Ex Beda, *ibid.* Ex Ugone, X. Et Prospero, *ibid.* Et Ambrosio, Augustino, *ibid.* Gregorio, XIII. Ex Christi verbis ab Iatronem, *ibid.* Divinam essentiam neque ab Angelis, neque ab animabus beatis visum i-

ri, sed lucem corpoream; effutiunt nonnulli heretici, 1340. LXXII. Damnati, *ibid.* De visione beatifica male sentiant Armeni, 1341. LI. & LV. Errant circa beatitudinem iustorum, LXIX. & seq. Circa visionem proposita a Clemente VI. Armeniorum catholico, ut ea credat, 1351. VI. VII. Viterbium a Joanne e Viço occupatum, 1350. VI. & 1352. XI. Uncia auri. Ejus valor, 1343. LXXXI. Unctio extrema. Armeniorum error circa illam, 1341. LXVIII. Semel in eadem infirmitate conferenda, 1351. XII. Votum a Pontifice commutatur ad Regis Ungariæ gratiam, 1339. LXXXII. Urbanus VIII. Sanctorum catalogo apposuit Elisabetham Reginam Lustranæ, 1336. LXX. Usbech Tartarorum Imp. sollicitatus ad fidem amplectendam, 1340. LXXV. In Poloniam expeditionem ducit, & repellitur, LXXXVIII. Waldenses. Eorum germina in Delphinatu, 1335. LXIII. Serpunt in Navarra, jubenturque reprimi, 1344. IX. Et apud Tectofages, *ibid.* Quæsti ad supplicium, *ibid.* Valdensium hæresis in Ebrebunensi dicecesi repullulat, 1352. XX. Walramus Archiep. Colonienfis. Expositæ illius causæ, cur Ludovici Bavariis non permissa Germanis præsulibus, 1338. III. & c. Willelmus Juliacenfis comes decretus orator pro reconciliatione Ludovici Bavari perficenda, 1336. XXIX. Willelmus Hollandiæ comes S. Gertrudis precibus victoriam refert, 1351. XXXVI. Concordiæ interpres delectus inter Belgam & Hanonem, ob perjurium divinitus percussus, 1353. XV. Wratislavia divina ulcione exusta, 1342. XXVII.

Z

Zacharias Genuensis Chii princeps, ab Andronico Imp. prodicione captus, 1337. XXXIV. Pro eo liberando, orat Græcum Imp. Pontifex, *ibid.* Præfectus classi Pontificiæ ad recuperandam Chium arma vertere in Græcos molitur, 1344. II. Prohibetur a Pont. *ibid.* Smyrnam cum aliis capit, III. Ab hoste captus, 1345. I.

INDEX ANIMADVERSIONUM

In quo paginarum numerus indicatur.

A

Alfonsus Rex Aragoniæ quo die mortuus sit, pag. 84.
Andræ Siciliæ Regis obitus quo mense & die, 385. Quis ejus necis author, *ibid.*
 Anglos inter & Gallos induciæ compositæ quo die & mense, 212. Aliæ induciæ inter eosdem stabilitæ, 295. Quo anno & quoad, 217. Quinam in easdem inducias fuerint comprehensæ, *ibid.*
 Aragonios inter & Genuenses pax confecta, 84. Aragoniorum cum Venetis fœdus constitutum, & quo anno, 540.
 Armenii Episcopi in concilio coguntur, 261. In eo se purgant ab erroribus sibi impactis, *ibid.* Quo anno Concilium habitum sit, 262. Ad Armenos missa legatio a Pont. 423. Quinam illam obiectant, *ibid.* Armenorum responsiones ad accusationes Latinorum duplices distinguendæ, 527.

B

Bavarus. *Vid.* Ludovicus.
 Belgæ interdictio soluti, & quomodo, 242.
 Benedictus XII. quo anno ad Pontificatum assumptus, 20. Quis in causa fuerit cur Benedictus a proposito Romam redeundi recederet, 25. Benedicti obitus, & elogium, 289. A calumnia vindicatur, *ibid.* Fabella de Benedicto disploditur, *ibid.* Benedicti in Pontificatu successor, *ibid.* Ejus in Ludovicum Bavarum clementia, 437.
 Bertrandus Aquilejensis Patriarcha iussu a Pontifice inquirere in interfectores Episcopi Veronensis, 189. Ejus constitutiones, *ibid.*
 F. Bonagratia Ludovici Bavari partes tuctur in conventu Francofurtensi, 122.

C

Cantacuzenus; ejus historia in quem annum desinat, 627. Jacobus Pontanus refellitur, *ibid.*
 Carolus IV. Rex Romanorum cum Gunthero de imperio convenit, 489. Quibus conditionibus ipsi Guntherus Imperium cesserit, *ibid.*
 Carolus Rex Navarrae. Inter hunc & Joannem Gallorum Regem obortæ dissensiones, 602. Quanam earum causa fuerit, *ibid.* Pax inter ipsos conciliata, 602.
 Censuras cessante causa cessare, etsi nulla absolutio præcessisset, olim creditum, 242.
 Christophorus Daniæ Rex quando regno depulsus, & quando obierit, 198.
 Clemens VI. ad Romanam cathedram evectus, 289. Ejus Pontificatus initia, *ibid.* Clemens VI. a calumnia vindicatur, *ibid.* & 565.
 Clementis VI. in Ludovicum Bavarum constitutiones, 439. Clementis VI. obitus quo die, 564. Ejus virtutes, & navæ, *ibid.* & *seq.*

Clemens a calumnia vindicatur, 565.
 Concilium Armenicum, & ejus acta, 261. A quo primum vulgatum fuerit, *ibid.* Patrum numerus, *ibid.* Quo anno habitum, 262.
 Constitutiones Pontificiæ in Ludovicum Bavarum recensentur, 438. & *seq.*

D

Dominici de Gravina chronicon a quo vulgatum, 332.

E

Edwardus Angliæ Rex eum Regem Francorum inducias componit, 212. Interim tamen titulum Regis Franciæ non deposuit, 213.

F

Flagellantium secta quando & ubi exorta, 491. Cur ita nominati, *ibid.* Alia eorum nomina, *ibid.* Eorum errores, *ibid.* Quamdiu duraverint, *ibid.*
 Francofurtensis conventus in causa Ludovici Bavari quo anno celebratus sit, 122. Quinam illi conventui interfuerint, *ibidem.*
 Furnerius. *Vid.* Benedictus XII.

G

Gallos inter & Anglos pactæ induciæ, 212. 295. Ad quantum temporis, 317.
 Genuenses cum Venetis bellum gerunt, 115. 519. Belli origo, *ibid.* Genuenses piratæ Venetis infesti, 178. Genuensium de Turcis Synopensis victoria, 218. Quot eorum triremes fuerint, *ibid.* Genuenses cum Venetis pugnant, 561. Utris victoria cesserit, *ibid.* Ejus pugnae dies & mensis, *ibid.* Genuenses inter & Venetos pax conciliata, 626. A quibus sancita fuerit, *ibid.* Genuensium triremes xv. Tripolim capiunt, *ibid.*
 Gibellini quando cessare cœperunt, 593.
 Guelfi quando cadere cœperunt, 593.
 Guido Card. duplicem ecclesiasticum conventum Paduam indixit, 509. Quid in iis synodis actum sit, *ibid.* & *seq.* Quando coactæ sint, *ibid.* & *seq.*
 Guntherus Imperator creatus, 489. Quibus conditionibus Imperii titulum deposuit, 489. Constitutio ejus, *ibid.*

H

Humbertus Delphinus sacre in Turcas expeditionis dux, 377. Venit in Italiam, *ibid.* Classem comparat, & qualem, *ibid.*

I

Indictionum exordium aliter in Sicilia statuebatur, ac in reliquis partibus, 332.
 Induciæ inter Anglos & Gallos stabilitæ, 295. Quo anno, & quoad, 317.
 Joannis XXII. obitus, 19. Ejus ingenium, & indoles, *ibid.* Ab errore, quem tuebatur, de visione Dei, moriens recessit, *ibid.* Hæc verba: *Animas Sanctorum, &c. Dei essentiam facilliter vident, secundum quod eorum status patitur*, sensu catholico ab Joanne dicta sunt, *ibid.* & *seq.* *Stabat Mater dolorosa* Joannis XXII. fœtus esse fertur, 20. Joannis XXII. in Ludovic. Bavarum constitutiones, 438.
 Joannes Rex Francorum. Inter eum & Carolum Navarrae Regem similitates, 602. Quanam eorum causa fuerit, 602.
 Joanna neptis Roberti Regis post hujus mortem Siciliae Regina saluatur, 332. An necis Andræ Siciliæ Regi viro suo illatæ conscia fuerit Joanna, 385.

L

Lithuani a Teutonicis equitibus profligati, 471. Victoria illa describitur, *ibid.*
 Ludovici Bavari jura defensa in conventu habito ab Electoribus in Reimense, 117. Ludovicus Bavarus in Francofurtensi conventu ab hæreseos suspitione se purgat, 122. Ejus partes, *ibid.* Tuitus est Bonagratia, *ibid.* Ludovici gesta in causa controversiæ cum Ecclesia Romana, 348. Ludovici Bavari obitus, 438. Quo genere mortis extinctus fuerit, *ibid.* Ejus ingenium, & indoles, 438. Pontificiis constitutionibus reprimitur superbia ejus & impietas, *ibid.* Earum constitutionum historia tota colligitur, & ordine chronologico digeritur, *ibid.* & *seq.* Ludovici in Pontificem edicta, 439.

M

Mediolanenses Ecclesiæ conciliati, 246. Michaelis de Casena obitus, 349. Ejus penitentia, *ibid.* Expositio ejus in platum. *Miserere mei Deus, ibid.*

O

Okamus (Guillelmus) quando ad Ecclesiam redierit, 349.
 Ob Olegio (Joannes) Bononiæ principatum invadit, 627. Inter eum & Bernaboum Vicecomitem pax confecta, & quibus conditionibus, *ibid.*

P

Patavina Synodus duplex, 509. Quando & a quo convocata, *ibid.*
 Philippus Rex Francorum non impedit, quin Bened. XII. sedem Pontificem referret, 25. Conatus est tamen Pontificem in Gallis retinere, *ibid.* Classem in Scotiam anno 1335. non immisit Philippus, 37. Quoties Philippus & quo anno Pontificem adierit, 107. & *seq.* Cur pugnam cum Anglis distulit,

164. Philippi minus bene gesta, 521. Ejus obitus, quo die, *ibid.* Ejus liberi, *ibid.* Quo die in Regem unctus fuerit, *ibid.*
 Piratæ quidam Genuenses Venetis infesti, 178. Ab ipsis Venetis in fugam acti, *ibid.*
 Ptolemæus Lucensis: in quem annum desinat historia ejus ecclesiastica, 50.

R

In **R**einense conventus habitus in gratiam Ludovici Bavari, 117.
 Robertus Rex Siciliae adversus Genuenses piratas a Pontifice sollicitatus, 178. Roberti obitus quo anno & die, 332. Ejus in regni administratione successor, *ibid.*
 Romanus Pontifex: Romanorum Pontificum in Ludovicum Bavarum constitutiones omnes colliguntur, & ordine chronologico enumerantur, 438. & *seq.*
 Rothomagense concilium, 294. Numerus Episcoporum, *ibid.*

S

Sancia Regina Siciliae post Roberti viri sui obitum juvenum Regum tutelam suscipit, 332. Religiosam vestem induit, *ib.* Quando obierit, *ibid.*
 Saraceni a christianis profligati, 220. Quo anno & die, *ibid.* Quot in prælio ceciderint, *ibid.*
 Scaliger (Mastinus) bello laceffit a Joanne filio Joannis Regis Bohemiæ, 131. Ejus potentia pene profligata, *ibid.* Cum Venetis pacem componit, 131. Quanam conditiones pacis fuerint, *ibid.*
Stabat Mater dolorosa. Quis prozæ hujus author, 20.

T

Teutonici Equites de Lithuanis triumphant, 471. Eorum duplex victoria describitur, *ibid.*
 Toletanum Concilium in Hispania celebratum, 605. Quid in ipso statutum sit, *ibid.*
 Tripolis a Genuensibus capta, 626.
 Turcæ a Genuensibus victi, 218. Quot triremes amiserint, *ibid.* Turcarum de christianis victoria, 374. Christianorum ac Turcarum caesorum numerus, *ibid.*

V

Venetos inter & Genuenses bellum unde originem duxerit, 115. Mastinus Scaliger cum Venetis pacem conficit, 131. Quibus conditionibus, *ibid.* Aliud inter eosdem bellum, 519. Hujus belli Historia describitur, *ibid.* Venetorum cum Aragoniis fœdus sancitum, & quo anno, 540. Veneti cum Genuensibus præliantur, 561. Ejus pugnae exitus, *ibid.* Quo die & mense initum certamen, 561. Venetos inter & Genuenses pax conciliata, 626. A quibus sancita, *ibid.*
 Vicecomites absoluti, 246. Eisdem demandatus vicariatus Ecclesiæ, *ibid.* Spondent Ecclesiæ annum vectigal, *ibid.*
 Visio Dei: sententiam suam de visione Dei Joannes XXII. non seste, sed sincere moriens retractavit, 19. & *seq.*